UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manvale Confessariorvm Et Poenitentivm

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

Visual Library

Th. 2268.

G. III.
1g.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vgl. 2116

M A

CO

ET

Omnium pe
ctens, quæ
occurrere
solutiones

MART
D

Ab auctore postr
cupletatum: num
cessarijs exorna
infinitis demu
Vniuersitatis D

Huic editioni ac
hoc Docto

Apud PETR

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ENCHIRIDION,
SIVE
MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM,

Omnium pene dubiorum resolutionem complectens, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, restitutiones, absolutiones, censuras, & irregularitates.

Auctore

MARTINO AZPILCVETA,
DOCTORE NAVARRO.

Ab auctore postremò recognitum, & paulo ante mortem ab ipsomet locupletatum: nunc citationibus ad marginem relegatis, indicibus necessarijs exornatum, & quibusdam alijs accessionibus auctum: infinitis demum locis emendatum studio THEOLOGORVM *Vniuersitatis Duacensis.*

Huic editioni accessit iuris quorundam vocabulorum, quæ in hoc Doctoris NAVARRI Manuali se offerunt lectori, breuis explicatio.

Sum Henckelen ss Lectoris in campo vulgo Marienfeldt 1682. ex Minervali densi - 30 grossis.

Sodoci theologiæ S. Mariæ anno emptum Marienfeld

IHS

Collegii Soc. Jesu Paderborn. Anno 16..

ANTVERPIÆ,
Apud PETRVM & IOANNEM BELLEROS.
M DC XXV.

Contenta hoc volumine.

Manuale confessariorum & pœnitentium, integrum vti ab auctore ipsomet Latino stylo est conscriptum, cum præludijs & miscellaneis, citationibus reiectis in marginem.

Porro, quæ Sixtus V. adiecit Bullæ Cœnæ Domini Gregorij XIII. & paucula alia.

Index capitum Iuris Canonici, & Legum antiquarum hoc opere expositarum.

Index rerum toto opere memorabilium, per numeros paginarum, additis literis quæ principium, medium, & finem paginæ indicant, cui in litera S. sub dictione Scriptura, insertus est index locorum Sac. Scripturæ, hoc opere explanatorum.

S.D.N.

GREGORIO XIII.

PONT. OPT. MAX.

MARTINVS AB AZPILCVETA
DOCTOR NAVARRVS,

In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam perseuerantiam.

QVOD Enchiridion, siue Manuale Confessariorum, & pœnitentium ante annos viginti sermone vulgari edideram, nunc latinitate donatum editurus tuæ, quæ secundum diuinam prima est, Maiestati, audeo nũcupare, Beatissime Pater: nõ quidẽ, quod humilitatẽ Auctoris, & operis non agnoscã, neque quod istã tuã, Sacrosanctæque Sedis, cui præsides, sublimitatem post Deĩ maximam, cui nil nisi altũ offerri decuit, exploratam non habeã: sed quod in id me moueat primũ vehemens illud desideriũ signo aliquo testandi meã erga te obseruantiam & pietatem, conceptũ iam inde, à quo tempore missus

in Hispaniã à latere Legatus, admirabilis prudentiæ, iustitiæ, cõstantiæq; specimen toti ei edidisti illustrissimum. Deinde, quod visum est nõnullis esse muneris, ætatis, & officij mei, vt qui iunior in alijs Regnis multis Regibus, & principibus officinæ meæ pauperis munuscula obtulerim, iã senior multis annis in tuis moratus, & sacerrimo tuæ Pœnitentiariæ Prætorio adscriptus, offerã istud humile quidem, sed ad id, ni fallor, perutile, & longe alijs præstantius Sanctitati tuæ, à qua, & fel. rec. Pio V. (quem tu tanti facis, tantoq; opere præter aliorum consuetudinem, quibus præcessorum facta displicere solent, imitaris, & qua licet, exsuperas,) maiora beneficia, quam vnquam ab alijs accepi. Accedit quod eisdem ipsis visum est, vt opus in Hispania Hispano sermone ab homine Hispano cõpositũ, Hispaniarum summæ, eidemq; incomparabili Proreginæ Dominæ Ioannæ Austriacæ Lusitaniæ Principi dicatum, idem in Latio ab homine iam quadamtenus Latino factum Latinũ, Latinorum Regi, totiusq; Christiani populi sũmo Patri dicetur, quo, vt illud fuit ab omnibus illius subditis maximo cũ plausu susceptũ, ob Maiestatem tãtæ patronæ, quæ tot Augustorum, & Augustarum, tot Regum, & Reginarum vxor, mater, filia, nurus, soror, amita, & matertera exstitit, & exstat, quæq; omniũ virtutum heroicarum radiis, ceu sydus irradians, earum se toti orbi præstat exemplar: ita hoc à toto orbe Christiano tibi subdito pari plausu, & eo maiori, quo materies illius spirituũ patri magis, quam corporum dominis conueniat, suscipiatur, te patrono velut Deo quodam tutelari, qui non solũ di-

gnitate, qua Prodeus es, sed etiam meritis longo interuallo omnes superas, quippe qui per ingenitas & inditas animi, corporisq; dotes, diuini humanique iuris, præstantissimarumq; omnium artiũ exactam cognitionem tibi comparasti, quique ab ineũte ætate concrescentem prudentiam, iustitiam, fortitudinem, constantiam, modestiam, omneq; virtutis decus coluisti, ita vt existimeris alius Fabius Maximus temperantia, Curius frugalitate, Xenocrates constantia, Fabricius magnanimitate, Scipio prudentia, Marcellus animo, iustitia Cato, Iulius dictator clementia, nisi qua parte ea, fide, spe, ac caritate exornando eos superas, per quas ab imo in summa per omnes munerum gradus progressus, & non per flexanimas, ac potentes Cæsarum, Regumque commendationes, non per eblandita suffragia viam tibi ad hanc monarchiam muniuisti, aut certe Deus ipse muniuit, & ita quidem, vt dignus fueris qui prima collatione intra Sacrosanctum illustrissimorum Cardinaliuꝫ cõclaue habita, Spiritu sancto afflante, omniũ vnanimi consensu in Maximum Pontificem deligereris, cum nunquam fortassis in Summo illo Senatu interregni anterioris, tanto muneri subeundo tot pares fuerint. Quo euenit, vt si vllus vnquam huic cæli vicariæ vrbi, adeoq; toti imperio Christiano iucũdissimus dies illuxit, si ex honore cuiquam delato ad illos, qui eũ decreuerũt immortalis gloria, & ad bonos omnes incredibilis lætitia redũdauit, is certe III. Idus Maias 1572. concordibus cunctis omniũ sacri Senatus Patrũ suffragijs,

te Pont. Max. renuntiato, obtigit. Quid enim factum est vnquam vel ad commendationem Patrũ purpuratorum illustrius, vel ad recreandam Rempublicam Christianam morte pientissimi Põtificis Pij V. cuius in locum suffectus es, summo mœrore confectam opportunius, aut sapientius, quam te Dei Vicarium delectum esse? Neque vero Patres purpuratos sua fefellit spes, nec orbem sua exspectatio, quandoquidem cerneris tecum te reputare, non tam Regem dominantem, quam pastorem vere Gregorium super grege tuo vigilare debẽtem, vocatumque à Deo tanquam Aaron, non ad festum, non ad voluptates, aut otiũ, sed ad labores, curas, & vigilias, quibus ita te totum dedis, vt nihil à te inferius solium modeste rectèque moderante, nunc supremum moderans degeneres, & (vt Fabricij verbo vtar) difficilius à recto, quàm Sol à suo cursu, auertaris. Quamobrem B. Pater confidenter supplico Sanctitatem tuam, vt hoc munus humile humillimi filij, & serui, quod antea sereno animo suscepisses, nunc sereniss imo suscipere digneris: simul benedictionem tuam Apostolicam impartiri ei iam octogenario, quo te praeat in in cœlum, in aliquo eius recessu locandus, ex quo te olim post multos annos sanctissime populo Christiano impensos videre liceat, maximo dracone victo, amplissima eius sede, vel alia cuispiam eiusdem ordinis, donatum. Amen.

AD

AD EVNDEM.

BEATISSIME PATER,

EN Enchiridion, siue Manuale Confessariorum, quod Sāctitati tuæ octogenarius ante circiter decem annos dedicaueram, & postea ter in hoc decennio reuisum, & nunc iam quanto serius, & accuratius, adeo pluribus in locis, quam putabam, emendatum, auctum, ordinatum, & elucidatum, (vt cuipiam videri possit nouum) denuo eidem nonagenarius consecro, supplicando quam humillime sublimitati tuæ post diuinam primæ, vt ex alto humilia respiciens, animo de more sereno, ac benigno suscipere digneris munus pauper in paupere officina refectum, & ab Auctore paupere quidem: sed quam dignissimam pro sua tenuitate concipere potest, reuerētia oblatum: quo animosius audeam eidem offerre alia omnia opuscula mea simili diligentia recognita, & lucidiora, vtilioraque facta simul typis excusa: quod propediem me facturum spero in gloriam D. N. Iesu Christi, qui te suum summum in terris Vicarium, Ecclesiæ suæ sanctæ, quam diutissime seruet incolumem. Amen.

IDEM,

PIO LECTORI S.

NVMQVAM adeo noui, candide Lector, illud omnibus notum, Curę posterioresmeliores, vt in hac huius nostri Enchiridij, siue Manualis recognitione vltima. Siquidem cum illud ante hac ter recognouerim, emendauerim, reformauerim, atq; auxerim: nihilominus nunc tot loca emendanda, reformanda, elucidanda, ordinanda inueni, quod cogor memoria repetere illud, quod Ecclesia Catholica Spiritui sancto illi Deo nostro æterno, donorumque omnium largitori cantat & psallit: *Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium, nihil syncerum, nihil limpidum, nihil integrum.* Cuius opem quam humillime imploran-do, & quæcumque dixerim, Sacrosanctæ Ecclesię Romanæ, quæ vna, vt suprema omnium est magistra, censuræ, & cuiusuis alius melius sentientis iudicio submittendo, conabor, vt hoc opus omni nationi Orthodoxæ hactenus gratum, post hac sit longe gratius. Ob quod etiã omittimus multa, quæ ad te prę-fati fuimus in primis tribus editionibus, eo quorundã piorũ, & prudentiũ consilio, ne quę tunc ob aliquas causas erant opportuna, nunc eis cessantibus tibi videantur importuna. Omittimus etiam asteriscos hactenus additos, & in hac recognitione addendos: ne frequentia eorum Lectorem remoretur, & eius attentionem impediat. Nomina item eorum, ob quorum interrogata & monita multa addidimus: quia nonnulli eorũ nolunt nominari: & nonnullis aliorum nominatio displicet: & modesta prudentia, quę maxima est, Romana id quadamtenus fastidit. Vale in Christo Iesu: qui nos omnes saluet, Amen.

NON-

NONNVLLA TVM SOLVTA ORATIONE, TVM ADSTRICTA doctoris Nauarri clarorum elogia: & primum,

EPITAPHIVM.

D. O. M.

MARTINVS ab Azpilcueta H.S.E. diuini humanique iuris consultiss. qui Salmanticę primùm (*dicere debuerant qui Tholosæ, & Caturci primùm in Gallia, deinde Salmanticæ*) deinde Conimbricæ fauentibus Portugalliæ & Hispaniæ Regibus, ius Pont. docuit. Romam profectus Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. PPP. MMM. carus omnibus nationibus gratus, huic xenodochio beneficus. Obiit XI. Cal. Iulij cIↃ. IↃ. xxcvi. ętatis anno xciv. M.V. D.viii. multis suę doctrinę peruulgatis monumentis. Martinus Zuria auunculo suo B.M.Pos.

IVLII ROSCHII HORTINI IN Martini Nauarri doctissimi tumulum.

Marmore sub gelido Nauarri arentia membra
Stant clausa in cineres non abitura leues.
Ast animus puris purus sese intulit astris,
Claraque perpetuo fama superstes erit.
Ille quidem dignus non cuius stamina Clotho
Solueret, est vitæ quo duce aperta via.
Vt tamen in terris æquauit Nestoris annos,
Sic cœlo indigeti stat sine fine quies.

GEORGIVS CALANDRVS LVSITANVS IVRISCONS.

Candido Lectori S.

EXSPECTABAM (Lector beneuole) aliam maiorem occasionem, qua possem Domino, ac præceptori meo officij mei debitum ex integro persoluere, sed recens editio aurei Enchiridij, siue Manualis Confessariorum, & operum aliorum eiusdem frequentia, non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentem cogunt, vtcumque prodire foras, ac illũ veluti magnæ summæ creditorem, leui quodam, sed grati animi indice, munusculo pręuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & mola litãt, qui thura non habent. Quod autem pręcipue me ad hoc adegit, est, quod arbitrer è Republica Christiana esse, vt vel leuis notitia habeatur de magna ęstimatione eruditionis eius, quam cum vitæ integritate cõiunctam semper habuit, deq; qualitate operũ eius, quo libẽtius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, candide Lector, vnum nostri seculi doctrinę, ac sanctitatis exemplar, D. Martinum ab Azpilcueta Doctorem Nauarrum, qui tam præfato Manuali, quã omnibus alijs, vtrũq; sartum tectum ostendit. Alterum quidem, dum primum in se, deinde in alijs vitia omnia atq; peccata remediis opportunis exstirpat, & actus hominũ ad bene beateq; viuẽdũ sedulo instruit. Alterum dũ in ijs rite peragendis omnia

iuris

iuris diuini & humani,&vtriusq; philosophię penetralia referat,& abstrusa quæque recludit, & in medium profert,ea copia, vt nihil addi possit, ea breuitate,vt nihil diminui,tanto in hac vltima manu suis prioribus superior,quanto suę priores alienas superarũt.Sic sunt eiusdem Auctoris opera nouissima,vel quæ addendo prioribus olim editis locupletat:vel quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorsum conditione corporea, vigor spiritus in sublimiora conscendit,& quasi alter naturę cygnus quo morti proximior, eo suauius modulatur.In eo sub tenui carne tenuissimus spiritus enitescit:quasi sine carne totus spiritus. Nihil turbidum manat,nil insipidum,sed omnia pura, ac defæcata,vtroque sale,tam conscientię, quam scientiæ bene condita.Fluunt ex ore doctrinæ,ac sanctitatis flores, Amaltheæ cornu copiam dixeris, sic gratia,ac lepore doctæ ac beatæ animæ circumflant vndique,siue antiquis operibus addit,siue de nouo cudit.Vtriusque temporis ego testis oculatus sum, qui à quadraginta annis Salmanticæ, & Conymbricæ(Castellæ, ac Lusitaniæ literarum Emporijs) cœpi sub eius disciplina operam iuri nauare, & vsque ad præsens,quo Romæ in almo gymnasio, gratia S.D.N.Gregorij XIII. Pontificis Opt. Max. iam per septennium iuris Pontificij ordinarius interpres,quantumuis minimus, exsisto,eiusdem D. mei præceptoris eximiis scriptis addisco, & quotidie proficio,sicut omnibus multum, sic magis nouissimè.Quanto igitur maiori laude putas,Candide Lector,quod celebrare potuissent hodierna eius opera insignes illi duo viri,quorum Epigrammata subiiciuntur edita Conymbricæ ab hinc annis triginta quinque, quo tempore ille primos suos edebat fœtus:quorum alter heroico, alter elegiaco carmine cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum

Nauarrum, tum prælegendo, tum de iure respondendo in inclytis Hispaniarum Academiis ea, quæ didicerat, simul & docuerat antea iunior in Gallicanis, si vidissent eundem nunc longe seniorem, & maiori otio Romæ vetera sua augentem, & noua indies proferentem, & vtraque ingenio acutissimo exornantem, industria solertissima elaborãtem, doctrina absolutisima perficientem, gratisq; ad quæsita tamquam alterum iuris Apollinem ex tripode respondentem? Deduxi, candide Lector, magni mei præceptoris, ac domini primas hic tantum lineas: depingent alij suos colores, hoc artem oratoriam, in qua non adeo versor, desiderat, illi simplex veritas, in qua soleo versari, sufficit. Bene vale, & fruere. Romæ 20. Martij M.D.Lxxix.

DVO

DVO EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM,

Quos Regia Maiestas ex Gallia Conymbricam magnis honorarijs duxit, primis Auctoris operibus ante triginta annos Conymbricæ adiecta.

Alterum illius eruditissimi, qui tunc insignis collegij bonarum artium Conymbricensis professor erat primarius.

AD AVCTOREM.

Macte animi, venerande senex, qui pectore sancto
Abdita secreti reseras penetralia iuris:
Et veras recludis opes, vitijque rebellis
Sæpe renascentem resecas rationibus herbam.
Non tu Dictæo mendacia callidus antro,
Auctoremque Iouem fingis, luco ve Capeno
Auia nocturnæ simulas commercia nymphæ,
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida veri puris de fontibus vnda
Pectora nostra rigas: moresque in prava fluentes
Corrigis, & iustis legum compescis habenis.
Spes nimias, animosque feros moderamine flectis.
Pontifices tu per sacros, dominosque potentes
Ausoniæ, Regesque doces discrimine certo
Nosse modum iuris: flexuque obliqua doloso

O si poëta, quiista edidit, hæc ex animo seruasset, quam fuisset fœlix, qui nunc est miserrimus.

Exigis ad Canones interpres commodus æquos.
Ergo velut dubiis Phœbea oracula rebus,
Aut Libycas sortes, aut Dodonæa petebant
Templa inopes veri, trepidoque instante tumultu:
Sic cum perplexis mentes ambagibus error
Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit
Semita: tu dubios regis, errantesque reducis,
Confirmas trepidos, reuocasque in cæca ruentes:
Et mala ne serpant rabiosæ semina litis,
Ante caues: & iustitiæ præceptor inermis
Aurea compositis instauras secula bellis.

ALTERVM

IACOBI TEVII I. C. ELOQVENTISSIMI,

AD EVNDEM.

MEns, lingua, ingenium, naturæ dona parentis
Sint licet, artificis munere cuncta nitent.
Pura quidem, & minimis mens candida sordibus vt sit
Natura, arte eadem purior esse potest.
Linguæ itidem sonitum præbet natura suauem,
Suauior vt fiat, postulat artis opem.
Quis neget ingenium nostra magis arte iuuari,
Vt solet assiduo vomere cultus ager?
Hæc data diuino tria sunt tibi munere dona,
Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
Purius illa tamen studijs exculta nitescunt,
Et rude si quid erat, sedulus arte dolas.
Sidera ceu claro debent sua lumina Phœbo,
Sic sua virtutum lumina terra tibi.
Sermo fluit facilis, sapienti è pectore manans:
Insene doctiloquo Nestore qualis erat.

Testis erat linguæ, & mentis latissimus orbis:
At quale ingenium sit tibi, scripta docent.

Addemus his etiam Simonis Magni Ramlotæi Belgæ, I. V. D. ad Christianum lectorem endecasyllabum, quod primæ huius operis Latinæ editionis fini insertum fuerat.

Auctoris tibi, Christiane lector,
Doctrina, & pietas stupenda nota est:
Toto notus in orbe nam Nauarrus,
Doctor gloria magna Christianæ
Gentis: Quin etiam monarcha iuris,
Qualem secula prisca non tulêre,
Nec præsentia, nec ferent futura.
Sed ne singula persequi laborem,
Scripto quod memoro politiore,
Olim quod dabo voce sed soluta
Librum perlege, ponderaque, quo nil
Est exactius, eruditiusque.
Deprendes (siquidem nequit supremum
Numen fallier) arborem probatam
Suauem non nisi ferre posse frugem.

QVONIAM ELENCHVS PRÆLVDIORVM INSERITVR infra initio Præludiorum, ideo hic tantum inserimus Elenchum capitum in hanc, quæ sequitur, formam.

ELENCHVS CAPITVM.

De contritione, prima parte sacramenti pœnitentiæ. cap. 1.

De confessione, secunda parte Pœnitentiæ. cap. 2.

De satisfactione, tertia parte Pœnitentiæ. cap. 3.

De potestate, scientia, & bonitate Confessarij. cap. 4.

De interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia facienda. cap. 5.

De peccatorum circunstantijs. cap. 6.

De conseruanda fama proximi in confessione. cap. 7.

De sigillo confessionis. cap. 8.

In quibus casibus confessio iteranda. cap. 9.

Quomodo confessarius excipiet confitentem. cap. 10.

De primo præcepto Decalogi, De colendo Deo. cap. 11.

De secundo præcepto, De non vane iurando. cap. 12.

De tertio præcepto seruandi festa. cap. 13.

De præcepto honorandi patrem, & matrem. cap. 14.

De quinto præcepto, De non occidendo. cap. 15.

De sexto præcepto, De non mœchando. cap. 16.

De septimo præcepto, De non furando. cap. 17.

De octauo præcepto, De non falsè testando. cap. 18.

De nono præcepto, De non concupiscendo vxorem proximi. cap. 19.

De decimo præcepto, & consiliis Euangelicis. cap. 20.

De quinque præceptis Ecclesiæ. cap. 21.

De septem Sacramentis Ecclesiæ. cap. 22.

De superbia, & septem peccatis capitalibus. cap. 23.

De operibus misericordiæ, & sensibus exterioribus. cap. 24.

De peccatis diuersorum statuum. cap. 25.

Quomodo se geret confessarius erga confessum. cap. 26.

De censuris Ecclesiasticis, casibus reseruatis, & irregularitate. cap. 27.

ENCHI-

ENCHIRIDION
SIVE MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM:

COMPLECTENS RESOLVTIONEM omnium pene dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

QVONIAM totus hic liber de peccatoris anima per pœnitentiam à peccato liberanda tractat, præludimus pauca, quæ considerata, & perpensa facile possunt nos peccantes vrgere ad cognoscendam aliquorum nostrorum erga Deum Optimum Maximum ingratitudinem, imprudentiam, & impudẽtiam, qua maiora minoribus, immo & mala bonis, & pessima optimis præponimus. Ea vero duximus contrahenda in decem præludia, nihil plane, quod non sit vtile, & necessarium fere omnibus, etiam vtrumque ius callentibus, continentia.

Forte legendum minora maioribus.

A ELEN-

ELENCHVS PRÆLVDIORVM.

Primum ob oculos proponet nobis peccantibus animæ nostræ dignitatem.
Secundum, eius vires, & potentias sensitiuas.
Tertium, eius vires, & potentias intellectiuas.
Quartum, finem vltimum & beatitudinem, in quam creati, & redempti sumus, & miseriam æternam, quam cauere debemus.
Quintum, animæ passiones & habitus, quibus in merita, vel demerita mouemur.
Sextum, animæ actus humanos, quibus in æternam beatitudinem, vel miseriam itur.
Septimum, quæ sint merita, & demerita.
Octauum, membra demeriti in peccatum originale & actuale.
Nonum peccati actualis varia genera, & quid sit peccatum mortale, & quid veniale: & quibus notis peccatum mortale à veniali discernatur.
Decimum, pœnitentiæ sacramentum, & eius partes.

DE ESSENTIA ANIMÆ RATIONALIS PRÆLVD. I.

SVMMARIVM.

1 Anima quid sit, diffinitur.
2 Diffinitio genere & differentia constare debet.
3 Animam qui dixere corpoream, aut mortalem hæretici.
4 Animam vnam tantum esse in homine contra glossam.
5 Animam rationalem veram formam substantialem corporis esse.
6 Anima rationalis quem in finem creata.
7 Gratia & operibus, & non sola fide hominem saluari.
8 Gratiam primam nemo de condigno meretur.
8 Iustus sit nullus, nisi per merita Christi, nec per illa, lege priuata, nisi sic & sic communicata.
9 Christi anima quo tempore iusta & beata effecta.
9 Mariæ, Ioannis, & Hieremiæ animæ quando iustæ fectæ.

10 Ani-

10 *Animã humanam imaginari paruulis membris distinctã, error.*
10 *Anima tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte.*
10 *Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.*
10 *Christi corpus totum in tota hostia, & totũ in qualibet eius parte.*
11 *Anima non est homo sed pars hominis.*
12 *Animã asserere non esse formam substantialẽ hominis hæreticũ.*
13 *Intellectus dicti Pauli, de interiore & exteriore homine.*
14 *Animæ sedem esse cor, & illam in sanguine habitare & crescere, vt intelligendum.*
15 *Scientia hæc potius discenda, quam aliæ.*
15 *Animam, Deum & Angelos, putans corporeos an peccet, & sit hæreticus.*
16 *Peccatur quibus modis credendo de anima, & num.* 17.

DE præfata essentia animæ rationalis dicimus sequentia. *Primo*, quod multi, qui corpori magis, qua animæ indulgemus, parum auscultamus illud *a Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Quandoquidem nimium occupati in curando corpore, parum de beneficijs illi à Deo collatis curamus. Ob quod ait S. Bernar. *b Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, alios inspiciunt, & seipsos deserunt, Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus.* Et illud. *O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redẽpta sanguine, deputata cũ Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis capax, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris?*

a Psal. 65.

b In princ. Meditationũ

1 *Secundo*, quod animæ nostræ rationalis perfecta cognitio nulli vnquam sine sacrarum literarũ, aut fidei orthodoxæ cognitione plene patuit. Quapropter omissa definitione animæ, quã tradit. Arist. c quamque explicat Angelicus, & omniscius ille Thom. d scilicet, *Anima rationalis est actus corporis physici, organici, potentia vitam habentis*: definiamus eam nostro proposito sic aptius: *Anima rationalis est substantia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, vbi & quãdo infunditur corpori, vt sit forma substantialis eius, per se ad beatitudinem, per gratiam, & bona opera consequendam apta.*

c Lib. 2. de anima tex. 4. & 5.
d 1. par. qu. 76. art. 5.

2 Dixi, *Substantia*, ne definitio careat genere, quo & differentia debet constare omnis optima definitio, quod docuit per theoriam Aristo. e & per praxim & vsum Iurisconsultus Vlpianus f vbi Bart. & alij hoc explicant: & constat verbũ *substantia*, esse genus ad animam humanã: omnis etenim anima humana est substantia, vt probat diuus Tho. g non tamen è cõtrario omnis substantia est anima humana.

e Libro 6. Topic. cap. 1. & 2.
f In lib. 2. ff. de dolo malo, & l. 1. ff. de testam.
g 2. l. sent. dist. 3. q. 1. art. 6.

Dixi, *per se subsistens*, vt differat ab anima vegetatiua plantarum, & à sensitiua ceterorum animalium, quæ non possunt per se subsistere, vt probat idem sanctus Thomas. h

h 1. par. q. 75. art. 3. & 6. & q. 76. art. 2.

3 Dixi, *Incorporea*, ad differentiam substantiæ corporeę, & ad damnationem Diogenis, & aliorum ethnicorũ Philosophorum, qui dixerunt, animam esse ventum, vel aërem, vt refert B. Isidorus *a* & S. Anthoni. *b* quos appellat hæreticos Tertulianistas Isidorus. *c*

Dixi, *Immortalis*, tum ad retundendam hæresim, quę, vt ait Isidorus, *d* Arabicorum est dicentium, animam simul cum corpore interire: quod hæreticum esse declarauit Concil. Lateran. *e* & antea probauit S. Tho. *f*

4 Tum ad differentiã aliarum animarum, quę cum suis corporibus moriuntur, vt ait ibidem S. Tho. & glossa, *g* quę tamen innuit vnũ falsum (quod etiã male affirmat Ioan. Brunus) *h* quatenus loquitur de anima vegetatiua, qua viuimus, & sensitiua, qua sẽtimus: significat etenim in nobis esse tres animas, videlicet vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, & morientibus nobis mori duas, quod vtique falsum est, quoniam nulla est in homine alia anima præter rationalem, vt habetur in lib. de Eccles. dogmat. *i* & late probat. B. Th. *k* Et ipsamet est vegetatrix, siue vegetatiua & sentiens, siue sensitiua: & intelligens, siue intellectiua.

Dixi, *Creata a Deo*, ad damnandam hæresim Tertulliani, asserentis animas ab Angelis creari, vt tradit B. August. *l* contra Symbolum Apostolorum & Niceni concilij, & cap. firmiter *m* quibus docemur, Deum esse creatorem omnium visibilium & inuisibilium.

Dixi, *Ex nihilo*, ad fugiendum hæresim Gnosticorum, qui, vt ait Isidorus *n* & refert August. *o* ob altitudinem scientię, quã sibi arrogabant, se ita appellare voluerunt, & dixerunt ex natura Dei creatas animas, & non ex nihilo: quæ hæresis fuit etiam Manichęorum, damnata per primum Concilij Bracharen. *p* in hęc verba: *Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia exstitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

Dixi, *vbi & quando infunditur corpori*, ad fugiendum errorem Origenianorum, asserentium animas hominum, iam inde à principio mundi fuisse simul cum angelis creatas in cœlo, & inde postea mitti in corpora, vt ait Isidorus *q* & refert S. Th. *r* Contra item illos, qui asserunt, prius creari animas, quam in corpora mittantur, quod videtur sensisse glosa *s* dum ait, animam prius viuere quam sit in corpore: quod tamen hæreticũ esse dicit gloss. Ioan. *t* in hæc verba memoratu dignissima, quę decerpere potuit ex Magistro senten. *u Fides nostra est, quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat animas, & creando infundit.* Cui consonat S. Tho. communiter receptus. *x* Ita quod anima non creatur in cœlo, sed intra corpus: & non antequam infundatur, sed cum infunditur, vt infra *y* dicetur.

5 Dixi,

a Li. 11. originum siue etymologiarum, cap. 1. de homine, & partibus eius
b Part. 1. tit. 1. cap. 4. in prin.
c Vbi supr. lib. 8. cap. 5. relatus in ci. pen. 24. quæst. 3.
d In cod. ca. 5
e Sess. 8. cap. 3. in prin.
f 1. par. qu. 61. art. 2. ad 3. & 2. 2. q. 164. ar. 1. ad 1.
g Clem. 1. para. porro verb. intellectiuę de sum. Trinit. & fid. Catho.
h De sponsa. lib. conclus. 2. nu. 4. in cap. 15. In princ. to. 3. inter opera August. c. 15.
k In 1. par. qu. 76. art. 3. & lib. 2. cõtr. Gent. c. 58. & de ani. art. 11. & quolibet. 1. q. 4. art. 1.
l In lib. de hæresi. ad quod vult Deum, ca. 86.
m De sum. Trin. & fide Cath.
n In dicto cap. 55. vbi sup. cap. 6.
o Cap. 5.
p Vbi supra.
q In 1. par. q. 118. ar. 3.
r Ca. si quis obiecerit. 1. quæst. 3.
s In quod vero non formatũ 32. q. 2.
t Lib. 2. dist. 17.
u In d. lib. 2. sen. di. 5. qu. 1. ar. 4. dist. 17 q. 2. ar. 2. & 1. Part. qu. 90. Art. 4.
x Eodem n. 14.

5 Dixi, *Vt sit forma substantialis eius per se*, Primum ad declinandam hæresim eorum, qui dixerunt animam non esse formam substantialem corporis. Deinde contra eos, qui dixerunt, non esse talem formam, saltem in quantum est rationalis, quos damnauit concilium Viennense *a* in hæc verba: *Porro doctrinam omnem seu positionem, temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animæ rationalis seu intellectiuæ vere, ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati Catholicæ, inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio reprobamus*, & tradit S. Thomas. *b*

a In Clem. 1. parag. porro de sum. Trin. & fide Catho.

b Opusc. 24.

6 Dixi, *Ad obtinendam beatitudinem*, quo monstraremus finē illum vltimum & felicissimum, ad quem habendum creatæ sunt animæ nostrę, ac subinde nos ipsi, iuxta illud B. Augustini *c* citatum à Magistro. *d Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur.*

c In Enchirid. c. 3.

d In 2. libr. sent. dist. 1.

7 Dixi, *Per gratiam*, ad excludendum errorem Pelagianorum tradentium (vt refert B. Augustinus *e*) posse nos per solam potētiam naturalē cum cōcursu generali Dei, sine vlla ope speciali gratię iustificari, & glorificari, quos appellat hæreticos Isidorus, *f* qui damnati fuerant olim in Conc. Mileuitano, *g* & Conc. Africano, *h* relatis in tribus capitibus vltimis de cōsecrat. distinct. 4 & nouissime in Conc. Triden. *i* vt dicemus. *k*

e In præcitato lib. de hæres. ad Quod vult Deum, cap. 88.

f In cap. penult. 23. q. 3.

g Cap. 5.

h Cap. 80.

i Sess. 6. ca. 1. & can. 1. 2. & 3.

k In Præl. 3. num. 11.

8 Dixi, *Et per bona opera*, ad significandum quod licet primā gratiam, qua per baptismū, vel pœnitentiā iustificamur, nemo suis operibus de cōdigno mereri possit, vt definit prędictū Conc. Trid. *l* & docet S. Tho. *m* nullus tamen adultus iudicio rationis fungens lege cōmuni iustificatur, nisi pręuio aliquo actu moraliter bono, à libero arbitrio suo producto, etiamsi fide perpolleat, iuxta illud Aug. *n Omnis, qui iam suæ vitæ arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi cum pœnitet veteris vitæ, nouam non poterit inchoare; ab hac pœnitentia cum baptizantur soli paruuli immunes sunt: nondum enim vti possunt libero arbitrio o* & iuxta ea, quę tradit S. Tho *p* Adultus, inquam, iudicio rationis fungens, quia infantes, pueri, & adulti carētes iam à natiuitate ratione, ob merita Iesu Christi Domini nostri per baptismum communicata, eam nunc sub lege gratiam consequuntur, *q* & olim sub lege naturali, & scripta ob eadem merita applicata per circuncisionem, & alia sacrificia & oblationes in id institutas, consequebantur: non tamen ex opere operato, sicuti nunc per sacramenta. *r*

l Vbi supra, ca. 5. & can. 1. & 3.

m 1. 2. q. 112. artic. 1. & 2. & 4. art. 2.

n In libr. de pœnit. modic. cap. 2. & in cap. omnis, de consec. dist. 4.

o Quod ipsū ait in lib. de fide ad Petr. c. 50. & in cap. firmissime, 15. q. 1.

p 1. 2. q. 113. per totum.

q Ca. maiores de bap.

r Cap. quod autem, & ex quo, de cons. dist. 4.

9 Domini autē nostri Iesu Christi anima illa glorioſissima & semper benedicta, lege priuata, sine vllo eius actu & merito prēcedente, in primo suę cōceptionis instanti, non solū fuit iustificata, sed etiā beatificata quoad beatitudinē animę propriam, vt ante & post alios declarat S. Tho. *s* Eadē item lege priuata beata & immaculata virgo Maria Dei mater in pri-

s 3. par. qu. 19. ar. 3. & 5. lib. sen. 3.

dist. 18. art. 2. 4. & seq. & opusc. 3. c. 138.
a In d. 3. par. qu. 17. art 2. & 6 & q 27. per tot. & 3. lib. sent. d. 3. q. 1. art. 1. & 2 & 2. 1. part. q. 8 art 2. ad 3. & in 2. part. q. 46. art. 7. & in 2 lib. sentent. d. 8. q. 5. ar 3.
b Lib. 6. de Trinit. cap 6.
c In dicto 2 lib. sent. dist. 37
d In præcitata 2. par. q. 8. ar. 2. & 3 lib. contra gent. ca 68
e Ca singuli & cap vbi art de consec. dist. 2.
f Sess. 13. c. 3.
g In can. 3.
h Sup. num. 2. & 3
i Ca. firmiter de sum. Trin. & fid. Catho.
k Opusc. 23.
l In cap. in quadã parag. sed aduertus de celebrat. missæ.
m In lib. 19. de ciuit. Dei cap. 3. per totum: & in liquæst. veter. & noui testa. cap. 32. in ca. Moyses 32. q. 2.
n 1. part. qu. 76. a. 1. 4. & 2a qu. 70. art. 1. c 2. lib. de anima, text. 3.
o In præcitato ca. Moyses.
p Parag porro, de sum Trinit. & fid. Cathol.
q Sup. n. 5.
r In epist. 1. ad Corinth. cap. 4.
s Ibidem lect 5.
t [illegible] q. 1. art. 4. ad [illegible] in

mo suę conceptionis instanti, B. Itẽ Ioannes Baptista, & Hieremias antequam nascerentur sine vllo sacramento & sacrificio fuerunt iustificati, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur, Luc. 1. & tradit. S. Thom. *a*

10 *Tertio* dicimus quod ex hac definitione sic explicata infertur *primo*, errare illos, qui imaginãtur animas humanas esse diuisibiles, quales sunt animæ aliorũ animantiũ, habereq; capitula, seu parua capita, brachiola, manusculas, & alia mẽbra quę respõdent corporis partibus, quas animant & informãt. Quoniã anima rationalis est res incorporea, est indiuisibilis, neque habet vlla talia mẽbra: imo tota est in toto corpore & tota in qualibet eius parte quoad ipsam animæ substantiã & essentiã, quod docet S. Th. ab omnibus receptus *b* post beatum Augustinum, *c* quẽadmodum Deus optimus maximus est totus in toto mundo, & totus in qualibet eius parte: quia est vbique secundum Magistrum, & alios, *d* & S. Th. *e* & sicut sanctissimũ Christi corpus in almo & admirabili Eucharistiæ sacramẽto totũ atque integrũ est sub tota panis & vini specie, & totũ sub altera tantum ac qualibet eius parte, *f* & defiuit nuperrime sacrosanctũ Concil. Trid. *g* declarando *h* hęreticum eum, qui negat totum Christi corpus contineri sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta.

11 *Secũdo* infertur, animã non esse hominẽ: tum quia anima, vt diximus *i* est substãtia incorporea & immortalis, vt *k* tradit S. Th. *l* tũ quia homo duabus partibus cõstat, anima nempe rationali & corpore. Id quod tradit grauissimus auctor Innocent. tertius *m* in hæc verba: *Ad esse hominis duo principaliter exigũtur, videlicet corpus & anima, ex quorũ coniunctione verus homo subsistit*, quod ipsum antea docuit sanctissimus ille pater noster Augustinus, *n* & latius expressit diuus Tho. *o* post Aristt. *p*

12 *Tertio* infertur, cauendũ esse, ne quis ex illis verbis eiusdẽ Augustini, *q Oportet primum domum compaginari, & sic habitatorẽ induci*, colligat id, quod vtinã nemo colligeret, nempe perinde animam rationalem esse in corpore, ac motor nauis est in nauĩ, & habitator domus in domo, & quod non sit vera, & essentialis forma humani corporis, quoniam hoc est hæreticum, & damnatum per Clement. 1. *r* vt prædiximus. *s*

13 *Quarto* infertur, quod Paulus cum *t* appellat hominem interiorem partem intellectiuã, & hominem exteriorẽ partem sensitiuam, noluit dicere, quod aliqua illarũ pars separata sit homo, vt quidam hęreticus Tertulianus nomine inde collegit, auctore S. Tho. *u* sed quod secundum rei veritatem pars intellectiua est principalior pars hominis, & secundum aliorum falsam æstimationem pars sensitiua est pars principalior eius: & totum solet interdum nominari à parte principaliori, vt declarat idem S. Thom. *x*

[illegible] super præfatum cap. 4. epist. 2. ad Cor.

14 *Quinto*

14 *Quinto* infertur, glossam illam *a* quæ inquit, *cor esse animæ sedem*, non esse ita intelligendam, quod anima soli cordi insideat, indeque reliquum corpus gubernet, sed quod licet per se totam immediate omnes eius partes animet & informet, in corde tamen operatur quamplurima eorum, quæ ad vitam pertinent, quæ non operatur in alijs partibus, iuxta illud Parthenices Marianæ:

Cor prius ex illo, quoniam descendit in artus
Vitalis calor à pleno ceu flumina fonte:
Illic prima domus vitæ, postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponit.

Neque tamen ex hoc elegan[illegible] elogio colligas, prius tẽpore cor ipsum animari, quã cætera alia corporis mẽbra: nec posterius tempore, quam illa destitui ab anima. Quoniã vno & eodem tempore creatur à Deo ex nihilo intra corpusculum iam ad id organice fabricatum & paratum, & simul ei toti, & cuilibet parti, coniungitur tamquam forma eius substantialis, & essentialis, ex qua & illo corpusculo constuitur verus homo, vt colligitur ex sancto Thoma communiter recepto, *b* & ex Magistro, Scoto, & alijs. *c*

Sexto infertur, ad eundem item modum intelligendũ esse illud B. August. *d* *Anima quia spiritus est, in sicco habitare nõ potest, ideo in sanguine fertur habitare.* Infertur itẽ, quod in illo dicto B. Hiero. *e* *Nec potest viuere anima, nisi crescendi capax sit*, per verbum *anima*, intelligendum esse hominem animatum, vt ibidem glossa intellexit per figuram Synecdochen, capiẽdo partem pro toto (quãuis recentior editio aptius pro anima habeat animal.) anima enim humana nec augeri, nec minui potest: sed semper manet eadem, & incorruptibilis, vt supra dictũ est, & probat S. Tho. *f* & Scotus, Bonauentura, & alij *g*

Septimo infertur, illud Virgilij, *h* *Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus*, quod glossa *i* intelligit de hominibus esse quidem verũ in eo sensu, quod origo hominũ quoad animã est immediate à Deo per creationẽ ex nihilo intra corpusculũ, quod embryo dicitur, nõ autem in illo, quod de aliqua parte cælesti sit illa facta, hoc enim est, vt diximus, erroneum.

15 *Octauo* infertur, longe magis è re nostra esse per se, & simpliciter scire prædicta, eadẽque ruminare, quã alias scientias (etiam iuris) cognitioni fidei Catholicę minime necessarias, tum per illud dictum Bernardi: *k* tum quia hæc pertinent ad cognitionẽ fidei orthodoxæ, cuius studiũ esse vtilius & melius, quam aliarum sciẽtiarum, (etiam iuris, etiam laicis) singulariter definiuit Innocent. receptus, *l* tũ quia oportet omnes credere, saltẽ implicite, omnia quæ sunt Catholicæ fidei, hoc est credere in genere esse vera omnia, quæ credit sacrosancta Catholica Romana Ecclesia, & etiam explicite articulos fidei secundum S. Thomam *m* saltem eos quos illa solemnizat,

a Cap 1. de sacra vnction. in princ.

b 1. part. q. 90. art. 2. 3. & 4. & qu. 118. art. 2.

c In 2. libr. sent. dist. 17.

d In præcitato ca. Moyses 32. qu. 2.

e In lib. 2. aduer. Iouin. & in cap. ne tales de cõse. dist. 5.

f 1. par. qu. 75 art. 5.

g In 2. lib. sent. di. 17.

h In 6. AEn.

i In parag. fin. insti. de iur. nat. gent. & ciu.

k Relatum supra initio huius prælud. ij.

l In cap. firmiter, nu. 6. de sum. Trinit. & fide Cathol.

m 2. 2. qu. 2. art. 5. & 6.

a Ibid.ar.7.

lemnizat, secũdum eundẽ, quoad hoc ab omnibus receptũ. a

Nono infertur, quæstionis esse quotidianæ, An, & quantum peccent circa prædicta errantes? immo, An sint hæretici, adeò vt incurrant censuras contra eos latas?

Ad quam quidẽ quæstionem dicendũ videtur *primo*, quod peccant, nisi simplicitas, vel ignorantia iusta eos excuset: & quod sunt hæretici, si pertinaciter id teneant. b

b Arg.cle. 1.de summa Trin.& fide Cath.parag. porro iuncta, glo.in verb. pertinaciter, de hæret.& clem. 1. §.penult.iuncta glo.eod.verb. de vsur. & tradit S.Tho. vbi supra.

Secundo, quod non sunt hęretici, si pertinaciter non errant, hoc est, si habent præparationẽ animi actualem, vel virtualẽ resipiscendi, & credendi contrariũ, cum primum nouerint, id teneri pro fide ab Ecclesia Romana: quales arbitror innumeros, qui simpliciter, & bona fide sine pertinacia imaginãtur animas humanas, exutas corpore paruulos quasi infantes: eo quod frequenter audiunt, vel legunt, animã sancti Pauli primi Eremitę visam fuisse in huiusmodi figura à sancto Antonio per Angelos in cœlũ deferri, vt in eius vita describit diuinus Hieronymus, & animã sanctę Scholasticæ à beato Benedicto eius fratre c & alias ab alijs. Sicut & imaginãtur Angelos infantulos, & (quod peius est) imaginãtur etiam ipsũ Deum Patrem omnipotentẽ figuræ cuiusdam viri grauis & senescentis: & Spiritum sanctum colũbam: eo quod passim videt Angelos pictos pueruli figura in tabulis representationis Natiuitatis, & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, & Assumptionis Deiparę Virginis, & alibi sæpe: & eo quod videt Deum Patrem repręsentatũ in figura grauis, senioriſque hominis, & Spiritũ sanctum in specie columbæ, quas imaginationes falsas concipiũt, eo quod nõ satis docentur à parochis & concionatoribus, animas & Angelos nõ esse corporeos: & longe minus infinite Deum ipsum optimũ maximum, licet per species corporeas repræsentẽtur: & quod huiusmodi repręsentatio ideo fit, quia spiritualia, & incorporea nequeunt oculis corporeis repræsentari talia, qualia vere sunt, & ita repręsentantur in figuris, quę significent nobis, non quidem ea esse talis figurę, sed aliquas eorũ virtutes, & proprietates habere. Figura etenim infantilis animæ, quæ in cœlũ defertur, significat eius innocentiã, & quod eiusmodi figura angeli ornantis Christi Natiuitatẽ, & Ascensionem, & eius Marię matris Assumptionẽ, significa simplicem, & prõptam denotionem ad eis ministrandũ. Senilis vero ætas in Deo Patre summam eius auctoritatẽ & prouidentiam designat. Columbæ vero, quę simplex & amans est figura, summam simplicitatẽ, & amore Spiritus sancti, qui est summus & simplex amor Patris, & Filij, eis cõsubstantialis. Nam si satis hæc docerẽtur, libenter deponerent huiusmodi falsas imaginationes, crederentq; firmiter, quod nec anima, nec Angelus, & longe minus Deus ipse Pater, nec Filius, qua parte est Deus, nec Spiritus sanctus vllatenus visu corporeo cerni possunt.

c Vt in 2.li. Dialogorum cap.33. scribit B.Gregor.

16 *Tertio*,

16 *Tertio*,quod
piant prædictas
quod Deus,Ang
corporea,non so
gulariter peccare
de id faciant,per
cui nemo huc vs
Panor.*b* commu
imo neque pecc
pinaretur Patrẽ
Filio,& Filium S
Ecclesia iuxta A
ni alia hæresi,qu
ciens contrariũ
17 *Quarto*,quod
ad forum exteri
les nõ sint,& id
litate personarũ
seruisse talia.*c* S
quoad peccatũ
id sua culpa igno
Tales enim, etſ
çensendi hæreti
censuras,& alia
sunt tamen grau
netur scire,nõ e
differre clerico
& clarius Panor
satis declarent.
paria sunt scire,
illos,qui sciẽtes
qui nesciunt,si
lis qualis ignor
posito saltem v
terint esse de fi
Quinto,quod
tum mentalis f
pœnas à iure st
tale grauissimu
Circa prædic
ci *alii* peccant
cant: vel solum
Primi ordini
teneri à sancta
non esse substa
à corpore,quo
Secundo,qui

16 *Tertio*, quod cum, vt plurimum, nulli orthodoxorũ concipiant prædictas imaginationes cum credulitate pertinaci, quod Deus, Angeli, & animę habeãt corpora, siue quod sint corporea, non solum non sunt censendi hæretici, imo nec regulariter peccare, saltem mortaliter, si simpliciter & bona fide id faciant, per id quod in simili singulariter dixit Innocẽ. *a* cui nemo huc vsque quem viderim, contradicit & adhĩstit Panor. *b* communiter receptus, videlicet, non esse hęreticum, imo neque peccare eum, qui naturali ratione motus falso opinaretur Patrem in diuinis seniorem & antiquiorem esse Filio, & Filium Spiritu sancto, modo paratus sit corrigi ab Ecclesia iuxta Augustin. *c* quod ipsum tenet Castrẽ. *d* de omni alia hæresi, quã quis sine pertinacia credit, vel asserit, nesciens contrariũ teneri à sancta Catholica Romana Ecclesia.

17 *Quarto*, quod hoc limitãdum est primo, ne procedat quoad forum exterius, in quo præsumẽtur hæretici, licet vere tales nõ sint. & ideo vt plurimũ, aliqua pœna maiore pro qualitate personarũ plectuntur, qui probantur, vel cõfitentur asseruisse talia. *e* Secundo, ne procedat quoad forũ conscientię quoad peccatũ in ijs, qui tenentur scire illa esse de fide, licet id sua culpa ignorent, vel non animaduertãt, nec considerent. Tales enim, etsi coram Deo, & in foro conscientię non sunt censendi hæretici *f* nec consequenter in illo foro incurrant censuras, & alias pœnas contra hęreticos statutas, censendi sunt tamen grauiter peccare, cũ ignorãtia iuris, quod quis tenetur scire, nõ excuset *g* quod satis sentit Innoc. *h* dum sentit differre clericos à laicis in materia credendi fidei articulos: & clarius Panormit. *i* quãuis nec ipsi, nec alij, quod sciã, hoc satis declarent. Sed probatur ratione illa irrefragabili, quod paria sunt scire, vel scire deberę *k* & cõstat grauissime peccare illos, qui sciẽtes, cõtrariũ esse de fide, affirmant talia: ergo etiã qui nesciunt, si scire deberent, grauiter peccãt, licet illa qualis qualis ignorantia & incogitantia cũ fide implicita, & proposito saltem virtuali credendi quicquid nouerint, & aduerterint esse de fide, à pertinacia, cẽsura, & alijs pœnis excusęt. *l*

Quinto, quod nullus prędictorum errorum, nec alius, si tantum mentalis fuerit, inducit excommunicationem, nec alias pœnas à iure statutas, licet vere sit hęresis, & peccatum mortale grauissimum. *m*

Circa prædicta ergo, *alij* peccant mortaliter, & sunt hęretici: *alii* peccant mortaliter, & non sunt hæretici; *alii* non peccant: vel solum venialiter.

Primi ordinis est *primo*, qui sciens & aduertens contrarium teneri à sancta Catholica Romana Ecclesia, credit animam non esse substantiam, quę per se subsistere possit, differentem à corpore, quod informat. *n*

Secundo, qui cum eadem scientia credit, eam esse corpoream, vel

a In præcitato c. firmiter de sum. Trin. & fid. Cath. n. 7.
b In cad. rubr. nu. 4. & seq.
c in cepi. 162. & in c. dixit Apostolus, 24 q. 3.
d Lib. 1. aduersus omnes hæreses, c. 9.
e Arg. cap. acculatus, in prin. & parag. 1. & 3. de hæret. l. 6.
f Vt præcitati asserunt.
g parag. notandum posito sub cap. si quem pœnituerit, 1. q. 4. cum gloss. & omnibus aliis scribentibus, & c. ignorantia. cum glo. l. 6. adnotatis de reg. iur. lib. 6. & traditis.
h In l. 2. q. 76. a 2. & 4. & q. 90. a. 4. & 2. 2. q. 53. a. 2.
i In dicto c. firmi, de sum. Trin. & fide Cath. num. 2.
k Vbi supra l. quod te mihi dare oportet. ff. de reb. cred. cũ multis ibi à recentioribus allatis.
l In quos faciunt c. hæc est fides, 24. q. 1. & c. dixit Apostolus. ead. caus. q. 3. quæ latius tradit B. Anton. 2. par. tit. 12. c. 5. para. 1.
m Vt dicetur infra, c. 11. num. 22.
n Sup. num. 2. 3. & 10.

vel habere formam humanam in parua membra digestam. *a*

a Num. 3. & 10.

Tertio, qui cum eadem scientia credit, eam simul cum corpore interire. *b*

b Num 3.

Quarto, qui cum eadem scientia credit animas creari, ab angelis, vel esse de substantia vel parte Dei. *c*

c Nu. 4. & 14.

Quinto, qui cum eadem sciẽtia credit, omnes animas creari antequam infundantur corpusculis. *d*

d Num. 1.

Sexto, qui cum eadem scientia credit, animam non esse formam substantialem humani corporis. *e*

e Num. 5.

Septimo, qui cum eadem scientia credit, posse nos saluari solis viribus naturalibus, & nostro libero arbitrio sine gratia speciali supernaturali. *f*

f Num. 7.

Secundi ordinis sunt, qui prędicta credunt ignorantes, vel non aduertentes contrarium teneri à sancta Ecclesia Catholica Romana, quod si scirent, & aduerterent, non crederent illa: sed sunt personæ quæ id scire, & aduertere debent. *g*

g Num. 16. & 17.

Tertij ordinis sunt, qui credunt prędicta nescientes, nec scire debentes contrarium teneri ab Ecclesia. *h*

h Ibidem.

De animæ potentijs, quatenus est vegetatrix, & sentiens.

PRÆLVD. II.

1 *Animæ potentia quid, & quotuplex.*
2 *Potentiæ sentiendi exteriores quinque,*
3 *Interiores quatuor.*
4 *Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ sensitiuæ.*
5 *Sensualitas appellatur vis appetens, sensibilis, irascibilu, & concupiscibilis.*
6 *Anima rationalis distinguitur à potentijs sensitiuis.*

DE potentijs animæ, quatenus est vegetatrix, & sentiẽs, dicimus pauca. *Primo*, quod potentia, seu virtus, siue vis animæ, de qua hic agimus, est proximum principium operationis eius, vt satis colligitur ex Thoma. *i*

i 1. part. q. 77. ar. 1. & 4. & q. 78. per totam.

Secundo dicimus, quod diuina bonitas eam ornauit omnibus potentijs, virtutibus, & viribus, quas habet anima vegetans, siue vegetatiua, qua plantæ viuunt; adeo quidem, quod merito anima rationalis posset appellari vegetatrix, siue vegetatiua, vt resolute ait Ioann. Maior. *k* Siquidem cũ in homine, vt dictum est supra *l* vna sola sit anima, & videamus eum nutriri, augeri, & perfici, & nutritum, auctum, & perfectũ similem sibi generare; consequens plane est, eius animũ habere omnes vegetatiuę animę potẽtias, vires, & facultates, quę sunt tres; *Nutritiua*, quæ conseruat corpus, *Augmẽtatiua*, quæ auget & perficit illud, & *Generatiua*, quę sibi simile producit,

k 2. lib. sent. dist. 16. q. 2.

l Prælud. 1. num. 4.

juxta

iuxta illud Aristot.*a* *Opera animæ vegetatiuæ sunt tria, generare, alimento vti, & augmentum facere*, vt declarat sanctus Thomas.*b*

2 *Tertio* dicimus, quod eadem illa bonitas ornauit eã etiam potentijs, viribus, & facultatibus omnibus animæ sensitiuæ, adeo quidẽ vt merito anima rationalis appellari possit sentiens, siue sensitiua, vt recte dicit Ioan. Maior.*c* Cum enim videamus, hominem mouere sese; efficitur eum habere potẽtiam motiuam animæ sensitiuæ. Cum item perspiciamus, eũ sentire & cognoscere; consequitur, eum habere potentiam animæ sensitiuæ cognoscitiuam, quæ diuiditur in *interiorem*, & *exteriorem*. *Exteriorem* exercet per potentias exteriores, quę sunt quinque, *Visus* videlicet, *Auditus*, *Odoratus*, *Gustus*, & *Tactus*, quos recensuit etiam glossa,*d* *Interiorem* autem cognitionem sensitiuam, exercet per potentias sensitiuas interiores, quæ sunt quatuor.

3 Prima est, *Sensus communis*, cuius munus & officium est recipere interius cognitiones omnium, quæ prædicti quinque sensus exterius cognoscunt, & de illis iudicare. Secunda est *Imaginatiua*, seu *Cogitatiua*, cuius munus est seruare omnia, quę recipit Sẽsus communis. Tertia *Æstimatiua*, ad quam spectat recipere intentiones, quas animal naturaliter percipit, sed aliter quam per sensus exteriores; vt est illa, qua ouis æstimat lupum esse suum inimicum. Quarta est *Memoratiua*, cuius officium est conseruare tanquam in thesauro intentiones, quas æstimatiua recipit, secundum sanctum Thomam *e* qui *f* ait, Auicennam addidisse his quintam, videlicet phantasiam, sed superuacanee, cum eius officium efficiat Imaginatiua.

4 *Quarto* dicimus, quod hæc eadem anima nostra habet *potentiam appetendi*, qua pollet anima sensitiua, quia potest appetere ac renuere, quę per sensus prædictos cognoscit. Quæ quidem potentia appetitiua *sensualitas* vocatur à sancto Thoma,*g* quæ vox, quamuis non videatur latina, ea tamen vtitur etiam Magister, *h* vbi eam definit.

5 *Quinto* dicimus, quod hæc *sensualitas*, siue potentia, siue vis appetitiua sensitiua, diuiditur in *concupiscibilem*, & *irascibilem*. *Concupiscibilis* est illa, per quam anima humana, quatenus cõuenit cum sensitiua, potest appetere, siue velle, vel renuere, siue nolle illa, quæ apprehendit conuenire, vel non conuenire per prædictos sensus, ea ratione quod conueniant, vel non conueniãt. *Irascibilis* vero est illa, per quã audet resistere illis, per quæ impugnantur, vel per quę impediuntur illa, quę sibi conuenire videntur. Itaque potentia *irascibilis* propugnatrix est potentiæ *concupiscibilis*, vt dixit S. Thomas, *i* qui *k* probat, prædictas duas potentias subdi rationi, eique obedire, licet quoad aliquid ei repugnent & submurmurent. Quoniam dictante ratione, non esse experendum, vel cupiendum, aut renuendum illud, aut illud, aut non esse resistendũ illi, aut illis aut

a 2. lib. de anima. tex. 13.
b 1. par. qu. 78 art. 1. & de anima art. 13.
c In dicto 2. lib. sen. dist. 16. q. 1.
d l. quod meo. ff. de ad q. poss.
e 1. par. q. 79. art. 6. in corpore q.
f In q. 78. art. 4.
g 2. part. q. 91. ar. 1. & à Ioan. vigesimo secundo in proœmio clement & ab Inno 3 in c. 1 parag. in vertice de sacra vnctione.
h In 2. lib. sent. d 24.
i In dicta q. 81. art. 2.
k In seq. ar.

aut omnino obediunt, aut certe refrænantur. Quod experientia palam docet, quoties ira, timore, audacia, amore, vel odio perciti, aut omnino, aut ex parte sedamur, considerando aliqua à nobis, vel ab alijs proposita rationi consentanea: sicuti a Dauidis ardens ira extincta fuit per rationes & preces Abigail iustissimas. Amor itē effrenatus, & furēs Mariæ Magd. repressus & extinctus fuit per prædicationem Domini nostri Iesu Christi, diuinæ & humanæ rationi consentaneam. b

a 1. Reg. cap. 25.

b Luc. c. 7.

6 *Sexto*, quod satis grauis quæstionis est: An quælibet prædictarum potentiarum vegetatiuæ ac sensitiuæ, sit re ipsa idem quod anima? In qua quidem quæstione illa videtur verior, facilior, & commodior sententia, quæ habet nullam harum potentiarum, quas habet anima rationalis humana, quatenus est vegetatiua, vel sensitiua, cognoscitiua, aut appetitiua, esse idem quod ipsamet anima, eo quod omnes prædictæ potentiæ constant & sunt compositæ ex aliqua parte corporis, & ipsamet anima: sicut totus homo constat ex anima & toto corpore. Et ita sicut totus homo non est sola anima ipsius, vt prædictum c est: ita partes illæ hominis, quæ sunt potentiæ sensitiuæ, & organa sensuum ipsius non sunt sola anima, ex qua & aliquibus partibus corporis constant; quia eadem ratio quæ est de toto ad totum, est de parte ad partem: d quod lōge dilucidius, quam alij omnes, tradit Ioan. Maior. e

c Præiud. 1. num. 11. d l. quæ de fundo ff. de rei vend. cat. & c. pastoralis. l. g. item cum totum, de offic. deleg.

e In 2. libr. senten. dist. 16. q. 2.

Circa potentias animæ humanæ nullus fere peccat, credēdo illud, aut illud, nisi qui scit, vel scire debet, vnā tantum animā (rationalē scilicet) esse in homine, iuxta dicta supra f & nihilominus credit, animam rationalem non sentire, sed solū intelligere: quia consequenter videtur confiteri, plures animas esse in homine, quod est erroneum. An autem id sentiens sit hæreticus, vel peccet morta. facile colligitur ex Præludio. 1. g

f In Præl. 1. num. 4.

g Num. 16. & 17.

De potentijs animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiua.

PRÆLVD. III.

1 *Anima rationalis quas potentias habeat, & an sint ipsa* 2.
2 *Anima & memoria nō differunt: sicut nec intellectus & ratio.* 3.
4 *Anima cur appellatur intellectus, memoria, intellectus agens, intellectus possibilis, & ratio tum superior, tum inferior.*
5 *Animæ appetitus, & intellectus varie appellatur.*
6 *Appetendi & volendi vis intellectiua, vt differt à sensitiua.*
7 *Voluntas & intellectus vario modo animam mouent.*
8 *Appetendi vis diuiditur vt sensualis.*
9 *Anima sola rationalis habet liberum arbitrium.*
10 *Liberum arbitrium non esse homini hæresis.*
11 *Liberum arbitrium, vt sufficit ad cadendum, & non ad surgendū*

11 Gra-

11 *Gratiam gratum facientem primam nemo de condigno meretur.*
12 *Gratia Dei quæsita sine dono perseverantiæ non perdurat.*
13 *Anima plura nosci vi rationali, quam sensitiua.*
14 *Anima vt nosci se, & angelos, & vtriusque actus.*
15 *Anima & angelus non cognoscunt per suas essentias, vt Deus per suam.*
16 *Homo imago Dei est quoad mentem, non quoad corpus.*
17 *Imago Dei est mulier sicut vir.*
18 *Homo imago Dei quoad naturam, potentias, & actus.*
19 *Homo qua via Deum vnum & trinum melius cognoscit.*
19 *Generatio, & processio in diuinis spiritualissimæ.*

1 DE potentijs animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiua dicimus sequentia. *Primò*, quod Deus Opt. Max. donauit animam rationalem humanam, non solum præfatis potentijs, quibus decorauit animam vegetatiuam, & sensitiuam: sed etiam alijs duabus longe nobilioribus, videlicet *potentia intelligendi*, quam scholę *intellectum* appellant, & *potentia appetitiua*, siue appetendi: quam eædem *voluntatem* nominant.

2 *Secundo* dicimus, quod S. Thom. cum suis assectis *a* ait illas non esse animam: sed ab ea, & inter se re ipsa differētes, ita vt anima sit substantia: intellectus vero & voluntas duo accidētia diuersa inseparabiliter ab ea emanantia. Scotus autē cōtra tenet, *b* cum suis sequacibus, & omnibus Parisiensibus, exceptis Dominicanis, vt testatur ibidem Ioan. Maior, *c* qui eā per multas propositiones dilucidius, quàm alij omnes ibi explicat: sicut econtrario Gabriel diffusius alijs obumbrasse videri potest. Equidem Scoto magis accedo, tū ob eius rationes, tū quia cū parum, imo nihil referat quoad salutem animę, de qua tractamus, vtrā harū teneamus: per hāc vitamus multas difficultates, quę multū laboris, & parū vtilitatis ingerunt, tū quia ipsemet S. Tho. *d* ait, memoriam nō esse potentiam separatā ab intellectu, & ante e affirmat, intellectū possibilem non separari ab intellectu agente, nec speculatiuū à practico *f* nec rationem ab intellectu, nec rationē superiorē ab inferiori *g* Ad quæ omnia dicenda vir sanctissimus, ititēq; doctissimus eo mouetur, quod absque necessitate nō sunt res multiplicādę, iuxta illud Ari. *h* *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* Id *quod* nō latuit glossā *i* & ęque fere facile sustineri potest, quod hę duę potētię, intellectus scilicet, & volūtas, sint vna & eadēres inter se, & cum anima ipsa, & quod memoria & intellectus sint vna & eadē potentia, tū denique, quod clarissimus ille iuxta ac sanctissimus rerū vtiliū doctor Isidorus, quem nemo eorum citat, in hac fuit opinione *k* eamq; declarauit quam breuissime per hæc verba: *Hæ* (videlicet potētię) *ita adiunctæ sunt animæ, vt vna res sit; pro efficientijs enim causa-*

a 1. part. q. 77. a. & lib. 2. sent. dist. 3. q. 4. ar. 2 & de anima, art. 12. & alibi sæpe.
b In 2. libr. senten. di. 16. q. quæst.
d In dict. 1. part. q. 79. art. 7.
e In eadem q. ar. 1. & 4.
f Ibidem ar. 11.
g Ar. 2. & 3.
h 8. Physic. cap. 5.
i In princ. & in fine cle. 1. de sum. Trin. & fid. Cath.
k 11. Originum siue etymologiarū cap. 1.

thus

rum diuersa nomina sortita est anima: nam & memoria mens est, vnde & immemores dicuntur amantes. dum ergo viuificat corpus animæ est, dum vult, animus est, dum scit, mens est, dum recolit memoria est, dum rectum iudicat, ratio est, dum spirat spiritus est. Quæ quidem verba aperte sonant, animam pro varietate officiorum variis appellari nominibus, non quidem eo, quod illæ vires & potentiæ sint ab ea vel inter se re distinctæ, sed eo quod diuersos & distinctos effectus operatur per illas; quemadmodū Deus ipse, cum sit vna res simplicissima, tamen quia infinitas vires habet, & infinita operatur, infinita sortitur nomina: cū tamen nihil sit in eo, quod non sit ipsiusmet substantia *a* & sicut vnus & idem homo propter varia officia varia sortitur nomina, dicitur etenim pater, quia filiū habet, rex quia regnum, & comes, quia comitatum.

a Text. cap. firmiter, de sum. Trinit. & fid. Cath. adiuncta gl. in verb. simplex omninò & tradit Aquinas, 1. pa. qu 3. & q 9. ar. 1.

4 *Tertio* dicimus, quod anima humana quatenus habet vim intelligendi, variè appellatur. Nam appellatur *intellectus*, qua ratione intelligere potest: & *intellectus agens*, qua ratione agnoscit & agit cognitiones & notitias: *intellectus* verò *possibilis* quatenus recipit eas, *memoria* vero, quatenus eas recolit, secūdum Arist. *b ratio* autem dicitur secundum Augustin *c* quatenus aliud ex alio deducit, quod pulcrè declarat S. Thom. *d pars* vero *superior rationis* secundum eundem Augustin. *e* eo quod intendit æternis concupiscendis, & considerandis; *pars* verò *inferior rationis*, quatenus intendit temporalibus gubernandis, quod latius declarat idem Tho. *f* & Magister, & alij; *g intellectus* verò *speculatiuus*, quatenus id quod intelligit, nō ordinat ad opus: *practicus* autē quatenus id quod intelligit, ordinat ad opus, vt idem declarat *h* iuxta illud Arist. *i intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus.*

b Lib. 5. de anima.
c Lib. 13. super Genes. ad literam, c. 20.
d In 1. part. q 79. art. 8.
e Ibidem cap. 13.
f In dict. q. 79. ar. 9.
g In 2. libr. sent. dist. 24.
h In præcitata q 79 a. 11.
i 3. li. de anima text. 49.

5 *Quarto* dicimus, quod eadem anima varie appellatur, quatenus habet vim volendi, vel nolendi rationalem: appellatur enim proprie *animus*, vt Isidorus ait, *k* appellatur item à vulgo *voluntas*, quāuis à nullo auctore linguæ Latinę idoneo, quem legerim, sic appelletur. Nam ille actus volendi, vel nolendi, qui barbare dicitur volitio, vel nolitio, est Latine voluntas, vt docet Marcus Tullius, *l* ibi: *Appetitionem quam Græci βέλησιν appellant, nos voluntatem vocamus:* Quod ipsum sentit Augustin. *m* ibi: *Voluntas est animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitādum.* Appellatur etiam *spiritus* à Paulo, *n* ibi: *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem*, vbi spiritus significat concupiscentiam spiritualium, vt colligitur ex S. Tho. *o* Appellatur item *appetitus intellectiuus* vulgariter. Veruntamen quia loquendum est vt plures, vim seu potentiam intelligendi appellabimus *intellectum*: vim verò, seu potentiam volendi, aut nolendi, *voluntatem*, vt vterque, tam Scotus, quam S. Thomas appellant.

k Vbi supra.

l 4. libro Tusculą.

m In Lib. 1. Retract. ca. 11. & c. 1. par. [illegible] ad Galat. 5.

n Ibidē lect. 4. & 1. 2. q. 70. ar. 4 in corpor. q.

6 *Quinto* dicimus, quod ex ijs infertur, quod *voluntas*, quæ

est

est vis, & potentia volendi, & appetendi intellectiua, longè differt à vi, seu potentia volendi, seu appetendi sensitiua; tum quod illa *a* ad plura extenditur, tum quod hæc appellatur *sensualitas*, vt in proxime præcedenti præludio diximus, iuxta illa, quæ tradit Arist. *b* quæ subtiliter tractat vterque Tho. *c* illa verò à vulgo appellatur *voluntas*, seu potentia vel vis appetitiua, siue rationalis, tum ob illud Pauli, *d* supra relatum: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*, vbi per *carnem*, significatur sensualitas, per *spiritum* autem voluntas superior: tum quia experimur, nos velle aliqua per sēsualitatem, à quibus abhorremus per vim appetitiuam intellectiuam, iuxta illud eiusdem Pauli. *e Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*: tum quia potētia appetitiua sensitiua, siue sensualitas, nō est ipsa anima: sed pars quędam hominis composita ex anima, & materia, siue corpore, in qua est vis appetitiua sensitiua. Voluntas autem est, secundum opinionem quam sequimur, ipsa anima pura: secundum verò sanctum Thomam, est accidens quoddam inseparabiliter ab essentia animę fluens, vt dictum est.

a Vt infra in 8. distin. 13. dicetur.
b 3. de anima
c In 1. par. q. 80. ar. 2.
d Ad Galat. 5
e Ad Roman. 7.

7 Quibus quidem omnibus *addo* asseri ab omnibus, quod alia ratione voluntas, siue anima velle potens mouet intellectum, siue se ipsam intelligere potentem: & alia anima, quatenus est intellectus, voluntatem. Voluntas enim mouet intellectum veluti volendo, & imperando, vt agat illud, aut illud: intellectus autem mouet voluntatem præsentando ei obiectum & rationem, qua illud velle, aut nolle debeat, vt declarat S. Thomas. *f*

f 1. 2. q. 9. art. 1.

8 *Sexto* dicimus, quod sicut sensualitas, & potentia appetitiua animæ humanę sensitiuę comprehendit vim irascibilem, & concupiscibilem, quæ non re, sed tantum ratione differūt; sic potentia, & vis appetitiua animę intellectiuæ continet sub se irascibilem, & concupiscibilem eiusdem partis intellectiuæ, per quas non solùm potest facere id, quod faciunt cōcupiscibilis, & irascibilis sensualitas circa sensilia: sed etiam circa ea, quę tantum sunt intelligibilia, & potest concupiscere ea omnia, quæ cognouit per sensum, vel rationem conuenire, & renuere contraria: quod est officium partis concupiscibilis. Potest item renuendo resistere omnibus impugnantibus, vel conuenientia impedientibus, quę cognoscit esse talia, siue per sensum, siue per intellectum: quod est officium irascibilis, vt colligitur ex S. Thoma *g*

g In 1. parte q. 22. art. 5.

9 *Septimo* dicimus, quod licet anima humana ea ratione, qua est *sensitiua*, non habeat *liberum arbitrium*: habet tamen illud qua ratione est *intellectiua*, tum per illud, *h Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui*, id est, libertate arbitrij sui, secundum glossam eiusdem, & S. Thomam *i* tum quia libere eligit, & refutat per potentiam, siue vim appetēdi

h Eccles. 15.
i 1. p. q. 22. art. 2. & 2. q. [illegible]

ea,

ea, quæ sibi repræsentantur à potentia, siue vi intelligendi & iudicandi, ratiocinando; quod fusissime docet Magister *a* cū alijs in eum commentantibus, & S. Thomas *b*: tum quia hoc distat inter inanima, & animata sola anima vegetatiua tantū ex vna parte, & animalia bruta ex altera, & hominem ex tertia, quod prima agunt sine iudicio proprio: alia cum iudicio proprio sed naturali, non libero: homo vero ex iudicio proprio libero potenti diuersa eligere. Nec ideo putet quis liberum arbitrium esse actum, vel habitum naturalem infusum, vel acquisitum alicuius potentiæ: quia imo est ipsa potentia animi, vt concludit S. Thomas *c* post Magistrum, *d* vbi idem S. Thomas, & alij idem affirmant: & cum per supradicta, *e* nō distinguantur re ab anima, secundum eos, quos in hoc sequimur, sed solum ratione; consequitur *liberum arbitrium* esse ipsammet animam ea ratione, quod cognoscendo aliquid per vim intelligendi, potest libere illud velle, vel nolle per vim appetendi: & ideo non abs re definitur à prædictis esse facultas voluntatis & rationis: quia in eius exercitio oportet interuenire actum cognoscendi, & ratiocinandi, seu consultādi, qui pertinet ad intellectum, seu vim intelligendi, & actum eligendi, qui pertinet ad voluntatem, seu vim appetendi. Itaque anima est, & dicitur liberum arbitrium ratione præfata.

a 2. lib. sent. d. 24.
b In dicta 1. p. q. 83. per quatuor articulos.
c 1. p. q. 83. art. 1.
d In 2 lib. sent. d. 24.
e Nu. 2. & 8.

Anima est liberum arbitrium.

10 Cæterum circa liberum hominis arbitrium duę sunt hæreses. Altera est Lutheranorum, vel potius antiqua Albanēsium per impium Lutherum renouata; quæ omnino negat inesse homini liberum arbitrium. Altera est Pelagianorum quæ habet (vt testatur B. Aug.) *f* tantum esse illi liberi arbitrij, vt per illud solum, sine speciali gratia, possit iustificationem mereri. Quarum prior reprobatur non solum à S. Thoma, vbi supra, & latissime à Castrensi *g* & à quamplurimis alijs alibi, sed etiam à sacrosancto Conci. Trid. *h* in canonibus de iustificatione, quorum quartus sit habet, *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium... Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque possit dissentire, si velit; sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiue se habere: anathema sit.* Quintus vero sic inquit. *Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum admissum, & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo; imo titulum sine re, figmentum, demiq; à Satana inuectum in Ecclesiam: anathema sit.* Sextus demū sic: *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permissiue solum, sed etiam proprie, & per se, adeo, vt sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Paul. anathema sit.*

f 1a lib. de hæres. ad quod vult. Bcum c. 88.
g In lib. 9. aduersus omnes hæreses, verbo libertas. in princ.
h Sess. 6 de iustificat. can. 4. 5. &c.

11 Cuius rei consideratio valde nobis profuerit: Multū etenim nos ad eius gratiam petēdam & flagitādā submittet, reputare nobiscum, posse quidem nos mala facere per solū nostrum

ſtrum liberum arbitriū: bona vero, quæ ſufficiant ad vitam æternam conſequendam, nequaquam. Poſterior vero hæreſis prędicta Pelagianorum, damnata olim in Conci. Miſcuitano, a nuper iterum damnata fuit à ſacro Conc. Trid. b Primus ſic habet: *Si quis dixerit, hominem ſuis operibus quæ per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiunt, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit.* Secundus verò ſic. *Si quis dixerit, ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt facilius homo iuſte viuere, ac vitam æternam promereri poſſit: quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægrè tamen & difficulter poſſit, anathema ſit.* Canon vero tertius ſic ait: *Si quis dixerit ſine præveniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur: anathema ſit.*

a Can. & cap. 4. & 5. relatis in tribus ca. vlt. de conſecr. dist. 4.

b Prædicta ſeſſ. 6 de iuſtificata per tres canon. ca. 12. & 3.

12 Quibus addendum, quod etiam ad perſtādum in gratia iam quæſita, & perſeuerandū in ea ad finem vſque, egemus auxilio Dei ſpeciali, vt probat Aquinas communiter receptus, c imo & Conc. Trid. declarauit d contrarium eſſe hæreſim. Quare ſummo ſtudio nitamur eam quærere, & quæſitam conſeruare, ne Deus noſter nō minus iuſtus, quam miſericors, vidēs noſtram in ea quærenda oſcitantiā, & in eadem conſeruanda negligentiam, obijciat nobis illud e *Abſcondam faciem meam à vobis, generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij:* à qua nos indignatione miſericordia eius infinita liberet. Amen.

c 1. 2. q. 100. art. 10. & qu. 114. art 2. & in 2. lib. ſent. q. 18 ar. 4.

d In dicta ſeſſ. 4. cap. 13 & cap. 22.

e Deut 32.

Quæ autem gratia requiratur ad merendum de condigno, & ſi qua, & quę etiam quoad bene operandum moraliter tantum, dicemus infra. f

f Cap 27. num. 29.

13 *Octauo*, quod longè plura poteſt anima noſtra cognoſcere, & appetere, quatenus eſt *rationalis*, quam quatenus eſt *ſenſitiua*. Nam quatenus eſt *ſenſitiua* nihil aliud cognoſcere, vel appetere poteſt (vt prędiximus) quā corporea, & ſenſilia: quatenus verò eſt *rationalis* poteſt cognoſcere, ac appetere primū omnia ſenſilia: etenim ad ea omnia quamlibet materialia, corporalia, & ſingularia prędictę illius potentię ſe extendunt per notitias, & appetitus immateriales, ſecundum omnes, licet de modo, qui parum facit ad conſcientias, inter eos omnes non conueniat, vt videre eſt per vtrumque Thomam. g

g 1. part. q. 86. art. 2.

14 Deinde poteſt etiā cognoſcere & appetere omnia vniuerſalia inſēſilia, incorporalia, & ſpiritualia: puta ſe ipſam & ſuos actus interiores: angelos itē, & eorū actus, imo & Deū ipſum aliquo modo. & in eius ſimpliciſſima indiuiduaq; ſubſtātia Sācti ſſimam Trinitatē perſonarū (licet nō naturali lumine) iuxta illud collectę eius diei feſti. *Qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem.* Non tamen dicimus, Deum eſſe primum quod cognoſcimus, cum communiter per cognitionē creaturarum (quę ſunt eius veſtigia) in illius, qui eſt cauſa earū, agni-

a Ad Rom. 1.

tionē veniamus, iuxta illud Pauli: *a Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*: vel per doctrinam, seu prædicationem magistrorum: *b* quæ omnia latius fundari possunt per ea quæ tradit Angelicus doctor. *c*

b Ad Rom. 1. & ca. cum ex iniuncto, de hæret. c 1. part. q. 88 ar. 1. 2. & 3.

Nono dicimus, quòd anima nostra cognoscit se per intellectus sui actū suam naturā considerando: quæ consideratio tam vtilis erit ea vtentibus, quā eius negligentia nocens ea non tentibus, iuxta S. Tho. *d* qui *e* concludit, animam nostram per vim intellectus cognoscere proprium actum intelligēdi, iuxta illud B. Augustini: *f intelligo me intelligere*. Imo & propriū actum volendi, iuxta illud eiusdem ibidem. *Intelligo me velle*: per quem modū etiam in statu præsenti possumus intelligere Angelos, saltem imperfecte, & per similitudinem, etiam affirmatiue aliquid cognoscere de illis, vt declarat diuinus Thomas. *g*

d In dicta 1. p. q. 87 ar. 1. e In ar. 3. & 4. f 9 de Trinit. cap. 3

g 1. part. q. 88. ar. 1.

15 *Decimo* dicimus, quod inter cognitionē Dei & cognitionem Angeli, & animæ nostræ, plurimū interest. Deus enim, sua simplicissima essentia, sine vlla alia qualitate, vel accidēte, & sine vllo discursu, se cūctaque alia simul intelligit: Angelus verò, & anima nostra nihil cognoscūt per suas ipsorum essentias, sed per qualitates sibi inhærentes. Siquidē omnis tam Angeli, quā animæ nostræ intelligentia, notitia, & cognitio, est quędā qualitas, & accidēs reale distinctum ab eis, & eorū potentijs, inhærens illis; quæ colligūtur ex S. Tho. *h* Inter Angelum autem, & animam nostrā hoc interest, quod hęc intelligit componendo & diuidendo ea, quæ actu simplici apprehendit, & ratiocinando, seu aliud ex alio ex eis deducendo: Angelus verò sine vllo discursu simulac quidditatem rei cognoscit, omnia, quæ illam consequuntur, apprehendit.

h Vbi supra art. 3. & 4. & de anima art. 16.

16 *Vndecimo* dicimus, debere nos quā maximas gratias Deo agere, eo quod nō solū dederit nobis esse, vt alijs creaturis sui inanimis; & viuere, vt plantis; & sentire, vt bestijs; sed etiam sapere, & intelligere, vt Angelis: & ita effecerit nos imagines sui ipsius, iuxta illud: *a Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: quę imago Dei non consistit in corporali figura, neque in esse, vel tentire; sed in esse intellectuali, quo præstat homo cęteris animantibus, secundū D. August. *b* & in sapere, & intelligere, & aptitudine ad cognoscendum & amādum eum, vt inquit S. Th. *c* quod quidem beneficiū nullis alijs creaturis concessit, præterquam Angelis. quę eo maiorem eius imaginem quam homo gerunt, quo magis intellectualem naturam habent. Vnde neq; homo quoad alias partes, quam quoad mētem gerit prædictam Dei imaginem, sed solum vestigium, sicut & aliæ creaturæ, vt declarat idem S. Thomas. *d*

a Genes. 1.

b In lib. octuaginta trium quæstionum, q. 51 c 1. part. q. 93 ar. 7. & 4.

d Vbi supra. e l. si quis in metallum, parag. de pœn.

Nec obstat *e* lex *si quis*, quatenus habet, faciem hominis non esse maculandam aliqua nota pœnæ, eo quod ad imaginē pulchritudinis cœlestis est figurata: quia non significat, vt aliqui putant, imaginem Dei, quæ est in homine, esse secundum faciem corporalem,

corporalem, & ideo non esse maculandam: sed solum insinuat, corpus hominis erecta facie, longe aptius esse ad contemplandum cœlum, & ad significandum imaginem Dei eius in mēte reconditam, quàm cæterorum animalium; & propterea maius vestigium relucere in eius corpore (præsertim facie) quam in alijs, vt ait Augustinus *f* & declarat S. Thomas, *g* & ideo non esse maculandam.

17 *Duodecimo* dicimus, quod hæc imago Dei ita est in muliere, ac in viro, vt post & ante alios concludit S. Tho. *h* quia vterque habet animam rationalem, & intellectualē naturam. Nec obstat illud, *i Vir est imago Dei, mulier vero imago* (alias gloria) *Viri*. Nec illud August. *k Mulier ad imaginem Dei non est facta*. Non, inquam hæc obstant, quia non agūt de imagine Dei principali, quæ cōsistit in essētia hominis; sed de alia minus principali, quæ consistit in productione & processione. Nam quoad hanc vir dicitur similis Deo: eo quod sicut ille à nullo alio est, ita vir ex nullo alio homine processit: mulier autem processit à Deo assumente illam ex homine, vt sentit S. Thom. *l*

18 *Decimotertio* dicimus, quod anima nostra nō solum est imago Dei secundum suam naturam intellectualem, sed etiam secundū suas potentias & actus: quia non solū, quatenus est apta ad cognoscēdum & amandum Deum, est illi similis; sed etiam quatenus habet vim memorandi, intelligendi & volēdi. *Primo*, quia sicut Deus ille summus, habens in se simplicissimam substantiā potest meminisse, intelligere, ac velle sine vlla immateriali qualitate; ita & anima nostra habens immortalem substātiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine aliqua materiali qualitate, licet non sine immateriali, vti Deus. *Secundo*, quod sicut in illa summa, vna, diuina, & indiuidua essentia sunt tres personæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; ita & in anima nostra vna, & indiuidua, sunt tres potentiæ, memoria, intellectus, & voluntas. *Tertio*, quod sicut in illa summa, & indiuidua substantia est Pater, qui cognoscendo se generat notitiam & imaginem sui, quæ est verbū, & Filius eius, ei consubstantialis; & rursus Pater, & notitia illa, & Verbum supremum, quod est Filius amando sese producunt summum illum mutuum amorem sui cōsubstantialem, qui est Spiritus sanctus: ita in essentia animæ nostræ, ipsa sese intelligēdo per suū intellectū generat notitiam sui, quæ est eius imago: & per illam notitiā, quæ eius est imago, & voluntatē, generat sui amorem. *Quarto*, quod sicut Filius genitus à Patre, nō est Pater, neq; Spiritus sāctus: nec Spiritus sanctus productus à Patre & Filio, est Pater, aut Filius, aut vterq;: ita neq; imago illa, quæ est filia quædā animę, est ipsa anima, siue intellectus, nec amor sui productus ab ea, & à notitia sui, qui est quidā filius eius, est ipsa, nec intellectus, nec volūtas. Est tamen immensa differētia: quia notitia illa, imago, & Verbum à Patre productum est substantia, & consubstantialis eius

f In præcitato lib. octuoginta trium quæstionum, q. 51.
g In d. 6. q. 93. ar. 6 ad 3.
h Vbi supra art. 4.
i 1. Cor. 11.
k Li. 9. veteris testa. q. 45 relatum in c. hæc imago, 33. q. 5.
l Vbi supra.

Anima nostra quomodo sit imago Dei secundū suas potentias.

Mysterium S. Trinitatis per nostram animam adumbratur.

imago coæterna: amor item ille summus à Patre, & Filio productus est substantia, & consubstantialis coæterna vtrique: at verbum, & imago, & notitia nostrę animę intelligendo se genitam, est accidens & accidentaria forma: similiter & amor à notitia & voluntate productus est accidens, & non substantia, & recentior, ea; quæ omnia sunt ex mente omnium. a

a In 1 lib. sent. dist. 2. & S. Thom. 1. par. q. 93 art. 7. & eiusdem in 1. lib. sent. dist. 3. q. 4. a. 1. & q. 5.

19 *Decimoquarto* dicimus semper memorandum esse id, quod sentiunt B. Augustinus. b & Bernardus c optimam nempe viã perueniendi in Dei cognitionem esse, per cognitionem exteriorem vagam introire in cognitionẽ nostræ animę stabilẽ, & per eam satis ruminatã ascendere ad cognitionem eius diuinę maiestatis. Quibus addo, quod omnium excellẽtissima via perueniẽdi ad qualem qualem illius summi summæ Trinitatis mysterij, & personarum diuinarum emanationis cognitionem, est cõsideratio eorũ, quæ proxime superiori Corollario continentur, per quam stolida illa, & pudenda imaginatio eorũ, qui generationem Filij Dei, & processionẽ Spiritus sancti imaginãtur velut corporalẽ, explòditur, & lõge abigitur. Qua in re multos multũ errare nouimus; & in ijs quendã gentẽ Iudæũ, & professione Christianũ, qui ab hinc triginta plus minus annis plurimum in alma vrbe valuit, & maximis largitionibus & astutijs officio sanctæ Inquisitionis in Lusitaniæ regna introducendo frustra obstitit. Is enim omnes leges & sectas expertus, ad spurcissimam Mahometis sectam tãdem transfugit; eam, quæ Iudęorum est, eo exosus, quod diceret, nullum Iudæum, qui sibi vt bonus videretur, vnquam inuenisse: Christianam vero, quam dicebat sibi ex omni alia parte placere, eo respuens, quod firmiter doceret, & crederet Deum habere filium, quod ei videbatur impossibile. Quale profecto, imo impossibilium impossibilissimum videri debet, stolide, nefande, ac hæretice imaginanti (vt ille imaginabatur) generationem filij Dei esse corporalem; possibile vero, imo & infinita Dei omnipotentia dignissimum contemplanti, generationem illam esse ter spiritualissimam, vt sancta mater Catholica Ecclesia Romana sancte cõtemplatur: contẽplanti, inquam, & quam submississime suspiciẽti, & adoranti. Scio item, multos multum sibi profuturos, si sępe memoria voluerint generationem illam Filij Dei, qua Pater eternus, vti memoria fęcunda, generat Filiũ, qui est summa notitia, & imago eius; & productionẽ illam, qua Pater & Filius producũt spiritum sanctũ, summum vtriusque amorẽ, esse spirituales, & quadãtenus similes generationi spirituali, qua in essentia animę nostrę memoria fœcũda generat ipsius notitiã, & imaginẽ, & rursus illa, & voluntas eiusdem amorẽ producunt.

Generatio in Deo est spiritualissima, & possibilissima.

b In cap. 31. Soliloq.

c In cap. 1. Meditat.

Contra dicta errat: *Primo* qui credit non esse homini liberum arbitrium. a

a Num. 10.

Secundo, qui credit liberum arbitrium sufficere ad bene merendam gratiam de condigno. b

b Num. 11.

Tertio,

Tertio, qui credit Angelos, vel animas se solis, sine accidentibus cognoscere. c

Quarto, qui credit hominē esse imaginē Dei quoad corpus. d

Quinto, qui cred.. generationem in diuinis esse corporalē. e

Quis autē horum peccet mortaliter & sit hęreticus, & excōmunicatus, & quis tantū peccet mortaliter, & nō sit hęreticus: & quis non peccet saltem mortaliter, colligitur ex Prælud. 1. f

c Num. 15.
d Num. 16.
e Num. 19.
f Num. 16. & 17.

De summa beatitudine, & summa miseria.

PRÆLVD. IV.

1 *Beatitudinis & miseriæ æternæ notio magnum ad pœnitentiā calcar.*
2 *Finis quid: duplex, vltimus, & medius, & quid vterque.*
3 *Finis multiplex, verus, falsus, cuius, & quo, & quid sint.*
4 *Finis vltimus & beatitudo idem.*
5 *Beatitudo essentialis est actus intellectus S. Thomæ, volūtatis Scoto.*
6 *Beatitudo quid sit, & quotuplex.*
7 *Deus est quidquid in eo est.*
8 *Beatitudo est actus, & non habitus, neque potentia.*
9 *Beatitudo sine cognitione, & amore Dei esse non potest.*
10 *Beatitudo vera duplex, perfecta & imperfecta.*
11 *Beatos non videre Dei essentiam, asserere hæreticum.*
11 *Beatitudinem perfectam non facit cognitio Dei confusa, neque demonstrata, neque fidei, sed intuitiua.*
12 *Beatitudo perfecta vt secura: & quid imperfecta.*
12 *Paulum & Moysem non fecit beatos visio Dei transitoria.*
13 *Dei visio intuitiua inseparabilis à gaudio, & delectatione.*
14 *Beatitudo ab omnibus intenta, paucis est nota.*
15 *Beatitudo creaturæ obiectiua increata, sed formalis creata.*
16 *Beatitudinē perfectā viribus naturalibus quæri, asserere hæreticum.*
17 *Beatitudo humana duplex, perfecta & imperfecta.*
18 *Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat.*
19 *Beatitudo perfecta satiat animum cunctis cupitis, quæ sunt hæc.*
20 *Miseria quid, & quotuplex, & eius partium definitio, num. 21.*
22 *Miseriam inferni esse interminabilem, est de fide.*
23 *Miseriæ summæ quatuor gradus.*
24 *Pœna summe miserorum supremi gradus septuplex.*
25 *Beatitudo summa, & miseria ei contraria sunt explicitè credenda.*
26 *Peccata ad plangenda hæc præcipue mouent.*

DE summa beatitudine, & summa miseria dicimus sequentia. *Primo*, quod quia vix aliquid aliud magis nos ad vere pœnitendum mouere potest, quam earum frequens consideratio; ideo expedit eas ob oculos hoc in loco proponere, præsertim cum etiā ethnicus Persius carpserit illum, qui vltimum finem, in quem est creatus, non sibi proponit, vti

i Satyr.3 scopum in quem suas actiones dirigat, per illa verba. i

Estne aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris cornos, testaque lutoq;,
Securus quò pes ferat, atque ex tempore vivis?

Cuius quidē finis & scopi definitio, & inquisitio quamplurimorum Philosophorū ingenia frustra exercuit. Nec enim plene satisfecit operosa illa hac de re Arist. inquisitio, a & longe minus verbosa illa Marci Tullij, b quæ profecto non sunt tanti facienda, quanti ego ea olim adolescens faciebā: imitatus gloripetas illos, qui malunt veritatem discere per ambages ex ethnicorū Philosophia obscura & nubila, quam recta ex Euangelio claro & sereno, à sacris doctoribus exposito.

a In lib. 1. & 10. Ethicor.
b In quinque lib. de finib. bono. & malo.
Finis quid & eius diuisio.
c In Commētar. de finib. humanorum actuum super c cum minister 23. q. 5.
d 2 Physicor. cap 3 & 6. Tho. & aliorū in 2. lib. sent. dist. 2.
e Num. 4.

2 *Secundo*, quod nuper c definiuimus ex mente Arist. *d finem esse bonum verum vel apparens, quod propter se appetitū facit, vt aliud propter ipsum appetatur.* Cuius definitionis declaratione breuitatis studio hic nō repetita, ad memoriam reuocamus quod ibi, e diuisimus finem in *vltimum* & *medium*. *Vltimus* est, qui propter seipsum solum amatur: & hic est duplex. Alter est, *verè vltimus*, & omnium creatorum scopus, qui propter se tantum, & non propter aliud est amabilis, qualis est solus Deus, vt probat S. Th. f quippe qui super omnia est diligendus. g Alter est *falsus*, quem falsi homines pro sua falsa imaginatione impudentissime, stolidissimeque tacitè, vel expresse fingunt & adorāt, iuxta illud Apostoli. h *Quorum Deus venter est*, qualis erat voluptas Epicuro, in quem Marcus Tullius duos libros i ferè prodegit. Finis *medius* est, qui propter se, & propter aliud amatur, qui etiam est duplex. Alter *vere medius*: ille scilicet, qui verè est propter se, ac propter aliud amabilis: quales sunt virtutes, & honesta omnia, secundum Ambrosium. k Alter *falsè medius*; ille scilicet, qui non potest esse amabilis propter se, qualis est pecunia: vel non est amabilis propter aliud, qualis est Deus.

f 2. q. 3. ar. 8. & q. 27. ar. 1
g Deuter. 6. Matt. 22. Mar. 12. & Luc. 10.
h Ad Phil. 3.
i Prædictorū 5. de finibus bonor. & malor.
k Lib. 1. offic.

3 *Tertio* dicimus, quod etiam l diuisimus finem, in *finem cuius*, & in *finem quo* (licet hæc nomina Ciceronianis parum probentur) Finis *cuius* est id, in quo est ratio boni: finis autem *quo* adeptio & possessio, siue vsus, vel fruitio eius: vt auari finis *cuius* est pecunia, in qua est ratio boni: finis vero quo est adeptio, possessio, & vsus eius, vt declarat S. Th. m & ita finis, & scopus *cuius* totius humanę vitę est ipse Deus Optimus Maximus, semperque benedictus, in quo est summa & infinita ratio boni: finis vero *quo* eius adeptio, & possessio, siue fruitio.

l Ibidem n. 6
m 1. 2. q. 1. ar. 8. & q. 3. ar. 7.

4 Et consequenter alius est finis vltimus noster cuius, & alius finis vltimus noster quo: & quia vltimus finis noster cuius, & obiectum beatitudinis nostræ, siue beatitudo obiectiua, idem sunt, & finis vltimus noster quo, & adeptio finis cuius, siue beatitudo essentialis nostra etiam idem sunt: cōsequitur aliud esse beatitudinem nostram essentialem, & aliud eiusdem obiectū, secundum omnes Catholicos in locis prædictis, præsertim S. Tho.

Tho. avbi definit beatitudinem essentialem esse rem creatam, & factam, obiectum autem eius esse Deum ipsum, increatum, & rerum omnium creatorem. a In d. 1. 2. q. 3. art. 2.

5 *Quarto* dicimus, quod (vt aliorum opiniones prætermittam) S. Tho. cum suis assecl is, & Scotus cum suis diuersimode definiunt beatitudinem, siue finem vltimũ verum *quo* nostrum: quoniam S. Thom. censet eam essentialiter esse actum intellectus speculatiui: Scotus autem esse actum voluntatis. Vterque namque ait, eam esse actum potẽtię maximæ intellectiuarum, & S. Thomas eam putat esse intellectum, Scotus autem volũtatem: de qua tamen differentia, quæ solam theoriam respicit, & non praxim, quò nos animum in hoc opere intendimus, cuiusque nihil refert, an hoc, vel illud teneamus parum curandũ censentes, sequimur in definienda beatitudine opinionem S. Thomæ, quæ receptior videtur. Quibus addimus, quod beatitudo, & beatitas tempore Marci Tullij Ciceronis videbantur nomina duriuscula, sed ea vsus emolliuit; & generaliter sumpta videntur significare omnem rei volitæ possessionem, iuxta illud vulgo iactatum, *Beatus qui possidet.* Beatitudo nostra in quo sita sit. Vt prælud. 3. n. 7. diximus.

6 Et quia non solum res vere bonas, sed etiam malas, quæ aliqua ratione apparent bonæ, velle solemus; *beatitudo* diuidi potest in *veram*, quæ definiri potest esse possessio veri boni, & in *falsam*, quæ communiter definitur esse possessio boni tantum apparentis, iuxta illud Regij Prophetę: *b Beatũ dixerunt populum, cui hæc sunt: Beatus populus cuius Dominus Deus eius:* quorum quidem prius ad falsam, posterius vero ad veram pertinere ait S. Antoninus. *c* Beatitudo diuiditur. b Psal. 143. c In 4. pa. tit. 7. cap. 4 parag. 1.

7 *Quinto* dicimus quod *beatitudo vera* diuidi potest in *summam*, quæ est summum bonum, siue vltimus finis verus, vel possessio eius; & in *non summam*, quæ est possessio boni non summi. Beatitudo rursum summa in *increatam*, & *creatam*. Beatitudo *increata* est ipsemet Deus Optim. Maximus, qua ratione est infinita sui ipsius cognitio & fruitio: cum omnis operatio Dei, & quicquid est in Deo, sit ipsemet Deus, qui se ipso solo simplicissimo cognoscit & amat se, & omnia alia, vt probat S. Tho. communiter receptus. *d* Beatitudo vero summa *creata* generaliter sumpta, definiri potest iuxta mentem prędicti S. Thomæ, *esse cognitio intellectiua Dei cum fruitione eiusdem.* d 1. par. q. 3. per totam, & de simplicitate Dei, art. 5. & 6. & in q. 14. de scientia Dei, [illegible] & q. 19. de re Dei art. 2. a 1. 2 q. 3. art. 2. b 1. & 7. Ethico.

8 Dixi *Cognitio*, pro genere, ad insinuandum, quod beatitudo essentialis creata, est operatio, siue actio, vel actus, & non potentia, non habitus, neque alia vlla virtus animę partis intellectiuę, vel sentitiuę, vt probat S. Tho. *a* asserente Philosopho *b* felicitatem siue beatitudinem esse operationem secundum virtutem perfectam.

Dixi, *Intellectiua*, ad insinuandum quod beatitudo est operatio pręstantissimę potentiarum animę, quę est intellectus, secundum S. Thomam, quem sequimur; & ad significandum

quod beatitudo non potest esse in parte sensitiua, vt luculenter demonstrat idem. *e* Contrarium enim est hæresis, de qua Alphonsus Castrensis. *d*

e Lib. 3. cõtra Gentil. ca 33
d Lib. 3. ad. uersus omnes hæreses, verbo beatitudo

9 Dixi, *Dei*, ad excludendas omnes cognitiones aliarũ rerum, etiam eas, quibus dirigũtur actus omnium virtutum moraliũ; actus item, & cognitiones pertinentes ad prudentiam, & ad cognitionem omnium aliarum artium, in quibus non consistere beatitudinem, non solum probat, sed etiam demonstrat Angelicus Doctor. *e* Imo neque in vlla cognitione, quamlibet ampla, omnium substantiarum separatarum, seu Angelorum; siue quia illa non potest haberi sine Dei cognitione, vt idem Angelicus Doctor *f* demonstrat; siue quia etiamsi absque illa haberi posset, tamen sine illa non sufficeret ad hoc vt esset beatitudo, per ea, quæ idem auctor *g* adducit.

e Vbi supra cap. 34. 35. & 36.

f Vbi supra, & mirabiliter in lib. 4. cap. 41. 42. & 43.
g Ibidem c. 44

Dixi, *Cum fruitione eiusdem*, quia cognitio, quæ Dei fruitione caret, non potest esse beatitudo, quæ vtramque comprehendit, vt infra patebit: quare cognitiones illæ, quas multi theoricè (sine vllo amoris affectu) differentes, concipiunt de Deo, nõ sunt beatitudo, quippe quibus non inest fruitio, quæ est inhasio rei per amorem propter ipsam solam conceptum, vt tradit S. Thomas communiter receptus. *h*

h 1. 2. qu. 11. ar. 1. & 3. & 4. 12. ar. 1.

Sexto dicimus, quod beatitudo *summa creata* est duplex, altera *perfecta*, *imperfecta* altera. *Perfecta* est *cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua cum fruitione eiusdem, producente summum gaudium ac delectationem, & satietatem omnium desiderabilium.*

Dixi, *Cognitio Dei intellectiua*, eadem ratione, qua in definitione beatitudinis in genere.

Dixi, *Intuitiua* siue *visiua*, tum ad confutandum errorem Armeniorũ, asserentium beatos non intueri Dei essentiam, quod hæreticũ est per ea, quæ tradit Alphõsus Castr. *i* Tum ad cõfutandum errorẽ Beguinorum, dicẽtium posse quem in hac vita esse perfecte beatũ, & ab exercitio virtutũ absolutum, qui dãnatur in Clem. *k* tũ quia nulla cognitio citerior illa potest dici beatitudo perfecta essentialis. Non quidẽ illa confusa, & communis, quæ ferè cõmuniter õnibus hominibus inest: siue quia Deũ esse sit per se notum, sicut alia demõstrationis principia; siue, quod verius existimat S. Th. *a* quia euidẽti ratione demõstratur: præsertim illa, qua homo vidẽs res naturales certũ ordinẽ seruare (cum ordo absque ordinatore non cõsistat) percipit aliquem esse ordinatorẽ earum, vt pulchrè deducit S. Thomas. *b* Non etiam illa, quę per demonstrationem habetur, licet altior sit prædicta cõmuni: tum quia licet per eam ostendatur, Deus esse immortalis, æternus, incorporeus, omnino simplex, vnicus, & alia huiusmodi, vt præfatus auctor *c* dilucide ostẽdit: per eam tamẽ non peruenitur ad cognoscendũ, Deum esse cõmune bonum, possibile, cõmunicatum omnibus hominibus, quibus insitũ est beatitudinis desideriũ: neque ad cognoscendum

i Lib. 3. ad. uersus omnes hæreses, verbo beatitudo, in princ.
k Ad nostrum dehæret. Deus quomodo in hac vita cognosci possit.
a 1. par. q. 2. art. 1. & 2. & 1. li. sent. dist. 3. q. 1. ar. 2.

b Vbi supra, & lib. 1. contra gent. c. 12. 13. & 14.

c In prædicto lib. contra gentil. multis cap.

dum multa alia prędicata de Deo: tũ quia perfecta beatitudo omnẽ miseriã excludit, & cognitioni prædictæ multiplex miseria, & horror adiungi potest, vt palam est: tum per alia, quæ profunde tradit S. Thomas. *d* Non item sufficit illa cognitio, quæ per fidem habetur, licet sit longe certior, purior, & amplior quàm prædicta, quæ per demonstrationem contingit: tũ quia beatitudo est perfecta humani intellectus cognitio, & cognitio fidei ex parte intellectus est imperfecta, quia per eam non capit perfecte id, cui credendo assentitur: tum quia beatitudo (cum sit vltimus finis) tranquillat, siue quietat naturale desiderium, & cognitio fidei non tranquillat, imo accendit, & inflammat eam habentem ad videndum illud, quod credit, & amat: cum quisque quod credit, & optat, desideret videre: tum per alia, quibus idem auctor id concludit. *e*

d Vbi supra, cap. 17.

e Vbi supra, cap. 44.

12 Dixi, *Perpetua*, quia transitoria, de qua, qui eam habet, non est certus perpetuo esse duraturam, non sufficit: qualis fuit illa Pauli, qua in raptu vidit Deum, *f* vbi hoc *g* declarat S. Thom. & qua etiam Moyses vidit eum, secundum Augustinum, *h* quę non fecerunt eos beatos imo remanserunt viatores, vt Ioan. Maior post alios dixit: *i* est enim de necessitate beatitudinis certitudo perpetuitatis eius, vt late probat S. Thomas. *k*

f 2. Cor. c. 12.
g Lectione 2.
h Ca. 12. sup. Gent. ad literam.
i In prœmio 1. li. sent. c. 1.
k 1. 2. q. [illegible] 4. & l. 3. co Gentil. ca. 6. & 62. & 4. contra Gent. ca. 92.

13 Dixi, *producente summum gaudium, & delectationem*, ad significandũ, hoc esse inseparabile ab illa cognitione, siue intuitione Dei beatifica. Nemo enim potest habere summũ bonũ, quod est intuitio Dei, absque summa delectatione, vt tradit idem S. Thomas: *l* ex visione enim Dei causatur tãta delectatio, vt qui Deum videt, nulla delectatione indigere possit, vt ipse ait. *a*

l Ca. 2. qu. 4. art. 1. & 2.
a Vbi supra, art. 1.

Dixi, *Satietatẽ omnium desiderabilium*, ad maiorem declarationẽ præfati gaudij, & delectationis: & ad significandũ, quod nulli beatorum deest aliquod bonum desiderandum; cum habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, secundum Augustinum *b* relatum *c* à S. Thoma. *d*

b Epist. 56. & 13. de Trin. c. 7.
c Vbi supra.
d qu. 5. ar. 1.

Beatitudo vero *imperfecta* est *cognitio Dei intellectiua, non intuitiua perpetua, cum fruitione eiusdem*

Dixi, *Non intuitiua perpetua*, ad differentiã perfectæ beatitudinis, quę requiritur, vt proxime dictum fuit illud vtrunque: & quia donec ad illam perueniat semper crescere potest, contra alium errorem, damnatum in Clement. *e*

e Ad nostrum de hæret.

14 *Septimo* dicimus, quod iure quis mirari potest, vt inquit B. August. *f* quod cum omnes homines naturaliter desideremus cõsequi beatitudinẽ illam & fælicitatẽ æternam; cumque omnes ob oculos eã habere debeamus, vti scopum, in quẽ nostras actiones tanquam sagittantes sagittas in metam dirigamus, *g* pauci tamen, collatione aliorũ, satis eam explicite nouerũt, & noscunt. Siquidem cum illa (præsertim perfecta) nequeat satis cognosci, nec percipi absq; Catholicæ fidei lumine, paucissimi gentilium, etiam philosophorum, ad iustam & perfectam cognitionem

f In lib. 13. de [illegible] c. 4. Beati[illegible] quam pauci norint, & pauciores assequantur.
g Vt ait Philosophus à Catholicis receptus, in 1. Ethicor. c. 1.

nitionem peruenerunt, & perueniunt: pauci quoque Christianorum, collatione aliorum, eam saltem satis explicite noscunt; & pauciores iustam nauant operam ad eam cognoscendam, & ob oculos habendam perfectam, & exercendam imperfectam, per quam tandem perueniamus ad perfectam illam, omnibus votis semper desiderandam.

15 *Octauo* dicimus, quod licet obiectum beatitudinis, siue beatitudo obiectiua, & vltimus finis *cuius* beatitudinis, qui ipsemet Deus est, sit res increata, iuxta illud *h Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus*: beatitudo tamen ipsa, qua quis formaliter est beatus, res creata est, vt post, & ante alios concludit S. Thomas. *i*

h Symbolum Athanasij.

i 1.2. q. 3. art. 1. & q. 26. art. 1. Beatitudo quid creatum est.

Est enim *qualitas quædam creata in potentia intellectiua, qua Deus clare, & à facie ad faciem cognoscitur*, si est perfecta; per speculum vero in ænigmate, si est imperfecta, vt ait Paulus. *k*

k 1. ad Co. 13

Nono dicimus, quod neque beatitudo formalis perfecta, neque imperfecta, est ipsa anima beata: neque vlla eius potentia: neque vllus habitus: vel virtus eius, etiam charitas, etiam consummata in patria: sed neque est gratia ipsa gratum faciens, (siue teneamus cum S. Thoma esse aliam à charitate, quod significat Clement. *l* siue cum Scoto esse eandem) sed neque est aliquod aliud bonum, vel opus operatum, manens extra operantem: sed est operatio, non quidem transiens in exteriorem materiam, qualis est sectio, & vstio, quæ non perficit agentem, vt ait Philosophus, *a* sed manēs intra ipsum: qualis est intellectio, & (vt ita dicam) volitio, seu voluntas: quæ perficit agentem secundum eundem.

l 1. parag. fin. de [illegible] Trin. & fide Catholica.

a Metaphysicor.

16 *Decimo* dicimus, quod inter productionē beatitudinis perfectę & imperfectę plurimū interest. Perfecta enim nullatenus potest produci ab intellectu creato viribus eius naturalibus, neque gratuitis, quamlibet magnis, sine illo admirabili gloriæ lumine, iuxta illud. *In lumine tuo videbimus lumen*, quod Deus ipse sua infinita bonitate indit intellectui beati, quo eleuatur, & augetur virtute ad illam admirandam operationem clare vidēdi Deum, immenso lumine resplendentem, vt probat S. Thom. *b* Quin & in dicta Clemen. *c* declaratum est, hæreticum esse dicere contrarium: vbi Glossa *d* assignat rationem desumptam ad literam ex S. Tho. *e* Imperfecta vero potest produci absque illo gloriæ lumine, in gradu quidē infimo, viribus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem, & fruitionem Dei confusam; vel claram per demonstrationem eius existentiæ & bonitatis: in altiore vero gradu, addito dono fidei & spei informis: in maximo autem, addito dono mirabili charitatis & gratiæ superna bonitate infusæ, qua anima fit Deo grata, & ad perfectam beatitudinem accepta. Et de hac quidem imperfecta beatitudine, quæ est principiū, vel via, vel participatio aliqua beatitudinis perfectæ, intelligendæ sunt omnes scripturę

Lumē gloriæ quid.

Psalm. 35.

b Vbi supra, c. 55. cum magistro & omnibus alijs, in 4. lib. sent. dist. 49.

c Ad nostrum de hæret.

d In verb. [illegible] ger.

e vbi supra.

vtriusque

vtriusque testamenti, appellantes aliquos viatores beatos, secundum mentem omnium Catholicorum *f* Cuiusmodi sunt: *g Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. h Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem. k Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. l Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius*, & octo beatitudines euangelicæ, *m* & aliæ innumeræ.

f In locis præcitatis.
g Psalm. 1.
h 31. 140.
k 118
l & 127.
m Matt 5. Luc. 6.

Vndecimo dicimus, quod Euangelia, & Epistolæ Catholicę, & Symbola appellãtia beatitudinẽ vitam ęternã, non significant illam esse substãtiam, & esse viuentis; sed prędictam beatificã, & ęternam operationem viuentis: sola enim beatitudo Dei est ipsius esse. Boetius item dicens, *n* quod *beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus*, non definit beatitudinem per genus, sed per effectum, scilicet, quod beatitudo perfecta causat statum nullis bonis egentem, vt sentit S. Thomas. *o*

n Lib 3. de consolat. Philosoph. prosa 2. in princ.
o 1. part. q. 26. ar. 1. & 2. 2. q. 3. art. 2. & 3 in dicta dist. 49. q 2.

17 *Duodecimo*, quod licet beatitudo Dei sit ipsemet Deus, quia eius esse, vt prædictum est, sua est operatio: beatitudo tamen perfecta creata, siue angelorum, siue hominum, est operatio ab eorum subsțantijs & esse distincta, contra hæresim Armeniorum, de qua Alphõsus Castren. *a* non tamen est interrupta, sed sempiterna, qua semper, & æternum vnientur ei, vt supra *b* est declaratum; quo confutatur hæresis Origeniana, de qua Alphonsus *c* post August. *d*

a Vbi supra verbo beatitudo, in princ.
b Num 11.
c Vt supra.
d In lib. de hæresib. ad Quod vult Deum, c. 42. & 43. & 21. de ciuitate Dei, ca. 20.

18 *Decimotertio*, quod humana beatitudo est duplex, *perfecta*, & *imperfecta*. *Perfecta* est quæ supra *e* definitur; queq; nulli potest contingere in hac vita, vt declaratum est per Conc. Viennense; *f* quoniam, vt ait Arist. *g* nõ potest esse perpetua, & sine interruptione, tum esus & potus, tum somni, & aliarũ actionũ necessariarum. *Imperfecta* verò est, qua homo in hac vita per cognitionẽ & contemplationem Dei, adiũcto timore, coniungitur eidem; quæ tanto magis ad perfectã accedit, quanto minus interrumpitur: quo nomine vita contemplatiua plurimum superat actiuam; quæ multo magis interrũpitur, iuxta illud testimoniũ Christi, *Maria optimã partem elegit*; nulla tamen cognitio Dei, quantũlibet intensa, & quãtalibet fide, spe & charitate comitata & continuata, in hac vita potest dici perfecta, vt prædictum est. Cui consonat illud parthenices Marianæ:

e Eod. nu. 11.
f Clem. ad nostrum vers. quarto de hæretic.
g 10. Ethicor. & vltim. Metaphyh. Luc. 10.

Felices quicunque istis à Syrtibus altam
Visuri pacem sunt in loca tuta recepti:
Nam neque mens vllam secus est habitura quietem,
Nec lætos sensura dies, nec dulcia secla.

Et illud Iob: *h Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs*: at nemo potest simul esse miser, & beatus, vt supra dictum est.

h Cap. 13. Beatitudo quam & quanta bona contineat.

19 *Decimoquarto*, quod hęc beatitudo summa & perfecta, quę est intuitio, & visio Dei, implet cumulatissime etiã ante iudicium finale, vt definit Conc. Florẽ. *i* omne desiderium cuiuslibet

i Sub Eugenio IV. de quo per Alphonsũ vbi supra.

libet generis omnium bonorum homini à natura insitũ, iuxta illud. *k Qui replet in bonis desiderium tuum.* Et illud. *l Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Omnia enim, quę homo naturaliter desiderat, reducuntur ad scientiam, aut ad vitæ rectitudinem, aut ad honoris sublimitatem, aut ad famæ celebritatẽ, aut ad sui conseruationẽ: at omnia prędicta cumulatissimè affluẽtissimeque confert prædicta, quam credimus & speramus, visio beatifica. Siquidem, vt egregie deducit sanctissimus, qui ea nunc fruitur Aquinas, *m* cõfert *primo* omnium generum, & specierũ, & virtutũ, & totius ordinis vniuersi, & omnium, quæ sunt in rerum natura scientiam. *Secundo:* vt in omnibus, & per omnia volũtas sit recta, & per õnia pars hominis inferior parti superiori subijciatur, & omnia ratio gubernet. *Tertio,* honoris sublimitatẽ, quatenns beatus Deo, sęculorũ summo regi vnitus, ipse quoque merito rex dicitur, iuxta illud. *a Regnabũt cum Christo. Quarto,* nominis & famæ celebritatem non solum apud homines, quorum opinio falli potest: sed etiam apud ipsummet Deum, angelos, & sanctos eius. Ita vt in sacra scriptura merito dicatur gloria, iuxta illud. *b Gratiam & gloriam dabit Dominus. Quinto,* diuitias, iuxta illud. *c Gloria & diuitiæ in domo eius. Sexto,* summam voluptatem, iuxta illud. *d Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Septimo,* sui conseruationem, iuxta illud. *e Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, nec sol,* & illud. *f Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Quæ quidem omnia confirmantur, eo quod (vt Isaias *g* & Paulus *h* inquiunt) *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Quod paulo magis explicans B. August. *i* relatus à S. Antonino *k* sic ait. *Quanta illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonũ, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus.* & paulo post. *Quid est enim aliud quod per prophetam dixit: Ego ero illorũ Deus, & ipsi erunt mihi plebs: nisi ego ero, vnde satiẽtur. ego ero quæcũque ab omnibus honeste desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona.* & paulo inferius in fine. *Ibi vacabimus, & videbimus: videbimus & amabimus: amabimus, & laudabimus.* Iuxta illud (addit B. Antoninus) *l Beati qui habitant in domo tua; in sæcula sæculorum laudabunt te.* Et quamquam non omnes erunt pares in gloria, sicut nec fuerunt pares in merito: quia alius alio clarius Deum videbit, & Deo copiosius fruetur, iuxta illud. *m In domo patris mei mansiones multæ sunt:* & illud Pauli, *Sicut stella à stella in claritate differt:* quo confutatur error Iouiniani contrarius, vt tradit Alphonsus Castren. *n* post Conc. Florentin. *o* ante quod clarius S. Thomas receptus: *p* omnes tamen omnino omnibus concupitis replebuntur, satiabuntur, & tranquillabuntur.

20 *Decimoquinto* dicimus, quod sicut *malum* est duplex, *verum,* & appa-

k Psal. 102.
l Psal. 16.
m In præallegato, lib. 3. contra Gentiles cap. 18.
a Apoc. 20.
b Psal. 83.
c Psal. 118.
d Psal. 35.
e Esa. 25.
f Apoc. 21.
g Cap. 64.
h 1. Cor. c. 2.
i In vlt. li. de ciuitate Dei, cap. vlt. in princ.
k In 4. parte sum tit. cap. 7. parag. 10.
l Psal. 83.
m Ioan. 14.
n 2. Cor. 15.
n Præcitato li. 3. aduersus omnes hæreses, verbo Beatitudo, hæresi 7.
o Supra citatum.
p [illegible]

& *apparens*: ita *miseria* est duplex, *vera*, & *apparens*. *Vera* est passio veri mali: *apparens* vero passio mali apparentis tantum, qualis est passio vinculorum phrenetico, & fames esurienti otioso, quæ ipsum ad bene operandum incitat. Miseria duplex, & quid illa sit. Cap. non omnis, 5. q. 3.

21 *Decimosexto* dicimus, quod *miseria vera* diuiditur in *summam*, & *non summam*. *Summa* miseria est *passio carentiæ visionis, & fruitionis Dei*; quæ diuiditur in *perfectè summam*, & *imperfectè summam*: sicut & beatitudo summa. *a* Miseria *perfectè summa* est *miseria carentiæ visionis, & fruitionis diuinæ, comitata æterno sensus cruciatu, & omnium malorum genere.*

22 Dixi, *Miseria* pro genere. Dixi, *Carentia visionis ac fruitionis* ad differētiam aliarum mille miseriarū, quas in hac misera vita patimur. Dixi, *Cum cruciatu*, ad excludendā carentiam visionis Dei, quam sæpe patimur in hac vita sine cruciatu, imo aliquando cum voluptate, iuxta illud. *b Lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus pessimis*, relatum à Gratiano. *c*

Dixi, *A æterno*, ad excludendam miseriam existentium in Purgatorio, quorum cruciatus est temporarius, *d* & ad damnandum errorem Origenianorum, & aliorum asserentium, præfatam miseriam aliquando terminandam, de quo post Augustinum, *e* Alphonsus Castrensis. *f*

Dixi, *sensus*, ad excludendam miseriam decedentiū cum solo peccato originali, qui pœnam quidem patiuntur damni, hoc est carentiæ visionis Dei: sine tamen aliquo cruciatu. *g*

23 Dixi, *Omni omnium malorum*, ad explicandum illam ter horrendam pœnam, quam patiuntur decedentes in peccato mortali, qui perfectè summam miseriam patiuntur: & ad confutandum hæresim, quę habet, verum infernum esse in hac vita, & non in alia, de qua per Alphonsum *h*: nullus enim cruciatus in hac vita est eiusmodi, vt palam est.

Miseria *imperfectè summa*, est *miseria carentiæ visionis, & fruitionis Dei, sine cruciatu*, saltem sensus, qualis est miseria decedentiū cum solo peccato originali; qualis est item existentium in Purgatorio: imo & illa viuentium, qui nullam cognitionem Dei coniunctam cum fruitione eiusdem habent, qui ore, vel opere sunt de numero insipientium, qui dicunt in corde suo (vt inquit Regius Propheta *i*) *Non est Deus*.

24 *Decimoseptimo* dicimus, quod ex prædictis infertur, eos solos, qui locati sunt in inferno illo loco, in quo, testante Iob. *nulla est redemptio*, *k* esse in supremo gradu miseriæ, qui vero in loco, quem Limbum puerorum vocant, in gradu eis proximo; qui autem in Purgatorio, in tertio; qui autem adhuc viuentes nullam Dei Optimi Maximi cognitionem & fruitionem habent, in quarto. Porro miser & infælix quiuis supremi gradus iure dicere potuit, cum infectus mortifero peccato decederet, illud. *l Vadam (& non reuertar) ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum,*

a Vt supra diximus.
b Prouerb. 2.
c In c. quam sit graue, de excessib. prælator.
d Cap. cum Matthæ. parag. tertio, loco de celebrat. missar. & cap. animæ, & cap. pro obeuntibus 13. qu. 2.
e In lib. de hæresibus ad Quod vult Deum, c. 43.
f Lib. 3. aduersus omnes hæreses, verbo beatitudo hæres. 3. & lib. 8. verbo, Infernus, hæres. 2.
g Ca. maiores, parag. verum quidem, de baptismo & ca. firmissime, de consecrat. d. 4. & tradit. S. Tho. in 3. lib. sent. dist. 23. q. 2. a. 1. quæstiuncul. 2. & in 4. dist. 45. q. 2. art. 3.
h vbi supra, verbo infernus.
i Psal. 52.
k Cap. 10.
l Iob. 10.

vbi

vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

* *Verba hæc Iob non habet, sed Ecclesia vsurpat ea in officio defunctorum, in responsorio 7. & sententia est verissima, atque ab ipso Iob frequenter inculcata, vt cap. 7. versu 9.* Sicut consumitur nubes & pertransit; sic qui descenderit ad inferos, non ascendet: *id est non reuertetur vltra in domum suam, neque cognoscetur amplius locus eius, inquit Gregor. 8. moral. c. 10. Ad idem facit locus, qui hic paulo post citatur ex c. 10 vers. 21. nempe,* Antequam vadam & non reuertar, *quem item Gregor. 9. moral. c. 38. de pœnis inferorum nunquam terminandis exponit.*

a In 2. part. tit. 5. ca. 3. Infernorum pœnæ descriptio.

Ex quo elogio prolixè colligit B. Antoninus *a* septuplicē pœnam, quarū summa paucis additis, & multis detractis est, quod *prima* est carcer æternus, situs in loco infimo, turpissimo, & obscurissimo, in quē omnis fæx elementorū effundetur; quem nō potest non summe horrere anima nobilissima, ad altissimum, idemque nitidissimum, & splendidissimum cœli empyrei palatium creata, vt rex delicatissimus carcerem squalore & fœdore sordentem non potest non maximè horrere.

Secunda est priuatio visionis intuitiuę Dei parientis omnigenam miseriam, quam S. Chrysost. tāti faciebat, vt diceret, *malle se mille alias pœnas infernales pati, quam ea æternum priuari.*

Tertia ignis ille ardentissimus, quo adeo infœlices ardebūt, vt illi soli pœnæ nulla martyrum tormenta æquari possint, teste Augustino. *b*

b In lib. de vera & falsa pœn. cap. 17. & habetur in parag. fin. de pœnit. dist. 7. Cap. scientium, 8. q. 1. l. & si contra tabulas. c. de vulgari & pupill.

Quarta desperatio, nulla vmquam, dum Deus erit Deus, consolatione, refrigerio, nec redēptione leuanda. Sicut enim summè perfecta beatitudo omnem excludit miseriam, sic summe perfecta miseria nullam consolationem admittit. Quia *quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito,* vt ius dicit, *c* & tradit S. Thomas. *d*

c De malo, q. 6. art. 6. & q. 13 art 4.

Quinta tenebrę tum exteriores dēsissimę, quę nullo solis radio, nulloq; splendore ignis, qui licet ibi plurimus sit, est tamen obscurissimus, attenuantur; tum interiores, quibus adeo cæcātur, vt Deum putent iniustū, & sciētia hic quæsita, & per mortem plurimū aucta, quę beatis est solatio, eis sit maiori supplicio, dū per eam clarius cognoscunt, quantę beatitudinis damnum sua culpa patiantur: vnde vermis ille sæpe corda eorum corrodens & lanians nunquam intermoriturus oritur.

Isaiæ 66. e Testantur B[illegible]no, vbi supra.

Sexta societas cacodęmonum, & continua cum eis conuersatio, quorum aspectus adeo terribilis, vt quidam vir sanctus, e vnius solius aspectu ferè exanimatus, postea in se reuersus testaretur, malle se fornacem ignis ardentem ingredi, quàm iterum eum videre.

Septima confusio: vt enim habet prædictum elogium, *ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat,* horror inquam, clamorum, blasphemiarū, lamentorum, eiulatuum Deo, sibi ipsis, & socijs, tam cacodęmonibus, quam alijs infelicibus maledicentium,

tium, maleque precantium, quibus confunditur illud innumeris nominibus lamentabile regnum.

25 *Decimooctauo* dicimus, quod omnes Orthodoxi debemus sub pœna peccati mortiferi credere nō solū implicite, sed etiā explicite vitam ęternā, & mortem ęternam. Quoniam omnes sub prędicta pœna tenemur explicite credere articulos fidei, vt ait S. Thomas *a* vt minimū eos, quos sancta Catholica Romana Ecclesia solēniter celebrat, secundū eundem *b* & hunc articulum de vita æterna, & morte æterna illi contraria, nō solum celebrat per finem symboli Apostolorū, quo illa vrituꝛ, & Nicæni & Athanasij, sed etiam per festum particulare omniū defunctorum postridie festi omnium sanctorum, & per missas defunctorum, & alia multa diuina officia.

a 2.2.q.3. ar. 5. & 6. quem omnes probant.
b Vbi supra art. 7.

26 *Decimonono* dicimus, expertos asserere, nihil fere magis mouere homines ad peccata præterita plāgenda, & alia in posterū non committenda, quam frequens, & intensa beatitudinis, & miserię prędictarū, earumque ęternitatis meditatio; quod satis probat illud, *c Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Duę enim illę sunt bona pars illorū nouissimorū, & earundem eiusmodi meditatio, pars non minima exercitij cuiusdam illustrissimæ Religionis, quo breui eius nouitij perducuntur ad iustum voluptatum, vanitatum & cupiditatum contemptum, & ad pium amorem & cultum Dei, angelorum, sanctorum, & sanctarum, præsertim principis omnium glorioſissimæ virginis matris Mariæ, quæ nobis ea impetret, sempeꝛque conseruet Amen.

c Eccles. 7.

De passionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs animæ rationalis.

PRÆLVD. V.

1 *Passio animæ quid, & nulla proprie in appetitu intellectiuo.*
2 *Passiones principales quatuor, & aliæ quot, & quæ.*
3 *Passiones sex in appetitu concupiscibili sensitiuo.*
3 *Et quinque in irascibili, & earum subordinatio nu. 4.*
4 *Bonum absolute consideratum, obiectum potentiæ concupiscibilis; & consideratum vt arduum, potentiæ irascibilis.*
5 *Passionum aliæ bonæ, aliæ malæ suapte natura.*
6 *Et quæ bonæ, & quæ malæ in se, & suo genere, & 7.*
7 *Passiones animæ omnes esse morbos, falsum.*
8 *Auctorum dicta de passionibus animæ, vt interpretanda.*
9 *In dubijs, & non in clarijs esse locum coniecturis.*
10 *Passionum sacra confessio qualis esse debeat.*
11 *Confessarius confitentem passiones quid monebit.*
12 *Habitus quid, & quotuplex nu. 13.*
14 *Virtus quid, & vt non repugnat peccato.*
14 *Vitium quid, & vt non repugnat merito.*
15 *Peccatum mortale vt solum charitati repugnat.*

1 DE passionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs animæ rationalis dicimus sequentia. *Primo*, quod *passio animæ est motus appetitiuæ virtutis, sensibilis, in imaginatione boni, vel mali*, secundum Damascenum *a* relatum & declaratum à S. Thoma. *b* Ex quo infertur, quod passiones proprie non sunt in appetitu intellectiuo, & voluntate superiori, quatenus distinguitur ab appetitu sensitiuo, & inferiori eiusdem; licet inueniantur in eo motus præuenientes deliberationē, conformes motibus appetitiuæ virtutis sensibilis, iuxta mentem S. Thomæ. *c*

a Lib 2. cap. 22. circa principium.
b 1.2. qu 22. art. 3.
c In dicta 1. 2. q. 17. ar. 7.

2 *Secundo* dicimus, quod passiones principales sunt quatuor, duæ potentię concupiscibilis, scilicet *gaudium*, & *tristitia*, & duæ potentiæ irascibilis, *spes* scilicet & *timor*, iuxta illud Seuerini Boëtij *d*

Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemque fugato;
Nec dolor adsit.
Nubila mens est,
Vinctaque frænis,
Huc vbi regnant.

d 1. de consolat. Philosoph. metro vltimo.

Passionum genera.

Et iuxta illud Parthenices Matianæ. Lib. 4.

Quatuor aduersis miscentur vt æquora ventis,
Eoo, Zephyro, Libyco, gelidoque Aquilone:
Sic totidem nostras ingenti turbine mentes
Subuerti furijs, pectusque in prælia mitti.
Spes *leuat arrectos*, metus *alto à vertice fluctus*
Deijcit: hinc animum pulsat furibunda voluptas:
Inde dolor, *fluctus ceu fracti fluctibus altum*
Clamore ingeminant, piceis abscondita nimbis
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.

3 *Tertio* dicimus, quod *gaudium* est de bono præsenti, *tristitia* de malo præsenti: *spes* de bono futuro arduo, *timor* de futuro malo arduo, vt exprimit S. Thomas. *e* Est autem vna passio, quæ non habet contrariam, nisi priuatiue, vel per cessationem ab ea, puta *ira*: irasci enim non est aliud contrarium proprie, quam mitescere, & ab ira cessare, secundum philosophum, *f* declaratum à S. Thoma. *g*

e 1.2 q. 25. art 4.
f 2. Rhetoric. cap. 3.
g Vbi supra qu 23. art 4. in cor. qu. a 1. par. [illegible] primo.

Dixi autem, quatuor esse principales passiones, significando esse alias minus principales: sunt enim ōnes vndecim, vt tradit S. Antoninus, *a* sex quidem in potentia cōcupiscibili, *amor* scilicet, & *odium*, *desiderium*, seu concupiscentia, & *fuga*, siue rectius renutus, aut refutatio, & *gaudiū*, siue delectatio, & *tristitia*, siue dolor. In irascibili autem quinque, *spes* scilicet, & *desperatio*: *timor*, & *audacia*, & *ira*, cui, vt paulo superius diximus, nulla alia passio opponitur. Illę verò supra dictę quatuor, ea ratione dicūtur principales, quia sunt fines & scopi aliarū passionū, quod cum ordine, & sufficientia illarū colligitur, prę suppositio quod

obiectum

obiectum potentiæ *appetitiuæ concupiſcibilis* eſt bonum, vel malum abſolute conſideratum: obiectum vero *iraſcibilis* bonū vel malum arduum, ſiue difficile, conſideratum ſub ratione arduitatis, vel difficultatis, vt tradit S. Th. *b* quem ſubtiliter defendit ibi Caietanus contra ſubtilem Scotum: quamuis quoad animæ ſalutem parum referat, vtrum illorum ſequamur. b 1.2. q. 23. art. 2.

Quarto dicimus, quod ex prædictis colligitur præfatarum vndecim paſſionum ordo, & quod quatuor prædictæ ſunt principaliores, ſic. *Bonum abſolute cõſideratum* cauſat in potentia appetitiua quandam complacentiam, ob conformitatem & aptitudinē, quam habet ad illā, quæ eſt *amor*, ſiue prima paſſio amoris; *bonum* autem *amatum, & nondum habitū*, cauſat *deſiderium* adipiſcendi illud, quod eſt ſecunda paſſio deſiderij, ſeu concupiſcentiæ; *bonum* vero *deſideratum iam adeptum*, ſiue obtentum, parit in appetitu quietem quandam ex ipſo bono adepto, quæ eſt tertia paſſio, videlicet *delectatio*. E contrario autem *malū cognitū* cauſat diſplicētiam ob ineptitudinem, vel contrarietatē, quam habet ad appetitum, quæ eſt paſſio quarta *odij* cõtraria paſſioni amoris: *malum* vero *cognitum, & exoſum*, nondum acceptū, vel (vt ita dicam) nondum vētum generat *fugam*, vel (vt clarius loquar) reſpuitionem, vel latinius renūtum, ne eueniat, quæ eſt quinta paſſio, contraria deſiderio: *malum* autem *iam acceptū*, ſiue ventum cauſat *triſtitiam*, vel dolorem, quę eſt ſexta paſſio, contraria gaudio, & lætitiæ: quę ſunt ſex paſſiones potentię appetitiuę concupiſcibilis. In potentia vero iraſcibili ſunt quinque: nam *bonum apprehenſum, vt arduū & difficile*, propter bonitatem, quæ habet aptitudinem, & conformitatem ad appetitum, generat *ſpem*, quæ eſt prima paſſio iraſcibilis. *Idem* autem *ſperatū*, vt quæſibile nondum adeptum, generat fiduciam, vel *audaciā*, quæ eſt ſecunda paſſio iraſcibilis: & è contrario *malū apprehenſum, vt ineuitabile*, generat *deſperationem*, quæ eſt tertia paſſio potentiæ iraſcibilis, contraria ſpei, ſecundum S. Thomā. *a* *Malum* autem *futurum apprehenſum, vt euitatu difficile*, generat *timorem*, quartam iraſcibilis potentiæ paſſionem, contrariam fiducię & audacię, ſecundum eundem S. Thom. *b* Quinta vero paſſio potentiæ iraſcibilis eſt *ira*, quæ generatur frequenter ex *malo iam accepto*, quæ non habet contrarium, ſecundum Aquinatē, *c* quia bonum arduum iam adeptum non parit paſſionem vllam in iraſcibili, ſed gaudium in potentia concupiſcibili: quia deſinit habere rationem ardui. Dixi autem, frequenter iram naſci ex malo accepto: quoniam frequenter naſcitur ex triſtitia ſola, quæ pertinet ad potentiam concupiſcibilem. a 1.2. q 23. art. 2. in cõ. & q. 40. art. 4. b Dicta q. 45. art. 1. c Præcitatæ, 1.2. q 23. a. 3.

5 *Quinto* dicimus, quod præfatarū paſſionum aliquot etiā per ſe in genere cõſideratæ dicūtur *bonæ*, & aliquot *malæ*. *Bonæ* quidem, quia vt beatus Auguſtinus *d* ait, miſericordia ad virtutem pertinet, & miſericordia, quatenus eſt dolor, ſiue triſtitia de aliena miſeria eſt paſſio, vt declarat S. Tho. *e* Ariſtoteles item *f* ait, d In lib. 7. de ciuit. Dei cap. 5. e 2.2. q. 30. art. 3. f In 4 Ethi. cap. 7.

ait *verecundiam* esse passionem laudabilem, quæ species quædam timoris est, vt belle declarat Angelicus doctor. g

g 1.2.q.42. art.4.

6 Et quia, sicut quidam actus exteriores considerati in suo genere, siue ex obiecto suo dicũtur boni, vt dare eleemosynã, & subuenire proximo, vt habetur in iure. h & tradit late idẽ Angelicus doctor: i ita passiones quædam, quæ sunt de obiecto suo genere bono, quales sunt misericordia, quę est quædam tristitia de malo proximi, & verecũdia, quæ retrahit à turpitudine, merito in se, & suo genere sũt bonæ. Malæ autẽ sũt in se, & suo genere quędã passiones, illę scilicet, quę sunt de obiecto suo genere malo, cuiusmodi est gaudium de malo alieno, & tristitia de bono alieno. Sicut etiã quidam actus exteriores in se, & suo obiecto sũt mali, vt capere alienũ, & percutere proximum, iuxta doctrinam S. Th. k quæ autem sint bonę, & quæ malę, mox dicetur. Neque obstat opinio Stoicorũ, quę habet, omnes passiones esse malas, & animæ morbos, & perturbationes; quoniam illa opinio est falsa, aut certe intelligenda de passionibus rectæ rationi dissonantibus, aut eam pręuenientibus, vt declarat S. Thom. l

h Ca. Venerabilibus, para. fide sen. excom.
i In prędicta 2.2.q.18.ar.2
k In dicta q. 18. art. 2.
l In 1.2.q. 24. art. 2. in corpor. q.

7 *Sexto* dicimus, quod ex ijs infertur. *Primo*, non *omnes* passiones esse *bonas*, neque *omnes malas*, vt Stoici docuerunt; sed *alias* esse *bonas*, illas scilicet, quę rectę rationi consonãt; & *alias malas*, illas scilicet, quæ illi dissonant. De amore bono est illud. m *Qui amat sapientiam, lætificat patrẽ suũ.* De malo autẽ illud. n *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam.* De desiderio bono est illud. a *Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* De malo autem illud. b *Desiderium peccatorum peribit.* De bono gaudio, siue lætitia illud. c *Intra in gaudium domini Dei tui.* De malo autẽ illud. d *Gaudiũ hypocritæ est instar puncti.* De bono odio est illud. e *Iniquos odio habui* De malo illud. f *Odiũ pro dilectione mea.* De desperatione bona est illud. g *Desperauit Dauid se posse euadere.* De mala autem illud. h *Denudare amici mysteria desperatio est animæ infidelis.* De tristitia bona est illud. i *Tristis est anima mea vsq; ad mortem.* De mala autem illud. k *Felix vir qui non habuit animi tristitiã.* De bona spe siue fiducia est illud. l *Quoniam Dominus spes eius est.* Et illud. m *Habet fiduciã in Domino.* De mala autem illud. n *Spes impiorum peribit.* Et illud. o *Fiduciam habuisti in malitia.* De timore bono est illud. p *Initium sapientiæ timor Domini.* De malo illud. q *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* De ira bona illud. r *Irascimini, & nolite peccare.* De mala autem illud. s *Desine ab ira, & derelinque furorem.* Quibus *addo* quod malarum aliæ sunt *mortaliter malæ*, illæ scilicet quibus frangitur lex, cuius fractio est mortalis; & *aliæ venialiter* tantum, illæ scilicet, quibus frangitur lex, cuius fractio est venialis tantum.

m Prouer. 29
n Eccle. 10.
a Psal. 118.
b Psal. 111.
c Matth. 23.
d Iob 20.
e Psal. 118.
f Psal. 108.
g 1. Reg. 15.
h Eccl. 27.
i Marc. 14.
k Eccle. 14.
l Psalm. 13.
m Prouer. 3.
n Prouer. 15.
o Isai. 47.
p Eccles. 1.
q Psal 13.
r Psal 4.
s Psal.

8 *Secundo* infertur, omnes textus, tam Bibliorum, quam canonum, & legum, omnia item dicta sacrorum doctorum, & etiam Ethnicorũ generatim significantium non esse amanda, neque

desideranda

desiderãda temporaria, neque de illis adeptis gaudẽdũ: intelligi debere de amore, desiderio, & gaudio inordinatis, seu rectæ rationi dissonis. Illa autem, quæ habẽt non esse odio habendũ proximum, nec fugiẽdum, nec de morte alijsve malis acceptis contristandum, numquam irascendum, intelligenda sunt de odio, fuga, tristitia inordinati, seu rectæ rationi dissonis.

9 Ex quo *subinfertur*, procul dubio excusari posse à nota hæreseos eos, qui generaliter asserunt, non esse timendum, aut non esse sperãdum in homine: sine timore seruiendũ domino Deo nostro: non esse timendum diabolum: procurandam esse mẽtis securitatem, & id genus alia; quoniam hæc omnia possunt esse aliquo respectu ordinata, siue rectæ rationi consona, & eõsequẽter bona, & Catholica; & in dubio generale verbũ, quod ad bonum sensum, & malum trahi potest, interpretandum est in bonum. *t* Dixi supra; *generaliter*, nullatenus declarando se loqui de inordinato: nam si id faciant, in illo sensu malo sunt accipienda: quia in claris non est locus coniecturis. *u*

t l. in ambiguis, ff. de legibus, c. 2 de reg iur. ca. 1. de iureiurã. lib. 6. l. merito, ff pro socio & l. fi. procurator. ff. de condict. in deb. u l. continuus parag. cum ita ff. de verb. oblig.

10 *Tertio* infertur quiddam cõfessarijs quotidianum, videlicet, quod pœnitentes multi confitentur, se habuisse præfatas passiones, amoris, odij, spei, desperationis, gaudij, tristitiæ, timoris, & iræ, &c. & non declarant satis, an habuerint eas bene, vel male ordinatas; neque qui declarant habuisse illas inordinatas, satis declarant, quanta fuerit earum inordinatio, vt iudicari possit, an peruenerint ad culpam mortiferam, & consequenter admoneri possint, & debeant, vt de illis tanquam de mortalibus doleant, id est, vt ita doleant, quod proponant firmiter numquam se admissuros similes, iuxta ea quæ infra *a* notantur.

a Cap. 1 nu. 1. & cap. 2. num. 51

11 Quare pœnitens, qui sic generatim & confuse confitetur huiusmodi passiones, interrogandus est, num omnes illæ, vel quæ illarum fuerunt tantæ vt mouissent eum, ad volendum potius transgredi legem ad peccati mortiferi pœnam obligãtem, quam desistere prosecutionẽ huiusmodi passionis, amoris, odij, gaudij, lætitiæ, tristitiæ, vel spei, & fiduciæ, timoris, & iræ; nisi confessarius ex qualitate personæ, vel modo confitẽdi tacite coniiciat paruitatem, vel magnitudinem malitiæ, vel vanitatis earum, vt frequenter coniiciunt.

12 *Septimo* dicimus, quod habitus animę est *qualitas stabilis, inhærens essentiæ ipsius, vel alicui potẽtiæ eius, inclinans eã ad aliquid agẽdum.* Dixi, *qualitas*, pro genere: quia omnis habitus est qualitas: nõ tamen cõtrario omnis qualitas est habitus, vt docet Arist. *b*

Habitus quid.
b In prædicament. qualit.
c Prælud. num. 1. & 2.
d In prædicabilibus.
e In 1 libr. sen. dist. 17. & lib. 2. dist. 26.
f 1 parag. fin. de sum. Trinit. & fide Cathol.

Dixi, *Stabilis*, ad differentiam actus, qui est trãsitorius, vt infra dicetur. Dixi, *Inhærens*, *c* ad significãdum, quod non est anima, neque aliqua substantia per se subsistens: sed quoddam accidẽs quod potest subiecto adesse & abesse sine illius corruptione, secundum Porphyriũ. *d* Per quod reprobatur opinio Magistri, dicẽtis *e* gratiã esse ipsummet Spiritum sanctũ, & hæresis Lutherana, quę habet gratiam nõ esse inhærẽtem cõtra Clem. *f* & tradita

g In 1 2. qu. 110. art. 1.
h In dicta dist 17. & 26.
i Sess. 6. can. 11.
2. Petr. 1.

tradita per S. Thomam, communiter receptum g & eundem & Scotum, & alios omnes, h & contta Concil. Trident. i

Dixi, *Essentia ipsius*, ad includendum gratiam gratum facientem, quæ secundum opinionem S. Thomæ inhæret essentiæ animæ, quæ regeneratur, & fit consors diuinę natutæ iuxta illud: *vt simus consortes naturæ diuinæ*, declaratum per eundem S. Thom. k

k 1. 2. q. 50. art. 2.

Dixi, *Vel alicui potentiæ, inclinans eam ad aliquid agendum*, ad includendum omnes habitus alios à prędicta gratia, qui secundum eundem non inhęrent essentiæ animæ, sed potētijs eius, quas disponunt, inclinant, & impellunt ad aliquid bene vel male agendum, quod colligitur ex eodem S. Thom. a & ex Arist. b

a In 1. 2. qu. 49. art. 2.
b 2. Ethic.

An autem habitus gratiæ, & habitus charitatis distinguātur re, vt ait S. Thomas cum suis assęclis, c an vero ratione tantū, vt sentit Magister, & affirmat Scotus cum suis: d & an charitas inhæreat plus animæ potentię differenti re ab ea, sed inseparabili, vt ait S. Thomas, an ipsi animæ, vt alij, de quibus est Ioan. Maior, e non tracto: quoniam quoad animæ salutem nihil refert, an hoc, vel illud teneamus.

c In dicta 1. 2. q. 110. ar. 3. & in 3. par. q. 7. ar. 1.
d In 2. lib. sent. dist. 26.
e 2. lib. sent. dicta d. 26. q.

13 *Octauo* dicimus, quod *habitus* est duplex, *infusus*, & *adquisitus*. *Infusus* est, quem benignissimus Deus solus infundit, vt probatur, f & tradit S. Tho. communiter receptus. g *Adquisitus* autem est, qui producitur ab actibus frequentatis: ita quod actus est causa partialis habitus acquisiti, vel aucti, & è contrario, habitus est causa partialis producendi nouos actus similes illis, per quos est genitus, vel auctus, vt colligitur ex S. Thoma, h qui i probat necessitatem habituum.

f In d. Clem. 1. parag. fin. & in ca. maiores in fi. de bap.
g 1. 2. q. 51. art. 4.
h In 1. 2. qu. 51. ar. 4. & q. 46. ar. 2. & 3.
i In 2a art. 4.

Nono, quod duplex est *habitus adquisitus*, bonus, & malus. *Bonus* est, qui producitur ab actibus bonis: *malus* autem, qui ab actibus malis.

14 *Decimo* dicimus, quod *virtus* est habitus animæ bonus: *vitium* autē habitus animæ malus. tum per illud Augustini: k *Virtus est qualitas quæ facit bonum habentem: vitium autem qualitas secundum quam malus est animus*: tum quia vitium est contra naturam hominis, quatenus homo est, vt probat Angelicus doctor, l qui m concludit, actum malum peiorem esse simpliciter habitu malo, quamuis secundū quid (eo quod vitium est diuturnius) sit peius actu malo, & vitioso, & n cōcludit, actum malum, qui est peccatum, compati sibi virtutem, sicut & actus bonus compatitur sibi vitium: quamquam peccatum mortale non potest esse simul cum charitate regina virtutum, quæ est gratia gratum faciens, vel ab ea inseparabilis, quęque est habitus omnium longe nobilissimus à Deo supernaturaliter infusus, licet posset esse cum fide, & spe informibus, vt S. Thom. tradit o & Concilium Tridentinum definiuit. p

k Libro de perfect. iust. circa finem, 4. ratiocinatione, relatum à S. Tho. 1. 2. q. 71. a. 1.
l In præcitata q. 71. art. 2.
m In art. 3.
n In art. 4.
o Ibidem.
p Sess. 6. cap. 14. & can. 28.

De actu

De actu humano, siue morali animæ humanæ.

PRÆLVD. VI.

1 *Actus humanus & moralis idem: & quid sint.*
2 *Voluntarium simpliciter, & secundum quid.*
3 *Omissio pura quid.*
3 *Violentum quid, & in quo à metu differat.*
4 *Metu facta regulariter valere, sed rescindi posse: nisi, &c. nu. 5.*
5 *Sacramenta quæ metu facta valent.*
6 *Violentus nullus est actus elicitus, siue interior.*
6 *Voluntas etiam à Deo non cogitur violenter.*
7 *Metu factum rescinditur, non autem blanditijs extortum.*
8 *Ignorantia quæ facit actum non esse humanum.*

1 DE actu humano, siue morali dicimus sequentia. *Primo*, quod ea, quibus in beatam vitam, vel mortem æternam ab adultis mentis cōpotibus itur, sunt actus humani, siue morales, secundum S. Thomam, receptum. *a* Definitur autē actus humanus, siue moralis esse *actus hominis transitorius, & voluntarius perfectè ac simpliciter, vel omissio eius.* Actus humanus quid.

a In 1.2.q.6. art.1 & alios in 2.li sen. 24.& 25.

Dixi, *Transitorius*, ad differentiam habituum, qui sunt qualitates stabiles, & permanentes. *b*

b Iuxta Aristot. in prædicam. qualit.

2 Dixi, *Volūtarius*, ad excludendū actus hominis ōnino violētos: qui sunt illi, quorū principium est ab extrinseco, passo non cōferente vim, id est, eo qui patitur, non opitulāte, neque iuuāte, qualis est is, quo homo per vim absolutam facit, vt oblatio thuris, quę, per manū violenter ab alio ad id adactā, idolo fit. *c*

c Cap. presbyteros, 50. distinct.

Dixi, *Perfectè*, ad excludendum actus puerorum, amētium, & subito ex sola imaginatione absq; deliberatione, more brutorum agentium; quorum actus, etsi ea parte sint voluntarij, quia propter finem (saltē imperfecte cognitū) aguntur, non tamen sunt perfecte voluntarij. quia non aguntur propter finem satis perfecte cognitum, eo quod non aguntur ob finem cognitum propter rationem, & proportionem, quam habet finis ad id, quod propter illum agitur: quod solius iudicio, & ratione vtentis est, vt pulchrè de more docet Angelicus doctor. *d*

d In 1.d.qu. 6.art.2.

3 Dixi, *Simpliciter*, ad excludendos actus factos metu, qui licet non sint secundū quid voluntarij, sunt tamen simpliciter tales, *e* & probatur per cap. sacris. *f* quatenus ponit differentiā inter cōmunicationem violenter incussam, & metu, siue vi cōditionali factam. Dixi, *Vel omissio*, ad comprehendēdam omissionē, per quā id, quod quis potest, & debet agere, nō agit, iuxta eūdē *g* ex quo, & altero Tho. *h* colligas, tria requiri ad hoc, vt omissio cuiuspiā sit pure volūtaria, videlicet; quod possit & debeat facere, & nō velit, negatiue tantū, id est, quod neque velit, neq; nolit;

e Secundum eundem S. Th. in eadem qu.6.ar.6.

f De his quæ vi.

g Ibidem.

h Vbi supra, ari.3.

Omissio vt sit purè volūtaria quid requirat.

nolit: nam si nollet agere, id est, haberet nolitionem, siue voluntatem non agendi, non esset tam actus omissionis, quam commissionis.

Secundo dicimus, quod ex ijs infertur. *Primo* ratio decidendi principij causæ, *a* quatenus habet, nihil peccare illam, cuius omnino renitentis virginitas violatur, quia imo, vt beata Lucia, relata ibi à Gratiano dixit; *ea duplicatur ad coronam.*

a 32.q.5.

Vide exemplar.

4 Infertur *secũdo*, quod actus (etiam metu factus) est actus humanus, quia est voluntarius simpliciter, licet sit inuoluntarius secundum quid, vt ait Aquinas *b*. & probatur in cap. merito, *c* quatenus habet, eum, qui metu alicuius mali facit aliquid, velle illud, licet nõ propter se, sed propter aliud. In quare insignis quidam Theologus *d* & insignissimus Decius *e* lapsi fuerunt, quatenus dixerunt, metu facta non esse simpliciter voluntaria, sed secundum quid tantum. Ratio siquidem diuersitatis inter violenter, & metu factum, illa est, quod violenter dicitur, cuius principium est ab extrinseco, passo non conferente vim, siue non adiuuante, iuxta legem, *f* quæ habet, *vim esse rei maioris, impetum, cui resisti non potest*, vt tradit Angelicus doctor g: qualis est thurificatio supra dicta: quod autem metu fit, licet ab extrinseco impulsionem habeat, passum tamen, id est, qui compellitur, confert vim, & adiuuat, quia consentit. *h*

b In 1.2.q.6. art 6. c 15.qu.1.

d In quadam epistola ad me scripta. e In l. velle. ff. de reg iur.

f l.1.ff. quod metus caus. g 2.3.q.175. art.1.ad 1.

h Dict. e merita, & l.2.ff. quod metus causa.

5 Et ita factum per vim puram, nec meritum, nec peccatũ est, neque prodest, neq; nocet quoad vllũ forum, quia nõ est actus humanus; factũ autem metu, quia est actus humanus, potest aliquãdo esse meritum, & (vt plurimũ) prodest, & nocet quoad vtrũque forum, quãuis regulariter rescindi possit, *i* nisi quoad sacramenta characterem imprimentia, quoad quę non potest rescindi *k*: & nisi quoad ea, quę liberam & spontaneam voluntatem requirunt, vt matrimonium, *l* quia illa metu facta nihil valent, & sine vlla rescissione sunt inualida, siue nulla.

i Vt resoluit glo. recepta. in c. abbas, de his quæ vi metu.

k Ca. maiores parag item quæritur, de bapt. & eius eff.

l Cap. eum locum, de sponsal. & vorum, ea. de ijs, quæ vi met.

6 Infertur *tertio*, quod nullus actus voluntarius elicitus, siue interior potest esse violentus; nam nullus talis fit passo non conferente vim. Voluntas enim, siue anima velle potens, non potest absolute cogi, siue per vim præcisam ad actum à se ipsa eliciendũ, id est, ad volẽdum, aut nolendum, vt pulchre probat S. Tho. *m* Nam, vt *n* ait, etiamsi moueatur, & cogatur à Deo ad volendum, non patitur violentiam: quia ipsa confert vim, & adiuuat dum vult: & ita non fit passo non conferente vim, & consequenter non est violentum per supradicta

m 1.2.qu.6. art.4.

n Ibi ad 4.

7 Infertur *quarto*, quod nullus actus, neque interior, neque exterior desinit esse volũtarius, eo quod producatur per cõcupiscentiã plurimum impellentẽ animũ ad volendũ; imo est magis volũtarius. *o* Quę potest esse recta & noua ratio, quare blãditię faciunt, vt actus per eas factus rescindi non possit, sicut metus, & quod licet testamentũ metu factum non valeat, *a* testamentum tamen vxoris, blãdo sermone mariti procuratum, valet. *b*

o Secundum S. Thom in dicta q.6. art.7.

a l. fin. ff. si quis aliquem test. prohib.

b l.fi. C. eod. & dicta l. fin. ff. si quis aliquem.

8 Infertur

8 Infertur *quintò*, quod actus factus per ignorantiam, aliquando est actus humanus, aliquando non, & quidem est actus humanus regulariter: non est autem humanus, quando tria concurrunt. Quorum *primum* est ignorantia illius rei, quam quis non tenetur scire. *Secundum*, quod non sit affectata, seu desiderata vel procurata *Tertium*, quod sit talis, sine qua non fieret actus: quia hæc tria efficiunt inuoluntarium. Quæ pulchre determinat Angelicus Doctor, *c* & probatur in c. 2. de const. *d*

Infertur denique *sextò*, actum humanum non esse habitum: quia hic est stabilis, ille autem, vt dictum est, transitorius; hic impellit eum, cui hæret ad actus sibi conuenientes: ille vero non, vt satis colligitur ex Clement. *e*

c In dicta q. 6. art. 1. d Pt. Capit. ignorãtia, de reg. iur. li. 6. & c. fin. 37. d & melius, parag. notandum q. 4. sub cap. turbat. cum eis adnotatis pro gloss. & doctores. e parag. fin. de sum. Trinit. & fid. Catho. & Card. l. molen. ibid.

De actu humano, siue morali bono, qui est meritum; & malo, qui est peccatum.

PRÆLVD. VII.

1 *Meritum quid, & quotuplex.*
2 *Gratia gratum faciens quid, & quanti valoris. num. 3.*
3 *Bona in peccato mortali facta quantum prosunt.*
4 *Actus humanus malus, & peccatum morale idem.*
5 *Peccatum morale quid, latè.*
5 *Lex æterna quid, & quid ei contrarium.*
6 *Omissio pura cur dicitur factum negatiue.*
7 *Verba illa, dictum, factum, concupitum quomodo accipiantur.*
8 *Definitio hæc peccati cur eligitur.*
9 *Peccatum & delictum in proposito idem.*
10 *Peccatum originale quomodo voluntarium.*
11 *Peccatum veniale qua ratione vere peccatum.*
12 *Peccata omnia esse mala quia prohibita, vt defendatur.*
13 *Peccatum non est vitium, & quibus constat. num. 14.*
15 *Peccatum vt aliud est in genere entis, & aliud in genere moris.*
16 *Actus, manens idem in genere entis, nunc bonus, nunc malus.*
17 *Actus nullus simul bonus, & malus, etiam diuersa ratione.*
18 *Bonis in agendis ne sint mala, magna cura adhibenda.*
19 *Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris vnum tantum esse.*
20 *Confiteri peccatum mentis sine operis non sufficit: sed contra sic.*
21 *Peccatum non esse reatum, licet aliquando sic vocetur.*
21 *Reatus quid proprie, & ad quid transfertur.*
22 *Reatum pro obligatione ad pœnam esse filium peccati: & triplicem. num. 23.*
23 *Actionis mater obligatio.*
24 *Otiosum omne malum.*
24 *Circumstantiæ cuius defectu omnis actus sit malus.*
25 *Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem.*

1 DE præfatis membris actus moralis dicimus multa. *Primò*, quod actus humanus, siue moralis diuiditur in bonum & malum: & quod bonus est, *qui nulla lege ob se, neque ob*

suas circumstantias prohibetur, & appellatur meritum, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti. *a*

a 1.2 quæst. 114.art.6.

2 *Secundò*, quod meritum est duplex. Alterum simpliciter seu de condigno. Alterum secundum quid, seu de congruo. Meritum simplex, siue de condigno est, *quod meretur gratiam, & gloriam, & vitam æternam.* Quod definiri potest esse *actus humanus bonus, factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem.* Cuius meminit glossa *b* quę gratia gratum faciens definiri potest, esse *donum Dei supernaturale, infusum à Deo creaturæ rationali, quo est illi ad vitam æternam accepta*, ex mente S. Thomæ. *c* Quæ gratia est tanti valoris, quod etiam illa, quam habet vnus particularis, est maius bonum, quam aliud bonum naturale totius vniuersi secund. Tho. *d*

b In parag. fin. clemen. 2 de sum Trinit. & fid. Catthol. ver. omnibus.
c 1.2.q.110. & 111. & Scoti, & aliorum in 2.li. sen. d.26. & 27 d 1.sec.q.123 ar.9 ad 2.

3 Meritum de congruo, vt S. Thomas *e* & alij multi loquuntur, siue meritum secundum quid, vt ipsemet S. Thomas ibidem nominat, *est actus humanus bonus, factus ab aliquo extra gratiam Dei existente*, cui de quadam congruitate, & secundum quid debetur aliqua merces spiritualis, vel temporalis, vt sentit glossa, *f* quæ ponit illos duos senarios.

e In dicta q. 114.art.6.
f Cap. quod quidã de pœnit. & remiss.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ,

Cui est alia similis in alio loco *g* vbi nuper *h* addidim⁹ aliquos fructus vltra eos, quos scripsimus infra: *i* qui fructus licet magnæ sint in se vtilitatis, collati tamen cum gratia gratum faciente, & gloria æterna, ei respõdente, adeo paruæ sunt, vt *k* dicantur nihil prodesse: cum tamen de fide sit prodesse ad multa, vt dictum est, & satis definit Conc. Trid. *l*

g In tra. quæst. parag. quid autem de pœn. dist. 3 n Num. 2.
h In cap. 17. num. 267.
k Cap. nihil, de consecr. dist. 5.
l Sess. 6. ca. 7. & can. 7.

4 *Tertiò* dicimus, quod licet verbum, *peccatũ*, generaliter acceptum, *m* significet omnem deuiationẽ, vel declinationẽ à rectitudine operi debita, siue in naturalibus, siue moralibus *a* in proposito tamẽ solum accipitur pro deuiatione in moralibus, qualis est omnis actus moralis malus, siue peccatum morale. Definitur autem peccatũ morale à varijs: ex omnibus autem definitionibus, quas post veteres auctores tradit Magister cum S. Th. & alijs recentioribus *b* & alij alibi, illam eligimus, quam magnus ille August. tradit *c* quæ non latuit glossam.

m Vt docet S. Thom. in 1. par. q. 63. ar. 1 a Iuxta Arist. Physico. vbi monstra naturæ vocat peccata.
b In 2. libro senten. d 35. & in 1.2. q 71. art. 6.
c In 2. li. cõtra Faustum, capæ 6.

5 Videlicet *peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam.* tum quia clarior, & vsitatior est: tum quia conuenit cum sito definito. Nam cuicunque conuenit definitum, id est, peccatum, conuenit etiam definitio, & è contrario, vt per infra dicenda patebit: Nam lex æterna, vt idem August. ait *e* & post eũ Angelicus Doctor: *f est summa ratio Dei, quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat*, iuxta illud Poëtæ.

d In cap. ille rex de pœn. dist. 3.
e In li. 1. de liber. arbit. cap 6.
f In 1.q.91. art. 1.

Quidquid habet Phlegethon, quidquid caua viscera terræ,
Quidquid habet pelagus, quidquid secat æëra pennis,
Fecisti solus, totumq; opus ipse gubernas.

Et ita

Et ita quidquid est contra legē,& rationē naturalem,est cō-
tra legem ęternam; licet non è contrario, quidquid est contra
legem æternam,sit contra legem & rationem naturalē: qualia
sunt quę supernaturalibus obuiant,& fere omnis hęresis,blas-
phemia, & similia, quod docet Angelicus doctor. g

g In dicta q. 91.art.fin.& late iuxta ac subtiliter enucleat aliter Tho.ibid.

6 Non *obstat primò*, quod prędicta peccati definitio,non vide-
tur conuenire purę omissioni,quæ,*h* saltem tribus cōcurrentibus est actus humanus malus,& peccatū, & tamē nō est dictū, factum aut cōcupitum:nam licet illa omissio non sit dictū, factum,aut concupitum affirmatiuum, est tamen negatiuum: est nāque non dictum,quod debeat dici;nō factum, quod debeat fieri;vel non concupitum,quod debeat concupisci; quoniā affirmatio & negatio reducūtur ad idem genus, vt in hac specie tradit Aquinas *i* & probatur per l. si mora. *k* quæ non factum quod debeat fieri, vocat factum. *l* Ibi enim Iurisconsultus appellat factum omissionem traditionis dotis faciendæ mulieri. Et glossa *m* ait,diuisionem illam Iurisconsulti, qua diuidit stipulationem in stipulationem de faciendo,& dando.comprehendere etiam stipulationem de non faciendo,& non dando.

h Vt prædictum est supra prælud. 6.num.3.

i 1a 1.2.q.71. art.6.

k ff. solut. matrimonio.

l Vt ibi adnotauit glos.

m Recepta ibi per Bar. Alexand.& allos in l.a. de verb. obligat.

7 Non item obstat *secundò*, quod res dictæ, factæ, aut concupitæ non sunt peccata, quia illa verba definitionis, dictum, factum,& concupitum, non accipiuntur pro illis rebus, sed pro ipsis actibus dicendi, faciendi, & concupiscendi, seu volendi eas, hoc est, pro ipsa dictione,factione, & vt ita dixerim, concupitione,seu volitione,vel latinius voluntate: quod post alios Gabriel recte intellexit. *a*

a In dicta q. 35.q.1.

8 Non obstat *tertiò*,quod illa definitio August. Videlicet,*Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat*, nullā facit mentionem de dicto, vel facto; cum enim mentionem fecerit de concupito & voluntate, quæ radix est malitię dicti, seu dictionis, facti, seu factionis vel actionis, adeo quidem vt vnum tantum peccatum constituatur ex illis, *c* faciendo mentionem de voluntate, satis videri potest fecisse mentionem de illis, quorum malitia pendet ab ea.

b In libr.1. Retract.c.15. relata à Gratian.in c.1. parag.1.25.q.1.

c Vt in prælud.sec.dicemus.

9 Non obstat *quartò*, quod secundum hanc definitionem delictum esset peccatum,& tamen August. *d* significat,quod peccatum est perpetratio mali, & ita commissio, delictum autem desertio boni, & ita omissio, quod adnotauit glossa, *e* & ante illam Magister *f* quia ibidem ipsemet magister, dixit, indifferenter apud auctores, omne peccatum nomine delicti intelligi, & è contrario omne delictum nomine peccati. *g*

d In quæstionibus Leuit.

e In regul. peccatum & reg. delictum de reg.iur. lib.6.

f In 4.l.sen. dist.42.

10 Non obstat *quintò*,quod peccatū originale infantis,imo & nondum nati est peccatum, & tamen non videtur esse dictum factum,aut concupitum: quia licet non sit factum, aut concupitum personale ipsius actuale, est tamen suæ naturæ humanę.

g Per cap ille rex. de pœnit.d.3.& c.si peccatū, de pœn.d.1.

11 *Quartò* dicimus,quod ex prędictis infertur *primò*,omnę veniale peccatum,esse peccatum:quia ei prędata definitio cōue-

h Iuxta dicēda in prin. prælud.seq.

nit.

nit. tum quia illud appellat peccatum Augustinus, & Ioannes Chrysostomus *i* tum quia S. Thomas, *k* omnem actum inordinatum & vitiosum appellat; at inter omnes conuenit, omne peccatum veniale esse actum inordinatum, tum quia Magister *l* præsupponit veniale peccatum comprehendi sub verbo, peccatum, quod ab Augustino *m* definitur esse dictum, factum, &c. Contrarium vero ait S. Bonauentura cum aliquot alijs *n*: videlicet peccatum veniale non esse contra legem, sed præter legem. Cui consonat etiam Angelicus doctor, *o* dicens, quod diuisio peccati in mortale & veniale, non est diuisio generis in species, quæ æqualiter participant rationem generis: sed est diuisio analogi in ea, de quibus prædicatur secundum prius & posterius, *non enim*, inquit, *est cõtra legẽ, sed præter legẽ*. vbi Caietanus nihil non facit, quo illum à telis Durandi, *p* vbi nostra illationẽ tuetur, defendat. Quin & ipse Caietanus *q* carpit Scotum, eo quod *r* dixisset peccatum veniale non esse contra legem: quia negari non potest esse contra legem æternam, & virtutis. Quæ quidem contentio dirimi posse videtur, dicendo, quod altera opinio procedit de contrarietate legis sufficienti, ad assequutionem æternæ vitæ impediendam: altera vero de contrarietate secundum quid, quæ solum sufficit ad eam differendam.

12 Infertur *secundo* illud celebre elogium, quod *non omne peccatum ideo est malum, quia prohibitum*, *a* intelligendum esse de prohibitione humana: non autem de prohibitione legis æternæ, per quam omne peccatum prohibetur, vt ex hac definitione colligitur, & adnotauit S. Thomas. *b*

13 Infertur *tertiò*, peccatum non esse vitium: quoniam peccatum est dictum, factum, aut concupitum, & ita actus. vt supra dictum est: vitium autem est habitus, secundum Marcum Tullium, *c* quod etiam colligitur ex Ambrosio *d*

14 Infertur *quartò*, peccatum constare ex duobus, videlicet ex ipso actu, qui est quædam res naturalis, & ex tortuositate (vt ita dixerim) & defectu rectitudinis, qua caret, ex eo, quod deuiat, & est contra legem, & regulam æternam; quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas: & quod, quatenus est actus, & res, merito dicitur quoddam bonum naturale: quia omnis res, quatenus est aliquid, est bonum naturale: iuxta illud: *Omnia quæ fecerat, erant valde bona*. Sed quatenus est defectus, & priuatio boni, dicitur malum, & nihil ab Aug. qui verbum, *nihil*, positum in illo celebri dicto: *Sine ipso factum est nihil*, exponit de peccato, quod non est intelligendum de peccato quoad ipsum actum, quatenus est quædam res: sed de peccato, quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo, vt post, & ante illos declarat S. Thomas, *e* vbi concludit, non debere dici peccatum esse à Deo, nisi cum illa additione, in quantum est actus, & in quantum est quædam res.

15 Infertur *quintò*, aliud esse peccatũ in genere naturę, & prout est

i In cap. vnu. parag. fin. d. 25. in c. de quotidianis, de pœn. dist. 3 & 1. 2. quæ. 62 art. 1.
k Cum eod. S. Thom. & alijs in 2. li. sent. dist. 35. & 42.
l Vbi supra.
m In dicta dist. 42.
n Ibid. q. 1. art. 4. & 1. 2. q. 88. art. 1. & contra gẽ. ca. 139.
o lib. 2. sent. dist. 43. q. 1. 2. q. 72. art. 5.
p In dist. 22. eiusdem 2. lib. sentent.
q Iux. gloss. celebrem, c. ex par. 2. de offic. de leg.
a In dict. ar. 3. ad 4.
b In 4. lib. Tusculana, relatum à S. Tho. in 1. 2. q. 71. ar. 1. ad 3.
c In cap. ille ex. de pœn. d. 3. vbi gloss. Ioã singularis. Peccatum ex duobus constat. Genes. 1. super Ioan. Ioan. 1.
d In 2. lib. sentent. dist. 37. q. 1. ar. 1. peccatum à Deo non est.

est quoddã ens naturale: & aliud in genere moris, & prout est quoddam ens morale. Nam, vt in illatione præcedenti est dictum, peccatum est aliquid, & bonum, prout est ens naturale, & prout est ens morale dicitur nihil, & malum. Ex quo *subinfertur* fieri posse, quod actus, qui sit vnus & idem numero in genere entis, vel naturę, nunc sit bonus, & paulo post malus in genere moris, id est, quatenus est ens morale. Nam ambulatio, qua quis vadit ad ecclesiam est vna & eadem res in genere naturæ, at si eam cupit facere ob inanem gloriam, erit mala toto tempore, quo ob eam ambulauerit: & si mutata voluntate continuat eam ad Dei obsequium, erit bona, dum ei de alijs requisitis nihil desit, vt tradit Aquinas. *a*

a 1.2.q.20. art.6.

16 Ex quo *subinfertur*, quod vnus actus, qui est simplex, & idẽ numero secundum genus entis, & naturæ, potest esse duplex, & diuersus in genere moris: puta bonus & malus, peccatum & meritum, id quod idem Aquinas probat. *b* Et quamuis ille de actu solo exteriori formet & prosequatur quęstionem, non tamen ob id intelligas, cõtrarium sensisse de actu interiori, quod ibidem adnotauit Caietanus: cuius quotidianum exemplum accipe in actu volendi comedere carnes continuato ab hora, qua licet eas comedere vsque ad horam, qua non licet: quod non raro contingit apud infimates in carnis priuio, & apud summates passim in noctibus, quę precedunt dies, quibus esus carnium vetatur, qualis est dies Iouis, & quicunque præcedit Quatuor tempora, & festorum vigilias.

b vbi supra.

17 Animaduertendum tamen est, quod nullus actus pro eodẽ tempore adæquato potest esse bonus simul & malus, peccatũ & meritum, etiam diuersa ratione, quia implicat contradictionem: nam si est malus, aliqua rectitudo ad bonitatẽ necessaria ei deest: & si est bonus, nulla: quia bonum constat ex integra causa, secundum Dionysium, *c* id quod affirmat S. Thomas. *d*

Nullus actus peccatum & meritum esse potest.

c Cap. 4. de diuinis nominibus.

d 1.2.q.2.ar. 6. & clarius in 2.li.sent. dist.40.q.1. art.4. & Ioan. Maior ibid. q.7. & Cait. super Matt. cap.6.

18 Quibus (pro dolor) *consequens est*, bonam operum aliquorũ nostrorum partem esse malam: minor enim pars est eorũ, quibus nulla deest rectitudo, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantię. Quãobrem magna cura & studio est opus, vt quęcunque agimus, circumspecte agamus: ne bona, quæ labore magno ad bene merendum perficimus, parua incuria perdamus: vel (quod peius est) fiant nobis mala, ob quæ puniamur.

19 Infertur *sexto*, quod peccatũ interius, quo quis peccat, volendo aliquid facere, aut dicere, & dictum, & factum ipsũ exterius sunt quidem plura entia, & plures res, quoad essentiam rei naturalis; siquidẽ alia res est exterior actus, & alia interior: sunt tamẽ vnum peccatum in genere moris: quidquid voluat, & reuoluat satis leuiter & inutiliter Io. Maior: *e* quoniam, vt elegãter de more ait Aquinas, *f* actus interior, & exterior ei respondens, licet sint duo in genere, & esse naturæ: in genere tamen & esse morali sunt vnus. Neque tamẽ ex hoc inferas, sufficere

e In dicta d. 42.q.2. f 1.2.q.20. art.3.

ficere pœnitenti confiteri omne peccatũ interius solùm, sine exteriori: quoniã oportet confiteri omnia peccata mortifera,g & constat, peccatum exterius esse peccatũ mortiferum, quando interius est huiusmodi; & licet peccatum interius, & exterius sint vnum peccatum in genere moris, sunt tamen duo in genere naturæ, vt prædictum est.

g Cap. omnis de pœn. & remiss. & clarius in c. 5. & can. 6. sess. 14. Concil. Trident.

20 Neque *obstat*, quod sufficit confiteri exterius, quia qui confitetur exterius, implicite confitetur interius,a cum sine illo nõ esset peccatum. Non autem contra, qui confitetur interius, videtur confiteri exterius: cum interius passim inueniatur sine exteriori: & non concludit hoc adesse, quod contingit abesse.b

a Argum. l. Labeo. parag. Tubero, ff. de supellect. leg. arg. item cap. præterea de offic. deleg.

b l. neque nazales C. de probationibus &c. in præsentia eod. tit.

21 Infertur *sexto*, peccatum esse aliud à *reatu* peccati: tum quia *peccatum* per prædicta est dictum, factum, &c. *reatus* autem peccati est obligatio nata ex peccato ad pœnã subeundã: tũ quia Magister *c* ait, quod licet aliquãdo in scripturis auctorum verbum, *reatus*, significet culpam, & aliquando pœnam: id tamen non contingit ex originaria verbi significatione: sed quia, cum *reatus* sit quoddã medium inter illa, nomen eius transfertur ad significandum extrema; tum quod verbum *reatus*, est verbum nouũ & incognitum Marci Tullij ætati, & à Messala sub Augusto Cæsare vsurpatum. *d* Vsurpatũ, inquam prostatu rei criminis: quod colligitur *ex l. si quis diutino. e* quidquid ibi reuoluat Accursius. Vbi adnotauit Budęus, errore nimio apud Iurisconsultos ætatis nostræ pro crimine reatum accipi.

c In 2. lib. sententiarum dist. 42.

d Vt docet Quintilian. lib. 8. instit. ca. 3.

e ff. de pœn.

22 Et quamuis iuxta sensum Budęi, etiã obligatio ad pœnã, non dicatur proprie reatus, sed ipse status rei, qui accusatus est, & inter reos receptus: Gregorius tamen *f* & Magister cũ Aquinate, & alijs *g* pro illa obligatione accipiũt. At quia duplex est peccatũ: alterum mortale, alterum veniale, *h* sic duplex reatus: Alter, quo quis obligatur ad pœnam æternam; Alter, quo quis obligatur ad pœnam temporalem secundum omnes.

f In cap. si peccatum, de pœn. dist. 1.

g vbi supra.

h Ca. vnum parag. criminis, 25. dist.

23 Itaque peccatũ est mater reatus: reatus vero filius peccati, sicut obligatio est mater actionis, *i* & actio filia eius. *k* Reatus autem siue obligatio ad pœnam est triplex: quia peccatum eo quod triplicem ordinem offendat, ad triplicem pœnã obligat. Quatenus enim offendit ordinem proprię rationis, obligat ad pœnam remorsus cõscientię, iuxta illud Augustini. *l Omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna*, quam conscientię remorsum esse dixit Sanctus Tho. *m* Quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad pœnam æternam, vel temporariam ab eo infligendam. Quatenus vero offendit legem humanam, obligat ad pœnam illius legis per hominem statutam. Quo fit, vt qui peccamus, considerare deberemus, quod licet possimus effugere frequenter hominis legis latoris pœnam, errata nostra ignorãtis; nequaquam tamen possumus vitare pœnam Dei, omnia cernentis: nec conscientiæ nostræ, omnia nostra videntis: nisi per pœnitentiam legitimam, & peccato accommodam.

i l. licet parag. ea obligatio, ff. de procuratoribus.

k Glo. in rub. de actionibus instit.

l Libro 1. Confess. cap. vlt.

m 1. 2. q. 87. art. 1.

24 Infertur

24 Infertur *septimo*, quod actus deliberatus, qui nõ est bonus, est peccatũ: quoniam multi sunt actus, qui iuxta suũ genus, vel suam speciẽ, id est, ex obiecto suo neque boni sunt, neq; mali; qualis est deãbulatio in campum, & leuatio festucę vt S. Tho. communiter receptus habet: *a* nullus tamen inuenitur in individuo, qui non sit malus, si nõ est bonus: quoniam nullus talis inuenitur, cui non desit bonitas vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantiæ: & quamuis olim çontrarium visum fuerit mihi verius, sequuto Scotum: *b* eo quod videbatur dari posse actus indifferẽs sine vlla circumstantia in nullum finem bonũ, vel malũ ordinatus: postquam tamen legi Caietanum *c* sequutus sum hoc: quia omnis actus deliberatus otiosus est malus, iuxta illud: *De omni verbo otioso, &c.* & illa firma ratione, quod omnis actio, quę non fit ad aliquem finem, est otiosa: & ita deest ei circumstantia finis, siue ordinatio ad bonum finem: & consequenter est contra legem æternam, quæ ad bonitatem actus exigit omnium circumstantiarum concursum rationabilem, quæque habet hominem agere propter finem: iuxta Arist. *d*

a 1. 2. q. 18. art. 2.

b In 2. lib. sent. dist. 7. & 41. & quod. lib. 12.

c Super S. Th. in di. ar. & Matt. 12.

d In 8. Phys. c. 2. 3. relatum à S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 1. & 2.

25 Infertur *octauo*, quam vane, & stulte errauerint multi super peccato actuali. Alij quidem, vt Valentinus, quod peccatũ non est à libero arbitrio, sed à dęmone tantum. Alij, vt Lutherus, quod omne opus, quamlibet recte factum, est peccatum. Alij, vt Aetius, & Armenij, quod aliqua sunt peccata omnino irremissibilia. Alij vt Vualdenses, quod nullum peccatum mortale est tolerandum, etiam ad vitandum maius malum. Alij, vt Iouinianus, quod semel iustificatus non potest amplius peccare: de quibus late Castren. *e* Alij, vt Vualdenses, quod per peccatũ mortale perditur omnis potestas, tam laica, quam ecclesiastica, vt per eundem Alphonsum constat. *f*

e Lib. 12. adu. omnes hæreses verb. peccatum hęresi. 3 & seq.

f Vbi supra verb. potestas hæresi. 1.

De peccati vna specie, quæ est peccatum originale.

PRÆLVD. VIII.

1 *Peccatum duplex, originale, & actuale, & quid originale.*
2 *Peccatum aptius genus ad originale, quam carentia iustitiæ originalis.*
3 *Peccatum originale tollitur per baptismum, sed non carentia.*
4 *Peccatum quod primi parentis, vt transfertur in descendentes.*
5 *Iustitiam originalem sibi, & omnibus perdidit Adam.*
6 *Peccatum originale non est reatus, & cum eo omnes nascimur.*
7 *Peccatum originale non est multa, quorum nomine appellatur.*
8 *Peccatum originale excludit omnes à vita æterna.*
9 *Peccato originali vt caruit Christus, & mater eius.*
10 *Peccatum circa originale qui sis, & sic errant hæretici.*

1 DE præfata peccati originalis specie dicimus *primo*, quod peccatum diuiditur in peccatum originale, & peccatum actuale; & quod peccatum originale, attenta magis mente, quã verbis Anselmi *a* & Magistri, & aliorum *b* potest definiri esse *peccatum primum primi parentis, quatenus fuit naturæ transfusum per virtutem seminalem in omnes immediate vel mediate ab eo genitos, quo sibi, & illis perdidit iustitiam originalem quoad hoc sæculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.*

a De conceptu virginali, cap. 2. & 3.
b In 2 lib. sen. d. 30. & S. Thom. 1. 2. q. 81. & 82. & 3. part. q. 27. art. 1. & melius ad Rom. 5. lect. 2. col. 2. & 3. & aliorum catholicorum alibi præcipue trium paragrapho 2. & 3. Decreti de peccato origin. sess. 5. Conc. Trid.

2 Dixi, *Peccatum*, pro genere, quia licet Anselmus frequentius receptus ponat *c* pro eo, carentia iustitiæ originalis, & alij, concupiscentia, vel habitus improprius, vel fomes, vel lex membrorum, vel tyrannus, & alij reatus, vel pœna: aptius tamen ponitur peccatum. Tum per hęc verba circumspectissima S. Tho *d* *Sicut peccatum actuale est peccatum personæ, qui per voluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ, eo quod per voluntatem principij humanæ naturæ commissum est: & sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ, trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ, qui est generatio.* Tum per prędictum Concil. Trident. quatenus *e* declarat hæreticum eum, qui dixerit, Adamum inquinatum per inobedientiæ peccatũ, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanũ transfudisse: non autem & peccatum, quod mors est animę. Et quatenus *f* definit, hęreticum esse, negare, quod per baptismũ remittitur omnis reatus originalis peccati: aut asserere non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet.

c Vbi supra.
d Ad Rom. 5. lect. 3. col. 2. Peccatum originale veri hominis peccat[illegible] est.
e Vbi supra. parag. 2.
f Parag. 5.

3 At per baptismum non tollitur carentia originalis iustitiæ, nec concupiscentia, nec habitus ille improprius, neque fomes, neque lex membrorum, neque tyrannus licet aliquantum refrænetur, secundum omnes. Ergo nullum illorum est de vera, & propria ratione peccati originalis: ac consequenter neque verũ genus definiti, quod est de quidditate & ratione speciei. *a* Et quamuis reatus omnis tollatur per Baptismum, tamen secundum Magistrum sentent. communiter receptum, peccatum originale non est reatus, neque pœna, sed culpa, vt infra dicemus. Ergo aptius genus est peccatum, quam aliquod illorum.

a Iux. Porphyrium in Prædicabilibus.

4 Dixi, *Primum primi parentis*, quoniam alia peccata, quę ipse fecit, vel posteri eius faciunt, non sunt peccata originalia, neque transierunt, neque transeunt in posteros. *b*

b Vt probat S. Tho. receptus in hoc ab edit. 1. 2. q. 82. art. 2. & melius in prælegata. lect. 3. c. 5. ad Rom.

Dixi, *Quatenus fuit naturæ*: quia quatenus personale, ac sola personali voluntate commissum fuit, non fuit, neque est originale, neque transfusum, sed quatenus fuit peccatum naturæ, & voluntate posterorum eius commissum, ea ratione, & modo, qui ex prædictis verbis S. Thom. colligitur.

Dixi, *Per virtutem seminalem*, ad significandum quomodo, & à quo & in quos deriuatur. Nam homo qui puris naturalibus crearetur miraculosè alia de materia, quam humana carne, nõ

haberet

haberet hoc peccatum originale: quia ille non esset ex Adami posteris. Imo nec si crearetur de carne humana ratione alia, quam per virtutem seminalem, *c* & tamen careret iustitia originali, & fomitem ac concupiscentiam, quam baptizati habent, haberet. *d*

c Iuxt. sentẽtiam eiusdem S. Tho. 1. 2. q. 81. ar. 4. & 2. libr. sent. di. 31. q. 1. ar. 2. & alior. præsertim Durandi in dict. q. 30. q. 2.

d Vt satis colligitur ex eodem S. Th. q. 82. art. 4.

5 Dixi, *Quo sibi & posteris perdidit iustitiam originalem, quoad hoc sæculum*, ad insinuandum illud grande, irreparabileque damnum, quod sibi, & nobis intulit protoplastus. Illa enim iustitia erat quoddam donum supernaturale, inditum à Deo Adamo pro ipso, & pro posteris eius, quo vires inferiores subijciebat superioribus, & superiores Deo, harmoniam quandam miram constituens: cui per peccatum amissæ successit discordia, & rebellio deploranda, & potentia concupiscendi tam sensualitatis, quam voluntatis superioris effrenata, secundum omnes. De qua Poëta quidam celebris, postquam graphice conscripsit mortem, & alia, quæ perditio hæc iustitiæ attulit, concludit:

Hæc fuga iustitiæ nostris mala cuncta diebus
Intulit, &c.

Iustitia originalis quid?

Dixi, *Et beatitudinem, quoad alterum sæculum*, ad ostendendum terribilem effectum, quem hoc peccatum operatur, scilicet quod facit æternùm vita carere beata. *e*

e Cap. firmissime de cons. dist. 4.

6 *Secundo* dicimus, quod ex prefata definitione infertur, *primo*, peccatum originale non esse reatum, *f* quia, *g* vt diximus, peccatum non est reatus.

f Vt probat. Magister 2. l. sen. d. 30.

g Supra in præl. præcedenti, nu. 22.

Infertur *secundo*, hæreticos esse, qui dicunt, non nasci homines cum vero peccato: quia est contra prædicta, fundata in illo Apostoli: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* & in illo eiusdem: *Eramus natura sicut & cæteri filij iræ.* Et in definitione cap. *firmissime crede, a* & Concil. Trid. *b*

Rom. 5.
Ad Ephe. 2.
a & c. de consecrat. dist. 4.
b Vbi supra. parag. 1.

7 *Tertio* dicimus, quod peccatum originale non est actus personalis, neque potentia, vt palam est, neque habitus, vt distinguitur ab actu: quia est peccatum; & nulla peccata sunt habitus, vt dictum est supra *c*; quamuis late accepto vocabulo metaphoricè dici queat habitus, eo quod, vt ille inclinat ad suos actus, ita originalis peccati fomes inclinat ad suos. *d* Neque est vere concupiscentia, neque fomes peccati, licet materia eius aliquo modo dici queat *f*: & licet quãdoque vocetur peccatum, nominando effectum per causam iuxta illud Apost. * *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*, adiuncta expositione S. Tho. *g* dum ait, *non iubere Apostolum, ne peccatum, hoc est fomes peccati, sit in nobis; sed quod non regnet in nobis, qui debemus & possumus cum gratia Christi ei resistere.* Quoniam *h* vt dictũ est, per baptismum tollitur totum id, quod est de vera ratione peccati originalis, vt determinat Conc. Trid. *i.* & tamen experimur baptizati post baptismum motus iræ, amoris, & voluptatis, præuenientes rationem, qui ex fomite illo manant. Et

c Prælud. præcedenti num. 13.
d Iuxta S. Thom. 1. 2. q. 82. art. 1. ad 1. & Durandum & alios in 2. li. sent. dist. 30. qu. 2.
e Vt Magister in dicta d. 30. declarãdo ar.
f Iuxt. S. Th. in dicta qu. 82. art. 3.
* Rom. 6.
g Ibidem lectio 3.
h Supra n. 2.
i Vbi supra peccatum originale quid proprie.

idem

idem est dicendum de carentia iustitiæ originalis, quæ per baptismum non restituitur.

8 *Quartò*, quod peccatū originale proprie est peccatū, seu culpa, seu deformitas, & defectus rectitudinis, qua caruit ille actus primi peccati primi parētis, quatenus fuit actus volūtarius totius naturę, omniūque ab illo deriuandorum per virtutē seminalem, eo modo, quo initio huius præludij monstratum est.

Quintò, quod in vno homine non est, nisi vnum peccatum originale, vt idem S. Thomas receptus *k* docet: qui *l* concludit inesse id omnibus hominibus, & æqualiter. Cui consequens est, omnes homines mundi, natos iam, & nondum natos, mares, & fœminas, adultos, & paruos, discrētos, & fatuos, qui manentes in originali peccato moriuntur & morientur, damnari, saltem pœna damni, per quam excluduntur à vita ęterna beata in æternum. *m*

9 *Sextò*, quod hoc peccato originali caruerunt Dominus noster Iesus Christus, *n* quia non descendit ab Adamo per virtutem seminalem, & gloriosissima Virgo eius mater; secundum plerosque Catholicos, eo quod fuit prędestinata priuilegio particulari, quamuis plerique grauissimi & sanctissimi viri contra sentiant. Vnde neutra opinio est damnanda, iuxta iussa Papæ Sixti IV. *o* renouata nuperrime per Concil. Trid.

10 *Septimò*, quod contra prædicta errat, & est hęreticus, qui non confitetur Adamum statim ac peccauit, sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque iram & indignationem Dei, atque mortem sibi comminatam, totumque Adamum per illam offensam secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse. *c*

k In 1.2.q. 81.art.2.
l In 3.& 4.

m Per finem prædictæ definitionis, &c. firmissime de consecrat. d.4. quod Gratianus attribuit S. Aug. licet bonam eius partem tribuat Magist. sen. in l. 2.d. 30. lib. de Dogma. Ecclesiasticis.

n Secundum Aquinatem 1. 2.q.81.art. 3.& 3.par.q. 27.ar.2.

o In extrauag.1.de reliq.& venerat. sanctorū.

b Vbi supra, parag.vlt.

c Vt habet Conc. Trid. sess.5.cap.1.

De peccati altera specie, quæ est peccatum actuale, & de speciebus eius, præsertim mortali.

PRÆLVD. IX.

1 *Peccatum actuale quid, & quæ eius species noscendæ confessario.*
2 *Peccatum diuiditur septem modis, in cordis, oris, & operis, nu. 2.*
3 *Et in facti, cordis, & consuetudinis.*
4 *Et in septem capitalia.*
5 *Et in Deum, proximum, & seipsum.*
6 *Et in peccatum per excessum, & defectum.*
7 *Et in peccatum mortale, & veniale.*
2 *Peccati diuisiones in quot prosunt confessarijs.*
3 *Mors animæ triplex, signata per tres suscitatos.*
7 *Peccatum mortale & veniale specie differunt.*
8 *Peccatum ad mortale possunt obligare leges humanæ.*
9 *Conscientiæ contra legem quis dicitur peccare.*
10 *Ignorantia quæ excusat.*
11 *Subreptio quæ excuset.*
12 *Paruitas rei vt excusat: & quid sit illa remissiue,*

13 Disp

13 *Dispensatio quæ excusat à mortali.*
14 *Dispensatio alia iusta, alia iniusta, alia nulla.*
14 *Dispensatio sine causa quæ non mortalis.*
15 *Dispensatio inferioris circa legem superioris quæ valet.*
16 *Causa quæ iusta excusat circa legem humanam.*
17 *Peccatum mortale est contemptus consilij diuini & salutis proximi.* 18.
19 *Finem vltimum non ponit in creatura, quisquis mortaliter peccat.*
20 *Peccatum quoddam duplex, quoddam simplex, quoddam multiplex.*

1 DE hac re dicimus *primo*, quod *peccatum actuale* definiri potest, *esse peccatum, quod non est originale*. Dixi, *Peccatum*, pro genere, & reliquum pro differentia.

Secundo, quod quia erroneum, & hæreticũ est illud paradoxum Marci Tullij: *a Omnia peccata sunt æqualia*, & non sufficit pœnitenti confiteri peccata sua in genere, neque confessario ea sic audire: sed oportet confiteri, & audire illa in specie; *b* ideo peccati actualis diuisiones sunt considerandæ.

2 *Prima* est Anselmi *c* in peccatum *cordis, oris*, & *operis*, quę per tria verba prædictæ definitionis clare probantur. Quę tamen diuisio non est generis in suas species, sed eiusdem peccati in diuersos gradus, vt supra *d* diximus, admonendo cõfessarium quiddam quotidianum.

3 *Secunda* diuisio est Augustini *e* in peccatũ *cordis, facti*, & *cõsuetudinis*: quæ etiam non est diuisio peccati in membra diuersæ speciei: sed in tria membra diuersorum graduum eiusdem peccati. Quod eleganter de more ait ibi Augustinus, significari per tria genera mortuorũ, quos Dominũ resuscitasse ait Euãgeliũ, *f* cui glos. *g* attexuit illa carmina, magna pietate, pariq; arte cõposita.

Mens mala, mors intus, malus actus, mors foris, vsus
Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.
Hanc verbo, hunc motu, lachrymando suscitat illum
Christus, & in modico nascitur æger homo.

4 Tertia diuisio est S. Greg. *h* in *septem capitalia*. Et rursus septem capitalia in *quinque spiritualia*, videlicet *Inanem gloriam, Iram, Inuidiam, Auaritiam*, & *Acediam*: & in *duo carnalia, Luxuriam* scilicet, & *Gulam*. *i* Quæ est diuisio peccati in membra specierum diuersarum, seu diuersorum generum subalternorum: quia singula illorum septem à se inuicem differunt specie, cum eorum omnia obiecta specie differant. Id autem, quod in alia editione hoc in loco subiecimus de differentia confitendi aliquam circumstantiam necessariò confitendam, non confesso ipso peccato, omittimus; quia satis exprimitur infra *k*

5 *Quarta* diuisio est Isidori *l* in peccatum *in Deum*, & *proximum*, & *seipsum*, *m* quę tamen diuisio parum est confessarijs necessaria.

6 *Quinta* diuisio *n* in peccatũ *per excessũ*, & in peccatũ *per defectũ*: de qua idẽ dicẽdũ est, quod de duabus proxime præcedentibus.

a Vt tradit. S. Tho. receptus ab omnibus Cathol. 1. 2. q. 72. ar. 2. & q. 2. art. 9. de Malo.
b Vt infra c. 8. latius tradetur.
c In libr. de similit. c. 5. relati ab eod. S. Tho 2. 2. qu. 162. art. 4. & in cap. super tribus, de pœnait. d. 1.
d Prælud. 7. n. 18. 19. & 20.
e In libr. de sermone Domini in monte relat. in c. sicut tribus de pœ. d. 2.
f Matth. 9. Lucæ 7. Ioan. 11.
g dicta cap. sicut tribus.
h In libr. 31. Moralium c. 31. relata à Magistro in 2. lib. sent. d. 42.
i Vt erudite declarat S. Tho. in dicta q. 72. artic. 2.
k In c. 6. sub finem infra eod.
l In libr. de sum. bono.
m Quam refert S. Thom. vbi sup. ar. 4.
n Colligitur ex S. Tho. vbi supra art. 8.

7 *Sexta* diuisio peccati est in peccatum *lethale*, seu mortale, siue mortiferum; & in peccatum *veniale*: quæ diuisio an sit generis in suas species, nec ne, satis colligitur ex his quæ supra diximus. o

o Prælud. 7. num 11.

Tertio dicimus, quod longè vtilissimum fuerit pœnitenti, confessarioque nosse notas, quibus veniale à mortali discernatur: quod non satis discernitur dicendo: quod mortale sit contra legem: veniale verò præter eam. Quia supra *a* probatum est, etiam peccatum veniale esse contra legem: & per infrascripta patebit, non omnia contra legem facta esse mortalia. Notæ autem præfatæ satis colliguntur ex definitione infrascripta peccati mortalis, & sua declaratione.

a Prælud. 7. num. 11.

8 *Quartò*, quod peccatum mortale *est peccatum contra præceptum diuinum, vel humanum promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pœna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale sit dubitatum, quod ignorantia, subreptio, vel paruitas rei, aut dispensatio iusta vel causa iusta, quoad legem humanam ab ea non excusat, vel contra diuinum consilium contemptum, vel contra salutem animæ proximi spretam, vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus ponitur.*

b Ca. de quotidianis, de pœnit. dist. 3. c. parag. fin. 4 d. & c. penul. 14. qu. 1. d Psal. 118. octonario 2. & fic. 5. e Psal. 22. vers. 3 & 31. f Iuxta ca. 2. de maior. tit. & obedient. g parag. leges 4. dist. vt late trademus in Commentario prædict. c. fraternitas, 12. qu. 2. in ca. primum 22. qu. 2. & latius tradimus infra ca. 23. num. 47. post Caietanum, tomi Opuscul. Opusculo 25 q. 1. & 22. q. 72. ar. 5. i Secundum S. Tho. 1. 2. q. 106. ar. 9. ad 2. quem seq. Ioan. Andr. & alij in c. relatum ne cleric. vel monach. k Vt latius traditur infra dicto cap. 23. nu. 41. & seq. & in præallegato Cõmentario ca. fraternitas 12 q. 2. l. prr cap. pe rnas, & de si n.

Dixi, *Peccatum* pro genere: quia omne peccatum mortale est peccatum: non tamen contra, omne peccatum est mortale, quandoquidem innumera sint venialia. *b*

Dixi, *Contra præceptum*, quia factum contra consilium, etiam diuinum, regulariter, non est peccatum, etiam veniale. *c*

Dixi, *Contrà præceptum diuinum vel humanum*, vt comprehenderem præcepta naturalia diuina, diuina positiua, & humana, quæ tria possunt obligare ad mortale. Diuina quidem, siue naturalia, siue positiua, iuxta illud. *d Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Et illud: *e Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.*

Lex verò humana *f* si modo sit promulgata, recepta, & non derogata in totum, vel pro parte, contra quam agitur. *g*

Dixi, *Æterna pœna munitum*, ad excludendum peccata, quæ fiũt contra præcepta legum, quæ non infligunt pœnam æternam. Qualia sunt etiam aliquot diuina, puta de non iocose, nec officiose mentiendo. *h* Qualia sunt etiam illa, quorum auctor non habuit animnm obligandi ad illam pœnam, vt sunt statuta Dominicanorum. *i* Qualia item sunt statuta complurium aliorum ordinum, & collegiorum, facta instar Dominicanorum. Qualia item sunt, quę non continent verba præcipientia, sed tantum ordinantia, vel statuentia, vt sunt multę leges sæculares. *k*

9 Dixi, *Vel contra aliquid pro tali habitum*, ad comprehendendum peccata facta contra conscientias dictantes, vel dubitantes ea esse mortalia, quamuis non verè sint talia. *l* Quibus addo, quod ad hoc vt peccatum sit mortale, non sufficit, quod fiat contra conscientiam, quæ dictat id esse peccatum simpliciter, sed oportet vt dictet esse peccatum mortale. Vnde peccata, quæ fiunt contra conscientiam dictantem illa esse venialia, vel esse simpliciter peccata, solũ erunt venialia, si ex se alioqui non sunt mortalia. Quia,

a in causato non potest esse plus virtutis, quam in id potentia causæ infundat. Pro quo facit cap. licet ex quadam. b Et conscientia, quòd aliquid sit veniale, vel simpliter peccatum, non infundit in id grauitatem lethalem, quam non habet. *Addo* item, quòd non sufficit, nec requiritur ad hoc conscientia, vel dubietas generalis, sed requiritur & sufficit specialis, vt post Thomam à Vio c tradidimus in cap. si quis autem. d verbi gratia. Si iurisperitus dubitaret in genere, an iurisconsultis liceat die festo consulere, nulla tamen eum teneret dubitatio, an hoc die festo hoc consilium huic à se dari liceat, nullum admittitur ex parte dubitationis conscientiæ peccatum; è contrario autem, si quis arbitretur licere generaliter iurisperitis diebus festis consulere, dubitet autem, an nunc, & huic, & hoc consilium sibi liceat dare, peccatum esset ex capite dubitationis. Addo denique, quòd non sufficit ad hoc scrupulus in genere, nec in particulari: nam si quis facit opus licitum, quòd credit ei licere, non peccat, licet angatur scrupulo generali, vel particulari in contrarium. e

10 Dixi, *Quod ignorantia non excusat*: quoniam illa quando est facti, imò & frequenter, quod est iuris, excusat eo modo, quo reddit actum inuoluntarium, vt supra f declaratum fuit.

11 Dixi, *Subreptio non excusat*: ea enim in omni materia excusat à peccato mortali. g Qualis frequenter inuenitur in Acediæ materia, dum quis habet displicentias quasdam bonorum diuinorum non satis deliberatas. Cui addi potest paruitas iudicij, qualem habent semidormiētes, vel semiebrij, vel adeò turbati, quòd licet sufficiat ad veniale, non tamen ad mortale. h

11 Dixi, *Vel paruitas rei*: quia etiam hæc in omni materia excusat. i Quæ autem quantitas dicatur magna & notabilis ad efficiendum furtum mortale, latius quàm alij tractauimus in Comment. cap. final. k cuius summa inseritur infra. l

13 Dixi, *Vel dispensatio iusta*: quia hęc quoque semper excusat. Per iustam autem intelligo eam, quæ valet ipso iure, licet non fuerit iustè facta, quales multæ fiunt circa leges humanas, quamuis nulla earum, quæ circa legem diuinam & naturalem sine iusta causa fiunt, inuenitur talis; nulla enim earum valet ipso iure, quia nullus Princeps id faciendi facultatem habet. m Arbitror autem, quòd licet dispensator peccet, tamen dispēsatus, si bona fide, nixus superioris auctoritate, putat eam sibi iusta de causa esse datam, excusatur donec satis nouerit, eam non fuisse sic datam. a

14 Tales etiam sunt, quæ fiunt circa legem diuinam & naturalem iusta de causa ab eis, qui potestatem habēt. b Tales item sunt quę fiunt à Principibus, qui non recognoscunt superiores, circa suas leges, etiā sine iusta causa, modò sine subreptione fiant: nam iustę dicentur, quoad hoc, etiamsi dispensans, & dispensatus ambo sciant non inesse iustam causam, quia licet princeps dispensans circa suam legem sine causa peccet, c & licet dispensatus peccet, nolendo sine causa se conformare moribus honestis illorum,

a Vt ait Baldus, li. 1. ff. de sent.
b De testib. & ca. 1. parag. hoc notādum qui feud. dat. poss.
c Dicto 3. 10. Opusculor. Opuscul. 31. respōsione 13 vers. septimū dubium.
d Num. 61. & seq. de pœnis dist. 7.
e Vt latè probamus in præcitato c. si quis autem, num. 62.
f Prælud. 6. num. 8.
g Vt dicemus infra ca. 12. nu. 4 & tradidimus in c. inter verba 11. q. 3. post alios ibi citatos, præsertim S. Th. qu. 88. a. 5. & 2. a qu. 33. ar. 5. & qu. 58. art. 3.
h Vt pulchrè determinat Ioan. Maior, in 3 lib. sent. di. 37 qu. 14.
i Secundum S. Tho. in locis proximè citatis.
k 14. qu. 6.
l Cap. 17. post principium.
m Iuxta glossosemnē, ca. non est devoto quæ agit de dispensatione super voto: & glo. c. quarto, de iureiur. quæ agit de dispensatione super iuramento.
a Arg. c. quid culp. 23. q. 1.
b Secundum prædictas glo.
c Iuxta mentem vtriusq; Thom. 1. 2. q.

rum, quibus cõuiuit. *d* non tamen peccat ob transgressionem legis per dispensationem ei relaxatæ: quia illa dispensatio & relaxatio (licet iniusta) valida est ipso iure, vt absolutio excommunicationis iniusta. *e* *Aduertendum* autem, quod peccatum, quod admittit superior in relaxando sine iusta causa suam legem erga aliquem, *f* & peccatum quod dispensatus committit, petendo eam sine dicta iusta causa, solum sunt venialia, si scandalum & damnum notabile alterius cessant. *g*

15 Magna tamẽ quæstio est, an dispensatio inferioris circa legẽ superioris, etiã in quo ei cõceditur potestas dispensandi, sine iusta causa facta valeat? Et verius puto non valere: tum quia dispensatio definitur esse *relaxatio legis, causa cognita*, *h* quia sic se habet inferior ad legem superioris principis sicut ille ad legem Dei: *i* Et dispensatio principis superioris circa legem Dei sine iusta causa nihil valet, nec excusat, vt prædictum est, tum quod Innoc. singulariter dicit, *k* quod dispensatio à Legato facta, etiam auctoritate Papę sibi commissa, sine iusta causa non valet.

Quibus omnibus *addo primo* inferiorem nõ censeri dispensare circa legẽ superioris, nisi id exprimat, etiã si iubeat, aut permittat fieri aliquid, quod sine ipsius dispensatione iustè fieri nequiret. *l*

Addo *secundo*, quod non creditur ei dicenti, se facere illã aliqua iusta causa, nisi illa probetur, si non est facta cum causæ cognitione, per ea quæ latius adduximus in Commen. c. *non liceat*. *m* Imo neque si fiat cum illa, si sciretur causam esse falsam quoàd forum conscientiæ: quamquam dispensatus credens bona fide secum dispensatum, excusari posset ob superioris auctoritatem.

Addo *tertiò*, quod dispensatio à Superiore circa suam, vel prædecessoris, vel inferioris sui legẽ facta valet in vtroque foro, etiã si pro solo voluntatis libito eam fecerit. Imo etiam arbitror, eum tacitè dispensare circa illam, quoties prudens & sciens iubet, aut concedit fieri aliquid contra eam nulla de dispensatione mẽtione acta, quę breuitatis causa latius in præsentia non confirmo.

16 Dixi, *Vel iusta causa*: quia *a* causa rationabilis semper excusat, saltem à mortali transgressorem legis humanę. *b* Eã verò causam equidem dixerim iustam, ob quam legislator, si adesset, eum pro excusato haberet. *c* Quin & causa, quam quis bona fide putat iustam, etiam si omnino iusta non sit, excusat à mortali, licet non à veniali, vt eleganter dicit Caietanus. *d*

17 Dixi, *Aut contra diuinũ consilium contemptum*: nam licet consilia diuina non obligent, etiam ad veniale, vt prędictũ est, tamen quia ea per contemptum trãsgrediuntur, vel non implent, mortaliter peccant, iuxta glossam singularem receptam. *e*

18 Dixi, *Vel contra salutem animæ proximi spretam*: nam qui facit aliquid quod ex se non est mortale, nec fortè illicitum, qualis est exornatio mulieris, vel viri, per contemptum salutis animæ proximi quę credit spiritualiter per eã periturum, mortaliter peccat, quamuis non ita peccaret, si huiusmodi contemptus abesset. *f*

Dixi,

96 ar. 5 quam latius explicauimus in prę. lecto cap. si quando de rescript. excep. 8. num. 12.

d Contra c. quæ cõtrad. 8

e Cap. venerabilibus, parag. fane. de sent. excõ. l. 6.

f Per cap. iustum est, 9. dist.

g Secundum Caietanum. 1. 2. q. 96. a. 5.

h Iux. glossolemnẽ parag. nihilrigor. 1. qu. 7.

i Cap. cum inferior. de maior. & obedien. & cap. inferior. 21. dist.

k In cap. duduũ. 2. de elect.

l Iuxta duo dicta Innoc. relata, & concordata ab Ostien. & Panor. in c. diuersis fallaciis de cler. conjug. m. parag. 4. 12. q. 2.

a Vt dicemus in c. 23. infra num. 43

b Secundum mẽtem S. Th. 1. 2. qu. 96. ar. 6. & aliorum in dicton 43. citatorum.

c Argu. gloss. singularis, & communis. recept. in l. tale pact. parag. qui prouoca. ff. de pact.

d In 1. 2. q. 143. art. 3. post alios nõ citatos ab eo, cũm ibidem citauimus.

e In c. quis autem, 10. dist.

f Vt latè dicetur infra cap. 33. n. 18. & 23.

Dixi, *Vel ob*
relatus, est me
19 Dixi, *Vel i*
mortale. *b* Co
nem in aliqu
mortaliter pe
tere illud. *i* S
non exprimit
qui semel scie
gem, quod es
quod est alte
centes se min
Quintò dicir
catum actuale, *q*
20 *Sexto*, quo
tiplex: peccat
& fornicari si
tiplex autem
dum, & perc
nitentem circ
ne sui obiecti
finis, vel male
tuplicis speci
factũ ad mœc
nus est cõtrec
quatenus fit
giũ; & si ad e
homicidium.
circumstantia
Septimò di
bonus actus,
multiplex. Si
qui multiplici r
ne, quod est
solam virtute
sum autem ac
rendum etia
ad placendur
charitatem,
carnem suam
latriæ, siue re
lis. Quod ma
ria ad virtute

1 *Pœnit. quid*
2 *Pœnit. verbu*

Dixi, *Vel ob finem mortalem*: quia omnis actus in finem mortalē relatus, est mortalis: etiamsi suo genere mortalis non sit. *g*

19 Dixi, *Vel in quo finis vltimus constituitur*: quia per hoc efficitur mortale. *h* Constituere autem videri potest quis alicui vltimū finem in aliquo, quando sic afficitur ei, vt malit auerti à Deo, siue mortaliter peccare; quod continet auersionē ab eo, quam omittere illud. *i* Sed contrarium esse verius diximus, *k* tum quia hoc non exprimitur à præfatis, tū quia alioqui bis peccarent omnes, qui semel scienter peccarent mortaliter, quia transgrederētur legem, quod est vnum peccatū, & ponerent finem vltimum in eo, quod est alterum; tum quod multi peccant mortaliter, cognoscentes se minime in eo finem vltimum constituere.

Quintò dicimus, quod peccatum veniale potest definiri esse *peccatum actuale, quod non est mortale.*

20 *Sexto*, quod potest addi alia diuisio peccati in simplex & multiplex: peccatū *simplex* est, *quod vna sola ratione est peccatum*: vt furari & fornicari sine alio malo fine, vel alia mala circumstantia. *Multiplex* autem est *quod multiplici ratione est tale*: vt furari ad mœchandum, & percutere religiosum. Vnde oportet confessarium & pœnitentem circumspicere, non solum, an actus sit peccatum ratione sui obiecti tantum, sed etiam an sit tale ratione alterius mali finis, vel malę circumstantiæ: Totuplex est enim peccatum, & totuplicis speciei, quotuplici ratione diuersa est tale. Furtum enim factū ad mœchandū, est peccatū iniustitiæ ratione obiecti, quatenus est cōtrectatio rei alienæ, & peccatum luxuriæ ratione finis, quatenus fit ad mœchandū; & si fieret in loco sacro, esset sacrilegiū; & si ad emendū gladium ad occidendū hominem, diceretur homicidium. Dixi, *mali finis, & malæ circumstantiæ*, quia non omnes circumstantiæ multiplicant peccatum, vel speciem peccati. *a*

Septimò dicimus, quod hæc diuisio confirmatur eo, quod etiā bonus actus, qui est contrarius peccato, est simplex, & aliquando multiplex. Simplex, *qui vna sola ratione est bonus*. Multiplex autem, *qui multiplici ratione est talis*. V. g. ieiunium passum ea sola ratione, quod est præceptum, est actus bonus simplex, & aptus ad solam virtutem obedientiæ, & eius præmium quærendum: passum autem ad castigandum corpus est duplex, & aptum ad quærendum etiam virtutem castitatis, & pręmium eius: passum verò ad placendum Deo est triplex, & aptum etiam ad quærendum charitatem, & eius præmium: passum autem ad sacrificandum carnem suam Deo quadruplex, & aptum etiam ad quærendum latriæ, siue religionis virtutem, & pręmium eius; & sic de singulis. Quod maxime olim *b* commendauimus pro via compendiaria ad virtutes, & earum præmia cumulanda.

g Cap. cùm minister 23. q. 5. vbi post S. Tho. 1. 2. q. 18. a. 4. id late tractauimus, num. 23

h Vt tradit vterque Tho. in dicto 1 2. qu. 88. art 4.

i Per dicta vtrisque Tho. in dict. art. 4. & art. seq.

k In commentario prædicto, c. cū minister. nu. 21.

a Vt dicimus in ca. 1. in princ. num. 48. de pœnit. 5.

b In cap. fratre de pœnit. d. 5.

De pœnitentia & eius partibus.

PRÆLVD. X.

1 *Pœnit. quid generaliter, & aliqua sine dolore, & aliqua cum dolore.*

2 *Pœnit. verbum latinum quid propriè & quid impropriè significat.*

3 *Pœnitentia alia bona, & alia mala.*

4 *Pœnitentiæ Sacramenti à Christo instituti tres actus, de fide est.*

DE pœnitentia & eius partibus dicimus pauca. 1. *Primò*, quòd *pœnitere* dicitur generaliter, qui nollet fecisse aliquid iam à se factum. Quòd dupliciter contingit. e *Vel* sine dolore, vt in beatis, quos sine dolore suorum erratorum pœnitet; *vel* cum dolore. vt in viatoribus, qui non solùm nolunt, sed etiam dolent peccasse, iuxta illud August. d *Pœnitere est pœnam tenere.*

2 *Secundò*, quòd verbum *pœnitentia* minimè latinum esse, & vtendum esse loco eius verbo Græco μετάνοια plerisque vsum est: sed eo vtitur Plin. iunior in illo. a *Superest vt agat pœnitentiam pœnitentiæ suæ.* Et senior. b *Nihil est fœdius agricolæ, quàm gestæ rei pœnitentia.* Et quod verbo *pœnitudo* vtitur sacra scriptura in eadem significatione, c & vtrumque propriè significat actum pœnitendi, hoc est nolendi fecisse aliquid à se factum. Transfertur tamen ad significandum sacramentum pœnitentiæ, d & etiam ad significandum pœnam à sacerdote in satisfactionem impositam, e & propriùs ad significandum habitum, qui est virtus inclinans ad prædictum pœnitendi actum immediatè, vel mediatè, iuxta S. Thomam & præfatos, diuidentes pœnitentiam in pœnitẽtiam virtutem, & pœnitentiam sacramentum. In hoc autem libro, vt plurimum vtemur eo ad significandum habitum pœnitendi, quę est pœnitentia virtus, vel eius actus, vel sacramentum pœnitentiæ, vel pœnam quæ à confessario iniungitur confesso.

3 *Tertiò* dicimus quòd verbum *pœnitentia* generaliter acceptum includit malam, qualis est, quæ de opere bono habetur: & bonã, qualis est quę de opere malo concipitur, de qua in proposito agendum est. Porrò pœnitentia bona priori modo accepta, videlicet pro actu, siue habitu bene dolẽdi, iam inde ab Adamo protoplasto incępit: fuitq; semper ad salutẽ necessaria ijs, qui peccatũ mortale incurrerunt. f Pœnitentia verò prout est sacramentũ, cœpit à passo Christo, qui omnia sacramẽta nouæ legis, & in ijs pœnitentiæ instituit, vt nouissimè clariùs quàm vnquam declarauit prędictum Conc. g quod h ait, quòd licet vis pręcipua sacramenti pœnitentiæ sit forma, & illa ponatur in illis ministri verbis: *Ego te absol. &c.* tamẽ quasi materia eius sunt illi tres pœnitẽtis actus, *Contritio*, & *Confessio*, & *Satisfactio*. Et adeò quidem quòd i declarauit hæreticum, qui contradixerit per ista verba. *Si quis negauerit ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur; anathema sit.* Et quia in ijs tribus actibus rectè præponendis iustificatio eius, qui gratiam baptismalẽ perdidit, pręcipuè cõsistit, k ideo ab illis incipimus, fauore diuino tamen iterum prius implorato, submittendo, quæcumque dixero, sanctiss. D. nostri, eiusque Sacrosanctæ, & Catholicę Ecclesię Romanæ iudicio, (exoptata cuiuslibet alterius melius me sentientis censura)

ENCHI-

e Vt tradit Angelicus doctor in 4 lib. sent. dist. 14. qu. 1 art. 3. quæstiuncula 3. & 4.

d In c. pœnitentia 2. de pœnit. dist. 3.

a Ep. 8. 130.

b Lib. 17. cap. 12

c Deut. 30. & 1 Reg. 15.

d Vt in cap. quod in te, de pœn. & remi.

e Cap. falsas de pœn. dist. 5.

f Vt declarauit nuper sacrosanctum Conc. Trid. sess. 6. cap. 14 & sess. 14. c. 1

g Sess. 7. can. 1

h In dicta sess. 14 cap. 3 in can. 4.

i Eiusdẽ sess.

k Vt declarauit idẽ Conc. Trid. sess. 6. cap. 15.

ENCHIRIDION, SIVE MANVALE CONFESSARIORVM ET POENITENTIVM:

COMPLECTENS RESOLVTIONEM omnium penè dubiorum, quæ in sacris Confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

DE CONTRITIONE, PRIMA PARTE Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Contritio quid, & vt non est essentialiter dolor, num. 2.*
2 *Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.*
3 *Debet esse voluntaria, non coacta.*
4 *Amor Dei debet esse firmissimus, & vt non intensissimus.*
5 *Amor Dei super omnia, & obedientialis est virtualis contritio.*
6 *Contritio quem, de quo, & quantum dolorem requirat, & num. 7. & 8.*
7 *Contritio non necessaria de futuris, sed propositum ea cauendi.*
9 *Pœnitens non tenetur credere se mortaliter non peccaturum.*
10 *Peccatum licet contritum, est tamen confitendum.*
11 *Contritus virtute vt teneatur conteri actu.*
12 *Propositum virtuale vitandi futura quando sat pœnitenti.*
13 *Et quod satis est oranti, sacrificanti, & bona in Deum referenti.*
14 *Contritionem esse dolorem, & detestationem vt intelligitur.*
15 *Contritio in finem vitæ delata quoad quæ dubia.*
16 *Contritus non est qui non odit peccatum plus quam alia mala, num. 17.*
18 *Contritus vt est, qui conatur esse contritus, & non est.*
19 *Pœnitens volens peccare data certa occasione, non absoluendus.*
20 *Dolor pœnitentis vt non debet esse nimius, & num. 21.*
22 *Contritio quæ singularis requiritur de singulis peccatis, & num. 23.*
24 *Contritio singularis non necessaria de venialibus.*

a Quos in c. perfecta, de pœnit. dist. 1. citauimus. Contritio quid sit.

ANtiquorum & recentiorum a secuti sententiam definimus, quod Contritio est *pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati proprij iam commissi, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius, saltem mortaliter, & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali.*

b Vt supra prælud. 1. num. 2. & 3. diximus.

2 Dixi, *Pœnitudo*, tum pro genere, quia omnis contritio est pœnitudo, sumpto verbo *pœnitudo* pro actu pœnitendi; b non tamen contrà, omnis pœnitudo est cõtritio: tum quia licet alij asserant cõtritionem esse dolorem, alij pudorẽ, alij aliud: ipsa tamẽ quoad suam essentiã proprie est pœnitentia, seu pœnitudo, & actus pœnitendi, seu nolendi peccasse, vt clarius alijs exprimit Cardinalis ille doctiss. Caiet. c quod antea sẽserat Paludanus, d & subtilis doctor, quem ipsi tacent, e qui admodũ subtiliter ait, quod hęc quatuor inter se distinguuntur. Pœnitentia virtus, quæ est habitus inclinans nos ad volendum vltionẽ nostri peccati. Voluntas puniẽdi seu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati, seu nou velle peccasse, quę est pars punitionis. Et susceptio ac toleratio punitionis, quæ est satisfactio, vel pars eius. Quorum discrimen ex eo constat, quod singula illorum sine tribus reperiuntur: quãuis tertium sub quarto quadamtenus continetur: quæ breuitatis gratia, quia parum praxi sunt vtilia, non explicamus: quod tamen ipse Scotus facit vbi supra. Tertium autem scilicet, nolle peccasse, est essentialiter, vt ita dixerim, contritio.

c In 1. Tom. Opusculor. Opus. 4. qu. 1.
d In 4. lib. sent. dist. 19. q. 1.
e In eod. 4. li. sent. dist. 4. in fin. Vbi supra.

f Secundum Scotum in 4. lib. sent. dist. 17. art. 3. g Prælud. 6. nu. 2. sequentib. post S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 1.

3 Dixi, *Voluntaria*: tum quia pœnitentia violenta, qualis est damnatorum, f non sufficit; neque illa, quę repente, ac naturaliter sine vlla deliberatione prouenit; quia non est voluntaria, per ea, quæ suprà g posuimus.

h Vt tradit S. Thom. 4. li. sent. dist. 14. q. 1. ar. 3. q. 4.
a Secundum Scotum in 4. lib. sent. dist. 14. ar. 3 quod etiam Adrianus in 4. de pœn. q. 1. col. 4. affirmat.

Dixi, *Cum dolore*, ad differentiam pœnitentiæ dolore carentis, qualis est illa beatorum, qui sine vllo dolore meminerunt peccatorum olim admissorum, & nollẽt illa admisisse: h qualis item reperitur in eo viatore, qui nollet peccasse, sine actuali consideratione, quod ipse id perpetrauit, sine qua non nascitur dolor. a Nõ curo hic tractare illam opinionẽ subtilem doctoris subtilis, b quẽ latè sequitur Andreas à Vega: c videlicet, quod pœnitẽtia ornata ijs, quę in proposita nostra definitione continentur, sufficit ad delenda peccata, etiamsi absque dolore contingat, vt hic dicitur contingere posse: quia id de rarissimè contingentibus est, de quibus lex parum cũrat. d

b In prædicta dist 14. ar. 4. c in l. 14. n. 5. & c. 18. de iustifi. d l. nam ad ea ff. de leg. b. e cap. quam sit. de elect. l. 6.

4 Dixi, *Maximo*, non quidem ideo, quod dolor ille debeat esse summè intensus: rarus enim, aut nullus dolor est, qui non possit magis intendi, vt omnes sentiunt, & experientia (quæ rerum est magistra e) docet. Neq; ideo quod omnes alios dolores superare debeat: non enim opus est vt dãnatorũ dolorẽ excedat, qui omnes huius sęculi dolores facilè vincit: f Neq; quod equari debeat illi acerbissimo, quem saluator noster Iesus Christus pro nobis

f Cap. fin. de pœn. dist. 7.

miseris

miseris patiēs sustinuit; qui fuit maior omni alio huius sæculi dolore. *g* Imo nec debet esse intēsior quolibet alio dolore cuiusuis mali: sed debet esse maximus quoad æstimationem, id est, quod malit perpeti, perpessumque fuisse omnia mala, quam mortiferè peccasse. *h* Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum esse debere, non quidē necessariò quoad intensionem, sed quoad firmitatem, hoc est, quod dilectio eius præferenda est omni dilectioni cuiuscunque creaturæ, nec propter vllam aliam deserenda: non tamen est necessum, vt intensior sit ea, qua parentes nostros, vel filios diligimus, vt diximus, sequuti S. Thom. *i*

g Secundum S. Th. 3. part. q. 46. ar. 6. ad 4 & q. 48. ar. 2. in cor. q.

h Secundum eūdem S. Th. in 4. li. sent. dist. 15. q. 2. art. 3 quæstiuncula 1. & quolibet 1. q. 5 art. 9.

i 1. 2. q. 109. art. 3. in addit. c. quādo, de confecr. dist. 2 nu. 10.

5 Dixi, *Actuali, vel virtuali*: quia sufficit actus, qui licet non sit pœnitentia talis formaliter, est tamē virtualiter secundū Scotum communiter receptum: *k* Qualis est actus peccatoris, qui amore Dei vult subire martyrium sibi oblatum repēte, sine peccatorum memoria. Imo quilibet amor Dei, quo plus, quā omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum pœnitentia, secundum communem, *l* quam sequitur ille doctissimus, & perspicacis ingenij vir Ioan. Medina. *m* Et meritò, cum ille hoc intelligendum esse existimet de amore, quem obediētialem vocauit, qui virtualiter continet voluntatem efficacem adimplendi quidquid Deus præcipit. Veruntamen eruditissimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus soli martyrio hoc tribuendum esse existimauit. *n* Sed prior sententia cōfirmatur primo, eo quod in hoc plus operatur amor, quo quis martyrium patitur, quam pœna eius subita. *o* Secundo, quod fieri potest, vt quis plus amet, desiderétue martyrium, non patiendo illud, quam alius patiendo, præsertim momentaneè. Posset item contingere, vt ex duobus, qui sese martyrio obtulerunt, alter, qui plus diligit, & desiderat, nō patiatur, alter verò sic. Tertio, quod eiusmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum, imò & ad volendam, concipiendamque formalē contritionem tempore & loco debito, sicuti rectè *a* probat Medina. Quamobrem apertè constat quantum hæc sententia à Lutherana dissideat: est enim limitanda procedere tantùm, quando defectus temporis, aut inculpata inconsideratio peccatorum fuit in causa, quò minus formaliter pœniteret; cùm tamē Lutherus nec actuale, nec virtuale propositum huiusmodi requirat, dicens sufficere resipiscentiam, & nouam vitam, quod damnatum est à sacro Conc. Trid. *b*

j Cui assentit Gabri. in præcitato 4. sent. dist. 14. q. 1. coel. 12. & 13. & h 3. dist. 27. q. 2 m In codi. de pœnit. q. 2.

n Lib. 1. c. 18. de nat. & grat.

o Argum. 1. ad Corint. c. 13.

a Vbi supra.

b Sess. 14. c. 4. & canon. 5.

6 Interrogatus autem, An id, quod fertur dixisse quidam insignis doctor Academiæ Complutensis, assumptus postea in Episcopum Legionensem meritissimum, videatur tenendum, nempe, cōtritionem suapte natura requirere formale propositum de non vlterius peccando, sed per accidens, temporis vel cōsiderationis defectu, sufficere virtuale? respondi affirmatiue: modo ita eum peccatorum pœniteat, quod si aduerteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura. Et ad hunc modum intelligenda videntur ea, quæ de sufficientia propositi

positi virtualis erudite ac magnifice nuper scripsit prædictum Andreas à Vega. c Et hinc confirmari videtur illud Sylvestri: d *Qui mauult mori, quam peccare, contritus est.* Et illud Paludani. e *Cui displicet, quod huiusmodi formalem contritionem sibi comparare non potest, contritus est:* de quo mox plura.

c Lib. 13. ca. 21. de Iustifie.
d De Verbo. Cõtritio. q 1
e In 4. lib. sent. dist. 17. q. 1. Con. 5.

7 Dixi, *propria iam commissi*, ad differentiam de pœnitente de peccato alieno, & ad significandum, quod non est opus, vt sit de peccato futuro: licet, vt statim subijciam, intentio, seu propositum non peccandi amplius, vtrumque debeat complecti. Præteritum quidem ad hoc, quod non repetat illud denuo: Futurum verò ad hoc, vt illud non admittat.

Dixi, *Quatenus est offensa Dei*, quia ob id principaliter debet pœnitere: nam quem alio respectu (puta metu pœnæ, infamiæ, aut alio simili) principaliter pœnitet, vt proditorem Iudam, & Antiochum pœnituit, non concipit eam, de qua loquimur, pœnitudinem & contritionẽ. f Plus enim pœnitere ac dolere oportet de peccato, eo quod sit offensa Dei, quam quod incommodet sibi. g

f Cap. Iudas. 2. sceleratior, de pœn. dist. 3. & tradit S. Thom. in 3. part. qu. 85. art. 1. & alij in 4. li. sent. dist. 24. & 16. & Adrian. de pœnit. q. 2. col. 4.

8 *Addo*, quod ex ijs, quæ *a* diximus, & *b* dicemus, infertur nõ esse veram illam opinionem, quam nũper vidimus defendi in selectis quibusdam comitijs: videlicet, sufficere ad condonationẽ peccati per sacramentum pœnitentiæ attritionem, qua pœnitens dolet de peccato, etiamsi sciat, eam non esse contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia eum offendit, sed propter infamiam, vel alia mala temporalia. Oportet enim in primis, vt pœniteat ob amorem Dei, vel eò quòd est eius offensa saltem virtualiter, & quod videatur ei sufficere illa pœnitentia: aut saltem quod non videatur ei non sufficere ad petendum absolutionem. c Quanquam pœnitere minus principaliter de peccato ob prædictos respectus nõ obuiat cõtritioni, modo principalius id fiat, eo quod est Dei offensa: sicut & amare Deũ minus principaliter ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia, non obuiat merito diligendi eum, principaliter ob semetipsum, iuxta illud. d *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*, id est, propter repolitam mercedem, quam promisisti his, qui tibi placuerunt. Quinimo minimè malum est pœnitere solum metu pœnæ, infamiæ, vel alterius mali modo voluntatem peccandi excludat, vt luculenter declarat Conc. Trid. e Cuius illa verba. *Si voluntatem peccandi excludat*, perinde significant, ac illa: Modo non ea mente pœniteat, & eis respectibus, quod si illi non intercederent, non pœniteret, imo peccare pergeret.

a Hoc n. 7.
b Inf. nu. 33.
c Reg. cap. fortissime, 35. q. 1. & eorum quæ supra allata sunt.
d Psal. 118.
e Sess. 14. c. 4. parag. illa vero.

Dixi, *super omnia dilecti*: quoniam amor Dei, nisi maior sit, quam quiuis alius cuiuscunque rei (saltem quoad firmitatem) non sufficit: imo est peccatum si magis aliud, quam Deus, vel æque ac ille diligitur. f Quod intelligendum est de amore, quo diligitur Deus comparatiuè minus quam aliud, vel æque ac ille; non autem de amore, quo simpliciter diligitur Deus sine comparatione ad illud minus, licet amor ille verè nõ sit amor super omnia, vt facile

f Vt posi Angelicum doctorem, 1. 2. q. 109. art. 3. inmdudum in additione ca. quando de Cons. dist. 1. diebamus.

colli-

colligat quis ex dicto Conc. Trid. g Dixi, *Cum spe veniæ*: quia sine illa saltem virtuali non contingit venia. h

9 Dixi, *Cum proposito non peccandi amplius (saltem mortaliter)* quia sine eo non sufficit. i Licet enim pœnitudo non se extendat ad peccata nondum pepetrata; non tamen fiet contritio, nisi eam comitetur propositum vitandi in posterum omnia, & singula peccata mortifera, tam præterita, & præsentia quoad effectum non committendi ea denuò, quam futura. k Non tamen est necessarium, vt credat pœnitens se amplius non peccaturũ mortiferè: quinimo id quandam superbiam saperet, vt oppositum humilitatem; a quia satis est, vt nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina.

10 Dixi, *Cum proposito confitendi*: quia licet contritio dimittat peccata, quoad culpam, non tamen tollit obligationem confitendi ea proprio sacerdoti, iuxta illud Saluatoris N. Iesu Christi. b *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*: hoc est, non sunt remissa quoad obligationem confitendi ea Ecclesiæ. c Neque cum ratione pugnat, eum, qui restituitur in Dei gratiam per contritionem, teneri ad confitendum offensam; cùm & is, cui crimen in foro laico ea lege condonatur, vt vnum annum in bellum militet, à die quidem condonationis in gratiam Regis redit: tenetur tamen militare illum annum. Dixi, *Saltem mortaliter*: quia non est necessum habere propositũm nunquam peccandi venialiter. d

11 Dixi, *Et satisfaciendi*, propter ea quæ inferius edicentur. Et adieci, *Vt minimum virtuali*: eo quòd sicut actus, qui est pœnitentia virtualis, sufficit; ita eadem ratione sufficere videtur, quòd eam comitetur id quod est propositum virtuale confitendi, satisfaciendi, & amplius non peccandi. f Et licet Caietanus g sentiat tale propositum debere esse expressum, in summa tamen h idem sentit, & meritò, cùm nihil referat, quid ex æquipollentibus fiat i & tacitum & expressum, siue virtuale & formale exæquantur; k quod tamen intelligo procedere, quando defectus temporis, vel quædam inculpabilis inconsideratio pœnitentis fuit in causa, quo minus haberet formale propositum.

12 *Neque obstat*, quòd quidam dicitur tenuisse mordicus contrarium, scilicet semper requiri propositum formale mutandæ vitę, & non peccandi de cętero: Tum per rationes hic à nobis insinuatas, quæ si satis explicentur, probant sufficere propositum virtuale, quando (vt limitauimus) defectus temporis, vel inculpabilis inconsideratio pœnitentis est causa non habendi formale. Tum, quòd etiam cõtritio virtualis sufficit, quod est plus. l Tum quod Conc. Trid. m requirit quidem propositũ non peccandi de cętero in genere, & non in specie formale, & ita satisfieri per virtuale, quòd est vna species propositi generaliter concepti. n

13 Tum, quòd etiam ad horas canonicas rectè pronunciandas requiritur propositum intendendi & attẽtendi, at sufficit virtuale.

g Præcitato can. 4. sess. 14.
h Cap. scelerationi de pœnit. dist. 3.
i Vt sentit. Ambros. in c. pœnitentia 1 de pœn. dist. 3 & Conc. Flor. coactum sub Eugenio 1 V. per. 11.
k Teste Adriano de pœnit. q. 1. col. 3. post Palud. in 4. l. sen. di. 17. q. 1. col. 5.
a Quod testatur Iuno. receptus in c. omnes, de pœnit. & remiss.
b Ioan. 20.
c Vt innuit Adrianus in 4. de cõfes. q. 1. & tract. S. Thom. in 4. l. sen. di. 17. qu. 2. art. 1. quæstiuncula 1. in col. 4. innuit Cõc. Tri. sess. 14. cap. 1.
d Arg. c. cap. septies, de c. pœn. d. 3.
f Quod Io. Maior. in 4. l. sen. dist. 10. q. Affirmat.
g Lib. Opusc. n. 4. qu. 1.
h Verba confessionis cõdi. 12. & verbo conf. intẽtio.
i In fi. ff. mãd. & c. licet ex quædam de trist.
k Item, quid ff. de reb. trid.
l Vt supra, n. 5. diximus.
m Sess. 14. c. 4.
n Vt nuper scripsimus in gl. sum. nu. 6. & c. ecce n. 1. de pœn. dis. 1.

a Vt probauimus in Enchirid. de orat. & horis cano. cap. 13. num. 17.

le.a Tum quod ad conficienda sacramenta, præsertim Eucharistiæ, maximum propositum, & maxima intentio & attentio conficiendi ea requiruntur; at sufficiunt propositum, intentio & attentio virtualia. Ita quod licet qui confirmat, vngit, absoluit, & consecrat, nullum propositum actuale siue formale, neque vllam intentionem neque attentionem, actualem siue formalem habeat quando id facit, conficit verum sacramentum, modo ea virtualiter habeat, secundùm omnes. Tum denique quòd, vt opera sint bona, debent in aliquem bonum finem referri: attamen sufficit, vt virtualiter referantur. Quin & vt sint meritoria oportet ea referri in Deum: at sufficit relatio virtualis, etiam illa quæ fit tacitè per gratiam habitualem. a

c Vt post S. Thom. 2. lib. sen. d. 40. q. 1. art. 4 & 5. & alios alibi diximus in c. charitas 2. de pœni. dist. 2. num. 22.

COROLLARIA.

14 EX hac definitione sic explicata multa inferuntur. *Primò*, quòd communis modus loquendi, probatus à Concil. Florentino, & Trid. b per quem *contritio* definitur *esse animi dolor, ac detestatio de peccato commisso*, intelligendus est causatiuè, hoc est quod est causa doloris & detestationis: cùm per supradicta c constet, non esse dolorem essentialiter; sed causam, ex qua, & alijs ad id necessarijs nascitur dolor, si aliunde non impediatur. c

b Sess. 14. ca. 4.

c Hoc eodem cap. num. 2.

c Secundum Scotum in 4. lib. sent dist. 14. & 16.

15 *Secundò* infertur, quòd plurimum decipiuntur quidam, putantes quemlibet dolorem, & quamlibet pectoris tunsionem, & quamlibet prolationem, Miserere mei, esse contritionē, & sufficere ad lethalium peccatorum condonationem impetrandam: cum ad id sit necessaria talis pœnitentia, qualem superiùs depinximus, nobili ac generoso animo digna. *Neque obstat* quòd quilibet peccator quamlibet magnus præsumitur mori contritus, si qua contritionis signa ostenderit, d puta si petierit confessionem; si iurauerit parere mandatis Ecclesiæ: si, cùm loqui non possit, subleuat oculos aut palmas in cœlum, aut tundit pectus. e Non, inquam, hoc obstat, quoniam id solùm procedit quoad effectum, vt Ecclesia præsumat eum habere pœnitentiam, prædictis qualitatibus ornatam ad effectum non denegandi ei ecclesiasticā sepulturam, non autem ad effectum astruendi, quòd per id impetret à Deo veniam peccatorum mortiferorum: nisi veram concipiat pœnitentiam, quam concepisse præsumitur.

d Cap. à nobis de sent. excommun.

e Vt exprimit Hostien. cōmuniter receptus in dicto cap. à nobis.

Tertiò infertur, quòd merito B. Augustinus dubitabat f de salute illorum, quos non ante, sed post ægritudinem pœnitebat peccasse. Nam, vt eius dictum ibi declarantes diximus, æger pressus ægritudine, metu mortis, & alijs curis, vix erigit animum ad descriptam contritionem concipiendam: & ita ibi Augustinus dubitabat de vera salute, non autem de præsumpta ad concedendam absolutionem, & ecclesiasticam sepulturam, quòd omnes debemus animaduertere, & concionatores frequenter prędicare.

f In lib. 50. hom. homil. 47. & in lib. de pœnit. ca. 17. & habetur in cap. si quis positus, & in cap. si quis autem & cap. fin. de pœni. dist. 2.

16 *Quartò* infertur, quòd, vt pœnitudo peccati perueniat ad gradum contritionis necessarium, oportet pœnitentem plus odisse

odisse peccatum, quàm quoduis aliud malum pœnæ odio dignum, simul & velle vitare idem plus, quàm quodlibet aliud malum vitatu dignum, vt sentit S. Thomas, *a* & rectè declarauit Thomas à Vio. *b*

17 *Quintò* infertur, non esse contritum eum, qui actu, aut virtute non est eo animo, vt malit generatim pati quamlibet pœnã, quam mortifere peccare, aut peccasse, quidquid Innoc. *c* senserit. Quoniam vt S. Thomas sentit, *d* omnis, qui est contritus, habet charitatem; & omnis, qui charitatem habet, Deum plusquam se amat: & omnis, qui Deum ita amat, mauult perdere se, & suam vitam quàm Deum: & cùm per peccatum mortiferum perdatur sibi Deus, cõsequens est, vt malit (saltem generatim) omnia mala pati, quam sic peccare. Dixi autem, *generatim:* quia nemo, vt idem S. Thomas ait, *e* & ante illum Innocentius cẽsuit; *f* tenetur ad conferendum speciatim, reputãdo secum, quòd malit illud & illud mortis genus & pœnarum pati, quàm peccare, peccasséue. Imò id esset imprudentię: sicut & imprudens foret confessarius, qui interrogaret pœnitentem, mallétne potius filios suos, vel se mortem obijsse, quam peccasse: aut sitne paratus potius mori, perderéue filios, quam mortiferum peccatum admittere? Quoniam nimia est huiusmodi tentatio: & *g* sicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, si speciatim recogitentur, quã si generatim: ita terribilia multò plus terrent, si speciatim cogitẽtur, quam si generatim; & fieri potest, vt qui generaliter malit omnia mala pati, quàm mortiferè peccare, nolit hoc, aut illud malum speciatim consideratum; quocirca satis est confessario, vt videatur ei pœnitens sufficientem peccatorum pœnitudinem habere.

18 Si verò intellexerit, eum minimè eam habere, laboret quantum poterit addere ei animum ad eam habendam, & ad malendum perdere in genere alia omnia sua bona, quam Deum, qui est summum bonum eius, & omnium, sine quo nihil est bonum, Quòd si fortè non possit eius animum ad tam excelsum contritionis gradum attollere, contendat eum eleuare saltem ad hoc, quod verè ipsum pœniteat, quod talem non habeat, per ea, quę breuiter *h* tanguntur; & hoc sufficit, vt sit contritus, vel saltem ita attritus, vt possit absolui. *a* Quæ conclusio non parum consolationis secum adfert, & est communis apud S. Thom. & S. Bonauenturam, & omnes Theologos. Diximus, *Saltem ita attritus, vt possit absolui*, quo tollamus scrupulum, quem vir quidam valde doctus, & pius sanctissimę Societatis IESV nobis cõtra hoc insinuat: Eo quod pœnitere, ac dolere quod aliquid non habeam, non est illud habere, sicut nec dolere eo quod non communicauerim, est communicare, neque perinde valet: *b* Neque animo discruciari eo quod non sim cõfessus, est confiteri: sicut nec velle arborem conscendere, est ipsam conscendere. *c* Dicimus itaque re vera pœnitere quem, eo quod non habeat cõtritionem, non esse illam

a Quolibet 1ã art 9. & omnes in lib. 4. sent. di. 17. q. 2. art 4. q. 1. ad 4. & in di. 14. & 17.
b Tom. 1. Opusc. 4. q. 1. & Opusc 17. q. vide.
c In cap. omnis, de pœnit. & remiss.
d Dicto quod li. 1. art. 9.
e In dicto quodlibet 1. art. 9.
f In præcitato ca. omnis de pœnit. & remiss.
g Vt peritè ait idem Angelicus doctor dict. ar. 9
h Infra cap. 10 num. 4.
a Iuxta Paludanum in li. 4. sent. dist. 17. q. 1. art. 5.
b Vt probamus in ca. vt quid parat. de cõs. di. 12. post Ioan. Turrecrem. contra gloss. ibidem.
c Vt ait glos. in l. vendentis, C. de contrahen. empt.

illam habere, saltem formaliter; neque pœnitere me, quod non valeo pœnitere quantum mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habendam, nisi aliàs iam ipsam habeā. sufficere tamen ad credendum, me habere iustam attritionem quo possim à confessario absolui, & à Deo veniam obtinere, media sacramentali absolutione. Quin & dici posset, esto, talis dolor non sit contritio formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsam contritionem in voluntate partis intellectiuæ sitam, fomento Dei auxilij bona desideria fouentis, etiamsi pars sensitiua recalcitret. Vtilis, & desiderata breuitas, quā liber expostulat, negat locum alijs replicationibus & triplicationibus, potius subtilibus quam fructuosis: quod autem hucusque dictum est, nobis videtur sufficere ad scopum, quem proposuimus.

19 Porrò bonum signū est, quòd pœnitens sua spōte affirmet, se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, quam peccasse, iuxta sententiā doctissimi Card. Io. à Turrecremata, *d* qui secutus S. Bonauēturam tenet, peccatorem qui secum statuit, potius peccare mortaliter, quàm mori, non esse absoluendum: ille verò, qui nihil circa hoc secum deliberauit, etiamsi dubitet quid faceret, dum se in tali articulo constitutum adspiceret, non esse denegandam absolutionem: dummodo habeat propositū non peccandi, & nollet offendere Deum, etiamsi talis illi occurreret occasio. Quocirca valdè deplorandi sunt, qui ad confessionem, & cōmunionem accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua propria de illis, qui eos alapis, aut plagis cæderent, aut fustibus percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudæos, Saracenos, hæreticos, vel alios huiusmodi nominibus compellarent, aliáve simili iniuria afficerent. Eodem item modo deplorandi sunt illi, qui ad prędicta sacramenta accedunt, antequam exuant suam deprauatam voluntatem vtēdi hac, vel illa illicita voluptate, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel viro eis occurreret. Illi etiam, qui antequam ab animo depellant propositum perpetrandi quidquid Rex, pater, Dominus, amicus aut socius ipsis pręciperet, aut rogaret, etiamsi lethale crimē illud esset, præfata sacramenta sumunt. Horum profectò misereri debemus, ipsosque cum lachrymis compassionis rogare, vt attendant se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitescere, qui tali confessione, & communione magis excrescit. *a*

20 *Sextò* infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lachrymas, & id genus alia non esse ad contritionē necessaria: quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitudine manans, tum per supra dicta: tum quia, *b* hic dolor nō est in manu nostra, licet vtile sit illum habere & desiderare, flereque largius eo quod pecauerit, quàm quòd alia damna ei acciderint. *c* Cui consequēs est illud Paludani, *d* scilicet pœnitentem debere hoc desiderare,

non

d In sum. de pœnitent. 2i.

a Arg. cap. si propterea & cap. si cui de pœnitent. l. 1

b Vt S. Tho. in 4 lib. sen. dist. 17. qu. 2. art. 1. qu. 1. & art. 2. q. 1. & 2. sit.

c Secundum omnium mē bem.

d In dict. 4. Vent. dist. 17. q. 1. art. 5. approbatum retētioribus.

non esse intelligendum de debito obligationis, sed decentię tantũ & vtilitatis. Parique ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitens maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alterius cognati, vel plagam propriam, quam ob peccatũ admissum: quod passim contingit. Imo neque oportet, vt is dolor voluntatis rationalis sit intensior alio quouis dolore rationalis voluntatis, ob alia multa cõcepto. *e* Sufficit enim, vt pluris faciat malum peccati, & ob id perdere, vel perdidisse Deũ, quam quoduis aliud malum generatim ad finem euitandi illud, dolendique non euitasse. *f* Quinimo satis est, vt velit, coneturque ita dolere, etsi non possit: doleatque ex animo se non posse id facere: *g* & subinde quamuis intensius persentiat, & defleat mortem patris, quã peccatum admissum: satisfacit tamen, si modo malit Deum non offendere, vel offendisse, quam patrem suum viuere.

e Per dicta supr. hoc eod. nu. 4.

f Iuxta Maior. in 4. li. sen. dist. 14. qu. 2.

g Per dict. sup. nu. 18. & n. 19.

21 *Septimo* infertur, quod dolor sensilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus affligẽtia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & aliæ similes austeritates non debent adeo modũ excedere, vt humani corporis habitudinem corrumpant, efficiantq; pœnitentem inhabilem ad faciendum ea, quæ secundum suum statum facere tenetur. Dolor enim ille nititur amore Dei super omnia dilecti, qui huiusmodi nimietatem reijcit. *h*

h Cap. nõ mediocriter de consecr. dist. 5. & tradit S. Tho in 4. li. sent. dist. 17. q. 2 art. 3. & Opusc. 1. ar. 3.

22 *Octauo*, quod licet aliqui sentire videri possint, *a* de singulis peccatis mortalibus singulas pœnitudines esse habendas: cõtrarium tamen est tenendum cum Ioanne Maiore, *b* & Cardinale S. Sixti eruditissimo, *c* scilicet sufficere, quod peccatorum pœnitudo adeo sit extensa, vt saltem virtualiter protendatur ad vniuersa mortifera, tam ea quæ meminit, quam quæ non meminit. Non enim est necesse, vt pœnitens recogitans, confitensue sua peccata, de vno quoque peccato mortifero specialem & singularem eius pœnitudinem concipiat: sed satis est, vt concipiat generalem eiusmodi pœnitudinem, quę virtute se extendat ad omnia mortifera: siue id faciat ab initio, cum incipit reuocare in memoriam peccata confitenda, siue inter reuocandum, siue quouis alio tempore, vel temporis momento; qualis est pœnitudo, qua hominem pœnitet Deum tam mortifere offendisse quouis modo, cum proposito, saltem virtuali, confitendi, & satisfaciendi quando, & vt necessum fuerit, & nunquã amplius sic offendendi, eo quod eum super omnia diligit, capitalemque eiusdem offensam plus, quam quiduis aliud odio dignum odit. *d*

a Videlicet Raym. in sũma, & Ang. ver. contritio parag. 4. Ludolph. 1. part. vitæ Christi ca. 20.

b In 4. li. sent. dist. 17. qu. 1.

c Tomo. 1. Opusculor. Opusc. 4. q. & super 3. part. S. Tho. q. 87. art. 1.

23 De hoc intelligitur illud. *e* *In quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit peccator, &c.* Nam vt alia omittam, si de singulis peccatis singulę pœnitudines concipiendę essent, cõtingeret casus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia consequendi salutem æternam, contra expressa canonum sacrorum testimonia, *f* & contra prędictum Ezechielis locum. Nam qui mille peccata lethalia commisisset, & solam quartam horæ partem victurus ægrotaret, aut ad suspendium duceretur, non posset viuens concipere

d Vt supra hoc eodem c. nu. 16. tradidimus.

e Ezech. c. 33. Relatum in ca. ponderet. 50. dist.

f In cap. 3. de pœnit. dist. 7. & d. cap. ponderet. 50. dist.

cipere de illis mille peccatis mille pœnitudines ad id necessarias, quo saluaretur. Nolumus tamen dicere, quod sicut eiusmodi pœnitentia generalis sufficit ad remissionem omnium peccatorum obtinendam; ita etiam sufficiat ad eximēdum pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera & species illorum, quæ peccauit, enumerando illa numero certo, vel verisimili confessario.

Dixi, *Genera & species*: quia non tenetur singulorum criminum cuiuscunque speciei in particulari reminisci, neque etiam in indiuiduo singula detestari: id quod etiam sentit Medina. g

g Vbi supr.

24 *Nono*, non esse necessariam pœnitudinem supra definitam ad condonationem venialium consequendam: neque consequenter oportet, vt pœnitudo vnius venialis ad aliud extēdatur, tum quia sufficit ad remissionem venialis quicunque dolor, siue actualis, siue virtualis: quamuis non sit tam magnus, quā exigitur ad delenda peccata mortalia, iuxta S. Thomam receptum; h tum quia vnum veniale potest remitti sine alio: i Quia illa venialia tātummodo remittuntur, ad quæ dolor ille, siue actualis siue virtualis extenditur, iuxta eundem S. Thomam. a Cæterum qui dubitat, an peccatum sit mortale, vel veniale, debet ita illius pœnitere, ac si esset mortale, vel saltem cum conditione, si, & quatenus esset mortale, secundum illud Augustini: b

h In 3. part. q. 87. art. 1. di. & in 4. lib. sent. dist. 16. q. 2.

i Vt idem vbi sup. tradit.

a In dicta 5. par. q. 87. ar. 4

b Cap. si quis autem, de pœn. dist. 7.

Tene certum; & relinque incertum.

24 *Contritio delet omne peccatum etiam ante confessionem.*
25 *Quæ semper fuit necessaria, sed non statim post peccatum, n. 27.*
26 *Pœnitudo quæ sufficiat ad condonanda peccata.*
27 *Contritio quando, & in quibus necessario habenda. & num 28.*
29 *Contritio vt habetur sine memoria peccati nondum remissi, & numer. 30.*
31 *Pœnitudo maior de maiori peccato bona, sed non necessaria.*
32 *Contritio carens debitis circumstantijs non est contritio.*
33 *Attritio duplex, & quæ non sufficit ad absoluendum confitentem. & 34. & 35.*
36 *Pœnitentia minor sufficit baptizando, quam absoluendo.*
37 *Attritio quæ cognoscitur non esse contritio non sufficit baptizando.*
38 *Attritus vt fit contritus, & non attritio contritio.*
39 *Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent sex.*
40 *Contritionis effectus qui sint.*
41 *Contritio quod non sit pars pœnitentiæ, & attritio sit mala, hæresis.*
42 *Attritio quæ sufficit, & quæ non ad absoluendum, & nu. 45.*
43 *Sacramentum pœnitentiæ per se tendit in peccatum, Eucharistiæ per accidens.*
44 *Attritio quæ sufficit ad Eucharistiam non valenti confiteri, & quæ ad absoluendum valenti confiteri.*

24 DEcimo infertur, verum esse id quod fere omnes asserunt, nempe frequenter per solam contritionem, etiam ante confessionem, & pœnitentiæ sacramentum actu susceptum

ceptum condonari mortifera peccata, iuxta iura c & S. Th. d à Paludano & alijs receptum, & à Panormitano etiam e quod & nos f nuper latius tradidimus: licet Magister Gratianus, g cum aliquot antiquioribus dubitasset, de quo tamē hodie nō licet dubitare post declarationem Conc. Trid. h quod tamen addit, huiusmodi condonationem, & recōciliationem nō esse adscribendam Contritioni sine sacramento, id est, cōfessionis voto, quod in illa includitur, quia talis cōdonatio non est credenda fieri per solam pœnitudinē, & dolorem inde natum: sed potius per gratiam, quam ita pœnitenti donat Deus, quāque illa pœnitudo fit cōtritio, iuxta glossam receptā: i Gratia enim causa est formalis condonationis peccatorum, secundum S. Tho. k

25 *Vndecimo* infertur, quod sicut nunc in lege gratiæ cōtingit, sola pœnitentia peccata dimitti, sic etiam ante eam in lege naturali & scripta vera pœnitētia remittebātur, id quod euidentiore ratione dicendū est: certū etenim est quod tūc nondum erat sacramētum pœnitētiæ institutum, nec sacramētalis cōfessio. Certum item, quod etiam tunc erat remissio peccatorum, actu suscepto, cōtingat aliquando remissio peccatorū: nunquā tamen contingit sine pœnitentia. Hęc enim pœnitētia semper fuit, est & erit iure naturæ ad salutem necessaria, l nullaq; necessitas excusat ab ea. Etenim qui post lethale crimē admissū, ante mortem, nō est vere contritus, licet non detur ei spatium ad recolēdū & detestādum peccata sua, ob id potissimū quod in ipsa peccati perpetratione moritur, vel subitanea morte corripitur, absque dubio dānabitur: licet ille, qui confiteri ea non potuit, si contritionem habuit, excusetur ab obligatione confitendi, vt post & ante alios exprimit D. Antonin. m

Dixi *pœnitentia vera*: non autem pœnitentia qualificata, modo supradicto: nam hæc est vna ex tribus sacramenti pœnitentiæ partibus, & includit in se propositum confitendi, vt inquit D Thomas, n quod nunquā fuit necessarium ante legem gratiæ, nec lege naturali præcipitur plusquam ipsa confessio, sicut postea dicemus, o neque plusquam sacramentum pœnitentiæ, quod est legis nouæ tantum, secundum omnes.

26 *Duodecimo* infertur, quæstionis non mediocris esse, An possit inueniri pœnitudo, cui tota hæc nostra definitio cōueniat, per quā peccata mortalia nō cōdonētur? Scot enim, p & Cardinalis S. Sixti, Caietanus, q aiūt posse. Tū quia iuxta eos pœnitudo prædicta diuiditur in eam quæ appellatur *formata*, hoc est quam gratia Dei iustificās, & condonās peccata format & ornat: & in eam, quæ *informis* dicitur, hoc est, quam prædicta gratia nō ornat. Tum quia peccator nō potest sibi suo solo libero arbitrio sine gratia gratum faciente quærere veniā, r & secundum

c Cap. dixi & ca. magna de pœnit. dist. 1. d 3. part. q. 86 ar. 2. & in 2. li. sent. dist. 17. art. 5. q. 2. e In c. Deus qui, de pœn. & remiss. f In gl. sum. & in cap. ecce de pœn. di. 1. gl. c penult. per tg. quib. præfatæ dist. g sess. 14. c. 4. h In cap. conuertimini de pœnit. dist. 1 i 2. q. 113. art. 8. & in 4. sent. di. 1. art. 4 quæst. 1. & tradidimus latius in ca. cōuertimini, nu. 5. & in dicto cap ecce nu. 4. & 5. de pœn. dist. 1.

k Sicuti late in gloss. summa de pœnit. dist. 1. & d 3. probauimus.

l In 3. part. tit. 14. ca. 18. parag. 2. m In 4. li. sent. dist. 17. qu. 1. art. 2. qu. 1. n In cap. seq. nu. 2. o In 4. li. sent. di. 14. qu. 1. ar. 2. p Tomo 1. Opusculor. Opusc. 5. q. 1. & q. 4. q Iuxta tria postrema, ca. de consecrat. dist. 4 & cōc. Trid. sess. 6. c. 1. & canone. 2 & glo. tit. cap. magna & ca. conuertimini de pœnit. dist. 1.

dum prędictos potest prędictā pœnitudinem cōcipere viribus suis naturalibus, quibus Deū super omnia diligere possimus, iuxta Scotum.k Tum quia eiusmodi pœnitudo non est vltimā & immediata dispositio ad gratiam: quoniam alioquin scire posset quis, se esse in statu gratiæ sine vlla reuelatione, quippe qui scire posset, se habere eiusmodi pœnitudinem: quod est contra expressa sacræ Scripturæ & iuris testimonia. a

Cōtrarium tamen nobis videtur verius, quod etiam cōcedit eruditiss. Catharinus: b quia eiusmodi pœnitudo nō potest haberi sine amore Dei super ōnia, qui solis viribꝰ naturalibus sine gratia haberi nequit post Adami peccatū, vt docet D. Tho. declaratus ibidē à Caietano: c tū quia licet Scotus, d & Gabriel, e qui eum sequitur, teneat, posse nos post Adæ peccatū nostris proprijs viribus diligere Deū super omnia; addunt tamen neminē ad eum gradū peruenire, qui gratiā Dei non assequatur. Quinimo subijciunt: non solū prædictā actualem pœnitudinē, sed etiā virtualē, quæ ex amore Dei super omnia resultat, sufficere, esseque vltimam & immediatam dispositionē ad gratiā Dei gratum facientem quærendam, ita vt nemo ad eam perueniat, quem miseticordissimus Deus sua gratia non donet.

Neque obstat fundamētum alterius opinionis, videlicet, quod hanc opinionem sequitur, posse nos scire Deo esse gratos sine reuelatione speciali: quia negamus nos posse scire, quod pœnitudinem omnibus prædictis qualitatibus ornatam habeamus: tametsi frequenter iustè id credere possimus.

27 *Decimotertio* infertur, quod licet toto tempore, quo quis se agnoscit lethali peccato mortuum, de bono cōsilio debeat curare, vt à tā graui morbo resurgat, periculūq; mortis subitæ ac æternæ effugiat, iuxta illud, *Ne tardes conuerti ad Dominū, & ne differas de die in diem*; & iuxta S. Tho. & communem: f non tamen ad id tenetur præcepto ad nouum peccatū mortiferum obligāte; nisi ea temporis parte qua memoriæ occurrit quoad vsum, id est, cupiendum, vel renuendum, cōmittendum, vel omittendum, secundum cōmunem opinionem. Imo neq; tunc ob ea, per quæ id affirmauit Adrianꝰ, g & ob ea quæ nos addimus, h quidquid Catharinus i dicat de Caietano, qui secū pugnat in eo, quod facile potuit eum excusare, si voluisset. Et hoc est tenendum; quoniam sicut alia præcepta affirmatiua de baptismo suscipiendo, & confessione facienda, non obligant sub pœna noui peccati, nisi pro tempore necessitatis: ita per cōsequutionem præceptum affirmatiuum de se conuertendo, non obligat sub pœna noui peccati lethalis; nisi in articulo necessitatis, in illo verò sic. Quamobrem ad prædictam pœnitudinē concipiendam tenebimur imminente articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrādi, suscipiendiue aliquod sacramentum. k Imo etiam instante populi necessitate aliqua grādi, cui absque orationis feruore prouideri non posset. a

28 *Deci-*

k In 2. li. sent. dist. 28. & in 3. dist. 37. q. 1.

a Videlicet Eccle. 9. & c. fin. de purgat. can. & Conc. Trid. sess. 6. c. 9. cōtra inanem hæreticorum fiduciam, & cap. 12.

b Lib. 5. adnotationum in Caiet. adnot. de sacramēto pœnitent. c 1. 2. q. 109. ar. 3.

d Vbi supra. e In dicto 3. lib. sent. dist. 27. q. 1.

f Eccle. 5. In 4. li. sent. dist 17. & Caiet. Quod. lib. 7.

g In 41. de Confes. q. 3. & Card. S. Sixti Quo. lib. 7.

h In 3. part. gloss. Summa de pœn. dist. 5 n. 10. & seq.

i Vbi supra.

k Secundum omnes.

a Secundum Adrianum vbi supra.

28 *Decimoquarto* infertur, quòd licet salutare ac frugiferũ consilium sit, vt toties concipiamus pœnitudinẽ omnium peccatorũ mortaliũ, tam iam alias contritorũ, quàm aliorũ, quoties ea nobis memorię occurrerint; non tamen est præceptũ quod nos obliget ad eã habẽdam bis specialim de eodẽ, quia Deus non iudicat bis in idipsum; *b* tametsi teneamur, ne vnquã illud nobis placeat actu, vel virtute; quoniã licet illa noua (vt ita dicam) cõplacentia non suscitet illã priorẽ culpam, quæ iam extincta fuit, producit tamen nouam ei similẽ. *c* Vnde licet illud aliquorum consiliũ, vt peccata pręterita, etiam bene confessa, frequenter ad memoriã reuocemus, quo melius illa iterũ atq; iterum detestemur, & veluti quendã myrrhæ manipulũ, id est, sanctę tristitiæ de illis faciamus; vehemẽter probẽ, quoad peccata, quæ suaptè natura tristitiã, metum, aut terrorẽ incutiunt; non tamen crediderim, eos intellexisse de illis, quorũ refricata memoria ad illicitã delectationẽ instigat. Cuiusmodi sunt peccata carnis, magni cuiusdã honoris, & lucri tẽporalis: quinimo consultius existimarẽ, eorũ nunquã amplius in particulari meminisse: nisi quãdo opus est semel illa cõfiteri cũ debita cõtritione, vt recte insinuat Frater Ludouicus à Granata Dominicanus, vir vita & doctrina cõcionator omnibus numeris absolutus, in eo libro admodũ sancto & celebri, quem de oratione cõposuit; vel quando appetitus carnis sunt propè mortificati per vehementem aliquam contemplationẽ, aut orationẽ, siue per eximiã quandã abstinentiã, siue per morbos, aut dolores. Quoniam omne delectabile in particulari consideratum, ad sui desiderium allicit iuxta Aristotelem *d* & S. Thomam. *e*

b Num. 1. & ca. at si clerici, parag. de adulterijs vero de iud. c.

c Argu. c. notum 2. q. 1. & ca. 1. de offi. delegat. ea. ficut tribus, de pœn. dist. 1. & ca. sed. pensandi. 6. dist.

29 *Decimoquinto* infertur, magnæ prudentiæ, sanctique consilij esse curare, vt post peccatum admissum, quã citissimè nos eius pœniteat, cum per id etiam ante confessionẽ in Dei gratiã redeamus: adeò quidem vt fieri possit, vt qui centies mortaliter peccauit per totũ anni ab vltima confessione spaciũ, non mãserit quatuor horis sine Dei gratia: eo quod statim ac peccauit, singulorũ peccatorũ legitimè pœnituerit. Quocirca multi simplices sunt merito instituẽdi, existimãtes eos, qui mortaliter deliquerunt, semper esse in crimine quousque cõfiteantur. Nam vt supra declarauimus, ad hoc vt à peccatis resiliãt, satis est, eis habere excellentẽ illum dolorem supra definitũ; quamuis remanent obligati adhuc ad confessionem. Cæterũ, cùm huiusmodi homines raro, vtpote rudiores, doleant, vt dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt, vti nos diximus, *a* ideo consilium optimum & sanctissimum esset, eos inducere ad frequenter confitendum, & saltem in tribus festis Paschalibus, & in festo Assumptionis Deiparæ virginis. Eo item respectu conducit, maximè subito post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum, quę ante contritionem fiunt, iacturam faciamus; quæ quidem perirent, nisi adesset

d 3. Ethic.

e Quodli. 1. q. 5. art. 9. & dicemus infra c. 9. & hoc in specie sensit idem S. Th. in Opus. 6

a In reperi parag. in Leuitic. de pœnit. dist. 1. notab. 18. nu. 5.

contritio. Nam opera quantumcunque moraliter bona, si fiũt extra charitatem in statu peccati mortiferi, absque dubio pereunt, & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam & gloriam promerẽdam, *b* licet quoad alia prosint, iuxta glossã *c* in quibus tribus locis alias latè id tradidimus. *d* Tradit etiam post alios Ioan Maior, *e* vt inferius explicatur. *f*

30 *Decimosexto* infertur, quod (quidquid dicat B. Antoninus *g*) tenendum est, quod peccator, licet neque speciatim, neq; particulatim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati, posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo pœnitudinem modo supradicto qualificatam. Aliter enim sequeretur, eum, qui alicuius peccati mortalis nõdum remissi recordari non posset, esse extra statum salutis; *h* & quamuis responderi possit in tali casu, amorem, quo, diligitur Deus super omnia sufficere, vt Gabriel insinuauit, *i* replicari tamen posset, *k* eiusmodi amorem esse contritionem virtualem.

31 *Decimoseptimo* infertur, quòd licet de grauiori peccato grauior requiratur pœnitentia siue pœnitudo, hoc tamen est intelligendum de consilio & honestate, *l* non autem de necessitate, *m* quoniam definitio supra tradita nihil tale requirit. Et quia secundum mentem communem doctorum, quam explicat Ioan. Maior, *n* pœnitudo circumamicta debitis circumstãtijs, & supradictis, quantumcunque sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluẽda, quantum ad culpam, & ad commutandum pœnam æternam inferni in temporalem purgatorij, contra sententiam Scoti, *o* quæ hodie communiter non probatur.

32 Dixi, *Debitis circumstantijs*, quoniam si ego alienum retineo, & potens restituere non restituo, vel habeo odium mortale, quod ab animo non expello: vel non relinquo sodalitia, & occasiones valde propinquas peccandi mortaliter: vel non peruenio ad concipiendum propositum actuale, quo mallem potius mori quam mortiferè peccare, non habeo veram talem pœnitentiam, neque proinde consequor remissionem.

Attritio duplex.

33 *Decimoctauo* infertur, quòd pœnitentia de peccatis imperperfecta, quã neque debitę circumstantię, neq; qualitates prędictæ ornant, poterit nuncupari *attritio*, nõ autẽ contritio, quæ secundum Caietanum *a* est duplex. *Altera* eorũ quos pœnitet mortaliter peccasse, vellẽtq; nõ peccasse: sed non omnino statuunt à peccatis suis abstinere. *Altera* eorũ quos pœnitet quidẽ peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiẽdo peccatum, vt rem supra omnia detestabilia detestãdam, neque reputãdo ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimo etiã pœnitudo illa, à nobis supra definita, quã habent illi qui detestantur peccatũ supra omne detestabile, ipsumque vitare proponunt supra omne aliud merito vitandũ, est attritio, vt ipse arbitror, quoadusque Deus propter suã misericordiã gratiam suam

b 1. ad Cor. 13 & c nihil, de conse. di. 5
c Cap. quod quidam de pœni. & rem.
d Et in repet. c. quando, de consec. di. . cũ in multis locis tum in additione.
e In 4. li. sen. dist. 15. q. 1.
f Cap. 27. nu. 267.
g In 3. part. tit. 14. c. 18. in princ.
h Contra ca. 1. de pœn. di. 7. & c. ponderet, 50 dist.
i In 3. li. sent. di. 27. q. 5.
k Quod iam sub nu. 5 dictum est.
l Arg. c. tempora, 26. q. 2. secundum S. Tho. in 4. lib. sent. dist. 7. q. 1. art. 1. & 2
m Arg. c. talis de pœnis, di. 3.
n In præcita to 4. lib. sent. dist. 14. q. 1. & dist. 17. q. 1
o In dic. 2. distin. 14. q. 2. ar. 3.

a Tom. 1. Opusculor. Opus. 4. q. 5. & Op. 5. q. 5

suam impartitus fuerit: sed est alterius speciei, secundum eundem, appellaturque contritio informis. At secundum opinionem cõmunem, quam supra secuti sumus, cuicunque habenti eiusmodi pœnitentiam Deus pro sua misericordia statim elargitur gratiam, & subinde non inuenitur sine gratia.

34 *Prima* species prædictarũ attritionum nõ sufficit, vt per eã solum remittatur peccatum, imo neque per eã & absolutionẽ sacramentale simul; quinimo peccat, qui cum ea petit, aut accipit absolutionẽ. Id quod etiam est dicendum de illa pœnitudine, quam quis concipit ob id solũ, aut saltem principaliter propter detrimentũ honoris, quietis, aut vtilitatis tẽporalis, aut propter metum infamiæ, laborum, aut pœnę tẽporalis, vel æternæ, quãuis talis pœnitudo non sit peccatum, neque malũ opus (vti quidam dixerũt) imo potius est laudanda: nisi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel à peccato non cessaret, nisi eiusmodi malum, vel metus intercederet: quoniam hoc iam esset nouum peccatum adiũgere, *b* vt supra diximus.

b Cap. si propterea & c. fi. cui de pœnit. dist. 1.

Secunda item species attritionis non sufficit secundum eundem, vt propter illam remittantur peccata, etiam absolutione sacramentali adiuncta: licet sufficiat ad ipsam absolutionem licitè petendam, ac recipiendam absque vlla culpa: & ad hoc, vt illa ita sit valida, vt non teneatur reiterare confessionem: imò etiam ad obtinendum effectum sacramenti, quando pœnitens prædictam pœnitudinem fuerit consecutus.

3 Ab hac opinione propter summã eius auctoritatẽ, & quia ei à nemine contradicitur, hucusque numquã fui ausus discedere: sed nunc sub debita cẽsura videtur eum quem iure, & ex animo pœnitet mortaliter peccasse, & statuit in posterũ nunquã amplius peccare, ob id principaliter, quod peccatũ est offensa Dei, & credens sine cassa ignorantia suũ dolorẽ esse in id sufficientẽ, confitetur sacerdoti, recepitq; sacramẽtalem absolutionem, non solum satisfacere prȩcepto confessionis, sicut ille dicit; sed etiam cõsequi gratiam & misericordiam à Patre gratiarum & misericordiarum: quoniam nulla Scripturę sacrę loca habẽt expressè, necessarium esse concipere peccatum tãquã quid maximè omniũ vitabile & detestabile. Solùm enim habẽt *Pœnitentiã* a *agite, Pœnitemini.* b *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* c *In quacũque hora conuersus fuerit peccator, iniquitatis suarum amplius non recordabor.* d *Conuertimini ad me.* e *Scindite corda vestra.* f *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati.* g Nullum præterea cõcilium, neque summus Pontifex, neque quisquam ex tot sacris doctoribus in Decreto citatis, eo modo interpretatus est, quod iamdiu Concil. Florent. *h* & denuò Tridentinum *i* clarius & explicatius dixerunt, nempe, necessarium esse dolere de peccatis cum firmo proposito non peccandi de cætero, & cũ spe veniæ: neque requirunt huiusmodi reflexiones, cõparationesq; difficiles, pauciſſimis

a Matt. 3. & Luc. 3.
b Marci 1. & Actor. 3.
c Luc. 3. & ea. considerata parag. fin. de pœnit. dist. 5.
d Ezech. 33. & cap. ponderet 50. d.
e Ioel 2. & c. cõuertimini de pœn. di. 1.
f Ioel 2. & ca. scindite de pœnit. dist. 1.
g Psal. 55. & cap. 1. de pœnæ dist. 1.
h Sub Eugen. IV. in decreto de sacrament.
i In sess. 14. ca. 4.

cissimis cognitas & paucioribus vsitatas. Quinimo B. Augustinus *k* constituens differentiam inter conuersum & versum, dicit *Versum* esse, qui timore pœnæ compulsus abstinet à peccato: *Conuersum* vero, qui solummodo, vel saltem principaliter, propter Dei amorem à peccato supersedet, & quia ipsum pœnitet offendisse Deũ. Et accedit ad hoc, quod pauci (collatione aliorum) confitentes, ab institutione confessionis in nostra tẽpora fecerunt, & faciunt hoc, quod ille requirit: & pauciores confessarij id suaserunt & suadent. Imo nostro iudicio Conc. Trid. *l* satis aperte hoc quod dicimus, intelligit. Quocirca recreat nos audiuisse fratrem Franciscum à Victoria, virum profectò pijssimum, clarissimumq; doctorem, qui Hispanias rara illa sua Theologica eruditione (sacram etali præsertim & morali) præ suis antecessoribus illustrauit, idipsum asseruisse: quin etiam quantum intelligo, idem sensit Dominicus Sotus *m* asserens illud quod in sequenti corollario continetur, quod hoc confirmat. Ex quibus omnibus constat, quàm vtilis & secura sit homini pœnitenti confessio.

k In c. nullus parag. quod quamuis de pœn. dist. 7.

l Prælitata sess. 14. ca. 4.

m Lib. 2. de nat. & gra.

36 *Decimonono* infertur, ad illam magnam differentiam, quam idem magister Sotus ponit inter pœnitentiam peccatorũ ad suscipiendum Baptismum necessariam, & inter eam, quæ necessaria est ad sacramentum pœnitentiæ: videlicet quod ad suscipiendum Baptismum sufficit quęcunque pœnitudo & detestatio peccati cum cessatione à peccãdo, quod sit extra propositum peccandi, & quòd non placeat ei peccasse; id quod ait sentire Conc. Trid. *a* quinimo addit, vbi supra, volenti baptisari sufficere quantulamcunque attritionem, vt Baptismi sacramentum illi possit conferri: quamuis manifestum sit, illam nõ esse contritionem; ad sacramentum tamen pœnitentię requiri pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & eo quod peccatum est eius offensa, & quod à pœnitente putetur esse contritio, vel saltem non credatur non esse contritio, aitque sibi videri Concil. Tridentin. *b* id sensisse: per quod plurimum precedens corollarium corroboratur.

a Sess. 6. c. 6.

b Prælegata sess. 14. cap. 4. & ses. 6. c. 14. pœnitẽtia in Baptismo quæ requiratur.

Hęc tamen doctrina, licet satis bona videatur, quantũ pertinet ad sacramentũ pœnitentię; quantũ tamen pertinet ad sacramẽtum Baptismi admodũ noua mihi visa est, quatenus habet, qualemcunq; pœnitudinem, etiamsi agnoscatur non esse contritio, adiuncta cessatione à peccatis, satis esse ad Baptismi sacramentũ suscipiendum: quoniam B. Aug. relatus in aliquot decretis, expresse ait, hominẽ peccati mortalis reatu implicitũ, nunquã Dei gratiam assecuturum, nisi eum veteris vitę pœniteat. Nam *c* ait, nullum hominẽ vitam ęternam accepturũ, qui nõ fuerit hic à malo per pœnitentiã fidemq; cõuersus, & per sacramentũ fidei, & pœnitentię, id est, per baptismũ liberatus; & paulo inferius. *Maioribus opus est*, inquit, *de malis suis pœnitentiam agere*; & loquitur de pœnitentia ante Baptismũ, & *d Omnis*

c In esp. firmissime 15. q. 1. & in lib. de fid. ad pet. cap. 30.

d Cap. omnis de conse. di. 4. & in lib. de pœn. medic. cap. 3.

qui

qui iam suæ voluntatis factus est arbiter, cũ accedit ad sacramẽta fideliũ, niſi enim pœniteat veteris vitæ, nouã non poterit inchoare; ab hac pœnitentia, cũ baptizantur, ſoli paruuli immunes ſunt, &, e Agant homines ante baptiſmũ pœnitentiã, &c. Idipſum eiſdẽ penè verbis affirmat Ambroſius. *f* Quin & alij omnes in alijs locis aſſerere ſolent, his qui poſt baptiſmũ in peccatum prolapſi ſunt, neceſſariam eſſe pœnitẽtiam. Diuinus etiam Petrus Apoſt. *g* ſic ait: *Agite pœnitentiã, & baptizatur vnuſquiſq; veſtrũ*; vbi non videtur de quacunque pœnitudine intellexiſſe, ſed de illa, quę cõcipitur propter Dei amorem, & eo quod peccatũ eſt eius offenſa: & quãuis almum Conc. Trid. *h* dicat ſufficere aliquod odiũ, & deteſtationem: addit tamen eſſe neceſſarium, vt talis ſit pœnitẽtia, qualis ante Baptiſmum exigitur, non tamen explicat qualis illa ſit, & conſequenter id reliquit antiquę interpretationi.

e In cap. ſeq. ibi & in epiſt. 102.

f In cap. 1. & 2. de pœn. di. 3.

g Act. 2.

h Præcitata ſeſſ. 6. ca. 6. & cap. 14.

37 Quapropter equidem ſub debita correctione ſemper conſulerem illis, qui infideles adultos aliquos baptizãt, ſiue apud nos, ſiue apud Indos, vt prius illos inducant ad pœnitudinem peccatorum mortiferorum, eo quod illis offenderunt Deum, quem ſuper omnia amare & honorare debuiſſent. Nec auderẽ aſſerere, eis licere baptizare illos, quamuis videant, pœnitere eos non ob amorẽ Dei, ſed ob alias cauſas. Quin affirmo, perperam agere illos, qui, vt fama eſt, baptizant Indos antequam videãt eos habere pœnitudinẽ, quæ videatur cõtritio, eo quod petunt Baptiſmum eo reſpectu principaliter, quod pileus, vel alia ludicra illis donantur: licet aliquam pœnitudinẽ ſuę malæ vitæ leuem & imbecillem conceperint ob aliquas cauſas, quę amore Dei nequaquam nituntur. Videtur tamen nobis poſſe aliam aſſignari differẽtiam, inter pœnitentiam ad Baptiſmum ſuſcipiendum neceſſariam, & illam, quæ ad ſacramentũ pœnitentiæ neceſſario requiritur: videlicet, quod ad Baptiſmũ ſufficit pœnitentia, ſeu pœnitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiuſq; vitę malę tranſactę, adducendo ad ſummũ aliqua in memoriã, non deſcendendo particulariter ad omnes eorum ſpecies; qua praxi videtur vſus fuiſſe diuinus Petrus in baptizando eos, quos primos in feſto ſancto Pentecoſtes Act. 2. legimus baptizaſſe: ad recipiendum vero ſacramentalem abſolutionem vltra hoc, etiam opus eſt recolere omnes ſpecies peccatorũ, & de illis omnibus ſpeciatim pœnitere: licet in indiuiduo non teneatur ſigillatim, ſiue particulatim de ſingulis cuiuſlibet ſpeciei pœnitere, dolereque, vt ſupra dictum eſt *a*

* Inter pœnitentiam ante Baptiſmum & poſt illum diſcrimen.

a Num. 25.

38 *Vigeſimo* infertur quod quamuis virtute ſacramẽti attritus fiat cõtritus, ipſa tamen attritio non efficitur contritio, ſecundum S. Th. *b* licet iuxta Scotũ, *c* quem ex parte ſequitur Caietanus, *d* ſuperueniente Dei gratia fiat contritio. Poſſunt tamẽ cõciliari, intelligendo S. Th. de attritione, quę non eſt cõtritio propter defectũ intrinſecum ex parte ſubiecti, & ſcopi, qui eſſe debet Deus ipſe, vel amor eiuſdẽ; quia videlicet ille dolor nõ

b In 4. l. ſent. diſt. 17. qu. 2. art. 2.

c In eod. 4. q. 2. art. 1.

d Tom. 2. Opuſculor. Opuſc. 4. q. 2.

concipitur solum, nec principaliter propter amorē Dei, vel eo quod peccatum est eius offensa, vel iniuria, sed solū, vel tantū, aut principalius propter damnū quod ipsi ex eo cōtigit, vel timet sibi hac in vita, vel in futura euenturū: huiusmodi enim attritio nunquā efficitur cōtritio, licet ad eam ducat: Scotum vero, eiusque sequaces, qui contrariū opinātur, de illa pœnitudine, quæ est attritio, & non contritio, non ob defectum istum intrinsecum ex parte obiecti, sed ob aliam causam extrinsecam, qualis est defectus gratiæ, vel propositi de abstinendo.

Vigesimo primo infertur, non esse nimis firmū illud Ioan. Maioris *a* videlicet neminem esse adeo imprudentem, qui tempore, quo peccata sua confessario confitetur, non illa detestetur formaliter, aut virtualiter. Non esse, inquam, nimis firmū, quia inde sequeretur, quemlibet confitentem habere iustam contritionem, quod est contra duo præcedentia corollaria, & dicta in principio huius capitis. Scotus autem *b* nō ita laxe loquitur circa hoc ac quidam aiunt; imo secundum eum nulla pœnitudo momentanea sufficit ad remissionem peccati, quāuis iuxta communem quam secuti sumus supra, sufficiat.

a In præfat. 4. lib sent. dist. 17. qu 3.

b In dt. 4. li. sent. di. 14. q. 3. art. 2.

39 *Vigesimo secundo* infertur, quod causa contritionis ex parte Dei est eius gratia, & misericordia; ex parte verò nostra sunt sex quæ secundum Raymundum relatum à S. Antonino, *c* disponunt ad gratiam obtinendam. *Memoria* scilicet peccati, *Pudor* ex peccato proueniens. *Vilitas* eius. *Timor* iudicij diuini, Meditari quod per illud cœlestem gloriam amittimus, nostrūque creatorem offendimus, *Spes* veniam consequendi, & gratiam amissam recuperandi, perueniendique ad felicitatem æternam. Conducit etiam maxime ad hoc considerare, *d* quod qui mortaliter delinquit, in effectu Deum à se proijcit, sicque illum tractat, ac si non esset vltimus finis, & subinde ac si non esset summus Deus; reputatque secum, & ruminare, quidnam faceret, vt a rege veniā impetraret, si eum negasset esse suum Regem, & quod si semel Rex illi veniam concederet, quantū sibi caueret in posterum ne iterum in eandem rebellionem prolaberetur, certo sciens à Regis voluntate & nutu pendere vitam suam, sicuti nostra pendet à Deo.

c In 3. part. tit. 14. c. 18. parag 5.

d Vt in c fratres, de pœn. dist nu. 96. diximus.

e Nu 24. & nu. 51.

f Per 6. dixi & cap. magna de pœn dist. 1 g In 3 par. q 86. art. 4. & in 4. sen. dist. 17. q 3 ar. 1.

h De pœnit. & remiss. in tractat. de indulgentijs super parag. in Leuitico de pœnit. dist. 1 notab. 11.

i Iuxta glos. mentionatam de pœn. di. 1. & gloss. in ca Deus qui. de pœn. & rem. & glo. extrauag. 1. de pœn. & remiss. & tradit S. Th. in 3 li. sent. dist. 19. art. 3. q. 2. & in 4 dist. 15. q. 2. ar. 2. q. 3. & dist. 17. q. 1. art. 1. q. 1.

40 *Vigesimo tertio* infertur, quod effectus contritionis est non solum delere peccatum quantum ad totā culpam, vt ex supradictis *e* cōstat; *f* verū etiam extenditur ad remittēdam aliquam pœnæ temporalis portionem, in quam æterna cōmutatur, secundum S. Thomam, *g* non tamen abolet, vt plurimū, totam pœnam, quod nos in extrauagante *vnigenitus h* abunde satis superque collegimus, vbi de culpa & pœna disputauimus.

Dixi, *Vt plurimum*: quia nonnunquam tanta est contritio, vt deleat omnem culpam, & remittat omnem pœnam; *i* nunquā tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum, secundum omnium sententiam.

41 Vige-

41 *Vigesimo quarto* infertur, quod sanctissime à sacro sancto Trid. Conc. definitū est *k hæresim esse dicere*, pœnitudinem, siue pœnitentiam, non fuisse quouis tempore necessariā ad impetrandam culpę mortalis condonationem. *Dicere* item cōtritionem non esse vnam ex tribus partibus, quas sibi tanquam materiam substituit pœnitentiæ sacramentum. *Dicere* item esse malū examinare conscientiam ad faciendum peccatorū memoriā cum ipsorum detestatione, & emēdationis proposito, quamuis ad gradum integræ contritionis non perueniat. *Dicere* item, non esse de fide, contritionem non solum includere in se cessationem à peccato, & vitę nouę propositū & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, & propositū illud confitendi tempore debito, cum spe obtinendi veniam & misericordiam: licet, vt supra diximus, *a* sufficiat propositum virtuale, quando defectus temporis, vel inculpata inconsideratio pœnitentis fuit in causa, vt non habeatur formale. *Dicere* itē, contritionem iustam non esse necessariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis post Baptismum admissæ deletionem.

k Sess. 14. c. 3. & 4.

a nu. 11. & 12

42 *Vigesimo quinto* infertur, quod cuidam erudito visum est, dixisse nos supra *b* attritionem cognitā, id est, quæ cognoscitur non esse contritio, non sufficere ad absolutionem. Cōtra quod opponit multa, quę alias hic scripsimus: cui nūc breuius respōdemus. *Primo*, nos id nō dixisse ibi: licet ex eo tacite colligatur multas esse attritiones, quæ non sufficiūt ad iustā absolutionē, qualis est pœnitudo prēteriti, sine proposito actuali, vel virtuali vitādi futura, vel restituendi male parta. *c* Fateor tamen me secutum fuisse Sotum, quatenus ait, *d* quod ad suscipiendum sacramentum pœnitentię requiritur attritio, quam putet pœnitens esse contritionem, vel non putet non esse cōtritionem.

b nu. 32.

c Per. c. pœnitentiale. de pœnit. dist. 3. &c. f. Iisas de pœn. d. 5. cum multis, a quæ ibi adducimus.

Secūdo, quod licet ex prędicto Soti dicto videatur inferri, non sufficere ad absolutionē attritionē illā, quę cognoscitur nō esse contritio: intelligēdū tamen est illud necessario de attritione, quę putatur nō esse cōtritio, nec futura talis, etiā munita calore absolutionis sacramētalis; cū Sotus sequatur opinionē S. Tho. cōmuniter receptam, aientis, sufficere ad deletionē peccati attritionem illam, quæ accedente sacramento fit cōtritio.

d In li. 1. de nat. & grat.

e In cap. conuertimini. ver leprosi & c. cranis, de pœ. dist. 1. & Ioā Mairis, & eorū quos ipse sequitur in 4. l. sent. dist. 14. parag 2.

Tertio, quod eius tria priora argumenta vrgent quidē contra sententiā Gratiani, *e* quę habet, per sacramētū pœnitentiæ nō remitti cuipiam culpam, quia remittitur per contritionē præcedentem, à qua quidem sententia nos semper discessimus, secuti S. Tho. communiter receptum, *f* vt est videre supra, *g* & in Summa de pœnit. *h* & latius & neruosius in cap. *conuertimini*; *a* vrgent, inquam eius argumenta contra præfatam opinionem; nihil tamē faciunt contra Sotum neque contra nos, qui fatemur quā plurimos confiteri cū attritione, quæ sola non facit eos contritos, sed accessione sacramenti fiunt contriti, quorū de numero maiorem partem plebis esse putauimus. *b*

f In eod. 4. li. sen. dist. 17. q. 2. art. 1.

g hod. cap. nu. 36.

h dist. 1. nu. 3. & 5.

a Num. 5. ead. dist.

b In d. cap. conuertimini nu. 5.

43 *Quarto*, quod differentia inter sacramentum pœnitentiæ, & Eucharistię quoad hoc propositum, non consistit in hoc, quod illud (vt ipse ait) solis infirmis, & mortuis datur, hoc autē solis sanis; sed quod illud per se ordinatur ad sanādum, & per accidens ad sanitatem conseruandam & augendam, & contra hoc principaliter ad sanitatem conseruādam & augendam, & per accidens ad sanandum. Siquidem sacramentum pœnitentiæ iustè datur, secundum omnes, eis, qui sola peccata venialia, vel sola mortalia iam pridem confessa, & remissa confitentur, qui creduntur esse sani, cum neque venialia, neque mortalia iam confessa & condonata repugnent charitati, vt tradit S. Thomas, *c* & frequētissima praxis selectorum presbyterorum, præsertim Monachorum, habet confiteri quoties celebrant, quos tamen certum est non semper confiteri mortalia noua, sed venialia, vel mortalia antiqua iam confessa.

c In 4. li. sen. dist. 22. qu. 2. art. 3. q. 2. ad 2.

44. Cuius rei ratio est, quia omnia sacramenta nouę legis cōferunt gratiam, vt post receptam sententiā *d* definitur à Conc. Tridentino, *e* ita sacramentū pœnitentiæ frequēter auget charitatem, & non sanat; & contra sacramentum Eucharistiæ frequenter per accidens sanat, cum scilicet aliquis credens probabiliter se esse in statu gratiæ, in quo tamen non est, sumit illud, vt docet D. Thomas communiter receptus. *f*

d Distinct. lib. 4. sent. *e* Sess. 7. de sacramētis in genere can. 6. 7. & 8.

f In 3. part. q. 79. art. 3.

Quinto negamus ex prædicto Soti dicto sequi, quod tāta dispositio requiratur ad suscipiendum sacramētum pœnitentię, quanta requiritur ad sacramentum Eucharistiæ. Tum quia ad sacramentum Eucharistię non solum requiritur contritio, sed etiam confessio secundum glossam receptam, *g* approbatam à Concilio Tridentino. *h* Tum quia ad Eucharistiā oportet putare se esse in statu gratię, ad absolutionem autem sufficit putare, se ita esse attritum, quod mediante illa fiet contritus.

g In cap. de homine de celebr. miss. *h* Sess. 13. can. vlt.

45. *Sexto*, negamus sufficere ad absolutionē sacramentalē attritionē, siue pœnitudinē, qua peccator cessat à peccato propter solam pœnam inferni, quatenus pœna est, si nullus actualis vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus est ipsius offensa, eum comitetur, per dicta supra. *a*

a Præsertim n. 34. & 35.

De confessione sacramentali, secunda parte sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT II.

1 *Confessio sacramentalis quid.*
2 *Confessio non fuit inducta iure naturæ.*
3 *Sed diuino Iesu Christi Domini nostri.*
4 *Confessio facta laico non est sacramentalis.*
5 *Confessio sacramentalis exigit multa, & nu. 6. 7. 8.*
6 *In quibus multi errant.*
9 *Confessio, quo tempore facienda, lege diuinâ.*
9 *Quo humanâ, & quo extra illa, & nu. 10.*

¶ 1 *Confessio sacramentalis fuit instituta à Christo.*
¶ 1 *De omni mortali, & eius circumstantijs.*

1 SEcunda pars sacramenti pœnitentiæ est Confessio sacramentalis, (quam vocalem & auricularem appellamus, eo quod voce, & in aurem secreto fiat) quam addentes aliquid recentiorum definitioni, præsertim Gabrielis, *b* in hunc modū possumus definire. Confessio sacramentalis est *peccatoris accusatio secreta de suis peccatis, coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluatur.* Confessio peccatorum quid.

Dixi, *Accusatio*, pro genere, ex quo & differentia debet constare omnis definitio, vt dictum est supra, *c* & ad differētiā accusationum, & confessionum iudicialium, vel accidunt extra iudicium, quæ quidem non gratia seipsos accusandi, sed propter alios fines fieri solent. *d*

Dixi, *Secreta*, tum ad excludendum generalem illam, publicamque confessionem, quæ fit in principio, aut medio Missæ, vel alias sæpissimè: tum ad insinuandum nō esse necessarium, vt fiat publicè, vel alio tertio audiēte. quamuis etiam alijs audientibus facta valere possit: vt infra trademus.

Dixi, *De suis peccatis*, ad reijciendum illam, qua quidam se de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accusant. *f*

Dixi, *Coram sacerdote*, ad excludendum illam quæ fit alij, quoniam illa non est sacramentalis. *g*

Dixi, *Proprio*, id est, habenti iurisdictionem in foro conscientiæ supra illum, qui seipsum accusat. *h* Nam illa quę fit alij quā proprio sacerdoti, non est sacramentalis: siquidem absolutio facta ab illo, qui non est sacerdos, vel à sacerdote, qui non est proprius, non est sacramentalis, infra. *a*

Dixi, *vt ab illis absoluatur*, quoniam quæ fit propter alium finem, non est sacramentalis: cum essentia sacramenti pœnitentiæ in absolutione consistat, vt diximus. *b*

2 Ex qua definitione *infertur primo*, illam confessionē Domini nostri Iesu Christi, *c Confiteor tibi Pater cæli & terræ*, & alias multas huiusmodi confessiones, quarum in multis Psalmis fit mentio, non fuisse sacramentales, sed potius Dei laudes.

Infertur *secundò*, hanc confessionem sacramentalem non fuisse iure naturali inductam, cùm post aduentum redemptoris nostri omnia sacramenta nouæ legis initium habuerint, iuxta sententiam omnium, *d* quam nuper expressit Concilium Tridentinum; *e* & ita consequenter post Christi Domini aduentum incepit sacramentalis confessio, quæ est vna pars sacramenti pœnitentiæ, vt prædictum est *f*

3 Infertur *tertiò*, quòd sacramentalis confessio *g* nō fuit inuenta, neq; instituta in paradiso terrestri, *h* neque à Iosue, *i* neque à Iacobo Apostolo, *k* neq; ab Ecclesię consuetudine, *l* sed immediate à Christo Domino nostro, vt tradit Aquinas: *m* est enim ex prefata definitione colligitur, hanc confessionem sacramen-

b In 4. l. sen. di. 17. qu. 1.
c Prælud. 1. num. 2.
d Vt tot. tit. de confess. ff. Codice. Decretalibus & l. 6.
e Rod. n. 6. & 7.
f Ca. omnis de pœn. & remiss ibi peccata & ibi. Sua.
g Dict. c. omnis, ibi Sacerdoti, & clarius in Conc. Trid. sess. 14. ca. 6.
h Dict. c. omnis, ibi proprio.
a Cap. 12. nu. 11.
b In c. sacrificiū, de consc. di. 2.
c Matth. 11.
d In 4. lib. sent. di. 3.
e Sess. 7. cano 1. de sacramētis in genere.
f Supra ca. 1. nu 25. & præ 10. nu. 4.
g Vt in gloss. summę de pœnit. di. 5. nu. 2. diximus.
h Vt quidam relati ab ead. gl. dixerunt.
i Vt alij quos eadem gloss. refert asseruerunt.
k Vt alij ibi relati affirmarunt.
l Vt ipsimet gl. à Canon. ibi. & in c. omnis de pœn. & remiss. cōmuniter recepta videtur inuenere.
m In 4. lib. sent. d. 16. & 41. 17.

a In 3.par. q. 64.ar.2.& in dict.4.li.sen. dist.2.q.1. art.2.& dist. 5.q.1.art.1.
o In eod. 4. l. sen.di.17.
p In 1.par. gloss. summa de pœn.dist.5 num.14.
q Vbi supra & in lect.14. ca. 5.& cano.3. 1 Ioan.20.
r In 4.lib. sent.dist.17. & cap.quem pœnit.dist. 1. vbi nuperrime multa de confessio. scripsimus.
a In 4.li sen. di.17.q.3.a.3.
b In 4.par. tit.14.cap.
c In c.fratres de pœni.dist. 5.num.2.& seq.

cramentalem esse partem substantialem eius iuxta S. Thom *n* & communem opinionē,*o* vt latius diximus,*p* id quod et explicauit Conc. Triden.*q* declarans id fundari irrefragabil ter in illo,*r* *Accipite Spiritum sanctum,quorum remiseritis peccat remittuntur eis;& quorum retinueritis,retenta sunt.*

4 Infertur *quarto*,confessionem factam homini laico non es sacramentalem,ob idque suo loco & tempore repetendam e se secundum omnes.*s*

5 Infertur *quinto*,huiusmodi confessionem sacramentalem & auricularem,vt legitima sit,requirere sexdecim conditione quæ ijs versibus continentur.

Sit simplex,humilis confessio pura,fidelis,
Atque frequens,nuda,& discreta,libens,verecunda,
Integra,secreta,& lacrymabilis,accelerata,
Fortis,& accusans,& sit parere parata.

Quæ quidem sexdecim conditiones explicantur à S. Th à S. Antonino *b* nosq; etiã *c* copiosius & vtilius explicauim dicẽtes in sũma,quod *Simplex*,insinuat,quod sit sine plica generalitatis,vel distinctionis verborũ,sic vt confessarius pecc tũ ita intelligat,vt possit discernere,an sit mortale vel veniale

6 Circa quod multi grauiter errant,qui mortaliter peccarun nimis comedendo,nimis bibendo,loquendo,ridendo,mu mutando,irridendo,iocando,& alia similia faciendo: quæ d possint esse,imo frequenter sint venialia,confessarius intell get illa esse venialia. Quare oportet diligenter explicare cir cunstantias,per quas facta fuerunt mortalia: puta quod fuerit facta cum notabili Dei vel sanctorum,vel Ecclesiæ,vel sacra mentorum,aut religionũ irreuerẽtia;aut cum notabili aliqu nocumento salutis spiritualis,aut corporalis,honoris,fame, vel alterius rei,siue ad se,siue ad proximum pertinentis: vtru constet an grauitas culpæ peruenerit ad mortalem,nec ne,ne si ex qualitate personæ,vel modo confitendi,confessarius te lem conuincat paruitatem vel grauitatem malitiæ,*d* per ea quæ infra super vnoquoque præcepto *e* tradentur.

d Vt diximus supra præsupp 3.num.11. e ab 11.c. vsque ad 21.& super vnoquoq; vitio. 2.23.

7 *Humilis*,id est,cum signis animi submissi,modestiq;. *Pura*, id est,sine mixtione rerum impertinentium. *Fidelis*.id est,sine mendacio:maximè in his quorum veritatẽ cõfessio necessario requirit. *Frequẽs*,id est,quod fiat sępè:quæ cõditio apponitur, propter illũ,qui sępè cadit,quę quidem est secundũ cõsilium: prętereaquã in illis tantũ casibus,& tẽporibus,quibus ea præcipitur fieri à iure,vel statuto. *Nuda*,quòd iocis,aut alia re peccati grauitas nõ occultetur. *Discreta*,quòd fiat verbis honestis,sicque debitis circũstãtijs explicata. *Libẽs* hoc est, volũtaria:nẽpe vt fiat(saltẽ principaliter)propter Deũ:licet alioquin minus principaliter ex verecundia,vel quacũque alia humana causa s qui cõfitetur,moueatur. *Verecunda*,videlicet ne sicuti fabula vel historia impudenter narretur,sed cum pudore cordis, quẽ

facies

facies ipsa præ se ferat. *Integra*, quod nullū crimen (saltē leue) cuius adhibita debita diligentia recordatur, taceat. *Secreta* quo significatur primò quòd ab eodē pœnitente, nō autē per aliū faciēda sit: deinde, quòd nulli⁹ teneatur cōfiteri tertio alio audiente, imo neq; licet regulariter, saltē de peccatis occultis. 8 Cæterum, quia ex prædicto verbo, *Regulariter*, intulerunt aliqui viri pij me sensisse hoc loco, licere aliquādo publice cōfiteri, quod videbatur esse cōtra hāc cōditionē secreti omnibus probatā: & quod ipse post sanctū Antoninū, *a* & post Caietanum, *b* dixi esse peccatum infamare seipsum; constituendū est, quòd cōfiteri publicè nō est illicitū, eo quod speciatim id prohibuerit Dominus noster Iesus Christus, sed quia regulariter nō licet publicare propria peccata: verum tamen quia nonnūquā licet publicare illa in aliquem finē bonū, prout rationibus & exemplis Sāctorum, Ambrosij, & Anselmi probauimus: *c* ideo etiam licet aliquando facere dictam confessionem audiētibus alijs, vt scite declarauit sanctum Conc. Trid. *d* subdens: quod Christus non præcepit, quòd peccator confiteatur publicè; sed quod non vetuit, quin aliquis in vindictam suorum scelerū, & sui humilitatem, tum ob aliorū exemplū, tum ob Ecclesię offensæ ædificationē, delicta sua publice confiteri possit. Propter quod tollitur scrupulus de valore, ac iustitia illarū confessionū quę fiunt in mari à periclitantibus, & à peste infectis, remotis à confessario, & à vulneratis in prælijs inter medēdum, audiētibus chirurgis, & alijs opitulantibus. Illarū item, quę fiūt per interpretem ab ignorante idioma confessarij, quia non desinunt valere, & esse legitimæ, eo quod alij eas audiant.

Lachrymabilis, id est, quę secū gerat contritionē supra *e* definitam: vel saltem attritionem illā secundam, quam *f* memorauimus. *Accelerata*, id est, vt simul atque peccatū commissum est, fiat: quod quidē est consiliū, vt dicetur infra. *g* *Fortis*, vt præ timore, aut pudore, vel verecundia, nihil ex necessariò dicendis omittatur. *Accusans*, seipsum: nō autem carnem, mūdum, aut dæmonem, vel saltem nō equè, aut ita principaliter, sicut seipsum. *Parere* demū *parata*, nempe confessario, ita vt pœnitens habeat in animo exequi, quod cōfessarius ei præceperit: quod quidem partim est de cōsilio, partim verò de præcepto. *h*

9 Infertur *sextò*, per solam legem diuinā non esse definitū tēpus quo homo cōfiteri teneatur; esse autem definitū iure canonico humano, omnes peccatores semel in anno obligari ad confitendū. *i* Religiosus autem S. Benedicti, & alij saltē de honestate duodecies in anno, semel scilicet singulis mensibus, ad cōfessionem adstringūtur, *k* omnes itē sanctimoniales. *l* Vnde, secundū communem opinionem, non tenetur peccator simul ac mortiferè peccat, statim cōfiteri, etiamsi fuerit sacerdos aut monachus; vel peccatum sit notorium, secundum Panormitanū, *m* & sanctū Thomam communiter receptū; *n* id quod nos etiam

a 3. par. tit. 8 c. 4. parag. 1. b 1. 2. q. 73. a. 3. in c. inter. verba. 12. q. 3.

c In d. c. inter verba.

d Sess. 14. c. 5.

e Cap. 1. n. 1. & seq.

f Supra c. 1. nu. 14. & seq.

g Nu. 9. & 12.

h Vt inferius c. seq. explicabitur.

i Cap. omnis. de pœnit. & remiss.

k Clem. ne in agro parag. sane iū 8. gl. de statu. mona.

l Cap. 10. sess. 25. de reg. & monial. Conc. Trid.

m In præcitato c. omnis, de pœnit. & ré nu. 20.

n In 4. l. sent. dist. 17. q. 3. artic. 4.

a In c. fratres de pœnit. dist 5. a nu. 9.
a In d. c. omnis & gloss. in summa. de pœn. ead. dist 5. in cuius tertia parte. n. 27. & seq. id diximus
b In cap. de homine, de cele b. miss per arg. a contrario sensu in sess. 13. c. 7.
c In 3. part. q. 80. ar. 4. & in c. 11. ep. 1. ad Cor. & in sum. verb. cõmun. vt inferius c. 21. nu. 49. dicemus
d Quodlib. 1. art. 1.
e In ca. pastoralis. parag. 1. nu. 5. de offi. ord.
f Ca. cum infirmitas de pœn. & remi.
g Arg. l. 2. parag. si nõ propter, ff. si quis cautionibus.
h Vbi supra.
i Arg. c. final. de præscrip.
k Arg. cap. inquisitionis de sent. excom.
l Arg. c. magna de voto.
m Arg. c. legatur 24. q. 2.
n In c. 1. 17. q. 1.
o In c. fratres n. 19. de pœn. d. 5.
p Sess. 13. c. 7.

etiam *o* copiosius disputauimus. quicquid dicat Innoc. *a* præterquã quando vult sacram communionẽ accipere, aut sacrũ facere, & habet copiam confessarij, iuxta glossam singularem omnium calculis approbatam, *b* & nunc denuo à sancto Cõcilio Tridentino confirmatam, contra nouam Caietani opinionem. *c* Quocirca qui accedit ad quemcunque ordinem sacrũ recipiendum, quoniam sacram Eucharistiam accipere debet, vti communi opinione receptum est, debet confessus accedere secundum B. Thomam, *d* vel etiam quando instat verisimilis mortis articulus, quem definit esse Panormitanus *e* illum in quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, & acuta febris, *f* tempus item pariendi, *g* vt post Hostiensem Panormitanus *h* concludit, saltem quoad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles.

10. Debet item cùm probabiliter credit se per totum annũ nõ habiturum opportunitatem confitendi, vel etiã quãdo cõscientia dictat, illum ad confessionem teneri, *i* quãuis ad hoc satis esset, illam deponere, si fuerit erronea, *k* vel quãdo vouisset pluries confiteri, *l* vel etiam secundũ aliquos, quãdo statim post confessionem & cõmunionẽ in Paschate, recordaretur se fuisse oblitũ alicuius culpę mortiferę in confessione: quod tamen nullus tenet, nec ratio concludit necessario faciendum, & ita nõ est asserendum, *m* nisi fortè in illo, qui iam ad sacrę Eucharistiæ perceptionem accinctus, antequã eam sumat recordatur alicuius mortalis culpę nõdũ confessæ, & ne alijs sit scãdalo aut impedimẽto, aut quia eius cõfessarius nõ est præsens, communicat, proponens eam statim à cõmunione confiteri, nolens in sequentem annũ confessionem illius peccati differre, quòd licet secundũ rigorem iuris antiqui non possit probari esse necessarium, si propositum illud non peruenit ad votum, siquidem cum eo non peruenerit, non habuit vim obligandi, secundũ Archidia. *n* & ea quæ alibi nos tradimus: *o* videtur tamen probari de iure nouo Conc. Trid. *p* quatenus præcipit, vt qui necessitate vrgente absque præuia confessione celebrauerit, quã citissime postea confiteatur, & videtur, quod si concilium interrogatum fuisset de laicis, qui licitè interdũ cõmunicant absque præuia confessione, veluti in prædicto casu, vel alijs huiusmodi, in quibus deest copia confessarij, idem & de illis definisset, & ita videtur definisse iuxta glossam singularem. *a* An autem propter obliuionis periculum quis ante tempus statutum confiteri teneatur, dicemus infra. *b*

a In l. tale pactum, parag. fi. ff. de pact.
b Cap. 21. num. 355.

11. *Sextò* dicimus, quod post primam huius libri editionem sanctũ Conc. Trid. *c* excommunicauit eum, qui dixerit, confessionem sacramentalẽ non esse vel institutã, vel ad salutem necessariam iure diuino, ei qui post baptismũ in culpã lethalẽ inciderit, aut nõ fuisse à Christo Domino institutã & præceptã.

c Sess. 14. c. 3. & can. 6.

Eum

Eum item, qui dixerit, nos non obligari iure diuino ad confitendum omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti prę meditatione habemus, etiam occulta, & interna, solo voluntatis consensu absque verbis & operibus consummata, & circumstantias, quæ speciem peccati ex vna specie in aliam mutant. d Eum item, qui asseruerit hanc confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia seruat, esse impossibilem, vel illam habuisse originem à consuetudine, vel ordinatione Ecclesiastica, vel ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, & ob id suadendum esse eis, vt non confiteantur tempore Quadragesimę. e Vel, quod non est bonum confiteri peccata venialia. f Quo fit, vt temerarium sit aliquorum laicorum iudicium, qui iudicant Clericos, & Religiosos toties peccasse mortaliter, quoties vident eos confiteri, quod sæpe prædicari deberet ad seruandam famam illorum, qui frequentant cōfessionem, etiam cum eis non est necessaria, & ad eos in id animandum, ne tam pium, & salutare opus omittant, quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerenter, vel crederentur ab eis, qui viderent eos tā frequenter confiteri, peccata mortalia cōfessos fuisse, & cōsequenter tam frequenter peccasse mortaliter. Quando autē, aut in quibus casibus confessio, quæ nulla est, debeat iterari, dicetur infra. g

d Cap. 5. & canon. 7.

e Cap. 5. & canon. 8. & sess. 3. cano. 3. de sacram. Eucha.

f Eod. cap. 5. & Canon. 7.

g Cap. 9. nu. 3. & sequen.

De satisfactione, tertia parte sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT III.

1 *Satisfactio quid. Et est necessaria etiam post restitutionem 2.*
3 *Satisfactio triplex non est necessaria ob triplex genus peccati.*
4 *Satisfactio fit opere alias debito. Et cur melior imposita 5.*
6 *Satisfactio sacramentalis in mortali facta quid prodest.*
7 *Pœna peccati temporaria in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo statu facta tollatur.*
8 *Bona in malo statu facta prosunt etiam ad præuia gratiæ.*
9 *Satisfactio vna pensat offensam factam, altera cauet futuram.*
10 *Occasio peccandi propinqua cauenda, non remota.*
11 *Miles & mercator non tenetur necessario abstinere ab arte sua.*
12 *Occasio, quæ est propinqua peccandi vni, non semper est alteri.*
13 *Pœnitens non tenetur credere, se non peccaturum in arte sua.*
14 *Occasio propinqua studiose definita.*
15 *Occasio de qua credendum quod raro inducet ad mortale.*
16 *Matrimonio inualido coniuncti vt possint licite cohabitare.*
17 *Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet.*
18 *Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, nō absoluendus.*
19 *Concubinarij qui non possint absolui, & qui possint.*

20 *Hospita-*

20 *Hospita solita pollui cum hospite quomodo potest absolui.*
21 *Absoluendæ quæ familiares peccantes cum cognatis, & heris: & nu. 22.*
23 *Absoluendi, qui aulici non sunt reginarum mensis præsentes: & nu. 24.*
24 *Absoluendus non est miscens se cœtui lasciuo: & nu. 26.*
25 *Absoluendus non est qui comedit ad mortale incitantia.*
26 *Clystera quis fundens non absoluendus.*
27 *Fœminam quis manuducens absoluendus.*

1 DE satisfactione dicimus multa. *Primo*, quod satisfactio secundũ Scotũ *a* bifariã sumitur: *large* videlicet siue in genere, *b* & *stricte*, siue in specie. *c* Et *large* quidem accepta cõprehendit restitutionem, quippe quę est genus ad illam, vt innuit glossa, *d* & diximus. *e* Accepta vero *stricte* differt ab illa, quoniam restitutio est redditio rei acceptæ, vel damni illati compensatio, secundũ omnes, *f* vel repositio rei in eum statũ, quem habuit. *g* Neque enim est solutio ratione culpæ contra Deũ commissæ, imo potius est à peccato cessatio, iuxta communem sententiam. *h* Satisfactio vero in specie accepta, nempe pro tertia parte sacramenti pœnitentiæ, definiri potest, vt nuperrime definiuimus, *i Passio voluntaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum, cum proposito non offendendi eum amplius.*

Dixi, *Passio* pro genere, & non, vt in alia editione, Compensatio, quia compensatio proprie non est simplex solutio, sed debiti & crediti inuicem inter se contributio, *k* qualis non videtur proprie omnis, de qua loquimur, satisfactio.

Dixi, *Voluntaria*: quia debet esse actus virtutis, vt probat S. Thomas communiter receptus; *l* & omnis actus virtutis debet esse voluntarius, iuxta illud *m Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.*

2 Ex qua definitione *infertur* id, quod Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum temeritatem nos docet: videlicet eum, qui peccauit, non solum teneri ad restituendũ damnum illatum alteri, si quod intulit; *a* verum etiam ad satisfaciẽdum Deo pro offensa, & iniuria ei per rebellem transgressionẽ eius præceptorum facta, siue alteri noceat, siue non, sicut resolute diximus, *b* nempe fore necessarium pœnitenti propositum satisfaciendi Deo in hac vita per pœnitetiam, aut indulgentiam, vel in purgatorio per pœnam. An vero teneatur sub pœna peccati acceptare pœnitentiam à sacerdote iunctam, & ad habendum propositum satisfaciendi in hac vita, dicemus infra, *c* vbi contrarias opiniones referemus.

3 *Secundo* dicimus, satisfactionem tripliciter fieri: videlicet ieiunijs, orationibus, & eleemosynis, secundũ omnes, *d* ad quas omnes aliæ satisfactiones reducuntur: quoniam vigilię, peregrinationes, & alia huiusmodi, quę carnẽ affligũt, ieiunio adnumerãtur: opera vero misericordię corporalia eleemosynis, spiri-

a In 4. li. sen. dist. 15. q. 1. art. 1.
b Vt in l. 1. si quæ satisd. cogant. & in l. si quẽ. parag. omnis. ff. de pignor. act.
c In c. Perfecta, de pœnit. dist. 1. & in c. satisfact. de pœn. dist. 3.
d Cap. per venia. de reg. iu. li. 6.
e In rubri. de restit. spol.
f In 4. li. sent. dist. 15. & toti. de rest. spol.
g l. restituere ff. de verb. sig. & c. si quẽ parag. fin. 2. q. 3. & diximus latius in dicta rub.
h In dicta d. 15. quam robat ca. sæpe, de rest. spol.
i In cap. satisfacti, de pœn. di. 3. n. 2.
k Lib. de compens.
l In 4. li. sent. di. 15. q. 1. a. 1.
m Psal. 118.
a Cap. si res 14. q. 6. & reg. peccatum de reg. iur. l. 6.
b In c. 1. parag ponat se, de pœn. di 5. & in d. c. satisfact. de pœn. di. 3. & dicemus inf. c. 26.
c In dicto ca. 26 n 20.
d In 4. l. sen. di. 16. & facit ca. anima 33. q. 2.

spiritualia v
3 *Tertiò* d
cunt, scilice
videlicet, o
nempe cor
re per satisf
& confessi
sed solum
Et si respon
duo opera
tis, licet ali
diuersas rat
ueniunt ad
quibus tam
4 *Quarto* d
opera alias
fiunt, non s
tisfaciẽdum
bulationes,
ta, offerẽdo
S. Tho. *g* qu
5 *Quinto* d
pœnitente a
quisque spo
nam ex diffi
cæteris pari
fectum: iuxt
6 *Deinde* qu
caro mortal
altera verò
magis comm
eã non solu
ad triumph
7 *Neque ob*
S. Th. & qu
factum, est
quod opera
sionis Dom
tur, nisi eius
quia etiam i
Ricardum,
appello con
ne auctorita
necessario eã
à sacerdote
pro tempor
idem S. Tho

spiritualia verò orationi, secundum Scotum. e

e In præcitato 3. lib. sent. dist. 15. q. 4.

3 *Tertiò* dicimus, non esse satis limitatū illud, quod multi dicunt, scilicet, quod sicut tribus modis contingit peccare, corde videlicet, ore, & opere: ita tribus modis oportet satisfacere, nempe corde per contritionem, ore per confessionem, & opere per satisfactionem; quoniam hic non agimus de cōtritione, & confessione, quæ sunt aliæ partes sacramenti pœnitentiæ, sed solum de satisfactione, quæ est tertia pars ab illis distincta. Et si responderis contritionem, & confessionē, quatenus sunt duo opera pœnalia, posse nuncupari species huius tertiæ partis, licet alioqui sint duæ partes eiusdem sacramenti propter diuersas rationes; replicabo, esse multa peccata quæ non perueniunt ad os, & plurima, quę non perueniunt ad opus, pro quibus tamen omnibus est satisfaciendum.

4 *Quarto* dicimus, quod hęc satisfactio fieri potest per bona opera alias debita, vt copiosè deducit Caietanus: *f* dū tamē illa fiunt, non solū ad debitum persoluendum, verùm etiam ad satisfaciēdum pro peccato: quin etiā potest fieri per ærūnas, tribulationes, & flagella à Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerēdo ea in recompensationē nostrarum offensarū, iuxta S. Tho. *g* quod postea Conc. Trid. redegit in articulum fidei. *h*

f Tomo 1. Opusculor. Opuscul. 6. q. 1.

g In 2. l. sent. dist. 15. q. 1. ar. 4.

h Sess. 14. can. 8. & 9. & can. 17.

5 *Quinto* dicimus, quod satisfactio à confessario iniuncta, & à pœnitente acceptata, duplici ex causa est præstantior illa, quàm quisque sponte suscipit: *Primo*, quia est illa magis satisfactoria; nam ex diffinitione colligitur esse quid sacramentale, quod cæteris paribus, ob sacramenti fomentum, maiorem habet effectum: iuxta ea quæ diximus. *a*

a In cap. 1. in princi. de cœnis dist. 6. nu. 46.

6 *Deinde* quia secūdū omnes satisfactoria est, licet fiat in peccato mortali, saltem pro tēpore, quo peccator ab eo surrexerit; altera verò minimè, iuxta S. Th & alios, *b* licet nos *c* opinionē magis communē Scoti & Ioan. Maioris, *d* tenuerimus, dicētes, eā non solum valere quoad militātem ecclesiam, sed etiā quoad triumphantem, contra distinctionem Cardinalis Caietani. *e*

b In 4. l. sent. dist. 16. q. 1. art. 2.

c In præcitato cap. 1. in pri. nu. 46.

d In dist. 4. lib. sent. dist. 15. q. 1.

e In di. tomo 1. Opusc. Opusc. 6. q. 1.

7 *Neque obstat*, quod quidā dicitur opponere, quod secundum S. Th. & quosdam alios, nullum opus in statu peccati mortalis factum, est satisfactoriū pro pœna peccato debita, ea ratione, quod opera nostra bona non sunt satisfactoria, nisi virtute passionis Domini nostri Iesu Christi, & quod illa non cōmunicatur, nisi eius amicis, sibiq; gratis: non, inquam, hoc obstat. *Tum* quia etiam ipse affirmo, *f* id tenere S. Thom. *g* Bonauenturam, Ricardum, Durandum, & *h* Caietanum, *i* quorum sententiam appello communē ibi. *k* *Tū* quod nō est pro communi opinione auctoritas aliqua, cui necessario sit standum; nec ratio, quæ necessario eā euincat. *Tū* quod omnes sentiunt, pœnitentiam à sacerdote iniunctā, & in peccato mortali adimpletā prodesse pro tempore quo peccator ad gratiā surrexerit. *Tū* quod etiam idem S. Thomas post Magistrum *l* tenet *m* suffragia facta pro

f In præcitato tomo 1. Opusc. Opusc. 6. qu. 1.

g In 4. li. sent. dist. 15. q. 1. art. 3.

h In ea di. 15

i In præcitato tomo 1. Opusc. Opusc. 6. qu. 1.

k Et in eod. c. 1. parag. sacerdos nu. 29 & seq.

l In 4. l. sent. dist. 45.

m In 2. lib. sent. dist. 45. q. 1. art. 4. q. 4. ad 3.

defunctis ab existēte in peccato mortali, prodesse illis qui sunt in purgatorio, quod etiam Augustinus Triūphus Anconitanus asseruit, *n* quem retulimus. *o Tum* quod multi tenent, peccatum veniale posse remitti absque mortali, quorum sententiam validis argumentis muniuimus. *p Tum* quod ipsemet Christus, & Apostoli eius ad preces aliquorum peccatorum sanarunt multos ægrotos, etiam antequam iustificarentur.

8 *Tū* quod rationi eorū nouæ responderi potest, concedendo quidē opera nostra nō esse satisfactoria pro pœna peccato debita, nisi per virtutē quā accipiūt ex passione Christi, vt declarat sacrū Cōc. Trid. *q* & quod illa nō cōmunicatur, nisi suis amicis, sibiq; gratis, quoad gratiā & gloriā æternā, nec consequenter quoad remissionem ęternę pœnæ, vt sentit idē Conc. Trid. *r* negando tamen, quod non communicetur bene operātibus quoad pœnā temporalem, in quā, remissa culpa, commutatur æterna, vt satis sentit idem Conc. quatenus habet, eā communicari, quoad præparationem necessariā ad consequendā gratiam iustificātem, quod est maius, quam remissio pœnæ tēporalis, in quam iam commutata est per remissionem culpæ. *Tum* quod bona in statu peccati mortiferi facta prosunt ad multa, iuxta glossā, *a* & nos quoq; post alios vtrobiq; tradidimus, *b* etiam tangentia iustificationem; qualis est pręparatio ad gratiā: auxilium item speciale ad illam faciendā, vt prædictum Conc. satis probat. *c Tū* quod maior ratio suadet, vt communicetur quoad pœnam temporariā, quam quoad pœnam æternā, quæ commutata est in tēporalem: & communicato principali videtur communicatum accessorium. *d Tū* denique quod communis opinio nō facit ius, imo vnius sentētia meliore ratione fūdata debet ei pręferri. *e* Quare non dānantes communē, credimus hāc esse veriorem, & eā cupimus esse omnibus persuasam ad effectum implēdi pœnitētiā, & faciendi multa bona opera in malo statu peccati Cupimus autem alterā credi ad effectum magis abominādi peccata mortifera, vt horrenda monstra; eo quod secundū illā, non solum auferunt gratiā, sed etiam facultatem satisfaciēdi pro pœna temporaria peccatis iam condonatis, & venialibus debita, quod etiam insinuauimus alibi. *f*

Sextò dicimus, quod post primā editionem huius libri Conc. Trid. *g* excommunicauit eum, qui dixerit totam pœnam simul cū culpa remitti semper à Deo, ita vt non sit opus amplius quā credere Christum Dominū pro omnibus satisfecisse. Excommunicat item affirmantem, non satisfacere nos Deo pro peccatis per pœnā temporalem, in quā cōmutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediātibus meritis Domini nostri Iesu Christi, nec sufferendo mala pœnę nobis à Deo inflicta, vel à confessario iniuncta, vel à nobis spōte suscepta. *h* Excōmunicauit item asserētem, satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redimūt, nō esse veros Dei cultus, sed traditiones hominum

n In summa de potestate Papa. 1. par. q. 32. art. 2.
o In tract. de Iubilæo notab. 22. nu. 3. & in ca. fin. n. 5. de pœn. dist. 4.
p In præcit. parag. Sacerdos n. 25. & c. de quotidianis nu. 11. de pœn. dist. 3.
q Sess. 14. c. 8. & 9. & can. 13. & 14.
r Sess. 6. ca. 8.

a Cap. quod quidam de pœn. & rem. & c. quærat. parag. quod autē de pœn. dist. 3.
b Et in hoc Enchirid. supra præl. 7. nu. 3. & latius inf. cap. 27. n. 267.
c In dicta sess. 6. cap. 7.
d Arg. l. cum principalis, & l. nihil parag. cum principalis ff. de reg. iur. & c. accessorium de reg. in l. 6.
e L. 2. parag. sed nec c. de veter. in enuc. vnde hoc Pan. receptum colligit.
f Sub finem præcitati parag. sacerd.
g Sess. 14. ca. 8. & 9. & can. 11.
h Cano. 13.

hominum,& doctrinam humanitus adinuentam,gratisq; confictam.*i* Est tamen notãdum, quod vt dictum Conc. *k* definit, nostræ satisfactiones non habẽt vim, neque efficaciam nisi nitantur meritis Domini nostri Iesu Christi, qui eam eis tribuit.

i Cano.14. k in prædi. cap.1.

9 *Septimò* dicimus,quod cum in exordio huius capitis dicitur, quòd satisfactio hæc,quę est tertia pars sacramẽti pœnitentię, habet duas partes,quarum vna est passio voluntaria pœnę pro peccato, seu offensa facta, & altera abstinentia à facienda, & quod hæc secunda pars requirit,vt B. Aug. ait,*a* vt excindãtur causæ peccandi; quærunt nonnulli grauissimi & peritissimi confessarij grauissimas & quotidianas quæstiones,quarum decisio pendet ex duabus generalibus. Altera est. An ad absoluendum pœnitentem sit necessarium, vt ille statuat se non vsurum amplius occasione aliqua, quæ illum ad peccandum impulit? Altera. An sit opus vt statuat, numquam se præbiturum alteri occasionem peccandi,quam antea præbuerit.

a In c. satisfac. de pœn. di.3.& in li. de dogmat. Eccl. cap.54.

10 Ad quarum priorem respondebimus in hac additione: ad posteriorem verò in ea,quam faciemus infra. *b* Respondemus itaque *primò* non teneri statuere numquam se vsurum occasionibus remotis. Nam alioquin,sicut ad aliud propositum,inquit Paulus,*c* esset necesse migrare ab hoc mundo: siquidem quidquid ferè in eo est,potest esse occasio peccandi,quia potest esse talis occasio bona valetudo,& morbus, diuitiæ, & paupertas: habere,& non habere vxorem, parentes, liberos, consanguineos,amicos; pax item & bellum,prospera & aduersa; & quid non. *d* Nec etiam tenetur statuere, se perpetuo abstenturum ab occasionibus propinquis peccati venialis; quia cum ad sui absolutionem non sit necessarium propositum numquam venialiter peccandi,ita neque erit necessarium propositum nunquam vtendi occasionibus sic peccandi. *e*

b Ad c.14. nu.32.

c 1.ad Cor.5.

d Iuxta c.de occidendis, sub fin.23.q. 5.& ea,quæ notantur à S. Tho.2.2.q.43. art.5.

e Ar. à maiori.iuxta Cl.1. de relig.& vener.sanct. & c.cum cuncti.s de elect.

Respondemus *secundò*, necessarium esse abstinere à propinquis. sed quales dicuntur huiusmodi? Respondeo, quod malem audire alium optimè respondentem, quàm respondere; quia nemò, quem viderim, id pro dignitate definit, & sufficiens eius determinatio est difficilis.

f In c.negocium de pœn. n.5.& in hom. 24. in Euang.

11 *Primò* quidem,quia non videtur satisfacere illa Gregorij: *f* licet sit omnium optima,scilicet: quod est illa,qua non possumus, aut non sine magna difficultate vti sine peccato: quoniã S. Leo *g* dicit difficile esse militi & negotiatori abstinere se à peccato, suam artem exercendo; & certum est, quod licet sit bonum consilium pœnitenti militi, aut negotiatori, ne ad artem suam reuertatur,*h* non tamen est necesse,vt probauimus, *i* quod illius dicta continet.

g In c. qualitas, & in cap. contrariũ de pœn.d.5.& in epist.90.ad Rusticum. h Vt c. consideret parag. in his omnibus de pœn. di.5. i In prædictis c.qualitas & c.contrarium de pœn. dist.5.

12 *Deinde*,quia id quod vni est occasio propinqua huiusmodi, nõ est alteri: nã adolescẽti & puellę est occasio propinqua huiusmodi degere solos in eadẽ domo, *k* qualis tũ non est seni,& puellæ,neque vetulæ & adolescẽti. Præterea nõ est,vt plurimũ,

k Arg.gloss.c. absit 11.q.3.

talis occasio cohabitatio cum matre sua, filia, nepte aut sorore, a quandoque tamen sic. b Adire item conspectū tyranni principis Turcarū, est occasio propinqua huiusmodi deficiendi à fide homini pusillanimo & inconstāti: non tamen forti & constanti, imo est occasio martyrij. c *Denique* nulla occasio est, quæ nos possit cogere ad peccādū: quia vt inquit Aug. d *Peccatū adeo est voluntariū, vt nullo modo peccatū sit, si non sit voluntariū*, e & tradit Aquinas, f & nulla occasio est, quæ aliquando non facit peccare aliquem: & quod peius est, nullum est officium in quo, qui in eo versantur, interdum non peccent, iuxta illud: *Quid est in hominum vsu bono ac licito, vnde non possit pernicies irrogari?* g

a Cap. voluntas, &c. cum omni 81. di.
b Cap. 1. de cohab cler. & mulier.
c Ca. presbyteros 50. dist.
d In parag. 1. 15. q. 1. & in 2, Retra. cap. 23.
e Faciunt ca. tolerabilius, &c. ita ne. 32. qu. 5.
f 1. 2. q 71. a. 5. & q 72. ar. 6. & al. bi sæpe.
g Ca. de occidēdis 23 q. 5.

13 Respondemus *tertio*, quod, vt aliqua occasio sit huiusmodi, non satis est, vt pœnitens & confessarius credāt, quod nisi pœnitens se abstineat ab ea, nonnunquam ob eam peccaturus est, etiam mortiferè in suis officijs, neque oportet id credere, vt pœnitens absoluatur, iuxta Innoc. receptum: h quamquam teneatur proponere, nunquam se amplius ope diuina mortaliter peccaturum: & paucorum militum, & negotiatorū confessarij credunt illos in posterum non peccaturos mortaliter in illis suę vitę artibus; attamen, vt dictum est, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cùm neque B. Ioannes Baptista præceperit i militibus ab eo quærentibus, quid facto opus esset, vt salui fierent, deserere militiam; neque Ecclesia præcipit militi, aut negotiatori, ne perseueret in suis officijs, quamuis id consulat; k imo numerat illa inter licita, tametsi periculosa. l

h In c. omnis de pœn. & remiss.
i Luc. 3.

14 *Quarto* respondemus, quòd occasio propinqua huiusmodi, à qua pœnitens necessario debet abstinere, atque statuere, se nunquam ea vsurum, vt à confessario absolui possit, est omnis illa, & sola, *quæ est peccatū mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius, vel pœnitens, nunquā, vel raro, se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circumstātijs.* Dixi *Quod in se est peccatum mortale*, vt includerem officium, & artem Necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes & officia, quæ non possunt exerceri sine peccato mortali. Dixi, *Peculiaris*, ad excludendam occasionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo possumus vti licitè; credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter; hæc etenim non est talis occasio: siquidem illum, qui dixerit, eam esse talē, oportet dicere deseranda esse à pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquando peccauit, vt possit absolui, quia omnia præbent occasionem generalem peccandi, de qua credendum est, quod nonnunquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum superius dictum, cuius contrarium ibi probatū est. Dixi, *Confessarius aut pœnitens*, quia satis est, vt alter eorū credat, aut debeat credere. Dixi, *Nunquam aut raro*, vt excluderem eas, quibus frequenter vtimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissimè vtimur sine illo. Dixi, *Perpensis circumstan-*

k Iuxta cap. considerer. parag. in ijs de pœn. di. 5. l Cap. nolli, c. militare, 23. q. 1. ca. quoniam, &c. dist. & tract. S. Th. in 4. lib. sent. dist. 16. q. 4. a. 2. q. 3. occasio peccati quæ fugienda.

tijs, vt signific
casio sit talis
vt confessarit
per eam est p
nititur eo, qu
tualiter) nun
& consequen
fera, aut pecu
cati mortalis
peribit in illo.
peccatum mo
per ad sic pec
Ex qua defi
simas, & quo
quod Confes
tem, qui non
sunt ei simile
confessarius &
aliqua causa i
icto simili: à
effectus, secur
15 Dixi, Re
runt circumsta
peccabit prop
multum rumi
quod tunc pos
do quatuor co
Secundum, vert
in ea. *Tertium*,
in ea se inuene
sa non separar
16 Ad quod
quo duo, quo
tum erat inua
cohabitarunt
parati tantum
frater, & soror
se duos matri
soror: licet no
potentiam. C
quod impote
alter esse pote
turpissima esse
pulam apti, su
delectationi i
ctus Papa, si sa
expedit nimis

tijs, vt significarem, quod hęc possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pœnitens credat, quod nunquam, aut raro per eam est peccaturus. Huius autem definitionis probatio nititur eo, quod nemo potest absolui, nisi statuat (saltem virtualiter) nunquam se in posterum mortaliter peccaturum, & & consequenter euitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera, aut peculiaris huiusmodi, quam probabiliter credit peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud. *a Qui amat periculum, peribit in illo.* *b* quippe non vitare huiusmodi occasionem est peccatum mortale; at talis est occasio, qua credit, se ferè semper ad sic peccandum impulsum iri.

a Eccl 5.
b De quo late diximus in c. si quis autem n. 4. & 5. de pœn. 4 lib. 7.

Ex qua definitione colligitur peculiaris responsio ad grauissimas, & quotidianas quęstiones nobis propositas. *Prima* est, quod Confessarius non debet regulariter absoluere pœnitentem, qui non vult relinquere occasionem, quę ferè omnes, qui sunt ei similes, facit quasi semper mortaliter peccare. Quoniã confessarius & pœnitens debent credere, quod id quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficiet alia ei similis in alio subiecto simili: à pari enim causa in pari subiecto par producitur effectus, secundum doctrinam Aristotelicam. *c*

c Lib. 1. Physico.

15 Dixi, *Regulariter*, quia bene poterit, quando tales occurrunt circumstantiæ, quę persuadent, quod nunquam, aut raro peccabit propter eam: quamuis non se abstineat ab ea, & re multum ruminata, Spirituique sancto commendata, videtur quod tunc possunt hoc credere Confessarius & pœnitens, quãdo quatuor concurrunt. *Primum*, vera pœnitudo præteritorũ. *Secundum*, verum propositum non peccandi, cùm se inuenerit in ea. *Tertium*, credulitas quod, Deo iuuante, non peccabit, cùm in ea se inuenerit. *Quartum*, quod subsit aliqua rationabilis causa non separandi ab ea.

16 Ad quod me mouet. *Primo*, quod occurrit mihi casus, in quo duo, quorũ matrimonium ob certũ occultũ impedimentum erat inualidũ, post susceptos liberos quatuor annis simul cohabitarunt in eadem domo expectantes dispensationem, separati tantum à toro, continentes se à venereis, non secus ac frater, & soror. *Deinde* quod Papa Lucius tertius, *a* definit, posse duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt frater, & soror: licet non valeat eorum matrimonium ob coeundi impotentiam. Cuius argumenti vim non tollet, qui responderit, quod impotentia eos à peccato præseruabat, tũ quia poterat alter esse potens, tum quod experientia constat, multa eaque turpissima esse peccata inter multos, qui tametsi nõ sint ad copulam apti, sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de ijs quidem loquitur prædictus Papa, si satis eius verba expendantur. *Tertio*, quod non expedit nimis adstringere pœnitentem: *quia qui nimis emun-*

a In c. consolationi de frigid. & male.

git, elicit sanguinē. b *Quartò*, quòd multū interest inter peccatum, & occasionem peccandi; quippe non licet vnquam ad peccatum redire, ad occasionem autem licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. *Quintò*, quòd non est opus credere nunquam in posterum se mortaliter peccaturos, per dictum Innocentij approbatum, & superius adductum. c

17 *Secunda* responsio, quæ ex prædicta definitione colligitur, est, quòd rectè faciunt confessarij, absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarū in eadem domo: licet non proponant perpetuò abstinere ab occasione peccandi, quam id illis præbet, quamuis sæpius peccent volūtate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula; quia occasio, quæ ex hoc prębetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum, neq; huiusmodi, vt ferè semper faciat mortaliter peccare eos qui ea vtuntur: & consequenter proposita definitio occasionis propinquę non conuenit illi.

18 *Tertia*, quòd non potest absolui miles, qui vult redire ad bellum quod credit esse iniustum, neque qui vult redire ad suam Necromantiam, vel Superstitionem, aut exercitium vsurarum, aut cambiorum vsurariorum, aut contractuum iniustorum, & alia similia, quæ exerceri sine peccato mortali non possunt, iuxta mentem S. Thomæ. d

19 *Quarta* responsio, quòd non possunt absolui concubinarij publici, iuxta Angelum: e neque etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus, iuxta Syluestrum, f quia est occasio, quę in se est peccatum mortale ob scandalum quod scientibus prębet, vnde conuenit ei prima pars propositæ definitionis.

Quinta, quòd regulariter non possunt absolui concubinarij, quamuis occulti, vt dicemus infra, a quia confessarius vel pœnitens debet credere, quòd nunquam, aut rarò, si simul viuāt, omittent peccare mortaliter volūtate, verbis, vel opere. Dixi *Regulariter*, quia rectè poterunt absolui concurrentibus quatuor prędictis, quę sufficiunt, & sunt necessaria, vt confessarius & pœnitens credant nunquam aut rarò futurum relapsum, per rationes in secunda responsione adductas.

Sexta, quòd non potuit absolui quædam concubina, nolens omittere occasionem & voluntatem visitādi suū concubinū ęgrotantem, & tenendi, aut porrigendi illi candelam in agone mortis, si sciebatur eius esse cōcubina, quia est occasio, quę in se est peccatū ob scādalū quod datur; imo neq; si nesciebatur, nisi concurrant illa quatuor, quę diximus debere concurrere; b quē cōcursum equidem non crederem interuenire, nisi illa conciperet propositum adhortādi eum saltem generatim, & sincere ad pœnitentiā peccatorū præteritorū, vt eorum memoria per pręsentiam renouata sit potius theriaca, quā aconitū. Nā tunc, quia cessaret ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio. c

20 *Septima*,

b Pron. c. 30. & c. denique 4. dist.

c In omnis de pœn. & rem.

d 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4. & 4. l. sent. dist. 16. q. 4. art. 2. q. 3. in corpore q.

e In verb. cōcubinatus.

f Eodē verb.

a Cap. 16. nunc 10. & seq.

b Sup. n. 15.

c Cap. cum cessante, de appellat.

20 *Septima*, quod confessarius potest iuste absoluere illam hospitam, quæ hospites excipiens, quoties quemdam certum excipit, habet rem occulte cum illo: modo statuat, & polliceatur numquam in posterum se recepturam eum, etiam non data alia cautione; quia nullus est textus, neque ratio, quæ probet, aliam cautionem esse præstandam. Imo, concurrentibus prædictis quatuor, posset eam absoluere sine huiusmodi proposito & promissione, quando absque magno detrimento & scandalo non posset eum ab hospitio suo prohibere: modo proponeret, ac promitteret, nunquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo pœnitere, & iam confessam fuisse, proposuisseque nunquam se amplius cum eo peccaturam.

21 *Octaua* responsio, quod possunt absolui sine separatione, cognatę, ancillę, ac famulę, quæ rem habuerūt cū suis consanguineis, dominis, vel his in quorum domo degūt, concurrentibus quatuor prędictis: quorum quartum, scilicet causa notabilis est quod nō possūt sine magno incōmodo, & detrimēto separari.

Est tamen quæstio notabilis, An possint absolui prędictę iterū, absq; separatione, si reciderint. & videtur nobis posse concurrētibus prędictis quatuor. Et idem dicendū arbitror de tertia, & quarta vice: quia nō solum semel, aut bis, vel septies, sed etiā septuagies septies est parcēdum, *a* & quia quotidie absoluimus multos, qui quotannis recidūt: quia recidere nō est necessariū argumentum, ad iudicādum pœnitentiam præsentem vel præteritā non fuisse, aut non esse veram. *b* Veruntamen ipse, si esem confessarius, non absoluerem eas, si viderem, quod vicibus præteritis nulla emēdatio, neq; incheatio eius extitisset: neq; si circūstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & magna propensio earum ad peccādum, & diffidentia, quā habent illæ de pœnitudine alterius partis, mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla consequeretur emēdatio. Et facilius negarem absolutionem famulæ quā cognatæ: & cognatę, quæ non esset in primo gradu, quā ancillę; quia facilius possunt separari alię, quā aliæ. & ante absolutionē præciperem eis, vt forti & Christiano animo dicerent personis, quibuscum degunt & peccant, negari sibi absolutionē, nisi separentur, obsecrarēq; vehementer per Deum, vt incant rationem, qua honeste ab illis separentur, alioqui se cōfessario obedituras; quo pacto absoluerē eas: quia mihi viderentur satis quatuor prędicta concurrere, & postea, quamuis non sequeretur separatio, si tamē consequeretur notabilis emendatio, eas iterū absoluerem spe maioris correctionis futuræ, commendata re Iesu Christo Domino nostro, vtendo prudentia, & varia circumspectione, quę ob varietatem circumstantiarū adhiberi deberet, proposito ante oculos primum remedio spirituali animarum, deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quantū fieri posset, & nonnumquam

a Matt. 18. Luc. 17. & ca. septies pœn. dist. 3.

b Quod probat Gratian. dist. 5. de per totam.

a Cap. 26. nu. 22. vterer erga ancillam eo remedio nouo, quod ponimus infra.

22 *Nona* responsio, quod idem dicendũ est de illo, qui occulte rẽ, aut impudicos tactus habet cum aliqua consanguinea, aut alia sibi amica in alia domo degente, scilicet eũ absolui posse sine proposito nunquam ingrediendi eam: quamuis adigerem eum, vt proponeret, se nunquam solum cum illa sola sine maxima causa in eadẽ camera versaturũ: & vt admoneret eam, se pœnitere peccati cũ ea commissi, & confessum esse, rogaretq; eam, vt idem faceret, persuasumque sibi haberet, frustra eam cogitaturam se amplius rediturum ad illud peccatum, vel se solum cum ea in aliqua secretiore parte conuersaturum.

23 *Decima*, iuste fuisse responsum cuidam aulico, qui adsistens de more curię Reginæ mensę, adeo blãde cum quadam nobili eidem mensæ adsistenti colloquebatur, vt non solum se oblectaret sermone & cogitatione sordidis, sed etiam turpi se pollutione interdum fœdaret. Fuit enim responsum, ipsum non posse absolui, nisi statueret, numquam se in posterum sic conuersaturum cum ea, etiamsi versaretur animo ducendi eã vxorem, & pares ad id essent: quoniam illa occasio est in se peccatum mortale, & consequenter propinqua, quę necessario euitari debet per primam definitionis partem.

24 Quinimo *addo*, non satis esse, vt proponat se cum illa in posterum non sic versaturum: quia necesse est, vt proponat se non versaturũ, etiam alio modo ex se licito, de quo tamen crederet suam imbecillitatem & amorem erga illam eiusmodi esse, qui quasi semper eum induceret ad peccãdum, quoties cum ea sic versaretur. Id quod etiã est dicendum de puellis nobilibus, adstantibus Reginarũ mensis, & de adolescentibus, & adolescentulis nobiliũ, & rusticorũ qui in aliquibus partibus conueniũt, & mutuo sese miscent, & contingunt: & dum choreę ducũtur, & alia spectacula fiunt, illi in illarum gremijs recũbunt, fingentes id facere, quo illæ capita eorũ vermiculis purgent: interdũ impudice se tangentes, & amplectentes, & facientes id genus alia dignissima quæ à cõcionatoribus publice reprehẽderetur.

Vndecima, quod possunt absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui sunt in facie Ecclesiæ coniugati, & propter legitimũ aliquod occultum impedimentum non valet eorum matrimonium, expectantque dispensationem, vt denuo contrahant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum.a

a Per supradicta n. 16.

25 *Duodecima*, quod etiam absolui potest ille, qui ob esum rerum calidarum incidit in adeo graues carnis tentationes, vt eũ aliquando impulerint ad consentiendũ pollutioni vel fornicationi, sine proposito nũquam in posterum sic edendi, concurrentibus quatuor prędictis. Imo credo, quod in hoc casu sufficeret concursus trium priorũ, quia occasio non est propinqua, quippe quę non est in se peccatũ mortale, neq; facit quasi semper mortaliter peccare illos, qui ea vtuntur: quod tamen intel-

ligendum

ligendum est de illo, qui non comedit sic in hunc malum finē: nam si comederet in eum, illud esset in peccatum mortale: & consequenter esset necesse statuere nunquam se illa vsurum.

26 *Decimatertia*, quod etiam potest absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui ob sermonem, vel confabulationē, choream, vel amplexū alterius, iuxta honestam patriæ consuetudinem, sæpe per delectationem morosam, & deprauatā volūtatem peccauit, absq; proposito nunquam ea occasione vtendi: quo etiā in casu credo sufficere cōcursum trium priorū; quoniam hæc occasio nō est ex ijs, quę sunt in se mortiferę: neque ex iis, quæ fere semper ad mortifere peccandum nos inducūt.

Decimaquarta responsio, quod idē est dicendum de viro fundente clisteres mulieribus, & de fœmina eosdem fundēte viris, & de chirurgo, & medico, qui medendis pulchris fœminis in locis secretioribus sæpe peccarunt, saltem morosis delectationibus, & libidinosis ac deprauatis voluntatibus.

Decimaquinta, quod idem item est dicendum de confessario, qui quoties audit confessionem certę cuiusdā personę, peccat; & de pœnitente qui idem facit quoties confitetur certo cuidā confessario consueto, & non possunt commutare sine aliqua magna nota, poterūt etenim absolui sine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 *Decimasexta* responsio, quod idem est dicendū de persona quæ ex eo, quod ducat aliā manu, aut ducatur ab alia, vel quia vidit lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aspectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, braccharum, perizomatum, aut aliorum eiusdem generis sæpe peccauit. Quāquam optimum esset cauere ab ijs omnibus, quando ex eo non sequeretur notabile damnum.

De potestate, scientia, & bonitate confessarij.

CAPVT IV.

1 *Confessarius debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem.*
2 *Sacerdos non omnis potest audire confessiones, & n. 3.*
3 *Sacerdos non omnis habet iurisdictionem actualem.*
4 *Sacerdos in articulo mortis quoslibet absoluit.*
5 *Et quem extra illum, n. 6. & 7.*
8 *Confessarius quis perfectus, & quis sufficiens.*
9 *Confessarius audiens ex præcepto minori scientia indiget, quàm audiens sponte & n. 10.*
11 *Confessarius potest esse quis idoneus vni loco, & non alij.*
12 *Confessarius non est sufficiens absque iusta scientia, & soluendi potestate.*
13 *Confessarius imperitus qui excusetur à culpa.*

14 *Prælato præcipienti audire confessiones qui subditus non paret.*
15 *Confessarius absoluens in peccato peccat, sed valet absolutio.*
16 *Absolutio sacramentalis quod sit actus iudicialis est de fide.*

CIrca hoc caput de potestate, scientia & bonitate confessarij dicimus, *primò* confessarium debere pollere potestate, *a* itē scientia, *b* itē bonitate, vt recte suo munere perfungatur. *c*

2 Et *potestas* quidem consistit in hoc, quod sit presbyter habens iurisdictionem actualem, ordinariam, vel delegatam, quę ad peccata sibi confessa extendatur, iuxta id, quod habetur in iure, *d* & in Conc. Trid. *e* tradit S. Thom. *f*

3 Ex quo *efficitur*, vt non omnis sacerdos eo ipso, quod sacerdos est, ad id idoneus sit, quia licet per sacerdotalem characterem accipiat potestatem & iurisdictionem habitualem ad soluēdū (quicquid aliquid Neoterici cōtra prædicta iuna perperā dixerint) actualem tamen, quæ ad id necessaria est, non recipit, puta ordinariam vel delegatā à summo Pontifice seu Vicario, vel à Parocho, vel saltem vt ratione bullarum, vel propter alias cōcessiones possit à pœnitente eligi tanquā proprius sacerdos.

4 Nā aliter neque in quadragesima, neq; alio tempore potest valide, & efficaciter absoluere, iuxta Panormit. communiter receptum *g* & Adrianum *h* nos latius tradidimus *i* (circa quod aliqui, etiam docti, decipiuntur:) præterquā in mortis articulo, in quo quilibet simplex sacerdos potest audire confessiones, & à quacunque censura, & quibuscunque casibus absoluere. *k* & ea quæ latius scripsimus, *l* & tradit S. Thom. *m* & nuper declaratum est optime à Conc. Triden. *n* adiecta tamen modificatione inferius apposita. *o*

5 Ab hac etiam regula excipiuntur illi, qui non habent, nisi venialia, aut mortalia alias rite ac legitime cōfessa, quos quilibet sacerdos audire potest secundum Caietanum, *p* quod quidem non ea de causa licet, quod ad id non opus sit iurisdictione ordinaria, vel delegata, *q* sed propter aliam rationem, quam nos, illius confutata, dedimus in cap. *placuit*. *r*

6 Porro in primo horum duorum casuū, quos excipimus, puta in articulo mortis, poterit etiā religiosus sine licentia superioris valide & licite absoluere: quoniam tunc ab ipso Papa habet eam, saltem tacitā. At in secundo casu, nempe quando nō sunt nisi venialia, aut mortalia iam rite & legitime confessa, nō potest licite absoluere, quāuis valeat absolutio secūdū doctrinam Palurdani *a* à S. Antonino, *b* Angelo, *c* & alijs receptam, nempe religiosum non posse audire cōfessionem aliquam, nisi ad hoc à prælato suo fuerit tanquā idoneus expositus: etiāsi pœnitens alias ex priuilegio Summi Pontificis possit quēcunque sacerdotem, siue sęcularē, siue regularem eligere: eo quod religiosus nō habet velle, neq; nolle *d* Quod sane iudicio meo debet intelligi de illo religioso, cui aliquo statuto suæ religionis, vel mādato sui superioris est negata facultas audiendi cōfessiones,

non

a Cap 1. In prin. de pœn. dist. 6. & quæ ibi diximus.
b Dicto c. 1. parag. caueat. & quæ ibi tradidimus.
c Dicto c. 1. parag. laboret, & parag. sacerdos, & quæ ibi scripsimus.
d Cap. adijcimus, parag. ecce. & cap. generaliter, parag. ecce 16. q. 1.
e Sess. 4. c. 6. & 7.
f In 4. l. sen. dist. 17 q. 3. art. 3. q. 4. & Quolibet. 12. & 32. Opus. 19. c. 4.
g In cap. omnis de pœn. & remiss. nu. 9.
h De confes. dub. 8.
i In cap. placuit, n. 8. de pœn. dist. 6.
k Arg. cap. quod de ijs, de sent. excom. c. pastoralis, parag. præterea de offi. c. ord. & c. si quis suadente, 17. q. 4.
l In c. 1. n. 7. de pœ. dist. 6.
m Vbi supra n Sess. 14. c. 7.
o In prin. c. 24. n. 4.
p In summa, verbo absolutio
q Vt ille air. r Num. 22. de pœn. dist. 5.
a In 4. l. sen. dist. 17. q. 3.
b 3. Par. tit. 17 c. 7.
c In verbo confess. parag 4.
d Ca. nullus ea. quorundam de elect. lib. 6.

non tamē de alijs. *Tum* quia nullus textus, neque ratio efficax reperitur, quę opinionem Paludani cōtra illos fundare valeat. *Tū* quia religiosus in multis habet velle, & nolle, iuxta S. Th. communiter receptum, *e* & Dominic. *f* *Tum* etiam, quia audire confessiones est opus charitatis, & quemadmodū religiosus absque alia superioris sui licentia, dummodo sibi præceptis nō desit, neque prohibita transgrediatur, potest pacem componere inter duos inimicos, & bonum consilium dare cōsulenti ipsum: ita etiam poterit, & fortiori ratione, componere pacem inter Deum & proximum, vt saluetur. *Tum* denique quia hoc obseruāt communiter regulares, alijque plurimi religiosi, quibus nullum est statutum aut præceptum contrarium.

e 2.2.q.104. ar. 3.

f In prædicto cuiusdā.

7 *Secundò* dicimus, quòd quamuis clerici sęculares nō possint alij aliorum audire confessiones post Conc. Trid. *g* sicut poterant antea, possunt tamen alij religiosi, qui ante illud poterant virtute suarum bullarum, confiteri clericis sęcularibus idoneis. De quo tamen dubitat quidam vir doctissimus: cuius dubium auferri potest ea cōsideratione, quod per dictū Cōc. vt ex eius contextu facilè apparet, nihil mutatur quoad illos. Sic enim habet, *quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullū vtiā regularem posse confessiones sæculariū, etiam sacerdotum, audire nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat priuilegijs, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus.* Per quæ verba non prohibentur regulares audire confessiones; & à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus inuenitur expressum: *h* illa item consideratione, quod ratio, quę mouit mutare illud in secularibus, qui regulariter sunt in hoc distractiores & negligentiores, non habet locum in religiosis, qui regulariter sunt in eo circumspectiores & diligētiores; & ita cessant verba & ratio, qua sola cessante, lex quoque cessat, *a* etiamsi verba non cessarent, quæ tamen in hoc casu cessant.

g Sess. 23. c. 5.

h l. Præcipimus, C. de appellat. & c. 2. de trāslat. præl.

a l. adigere, parag. quamuis, ff. de iure patrona. &c. cum cessante de appel.

8 *Tertiò* dicimus, quòd Confessarius vt sit perfectus, & vt solus possit de omnibus discernere, debet probè tenere, atq; callere sacramentalē & moralē Theologiā; vtriusq; iuris peritiam, & constitutiones Synodales illius regionis in qua audit cōfessiones, vti nos probauimus, *b* veruntamē vt sit sufficiēs muneri suo obeundo, satis & necessarium est, vt libros, siue Græcos, siue Latinos, siue vulgares relegens, diligēterq; secū cōsiderās intelligat, quę peccata ex iis, quę, illi quos audit, cōmuniter perpetrant, sint mortalia, quæue venialia, & quæ circūstantię sint necessario cōfitēdę, quibusq; crimināibus annexa sit excōmunicatio; quæ sint peccata reseruata, quæq; restitutionem exposulant: vt saltem sciat dubitare in iis, quę alij mediocriter eruditi intelligunt, vt nouerit consulere peritiores, quomodo & quando

b In dicto parag. caue. nu. 29.

& quãdo agendum sit id, de quo dubitat. Quod si auditurus sit clericos, debet etiã scire alios casus, in quib⁹ irregularitas incurritur: aut saltẽ nosse dubitare circa illos, vt probauimus. *c* Quæ quidem resolutio fundatur partim in dictis S. Th. *d* & in c. *omnis*, *e* & Caietani, *f* & aliorũ doctorum. Partim in eo, quod vnusquisque nosse debet id, quod illi necessariũ est ad suum munus & officiũ rectè exercẽdũ, *g* etiã lege naturali, iuxta illud Persij.

Publica lex hominum noturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Partim eo quod scientia eminens non est necessaria, quoniã satis est illa quę dicitur sufficiẽs, iuxta Innoc. receptũ. *h* Partim quod Ecclesię primitiuę presbyteri nihil amplius, quam quod dictũ est, sciebãt. Partim quod satis est in iudicio exteriori mediocrem quandam causarum peritiã habere, vel saltem aliquẽ adsessorẽ, vt sit Iudex. *i* Partim quòd mille ab hinc annis in tota Ecclesia Christiana ita communiter obseruatũ esse videtur.

9 Ex qua resolutione *sequitur primum* non esse valde iuri consonum illam differentiam Durandi, receptam à S. Ant. *k* alijsq; doctoribus, & à nobis etiam, quã constituit inter confessarios, qui ex obedientia & charitate onus cõfitendi assumũt, & inter eos qui sua sponte ad id faciendũ sese offerunt. Videlicet, quod ij, iuxta illos tenentur de omnibus sibi à pœnitẽte propositis iudicare, An illud sit mortale, nec ne: An habeat restitutionẽ, aut excõmunicationem annexã: An contractus sit licitus, vel illicitus. An impediat cõmunionem nec ne. Ille autem, qui ex obedientia & charitate id oneris suis humeris imponit, non obligatur ad amplius, quàm ad id quod dictũ est: quoniam hæc differentia nullo canone comprobatur; & quoniã si vera esset, pauci aut nulli ex confessarijs secularibus salui fierẽt: & quia obedientia non liberat à peccato illum Confessarium, qui cognoscens se non intelligere quod opus est ad audiendum cõfessiones, eas audit, sicut asserit idem Diuus Antonin. *a* Solum enim excusat illum qui dubitat, an ipse sciat, quod sufficit, an non. *b* Tum quia §. *sapè*, *c* ad hanc sententiam allegatus, à remotis agit, & nihil concludit. *Primum* quia agit de illo, qui se gratis offert ad depositum custodiendum.

10 *Deinde* quia, quamuis dicat, huiusmodi depositarium teneri ad resarciendum damnum, quod sua culpa contigit, ad quod alias nullatenus teneretur, *d* nõ tamen dicit (vt quidã illi falsò imponũt) teneri ad illud damnũ quod culpa sua leuissima acciderit, & cõsequẽter debet intelligi de leui culpa, vt rectè annotauit Decius. *e* Quibus accedit, quod qui gratis se offert ad custodiã depositi, nõn debet ad amplius obligari quã ille, qui propter stipendiũ idẽ facit, vt sentit Gregorius. *f* Eum autẽ, qui ratione stipendij aliquid custodiendum recipit, nõ obligat culpa leuissima, licet obliget leuis; *g* & qui tũc huic oneri spõte sua se offert, (vt plurimum) propter aliquod stipẽdium, quo vitam suam

k In dicto parag. caueat, n. 27.
d Lib. 5. sen. di. 17. in expositione textus, siue litera
e Verbo. sacerdos, de pœ. & remiss.
f In summa verbo confessori necessaria.
g Cap. non est sine culpa, de reg. iur. lib. 6. & l. illicitas, parag. penul. ff. de ofn. pres. cum eis admonitis.
h In c. cum in cunctis, elect.
i l. certi, C. de iudic. & cap. statutum parag. adsessorem de reser. l. 6.
k In 3. par. sit. 17. c. 16.
l In præcitato parag. caue.
a Vbi supra.
b Arg. c. quid culpatur 23. qu. 1. & l. 1. ff. de depositi.
d Cap. 1. de depositi 5.
e In l. contractus, cor. 2. de reg. iu.
f In præcitato cap. 1. de depositi.
g Dicto ca. 1.

suam sustentare valeat, facit. Deniq; quòd Panormitanus & Imolensis, qui tenent cũ communi sententia, depositariũ spõte se offerentẽ obligari ad culpã leuissimã, fundantur in eo, quod huiusmodi depositarius præsumitur accipere depositũ proprię tantũ vtilitatis intuitu: & consequenter videntur sentire, quod si constaret illum sese huic labori obtulisse intuitu illius, qui deponit, non esset tunc obligatus, nisi ex dolo, vel lata culpa: quod si intuitu vtriusq; id fecerit, tunc teneretur ex lata culpa, & leui. Manifestũ est autem, confessarium onus audiendæ cõfessionis assumere principalius, aut æquè principaliter propter pœnitentem, & in eius gratiam, quam propter se: & consequenter non tenetur, eo quod se obtulit, ad amplius, quam ad vitandum culpam latam aut leuem: & id quod communiter eidem officio operam nauãtes euitare solent, & sibi cauere ab eo, ad quod iuxta talis muneris naturam videntur obligati. Et hoc in toto orbe videmus communiter obseruari.

Secundo sequitur, quod non quicunque est idoneus ad audiendam confessionem alicuius certæ personæ, vel in aliquo certo loco, est idoneus ad audiendam confessionem quorũuis aliorum, & in quocumque loco. Pro quo facit illud Pragmaticæ sanctionis Gallicanę, [a] quatenus sentit, in oppidis muro cinctis habiliores rectores seu parochos poni debere: id quod errandi occasionem tollit.

a Tit. de collat. parag. in Ecclesijs adiunctis. gl. in verbo mutatis.

11 *Tertio* sequitur, quod qui audit cõfessionem in aliquo vico, aut pago rusticorũm & simplicium hominũ, non tãta eget scientia, quanta ille, qui audit in ciuitate; neque qui audit in ciuitate mediterranea, tanta, quanta qui in ciuitate maritima: nec qui in maritima, tanta, quanta qui in vniuerso quodam Regno, vel India: nec qui audit vbi sunt multi viri literati, quos possit consulere, vt vbi nullus est talis.

12 *Quarto* sequitur, quod confessarius, qui nescit discernere, in quibus casibus possit, aut non possit absoluere, neque differentiam inter maiorem & minorem excõmunicationem, vel ignorat peccata mortalia communia, aut simplicem fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter esse peccatum mortale: vel quamcumque superbiam, iram inuidiam, aut gulã existimat esse mortalem: vel circa dubios cõtractus, saltem dubitare minimè nouit, non excusatur à culpa, quantalibet bona vita, conscientia, subtilitate & ingenio naturali præfulgeat ad alia munera obeunda. [b] Et quòd ille qui eiusmodi confessarios ad audiendum confessiones præfecit, vel præfectos tolerat, multò grauius peccat. [c]

b Arg. c. non est putanda 1. q. 1.

c Arg. notatorum in gloss. c. 1. de offi. deleg. & affirmat Albertus, Magister, S. Thom. Bonauen. & alij 4. li. sent. dist. 7. & distinctius B. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 6. st. 1.

13 *Quinto* dicimus, veram esse illam sententiam S. Antonini, [d] videlicet, huiusmodi confessarium imperitum in tribus casibus excusari posse. *Primus* est, quando is qui confitetur est valde sibi ipsi sufficiens ad suorum peccatorum grauitatem confessario exponendam, & reputatur habere rectã conscientiam.

d Vbi supra.

Secundus

Secundus casus est, quando cõfitentes sunt personæ spirituales solitæ sæpè confiteri, & subinde communiter non aliis, quã peccatis venialibus tenentur. *Tertius* est, quando pœnitens est in articulo mortis, & non adest alius, qui possit eum audire præter illum. Qua eadem ratione idem videtur dicendum de confessario qui est apud infideles, Saracenos, vel Gentiles, penes quos sunt Christiani liberi, vel serui catenis vincti, vel soluti, quibus non est copia Confessarij peritioris. *e*

14 *Sextò* dicimus, quòd etiam qui obedientiæ præcepto cõfessiones audit, iudicando se ad id non esse idoneum, peccat: nã neque prælatus id ei debet præcipere, *f* neq; subditus, si non est idoneus, debet id acceptare. *a* At si dubitat de sua sufficientia, poterit prælati sese præcepto conformare, *b* saltem si nouerit prælatum id muneris ei non iniunxisse ira, odio, amore, vel cupiditate permotum. Superior autem cum secura conscientia poterit hoc illi præcipere, si iudicat illum idoneum audiendis confessionibus quibus eum præficit, iuxta id quod dictum est. *c*

15 *Septimò* dicimus, quòd bonitas Confessarij ad minus debet esse tanta, vt sit, vel probabiliter credat, se esse extra statũ letiferæ culpæ: *d* nã si in eo statu audiret confessiones, & absolueret, mortalis culpæ reatum incurreret: quia omnis qui recipit, vel administrat sacramentum in peccato mortali, mortaliter peccat iuxta iura, *e* tradidimus nos post S. Tho. *f* licet eius absolutio communiter valeat. *g*

16 *Octauò* dicimus, quòd postquam hæc fuerunt typis excusa, declarauit S. Conc. Trid. *h* hæreticum eum, qui dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudum ministeriũ pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat, se esse absolutum, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat. Eũ item, qui dixerit, non requiri cõfessionem pœnitentis, vt sacerdos eũ absoluere possit. Eum item, qui dixerit, sacerdotem qui in peccato mortali est, potestatem ligandi & soluendi non habere, & ita absolutionem ab eo impertitam, non esse validam; vel eum, qui non est presbyter, posse sacramentum absolutionis conferre.

a Arg. cap. 1. parag. fin. ne sede vacan. l. 6. & generaliter, parag. spurios, ff. de Decurionibus.
f Arg. 1. ad Tim. c. 1. & c. nihil de ele. & c. fin. eod. lib. 6.
a Cap. non est putanda 1. qu. 1.
b Arg. c. quid culpatur, 23. q. 1. & eorum quæ tradit. D. Th. 2. 2. q. 104. ar. 5. & 1. 1. sent. dist. 39. 2. vlt. ad 3.
c Arg. c. apostolica de eler. exco. minist. & ea. innotuit. de elect.
d Cap. 1. parag. euocat. parag. & laboret. de pœn. di. 6.
e Cap. illud 95. di. & cap. per Isaiam, 1. qu. 17. f 3. par. q. 64. art. 6. & 4. li. sent. di. 5. q. 2. q. 2. art. 2. q. 1. in cap. quando de consec. di. 1. c. 6. n. 43. & seq.
g Arg. c. maledicam, & dicta ca per Isai 1. q. 1.
h Sess. 14. can. 9. & 10.

De his quæ Confessarius debet pœnitentem interrogare, & qua prudentia id facere debet.

CAPVT V.

1 *Confessarius quæ debet interrogare sub pœna culpæ mortalis, nu-*
mero 2.
3 *Confessarius interrogando seruet hæc tria; Et circa peccata carnis*
hoc, 4.

Dictur

1 DIcturi de ijs quæ Confessarius tenetur pœnitentem interrogare,& qua prudentia id agere debet, præsupponimus *primo*,quod is,cui iniunctum est aliquod onus, debet illud recte subire *i*

Secundo præsupponimus,hoc esse præcipuũ cõfessarij munus, ideoque prudenter exercendum, ac subinde interrogandum pœnitẽtem id,quod expedit,& nõ amplius,iuxta illud *a* Aug. relatum à Gratiano *b* & à Magistro. *c Diligens confessarius sapienter interroget peccatorem quod forsitan ignorat, vel verecundia vult occultare*: quibus verbis addit B. Tho. *d* confessarium teneri scrutari conscientiam peccatoris,sicut solet medicus ægritudinem ægroti,& iudex causam litigantis.

2 Ex quibus infertur. *Primò*,verũ esse illud Angeli, *e* quod nos latius tractauimus,*f* nẽpe,confessariũ teneri sub pœna peccati mortiferi ad interrogandũ omnia,quę ipse videt, animaduertit,& credit esse necessaria ad hoc,vt cõfessio sit integra,& fructuosa,cuiusmodi est quod ipse existimat,pœnitẽtẽ velle silere ob ignorantiã,inconsiderationẽ,aut obliuionem;*g* nam hoc ad suũ munus pertinet,*h* sed non est eiusmodi,quod(suo iudicio) pœnitẽs,aut intelligit,aut aduertit,neq; prę obliuione,verecũdiaue prętermittit:tunc enim potest sibi persuadere, pœnitẽtẽ id non perpetrasse,vel iã alias fuisse confessum: quãuis omittere aliquam interrogationem per inaduertentiã, aut obliuionẽ,nõ videatur esse mortiferũ. *i* Equidẽ ex cõfessionibus quas audiui,intelligo duas interrogationes esse maximenecessarias: Alterã de numero peccatorũ,cuius expressio est necessaria, vt dicetur infra;*k* quia video paucos exprimere:Toties peccaui in hoc,& toties in illo:imo sibi satisfeciisse videntur,dicendo: Sępe,sępius,aut infinitis vicibus:quod nõ sufficit. Alterã de specie particulari eius,quod generaliter confitentur:quoniã adeo generaliter cõfitentur nõnulli,vt nequeat satis intelligere cõfessarius an sit peccatum veniale,an mortale,vt declaratur supra. *l*

3 Infertur *secundo*,quod confessarius debet obseruare illa tria, quæ nos *m* comprobauimus. *Primum* est,vt non interroget omnia quæ pœnitens poterat commisisse:sed tãtũ illa,quæ hominis eiusdem qualitatis efficere solent. *n* Vnde nec nobilẽ laicũ debet interrogare illa,quę communiter soli ecclesiastici solent facere. *Secundum* est,vt solum interroget consueta peccata,quæ fere omnes nouerũt: qualia sunt transgressiones visitatiores præceptorum Decalogi,& septẽ crimina capitalia,& omissiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa septem Ecclesiæ sacramẽta,& opera misericordiæ,& circa custodiam quinque sensuum,& alia huiusmodi. Nõ autem interroget peccata occultiora,quę perditissimi homines inuenerunt: vel si forsan de his verbum fecerit,ita caute & dissimulanter faciat,talibusque circumloquijs vtatur,vt si pœnitens illa commiserit, proferat:sin minus,ea non ediscat.

4. Ter-

i Ca. Non est putanda, 1. q. 1. & c. indic. 30. q. 5.

a In l. de vera & falsa pœnitent.

b In c. 1. de pœn. dist. 6. parag. diligẽs.

c In 4. di. 19. d In 4. di. 19. in expositione liter.

e In summa verbo interrogationes in principio.

f In dicto parag. diligens.

g Arg. cap. sic rect. 43 dist.

h Ca. omnia de pœnit. & remiss.

i Arg. d. c. sic rect. & eorũ, quæ in præl. 7. & in Rep. c. inter verba 11. q. 3. diximus.

k In cap. 6.

l Ca. 2 n. 6.

m In d. dist. gens n. 2. & seq.

n Arg. 1. de testibus, cum his, quæ in d. parag. dist. gens citamus.

4 *Tertium*, vt in peccatis carnalibus non descendat nimiũ ad peculiares circumstãtias, singulas quasque minutatim interrogando, ne seipsum, aut pœnitentem ad aliquam delectationẽ alliciat: etenim quemadmodum docet Philosoph. *a* & S. Tho. *b* delectabilia tanto magis mouent, quanto particularius cõsiderantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat, satis est enim dicere, quoties id commiserit, modo id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dignoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circunstantias peccati. Quod adeo verum est, vt nullatenus pœnitenti permittere debeat nimis dictinctè illas exprimere; *c* & consequenter summatim tantum debet interrogare de osculis, amplexibus, alijsque tactibus impudicis, eos, qui nõ sunt obstricti matrimonio: illos autem qui obstricti sunt, magis perfunctoriè, vel nihil prorsus, vel solũ ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo; quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, vti rectè Caietanus *d* explicuit, & inferius dicetur. Imo & cum circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nominet quod est turpe auditu. *e*

a 3. Ethicor.
b Quolib. 1. q. 5. art. 9.
c Vti post alios in d. parag. diligens, diximus.
d 2. 2. qu. 54. art. 1.
e Arg. principij proœmij decretalium.

De circumstantijs peccati.

CAPVT VI.

1 *Circumstantia quid: & quæ sint eius species, nu. 2.*
3 *Circumstantia mutans speciem, necessario confitenda.*
4 *Circumstantia prohibita alia lege, quam ipsum peccatum, vt confitenda.*
5 *Circumstantia extenuans peccatum quando confitenda.*
6 *Circumstantiæ quæ necessario confitendæ. nu. 7. 8. & seqq.*
13 *Circumstantiæ personæ & religionis quando confitendæ.*
14 *Circumstantia conscientiæ contraria quando confitenda.*
15 *Circumstantia numeri non est proprie circumstantia.*
16 *Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrumpendo, nu. 17. & 18.*
19 *Pœnitens potest vno verbo mille peccata confiteri.*
20 *Circumstantia oblita potest confiteri, peccato non confesso.*

1 DE peccati circumstantijs dicimus *primo*, quod peccati circumstantia iuxta mentem iuris *a* Panor. & aliorum interpretum *b* S. Thomæ *c* & omnium aliorum *d* & Antonini, *e* quos retulimus *f* alibi, *est quoddam accidens actus humani, qui peccatum est.*

Dixi, *Accidens*: quoniam nulla circumstantia actus est eiusdem substantia

a Cap. consideret. de pœn dist. 5. l. aut facta ff. de pœn. ca. sicut dignum de homicid.
b Ibidem.
c c. 2. q. 7. & in 4. l. sent. di. 16
d Ibidem.
e 3. par. tit. 17. c. 17. parag. 4. Gers. 2. par. fol. 170.
f In princ. d. cap. consideret.

ſubſtantia. Dixi, *Actus humani, qui peccatum eſt*: quoniam ſæpe fit, vt actus, qui ſecundum ſe non eſt peccatum, ſit tale ob adiunctam circumſtantiam. Cum enim tunc ipſamet circumſtantia ſit illud, in quo peccatum conſiſtit, non eſt accidens peccati: ſed illius rei, quæ peccatum eſt, ſicut nos *g* elucidauimus ſequuti Alexand. Halenſem. *h*

2 *Secundo* dicimus, quod circumſtantiæ actus moralis ſunt ſeptem, quæ continentur in illo verſiculo: *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando* (relato à S. Thoma. *i*) quia magis nobis placet, quam ille Palud. *k* vti nos diximus. *l* quoniam in illo Palud. ponitur verbum *Quoties*, quod numerum denotat, loco *Quibus auxilijs*: & numerus non eſt circumſtantia, ſed potius peccati multiplicatio, vt ibidem tradidimus.

3 *Tertio* dicimus, quod harum circumſtantiarum omnes illę, & ſolæ in ſacramentali confeſſione neceſſario exponi debent, quæ efficiunt opera, quorum ſunt circumſtantiæ, peccata mortalia: vel quod illa, quę ſunt mortalia vnius ſpeciei, fiant etiam, vt ſint alterius: vel quod eſt mortale ob vnam cauſam, ſit etiã propter aliam: ſiue mutent opera ipſa ex vna in alteram ſpeciem, ſiue ſecus: iuxta communem opinionem, quam copioſe *m* pertractauimus: & ſolę illæ, & omnes ſunt huius generis, quę ſecundum S. Thom. *n* vltra malitiam eiuſdem operis, habent ſpecialem repugnantiam cum ratione. Secundum Scotum vero illæ ſunt in confeſſione aperiendæ, quæ diuerſis, ſpecialibuſque præceptis prohibentur.

Diximus *Specialibus*: quoniã non ſufficit eſſe talia, quod vnũ in altero includatur: qualia ſunt lex prohibẽs omne malum, & prohibens homicidium, quod etiã in dicto principio *o* probauimus, & in corolarijs ſequẽtibus ſpeciatim explicabimus. Ante quorum explicationẽ admonemus, quod poſtquã hæc fuerunt Hiſpane excuſa, Conc. Trid. *p* definiuit, hęreticum eſſe, qui dixerit, nos non teneri ad confitendum circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant; quod quidem eſt intelligendũ de circumſtantia, quæ ſpeciem peccati venialis mutat in mortale, vel ſpeciem vnius mortalis in aliud mortale, non autẽ de illa, quæ mutat ſpeciem vnius venialis in aliud veniale, quod nõ eſt neceſſario confitendũ, iuxta gloſſ. *a* Et quãuis prædictũ Conc. nõ loquatur expreſſe niſi de illa circumſtantia, quę mutat ſpeciem peccati, intelligẽdum tamẽ eſt etiam de illa, quę opus alioquin ex ſe bonum, vel ſaltem nõ malum facit mortiferum: imo etiã de illa, quæ facit, vt opus, quod ob vnum reſpectum eſt mortiferum, ſit tale ob alterum: quamuis ſpecies operis, quantum ad ſuam eſſentiam, minime mutetur: quoniam circumſtantia, quę facit de bono malũ, vel de veniali mortale, vel de mortali vno reſpectu, vt ſit tale altero, dici poteſt mutare ſpeciem, vt multo poſt dicetur infra *b* Ratio enim, quæ ad hoc definiendum Concilium mouit, eſt, quod confeſſarius eſt iudex, qui in cauſa

g In d. c. conſideret. nu. 3.
h In 4 par. q. 77. ar. 2. co. 2.
i In d. q. 7. art. 3. in corpore quæſt.
k In 4. d. 16. q. 3. ar. 1. li. in princ. d. c. conſideret, n. 4.
l Circũſtantia quæ confitenda.
m Ibid. n. 9.
n In d. diſt. 16 q. 6. ar. 2. q. 3.
o Num. 74.
p Seſſ. 4. c. 5. & canon. 7.
a Cap. omnis de pœn. & remiſſ. recep. ibi, & in 4. li. ſent. di. 17.
b In illat. 4. nu. 5. & ſeq.

pœnitentis non posset æquam ferre sententiam absque manifestatione circumstantię, quæ mutat speciem peccati: quæ quidem ratio militat etiam in tribus prædictis circumstantijs: quare idem iuris debet esse de omnibus. *e*

e l. illud ff. ad Aquil.

Ex prædictis *infertur primo*, non esse confitendas illas circumstantias, scilicet esse peccatum commissum in secunda, vel tertia feria, aut in prato, vel vinea, manu dextera, vel sinistra: quoniam per has nullum prædictorum trium fit: siquidem non fit mortale quod sine illis esset tale, neque etiam fit lethale alterius speciei, neque alio respectu.

Infertur *secundo*, quod peccans ob fiduciam, quod postea per confessionem veniam obtinebit, non tenetur de necessitate id confiteri: quia non est circumstantia adeo peccatum aggrauans; imo potius minuit, vt inquit Caietanus, *d* quidquid Bonauent. *e* insinuauerit.

d 2.2.q.23.ar.2.

e In Apolo.

4 Infertur *tertio*, quod is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, non satisfacit dicẽdo, se id furtũ fecisse; sed oportet exprimere, esse rem sacrã, vel de loco sacro surreptam: nam hęc circũstantia efficit, vt quod est mortale vnius speciei, aut vno respectu, fiat etiã alterius, vel altero respectu: eo quod specialiter prohibetur lege particulari alia, distincta ab illa, quę furtum prohibet; quæ quidẽ præcipit, ne quid sacrũ, aut de loco sacro surripiatur, *f* Id quod etiã est dicendũ de homicidio & fornicatione in loco sacro perpetratis: per hãc enim circumstantiã fiunt mortalia alterius speciei, eo quod ob aliũ respectũ, quam legis diuinæ, lege scilicet humana speciali prohibentur. *g*

f Cap. quisquis, 17. q. 4.

g Cap. proposuisti, de consecr. eccl. vel aliar. & ca. eccles. de consec. dist. 5.

Infertur *quarto*, eum qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere confitendo se cum fœmina concubuisse; quoniam debet exprimere fuisse coniugatam, religiosam, vel consanguineam: nam in primo casu est proprie adulterium: in secundo vero sacrilegium: in tertio autem incestus: & consequenter, quod erat mortale vnius generis, efficitur alterius. Is item, qui deliberauerit furari, vt possit rem habere cum religiosa & coniugata, tenebitur confiteri furtum, sacrilegium, & adulteriũ: nam etsi tria hæc sint vnus interior actus voluntatis; ille tamen ex triplici causa, eaque diuersa est crimen mortale. Siquidem trifariam rationi pugnat, & tribus etiam distinctis, & specialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facile colligas responsum ad quæstionem nuper nobis propositam: An scilicet coniugatus, qui rem habuit cum vxore aliena, teneatur declarare non solum se esse coniugatũ, sed etiam illam, cum qua rem habuit? Resoluenda est enim affirmatiue: quia est circumstantia quæ per se sola mutat speciem peccati, & ita est confitenda per prædicta.

Infertur *quinto*, quod omnis circũstantia finis, prohibita per aliã legem specialẽ & diuersã ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in cõfessione explicari: cuiusmodi est circũstãtia

furantis

furantis ad fornicãdum, occidendũ, vel percutiendũ alterum.

Infertur *sexto*, cum qui mẽtitur vt alios delectet, sine alterius detrimẽto (quod est mendacium iocosum, & veniale tantũ) hac intentione, vt etiãsi intelligeret esse mortale, nihilominus mentiretur, teneri illam circumstantiam confiteri, quoniam per illam efficitur mortale, quod sine illa non esset tale.

5 *Septimo*, quod non tenetur illas circumstantias confiteri, quę peccatum extenuant. Vnde quia peccauit cum muliere quadã ab ea prouocatus; non tenetur confiteri se esse prouocatum ab illa: siquidẽ id peccatũ extenuat, per cap. *significauit*, *a* quod in hoc dixit singulare Felib & per l. *si adulterium cum incestu*, *c* quẽ ad hoc adiebat singularem Iason: *d* aptissimus tamẽ ad hoc propositum iuris textus, *e* imo opinio cõmunis, quã sequebamur, *f* videlicet, quod pœnitens illam circumstantiam subticere debet, quia in confessione seipsum excusare non debet, nunc displicet; tum quia nulla lege aut ratione fulcitur, qua id possit efficaciter comprobari; tum quia, quocumq; modo illã exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpã quam habet, nihil illi detrahens, neque adijciens. Tum quia secundũ Bonauenturam, *a* & communẽ, quam *b* secuti fuimus, tenetur manifestare illas circumstantias extenuantes, quę ita extenuãt, vt efficiant non esse peccatum, vel ad summum veniale tãtum, quod alias fuerat mortale; qualis est circumstantia grauis morbi, quæ nullum, vel veniale tantum peccatum facit esum carnium in Quadragesima; & etiam quando eas Cõfessarius pœnitentem interrogat; vel quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem Confessarius apprehenderet. *c*

a De pœn. & remiss.
b In c. dilecti de except. c. parag. Imperatores, ff. si ii. fuliam, de adulter.
d In l. vt vim ff. de iust. & iu..
e In d. c. cõsideret, verb. tentatione, de pœn. di. 1.
f In d. ca. cõsideret, nu. 5.
a In 4. l. sent. dist. 16.
b vbi supra.
c Arg. c. nihil, de præscript.

6 Infertur *octauo*, quod quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quę ita peccatum adaugent, vt illud ex paruo magnũ, vel ex magno maius efficiant; opinio tamen cõmunior & probabilior habet, hoc non esse necessarium, quãdo augmentum illud non est in caussa vt veniale mortale fiat, vel alterius speciei mortalis, vel alio respectu, quod nos vbi supra copiose cõfirmauimus, & satis declaratum est nũc per Conc. Trid. *d* licet Marsil. *e* cõmunem istam sententiam restringat, ne sit ei locus in circumstantiam, quæ clare & manifeste peccatum adauget: à quo ibi discessimus ob multas variasque considerationes.

d Sess. 14. c. 5. & can. 6. contrario sensu.
e In 4. sent. q. 21. art. 1.

Et quamuis post hæc Dominicus Sotus asseruerit idem quod Marsilius contra communem; non tamen debemus ab ea discedere.

Tum quia Confessarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirendis omnibus circumstantijs mutantibus speciem, etiam sine perquisitione non mutantium, sed notabiliter aggrauantium, vt putent quasi impossibile perquirere has & illas; & Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem S. Thomæ. *f*

f In 4. l. sent. di. 15. q. 1. ar. 1. & Con. Trid. sess. 14. & can. 5.

Tum quia multi pœnitentes remanent cũ magnis scrupulis,

an confessi fuerint bene aut male, videntes pauca peccata esse vnius speciei, quæ non sint maiora vel minora notabiliter, quã alia eiusdem, ratione personæ, loci, moræ, modi, præludiorum, aut consequẽtium, & ita fiunt importunissimi confessarijs, redeuntes ad se reconciliandum, & dicentes, cõfessi fuimus peierauimus, percussimus, fornicati fuimus; sed non diximus tempus, quod in eo consumpsimus, neq; quod paulo ante, aut post diximus, aut fecimus hoc, vel illud quod augebat peccatum.

7 Et vix est vlla via alia sedandi, & tranquillandi eos, quam docendo, illas circumstantias non esse necessario confitendas: quia non mutant speciem saltem in genere moris.

Item quia peccator non tenetur, vt asserit communis & idẽ Sotus *a* confiteri mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium, aut percussionem: sufficit enim dicere, interfeci, percussi; neque oscula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: sufficit enim dicere, Fornicatus sum.

a In 4. dist. 187. 1. ar. 2.

Neque cogitationes & voluntates apparatuum ad furandũ, vel committendũ alia delicta: imo satisfacit vltimum actũ confitendo, vt dixit Sotus post alios, *b* dicendo: Percussi, interfeci, decies fornicatus, furatus fui toties, &c. Tum quia sanctũ Cõc. Trid. *c* cui interfuerunt, vti doctissimi & sanctissimi, qui de his opinionibus in scholis disseruerunt, declarauit circumstantias, quæ mutant speciem, esse confitendas. *d* Tum deniq;, quod interest plurimum ad salutẽ animarum, vt amemus, & non horreamus confessionẽ: in quod iuuabit alleuiatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, à quibus potest leuari, iuxta eius institutionem diuinam, & declarationem sanctę matris Ecclesiæ: *Iugum enim Domini suaue est, & onus eius leue.* *e*

b In dict. ar. 2.

c Præcitata sess. 14. c. 5. & can. 7.

d Arg. l. 1. ff. de offic. eius cui. & ca. cum Apostolica, de his quæ fiunt a prælat.

e Matth. 11.

Neque obstat, quod quidã dicitur dubitare de hac nostra sententia, quam nobiscum fatetur esse communem, allegans pro ea multos, quos nos nõ citamus, eo quod legit aliquos graues auctores contrarium tenere, quos nos etiam legimus; sed intrepide hanc partem elegimus. Tum per fundamenta quæ hic, & in alijs locis à nobis citatis traduntur. Tum quia puto eos, qui dubitant, cauere sibi debere, ne fere semper eos post auditas, vel factas confessiones conscientia mordeat, dictãs, se non satis inquisisse, vel expressisse grauitatem peccatorum, quam circumstantia intensionis, & extensionis actus, aut irreuerentiæ, contemptus, temporis, loci, personæ, & aliæ inducunt.

8 *Quibus addo*, quod quamuis hęc nostra, quę, vt diximus, communis est opinio, videatur facere pro alia cõclusione prædicti Soti *f* de qua nuper interrogati fuimus; non tamẽ videtur nobis vera. Illa enim conclusio habet, nõ esse necesse cõfiteri virginitatis circumstantiã, id est, quod is qui confitetur, est virgo, & voluntas fornicandi non peruenit ad actũ, quamuis secus sit quando peruenit. Non inquam, videtur vera. Tum quia peccata voluntatis, oris & operis, sunt eiusdem speciei, & non differunt,

f In dict. dist. 3. qu. 3. art. 6.

runt, nisi quod alia sunt magis perfecta quã alia, vt dicemus infra: & a cõsequenter stuprũ mentale, quod est volũtas habendi copulam cũ virgine, aut cùm sit virgo, erit eiusdẽ speciei, cuius stuprũ reale, quod est ipsa copula; & si quis eam habuit, debet confiteri illam circumstantiam, vt ipsemet ait, etiã debet confiteri, qui eam voluit habere, licet non habuerit, cũ alia species luxuriæ sit, velle fornicari cũ virgine, vel cum sit virgo; & alia species luxuriæ sit velle fornicari cum corrupta, vel cũ sit corruptus, vel corrupta. Tum quia Conc. Trid. b declarauit circũstantiam, quę mutat peccati speciem ex vna in aliam, necessario esse confitendam: qualis est hęc, de qua loquimur, vt prædictum est. Tum denique, quia non facit pro eo prędicta opinio communis, quia loquitur de circumstantia non mutante speciem peccati: conclusio vero eius de circumstantia illã mutante. Videtur tamen nobis hęc cõmunis opinio restringẽda.

a In c.16.n. 9.post s.Tho. 1.2.q.52.ar.7

b Sess.14.c.5. can.7.

Primo, ne procedat in circumstantia, quę sic auget peccatum, vt ratione ipsius fiat reseruatum, saltem ex vi constitutionum synodalium, quę solent aliquando furta aliqua, & damna certę cuiusdam quantitatis Episcopo reseruare, vel addere quod absolutio, siue restitutio fiat certo quodam modo.

9 *Secundo* posset etiam restringi, ne procedat in ea circũstantia, quæ habet annexam excommunicationem, vel efficit, vt ea sit Papalis, quemadmodum leuis percussio clerici est Episcopalis, c grauis vero est Papalis. d

c Cap. perueniit de sent. excom. vbi textus singularis.

d Cap. si quis suaden. c.17. q.4.

Tertio limitatur in ea circumstantia, quam Confessarius interrogat, & nõ potest sileri absque periculo alicuius spiritualis incommodi, vt recte asseruit Syluester, e quamuis Ioa. de Friburgo, qui fuit auctor summę confessorum, id non dicat in loco citato ab eo, f neque etiam vbi de hac materia tractat. g

e In summa verbo conf. 1.qu 9.

f Lib.5.tit.33 qu.1.

g Lib.3.tit.34 q.81.

10 *Quarto* dicimus, quod circũstantia diei festi non est necessario confitenda: quoniam non facit esse lethale, quod sine illa nõ esset tale: neque alterius speciei talis, neq; alio respectu, nisi esset opus seruile in festis prohibitum, quale nõ est peccatum iuxta S. Th. h Quam assertionem confirmauimus i multis fundamentis, i respondendo totidẽ alijs oppositis, secuti in eo Cardinalem Caietanum, k resolutumq; Syluestrum, l vbi testatur doctissimos quosque ordinis Dominicani conueniisse, & hanc opinionem suscepisse; & Iacobum Almaynũ. m Quamuis communis opinio posset in duobus casibus obseruari, sicut diximus: nempe quando eo fine peccatum committitur, vt in eo fiat aliquod opus manule prohibitum in illo die, & quando intentione & proposito violando festũ lethale crimẽ admittitur.

h In 3.lib. sent. dist.37. arti.5.q.2.

i In dicto c. consideret n. 1.& seq.

k 1.2.q.7 & 2.2.q.122.ar. 4.& in quolibet 10.& in summa verbo dies festus.

l Verb. circumstantia, q.3.& verb. dies Dominica, q.fin.& in aures rosa casu.63.

m In 4.lib. sent. dist.17ª col.24.

11 *Quinto* dicim⁹, quod circũstãtia diei ieiunio vel orationi cõsecrati, licet videatur aliquã tulũ augere peccatũ, nõ est de necessitate cõfitenda, nisi peccatũ perpetretur cũ proposito violãdi per illud huiusmodi diẽ. Quoniã non efficit mortale, quod alias non esset tale, nec mutat in speciem mortalis, nec facit, vt

n Ibid.n.40.

nouo respectu sit tale, quorũ aliquod requiritur ad hoc vt circũstãtię cõfessio sit necessaria, vt supra dictũ est, & probauim⁹. a

Sexto dicimus, quod quamuis circumstantia loci sacri omne peccatum grauius reddat secundum accidens; tamen non est necessario confitenda, nisi quando ipsum opus peccati sanctitati, vel immunitati eiusdem loci directe contrariaretur, qualis est humani sanguinis, vel seminis effusio, vel violẽta abstractio eorum, qui ad loca sacra cõfugiunt. Quoniam in his, quod erat mortale propter vnam causam, fit etiam mortale propter alteram, b vel quod peccatum non erat, aut solum veniale; ex genere suo, ratione talis circumstantiæ fit mortale; vt est actus coniugalis inter virum & vxorem ibidem sine causa iusta exercitus, qui quidem in alijs locis peccatum non esset.

12 *Septimo*, quod qui in Ecclesia committit peccatum aliquod superbiæ, periurij, aut gulæ, &c. non tenetur necessario confiteri circumstantiam loci sacri: neque qui existens in eodẽ loco desiderat occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem. Nam qui tale desiderium conciperet, etiamsi extra locum sacrum existeret, circumstantiam sacrilegij, quod in eo admittit, confiteri teneretur. c

13 *Octauo* dicimus, quod quamuis circumstantia propriæ personę aliquando peccatũ augeat, quia cęteris paribus plus peccat dignitate aliqua præditus, quã priuatus; d & prælatus plus, quam subditus; e & sapiens plus, quã ignorans; f & multo plus ille qui affectat ignorãtiã, vt liberius peccet, quã peccaret sciẽs; g & bonus plus quã malus; & melior quã minus bonus; & licet propterea vtile sit huiusmodi circũstantiam cõfiteri, non tamẽ cõmuniter necessarium est; quoniã illa, vt plurimũ, neq; ex veniali facit mortale, neq; ex mortali vnius speciei mortale alteri⁹; neq; ex mortali vno respectu, mortale alio propter aliũ finẽ. At vero quando hoc fieret, puta cũ agitur contra votũ, vel contra statũ voto firmatũ, vt cũ religiosus fornicatur, circũstãtia personę cõfitenda est; quoniã tũc aliquod ex illis tribus prędictis efficitur. Quod quidẽ nõ ita fit, quãdo religiosus blasphemat, vel quoduis crimẽ, quod nõ est cõtra sua vota, vel regulã, quam est professus, admittit, vt post Caie. a diximus. b Circũstantiã enim religionis cõmuniter nõ facit esse mortale, quod suapte natura nõ erat tale; neq; etiã facit esse alterius speciei, quod ex se nõ erat alterius. Et ita patet responsio ad id quod nuper quęsitum fuit: An scilicet religiosus, qui fornicatus est, teneatur confiteri se esse religiosum; nam per prędicta est palam eũ ad id teneri.

14 *Nono* dicimus, quod tunc demum, & non alias est necessarium confiteri circumstantiam, quod peccauerit contra conscientiam, quando opus effectum ob nullam aliam legem, sed solum propter conscientiam erroneam tantum fit peccatum: tunc enim solummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere manifestum est, sicut nos c nouè declarauimus.

a In princ. d. 22. consideret. nu. 32. vers. ad primum.

b Arg. c. eccl. de cons. di. 1. &c. proposui ti de conse. eccl. &c. 1. eod. tit. li. 6.

c Vt in principio dicto cap. consideret, nu. 22. diximus.

d Cap. homo 40. dist.

e Cap. præcipue 11. q. 3.

f Cap. sicut dignum, de homic.

g Cap. penu. 87. dist.

a 1. 2. qu. 7. ar. 2.

b In di. prin. c. consideret nu. 50.

De numero peccatorum confitendo.

c Vbi supra, nu. 50. & 63.

15 *Decimo*,

15 *Decimo*, quod numerus peccatorum non est circumstantia, sed additio peccati ad peccatum. Quoniã frequentatio peccati non circunstat prius peccatũ, sed constituit nouum & separatũ à priori. Circa quod quatuor diximus. *d* Quorum *primũ* est, non esse satis dicere: Peccaui sæpe in hoc genere peccati; quoniam verbũ illud, *Sæpe*, ita verificatur in numero denario, imo & in binario, sicut in centenario; *e* quãuis Archidiaconus *f* partem affirmatiuã defendat, quem licet Angelus *g* noluerit reprobare, meritò tamen eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus. *h*

Secundũ, peccatorem teneri ad dicendum certum numerum peccatorum, si eum nouerit exprimere, dicendo: Hoc peccatum cõmisi toties. Quod si certum numerum minime nouit, debet secum rationem ponere, quoties in die, vel hebdomada, aut mense, plus minusue illud peccatum admiserit, & exponere numerum verisimiliorem. Peccaret enim mortaliter, qui præ pudore vel hypocrisi, aliquid ex numero, cuius meminit, subticeret, imo etiamsi per culpam suam latã fiat, quo minus recordetur; eo quod ea de re nihil antea secum præcogitarat, cum tamẽ id facere potuisset; & proinde confessio nihil valet.

Tertiũ, satis esse absque aliquo numero suum statum sufficiẽter manifestare, veluti si qua publica meretrix per decenniũ parata & exposita ad fornicãdum, tam cum clericis, & religiosis, & virginitate præditis, quam laicis & coniugatis, aut solutis; & post conuersionem confiteretur, exprimeretq; se toto illo temporis spatio in eo statu fuisse; hoc inquam, satis esset, vt post Cardinalẽ Caiet. *a* conclusimus, *b* ponderantes illa verba: *Quãtũ perseuerauerit, & defleat quod* perseueranter peccauit. Per quæ prædictam sententiam singulariter probauimus, *c* & addidimus, eum qui annum integrũ omisit dicere horas canonicas, satisfacere dicendo: Anno integro omisi diuinum officium.

16 *Quartũ*, quod toties numerus peccatorum augetur, quoties peccatum ipsum, vel volũtas peccãdi, quę fuerat intercisa, renouatur, secundum Ioan. Andr. *d* quod plane verum est in peccatis internis, quæ solo animo consummantur, vt odium, & hæresis: nõ autem idem est in illis, quæ opere exteriori cõsummantur: nã illi voluntas non dicitur iterari, donec opere exteriori perficiatur, vel interrũpatur: vt euenire solet, quãdo quis vadit in longinquum ad homicidium perpetrandum, & in ipso itinere, quod vno die conficit, nunc de illo, nunc de alijs meditatur: hic enim non peccat in hoc amplius, quam vnum peccatum, licet multo grauius iuxta Caietanum, *e* quem in dicto principio *f* sequimur, ponderãtes textum ad hoc singularem. *g*

Ex quo *inferimus primo*, peccatum non iterari, aut multiplicari, etiamsi durante opere exteriore multoties voluntas interior interrumpatur, & renouetur: neque etiam è contrario, si manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius, antea quam delictum finiatur, vti copiosius *h* comprobauimus.

d In d. c. consideret n. 42.

e Iuxt. gloss. 1. c. monasteria de vit & late Georg. in princ. Cle. sæpe de ver. signif.

f In c. imitare 6. q. 1. & in prin. d. c. consideret.

g Verb. cons. c. 3. 23.

h In di. cap. imitare.

a Tom. 1. Opusculor. Opus. 18. q. 5.

b In dicto c. consideret.

c Vt ibi diximus.

d In req. delictum col. penult. de reg. iur. lib. 6 in Mercur.

e In dicto c. tom. Opusc. Opus. 17. q. 3.

f Num. 48.

g In c. cũ pro causa de sent. excom.

h In dicto prin. nu. 48.

Infertur *secũdo*, quod omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodo sunt veluti quędam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt peccatum, etiamsi illi actus fuerint interrupti: quales sunt passus itineris, pręparatio equi, lanceę, aliorũque armorum vnà cum desiderijs varijs, vicibus interruptis, verbo, esu & sõno renouatis, eius, qui vadit ab occidendũ alium triginta vel quadraginta miliaribus distãtem: nam licet illi actus in genere entis cõsiderati, singulatim sint multæ & variæ res: tamen considerati tanquã via & partes ipsius peccati, quibus totum peccatum est consummandũ, non amplius quam vnum peccatum efficiũt: sicut lapides, colũnæ, ligna, reliquaque materia vnius domus multa sunt secundum se sumpta: cæterum omnia simul considerata tanquam partes vnius domus, non amplius quam vnicam domum conficiunt. i

f l. eum qui. ff. de visu, c. & l. qui vniuersa, ff. de cdq. possess.

17 Nunc autem ad soluendas sex quęstiones ab hinc aliquibus mensibus nobis propositas, addimus *primo*, quod non solum plures actus exteriores, tendentes in vnum peccatũ principale, qui diuersi sunt in genere entis, censentur constituere vnũ peccatum in genere moris, saltem quoad effectum confitendi numerum peccatorum, quãdo vnus est in alium via: sed etiam quando quis vno impetu fertur in illos omnes. Tum argumẽto præfati cap. *cũ pro causa* a quatenus probat, eum, qui vno impetu pluries percutit clericum, semel tantum excommunicari. Tum argumento aliorum iurium, per quę Ioan. Andr *b* concludit, quendam Angulicum, qui tres ictus vno impetu intulit clerico, semel tantum excommunicatum fuisse. Tum quod ille vnicus impetus videtur includere quandã vnitatem in genere moris, & efficere, vt quadamtenus vnus eorũ sit ad alium via, vel consequens: licet suapte natura in genere entis per se subsistat. Tum, quod qui vnico impetu bis, vel ter appellat, semel tantum appellasse dicitur, *c* & qui bis, vel ter eandem rem in testamento, vel codicillis legauit, videtur semel legasse *d*

a De sent. excomm.

b In dicto Mercur. c. delictum, de reg. iur. li. 6.

c Cap. Lotharius adiunda gl. verbo appellauit 3. quia. d l. eum quæstio C. de legat.

Addimus *secũdo*, quod sicut actus prœambuli ad actum principalem peccati, non augent numerũ peccatorum necessario confitendũ: ita eadẽ ratione nec consequẽtes, nec subsequẽtes actũ principalẽ peccati: quales videtur esse actus, quibus quis fecit aliquod peccatũ principale: & postea inordinate gaudet, lætatur, tristatur, dolet, vel loquitur de illo, vel accessorijs eius. Tum quod eadem ratio videtur, & sic idem est de vtrisque iudicãdum. *e* Tum quod qui furatus est infantem, qui apud eum adoleuit, vnũ furtum fecisse dicitur. *f* Tum quod pauci, collatione aliorũ, inueniuntur, qui post vindicatam iniuriam: post fornicationem in domo sua secure habitam: post furtũ & dolum admissum, non velint, dicãt, vel faciãt aliqua inordinata, gaudendo, comedendo, bibendo, & ridẽdo, iuxta illud, *g Lætantur cum male fecerint*; attamen nemo dicet eorum omnium numerũ nominatim esse confitendum. Tum quia totus Ecclesiæ

e l. illud ff. ad l. Aqui. c. duđũ 2. de elect. f l. inficiando parag. infans, ff. de furtis.

g Prouerb. 2.

Chri-

Christianę vsus videtur habere, quod sicut sufficit homicidę cõfiteri, se occidisse talem hominem, non confitẽdo numerũ voluntatũ, & aliorum actuum inordinatorum pręambulorũ illius homicidij; ita sufficit cõfiteri illud, non confitendo numerum actuum cõsequentium, quibus id ei placuit, & mõstrauit alijs, verbis, vel factis placuisse sibi. Et quod sicut fornicanti sufficit confiteri principalẽ actũ, non cõfitendo numerũ voluntatum, dictorum, & factorum pręambulorum inordinatorum, ita sufficit confiteri principalem actũ, non confitendo numerũ voluntatum, dictorum & factorum inordinatorum, consequentium. Tum quia, licet singuli præfatorum actuũ sint per se ipsos peccata mortifera quoad iudicium Dei exactũ: & licet oporteat, vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter, vel virtualiter perueniat ad omnia illa; quoad tamẽ iudiciũ salutare pœnitẽtis, & huius virę, quod facere debet cõfessarius, satis est, vt numerus eorũ sic patefiat ei, vt status pœnitẽtis satis pateat cõfessario ad iudicandum qualem ei debeat exhibere medicinã, vt pulchre declarauit Caietanus.[a] Cum ergo cõmuniter post, & ante actũ principalẽ multa cogitata, dicta, & facta inordinata solcant haberi, satis cõstat confessario quoad iudiciũ suum salutare ferendum status pœnitentis, quoad illam speciẽ peccati. Arbitrabamur autẽ, quod licet, qui rẽ habuit cum aliqua nõ teneatur cõfiteri colloquia, oscula, & alios huiusmodi actus antecedentes, & consequentes propinquos ad coitũ: tenetur tamẽ qui bis coiuit, etiãsi vnus actus sit propinquus alteri, dicere se bis coiuisse, illa ratione diuersitatis, quod vnus coitus istorũ nõ est communiter via, neque pręambulum ordinatum ad alterũ, neq; consequens illum, neq; quis vno impetu fertur in vtrũq;: colloquia vero, oscula, & amplexus sunt cõmuniter pręambula, & consequentia coitum, quem pręcedunt, vel consequũtur. Non autem sine causa adiecimus supra, *Tẽdentes ad vnũ peccatũ principale*: quoniam si actus illi sunt peccata separata secundum se, vel ordinãtur ad alia peccata, tot peccata cõmittuntur, quot sunt illi ex natura sua, vel quot sunt fines deprauati, ad quos diriguntur: nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via furatur, rapit, peierat, blasphemat, vel suum esum, potũ, iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium conceptum, verum etiam in adulteriũ, infamiam, & sacrilegia, tot peccata diuersa cõmittit, quot sunt ibi actus in se mali, & quot fines diuersi mali, in quos diriguntur: quod ipsum est dicendum de actibus consequentibus, & de illis, in quos vno impetu fertur.

Ex quibus *infertur primo*, quod licet, quãdo inter præambula, & cõsequentia, & actũ principalẽ fit aliqua notabilis interruptio, illa sint peccata diuersa, etiã in genere moris, etiã ad effectum, vt cõtritio formaliter, vel virtualiter debeat peruenire ad illa, nõ tamẽ videtur diuersa quoad effectũ necessario cõfitẽdi numerũ eorum, eo quod sine illa specificatione satis videtur

[a] Tom. 1. Opusculor. opus. 3. q. 5.

constare status cõfitentis, quoad iudicium salutare sacerdotis.

18 Infertur *secundo* decisio primę prędictarũ sex quæstionum, scilicet, quod qui eodẽ impetu dicit alteri quatuor, vel quinq; iniuriosa verba significãtia diuersas iniurias, puta quod sit fur, falsarius, hæreticus, censendus est peccare diuersa peccata. Tũ quia nõ sunt antecedẽtia, neq; consequentia ad vnũ principale peccatũ; neque sunt vnũ, neque vnius speciei. Tũ quia, licet qui vno impetu infert clerico tres ictus, nõ sit nisi semel excõmunicatus: si autẽ vno impetu, etiam vnico ictu tres ferit clericos ter est excõmunicatus, secũdũ Ioan. Andr. *a* Tum quia eadem ratione qui ferit, & blasphemat, & hæresim asserit, tria peccata committit cũ numero necessario cõfitẽda: *b* qui vero dicit totidẽ verba iniuriosa, significantia tantũ vnam iniuriam: vt qui appellat aliquẽ quater, vel quinquies furẽ, hæreticũ, vel latronem, vnum tantũ peccatum admittit, quoad necessitatem cõfitendi, numerum, instar bis, vel ter, vnico contextu appellantis.

a In dicto Mereut. cap. delictum, de reg. iur. l. 6.

b Arg. l. præter, parag in ff. de Iniur.

Infertur *tertio* decisio secundæ quæstionis: scilicet quod qui dicit alicui vnum verbum iniuriosum, & ille respondet; vnde prouocator replicat eidem dicens tria verba iniuriosa, peccat tria peccata, si tres diuersas iniurias significant: vnum autem solum, si tantum vnam.

a Dicto ca. Lotharius additum. gl. ver. appellauit, 31. q. 2.

Infertur *quarto* decisio tertię quęstionis: scilicet, quod qui imprecatur mortem alicui, & toti familię eius, duo tantũ peccata cõmittit, non tot quot sunt personę familię. Tũ quod tota familia pro vna persona ficta accipitur. *d* Tũ, quod familia, licet significet multos, eos tamen collectiue tanquam vnum corpus fictũ significat. Tum quod qui vnam domũ vult inflãmare, vel exurere, nõ videtur peccare tot peccata, quot partes habet, sed vnum: quia vnum corpus compositum ex multis vult inflãmare, vel exurere. *e* Et qui vult furari vnam myriadẽ ducatorũ, vel vnũ aceruum tritici, vnum solum peccatum videtur peccare. *f*

d l. 1. ff. ad fam. furtum fecisse dicatur.

e Arg. l. eum qui, ff. de vsu cap.

f Arg. l. vulgaris, ff. de furtis, & cap. vulgar. de pœn. dist. 1.

Infertur *quinto* decisio quartæ quęstionis: scilicet, quod qui blasphemando maledicit D. Petro, & vndecim Apostolis, duo tantum peccata videtur admittere eisdem rationibus.

Infertur *sexto* decisio quintæ quæstionis: scilicet, quod sex peccata peccat, qui peccans, mollitiei peccatũ inducit sibi successiue in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduã, nuptam, cognatam, & monialem: quia sunt quinque peccata diuersarum specierum: cum virtualiter prædictis quinque commisceatur, vel eis mortiferè delectetur, & nulla illorum sint antecedentia, vel consequentia alterius.

Infertur *septimo* decisio sextæ quæstionis: scilicet, quod semel tantum videtur peccare, quoad necessitatem cõfitendi numerum, qui post vnam fornicationem cum amica habitam, eam vigesies osculatur, non ad iterandam fornicationem, sed ad maiorem delectationem: quia illa omnia oscula videntur consequentia fornicationis, & rei iam habitæ.

Infertur

Infertur *octauo* solutio illius quęstionis, quot nempè peccata committeret ille, qui longp tēpore illicitis amoribus irretitus, mulierē persequitur, sed nō potitur ea? Dicimus enim vt minimum toties illum peccare, quoties interrumpit malā illam voluntatē peccandi cōceptam, cessando ab impendēda opera exteriore pro illo tempore, & iterū posteà illā cōtinuat. ita quòd si diem integrum, vel noctem, aut partem eorū insumpsit musicis cātilenis, quò mulierē alliceret, vel opportunitati captandę, qua ipsam alloqueretur, vel alijs officijs, quibus in illum finem pessimū eam flecteret, quādiu talis voluntas, & opera exterior non interrumpitur, vnum tantū peccatū erit, licet tanto grauius, quāto diuturnius. At verò si opera illa exteriore, quā tūc adhibet, finita, vacat alijs negotijs, quę non sunt via neq; præludia ad prædictum opus, & iterum redit ad eandem illā malam voluntatem solam, vel ad aliam faciendi aliud opus exterius simile, vel dissimile precedentibus ad prauum illum finem cōsequēdum, peccatum aliud committet; & tot subinde peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiusmodi interuenerint, præter multas alias voluntates, seu volitiones absolutas, quas habuit absque operis consummatione; & confitendo numerum verisimilem eorum, satisfacier.

19 *Decimo* dicimus, quòd pœnitens potest vnico verbo mille peccata mortalia confiteri, veluti dicēdo: Millies blasphemaui: Millies peierani: Millies fornicatus sū: Millies occidere statui: Millies feci contra meū votum, vel iuramentū: Decies cōsului alicui, vt in peccato mortali perseueraret: Illud aut illud toties feci ad finem fornicandi: quoniam huiusmodi confessioni nihil deest ad ipsius integritatem, etiamsi tot peccata paucis, sed claris verbis expresserit, vt nos *a* post Caietanum diximus.

Vndecimo, quod circumstantia scandali in duobus casibus est necessario confitēda, secundū omnes, vti nos *b* diximus. Quoniam in his vnū ex tribus illis supradictis efficitur. Prior casus est, quādo scandalū est formale, hoc est, quādo aliquid dictū, aut factum fuit animo prouocandi alium ad peccatū mortale: & nō solum tenetur cōfiteri id quod prędicto animo dixit, aut fecit, sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quā prouocare intendebat. *c* Posterior casus est, cum per opus suo genere bonū aut indifferēs, secūdū speciem tamē & apparentiā malū, prębetur occasio peccādi mortifere. Super alio vero tertio casu diuersa est auctorū sententia: videlicet cū quis mortifere corā alijs peccat absq; proposito prouocādi eos ad mortifere peccandū: nā Adriā. *d* Ioan. Maior. *b* & Syluest. *e* sentiunt partem affirmatiuā: beatus autē Tho. *d* negatiuā, quatenus ait, quod licet grauius peccet, qui peccat publicè, quā qui peccat occulte; non tamen ob hoc dicitur cōmuniter peccatū scādalū speciale, quod ipsum affirmat Caietanus. *e* Nobis idē nūc videtur, quòd vbi supra *f* visum fuit: nēpe quod priori opinioni sit locus,

a In prin. & cap consideret, nu. 11o. bin c.1. parag animaduertere, nu. 5. de pœn. dist. 5.

c Per dicta sup. in c. præced. num. 2.

a In 4. de sacram. confessi qu. 4.

b In 4. d. 38. qu. 3.

c In summa verbo scandalum, qu. 3. d 2.2. q. 43. art. 3.

e In summa verbo scandalum.

f parag. animaduertendum.

locus, quando eiusmodi peccatum per eiusmodi personã, vel in conspectu eiusmodi hominum admittitur, quod verisimiliter id videntes peccati occasionem accipient; opinioni vero posterioris S. Thomæ sit locus, quando non fit per talem personam, nec coram talibus, vt ibidem latius extendimus.

20 *Duodecimo* dicimus notandum esse, eum qui obliuiscitur confiteri circumstãtiam necessario confitendam, non obligari ad iterum confitendum peccatum, quod iam est confessus; sed satis est ei, vt solam circumstantiam confiteatur, verbi gratia Iurauit quis, se non iniecturum manus violentas in Clericum, non furaturum, non blasphematurum; deinde percussit clericum, furatus est, blasphemauit; post quod cõfessus est se illa fecisse, oblitus dicere, quòd antea iurauerat se illa non commissurum, non tenetur ad iterum cõfitendum illa, sed satis est cõfiteri, quod semel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit transgressus, vel confiteri, se fecisse aliqua opera in se mala, quæ se non facturum antea iurauerat, quod *g* latius tradidimus.

g In dict. c. consideret, num. 104.

Neque obstat, quod vt quidã opponit: si vt nos approbamus, non est necesse confiteri illas circumstantias, quæ notabiliter aggrauant non mutando speciem, sequeretur, quod sufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccasse corde, non exprimendo, quod opere compleuerit. Et quod qui ter sola mente peccauit, & bis mente & opere, satisfaceret cõfitendo se quinquies decreuisse fornicari. Sequeretur item posse confitentem respondere Confessario interrogãti, an opere peccauerit, quod non; quia potest negare illa quæ non tenetur necessario confiteri, qualia sunt venialia, & etiam mortalia iam legitimè confessa. Ad quæ respondetur, negando eiusmodi consequentias; quia conclusio nostra, quam ipse quoque probat, loquitur de circũstãtia peccati, & non de peccato, neq; de ipsius perfectione, ad quæ fiunt consequentiæ: nam peccatum operis non est circumstãtia peccati mentis, sed peccatum, & perfectio peccati cordis, & à diuersis non fit illatio, *h* & peccata operis oportet confiteri, quia tenemur confiteri omnia peccata *i* vt supra *k* post S. Tho. *l* declarauimus, addentes rationem, quare sufficiat confiteri peccatum operis sine confessione peccati cordis; & non è contrario, peccatum cordis sine peccato operis.

h l. Papinianus, ff. de minor, &c. ad audientiam, de decim.
i Cap. omnis de pœn. & rem.
k In Prælud. 7. num. 9. 10.
l Ibi citatum.

Quòd pœnitens debeat famam proximi conseruare, non manifestando complices delicti.

CAPVT VII.

1 *Manifestare aliena peccata qua lege prohibitum.*
1 *Confessio sacramentalis qua lege debet esse integra.*
1 *Legum duarum contrariarum vtra potior.*
2 *Pœnitens non debet nominare personam cum qua peccauit.*

3 *Circum-*

3 *Circumstantia aliquã necessario confitenda, quo casu tacenda.*
4 *Confessor scandalizari potest ratione circumstantiæ.*
5 *Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri.*
5 *Pœnitens quando mutato habitu confitebitur.*
6 *Communicari potest absque confessione inopia Confessarij.*
7 *Confessarius quis prodesse possit, & non obesse.*
8 *Verecundia non est iusta causa adeundi extraneum Confessarium.*

1 PRo fundamẽto dicendorũ in hoc capite, præsupponimus *primo*, infamare alterum iniustè, & reuelare aliena peccata ea ignoranti, esse peccatum, lege diuina naturali prohibitum, vt diximus in c. *inter verba*; *a* in cuius repetitione id pro sexta conclusione colligimus, eamque 71. corollarijs ornauimus, & infra *b* in breue compendium contraximus.

a 12. q. 5.

b Cap. 12.

Secundo præsupponimus, quod lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina positiua à Christo Domino nostro instituta, vt docuimus. *c*

c In gl. summæ, de pœn. di. 1. & supra cap. 2.

Tertio præsupponimus, quod quando duæ leges contrariè in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omittenda, tunc temporis illa quæ maior est, minori debet anteferri, & hæc illi cedere. *d*

d Arg. c. Iulianus, & c. si Dom. 11. q. 3. &c. sicut adiuncta gl. verbo necessitas, de cõf. di. 1. vbi late diximus, & aliquid in c. sacerdos, n. 2. de pœ. di. 6.

2 *Ex* quibus *infertur primo*, pœnitentem non debere nominare personam cum qua peccauit: quoniam supradicta lex naturalis diuina prohibet.

Secundo infertur, quod Confessarius præuidens pœnitentem velle nominare personas delicti consortes, vel per quas ipse induxit, vel à quibus fuit ad peccãdũ inductus, debet statim ei occurrere, ipsũq; admonere, ne illas nominet, ne ipse Cõfessarius pariter peccet infamiæ peccato consentiẽdo, vt ait S. Bonauẽ. *e*

e In 4. l. sen. dist. 21 ar. 1. qu. 3. & facit notum, 2. q. 1. & ca. 1. de offi. deleg.

3 *Tertio* infertur, *a* quod quãuis opinio communior affirmet, quod quãdo circũstantia necessario confitenda nõ potest manifestari absque reuelatione tertiæ personæ, tũc potest licitè illa reuelari: opposita nihilominus est verior, quàm tenet Inn. *b* & Hostien. *c* & nos latius asseruimus, *d* nẽpe quod potius debet circũstantiã tacere, quàm proximum diffamare, quando alterum de duobus necessario fieri opportet. Exemplũ de pœnitẽte, qui commisit incestum cũ propria matre, vel filia, vel extitit mediator, vt ab alio committeretur; sed quia pœnitẽs, vel mater, vel filia Cõfessario sunt noti, nõ potest cognationis gradum exprimere absq; mulieris infamia: in hoc enim casu tenetur circumstantiam tacere, & eam non infamare. *Primum*, quia lex de non infamando proximo, diuina naturalis est: Lex autem, quæ iubet cõfessionis integritatem, est diuina positiua; & ita hęc debet illi cedere, e cum non sit locus vtrique. *Deinde* quia secundum opinionem communem, pœnitẽs debet tacere peccatum, quod in confessione detectum sibi, vel Confessario, probabile damnum animæ, vel corporis, vel famę afferret. Veluti,

a In 4. l. sen. dist. 16. b c. omnis, de pœn. & rẽ. c Ibidem. d Vbi dict. c. sacerdos, num. 35. & 36.

e Per dicta in fin. c. di.

luti,si pœnitens Confessarij fratrem occidisset,& si cõfiteretur se aliquem occidisse,statim sacerdos putaret suum fratrem ab illo occisum, aut si cognatam suã, quæ filia esset Confessarij, carnaliter cognouisset,& circumstantiã cognationis exprimeret,confessarius suam esse filiam suspicaretur; quibus casibus pœnitens debet curare concedi sibi facultatem confitendi alteri,quam si impetrare non potest,tunc omnia alia peccata debet exponere,& vnum illud tacere,cum proposito illud idem confitendi,quando prædictum cessauerit impedimentum, secundum S.Thom.*f*& Altisiod.probatum à Ioan.Maiore.*g*

f In 4.d.19. q.3.art.4.
g In 4.lib. sent.dist.17. qu.5.

4 Denique quia communis habet opinio, quod si pœnitens, ob id quod fœmina est,vel ob peccati enormitatem, vel propter alias causas probabiliter credit,si suum peccatum,vel eius circumstantiam proderet in confessione, scandalum magnũ, vel grandem occasionem peccandi mortaliter Cõfessario præberet;tunc nullo modo debet illam Confessario detegere, secundum Adrianum,*h* eo quod lex quæ scãdalum prohibet, est diuina & naturalis.*i* Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata,& omnes eorum circumstantias est quidem diuina,sed positiua;*k* & consequenter patet illam esse fortiorem ista;& quando concurrunt simul,hæc illi cedere debet.*l* Quod quidem est verũ,saltẽ quando scandalum illud passiuum,quod ex tali confessione inferretur,ex ignorantia vel infirmitate,nõ autem ex malitia proueniret,vt sentit Ioan.Maior.*a*

h in 4.de cõfess q.4. vers. ad argumenta quæ contra hoc.
i Matth.18. & Marc.9. & cap.2.de oper.nou.nunt.
k Vt supra diximus.
l Per prædicta,num.1.
a In 4.l sen. dist.17.q.5.

Neque obstat quod quidam contrariam teneant sententiam. Tum quia fundamenta nostra longe fortiora sunt, quã fundamenta contrariæ. Tum quia fundamentum principale cõtrariq est,quod communis tenet oppositum,quod ipsum etiã nos asserimus. Sed non obstat,quia à communi recedendũ est,quando pro cõtraria est textus,vel ratio,cui nõ potest satis bene responderi,vt diximus;*b* & rationibus prædictis non potest bene respõderi à cõmuni,neq; ille ibi eis respondet. Tum quia præsupponunt,me esse auctorem huius opinionis,quod demiratus sum,cùm citauerim duos grauissimos auctores illius,scilicet Innocentium & Hostiensem. Tum quia prædictum dictũ S. Th. quod in hoc allegaui,est communiter receptũ;nec ille illud negabit,cum sit eiusdem ordinis;& ex eo efficaciter infertur opinio nostra,à qua non est discedẽdum;quamuis etiã Sotus immemor nostrarum rationum,sequatur communẽ. *c* Tum denique,quia omnium fere sententia,vt *d* dicemus, habet,quod Confessarius,qui nõ potest cõfiteri peccatum aliquod sine reuelatione confessionis,debet tacere illud,& reliqua confiteri. *Quæsitũ est* autem nuper à nobis: An qui cõmisit incestũ,reneatur confiteri circumstantiam graduũ cognationis & affinitatis. Cui respondimus teneri,quoniam aggrauat peccatum,mutando speciem. Alia enim species incestus est copula cũ cognata in primo gradu,& alia cum cognata in secundo, & alia cũ cog-

b Infra c. 27. num.286. per textum cum glos.& communi, in cap. capellanus, de ferijs,& l.1.barag. sed aeque C.de ver.iur.enu.

c In 4. l.sen. di.18.qu.2. art.5.
d In cap. seq. num.6.

nata

nata in tertio, & alia cum cognata in quarto; & circumstantia quę mutat speciem, confitenda est per Conc. Trid. *e*

5 *Quarto* infertur, quod pœnitēs in casibus, in quibus non potest confiteri circūstantiam necessario confitendā sine alterius infamia, debet, secūdum omnes doctores, *f* procurare facultatē confitendi alteri, qui eum minime noscat: & si talem nō inueniat, debet mutato habitu cōfiteri illi, qui alias ipsum agnosceret, ita vt neque ex voce, aut alio signo deprehendatur, & nomē proprium, patriā, & professionem taceat, quod licite facere potest: quia hæc nō tenetur manifestare, nisi quādo ex illis oritur aliqua circūstantia necessario confitēda: qualis est, esse cōiugatum, quoad illam culpam, qua matrimonium læditur: vel esse religiosum, quoad culpam, qua votū religionis infringitur. Confessario autem satis est, vt pœnitens eum certiorem faciat, se posse ab illo audiri & absolui. Nolumus tamen dicere, hanc solam causam sufficere, vt pœnitens possit extraneo confessario, non habenti in hoc priuilegiū, confiteri absque sui parochi, vel alterius superioris licentia: hoc enim non est verum, secundum Paludanum receptum, *a* quod & nos *b* tradidimus.

6 *Quinto* infertur, quod quāuis aliqui sentire videantur, quod quando nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiusmodi pœnitentem videri non habere copiam confessarij, & subinde posse sine præuia confessione cōmmunicare, *c* nihilominus tamen verius arbitramur in tali casu debere reliqua omnia peccata cōfiteri omisso illo, aut eius circūstantia, quæ non potest absq; dicto periculo exprimi, cū proposito tamen id confitendi, cum primum occurrerit confessarius, cui absque tali periculo possit illud manifestare per prędicta, *d* vt Maior sentit. *e*

7 *Sexto* infertur, quod quando proprius cōfessarius huiusmodi est, vt probabile sit, cōfessionē talis peccati, & circūstantiæ illi factam profuturam, & nullatenus obfuturam, potest & debet pœnitens illam ei confiteri: *f* hoc enim non est infamare: quia nihil contra ius reuelatur. Nam iure fieri potest reuelatio criminis alterius, ei, quem scit profuturum, & non obfuturum, iuxta S. Aug. *g* dummodo prius eum per se corripiat, vel nulla sit ei spes correctionis per suam correctionem; per ea, quæ in repe. *cap. inter verba*, *h* dicebamus.

8 *Septimo* infertur, non esse iustam causam adeundi extraneū confessarium, nō habita facultate proprij, timorem, quod post confessionem parochus magis solicite, & accurate illius curam sit habiturus, nec adeo bene, vt primum, de ipso opinaturus, secundum Syluestrum: *i* tum quia nulla est lex, neq; ratio quę id conuincat: tū quia pudor solus ad hoc non est legitima causa, nisi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem constitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circumstantiam necessario confitendam, vt *k* diximus.

De

e Sess. 14. c. 5. & caut. 7.

f 4. l. sent. di. 17. q. 3.

a In 4. l. sen. dist. 16. q. 3.

b In c. sacerdos, & in cafin. de pœn. dist. 16.

c. Arg. gloss. fin. recept. c. ad hominē de celeb. miss.

d Sup eod. num. 5.

e In 4. d. 15. qu. 5.

f Arg. c. hoc vide ... 28. q. 5.

g Iuxta S. Aug. in dicto cap. hoc videtur, & in qu. in Leuit. in cap. 5.

h vt, qu. 3. conclus. 6.

i Verb. confessio 14. q. 6.

k Vt in cap. placuit, num. 150. de pœn. dist. 6.

De sigillo Confessionis:

CAPVT VIII.

1 *Sigillum confessionis quid, & quare sic vocetur.*
2 *Sigillum secreti duobus modis sumitur, & quid sit.*
3 *Sigillum confessionis quæ includat, & quos obliget, 4. & 7.*
5 *Sigillum omne confessionis est sigillum secreti, non è contrario.*
6 *Confessor non potens confiteri suum peccatum, nisi reuelando confessum, taceat illud.*
7 *Sigillum confessionis etiam post mortem durat.*
8 *Confessarius vt sæpe confessionem detegit, num. 9. & 10.*
11 *Sigillum confessionis quando non violatur, num 12, & 14.*
13 *Confessor audiens multos pueros vt peccat.*
15 *Confessor deponens de sibi confessis quis frangit sigillum.*
16 *Confessor dicens in tali loco admittuntur grauia peccata, male facit.*
17 *Confessor quas pœnitentias imponit prudenter.*
18 *Confessio similitudinaria non inducit sigillum.*
19 *Confessor vt iuste negat, adulteram non esse sibi confessam adulterium.*

a De pœ. dist. 6. num. 35.
b In 4. l. sen. dist. 21. q. 3. art. 1. q. 3. ad 3 l. 1. parag. fi. & l. cum abiatio & l. si quis signatoribus, ff. de quæstm. test. aper.
c In dicto c. sacerdos, nu. 33.
d 5. qu. 5. f In dicto c. sacerdos, in prin. num. 3. cum seq.
g Cap. intimauit, de testib. cum eis annotatis per Pan. & Fely. & per Iano & Panor. in c. omnis, de pœn. & remiss. & Panor. in c. qualiter 1. parag. si vero, sub finem de accusat.
h In repet. capit. inter verb. 11. q. 3. conclu. 6.
i Vt infra n. 10. & seqq. dicetur.
k Cap. sacerdos, dist. 6.

1 PRo fundamento dicendorum, decurrantes ea quæ tradidimus in capite *sacerdos*, *a* post S. Tho. *b* & cõmunem opinionem, dicimus *primo*, sigillum nihil aliud esse, *quam obligationem, vel debitum occultandi aliquid*: dicique sigillum per metaphoram: nam sicut sigillum continet occultam rem obsignatam in charta vel tabula, *c* ita obligatio seruandi aliquod secretum efficit, ne illud fiat manifestum.

2 *Secundo* dicimus, quod sigillum secreti diuiditur in *sigillum legis diuinæ naturalis*, quod est obligatio iure ipso naturali inducta ad occultandum aliquid; & in *sigillum confessionis*, quod nihil aliud est, quam obligatio à lege diuina positiua per Redemptorem nostrorum inducta, ad occultandum, quod in sacramentali confessione reuelatur; qui quidem propter multas causas, quas *d* adduximus, voluit, vt quamuis alia secreta regulariter obseruanda, iuxta *cap. qui ambulat*, *e* quod cum alijs citauimus *f* sæpe possint, & debent reuelari, videlicet quando iubet superior, *g* vel quando occultatio talis secreti nocet animæ, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vt diximus; *h* tamen confessionis sigillum numquam est reserandum, præterquam in vno casu, nempe quando qui confessus est, ad id facultatem dederit quibusdam conditionibus affectam; *i* quinimo confessarius qui directe vel indirecte confessionem detegit, siue absoluat pœnitentem, siue non, semper peccat mortaliter, siue id faciat præ timore, etiam ipsius mortis, siue gratia vitandi scandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcumque alium finem rectum, aut prauum. *k*

3 Tertio

3 *Tertio* dicimus, quod idem redemptor noster Iesus Christus voluit, vt sub ista obligatione non solum includerentur peccata mortalia & venialia, verum etiam eorum circumstantiæ necessario, vel voluntarie confessæ, & quæcunque alia, quæ licet peccata non sint, sunt tamen talia per quæ detecta, detegi potest, directe vel indirecte, in genere, vel in specie, eum, qui confessus est, confessum fuisse, se admisisse aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam si leuissimum foret, vt diximus in capite *sacerdos*, *a* per dictum caput *omnis*, *b* in illis verbis: *Caueat sacerdos, ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem.*

a Num. 68.
b De pœn. & remiss.

4 *Quarto* dicimus, quod hoc sigillo & obligatione secreti confessionis, non solum ipse confessarius remanet obligatus, verum etiam *c* omnes illi, qui confessionem sacramentalem audierunt, vel intellexerunt licite, vel illicite, mediate, vel immediate siue sint clerici, siue laici, siue viri, siue fœminæ. *d*

c Vt diximus in cap. 1. in prin. nu. 77. de pœn. di. 6.
d Iuxta S. Tho. Palud. & omnes alios in 4. dist. 22.

5 Ex quibus *infertur primo*, quod omne sigillum confessionis est etiam secreti naturalis, non autem è contrario omne sigillum secreti naturalis, est sigillum confessionis.

Secundo infertur, quod sigillum confessionis est fortius altero, quoniam alterum solum introductum est à lege diuina naturali: hoc autem, de quo in præsenti agimus, à lege diuina, naturali, & positiua.

Tertio infertur, quod quamuis qui aliquod horum sigillorum infregerit, peccet mortaliter; grauius tamen peccat, qui frangit confessionis sigillum, quam qui alterius secreti naturalis: quoniam ille peccat contra duas diuinas leges; hic autem contra legem naturę tãtum. Sicut etiam grauius offendit, qui reserat secretum, quod iurauit seruare, quam ille qui solum idem promisit; *e* vti copiosius in d. capit. *sacerdos*, *f* diximus.

e Cap. 1. 22. q. 1. & gloss. in c. iuramenti ead. caus. q. 5.
f Num. 39. & seqq.

6 *Quarto* infertur, quod confessarius, qui cõmisit aliquod mortale, quod nõ potest cõfiteri absq; cõfessionis sibi factę reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua cõfiteri cũ proposito illud etiã cõfitendi quãdo absq; prędicti sigilli pręiudicio facere poterit, secũdũ omnes; *g* quatenus tenẽt quod, vt dictũ est, nõ est nisi vn⁹ casus, in quo illud liceat reuelare, qui quidẽ nõ est hic.

g In 4. sent. dist. 21.

7 *Quinto* infertur, quod sicut *h* diximus, non solum sacerdos & laicus, cui propter aliquã necessitatẽ fit confessio, *i* & etiam interpres qui partes pœnitentis, qui linguam ignorat, agit, hoc secretum obseruare tenentur, verum etiam qui casu vel dolo, licite, vel illicite alicuius confessionem audit: imo & is, cui causa consilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur: quoniã res cum onere suo transeunt, vt iura habent, *k* & tradit S. Tho. receptus à Panormitano & alijs: *l* & confessio simul ac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti, adeo quidem, quod iudex nihil deberet agere, aut aggredi ob famam, vel indicium, quod inde oriretur.

h In d. cap. sacerdos.
i Iuxta ca. 1. in prin. de pœn. dist. 6.
k Cap. ex literis, de pig. c. pastoralis, de dec. li. 2. & 3. C. quibus caus. pig. vel hypo. tacit. cont.
l In 4. libr. sent. dist. 21. q. 3. ar. 10.

Sexto infertur, quod hoc sigillum & obligatio durat etiã post mortẽ, quoniã nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad semper, & pro semper obligat, vt ait S. Th. *a* & Panor. & alij. *b*

8 *Septimo* infertur, quod hoc sigillum violauit, veluti diximus, *c* quidã parochus, qui suo parochiano publice cõquerẽti quod sibi Eucharistię sacramentũ denegabat, publice etiam in hunc modum respondit: Ne queraris, amice, quod tibi denegem sacramentum, quia habes casum reseruatum, à quo ego non possum tẽ absoluere. Nã perinde est, ac si diceret, ille confessus est mihi aliquod mortale: siquidem venialia reseruari non solẽt. *d*

9 *Octauo* infertur, quod confessarius in hunc modum loquens, ille mihi confessus est multa & valde grauia peccata, cõfessionem detegit, vt nos post Paludanũ *e* diximus; & etiam ille, qui duarum aut trium personarum confessionibus auditis, de vna illarum sic loquitur: Hic nullum peccatũ mortale habuit: quoniam indirecte videtur significare, alios duos mortalia fuisse confessos, sicut *f* diximus, adijcientes idem facere illum, qui confessione pœnitentis audita, statim consuluit virum doctum præsentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis quærit, & accepto consilio illico redit, vt eum absoluat.

Nono infertur, quod hoc etiam sigillũ infringit sacerdos, qui cum ipse alteri cõfitetur, accusat se absoluisse aliquẽ à peccato simonię, eo modo vt alter sciẽs à quo fuisset in confessariũ electus, facile poterat cõijcire quisnã fuisset absolut⁹, vt *g* dixim⁹.

10 *Decimo* infertur, quod grauiter errabant quidã confessarij, quos Hostien. *b* narrat se vidisse ridentes & iocantes, qui sibi inuicẽ confessiones auditas referebãt, dicentes in hunc modũ: Quidam miles, vel quędam mulier venit ad me hodie, & illud, aut illud mihi confessi sunt: qui quidem quamuis illorũ nomina non exprimerẽt, per coniecturas tamen facile fuerat deprehendere; quo in loco etiã reprehendit eos, qui dicunt: ille confessus est admodum bene. Cõfessio illius non mihi satisfecit. *i*

Neque obstat, quod Conc. Trid *k* iussit, vt confessarij imponãt pœnitentias publicas ijs, qui publice peccarunt cum scandalo aliorũ manifesto; vt quos ad malum inuitarunt, eosdẽ ad bonũ incitent, tũ quia noluit statuere, vt confessarij hoc facerent eo modo, quo sciatur eas ab illis fuisse impositas; tum quia nõ loquitur de confessarijs; tũ quia illud esset rũpere indirecte sigillum illud; tũ quia etiã erat sancitũ antea, *a* vt peccatis publicis imponatur publica pœnitẽtia: sed illud vt *b* probauimus, intelligitur in foro mixto exteriori, in quo posset intelligi hoc dictũ Concilij, & non in mero interiori, quod significat dictũ Concilium in tribuendo potestatem episcopis mutãdi pœnitẽtiam publicam, de qua loquitur; tum quia non est recedendũ ab antiquo iure, quando nouum ad id nos non compellit. Itaq; credo confessariũ non debere palam facere indirecte, quod pœnitens sibi confessus fuit aliquod peccatũ publicum scandalosũ, imponen-

a 2.2.q 33. ar. 2. in corpore quæst.
b In cap nouit, de iudic. Archid. in princ. de pœnitt 5. & in c. si peccauerit 2. qu. 2. & c. præcepta, de consecr. di. 1. c dicto cap. sacerdos, nu. 53
d Arg. glo. c. 2. de pœn. & rem. lib. 6.
e In 4 l. sen. di. 21. q. 3. in dicto c. sacerdos, nn. 54.
f In dicto c. sacerdos, nu. 57. & 59.
g In d. ca sacerdos, n. 56.
h In summa de pœn. & remiss. parag. in quo tenetur.
i Vt in c. sacerdos, de pœn. di. 6. n. 59. diximus.
k sess 24 cap. de reform.
a In cap. 1. de pœn. & rem.
b In c. sacerdos, de pœ. d. 6 nnm. 87. & seqq.

imponendo ei pœnitentiam publicam, sic vt credatur ab illo fuisse data, quamquã bene potest imponere ita, vt crederetur, pœnitentem à se illud facere ad ædificationem eorum, quos scãdalizauit; & etiam posset ei suadere, vt hoc significaret illis, quos scandalizauit, dicendo se id facere, quo sciant se ex animo pœnitere, percupereque, ne quis eius exemplo peccet.

Vndecimo infertur, quod contra hoc sigillum etiam facit, qui de concubinarijs, vel alijs publicis peccatoribus asseuerat, illos peccata illa publica fuisse sibi confessos; quamuis enim nõ reuelet peccata, siquidem iam publica erant, ea tamen ratione visus est reuelare, quia dicit illos talia peccata in confessione explicuisse, vt comprobauimus. [c] Ille item reuelat confessionem, qui dicit: ille confessus est mihi, sed ego eum non absolui: constat enim eum, qui huiusmodi verba audierit, coniecturum, pœnitentem confessum esse aliquod peccatum mortale, quamuis Caietanus, cuius argumentis [d] respondimus, oppositum teneat. Præterea secundum omnes ille etiam infringit sigillum, qui dicit: Ego illum non absolui, quia non vult restituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

[c] In dicto c. sacerdos, n. 62.

[d] Ibid. n. 64.

11 *Duodecimo* infertur, quod non frangit hoc sigillũ parochus ille, qui accersitus ad sacram Eucharistiam ministrandum publicis vsurarijs, vel alijs similibus peccatoribus, quorũ confessionẽ vel ipse, vel alius audierat, cum illis ita se gerit, ac si nihil per confessionem accepisset, & in hunc modum loquitur: Hi homines, quantum apparet, hucusq; in peccato publico permanserunt, & permanent; & publico peccatori quousq; etiam publice constet quod desijt esse talis, non debet Eucharistiæ sacramentũ publice ministrari. Nam istiusmodi verbis non reuelatur confessio, neq; quidquam falsè dicitur, [e] sicuti post Paludanum diximus. [f] At vero si diceret: Ego non possum, vel nõ potui illos absoluere, quia publicam illorũ pœnitentiam non video, iam tunc violat sigillum, quod nos multis rationibus [g] contra Caietanum confirmauimus. Ille autem qui dicit: Ego audiui confessionem Petri, vel, Audiui peccata Petri, vel, Petrũ à suis peccatis absolui, non est sigilli violator: tũ quia per hoc non asserit aliqua mortalia peccata generatim vel speciatim sibi fuisse confessa, nec aliqua venialia in specie; tum quia in summa nihil amplius dicit, quã si dixisset, Confessus est mihi, & ego ipsum absolui; quibus verbis nullus confessionem reuelare videtur, vt [a] diximus, nisi quando aliquis adeo clam est confessus, vt nolit alium scire se tali sacerdoti fuisse confessũ: quod quidem contingit, quando vxor fratris ipsius confessarij contra maritum peccauit, confiteturque alteri omnia sua peccata, vt postea reliqua, præter illud vnum, mariti fratri, vel consanguinei confiteatur, qui quidem, si nosset, illam alteri fuisse confessam, aliquid mali suspicaretur.

[e] In 4. dist. 9. qu. 4. col. 2.

[f] In prin. c. 1 n. 91. & 92. & in ca. sacerdos, nu. 65. de pœn. dist. 6.

[g] In princ. dicti c. sacerdos, nu. 65.

[a] In dicto c. sacerdos, nu. 68.

12 *Decimotertio* infertur, quod non rumpit sigillum, qui dicit:

Eo ad audiendum recōciliationem Petri, qui suis minutissimis peccatis, vt solet, caput mihi obtundet. Nam hic solum in genere peccata venialia alterius manifestat. Nō est item violator sigilli, qui sine expressione causæ, denegat alicui suffragium in electione prælati, eo quod eius peccata per confessionem cognouerat. Neque ille, qui dicit, Tale peccatum mortale in cōfessione audiui, dūmodo adeo circumspecte & caute hoc dixerit, vt nullo modo possit cognosci persona, quę tale peccatū fuerat confessa, secundum Paludanum, & communem opinionem, *b* & Adrianum, *c* quamuis Panormitanus *d* oppositū sentiat; cuius argumenta satis aperte & sufficienter *e* dissoluimus: ibi tamen, *f* adiecimus, satius esse talia verba nunquam proferre, nisi propter magnam proximi vtilitatem, & quod viri grauissimi raro ita loqui deberent, & rarius minus graues, & rarissime leues, quoniam hi facilius, quam illi incidunt in suspicionem criminis de violato sigillo confessionis.

b In 4. libr. sent. dist. 21. c In d. dub. 10 d In ca. omnis nu 8. de pœn. & rem. e In dict. ca. sacerdos n. 78 f Num. 81. g Arg. l. Mima C. de epis. aud. & parag. fin. auth. de sanct. ep. l. & eloq. ca. cum decorem de vita & hom. cler. h De pœn. & remiss. i Distin. 21. k In dicto c. sacerdos nu. 119.

13 *Decimoquarto* infertur, quod sacrilega est illa parochorum quorundam consuetudo, audiendi simul multos pueros in vnum congregatos, iam rationis vsum habentes, sine vlla necessitate; tum quia pœnitentiæ sacramento iniuriam faciunt, ipso ad risum & iocum abutentes. *g* Tum etiam, quia ipsi pueri postea suorum sodalium confessiones alijs pueris manifestant, in quo contra multa præcepta delinquitur, quæ in *cap. omnis*, *h* & in 4. *i* habentur, vt *k* diximus.

14 *Decimoquinto* infertur, quod confessarius interrogatus, quid egerit circa pœnitentem, quem non absoluit, respondere debet se suo munere fuisse perfunctum: at vero si diceret, se non absoluisse, iam sigillum perfringeret: nam tunc probabilem ingerit suspicionem, aliquod peccatum graue confessum esse pœnitentem, vel aliquam excommunicationem incurrisse, vel nolle emendari, quantumuis Caietanus hoc defendere contendat, vt diximus. *a*

a In præalle gato ca. sacerdos nu. 93.

Decimosexto infertur, quod non rumpit sigillum istud confessarius, qui circa peccatū, quod audiuit in cōfessione, cōsilio alterius indigens, eo modo postulat illud sibi dari, vt ex eius verbis nullo modo possit intelligi quis fuerit auctor sceleris. *b*

b Cap. offic. de pœn. & remiss. & dicimus supra eod. cap. illap. 21.

15 *Decimoseptimo* infertur, quod confessarius, qui vocatus in testem ante iudicem, exponit quod in confessione acceperat, quia alio modo idipsum intellexerat, non dicitur sigillum confessionis dissoluere: dummodo ita prudenter deponat, ac si nunquam quidpiam tale in confessione percepisset, secūdum S. Thomam *c* ab omnibus receptum, vt nos id etiam *d* diximus. Nam si aliquid aliud adderet, ex his quæ nouit in confessione supra id, quod ante cognouerat, siue rem ipsam, siue rei certitudinem augendo, iam fit sigilli violator secundum mentem omnium doctorum, quam Syluester *e* expressit.

c In 4. libr. sent. dist. 21. q. 3 art. 2. d In d. c. sacerdos n. 61. e Verb. confess. 5 q. 5.

Decimooctauo infertur, quod nec ille infringit hoc sigillum, qui

qui ex licentia pœnitētis libere & sponte, & ex iusta caussa sibi concessa confessionē detegit, secundum S. Thom. *f* & multos alios, quorū opinionē multis textibus, & rationibus comprobauimus, *g* nouā aliā rationem antiquæ definitioni reddentes.

f In 4. li. sen. dist. 21. qu. 3. art. 3.

g In dicto c. sacerdos, n. 151. & seqq.

16 *Decimonono* infertur, quod malefacit confessarius, licet nō dicatur cōfessionis reuelator, ita loquēdo, in tali loco (expresso nomine loci in quo audiū confessiones) grauia crimina perpetrātur. Nā simplices scandalizātur, existimantes his, & alijs similibus verbis confessiones reuelari, atq; subinde speciē mali præ se ferunt: & idcirco ab illis abstinere debemus, sicut diximus *h* iuxta illud Apostoli: *Ab omni specie mali abstinete vos.* i

h In dict. c. sacerdos, nu. 54.

i 1. ad Thess. 5. relatum in cap. um ab omni, de vit. & honest. clericor.

17 *Vigesimo* infertur, quod non est prudentis confessarij iniūgere pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitētias, quas ille teneatur statim à confessione, vel paulo post eam perficere, quando pœnitentiæ fuerint huiusmodi, vt commode & secreto fieri non possint, absque eo quod ab aliquibus videantur, qui subinde suspicentur propter grauia aliqua crimina illas fuisse iniunctas à confessario, sicut *k* diximus: quamuis aliqui affirmarent propter grauia peccata graues quoque imponi posse pœnitentias, dummodo ex eo nulla specialis suspicio exoriri possit, propter illa, vel alia crimina confessa fuisse impositas: cæterum quia confessarius nullo modo, nec in genere, nec in specie potest reuelare aliqua peccata mortalia sibi esse cōfessa, hoc non esse securum arbitramur, nisi consensus pœnitentis iusta de causa datus id iustificet.

k In præcepto c. sacerdos, n. 115.

Vigesimoprimo infertur, quod non facit contra sigillū confessarius, qui ex Petri confessione intelligens, Ioannē fuisse illius complicē in delicto, postea Ioannē de illo crimine interrogat: dummodo nō exprimat: quod rem à Petro acceperit, secundū Syluestr. imo nec in particulari interrogando sigillum aperit, quando Ioannes verisimiliter suspicari nō potest illud expressisse Petrū in sua confessione: quia nimirum peccatū eiusmodi erat, vt circa illud confessarij soleant interrogare. Caueat tamen, ne tunc quidquam de Petro scisciteur, iuxta Syluestrū. *b*

a Verb. confess. 3. q. 16.

b Dicta & q. 16.

18 *Vigesimosecūdo* infertur, quod qui reuelat secretū reuelatum sibi sub sigillo cōfessionis, vt vulgo fit, sine sacramētali peccatorū suorum confessione non frāgit sigillū confessionis secūdum Innocēt. Panormit. & communē, quos retulimus; *d* etiāsi genu flexo, & præuio signo crucis in fronte reuelauit, vt diximus *e* tenentes in hoc Sotum, & Caiet. quem illic non citat.

c In c. omnis de pœn. & rem. li.

d In c. sacerdos n. 39 de pœn. dist. 6.

19 Ad illud vero dubium, Quid faciet confessarius alicuius mulieris ductus in aliquod desertum à marito eius nobili, vel tyranno & interrogante, an sua vxor confessa fuerit ei, se adulteratam esse, intentando ei mortem, si veritatem non dixerit: respondeo, quod potest absolute dicere, &, si opus est, iurare, eam sibi non esse confessam vllum adulterium, adijciendo mente, eo modo quo dicere obligetur.

e In rep. cap. inter verb. 11. q. 8.

In quibus casibus confessio debeat iterari.

CAPVT IX.

1 *Peccatum recte confessum semel non est necesse iterum confiteri.*
2 *Absolutio etiam iniusta valet, nisi adsit defectus substantialis.*
3 *Sacramenta collata excommunicato regulariter valent.*
4 *Absolutio à peccatis etiam iniusta excommunicati communiter valet, num. 5.*
6 *Absolutio carentis iurisdictione non valet, num. 7.*
8 *Confessio facta excommunicato, suspenso, vel interdicto, quæ valet, num. 9. & 10.*
11 *Confessio facta curato carenti omni titulo, inualida.*
12 *Confessio facta nescienti aut nolenti absoluere, vt conuenit, nulla.*
13 *Confessio sine proposito vitandi futura, vel non integra, nulla.*
14 *Confessio omittentis aliquid confiteri iusta de causa valet, nu. 15.*
16 *Confessio sine debita cura reminiscendi, quæ non valet.*
17 *Confessio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque &c. num. 18.*
19 *Confitens ei, cui male confessus est, vt non tenetur confessa confiteri.*

a In d. 14.
b Quolib. 1. ar. 11.
c In lect. 2. super Mare.
d In 4. l. sen. di. 17. qu. 5.
e Ibid.
f In 4. de sacra conf. q. 5.
g Num. 30. de pœn. di. 5. & in ca. fin. nu. 312. seqq. de pœn. di. 6.
h Cap. 11. q. 3. cum inter de re iudic.
i Cap. 1. eod. & l. 1. & tot. tit. C. quando proue. non est necesse.
k In di. 4. li. sent. dist. 17. arg. l. illud ff. ad le. Aqu. &c. 2. de translat. prælator
l In ca. 1. parag. cautus n. 25. & seq. de pœn. dist. 5.
m Cap. cum illorum, de sent. excom.
n Cap. significasti, de eo, qui dux. in matri.
o Vbi supra.
p Arg. cap. si celebra. de cler. excom. minist. & c. sacris, de his quæ vi met. caus. fin. vt in cap. fratres, num. 40. de pœn. dist. 5.
q In verb. cõfess. 1. parag. 4 & verb. conf. 5. nu. 10.
r In 4. libr. sent. dist. 18. a. 9. qu. 4.

CIrca hoc *dicimus primo*, conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam, *a* peccatum semel rite ac legitime confessum, non esse necessario iterum confitendum, attenta sola lege diuina & canonica. Imo neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget absque pœnitentis consensu, iuxta veriorem sententiam S. Thom. *b* & aliorum complurium, scilicet Gersonis, *c* Paludani, *d* & Iacobi Almaini, *e* & Dionysij, quam Ioan. Maior & Iacob. sequuntur, & Adrianus, *f* quos sequuti fuimus. *g*

2 *Secundo* dicimus, quod sicut aliæ iudicum sententiæ communiter valent, etiam si sint iniustæ, *h* nisi quando defectus est substantialis; *i* ita eadem omnino ratione absolutio sacerdotis regulariter valet, etiam si fuerit iniusta, quando nihil ex substantialibus deest, secundum mentem omnium. *k*

3 *Tertio* dicimus, quod quamuis peccatũ sit excommunicato ministrare sacramenta, si tamen illi conferãtur, vera sunt & valida, vt l'affirmauimus: siquidem professio facta ab excommunicato valet. *m* Matrimoniũ item ab illo contractum. *n* Sacramenta item Eucharistiæ, Confirmationis, & Ordinis ab eo administrata, vel susceptа valent propter rationes *o* adductas.

4 *Quarto* dicimus, quod ex præmissis deducitur, *primo* absolutionẽ à peccatis, quę confertur maiore aut minore excommunicatione ligato, communiter valere: quia excõmunicatio non inducit defectũ substantialem absolutionis à peccatis, quãuis excommunicatus, qui dat & accipit eã sciẽter, sacrilegiũ committat, *p* vt contra Angelum, *q* probauimus, qui quidem incaute pro se adduxit Richard. *r* quem constat nobiscum sentire, &

consequenter

consequenter illum ad iterandam confessionem non teneri, vt a probauimus, post Caietanum; b & maxime prædicta absolutio valet quando excommunicatus nesciebat, vel non aduertebat, se esse excommunicatum, siue ignorantia aut inconsideratio fuerit iusta, siue secus: dummodo quando absoluebatur, neque crederet, neque aduerteret se peccare recipiendo absolutionem: vt cum aliquis est excommunicatus & nesciens id, vel non aduertēs, se excommunicatum esse, bona fide peccata sua confitetur, & petit absolutionem, sicut solent multi facere, qui ignorant se propter percussionem clerici in minoribus constituti, vel prima tonsura initiati, excommunicationē incurrere: aut etiam ignorant, vel non aduertunt sententiam excommunicationis generalem esse promulgatam cōtra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud surripuerint: hi etenim quamuis remaneant obligati ad impetrandam absolutionem ab excommunicatione, non tamen tenentur iterare confessionem.

Et si excōmunicatio esset iniusta, multo in potiori iure valeret absolutio. Quemadmodū enim qui excōmunicatur excommunicatione inualida, siue nulla, potest iuste absolui, secūdum omnes; c sic etiam excommunicatus per excommucationem validam, sed iniustam in foro conscientiæ, & coram Deo potest à suis peccatis absolui, quoniā in illo foro nō est excōmunicatus, vt sētit Richar. d & Adrian. e expressit, & ex Felino, & alijs ab eodem citatis f collgitur. *Non obstat*, quod Sylvest. g sequutus Paludanum, tenuit contra prædicta, scilicet absolutionem impensam excommunicato non valere, quia in *cap. fratres*, h admonui tenendum esse circa hoc in multis contra Paludanū ibi relatū, per multas rationes efficaces Caietani, quē in *c. fratres*, i cōtra Palud. cito, & sequor. Et sic quod Manuale alicuius Episcopatus generaliter habet, confessionem excommunicati maiori excommunicatione reiterandam esse, limitandum est ad casus ibi expressos, & infra insinuatos. *Neque* etiam *obstat*, collationem beneficij excommunicato factam nihil valere, k quia ius humanum circa ea, quæ sunt iuris humani sancire potuit: quod non fecit, nec potuit facere circa substantialia sacramentorum, quæ sunt iuris diuini ab ipso Iesu Christo Domino nostro instituta, vt apertius quam vnquam Conc. Trid. l dixit.

5 *Secūdo* deducitur, inanem esse absolutionem concessam illi excommunicato, qui non solum intelligit se esse excōmunicatum, sed etiā nouit esse lethalem culpā recipere, vel procurare sibi dari absolutionē à peccatis, antequā ab excōmunicatione absoluatur: quoniam huiusmodi defectus est substantialis, non quia absolutio excommunicato impēditur scienti se talē esse, sed potius quia integrā confessionem non facit, siquidem non confitetur peccatum illud, quod perpetrat petēdo sibi absolutionem conferri, sciens se peccare petendo & accipiēdo eā, & sacerdotem impendendo. Et quamuis integra fuisset cōfessio,

a In præcitato ca fratres, n. 54.
b Verb. absolutionis impedimenta, & verb. confessionis iteratio, & Tom. 1. Opuscul. Op. 5. q. 2. & facit c. Apostolicæ de cler. excominist. & ea quæ ait Cardin. cons. 40. & Felin. in c. sicut euis cola. 1. de sim.
c Arg. c. solet de sentent. excom. lib. 6. & per multa à nobis citata, in prælec. c. cum contingat, de rescript.
d In 4. dist. 18 ar 3. q. 4.
e In 4. de confess. q. 4. col. 10.
f In c. fin. de testib cog.
g In verb. conf. 1. q. 5.
h De pœn. di. 1. num. 50.
i De pœnit. di. 5. nu. 50.
k Ca. postulastis, de cleric. excomm. ministrand.
l Sess. 7. cap. non 1.

puta si ipse confiteretur illud peccatum, quod in expetenda absolutione committit, tamen adhuc nihil valeret, quia deficit contritio vel attritio debita, quæ confessionem comitari debuisset, vt constat ex supradictis *a*

a In c. n 37. & seq.

6 *Tertio* deducitur, quod absolutio confessarij non habẽtis iurisdictionem ordinariã, vel delegatã, nulla est, & debet iterari, quoniã defectus potestatis est essentialis, non solũ quoad hoc, sed etiam quoad alia omnia, secundũ omnes, *b* & tactũ fuit supra, *c* & est expressum in Conc. Trid. *d* Nec sufficit ratificatio facta à proprio ordinario confessario, quãuis pœnitens hac fiducia fretus confiteretur, quod id gratũ & ratum ille habiturus esset. Quoniam nulla ratificatio efficere potest, vt sit sacramentum, quod ab initio non fuit tale, secundum Paludanum. *e*

b In 4. d. sen. dist. 17.
c In c. 4. facit. fin ff. de iuri. om. iud. & c. ũ de const lib. 6.
d Sess. 14 c. 6. & 7.
e In 4. libr. sent. dist. 17. qu. 3.

Nec hoc est contrarium sentẽtiæ Hostiensis *f* dicentis sufficere ratificationẽ; non enim dicere voluit, confessionem extraneo confessario factam, cum spe futuræ ratificationis à proprio faciẽdæ, per eam fieri validã, sed quod confessio facta extraneo credẽti probabiliter, quod id est gratũ de præsenti proprio, valet, vt recte docuit Sylue. *g* Cuius rei exemplũ, vt *h* diximus, inuenitur in parochianis duorum parochorũ, seu curatorum, qui adeo sunt familiares & amici, quod vterq; illorum tam, vult, vt alteri confiteantur ac sibi; nã eo casu cõfessio & absolutio impensa parochianis vnius, qui alteri parocho confitentur, absq; alia licentia validè reputãtur, non quidem vi ratificationis futuræ, sed cuiusdam præsentis ratificationis, & licentiæ tacitæ.

f In summa de pœnit. & remiss. parag. cui confitendum nu. 14. ver. 8.
g In verb. confessio 1. parag. 6. vers. 8. ff sacerdos.
h In c. 1. placuit. de pœn. dist. 6. n. 105.

7 *Quarto* deducitur, quod sicut absolutio confessarij potestate carentis ad absoluendũ pœnitentẽ nihil valet, ita absolutio illius, qui eã habet ad absoluedũ de aliquibus peccatis, & nõ de alijs, eo quod alia sunt reseruata, alia vero non, vel ob aliam rationẽ, valet quoad illa, quoad quę non est defectus potestatis, qui est substantialis; quoad alia vero, quoad quę est talis defectus, minime. Quãobrem pœnitẽs, cũ id ei cõstiterit, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri, sed solum illa, à quibus eum confessarius non valuit absoluere, secundum omnes. *i*

i In 4. li. sen. di. 17.

8 *Quinto* deducitur, quod confessio eius, qui cõfitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto, publicęq; denuntiato & declarato, nihil valet, & est iterãda; quoniã eiusmodi excommunicatus non habet potestatẽ sufficientem ad sententiã validam proferendã, *a* id quod item est asserendũ de illo, qui ita publicè manus violentas in clericũ iniecit, vt nulla possit tergiuersatione celari, etiam si denuntiatus non fuerit, vt patet ex fine extrauagan. *ad euitanda scandala* Martini V. cuius verũ tenorem transcribimus infra, *b* decerptũ ex statutis Ecclesiæ Gallicanæ, quę sanctus Antoninus, *c* & aliquot alij non fuerũt assequuti, quæque innouata fuit per Concil. Lateranense sub Leone X. *d* Quamuis maius dubiũ sit de illo, qui est notorie suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus propter aliam causam, quam propter

n Cap. ad probandum de re iudic. &c. veritatis, de dolo & contum.
b C. 19. n. 35. & plius, in c. 2. parag. labor. n. 10. de pœn. dist. 6.
c 2 part. tit. 9 c. 10 parag. 1 vers. sextum & Fel in c. Rudolphus, de rescrip.
d Vt infra dicetur.

propter notoriam clerici percussionem, sed idē omnino iudicandum esse de illo, sicut de notorie excommunicato propter clerici percussionem, iam e multis fundamentis, & contrariorū argumentorū aptis solutionibus asseruimus, quamuis contrarium passim seruari audiamus in Germania, Gallia, & aliquot alijs Regnis, vbi Catholici nō vitant eos, qui notorie sunt hęretici, ac consequenter excōmunicati, f & consuetudo dicitur optima legum interpres; g quæ cōsuetudo quoniam scitur, & toleratur à summis Pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, satis potest dici excusare Catholicos ea vtētes, quod etiam tangitur infra. h & post illa latius resoluimus, i quod hæretico notorio, si non est denuntiatus excommunicatus, licite communicatur: & ita recedimus à parificatione denuntiati, & notorie excommunicati, suspensi, vel interdicti, quam hic antea fecimus per illa multa, quibus idem fecimus alibi. k

y *Sexto* deducitur, quod valida est confessio, & absolutio illi pœnitenti concessa, qui prę ignorantia confessus est sacerdoti, vinculo excōmunicationis, vel interdicti, vel suspensionis irretito, qui quidē non est publice denuntiatus, sed solū est excōmunicatus, vel suspēsus per sententiā à iure, vel ab homine, vel statuto latam: l quoniam censurę occultę in pręterito tēpore, & etiā alię in præsenti, nisi fuerint in publico denuntiatæ, non impediunt valorē actus, qui ratione publici officij exercetur. m

10 Est tamen dubiū, an idem sit dicendum de cōfessione facta alicui excommunicato, qui quamuis nō sit notorie talis, neque denuntiatus vt talis, tamen hoc ipse pœnitens non ignorat. Et quamuis aliqui partem negatiuā amplecterentur, quia Calderinus affirmat, a receptus per Panormitanū, & communem, & alios quos b Felinus refert, omnes actus ab excōmunicato, etiā occulto, ratione publici officij exercitos in fauorē illius, qui eiusdem excōmunicati operam exposcit, esse inanes, & nullius effectus: verum tamen opposita est tenenda sententia: quoniā licet opinio Calderini eius ætate, ante dictā extrauag. Martini V. tanquam vera defenderetur, erat enim talis: post tamē amplius non est tenenda, vt c diximus antequā legeremus Felin. d qui etsi subdubitans tenet illam definitionē non habere locū post illius extrauag. editionem, quoniā fundabatur in eo, quod qui nouit aliquem ministrum publicum esse excommunicatū, peccat participando cū eo; & post illam extrauagantē nō peccat, nisi denuntiatus, vel sit notorie excōmunicatus, quamuis excommunicatio sit specialis, sicut nos post Cosmā e defendimus. f Verum tamen eū, quod si confitens peccaret mortaliter inducendo hunc cōfessarium excommunicatum ad audiendā suam confessionem, sciens illum tali vinculo detineri, & se nō posse illi confiteri absque reatu lethalis culpę, idque aduertēs, tale peccatū non confiteretur, huiusmodi confessio & absolutio nullius essent momenti; non eo quod cōfessio fieret excō-

e In d. parag. laboratu. 14

f Cap. excommunicamus, de hæres. & per Bullam Cœna Domini, quæ quotannis in vrbe fertur.

g Cap. cum dilectus, de consuet. & l. minime, ff. de leg.

h Ca. 17. n. 35

i In Enchir. de ora. c. 22. Miscel. 2. n. 5

k In præcitato, parag. laboret.

l Vt patet, ex d. extran. Martini.

m Cap. ad probandum de re iudic. vbi Panor. & Pel. eum communis sic resoluunt. Facit. l. Barbarius. ff. de offic. præt. & c. 1. 3. q. 7. parag. verum.

a In d. c. ad probandum de re iudic.

b Ibid. col. penult.

c In c. dilectus. 2. de præb.

d In dicto c. ad probandū

e In gl. statutorū Eccl. Gallicanæ, tit. excommunic. non vitan. vero generaliter.

f In parag. laboret n. 25. de pœn. d. 6

municato, vel quia absolutio impenderetur à tali: sed quia cõfessio nõ esset integra, quippequod in ea nõ exprimeretur peccatum in confitendo ei, & ab eo sacramentalẽ absolutionẽ accipiendo admissum. Vnde infertur, idem omnino dicendũ esse de illo, qui confitetur sacerdoti mortali peccato irretito, etiam non excommunicato, quando ob id, quod illum ad se audiendum & absoluendũ inducit, peccat mortaliter, & aduertens se in hoc peccare, illud tamen peccatum non confitetur. Huiusmodi autem inductio siue persuasio tunc est peccatum mortale, quando absq; vlla necessitate, vel debito, quo alius teneretur, illum induxit ad faciendum sacrum, vel ministrandum aliquod sacramentũ, quem scit mortali crimine infectũ, quia non solũ qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, &c. *g*

g Ad Rom. 1. & ca. notum 2. q. 5.

11 *Septimo* deducitur, quod confessio facta parocho, qui nullũ titulum bonum, aut malum habuit à superiori, & absolutio ab eodẽ impensa nil valent, & ideo sunt reiterandæ, *h* propter potestatis defectum, qui est essentialis. Non diximus frustra, *Titulum bonum, aut malũ*, quoniam absolutio data ab eo, qui titulum habet, licet malũ, à superiori, & virtute eius possessionẽ accepit, nõ est irrita secundũ Innocentium, *i* quem Panormitanus & communis ibi sequũtur; & idem dico de absolutione data ab eo, qui aliqua de causa bonum titulum, quo fruebatur, amisit, dummodo amissio illa non esset notaria. Cui quidem casui quadrare potest quoddam dictum Gregorij IX. *a* Imo & ille, qui bona fide cõfitetur ei, qui nullum titulum, neque bonum, neque malum habuit, vel illi, qui notoriè amisit eum, quamdiu in sua bona fide perseuerat, saluabitur. Si tamen postea eam amiserit, confessio iteranda erit, secundum Panormitanum. *b*

h Secundum Panor. in c. nihil de elect. col. 6. & in c. dudum, 3 eod. tit. & summa Rosellæ, verbo Confess. 1. parag. 41. & Sylu. eod. quæ 19. vers. ex his cõcluditur, & Caiet. ver. absolutionis impedimẽta, ver. & propterea, & verb. confess. iteratio, ver. memento tamen.

i In d. c. dudũ 2. argu. c. n. 2. q. 4.

12 *Octauo* deducitur, quod cõfessio facta sacerdoti, qui vel nesciuit, vel noluit vti circa absolutionem formâ eius substãtiali ad id necessariâ, nihil prorsus valet, quoniam habet defectum essentialem, *c* quamuis crediderim, raro aut nunquam hac sola de causa confessionem inanem fieri, quoniam fere omnes nouerunt formam substantialem absoluendi, de qua cum suis antecedentibus & consequentibus postea summatim *d* agemus, & expressimus copiosius: *e* & communiter loquendo nemini deest intentio & animus absoluendi. Illud etiam addiderim, duobus modis posse prudentem cõfessarium dignoscere, quãdo pœnitentis confessio, ob id quod imperito cõfessario facta fuerit, debeat iterari, videlicet, quãdo ipsum ipsiusq; omnimodam ignorantiam nouit, & quando ex discursu confessionis sibi factæ, id colligit; eo quod in rebus grauibus, quas minimè ignorare debuisset, nullũ remorsum conscientiæ, aut scrupulũ iniecit ipsi pœnitenti. Veluti si simplicem fornicationem, vel omissionem sacræ cõmunionis in Paschate, vel semel in anno, esse peccata mortalia diiudicare non nouit, ex supradictis. *f*

a In dicto c. dudũ adiuncta gloss. ver. decepta secundum Panor. ibi. col. 7.

b In d. c. nihil. & d. c. dudum 2. & supradictos.

c Arg. c. de homine, de celeb. miss.

d In c. 16.

e In prin. c. 1. de pœ. di 6. n. num. 7. & seqq.

13 *Nono*, vt attingamus defectus, qui ex parte cõtritionis cõ-

1a c. 5. nn. 2.

tingunt,

cingunt, deducitur, quod cõfessio sine proposito vitãdi peccata mortalia inposterum, quamuis secũ gerat quale quale desideriũ vitandi, nihil valet, & iteranda est: qualis est cõfessio illius, quem pœnitet alienum vsurpasse, & non habet restituẽdi animum: qualis item est confessio eius, qui dolet se fornicatũ fuisse, sed non statuit relinquere cõcubinã: nam pœnitens, qui non cõfitetur propositum nõ vitandi illud, quo mortaliter offendit, non integre confitetur: & si illud simulcũ alijs peccatis cõfiteatur, seipsum inhabilem & incapacem absolutionis efficit. g At verò si de peccatis præteritis dolet, proponitq; futura vitare, quãuis non adeo doleat, neq; ita perfecte illa vitare proponat, vt perueniat ad sufficientem contritionem, neque ad eã attritionem, quę adiuncta sacramento in cõtritionem trãseat, non tamen tenebitur iterare confessionẽ, vt in capite *fratres* a probauimus: nam alioqui nemo sciret se recte fuisse cõfessum, siquidem nulli constare potest, an sit in statu gratię, iuxta illud: b *Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus*: c & ex consequenti nemo scit, an fuerit contritus: nam si hoc scire posset, posset etiam illud: d & quia confessio iterari non debet eo solo, quod sit informis, qualis est illa per quã gratia & charitas non obtinẽtur, secundum sanctum Thom. e & late tradit alter Thomas, f quãuis Gratianus g cum suo magno interprete, h & alijs auctoribus oppositam sententiam tueantur. Sed, quod prędiximus, haud dubie tenendum est, vt i tradidimus.

g Arg. c. peccati veniã, de reg. iur. lib. 6. & c. legatur 24. n. 2. & c. illud 95. dist. & c per

a Esaiam 1. q. 1 a Num. 35. de pœn. di. 5.

b Eccles. 9.

c Cap. fin. de purg. cano.

d Arg. c. diui. c. magna de pœn. dist. 1.

e In 4. di. 17. q. 3. art. 4.

f Quæst. 5. in materia confessionis.

g In cap. fin. de pœn. di. 5.

h In gl. fi. & iusdem c. fi.

i In d. fratres, nu. 50.

14 *Decimo* deducitur, quod quoad effectum ex parte confessionis nihil valet cõfessio, quæ non est integra, eo quod pœnitens prudẽs & sciens præ pudore, aut hypocrisi, vel alia iniusta causa omiserit confiteri aliquod peccatũ mortale, vel probabiliter ipse dubitabat, an esset tale, vel aliquam circũstãtiam necessario confitendam, vel etiam eo quod data opera & studiose confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti, à quo non bene intelligebatur: vel confessio non fuit aperta & clara ob verba obscura: vel quia confessarius dormitabat, vel quia confessionẽ diuisit, dum vni sacerdoti partem vnam peccatorum suorũ, alteri vero partem alterã confitetur: cum omnia peccata siue cordis, siue linguę, siue operis, siue occulta, siue manifesta, vni eidẽque sacerdoti dicenda & confitenda sint: quamuis ille non possit ab omnibus absoluere, & propterea necessarium sit ad superiorem recurrere, secundum S. Thõ. *k* quem Scotus, & communis sequitur, & est textus *l* & in Concil. Florent. *m*

k In 4. libr. sent. dist. 17. q. 3. art. 5.

l In c. omnis de pœn. & remiss in c. 1. parag. cautus, de pœn. d. 5.

m In decret. Eugẽ. parag. 4 a In c. 8. n. 6.

15 *Vndecimo*, quod non tenetur pœnitens iterare confessionẽ in qua aliquid ex his omiserit confiteri propter aliquã causam quæ iusta sit, qualis est verisimiliter credere, quod confessio peccati ipsum confessariũ ad peccandũ alliceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati & peccãtis, quorum notitiam ipse habuit per confessionẽ, propter illa quæ supra *n* diximus. Neque etiam tenebitur cõfessionẽ iterare, si omittit aliquid confiteri,

fiteri, nesciens illud esse lethale. Nam quamuis ignorãtia legis diuinæ aliquãdo non excuset à peccato, excusat tamen, ne peccet id non confitendo, sicut post Ioan. Gersonum, Adrianũ, & Sylvest. definiuimus, *a* notiam huius rei rationem afferentes. Et consequenter pueri vel puellæ, qui grandiores facti nouæ agnoscunt esse peccatum mortale, quod alias omiserũt cõfiteri, ignorantes illud esse tale, non tenentur iterare confessionem eorum, quę confessi fuerunt, vt etiam tenet Sylvest. *a*

a In c. firmet, de pœn. dist. 5. nu. 82.

a Verb. confess. 1. q. cer. qui ex nescientia.

16 *Duodecimo* deducitur, quod qui confessus est non adhibita debita diligentia, qua peccata cõmissa in memoriã reuocaret, & ob id aliquod peccatum omisit, debet cõfessione repetere: quoniam patitur defectum essentialẽ ex parte cõfessionis: siquidem culpa sua non extitit integra. Quanta verò debeat esse huiusmodi diligentia, *b* radicitus pertractauimus, vbi in summa diximus, tantam debere esse ac sufficere, quanta viro prudenti & æstimatori humano videbitur necessaria hominibus eiusdem qualitatis & conditionis, cuius est pœnitens ille, attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari à confessario, & de interrogatis respondere, quę sicut *c* diximus, magnam partem diligentiæ requisitæ supplet. Confessarius autem, qui defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoscit in pœnitente, debet illi imperare, vt eam adhibeat, & postea redeat; nisi articulus mortis, vel belli, vel scandali, vel alia similis causa persuaserit contrarium, vt etiam ait Adrianus. *d*

b In dicto c. fratres, nu. 80. & seq.

c Ibid. n. 80.

d In 4. de sacram. conf.

17 *Decimotertio* deducitur, confessionem quoad defectũ ex parte satisfactionis, nõ esse necessario iterandã, ob id quod pœnitens pœnitentiam sibi iniunctã adimpleuerit extra statũ gratiæ: imo neq; ob id, quod eã nullatenus adimpleuerit, neq; in bono, neq; in malo statu, siue id per obliuionẽ, siue per negligẽtiam vel contẽptum cõtigerit, vt *e* absque scrupulo asseuerauimus post S. Th. qui hoc sentit. *f* de quo nihil dubitat Caiet. neque Ioan. Maior. *h* neq; etiam Palud. *i* oppositum dicit, si satis eius verba expendantur: quãuis aliquã errandi ansam B. Antonino præbuerit, qui Angelũ & Sylvest. labi fecit. Cũq; id sæpe cõsuluissemus, & affirmaremus nunquã Paludanũ id tenuisse, valde gratũ fuit postea vidisse Adrianũ, *k* de cõclusione nostra, & de mente Palud. idem quod nos sensisse: quę quidẽ sententia procul dubio tenenda est, quidquid aliquot cõfessionalia cõtineant, nisi quando pœnitenti ante absolutionẽ iniungitur pœnitentia; & ille cũ imponitur ipsi, contemnit, aut iustã curã nõ adhibet, quo postea iniunctæ pœnitentiæ recordetur, vt eã possit adimplere: quod optimè tetigit Caiet. *l* tũc enim nihil valeret etiã si postea eã iniunctam exequeretur, non quia illam nõ adimplet, sed quia quando illa iniũgebatur, peccauit, & de illo peccato nõ se accusauit: atque ideo non fuit integra confessio.

e In cap. contrarium, nu. 20 & seq. de pœnit. dist. 5.
f Quæst. 1. art. 12.
g In sum. verb. confess. 3. parte tit. 17. cap. 1. §. 1. satisfactionis autẽ.
h In 4. libr. Sent. dist. 17. quæst. 6.
i In eodem 4. dist. 17 q. 3.
k In 4 de cõfess. col. penul. in fin.
l Vbi supra.

18 *Decimoquarto* deducitur, quod confessio illius, qui credit, se non habere tantã virtutẽ, qua de cętero à peccatis abstineat,

valida

valida est, imo etiam, si credat se ante mortem peccaturū mortaliter: quoniam hic defectus non est essentialis, neq; accidētarius, vt supra *a* post Innocentium *b* communiter receptū affirmamus. Non valet et tamen confessio illius, qui crederet se nō posse à Deo sufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solum non doleret de omnibus peccatis præteritis; verum etiam peccatum infidelitatis cōmitteret, non credens Deum cuicunque facienti, quod in se est, gratiam concedere, vt recte dixit Adrianus. *c*

a In c. 1. n. 59
b In c omnis de pœn. & remiss.
c In 4. de sacram. confes. q. 4. col. pen.

19 *Decimoquinto* deducitur, quod quando pœnitens propter iterandum confessionem adit eundem sacerdotem, qui meminit peccatorū, vel saltem pœnitentiæ, quam iniunxerat, nō tenetur iterū confiteri in particulari peccata iam semel cōfessa; sed satis erit illi dicere in genere in hunc modum: De omnibus peccatis, quę tibi parer alias fui confessus, dico Deo meā culpam, & tibi, &c. & deinde declarare peccatum, quod scienter omisit, cum simulatione, fictione, & mala intentione qua id fecit. Si vero eidem sacerdoti non confitetur, vel confessarius neq; peccatorum, neque pœnitentiæ, quam ratione eorum iniunxerat, recordatur, debet tunc pœnitens repetere confessionem, perinde ac si antea nō fuisset confessus, iuxta opinionem communem S. Antonini, *d* & Syluestr. *e* qui alios citant.

d 5. par. n. 14. cap. 19. parag 4.
e Ver. conf. 1. q. 3 versi. si tamen confiteretur.

Diximus, *Neque recordatur pœnitentiæ*: nam si memoriam illius haberet, satis esset; imo etiā meo iudicio, si recordaretur status, quem habebat pœnitens, saltem in confuso; quo casu opinio Medinæ *f* obseruari posset, qui quidem aliorum vestigiis adhærens absolute tenet, prædictam memoriam necessariam nō esse. At vero quando nihil ex hisce tribus concurreret, esset cōfessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

f In C. de conf. sacr. 75.

De modo, quo Confessarius erga pœnitentem se gerere debet.

CAPVT X.

1 *Confessarius sic recipiat pœnitentem. Et hæc interroget, 2.*
3 *Confessor quæ dicet in Principio, medio, & fine.*
4 *Confessor quid admonebit confessum non satis contritum.*
5 *Pœnitens quomodo confessionem inchoabit.*
6 *Confessor non ostendat pauorem nec sinat nominari complices. 6.*
7 *Confessor pœnitentem volentem palliare peccata quid monebit.*
8 *Confessor interrogando pœnitentem vnde incipiet.*

1 CIrca hoc *dicimus primo*, quod confessarius rogatus audire confessionem, *primum* (saltem de consilio) quatenus vacauerit, debet mentem suam ad Deum eleuare, & formaliter

a Psalm. 50. formaliter vel virtualiter saltē corde, dicere illud: *a Cor mundū crea in me Deus, & spiritum rectū innoua in visceribus meis*: id est, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam sanctum negotium non me moueat saltem principaliter, cupiditas gloriæ, vel lucri, aut voluptatis, vel studium placendi hominibus, aut res nouas discendi: & pro tua infinita bonitate fac, vt vterque nostrum, ego quidem audiendo, hic vero dicendo tuæ Maiestati placeamus. Amen.

Secundo debet pœnitentem suspiciendo, exhibere se talem, qualem eum esse debere significant illi versus, quos retulimus *b* relatos à S. Thoma. *c*

b In c. 1. parag. quibus cognitis, n. 1. de pœn. di. 6.
c In 4. libr. sent. dist. 17. in exposit. text. in fine

Confessor dulcis, affabilis, atque suauis;
Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.

Ipsumque animare ad sua vulnera detegenda, & ad speciem de ipsorum vulnerum sanitate concipiendam.

Tertio debet inducere pœnitentem, si nouit, ad faciēdū actus exteriores cōfessioni cōuenientes, qui sunt; genua flectere, signo crucis se pręmunire, &c. & si ignorat eū, eos doceat, admonendo ipsum, vt intelligat se potius Deo, quā homini confiteri: ideoque cū maxima reuerētia id facere debere: iubeatque ei vtrūque genu in terrā deflectere, & faciem ad vnum latus inclinare. Quod si eū nō satis agnouit, de eius statu & conditione interroget, vt quod expedit, possit illum rectius interrogare. Si autem ipsum satis nouit, ab his supersedeat, vt diximus. *d*

d In c. consideret in prin. n. 60. de pœn. di. 5. arg. 1. l. ff de act. empt. ca. cum qui de reg. iur. l. 6

2 *Quarto* interroget eum, an aliquo detineatur impedimento, ob quod nō debeat eū absoluere: quale est habere cōcubinam, quā nolit domo eijcere: quale est esse vsurarium, & nolit desistere: quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit ab animo expellere: ne postea de illo queratur dicēdo: Voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionē denegas? Eodem item modo se gerat erga Ecclesiasticū multis incompatibilibus beneficijs sine iusta dispēsatione oneratum: ipsumque admoneat, vt ante omnia sibi cōsulat, quo pacto habeat securam conscientiam, & deinde eius audiet confessionē. *e* Quod quidem consiliū licet hucusque nobis placuerit, nunc tamen valde damnosum videtur. Tum quia hoc est pertrahere pœnitentem ad suos defectus manifestandos extra confessionem; tum quia fieri potest, vt postquā fuerit cōfessus, pariterque admonitus à confessario, nouum animum induat exeūdi à peccato, in quo prius residere distinebatur. Nō est etiā necessarium interrogare, an sit excommunicatus in hunc finem, vt confessarius vitet excommunicationē minorem, quam incurrunt, qui excommunicato communicant, quia non incurrūt illam communicando in his, quæ ad eius animæ salutē conducunt: *a* talis autem est confessarij cum pœnitente collocutio, & communicatio circa peccatorum confessionē. Neque Clemēt. I. *b* neque Innocentius postquam facta fuit illa, citatus male à

e Calet. in sum. verb. interrogat, cōfessio. parag. scito secundo. vers. secunda si est impeditus arg. c. nihil de præsc. & c. 2. de op. nonnū.

a Cap. cum voluntate de sent. excom. & De priuil.

summa

ſumma Roſella *e* aliud ſenſerunt: quoniam ſatis eſt, vt abſoluta iam confeſſione prius pœnitens ab excommunicatione, quam à peccatis abſoluatur. *d*

3 *Quinto*, conſideret attente à principio vſque ad mediũ, & à medio vſque ad finem confeſſionis, an propter aliquã cauſam ex ſupradictis, *e* teneatur pœnitens iterare confeſſionẽ, vel confeſſiones alias præcedentes; & ſi inuenerit ipſum teneri ad eas repetẽdas, & quod id pœnitens non aduerterat, debet ipsũ admonere, vt iterũ conſcientiam examinet, ſi per tẽpus licuerit, maxime ſi multorum retro annorum confeſſiones repetere debeat. Si autem nulla adſit cauſa iterandi confeſſionem, roget, an debitam adhibuerit diligentiam ad recolẽda ſua peccata, per quam excuſatur à confeſſione oblitorũ: quo caſu ſatisfacit confitendo ea, quæ occurrerint, cum propoſito confitendi alia, quum ea in memoriam venerint: Vtileque fuerit accuſare ſe ad cautelam de negligẽtia, ſi, & quatenus eã admiſerit.

4 *Sexto* prudenter etiã conſideret, an pœnitens debitam contritionẽ gerat; caueat tamen ne ipſum in tentationes dãnoſas & ſuperuacaneas conijciat, vt *f* dictũ eſt: & ſi videtur ei nõ habere ſufficientem contritionem, cohortetur eũ ad maiorẽ cõcipiẽdã illis cõſiderationibus ſupra tactis, *g* quæ ſunt priuatio gratię, mors animę, amiſſio fœlicitatis ęternę, receſſus à patrocinio diuino, & acceſſus ad ſubiectionẽ diaboli. Deinde inducat illũ ad Dei amorẽ, propter quem dolorẽ & deteſtationem de peccatis præteritis, & propoſitũ firmum cauendi ſibi in futurũ cõcipere debet. Quod ſi adhuc his omnibus ad dolorẽ nõ ſufficienter reũ moueri conſideret, interroget, an doleat, quod nõ doleat tantũ, quantum deberet, & an vellet huiuſmodi dolorẽ ſufficiẽtẽ concipere. Quod ſi annuat, ſatis erit. *a* At vero ſi eius dolor nõ eo vſq; perueniat, vel quia non proponit in poſterũ ſe à peccatis abſtinere, licet id quadãtenus deſideret, vel nolit reſtituere, vel concubinam relinquere, vel odiũ à ſe repellere, vel dicit, ſe nõ poſſe, vel nolle caſte viuere, vel officio, quod ſine peccato mortali exercere non poteſt, renũtiare, vel alia huiuſmodi, nullo modo eũ debet abſoluere. *b* Poterit tamẽ ſacerdos aliquam iniungere pœnitentiam, *c* eũ tamen admonendo, non remanere abſolutum, neque ſatisfeciſſe Eccleſiæ præcepto de cõfeſſione ſemel in anno ad minus peragẽda, quidquid dicat Syluester, *d* vt ſenſit Adriã. *e* & late probat Medina. *f* Nihil enim valet talis confeſſio, tum propter eſſentialẽ defectum ex parte cõtritionis, *g* vt ſupra dictũ eſt; tum quia conciliũ generale Romanum *h* & Florentinũ *i* aperte oppoſitam ſententiã expreſſerunt. Prẽterea debet illũ admonere, vt quotcũq; bona opera poſſit facere, nõ omittat, quo Deus cor eius illuminare & emollire ad agendã pœnitentiam dignetur, *k* ſed non debet illi abſolutionem impendere, etiam ſi eam importune ſatagat extorquere, aliquod ſcandalum aut deſperationẽ prę ſe ferens.

e Verb. confeſſ. 1. parag. 10.
d Vt in cap. præceden. n. 4. dictum eſt.
e In c. præceden. n. 4.
f In c. 1. n. 17.
g In cod. c. 1. nu. 30. tactis.
a Per ſupra dicta in d. c. 1. num. 18.
b Per c. quod quidam de pœn. & rem.
c Iuxta idẽ c.
d Ver. conf. 4. q. 2. verſ. & hoc quidem.
e In 4. de cõfeſſ. q. 4. parag. ſed quid ſi craſſa ignorantia.
f In C. de cõf. ſine pœn.
g In ea. præceden. n. 13.
h In c. omnes vtriuſque de pœnit. & remiſſ.
i In decreto Eugen. IIII.
k Iuxta dictũ c. quod quidã &c. falſas, de pœn. diſt. 1.

Quoniam

Quoniam absque dubio sacrilegij peccatum committeret absoluēdo: neque talis scandali aliquam rationem habere debet, quoniam ipse sibi illud accipit, nemine ei dante; ideoque scandalum Pharisaicum est, & subinde negligendū, *l* iuxta S. Tho. *m* & omnes alios. *n* An vero qui tacet aliquod peccatum in confessione incurrat excommunicationem synodalium constitutionum, inferius *o* dicetur.

l Arg. Mart. 25. *m* 2. 2. q. 43. art. 7. ad 2. & 3. part. q. 42. ar. 3. in cor. qu. 1. & eundem in 4. l. sen. d. 38. qu. 2. art. 3. qu. 2. ad 2. *n* Dicta distinct. 38. *o* In cap. 27. num. 269.

5 *Septimo*, vtile est, quamuis non necessarium, vt pœnitens iubeatur à confessario hoc modo suam confessionem exordiri, *Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper virgini, & sanctis Apostolis Petro & Paulo & omnibus sanctis cœlestis curiæ, & tibi pater: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, opere, &c.* Deinde vero, si pœnitens non statim id facere inceperit, ipsum admoneat, vt omnia peccata, quorum memoriam habet, & de quibus cōscientia magis stimulatur, statim exponat, imputando culpam sibi soli, vel potius principaliùs, quam cœlo, dæmoni, mundo, carni, sodalibus, vel corporis constitutioni, siue complexioni, & circumstantias necessarias declarando.

6 Cum vero aliquod graue, vel turpe peccatum ab ipso audierit, nulla signa admirationis, abominationis aut pauoris ostendat, veluti spuendo, vel se cruce signando, vel seipsum cōmouendo; quin potius ac si nihil audiret, vsque ad finē cōfessionis dissimulet; & tūc cum iam velit pœnitentiā imponere, peccatorum grauitatem & deformitatem exponat, secundū omnes. *a* Porro si viderit pœnitentem velle aliquam personam nominare, etiam propter aliquam circumstantiam necessario explicandam, nullatenus id patiatur, iuxta supradicta. *b* Et si viderit seipsum excusantem in hunc modum: Ego non occido, Alienū non rapio, Nulli male volo; mansuete & benigne reprehendat, insinuans locum illum non esse excusationis, sed accusationis potius, subindeque verbis suauibus eum animet ad accusandū se, timore prorsus relegato. Et si pœnitens per seipsum peccata recēseat, patiatur pro libito suo ipsum dicere, quantumcunque rudi & crassa, vt dicunt, Minerua, & sine ordine rem exponat: sic enim agnoscet quibus peccatis magis implicatus extiterit, & de quibus debeat eū amplius interrogare, vt diximus. *c* Atqui, si maluerit de illis interrogari, quam solus eadem referre, dūmodo propositum habeat ad omnia mortalia crimina referandum (etiā si de illis nō interrogaretur) non esset ea de causa condēnandus, sed potius adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo confessarius interrogaret, peccaret mortaliter; & tunc confessarius, si forsan hoc intelligeret, ad detestandū hoc peccatum ipsum instigare deberet.

a Arg. 1. n. 6. cautus, parag. diligēs, & parag. quibus de pœnit. 6 n. 2. *b* In c. 7. n. 1. *c* In d. parag. diligēt. n. 6.

7 *Octauo*, si confessarius viderit pœnitentem peccata sua occultare velle, vel probabiliter credit ea obliuisci, vel putare nō esse peccata mortalia, debet caute & prudenter illū pertrahere ad dicendum ea, ipsumq; docere illa esse lethifera, persuadendo vt ea, de

ea de quibus dubitat, an commiserit nec ne, cõfiteatur tanquã dubia, & non tanquã certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tãquam non admissa relinquantur, & deniq; talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscit interius, in hũc modũ seipsum incusans: Videor mihi in hoc, vel illud peccatum consensisse, atqui non sum omnino certus. Id quod etiã facere debet, si dubitat circa aliquod peccatũ, an sit mortale vel veniale. Cæterũ si ambo dubitauerint, tunc pœnitens sub conditione peccatum in hunc modum detestetur: Si hoc est mortale, me pœnitet de illo tanquã de mortali. Similiter si de aliquo actu dubitaret, an bonus esset aut malus, sub eadem conditione ipsum detestetur, scilicet: Si & quatenus est malus; quoniam si bonus est, nullo pacto eũ detestari debet. *d* Si vero recordatur se lethale crimen admisisse, nõ tamen occurrit in specie, quod fuerit, tũc fateatur se deliquisse mortaliter, etiamsi de eo in specie memoriam non habeat. *a*

d Ioan. Mar. in 4. li. sen. dist. 17. q. 3.

a Ibid. Maior vbi supra.

8 *Nono*, postquã pœnitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti visum fuerit illum non absolute & perfecte illa manifestasse, vt non raro contingit, debet tũc sacerdos ipsum interrogare circa id quod sibi necessarium videbitur, à decem præceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod raro, vt puto, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum, fauorem, curiositatẽ, vel carnalem voluptatem. Dixi. *Principaliter*; quia qui minus principaliter tria prædicta horum quereret, non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret, tanquam causam sine qua id non faceret. *b*

b Per ea quæ latius tradidimus in cõment. c. cum minister 23. qu. 5.

De primo præcepto Decalogi, nempe de colendo Deo, & alijs duobus præceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum.

CAPVT XI.

1 *Symbolum Apostolorum est summa Christianis credendorum.*
1 *Oratio Dominica continet summam à Deo petendorum.*
1 *Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur.*
2 *Decalogus etiam nunc durat, & est speculum baptizatis.* 3.
4 *Præcepti transgressio omnis mortalis, nisi, &c.*
4 *Præceptorum multorum transgressio quæ vnicum peccatum.*
5 *Præceptum de diligendo Deum supra omnia, & proximum sicut seipsum, cur non sit de decem Decalogi.*

c In princ. opus. 4. & 2. 2. q. 83. ar. 9.

d In Enchir. Christianæ institutionis in princ.

Circa hoc *dicimus primo* cum S. Thoma *c* & Concil. Coloniensi, *d* quod quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere, in Symbolo Apostolorum

comprehenditur, & in oratione dominica, omnium quę à Deo petēda sunt, ita in Decalogo, quē Deus per manus magni illius serui sui Moysis electæ plebi suæ tradidit e summa omniū, quæ facienda sunt, exprimitur. Noluerunt tamen hi patres innuere, nihil, quod non contineatur in symbolo, esse necessario credēdum: neq; quidquam, quod non cōprehendatur in Decalogo, esse faciendum: siquidem omnes tenemur credere mysterium sanctissimæ Eucharistię, *f* quod tamen non continetur in symbolo. Omnes item obligamur Deum diligere super omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur, vt dicitur infra. *a*

e Exod. 20.

f Ca. 1 parag. fi. de sum. Trinit. & fide Cath. & ci. fi dominum de rel. & vener. sen.

a Eod. c. n. 6.

2 *Secundo* dicimus quod Decalogus, siue decem præcepta legis antiquę, adhuc in noua & Euangelica perseuerāt: quoniā licet vetus illa lex quātū ad cęremonialia & iudicialia expirauerit, *b* non tamen quoad moralia, quę pertinent ad legem naturæ, cuiusmodi sunt decem præcepta, excepto tertio, quantum ad Sabbati obseruationem, secundum Gratianum *c* & S. Thom. *d*

b Parag. fin. 6 di. & c. 1. de purifi. post par.

c In di. parag. fi.

d 1. 2. q. 100. ar. 4. & omnes alios in 3. l. sen. d. 37.

3 *Tertio* dicimus, quod hæc decem præcepta, vt recte dicitur in dicto Colonienſi Concilio, sunt veluti quoddam speculum, quod traditur baptizato, vt intueatur, quantum per fidem acceptam vitam suam renouauerit, & ordinauerit: vel quantum à via ille declinauerit, per quam Spiritus sanctus in Baptismo acceptus ipsum deducebat: & qua in re, vel quantum candidā illam vestem, quam ibi induerat, trāsgrediendo quod ibi promiserat, maculauerit: & vt postquam maculas & vulnera probe conspexerit, de illis doleat, & cum integra fiducia redeat ad medicum, qui nullum ægrotum (etiam in eundem morbum sæpissime relapsum) à se repellit, & reijcit. *e*

e Matt. 9. & 11

4 *Quarto* dicimus, quod quidquid est contra aliquod ex decem præceptis regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsū excusauerit. *Prima* est defectus deliberationis, vt cōtingit in accidia siue tędio circa spiritualia subito nos surripiente. *Secunda* est paruitas, siue exiguitas rei in his quæ sunt contra ipsa præcepta: cuiusmodi est paruum & exiguum furtum, iuxta S. Tho. *f* & nos latius tradidimus *g* post S. Antoninum, *h* & vt colligitur ex quadam * Augustini sententia à Gratiano relata, *i* ibi: *Ebrietas si assidua sit*, & ibi, *Si plus proximū exasperauerit*. *Tertia* est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormiētibus, aut semiebrijs, vel adeo perturbatis, quod quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Ioan. Maiorem. *k*

f 1. 2. qu. 89. art. 5. & 6. & 2. 2. q. 86. ar. 4 & q. 59. art. 4.

g In repet. c. inter verb. 11 qu. 3.

h 2. par. tit. 4. c. 5. parag. 7. & 2. & Adri. quolib. 8. comm. recep.

* August. ser. 44. de sanctis siue 4. in die animarum.

i In parag. fin. c. vnum, 25 di.

k In 3. l. sen. di. 37. q. 4.

Quinto dicimus, quod peccatū commissum contra plura præcepta, quorum vnum est generale, alterū speciale in generali comprehensum, non est nisi vnum: exempli causa: Homicidiū est contra præceptum speciale de non occidendo, & cōtra generale de obsequendo & obediendo Deo in omnibus quæ præcepit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conseruandis: non est tamen nisi vnicum peccatum, sicut factum est,

est, *l* cum de circumstantijs necessario confitendis ageremus. l In 5.6.n.3.

Ex quo colligitur responsio illius quæstionis nuper nobis propositę: An qui non ieiunat vigiliam S. Matthæi, quando in quatuor tempora incidit, aut Missam in die Dominico, cũ quo concurrit aliud festum obseruãdum, non audit; aut monachus Frãciscanus, qui non ieiunat die Veneris, in quo aliqua vigilia incidit, satisfacit confitendo, se non ieiunasse, aut non audiuisse Missam in vno die, in quo ad id pręcepto tenebatur? Respõdendum enim est, quod non; quia dicere debet, se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatum fuisse, per dicta supra. *a* Quamquam qui vnum peccatum, ex quo alia sequuntur committit, vt qui aliquem indignũ eligit, ex quo malæ gubernationes oriũtur, non nisi vnũ peccat, secundũ Alexãdrum Alẽsem, *b* & sentit S. Bonauent. *c* Quod autem non solũ peccat mortaliter qui facit opus; sed etiam qui vult deliberate id facere, aut delectatur in eo, & qui consentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infra, *d* traditur infra. *e*

a In præludi. 9. nu. 20.

b 2. par. 2. de accep. pers.

c In 4. l. sen. di 38. super litera Magistri, q. 2.

d Num. 11.

e Nu. 12. 15.

f 1. 2. q. 100.

5 *Sexto* dicimus, quod pręcepta de diligendo Deum super omnia, & proximũ sicut seipsum, non numerãtur inter ista decẽ; quod docuit S. Tho. *f* quoniam in Decalogo non fuerunt hominibus tradita prima principia, quæ vnusquisq; per seipsum natura magistra, vel per fidẽ intelligit, qualia sũt hęc, quæ fons & origo Decalogi, & decem pręceptorum in eo contentorum existunt; neq; etiam in eodem Decalogo traduntur ea pręcepta, quæ difficile, vel per maximã industriam ingenij ex his decerpũtur, sed tantũ illa quę ab omnibus possunt facile deduci. Vnde infertur, præcepta de fide & charitate non contineri in decalogo, sed præsupponi ad illũ; quod multi graues doctores adnotarunt, & pręsertim S. Tho. *g* Caietanus, *h* & S. Antoninus. *i* Et consequenter errant, qui dicunt primũ decalogi præceptũ esse de diligendo Deo: est enim contra prædicta, & contra textum ipsius decalogi. *k* Cuius primũ præceptũ est illud, *Non habebis Deos alienos corã me*: quibus verbis solum peccatum superstitionis & idololatriæ, quę sunt contraria virtuti religionis, & latriæ, prohibentur. Quę quidem virtus non est Theologica, sed moralis secundum S. Th. receptum; *l* & nulla ibi fit mentio de dilectione Dei & proximi, quę pertinet ad virtutem charitatis, *m* quæ Theologica est. *n* Errant etiam, qui putant præceptum de credendo in Deum, esse primum decalogi eadem ratione; cum fides sit virtus Theologica, & non moralis.

g 1. 2. q. 104. ar. 4. & 2. 2. q. 44. art. 4. & q. 79. art. 2.

h 2. 2. qu. 64. art. 8.

i 4. par. tit. 4. c. 1. parag. 1.

k Exod. 20.

l 2. 2. qu. 81. art. 5.

m 2. 2. q. 27. art. 1.

n 1. 4. q. 62. & 2. 2. q. 83. ar. 6.

De præcepto de diligendo Deum, quod non est Decalogi.

6 *Præcepta de diligendo Deum & proximum maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda, nu. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Præcepti transgressio etiam mentalis tantum, quæ mortalis, & n. 12.*

12 *Delectatio quæ morosa, & concurrentibus quatuor mortalis, &* 13.
14 *Delectationi malæ resistere virtus, consentire peccatum, &* 15.
16 *Censuræ non incurruntur per solum consensum.*
16 *Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu.*
17 *Præcepta Dei impleri posse in statu malo, in quo sensu est de fide.*

6 *Eptimo*, quod necessarium videtur hic tractare de præcepto amandi Deum, & credendi in eum, quæ duo hoc præceptum primum, & omnia alia Decalogi præsupponunt, vt satisfiat his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, reducunt ad primum Decalogi. Et ita *primo* ponemus ea quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. *Secundo*, ea quæ pertinent ad præceptum de credendo in eum. *Tertio*, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum, quod vere & proprie est primum præceptum Decalogi.

Circa quod *dicimus primo*, quod hoc præceptum de amando Deum, non est quidē primum Decalogi, sed maximum omniū præceptorū tam Decalogi, quā aliorū, iuxta Domini nostri Iesu Christi doctrinam, *a* quæ diuersis verbis habetur in Scriptura. Nam in Deuter. *b* sic habetur. *Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euāg. Matt. *c* sic: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Et apud Mar. *d* sic: *Diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Luc. vero: *e Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Omnes tamē in sensu conueniunt, & in summa hoc sibi volunt, Deum præcipere, vt eum plene & integre diligamus, non quidem quoad hāc vitā, eo modo, vt omnibus horis & momentis id actu faciamus: hoc enim fieri nō potest in ea, in qua cibo, sōno, labore, & negotijs necessarijs id interrūpitur, sed vt explicat S. Tho. *f* vt scilicet in omnibus totā intentionē nostrā, quæ per cor exprimitur, in eius amorē & obsequiū dirigamus, totūq; nostrum intellectū (qui per *mentē* significatur) illi subijciamus, omnesque appetitus (qui per *animā* notantur) ad normā suæ sanctissimę legis componamus, & denique omnia nostra opera exteriora, quæ nomine *fortitudinis, virtutis, & viriū* significantur, eidem conformemus. In summa vero hoc totū nihil aliud significat, quā Deū nobis præcipere, vt se propter seipsum, & magis quam cętera omnia diligamus, eidemq; inseruiamus tam interiori, quam exteriori obsequio: magis, inquā, non quoad intensionem & feruorem, sed quoad æstimationem & appretiationem, vt explicuimus *a* post S. Th. *b* & alios Neotricos, inter quos est Ioa. Maior. *c* Hoc est, vt Deū, eiusque amorem pluris, quam aliquam creaturam, imo & quā vniuersas æstimemus & faciamus, & propter amorem eius potius eligamus mortem oppetere, quam ipsum vel corde, vel verbo, vel opere mortaliter peccando, negare.

a Matt. 22.
b Cap. 6.
c Cap. 22.
d Cap. 12.
e Cap. 10.
f 2.2.q.44. art. 3.

a In addita. e. quando, de consec. di. 1. & sup. cap. 1. nu. 2.
b 1.2.q.109. art. 3. & 2.2.q. 24. ar. 3.
c In 1. di. 1. q. 2. & in 4. dist. 14. q. 1. Caiet. 2.2.q.49. ar. 4

7 *Secũdo* dicimus, quod hoc magnum præceptum de diligendo Deo super alia omnia, post peccatum Adæ non potest nisi in statu gratiæ adimpleri, secundum aliquos, inter quos videtur esse S. Thomas. *d* Contra quod tamen facit, quod homo sola virtute naturali, etiam existens in peccato mortali, potest concipere, imo concipit partim Deum esse super omnia diligibilem, & finem omnium vltimum, & consequenter eum vt talem diligere potest. Deinde, quod datur dilectio Dei super omnia sine gratia, vt probat Caietanus. *e* Præterea, quod ipsemet S. Thomas *f* affirmat, posse quem sine gratia implere præceptum diligendi Deum, quoad substantiam actus, licet non quoad meritum beatitudinis; quoad quod potest intelligi prædicta prior eius opinio, quod satis sentit concordia S. Thomæ. *g* quæ distinctio fit etiam in alijs præceptis infra. *h*

Tertio dicimus, quod est quæstio difficilis, non tam bene tractata, quam necessaria & quotidie occurrens, videlicet, quãdo teneamur ad hoc præceptum actu adimplendũ sub pœna noui peccati mortalis, eo modo, quo in hac misera vita expleri potest: nam perfecte non nisi in alia adimpletur secundum Aug. *i* & S. Tho. *k* Difficultatem enim ingerit, primum, quod sit affirmatiuum præceptum, & cõsequenter non obligat pro quocunque tempore, *l* & non videtur præfinitum tempus quo id fieri debeat. Deinde, quod dura videtur Scoti sententia, *m* à quo recedit Adrianus, *n* nempe, nos omnibus festiuis diebus teneri ad illud; quia nullus est textus, nec vlla ratio, quæ id necessario concludat; & ita non videtur asserendum: *b* nã Missa, quam illis diebus præcipimur audire, *c* recte audiri potest sine tali amore actu concepto; vnde rari, vel nulli se huius omissionis accusant. Præterea, quod nimis laxa videtur opinio dicentium, non obligari nos ad implendum illud præceptũ amplius, quam semel in vita, quod meo iudicio Sotus *d* recte confutat. Denique, quod dicta Soti non videntur satisfacere, tum quia dicit aliquãdo non obligari nos amplius, quam ad opus exterius in quocumque statu exhibitum, puta ad increpandũ blasphemum, & S. Tho. *e* dicit hoc præceptum non impleri, nisi in statu gratiæ, tum quod idem Sotus *f* tenet obligare pro tẽpore baptismi; & idem *g* docuit, ad recipiendum baptismũ non esse necessarium tantum efficere, quantum requiritur ad recipiendum pœnitentiæ sacramentum; quoniam ad hoc non sufficit attritio, quę noscitur non esse contritio: ad Baptismum autem sic, secũdum ipsum: tum etiam quia idem affirmat, vnumquẽque, quoties insigne aliquod beneficium à Deo consequitur, teneri ad illud explendum; quod tamen nulla lege, neq; ratione efficaci euinci posse videtur; & ita non est asserendum. *h*

8 *Quarto* dicimus (saluo tamen meliori iudicio) sanctissimum quidẽ consilium esse, vt non solũ diebus festiuis, verum etiam quotiescunque commode poterimus, nitamur implere prędictum

d 1.2.q.100. ar.10.& 2.2. q.40.ar 1.& 6.& melius, q.109.ar.3.
e 1.Tom.Opusc. Opus. 4 qu.1.
f In 2.l.sen. dist.28.q.1. ar.4.
g 1548.
h Hoc eod. ca.num.19.
i In l. de perfect.iustic. in responsione ratiocina.16.
k 2.2.qu.44. ar.6.& in 3. li.sen.di.27. q.3.ar.4. 1S.Th.2.3.q. 33.ar.2.& Archid.in ca.si peccauerit 2. q.1.& in sum. de pœn. di.5. ab omnibus recepta.
m Dicto l.3. sen.d.17.q.7.
a Quæst.4 de confess.
b Ca.consuluisti,2.q.5. parag.consideremus Auth. de trient.& semis.collat.3.
c Per ea missas, de consecr.dist.1.
d Libr.2.de iust.& iure, q.3.art.10.& l.de natur.& grat cap.19.
e Vbi supra.
f Vbi supra.
g Lib.2.de nat.& grat. ca.15.

h Iuxta dictum ca.consuluisti.

ctum mandatum, præmissa (si opus fuerit) debita nostrorum criminum detestatione; sed non præceptū, quod nos sub reatu noue culpæ mortalis obliget, nisi *primo*, cum ad vsum rationis peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem referendi & dirigendi nos ipsos, nostraque omnia opera in Deum ipsum, tanquam in nostrum vltimum finem, saltem in confuso, & eo modo, quo id pueri præstare possunt, vt sensit subtiliter S. Thom. *i* quem (licet in alium finem) retulimus in Enchirid. de Oratione. *k*

i 2.2.q.89.a.6

k ca.2.n.45.

Secundo, cum tenemur ad habendam contritionem de peccatis mortalibus, *l* vt explicuit Caiet. *m* quoniam contritio sine hoc amore haberi non potest. *n* Non tamen ad id tenemur, quoties ministramus, vel accipimus sacramenta; quoniā sufficit nobis habere tunc gratiā, vel charitatem habitualem, quāuis non habeamus amorem præfatum actualem; quia non tenemur tunc habere contritionem: nam sufficit habuisse antea, & non perdidisse gratiam habitualem. Ex quo sequitur, non esse necessarium hunc amorem actualem, quando Baptismus est ab adulto recipiendus, licet illud dicat Sotus. *a*

l Iuxta di. In cit. n. 17.

m In dicto art. 6.

n Vt ibid.

a Præcitato l. 1. de nat. & gra. ca. 11.

9 Contra quem facit, quod ipsemet *b* asseruit, ad Baptismum non esse necessariam contritionem, sed satis esse attritionem, etiam illam, quæ scitur non esse contritio, licet id nobis non videatur verum, per ea quę *c* diximus. Facit etiam contra eundem, quod eadem ratione teneremur implere hoc mandatū, quotiescunque aliquod sacramentum recipimus, & consequēter cum contrahimus matrimonium, quod falsum est. Satis enim est, vt non simus in peccato mortali, aut probabiliter id credamus, quamuis huiusmodi adeo excelsum amorem actualem animo non concipiamus. Facit item, quod nullus peccati mortalis reum diceret esse illum, qui octo dies ante Baptismū rectam contritionem de peccatis concipiens, & seipsum probabiliter constituens in statu gratiæ, postea ante noui peccati mortalis admissionem sine hoc amore actuali Baptismum susciperet: quare hic tertius casus est restringendus ad eos, qui ante Baptismum non habuerunt contritionem.

b Dict. li. 2 de natur. & gra. ca. 15.

c In dicto c. 1 n. 37.

Tertio, quotiescumque tenemur proximum ex charitate diligere; nam tunc pariter eodem amore Deū diligere tenemur; siquidem hi duo amores sunt eiusdem generis & naturæ, & in amore proximi amor Dei tanquam finis includitur, vt colligitur ex vtroque Thoma, *d* vt infra *e* dicemus.

d 2.2.qu.44. ar.2. 2.2. qu.25.ar.2.

e Ca.14. n.4.

10 Quibus addo *primo*, cum qui diligit Deū, probabiliter credens se esse in statu gratiæ, subindeq; suum amorem esse amorem Dei super omne aliúd, quāuis in rei veritate non sit huiusmodi, neq; sit in eodē statu, nihilominus tamen adimplere hoc præceptū, quoad effectū euitandi nouum peccatum, quod admitteretur ob omissionē implementi eius, quoniā sine speciali **reuelatione scire nō potest quis, quādo est in statu gratiæ,** *f* vt

f Eccl.9. & Iob 9. relati in ca. fin. de purgat. cano. & tradit S. Tho. 1.2.q. 112. art. 5.

definit

definit Conc. Trid *g* Et ita nisi hoc teneamus, nequiremus scire, quando hoc præceptum impleremus.

g Sess. 6. c. 7. & can. 12. 13. & 14.

Addo *secundo*, quod posset (nostro iudicio) affirmari, quod hoc supremũ mandatũ, licet præcipue & principaliter excelsũ illum amorẽ à charitate profectũ nobis præcipiat, minus principaliter tamen, etiã obligat aliquando ad diligendum Deum hoc eodẽ amore, vel alio bono & naturali, non obligando nos ad præfatũ sublimem charitatis, vel saltem, quãtis hoc præceptũ ad id nõ obliget, obligat tamẽ nos lex naturæ, quæ habetur *h* ibi: *Vt patriæ, parentibusq; pareamus: i* quæ satis iubet amare patriam, reges, parentes & dominos, quin etiam omnes proximos, in quibusdã casibus, & etiam Deum ipsum, tanquam Regem, parentem, dominũ, gubernatorem, & protectorẽ, saltem aliquo bono amore naturali, & propterea, vt docuit bene prædictus Sotus, *a* quando Deum audimus blasphemari, aut inhonorari, tunc tenemur ad actum diuini amoris, saltem vt naturalis boni, quo impulsi, eum, qui in Deum blasphemus, vel cõtumelioſus extiterit, increpemus. Quod quidem ita faciẽdum esse Cõcil. Lateranen. *b* in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligatur, & quod nisi talis sit, non est bonus, vt videtur sentire S. Tho. *c* respondetur etenim, quod licet diligere Deũ cõparatiue minus quam illum, vel æque ac illum, sit malum, diligere tamẽ eum absolute æque, vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicunt; quæ quidem omnia tanquam quotidiana, & parum specificata debitæ correctioni subijcimus.

h In l. velut. ff. de iust. & iur.

a Vbi supra.

b Sess. 9 parag. ad abolẽdam.

c 1. 2. q. 109. ar. 3.

11 *Quinto* dicimus, quod non solũ est peccatum mortale trãsgressio præcepti sub eius pœna obligãtis, sed etiam propositũ transgrediendi, imo & desiderium deliberatum id faciẽdi, imo & (quod maius est) ipse cõsensus, ipsa volitio, seu volũtas vera, & expressa delectãdi se illa transgressione cogitata, licet nec faciat, nec proponat, nec desideret facere. Qualis est cõsensus illius, qui de aliquo peccato mortali cogitat absq; proposito & desiderio id faciẽdi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimo (quod maius est) cõsensus, & volũtas interpretatiua, vel tacita illius est culpa lethalis. Quę plane omnia consonãt cõmuni opinioni, quę colligitur ex B. August. *d* & Magistro sententiarũ, *e* & ex S. Tho. *f* & B. Antonino, *g* & Ioa. Maiore, *h* & Caietano, *i* & ex eis, quę nos clarius & copiosius, quam alij resoluimus; *k* vbi in summa diximus, consensum verum & expressum, quem Caietan. positiuũ vocat, ipsius delectationis, esse illum quem supra docuimus.

d Lib. 10 de Trinit.

e In 2. di. 24. cum suis cõmentatoribus.

f 1. 2 q. 74.

g 3. par. tit. 5. ca. 1 parag. 5.

h In 2. dist. 24 q. 1 & 8.

i In summa verb. delectatio morosa. in princ. & tom. 1. Opus. Opu. 14 qu. 1.

12 At vero tacitus consensus, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixere, Caietanus autem negatiuum, non positiuum appellauit, tunc demum est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. *Primum*, vt id, de quo sumitur delectatio, sit lethalis culpa, vt ait S. Thomas. *l*

k In c. cogitationis de pœn. di. 1. & in c. sed pensandum d. 6. l 1. 2 qu. 74. art. 8.

Secundum, vt qui delectatur, aduertat se delectari; nam si circa id non aduerteret, quamuis diem integrum delectatio perduraret, non peccaret mortaliter, iuxta textum mihi singularem, *m* ibi: *Ex deliberatione consentit*. Neque satis est aduertere, nisi integre aduertat secundum Caietanum. *n*

Tertium, vt non obsistat delectationi, eam à se depellere contendendo; quoniam si id conaretur, iam potius virtuti, quã vitio esset tribuendum; quamuis eam à se non omnino repelleret. *a*

Quartum, vt absque rationabili caussa omitteret eam à se reijcere: etenim si omitteret eam depellere, quia nouit se ea vi & virtute animi pollere, vt certus sit, se non ita victũ vel flexũ iri ab ea, vt actũ, de quo est, velit; neque ita, vt voluntas eius superior seu rationalis, velit ea sensuali delectatione frui, non esset culpa, saltem lethalis, dummodo expresse non cõsentiret in illam. Id quod idem dicendũ est, si ideo delectationi non resisteret, eamq; à se non repelleret, eo quod crederet, quo magis velit tentationi obsistere, & contra ipsam pugnare; eo illa magis augeretur, quã minueretur; sicut erga carnis illecebras cõtingere solet, quæ quidem fugiendo potius, quam resistẽdo superantur, secundum S. Tho. *b* & Ioan Gersonum, *c* & alios alibi. Idem esset, si delectationem illam omisisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem, derelinqueret, quale est studium & lectio rerum impudicarum ad huiusmodi delectationes prouocantiũ, necessaria ad prælegendũ scholasticis, vel concionãdũ populo. Quale item audire cõfessiones de rebus impudicis, & alia huiusmodi, argumento c. iũ quæ singulariter scripsit Caietanus, *d* & consequenter vt hoc sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, vt suę imbecillitatis & consuetudinis præteritæ ratione habita, merito credere teneatur, se, nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, vere & realiter consensurum.

Ex qua quidem resolutione intulimus *e* decisionem multorum casuum, qui quotidie cõtingunt, quos hic breuitatis gratia tacemus.

13 Infertur itẽ ex eadem resolutione, delectationẽ, quæ morosa nũcupatur (à mora videlicet deducto vocabulo) non esse ita nominatam ratione tẽporanęę durationis, sed propter moram quam facit ipsa ratio in ea non expellenda; quia nimirum eam non repellit quã citissime potest, & debet: vel (quod deterius est) quia eam deliberatè acceptat: quod quidẽ vel in instãti fieri potest, secundũ omnes. In his autem duobus casibus peccatũ mortale cõmittitur, licet opus exterius nunquam fiat, neque adsit propositum faciendi. Quod quidem verissimũ est, nõ solum in peccatis carnalibus, verum etiam in reliquis, iuxta mẽtem omnium, quod expresse S. Bonauent. *a* adnotauit.

14 Itaque resistere delectationi, quę nascitur ex cogitatione alicuius

m In cã. sed pensandum dist. 6.
n Caiet. vbi supra.
a Dicto c. sed pensandum.
b 2. 2. qu. 35. art. 1.
c De pollut. mor.
d In dicto opusc. 14. q. 1. 2. & 3.
e In c. cogitationis, de pœn. dist. 1.
a In 2. 1. sent. dist. 24. in expositione litteræ.

cuius peccati mortalis, virtus est, adsistere autē, & assentiri expresse, lethalis est culpa; non resistere vero, neque adsistere aliquando est peccatum veniale, aliquando mortale; scilicet quādo quatuor illa supradicta concurrunt: quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali, vel (propriùs loquēdo) omnis voluntas deliberata se delectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera. *b*

b Cap. 1. parag. ponderosus 49. d. S. Th. 1. 2. q. 74. ar. 8.

At quoniā in huiusmodi delectationibus, maxime si carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione naturę humanę corruptę, expedit vt qui huiusmodi delectationes habuit, & nō est certus, an ipsis consenserit, neque an sufficiēter restiterit, de illis in confessione seipsum incuset, dicēs se dubitare, an quantū debuit, illis resistere cōtenderit. Nā si credit se cōsensisse, vel non restitisse, vt eis frueretur, vel admodū negligēter se gessit in eis depellendis, cum probabili consentiendi periculo in casdē delectationes, vel in opera, ex quorum cogitatione illæ nascūtur; tunc necessarium esset cōfiteri, quod circa hoc credit & sentit.

15 *Sexto* dicimus, quod non solū peccat, qui aliquod peccatū cōmittit, & in eo perperrādo est præcipuus exsequutor, verum etiam omnes alij qui eidem culpæ consentiunt, iuxta illud: *c* *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus:* *d* consentiūt, inquam, aliquo nouem modorum contentorum in duobus senarijs, quos posuit S. Thom. *e* scilicet:

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

c Ad Rom. 1. d Cap. 1. de offic. delegat. vbi glo. & omnis, c. notū 2. q. 1. c. sicut dignū, per totū de homic. e 1. 2. qu. 62. art. 7. in corpor. q. & in 4. sen. di. 15. q. 1. ar. 5. q. 3. f Ca. 17. n. 17. & nu. 29. & seqq. g Ca. cū quis de sen. exc. l. 6. & c. felicis, parag. illud de pœ. eod. l. 6. Sti. in summa de pœ. parag. quib. & Caie. in summa verb. restitutio, parag. cōsensus, & Fel. in tract. Quando conatus & alij alibi.

16 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iubet, cōsulit, consentit, laudat, recipit principalem delinquentē, vel adiuuat, vel non impedit verbo, aut opere, vel non manifestat, cū teneatur & possit: quorum modorū interpretatio & dilatatio, inferius *f* fiet. Interim autem dicimus, peccare mortaliter eū, qui aliquo istorum nouem modorum principali auctori delicti consentit: quāuis nō semper incurrat easdem censuras & irregularitatē, neq; eandē restituendi obligationem, quas ille. *g*

Diximus autē in tribus vltimis modis, *Cum teneretur & posset:* non enim potestas sine obligatione satis est, secundum S. Th. *h* & vtrobique Caiet. & melius, *i* vt nos diximus supra. *k*

h 2. 2. qu. 44. ar. 4. & q. 72. ar. 6. & 1. 2. q. 6. art. 3. i In 2. 2. qu. 64. art. 7. k Prælud. 6. num. 3.

Vnde *infertur*, quod cuilibet modorū peccandi, faciendo vel volendo facere aliquod peccatum, possunt adiungi alij nouē, iuxta nouem modos illi consentiendi; quos etsi nō semper infra expresserimus, aliquando tamen insinuabimus. Illud tamē nunc admonēres, tunc aliquē consilio suo, verbis aut operibus teneri impedire, quādo ex officio, quod habet, vel alio titulo ad id faciendum obligatur. Tunc etiam, quādo proximus circa id extremā patitur indigentiā, & ipse potest id ipsum præstare, nō se in consimilē necessitatem conijciendo, etiamsi ob id rei familiaris, aut honoris iacturā aliquam faciat: imo etiā cū proximus re illa maxime indiget, & ipse sine vitę suę, salutis, hono-

ris & rei familiaris detrimento potest commode facere; per id quod *a* alias diximus.

17 *Septimo* dicimus, quod vniuersa ista decem præcepta, & alia omnia, possūt impleri ab illo, qui est in peccato mortali, quoad substantiam actus & præcepti, & effectum euitandi nouū peccatum, quod incurreret si nō adimpleret illud, iuxta definitionem Aquinatis *b* cōmuniter recepti; quod Conc. Trid. *c* sensit, declarans hereticū esse illū, qui dixerit, opera nostra, ob id solum quod fiāt extra statū gratiæ esse peccata, quidquid dixerit Dion. Ordin. Cistercien sis, *d* quem aliquot alij sequuti fuerunt. Est enim hoc vnū inter alia cōmoda, quę opera facta etiam in peccato mortali secum afferūt (de quibus glossa *e* licet ad promerendā gratiam in hac vita, & gloriam in futura nihil valeāt) implemētū præcepti in illo statu, *f* vbi latius diximus: *g* sub qua regula includitur etiam præceptum de diligēdo Deo iuxta declarationem nunc additam. *h* Per quod tollitur ratio, qua insanus Lutherus insanè docuit, Deū dedisse nobis dūo præcepta, quæ in hac vita non possumus implere, nempe præceptum de diligendo Deo, & de non concupiscendo, quod efficacissimè post alios confutat Castrensis, *i* & damnauit Conc. Trid. *k*

a In c. 1. de rectit. spol. & c. 24. 25. Infra & c. inter verba. 11. q. 3. & profundius In Commen. c. non in interenda. 34. q. 3. diximus.
b In 1. 2. qu. 200. art. 10. & 2. 2. q. 44. art. 1. & 6.
c Sess. 6. c. 3.
d Lib. 2. sent. dist. 17.
e In c. quoniam, de pœn. & rem.
f C. nihil de consec. di. 5.
g Et in parag. fi. de pœ. d. 4.
h Supr. nu. 7.
i In l. aduer. omnes hæreses, verb. præceptum, in principio.
k Sess. 6. c. 11. & canon 18.

Contra præceptum de diligendo Deum, quod non est Decalogi, vt peccatur.

18 *Odium Dei vt genere suo maximum peccatorum.*
18 *Præceptum diligendi Deum quis frangit.*
19 *Amat qui firmius aliquid quam Deum, peccat; non qui feruentius.*
20 *Amat quisnam Deum ob alia, quam ob ipsum, & quando amandus.*
20 *Viuere qui vult semper hanc vitam, peccat.*

18 CONtra hoc præceptum de bene diligendo Deo peccat mortaliter *primo*, qui deliberate odit Deū; quod quidē ex genere suo est maximum omnium peccatorum, vt probat S. Thom. *a* Tum quia actus, qui opponitur actui summe bono, summe malus est, secundū Arist. *b* Actus autem maxime bonus est Dei amor, *c* cui odiū Dei est cōtrariū. Tū quia maximo præcepto omnium cōtrariū est. *d* Tum quia directe separat à Deo, quod alia peccata communiter non faciunt, sicut explicuit S. Th. *e* Dixi, *Deliberate*, quoniam surreptio iudicium præueniens, in quacumque materia excusat à mortali, vt diximus supra. *f*

Secūdo peccat mortaliter, qui omittit amare Deū super omne aliud amabile, quo tempore id tenetur facere, de quo supra. *g*

Tertio peccat mortaliter, qui omittit referre ac dirigere se suaq; omnia in Deum, tanquam in primū principiū, & vltimū finem suum, tempore quo ad id tenetur. Quando autem ad id tenetur, etiam *h* dictum est.

a 2. 2. qu. 34. art. 2. & q. 39. ar. 2. & 1. 2. q. 73. art. 4.
b ethic. 8.
c et charitas 2. de pœ. d. 2.
d Matt. 22.
e 2. 2. q. 34. art. 2.
f Prælud. 9. nu. 11. & eod. dem, nu. 4.
g Num. 7. & seqq.
h Ibidem

Quarto

Quarto peccat mortaliter, qui amat Deum, sed minus, vel nō plus quam alia comparatiuè, hoc est actu, vel virtute, expressè aut tacitè gerens in animo, quòd tantum, vel æquè æstimat, vel amat alium ac ipsum Deum, secus autem, si absolute sine comparatione id faceret, iuxta declarationem superius positam.

19 *Quinto* peccat, qui seipsum, vel suā vxorem, Filium, aut Regem suum, & Dominum, vel quamcumque aliam creaturam firmius diligit quam ipsum Deum. Dixi, *Firmius*, quia nō debet peccato imputari diligere seipsum, vel aliū, intēsius aut feruentius quàm Deum, dummodo Deus firmius & fortius diligatur, vt in additione *capit. quando i* enucleauimus, & supra *k* etiam tetigimus.

i De consec. dist. 1.
k End. ca. n. 6. & seq.

Admonemus item, indirectè diligere creaturā amplius, quā Deum, non esse contra hoc præceptum; quoniam quicumque peccat mortaliter, indirectè plus diligit aliud quàm Deum, inquantum aliquid vult contra eius præcepta; attamen huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptum, quoniam directè non facit contra ipsum, neque aliquid operatur, quod secundum se, & suam naturam separet à Deo, sed secundum accidens, iuxta S. Thom. *l* & Scotum. *m*

l 2.2. qu. 34. art. 2.
m In 2. lib. sen. di. 1. q. 5. sub fin.

20 *Sexto* peccat mortaliter, qui diligit Deum eo solo, vel præcipuè & principaliter, quod ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia, vel temporalia bona, iuxta Frāciscū Mayronē *a* & Syluestrum, *b* vt in dicta additione post S. Thom. *c* sub finem diximus. Vnde infertur Conc. Trid. *d* quatenus declarat esse hæreticum asserentem, esse peccatum operari benè ob remunerationem obtinendam, esse intelligendum de eo, qui tacitè vel expresse minoris æstimat præmium quod sperat, quam ipsum largitorem, vel saltem absque consideratione aliqua vnius, vel alterius, & absque eo, quod finem vltimum & principalem constituat, recte operatur.

a In 1. l. sen. dist. 1.
b Verbo charitas, q. 7.
c 1.2. q. 299. art. 3.
d Sess. 6. can. 26. & 31.

Septimo peccat mortaliter qui eo tempore Deum amare negligit, quo sub peccati mortalis reatu tenetur, veluti quando mortis periculum, vel necessitas recipiendi vel administrandi aliquod sacramentum sese obtulit, *e* nisi probabiliter crederet se gratiam vel charitatem habere.

e Ioan. Tabien. verb. charitas, parag. 30. & sentiat ante Maior. in 3. l. sen. d. 27. q. 13.

Octauo peccat mortaliter, qui deliberate vult in hoc misero seculo perpetuo viuere, quia bonis eiusdem, nempe diuitiis, gaudiis etiam licitis, scientia, & alijs huiusmodi delectatur; vel propter alias causas secundum Adrianum; *f* quamuis peccatū non sit longam vitam exoptare, etiam aduertendo quod ob id æterna gaudia differuntur, secundum eundem.

f In 4. de cōfess. q. 4. sub fin.

Nono peccat, qui festiuis diebus omisit producere actum de diligendo Deo super omnia alia secundum Ioa. Tabienam; *g* sed oppositum cum Adriano, *h* verius supra *i* existimauimus.

g Verb. charitas, parag. 20.
h In 4. de cōfess. q. 3. col. 2 sub fin.
i Num. 7.

De præ-

De præcepto de credendo in Deum, quod non est Decalogi.

21 *Præceptũ credẽdi, & præceptũ diligẽdi differũt vt fides & charitas.*
21 *Infidelis duplex, positiue & negatiue, hic non peccat, ille vero sic.*

21 CIrca hoc præsupponimus *primo*, quod præceptum de recte credẽdo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quod pertinet ad virtutẽ charitatis, quã virtus fidei, quę inclinat ad credendũ, à virtute charitatis, quę inclinat ad diligendũ: quæ longè alia & maior est, quam illa, iuxta Apostol. *k* & demonstrat S. Thomas. *l*

k 1. Cor. 13. & c. charitas in 2. de pæ. dist 2.
l 2. 2. q. 23. art. 6.
m 2. 2. q. 16. art. 1.
n Supra, nu. 6. citatis.
o Hebr. 11.

Secundo præsupponimus, quod licet S. Thom. *m* à Caietano declaratus dicat quod licet in multis locis veteris & noui testamenti, *n* fuerint data præcepta de diligẽdo Deo, in veteri tamẽ non fuerunt data de fide, quamquam certum est, neminem vnquam saluum factũ esse, neq; placuisse Deo sine fide, teste Apost. *o* cui consonat principium symboli Athanasij. *Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicã fidem, quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit, absque dubio in æternum peribit.* anam infidelis positiue, qui est omnis, qui nõ vult credere post fidem sibi satis notificatam, peccat peccatum infidelitatis, per quod damnatur; & infidelis negatiue, qualis est omnis qui nõ credit, eo quod nõ est sibi satis notificata fides, licet nõ peccet non credendo, nec ob hoc damnetur, dãnabitur tamen propter alia peccata, vt eleganter declarat vterque Thomas: *b*

a Et c. firmiter, de sum. Trin. & fide Cathol.

b 2. 2. qu. 10 art. 1.

Contra præceptum de recte credendo in Deum, quod non est Decalogi, vt peccatur.

22 *Præceptum credendi frangit, qui credit non esse Catholicum, quod tenetur credere esse tale.*
22 *Excommunicatus qui dicto vel scripto affirmat contrarium fidei.*
22 *Hæresis & hæreticus quid, & vt excommunicatus.*
22 *Pertinax quisnam sit.*
22 *Dubium de fide non facit scrupulus, neque subreptio.*
22 *Credens quemlibet saluari in sua lege, vt peccat.*
22 *Fidei articulos expresse, & in particulari non credẽs, quãdo peccat.*
22 *Articuli fidei qui sint explicite credendi.*
22 *Credens Patrem in diuinis maiorem esse Filio, vt peccat.*

22 COntra hoc præceptum peccant mortaliter, *Primo* omnes infideles, quibus satis notificatum est Christi Euangelium, & non credunt ei; & omnes fideles, qui credunt quidem ei, sed peruerse intelligũt illud, vel alia loca sacrę scripturæ

pturæ,cõtra sensum ab Ecclesia Catholica definitum,veligno-
rant aliquid tale,quod explicitè scire tenentur.

Secundo,qui pertinaciter credit aliquam hæresim, qualis est quidquid sanctę fidei Catholicę contrariũ est,*e* & est hęreticus si est baptizatus,secundũ communem,*d* & tradit Alfonsus Castrensis,*e* & subinde est excõmunicatus *f* per bullã Cœnæ Domini,vt in ea videre est,*g* dummodo errorem illum,verbo, vel scripto,vel opere(etiã sibi soli)expresserit;alioquin verè nõ est excommunicatus,quoniã ob solum actum interiorem non incurritur excommunicatio,vt post Caietanũ *h* diximus, *i* & nuper latius in *c.cogitationes*.*k* Addimus autẽ,*Pertinaciter*,quoniam si præ simplicitate vel ignorantia id credit, quia sibi videtur Ecclesia ita tenere,& est paratus errorem deponere, quandocumque veritatem fuerit edoctus,ille non est hæreticus,neque excommunicatus,vt etiam post Innoc. *a* communiter receptũ nos *b* diximus,addendo, quod nec peccat mortaliter regulariter.Ille autẽ dicitur pertinax,qui credit animo nõ discedendi à sua persuasione,etiam monitus contrarium ab Ecclesia teneri.cImo & qui credit aliquid,quod scit esse contra fidem,vel contra Catholicæ Ecclesię definitionem,licet affirmet, se esse paratum ad corrigendum seipsum,vti post Caietanum *d* diximus.*e* Porro verum est,quod quamuis Ecclesia iudicaret esse hæreticum illum,qui aliquid credit,quod manifeste fidei Catholicæ,& articulis eiusdem est contrariũ (esto quod affereret se esse paratum ad correctionem suscipiendam)coram Deo tamen,neque hæreticus,neque excõmunicatus est, si verè ignoranter id facit,& quidquid sancta mater Ecclesiá docet,verè & implicite credit,iuxta tradita.*f*

Tertio peccat mortaliter,qui de rebus fidei pertinaciter dubitat.*g* At vero surreptitia dubietas,& non deliberata,maximè illa,quæ renitente voluntate euenire solet, & contra voluntatem habentis illam perdurat,vel non est peccatum, aut solum veniale.*h* & multo minus scrupuli,qui contra fidem exoriri solent,& contra voluntatem habiti molestè perdurant.*i*

22 *Quarto* peccat mortaliter,qui deliberate credit,quẽcunque infidelẽ,si benè moraliter vixerit,posse in sua secta saluari.*k*

Quinto peccat mortaliter,qui iam discretione pollẽs,negligit scire explicite,& in particulari esse vnũ Deum solum, qui mũdum vniuersum creauit,& iustissimè regit, ipsum q; esse vnicũ & solum in essentia,trinum in personis,scilicet Patrẽ, & Filiũ & sanctũ Spiritũ,in quo ineffabile sanctissimę, & adorandissimæ Trinitatis mysteriũ continetur,iuxta mentẽ S. Thomæ.*l* nã licet ante aduẽtũ Christi redemptoris nostri, satis esset credere vnum Deum,qui remunerat bonos,& malos punit,iuxta Apost. *m* post sancti tamẽ sui Euangelij promulgationem nõ

a Ca. à retro & c.hæc est fides,24.q.1.
d In rub.de hæret.
c Lib.1.aduersus omnes hæreses, c.9.& nos in ca.nouit,de iudic.notab. 3.num.4.
f Ca. excom. de hæret.& c.audiuimus 24.qu.1.
g Anton.3. part.tit.33. cap.13.& infra, 27.n.56.
h In summa verbo hæresis.
i In c.inter verba.11.q.3
k De pœ. di. 1.
a In c. firmiter, de summa Trin.& fide Cathol.
b In addit. c.quando,de consecr di,1 n.72.& supra prælud. 1.n. 15.& seq.
c Arg.glo.fi. clem.1.parag porro, de summa Trin.& fide Cath.
d 2.2.q.11. art.4.
e In repet, c. nouit. de iudic.not.3. n.41.& in d. prælu. 1.nu. 15. repetim.
f In predicto prælu.1.dicto num. 15. & seqq.
g de Ca.dubius, de hæret.
h Ioa. Andræ receptus in dicto ca. dubius.
i Vt post Io. Maior.in 3. li.sen.di.25. q.4.nos in repe.c. intec verba 2.q.3. concl. 6. diximus.

k Cap.1. parag.si de summa Trinit.& fide Cathol.& princip. & fin.Simboli Athanasij,l.3. 24qu.3.ar. 8. communiter recept. m Hebr.11.

satis

satis est illud credere: quamuis in genere, vel implicite credat, quidquid sancta mater Ecclesia tenet, & credit secundum eundem & communem.n

n S. Trinitatis mysterij explicite credere tenemur a Secundum eundem, & communem. b Ibid art. 7.

Sexto peccat mortaliter, qui prædictam discretionem habens negligit scire explicite, & in particulari secundâ personam sanctissimæ *a* Trinitatis, scilicet Filium Dei patris, qui est idē Deus qui Pater; propter nostram salutem factū esse hominem, natū & mortuum, iuxta mentem eiusdem, *b* quidquid Rosella dicat, quem iustè Syluest. cōfutat. Imo & qui ignorat illos alios articulos prædicti Symboli, saltē quos Ecclesia solēnizat, vt prędictos, secundum eundē S. Th. *c* & nos diximus supra. *d* Quocirca omnes parochos, patrinos, parentes, & Confessarios (præsertim plebeiorū,) & etiam cōcionatores obsecramus, vt fidem istam articulorum explicitā, & in particulari, cæterorumque, qui in Symbolo Apostolorū, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, cōtinentur, sæpissimè cōmendare, & inculcare non desināt: quoniam in vniuersa Christiana republica circa hæc tāta est socordia, vt multos passim inuenias nihil magis in particulari, & explicitè de hisce rebus credere, quam ethnicū quendā philosophū, sola vnius veri Dei naturali cognitione præditum; quāuis modò non auderem cæterorū articulorum, quos non adeo solennizat Ecclesia, ignorantiā tanquā lethalem & mortiferam condemnare, dūmodo saltem implicitè, & in genere credatur, quidquid Sancta Mater Ecclesia Romana credendum præcipit.

c Ibidem. d Prælud. 4. num. 25.

Septimo peccat, qui non ediscit, & memoriæ mādat Symbolum Apostolicum, & orationē dominicā, latinâ, vel aliâ linguâ, quod saltem est veniale graue, *e* vt etiam inferius *f* dicemus.

e Per ea. vers de consc. di. 4. & diximus in rep. c. quādo de consc. di. 1. not. 20. num 20. post Palud. in 4. l. sen. di. 15. q. 3. col. 2.

Octauo peccat, qui circa sanctissimæ Trinitatis mysteriū credit Patrem Filio, aut Filium Spiritu sancto antiquiorē; vel Patrem, aut Spiritum sanctum, humanam, vel aliam corporeā formam habere, vt Filius, inquantum est homo, habet; vel diuinā generationem, aut processionē Spiritus sancti esse instar generationis humanæ, vel alterius corporeę, vt diximus supra; *g* nisi ignorantia, aut rudis simplicitas ipsum excusent; quæ quidem ipsum excusare possunt, imo & quasi semper excusant ad hoc vt non sit hæreticus, nec excōmunicatus, licet non semper excusent à peccato, vt supra *h* tradidimus. Et *i* explicauimus, generationem Filij in diuinis esse instar productionis notitiæ ab intellectu; emanationem autem Spiritus sancti esse similem processioni amoris ab intellectu & voluntate; nullo autē modo per modum corporeæ generationis, id quod aliqui temere ac stulte comminiscuntur, vt *k* admonuimus.

f In c. 13. g Prælud. 3. num. 29. h Prælud. 1. num. 17. post Inn. & alios ibi citatos. i In dict. prælud. 3. num. 18.

k Ibi.

Nono peccat mortaliter, qui contra sacrum Conc. Trid. *l* asserit veterē & vulgatam editionem sacræ scripturæ nō esse pro authentica habendam, vel qui eam contra vniuersalis Ecclesię Dei declarationem, & contra concordem sanctorū patrū sensum interpretatur; quāuis eius interpretatio nunquā sit edēda.

l Sess. 4. in decreto de editione, & vsu sacrorum librorum.

Do

De pręcepto de colendo, siue honorãdo Deum, quod est primum Decalogi.

23 *Præceptum colendi Deum vt differt à præcepto diligendi, & credendi.*
23 *Superstitio est maximum vitiorum moralium.*
24 *Superstitio quadruplex, & quælibet præter primam lethalis.*
25 *Dæmones bifariam inuocantur, expresse & tacite.*
25 *Inuocatio dæmonum tacita fit quinque modis.*

23 DE præcepto de colendo, siue honorando Deum, quod est primum decalogi, *dicimus primo*, quod hoc præceptum tam differt à prædictis duobus pręceptis de diligendo Deũ, & credendo in eũ, quam differt virtus religionis, quæ est moralis, licet omnium suprema, secundum S. Th. receptum *a* à virtutibus fidei & charitatis, quæ sunt Theologicæ, & longe omnibus moralibus maiores, secundum eundem receptum. *b*

Religio omnium virtutum moralium maxima.
a 2.2.qu.81. ar.2.& 6.
b 1.2.qu.6.

Secundo dicimus, quod nemini debet videri præceptum hoc non fuisse conuenienter datũ. Exod. 20. eo quod datum fuit negatiue, & non affirmatiue, sicut pręceptum quartum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione, quam alte declarat S. Tho. *c* Tum quia, dum ibi vetatur cultus falsorum deorum, pręcipitur cultus veri Dei, argumento à contrario sensu, quod est fortissimum; *d* præterquam quod in tertio præcepto directe iubentur sabbatha sanctificari.

c 2.2.q.122. art.2.
d l.1.ff.de offic. eius cui mand. est iur.& c.cum apost.de his quæ fiunt à prælat.sine consen. cap.

Tertio dicimus, quod sicut virtus latrię, seu verę religionis, ad quã pertinet hoc pręceptũ, est maxima inter omnes morales virtutes, vt probat S. Thom. *e* ita vitium superstitionis, & falsæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur, ex genere suo est maximũ omniũ peccatorum, quę actibus virtutum moralium opponuntur: quod S. Th. *f* sensit, & nititur ea ratione, quod cõtraria de cõtrarijs dicũtur. *g* Vnde quẽadmodum virtus religionis & latrię inclinat & ordinat nos ad Deũ ipsum debito modo colendum & honorandum, tanquam primum principium, supremũq; gubernatorem nostrum, qui nos creauit, & regit: *h* Sic etiam è cõtrario, vitiũ hoc superstitionis & falsæ religionis inclinat ad reddendum Deo cultũ perniciose aut superflue, vel etiam ipsi creaturæ tacite, vel expresse. *a*

e 2.2.qu.81. a.2.receptus.
f 2.2.qu.92. a.1.adiunctis quæ ait, qu. 94.ar.3.
g Ca.sciendũ 8.q.1.& l.& si contra tabulas, ff.de vul. & pupil.
h 2.2.qu.81. art.2.& 3.
a 2.2.qu.92. art.1.& 2.

24 *Quarto* dicimus, quod *quatuor* sunt falsę religionis, vel superstitionis species, vt ex B. Augustino, *b* & ab vtroque Tho. *c* colligitur. *Prima* est, qua perniciosus vel superfluus cultus exhibetur Deo. Est autem *perniciosus cultus*, qui cęremoniis mendacibus, falsitatem aliquam pręse ferẽtibus, redditur; quales sunt Iudaicæ cęremoniæ: significant enim Messiam esse venturum, secundum S. Thom. *d* *Superfluus* vero cultus est, qui illis cęremoniis exhibetur, quæ neq; ad Dei gloriã, neque ad subiiciendum carnem spiritui, & spiritum Deo ipsi, quidquam cõferũt,

b In l.2.de doctrina Christiana, c. 19.20.& 21. relato in c. illud 26.q.1.
c 2.2.qu.92. art.2.
Superstitionis quatuor species.
d 2.2.qu.93. art.1.

iuxta

e Dicta q. 92. art. 2. & facit c. quisquis. 26. dist.

iuxta S. Thom. e qualis est cæremonia quædam orandi ante solis ortum, vel audiendi sacrum à sacerdote, qui vocetur Ioānes; vel dicendi bis Alleluia, vel pater noster, &c, quādo semel tātū est dicēdum. *Secunda* species est, qua cultus diuinus alicui creaturę redditur, gratia ipsam honorādi: & hęc dicitur idololatria. *Tertia* species est, qua cultus diuinus redditur creaturæ, ad assequendam aliquam scientiam vel instructionem: & hęc dicitur Diuinatio. *Quarta* species est, qua idem cultus tribuitur creaturæ, vt ab ipsa opera nostra dirigantur.

Quinto dicimus, omnes istas superstitiones ex genere suo esse lethalia crimina valde grauia, excepta prima specie, qua parte continet cultum superfluum, sed non contrarium diuinæ, aut humanæ legi: sicut ieiunare in die Dominica, vel dicere Pater noster adeo priuate, & sibi soli, ac si non esset pars & membrū Ecclesiæ, secundum Caietan. f Quarta etiam species non est peccatum mortale, quando bona fide, vel præ ignorantia ea aliquis vtitur, antequam veritatem edoceatur, vt ex mente S. Tho, g & S. Antonini, h & Caietani i colligitur; secundū quos in istis duobus casibus non est communiter amplius, quam veniale peccatum, vt inferius explicabimus.

f 2.2.qu. 92. art. 2.

g Vbi supra. h 2.part. tit. 12.c. 1.parag. 19.

i 2.2.qu. 95. art. 3.

25 *Sexto* dicimus, quòd *duplex* est modus inuocandi dęmonē: Vnus est *expressus*: alter verò *tacitus*. *Expressus* est, quo aperte vocatur, vel inuocatur dęmō, vel fit aliquid, quod creditur opera ipsius dæmonis fore perficiendum, secundū mentem S. Tho. quam Caietanus k expressit: nā priore modo, verbo; posteriore autem opere auxiliū dæmonis imploratur. *Tacita* autē inuocatio dęmonis toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas, quę nec virtute sua naturali, neque ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere; vel quando huiusmodi causæ tanquam necessariæ adiunguntur alijs, quę possunt talem effectum producere, iuxta mentem S. Tho., a cuius definitionis exēpla possunt esse quidā rami ab ista radice procedentes, quos posuit Caietanus. b Quorum *primus* est, vti verbis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa, vel illa materia; vel tali tempore, aut hora, & alijs huiusmodi; quæ neque ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam rationem pertinent. *Secundus* est, adiungere causis naturalibus aliquos characteres, vim significādi habentes, qui quidē ad dæmones illos probe intelligētes referūtur; vel sunt nomina ignota, quæ ipso quod sunt talia, tacite ad eos referuntur. *Tertius* est, vti causis naturalibus ad effectū supernaturalem, veluti ad agnoscēdas hominum arcanas cogitationes, vel ad subito medendū. *Quartus* est, vti verbis sacris ad inanē effectum, sicut ad mouendum annulum supra filum, vel ad voluendum cribrum; quæ quidem non verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis verbis honorē sibi faciat exhiberi. *Quintus* est, miscere falsa, veluti dicendo Christū habuisse febres. Qua quidam in re iure

k 2.2.q.85. art.3.

a 2.2.qu.96 art.1.& in multis art. qu.95.eiusdem 2.2. b In summa verbo incantatio.

quis

quis miretur illorum hominum impudentiam, qui his & alijs similibus superstitionibus credunt, quod Deus tam frequenter impartitus fuerit vetulis quibusdam deliris, & hominibus ignorantibus, & (vt plurimum) corruptis moribus, vitaque reprehensibili, ea, quæ non est elargitus sanctis; quibus in gradu adeo alto profunda suę diuinæ sapientiæ arcana, virtutemque suæ infinitæ potentiæ, qua tot miracula fecerunt, communicauit: quamuis malis interdum concedat, quod aliquot bonis non concedit, vt infra e tangitur.

e Num. 36.

Septimo dicimus, quod Conc. Trident. d declarat hæreticum eum, qui dixerit à nobis sanctos inuocandos non esse: aut eorum preces nobis apud Deum non prodesse: aut eorum reliquias & imagines non esse nobis venerandas; simul declarando, quod vt sanctissimum est, imagines honestas sanctorum, maxime Domini nostri Iesu Christi, & eius Matris habere & colere, sic peccatum est imagines ornare, & habere, quæ sua venustate, nuditate, forma aut habitu, ad libidinem, & alia vitia alliciant. In quo multos (etiam religiosos) errare video, vestientes dominam nostram, & B. Mariam Magdalenam, & alias sanctas ornamentis profanis, & vanis, quibus etiam honestæ fœminæ sese vestire verentur. Item declarauit e esse idololatriam, credere illis aliquam diuinitatem, aut virtutem inesse, præterquam ad ea, quorum sunt imagines, repręsentanda. Item declarauit ibidem, neminem debere in ecclesia collocare, nec domi habere imagines insolitas, & inusitatas, sine approbatione Episcopi.

d Sess. 25. in decr. de inuocat. sanctorum.

e Vbi supra.

Circa præceptum maximum de colendo Deum, quod est Decalogi, vt peccatur.

26 *Præceptum de colendo Deum frangitur triginta octo modis, præter participantes, vsque in finem cap.*
27 *Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis.*
27 *Disputare de fide laico illicitum.*
28 *Ars Magica vetita.*
29 *Maleficium an maleficio tolli possit.*
30 *Sortes quæ prohibitæ, & quæ licitæ.*
31 *Incantatio prohibita, & fide indigna.*
32 *Philtra quæ illicita.*
32 *Adoratio imaginum quæ illicita.*
33 *Somnijs quibus non credendum.*
34 *Reliquiæ, nomina, & breuia vt gestanda, & num. 35. & 36.*
37 *Augurijs non credendum.*
38 *Ars notoria illicita, & quæ sit illa.*
38 *Dæmoni herbam & musicam nihil resistere.*
38 *Strijges & Sagas reprobatas.*
39 *Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Concilium Trident.*

40 *Tentare Deum illicitum, etiam per Martyrium, &* 41.
40 *Martyrium pati quando crimen mortale.*
41 *Dijs, Deabusque gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impium.*
41 *Magister Poëtas gentiles prælegens vt peccat.*

26 CONtra hoc præceptum de colendo Deum peccat mortaliter *primo*, qui seipsum, vel alium circuncidit, vel vtitur aliqua cæremonia Iudaica, vel Mahometica, quę aliquam falsitatem nostræ sanctæ Catholicęque fidei contrariam significat, etiam si minime veram esse credat. *a*

a Per supradicta, nu. 22. & seqq.

Secundo peccat mortaliter, qui expresse dęmonem, Solē, Lunam, Idolum, vel creaturam aliquam, tanquam Deum, adorat, etiam solo cultu exteriori. *b* vel habuit dæmonem, seu spiritū, quem vocant familiarem, vt ipsum admoneret, vel ei offenderet renuntiaretve, quæ in locis remotis, aut secretis geruntur. *c* Circa quod nullatenus excusamus Reges, qui non puniunt eos, qui huiusmodi dæmonibus familiaribus vtuntur, sed potius expetunt ab eis certiores fieri, de his quæ in hostium castris geruntur, aut quæ aduersarij moliuntur.

b Supr. n. 19.

c Sicuti copiose probauimus in ca. nouit. de iudic. aut. 1.

27 *Tertio* peccat mortaliter, qui ex metu, vel aliam ob causam dicit ex animo aliquid contra fidem, vel consensit in aliquod opus infidelitatis exterius, etiā si intra se, & in corde suo oppositum crederet; sicut Marcellino Papæ legimus contigisse; *a* qui non solum est excommunicatus in foro exteriori, sed etiā in foro conscientiæ, secundum Caietanum. *b* Sed huius oppositam sententiā olim pro responso dedimus, interrogati de certis casibus, qui cuidam religioso Societatis Iesu apud Sarracenos agenti occurrerunt erga Christianos quosdā, qui timore perculsi, & propter alias causas, se esse Sarracenos finxerunt; & sequuti sumus eum, qui Repertorium Inquisitorū cōposuit, *c* quod nunc quoque verius arbitramur, quam quod Caietanus asseruit; sic enim Syluest. *d* & Ioan. Tabiensi *e* visum est: & profecto etiamsi hoc nullus assereret, nos eandem sententiā teneremus: quoniam huiusmodi non est vere hæreticus, quamuis grauissime peccet, secundū Alex. Halense. *f* id quod & hęretici hęresisque definitione, quā g adduximus, comprobatur. Et excommunicatio illa iuris, quæ continetur in bulla Cœnæ Domini, solum fertur contra hęreticos, credentes, vel contra fautores, & receptatores hæreticorum, quorum de numero nō est censendus is, de quo modò loquimur: nisi quando aliquod opus exterius hæreticum commisisset, alicui hęresi vel hęretico auxilium præstando: in quo casu excommunicatus remaneret, non quia hæreticus, sed quia fautor hæreticorum est.

a Cap. nunc autem, 2. 1. d. b 2. 2. qu. 94. art. 1.

c In verb. hæreticus.
d Verb. hæresis qu. 9.
e Verb. hæreticus nu. 2. & verb. Apostasia nu. 4.
f 1. par. tit. 53. membr. 2.
g In repet. c. nouit. de iudic. notab. 3. n. 42.
h Ita Ang. verb. infidelitas, parag. 9 Syluest. eod. verbo & Caiet. in summa verb. habitus amissio.

Quarto peccat mortaliter, qui aliquem habitum, vel signum Iudei, vel Sarraceni defert in loco, vbi in veste, vel quouis alio charactere vnusquisq; suę legis professionem indicat. *h* Id enim facere

facere perinde est,ac prę timore se Iudæum esse,aut Sarracenũ confiteri;non autem peccaret propter solam omissionẽ signi, vel habitus Christianismi,dummodo signa Iudęorum,aut Sarracenorum non acciperet,sicut recte docuit idem Caiet. *i*

i 2.2.q.3.ar.2

Quinto peccat mortaliter, qui disputat de fide,cum sit laicus, sciẽs laicis esse prohibitũ sub excõmunicationis pœna, de illa disputare secundũ iura, *k* & Caietan.*l* qui *m* limitat hoc in disputante gratia exercitij, licet dici possit talem non includi hic, quia nescit,neq; debet scire,id esse sibi tali pœna prohibitum.

k Ca.quicunque de hær. lib.6.
l Penul.C.de sum.Trit. l.In summa verb.di putatio.
m 2.2. qu.18. art.7.

Sexto peccat mortaliter,qui aliquas reliquias falsas,tanquam si vere sanctorũ essent,adorandas proponit, vel votiuas imagines pro miraculis falsis obtulit Imagini Crucifixi, vel Beatissimæ Virginis, aut aliorũ Sãctorum, vt alij simili exẽplo prouocati aliquid tẽplo offerant,vel alia similia ad offerendum comparent,vt inde aliquid accedat lucri; quoniam magna diuino cultui infertur irreuerẽtia, mendacia circa res sacras persuadẽdo;*a* & quia est primæ speciei superstitionis per dicta supra.*b*

a Caiet.vbi supr.in verb. superstitio.
b Num.24.

28 *Septimo* peccat mortaliter,qui dæmonem expresse, corde vel verbo inuocat,quo sibi sit auxilio,consilio, vel fauori,quia est tertia species superstitionis,de qua supra.*c*

c Dict.n.24.

Octauo peccat mortaliter,qui dæmonẽ per modum obsecrationis adiurat, vt ab eo aliquid discat, vel auxilium ab eo accipiat.*d* Quãquam licitum sit dæmones adiurare per modũ coactionis,obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis,vel quando sine inuocatione ipsi adsunt,vt solent in arreptitijs adesse: nam licet tunc eos interrogare,sine prece tamen,& sine aliquo societatis pacto ad aliquorum vtilitatem, secundum B. Antoninum.*e* Quin etiam colloqui cum ipsis dęmonibus corpora hominum obsidentibus,ob curiositatem,vel vanitatem tantum, non est plusquam veniale, erit nihilominus veniale; quoniam nullo pacto illis coũti licet,nisi tanquam inimicis. *f*

d Cap.illud 26.q.2. & supra eodem dicto nu.23.
e 2.par.tit.12 ca.1.parag.3.
f Caiet.verb. interrogatio primi præcepti.

Nono peccat mortaliter,qui Necromantiam,vel aliquã aliam magicam artem discit,vel ea vtitur,vel deliberato animo eam vult ediscere,vel ea vti;quoniam iuxta Richardũ *g* non est sciẽtia, sed potius superstitio. *h* Quod si libros huiusce facultatis habet,& nolit eos comburere,non est absoluendus secundum Angel.*i* nam tertia species est superstitionis,de qua supra.*k*

g In 2.l.sendict.17.
h l.culpa,C. de malef.& mat.
i Verb.curiositas parag.1.
k Eod n.24.

Decimo peccat mortaliter, qui vult dæmonis opera, vel alijs illicitis modis thesaurum inuestigare,*l* vel si consulit,aut consuli suadet maleficos, aut eos in domum suam accersit causa percontandi aliquid contra illud: *m Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, &c. n* Vel veneficia aliqua composuit, vt incantationibus aut inuocationibus dæmonum tacitis vel expressis noceret alicui. *o Maleficos non patieris viuere. p*

l Arg.c.illud 26.qu.2.
m Leui.20.
n Et l.nemo C.de malef.& mat.
o Exod.22.
p l.multi, C. de malef.& mat.

29 *Vndecimo* peccat mortaliter, qui aliquod maleficium, aut incantationẽ alio maleficio,aut incantatione dissoluit,aut precatur alium,vt dissoluat,quãuis ille esset ad id agendũ paratus,

secundum S. Thomã, *q* & Ioan. Maiorem *r* communiter recep-
tos. Id quod etiam Syluester *s* comprobat, quidquid dicat An-
gelus: *t* nunquã enim est licitum alium ad peccandũ inducere,
quamuis ille sit ad id paratus, quia non licet consentire peccã-
ti, *u* quamuis liceat alieno peccato vti dummodo res ipsa, quæ
petitur, non sit peccatum. *x* Quod latius tradidimus in Repet.
ca. inter verba. *a* Atqui fas est maleficium licitis modis dissolue-
re, puta exorcismis approbatis, aqua benedicta, sanctorum pre-
cibus, vera pœnitentia, deuota Eucharistiæ perceptione, secũ-
dum omnium doctorum sententiam, præcipue Ioan. Maioris, *b*
& etiam sine vlla inuocatione soluendo vinculum capillorum,
vel aliarum rerum, quibus incantatio continetur.

30 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui interrogat, vel vult inter-
rogare diuinos siue diuinatores circa aliquod furtũ, vel quid-
piam aliud secretum, vel id ipsum sortibus, aleis, chartis, libris,
cribro, astrolabio tentat aliquid cognoscere, *c* aduersus illud:
Non inueniatur in te, qui Pythones, ac diuinos consulat. *d*

Decimotertio peccat mortaliter, qui adhibuit incantationes ad
animalia seruanda, vel inuenienda, &c. vtendo verbis sacris,
aut profanis, vel alĳqua alia vna obseruatione. *e*

31 *Decimoquarto*, qui credit effectum illum, qui ex operibus
magorum, diuinantium, & incantatorum procedit, etiamsi ad
sanitatem perueniatur, virtute verborum, vel rerum, quas ap-
plicant, effici; cum huiusmodi res iuxta naturam suam ad simi-
lem effectum producendum tali virtute careant; quoniã talem
effectum dæmon efficit per alias causas naturales, quas ad id
ob pactũ expresse, vel tacite cum incãtatore conuentum appli-
cat, secundum S. Th. *f* & S. Antoninum, *g* & reliquos omnes. *h*

Decimoquinto, qui aliquem peregrinum, quem Hispani Git-
tanum, Itali vero Cingarum, & Galli Ægyptium vulgo vocant,
de fortuna sua percontatur, animo credendi id quod ille res-
ponderit; quamuis si ex curiositate, vel ridendi gratia id face-
ret, non esset lethalis culpa, nisi persona talis esset conditio-
nis, vt ex illa interrogatione alĳ grauiter offenderentur; tunc
enim ratione scandali grauius peccatum esset. *i*

32 *Decimosexto* peccat mortaliter, qui alicui philtrum, siue
poculum amatorium propinat, vt ab ipso ametur. *k*

Decimoseptimo, qui rebus sacris & Ecclesiasticis aliquã incan-
tationẽ, aut maleficiũ facit, aut fieri procurat; veluti aqua bap-
tismali, oleo sancto, ara cõsecrata, verbis cõsecrationis, &c. vel
aliquid horũ secum ob malum finem gestat. *l* Cui casui in plu-
rimis diœcesibus excõmunicatio synodalis annexa esse solet.

Decimooctauo, qui ob sanitatem alicui restituendam aliquid
applicat, quod nulla virtute pollebat ad sanandum, veluti cin-
gulum metiri, vimen findere, aperire arborem, vrinam supra
certam herbam emittere, lienis morbos secare, nisi propter
ignorantiam excusetur.

Decimo-

q In 4. d. 34. q. 1. art. 3.
r Ibidem q. 2.
s Verb. maleficium, qu. 9.
arg. l. nullus & l. nemo C. de maleficis & mat. & c. non obseruetis, 26. q. 7.
t Verb. superstitio, parag. 3.
u Arg. cap. 1. ad Rom. & c. notum 2. q. 1.
x Cap. mouet 22. qu. 1.
a 11 qu. 3.
b In 4. l. sen. di. 35. q. 2.
c Deut. c. 17.
d Dict. l. nemo, C. de malefic. & mat.
e S. Th. 2. 2. q. 96. ar. 4. ad 2.
f Dicta q. 96. art. 2.
g 2. par. tit. 12. ca. 1.
h In l. 2. sen. di. 7.
i Cap. 1. de non. oper. nun.
k Aug. verb. interrogatio primi præcepti.
l Anton. par. 2 tit. 12. cap. 1. parag. 12.

Decimonono peccat mortaliter, qui Sanctorum imagines solum propter ipsasmet adorat, sine vlla in ipsos Sanctos tacita vel expressa relatione, & sine respectu, quod repręsentent ipsos Sanctos in cælo degentes, aut ipsum Deum.*a*

a De consec. di.3.ca. prælatum, & ca. venerabiles.

Item qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines sanctorum, vel alias ita nudas, lasciuas, & inhonestas, vt probabiliter credi possit, motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia, vt supra *b* diximus.

b Num.15.

Itẽ qui fingit, parat aut habet imagines aliquas probrosas virgini matri, Sãctis, sũmo Põtifici, Cardinalib⁹, Episcopis, alijsue Prelatis Ecclesiast. aut iniurias Orthodoxę Catholicęque fidei.

33 *Vigesimo* peccat mortaliter, qui aliquid futurum, vel arcanũ credit, ob id maxime, quia aliquid somniauit propter expressam, aut tacitam dæmonis inuocationẽ, videlicet, quia propter insomnium credidit illud, ad quod vis somnij extendi non potest; veluti se nunquam fore interficiendum, vel quod thesaurũ inueniet, vel scire quam sit vxorem ducturus, secundũ S. Tho. *c* Quamuis credere aliquid, quod in somnijs accepit, dum existimat esse reuelationem diuinam vel causam, aut signum naturale sufficiens ad significandum quod portendit, non est peccatum, iuxta eundem S. Thomam, *d* & Caietanum. *e*

c 2.2.qu.95. ar.6. Deut 18 c.sciendum 26.q.4.

d In 4.ar.9.

e In summa verb. somniorum obseruatio.

Vigesimoprimo peccat mortaliter, qui propter ea, quę somniauit, omittit facere aliquid ad salutem animæ necessarium, vel operatur aliquid eiusdem saluti contrarium; licet, si non est tale, solum venialiter peccet. *f*

f Vt Caiet. ibid. tradit.

34 *Vigesimosecundo* peccat mortaliter, qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis, firmiter credens propter ea fore, vt nunquam in bello vulneraretur, feriretur, vel repentina morte raperetur, aut quod neq; aqua, neq; igne periret, vel quod erga principes omnia sint illi prospere cessura; quoniã huiusmodi nomina neq; virtute naturali, neq; ordinatione diuina, vel Ecclesiastica vllã vim habent ad tales effectus producendos, & consequenter vana est eorũ obseruatio. *g* Quocirca talia breuia vel nomina sunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea confingunt, vel qui illis vtuntur, vel qui consulunt, vt alij eisdem vtantur, iuxta B. Antoninum, *h* nisi adeo ignorantes & rudes fuerint, vt eos ignorantia excuset.

g Per dicta supra nu.25.

h 2.par.tit.11 c.1.parag.13.

35 *Vigesimotertio* peccat, qui breuia aliqua (vt vulgo vocãt) vel coniurationes, vel nomina collo appensa gestant, nisi hæ quatuor cõditiones cõcurrãt. *Prima* est, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sãcta, veluti ex Euãgelio & Scriptura sacra, aut aliquo viro sancto desumpta. *Secunda*, quod in eis nullus alius character, aut signũ, pręter Christi crucẽ, aut aliud sacrum cõtineatur. *Tertia*, quod in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationẽ dęmonum pertinens. *Quarta*, quod nullã cõstituat spem in modo scribendi, vel ligandi, neque in eo quod in membrana, vt vocent virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur

Euangelium, conscribantur, vel quod debeant tot sigillis ligari, & à puella virgine, aut quod à nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem vel institutum deseruiunt, secundum S. Antoninum, *a* & Martinum ab Arles, conterraneum nostrum, *b* & satis colligitur ex S. Thoma. *c*

a 2.par.tit.12. c.1.parag.13. c.non liceat 29.qu.5.

b De superstitionibus n.4.vol.decē Tract.

c 2.2.qu.96. art.4.

Vigesimoquarto, qui facit, aut defert aliquos versus scriptos in die Ascensionis, credens minorem virtutem habituros, si ante Euangelium decantatum, vel post sacra peracta, vel in alio die, in quo talia verba Euangelij in eiusmodi schedulis contenta decantari non solent, fuissent descripti. *d*

d Rossel.vor. sortilegium parag.2.

Vigesimoquinto, qui defert aliquas reliquias superstitiosa quadam, & vana obseruatione ductus, veluti, si vas, vbi sunt gestādæ, sit trigonū, vel rotundum, & c. quę nimirū & alia huiusmodi ad diuinum cultum nihil attinent, *e* neq; ad alium effectum naturalem, vel aliud institutum deseruiunt. Veruntamē religiosum est cum decenti veneratione reliquias portare, absque aliarum vanitatum interpositione, iuxta eundem S. Thom. *f*

e S.Th.2.2.q. 96.ar.4.

f Vbi supra.

36 *Vigesimosexto*, qui in die B. Ioannis Baptistæ herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollere, quā si in alio die, vel post ortum solis colligerentur, vel die S. Petri, vel alterius sancti iumentis venā pertundit, id vtilius fore credens: nam id illicitum est, iuxta Martinum de Arles, *g* quoniā quāuis peccatum non sit herbam medicinalem colligere simul cū oratione dominica, vel symbolo, si ex deuotione fiat, & absq; superstitione, vel etiam eadem herba vti; *h* attamen si aliqua vanitatis species inseritur, peccati ratione habet, licet aliquando propter ignorantiam aut simplicitatem, lethale non sit. *i*

g In dicto tract.de superstitionib. nu.2.

h Arg.c.non liceat 26.q.5.

i Per dicta supra nu.24. & seq.

Quibus addo, quod mulieres quibusdam signis & benedictionibus sine superstitione & vanitate, licitis orationibus & exorcismis vtentes, verbi gratia, obtestantes per passionem Christi, & alia huiusmodi, non peccant mortaliter. Veruntamē horum vsus debet illis merito interdici; quoniam sæpissime multa vana & superstitiosa intermiscent, nisi alias sint personæ honestæ, & prudentes, de quarum vita bona habeatur in populo existimatio; nisi ex hoc aliæ simplices personæ ansam arriperent, ad quippiam simile faciendum: si enim ea illis præberetur occasio, deberent huiusmodi personæ honestæ ab his protinus abstinere, iuxta verbum Apost. *a* *Ab omni specie mali* (alias mala) *abstinete vos*. *b* Porro illi, qui vulgo *Salutatores* vocātur (quantumcunque alias sint perditissimi homines) licite possunt suo munere perfungi; quoniam gratia illa gratis data, huiusmodi hominibus à Deo solo conceditur in vtilitatem aliorum. *c*

a 1.ad Thess. 5.

b Ca.cum ab omni, de vit. & honest. cler. vt sent. S. Antonin. 2.par.tit.12. c.1.parag.12

c Margarita confess.

37 *Vigesimoseptimo* peccat mortaliter, qui eo quod audit aues garrire, vlulare lupos, mugire boues, & rugire leones, & alia animalia, &c. vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certo credit sibi mali quidquam imminere. *d*

d Cap.illos, 26.q.2.& seq.

Vigesimo-

Vigesimooctauo, qui certo credit aliquem, quia sub tali sidere vel constellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut physionomiam, cogi ad bene vel male operandum. e

e Cap. illud 26. qu. 2.

38 *Vigesimonono*, qui obseruat illum diem potius, quam illum ad exeũdum domo, vel ad iter agendum, vel quo pede statim à somno terrã contingat, vel quem pedem primũ calceet: vel quod domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit: vel quia simulatq; excitatur à sõno, statim sternutauit, & ob id in lectum reuertitur: qui has & similes vanitates obseruant, vt plurimum venialiter peccant, antequam à suis curatis, vel concionatoribus, vel confessarijs admoneantur. Post admonitionem autem, *f* iam mortalia crimina iudicantur.

f Secundum S. Anton. 2. par. tit. 12. & citata sup. eod. c. n. 24. g 2. 2. q. 96. art. 2.

Trigesimo, qui discit vel vult discere artem quam notoriam vocant, quę certis ieiuniis, & variis quibusdam obseruationibus sapientiam infusam pollicetur, S. Thom. *g*

Trigesimoprimo, qui credit herbas, vel musicam contra dæmones aliquid posse: quamuis verum sit contra passiones & humores corporeos vim habere, quæ si ad quamdam temperiem reducantur, non adeo potest vexare dæmon. *h*

h Ange. ver. superstitio, parag. 6.

Trigesimosecundo peccat mortaliter, qui credit veneficos, aut venefícas, vel striges corporaliter per aëra vehi ad diuersa loca (vt illi existimãt.) *a* Quãuis credere, quod aliquãdo, licet raro, dęmõ aliquos de loco in locum Deo permittente transportet, non est peccatum, Caietanus; *b* & experientia iudicium compertum est in Germania, vti traditur in Malleo maleficarum, *c* & probatur rationibus late deductis. *d*

a Ca. episcopi 26. qu. 5.

b 2. 2. qu. 95. art. 3.

c 2. par. ca. 3.

d In 1. part. q. 1. ciuidẽ libr.

Trigesimotertio, qui vult sortes experiri, aut expertus est, vt per eas, dęmõ, vel cęli cõstellatio ipsu admoneret, quid facto opus esset, vel aliquid arcani, aut futuri reuelaret; vel sortes iacit ad electionẽ Ecclesiastici beneficij nullo prius facto bonorũ & idoneorũ delectu, S. Tho. *e* quamuis sortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum cõsilium ingruẽte necessitate, submittendo se fortunæ, quatenus diuina prouidẽtia est, nõ est illicitum. Verbi gratia tẽpore pestis aut belli quinã clerici, aut Monachi, etiã cum periculo vitę remansuri sint ad ministerũ Ecclesię, & quinam discessuri, ne omnes periclitentur, neque Ecclesia deserta relinquatur, secundum eundem auctorem.

e 2. 2. q. 95. ar. 8. c. 1. 2. & 3. de sortileg.

39 *Trigesimoquarto* peccat mortaliter, qui alium prouocat ad duellũ, vel prouocatus acceptat: quod inter sortiũ species potest numerari, secundũ vtrumq; Thomam, *f* duobus dumtaxat casibus exceptis. *Primus* est, quãdo Rex quispiã iniuste impugnatus, videt se viribus inferiorẽ alio ad descendendũ in prælíũ. *Secundus* est, quando aliquis falso accusatus, se interimendum preuidet, vel iniuste sibi membrum aliquod amputandũ, nisi duellũ acceptauerit. *g* quãuis Lyramus *h* laxius de hoc loquatur: quod idẽ est dicendũ de eo, qui vult, consulit, delectatur, copiamue ad id peragendũ alijs concedit. *i* Et quamuis ex

f 2. 2. qu. 95. ar. 8. c. 2. de purg. vulg. c. monomachiã 2. qu. 2.

g Secundum Caiet. ibid.

h 1. Reg. 17.

i Vt in addi. & quando. de conseer. dist. 2 diximus.

vrgente aliqua causa rex ipse tolerare possit, nullatenus tamen id cõcedere valet.*k* Nũc autẽ sacrosanctũ Conc. Trid. *l* excommunicat eos, qui in terris suis permittũt duellũ, siue singulare certamen aliquod, quamuis sit Imperator, & priuat iurisdictione territorij, in quo id permittit, si illud obtinet ab Ecclesia, & etiam dominio directo, si est feudum: & facientes, & eos, quos vocant patrinos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientem in eo priuat sacra sepultura, & eum qui consuluerit, aut spectauerit illud, excõmunicat.

k Secundum eundem Caiet. vbi supra.

l Sess. 25. c. 19

Trigesimoquinto peccat mortaliter, qui sumit, vel cogit, aut vult sumere, vel cogere ad sumendum feruentem aquam, ferrum candens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vel quid aliud simile tentat, vt à suspicione criminis, quod sibi imponitur, seipsum expurget. *m*

m Ca. fin. de purg. vulg. & c. mennani & ca. consuluisti, 2. q. 5. Th. 2. 2. n. 95. art. 8. ad 3.

40 *Trigesimosexto* peccat mortaliter, qui Deum tentat, se martyrio temere offerens, ipsosq; infideles irritans, & occasionem illis suggerens ad eum occidendum sine aliqua causa, quæ vi præcepti, aut cõsilij ad id ipsum obliget, & dirigat. *a* Est autem martyrium *in præcepto, primo*, quãtum ad animi prẽparationem: tenemur enim potius velle mori, quã fidem deserere, aut peccare mortaliter, secundum S. Thomã communiter receptum.

a Arg. c. fi de in ur. S. Tho. 2. 2. q. 124. art. 1. ad 3.

b *Deinde* quãtum ad effectum, id est, ad ipsum actualiter perferendum, quando subire ipsum est necessarium ad fidem, aut bonitatem multorum conseruandam, vel ad vitandas blasphemias. Est autẽ solum in consilio, quando ex eo nihil amplius, quam Dei gloria, vel fidei exaltatio consequitur, secundum mentem eiusdem doctoris. *c* Neque ad perferendum martyrium est necessaria perfecta charitas, quamuis huiusmodi charitas exigatur, quo cum voluptate, & gaudio toleretur, secundum eundem S. Thomam, *d* quoniam etiam in statu peccati mortalis potest subiri, iuxta Apost. *e*

b In quolib. 4. art. 20.

c 2. 2. q. 124. art. 3. ad 1.

d In d. quol. 4. art. 19.

e 1. Cor. 13. & S. Tho. sententiam in d. quolib.

Trigesimoseptimo peccat mortaliter, qui Deum tentat dicendo aliquid, aut faciendo intentione expressa experiendi diuinam potentiã, sapientiam, vel pietatem; vel tacite faciendo aliquid, quod tantum ad hanc experientiã faciendam conducit. Verbi gratia, concionari nulla prẽuia meditatione (cum eã posset adhibere) secum reputans per interiorem inspirationem à Deo sibi necessaria subsidia prẽstitum iri, secundum Ludolphum. *f*

f 1. par. vita Christi c. 32.

41 *Trigesimooctauo* peccat mortaliter, qui se probabili periculo mortis, aut mutilationis obiecit sine necessitate, aut vtilitate; veluti ẽgrotus, qui respuens humanum remedium, quod facile haberi potest, soli se diuinę prouidentię committit. *g* Quamuis nolle vti medicina tẽpore martyrij, vel alio propter cõmodum spirituale, puta propter carnem domandam, passionesq; efferuescentes cõprimendas, vel vt melius Christi passionem sentiret, perferendo vulnera, vel cauteria, morbum iliacum, aliasq; huiusmodi corporum ẽgritudines, quę mortis periculum secũ

g S. Tho. 2. 2. 97. art. 1.

non

non afferunt, nullum esset peccatum, sed potius meritum, vt recte docuit Caietanus *h*

h In dicto art. 1.

42 *Trigesimonono* peccat mortaliter, qui credit habere aliquid diuinitatis cœli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui item credit, cœlicolas homines illos idololatras & facinorosos, Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel fœminas inhonestas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas gentiles suis in libris celebrant, & stolidissime extollunt.

Quadragesimo peccant magistri, qui prælegẽtes libros & fabulas gentilium poëtarũ, & aduertentes, vel aduertere debẽtes quod discipuli incipiunt credere, illos, vel illas habuisse, habereve aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem Catholicam, vt scilicet firmiter sibi persuadeant, illos fuisse homines puros, & vitijs magis quam virtutibus deditos, cruciarique in inferno cruciatumq; iri ęternum: quia nisi hoc fecerint, videntur eorum errori consentire, & quos possunt ab eo non reuocare. *a* In quo, vt scio magistros meos olim peccasse, ita credo plurimos nunc quoque peccare, quos à concionatoribus frequenter moneri è re Christiana arbitror.

a Contra c. 1 Pauli ad Romanos, & c. 1 de offic. delegat. & canonũ, 2. q 1. & c. qui potest. & multa alia. 23. q 3. b Eod. cap. num. 16.

Quadragesimoprimo peccat mortaliter, qui cõsentit supradictis aliquo ex illis nouem modis, *b* relatis.

De secundo præcepto Decalogi, de non assumendo nomen Dei in vanum.

CAPVT XII.

1 *Præceptum secundum Decalogi quid per nomẽ Dei comprehendat.*
2 *Iurare quid sit. Et est actus latriæ & religionis, num. 2.*
3 *Iuramentum sine tribus comitibus peccatum, & est duplex.*
4 *Iurare numquam licere dicens, est hæreticus.*
5 *Iurare per creaturas quando blasphemia.*
6 *Iurans falsa vt peccat, & seq.*
8 *Iurare secundum suam intentionem, & non illius, cui iuratur, vt peccat. num. 9.*
10 *Iuramentum rei paruæ an obliget ad mortale.*
11 *Iuramentum conditionale quod ligat, nu. 20. & quod factum sine animo adimplendi, num. 13. & quod factum contra consilia, nume. 15 & 16. & quod dolosum num. 13. 14. & quod factum de re vana, num. 17.*
18 *Iuramentum de redeundo in carcerem quod ligat, & quando factum secundum intentionem remotam eius, cui iuratur. numer. 19.*
20 *Peccat qui talem ad iurandum inducit, & qui sic famules, num. 21.*
22 *Iuramentum de secreto seruando quando ligat, & nu. 23.*

1 PRo fundamento dicendorum præsupponimus *primo*, non solum illum assumere nomen Dei in vanum, qui per eum malè iurat, vel bene iuratum male adimplet, e sed etiam eum, qui male vouet, vel male adimplet quod bene vouit: vel qui effutit blasphemias, aut iniuriosa verba contra Deum & Sãctos: quod recte sensit Conc. Colonien. *a* & alij, in quibus est Angelus. *b* Dicemus autem *primo* de hoc præcepto, quatenus agit de iuramento: & mox de eodem, quatenus comprehendit votum. Demũ de eodem, quatenus vetat blasphemiam.

Secundo pręsupponimus, quod *Iurare est affirmare, vel negare aliquid, adducendo exoresse vel tacite Deum in testem tanquam infallibilem veritatem*, iuxta ea, quę *c* diximus, sequentes sensum glossæ, *d* & mentem S. Thom, *e* & aliorum ibidem, & Goffredi, & aliorum. *f* & S. Antonini. *g*

Dixi, *Expręsse*, ad includendũ iuramenta, quę fiũt huiusmodi verbis, *Allego*, vel *facio Deum testem huiusce rei. Tacite* autem, cum dicimus: *Viuit Deus, per Deum* &c. vel nominando aliquã creaturam, in quantũ in ea resplẽdet diuina veritas: vt quãdo quis iurat per Euangelia, per sanctos, per Cœlũ, vel per salutẽ Domini sui: quod perinde est, ac si iuraret per Deum, cuius veritas est in Euangelio; vel per veritatem, quam Sancti crediderunt; vel per Deũ, à quo pẽdet salus Domini sui. *h* Idem facit, qui nominat creaturã aliquã à se dilectam, vt in ea diuina exerceatur iustitia, si verum non sit quod iurat: Vt qui iurat per vitam suam, aut patris, aut filiorũ, vel iurat adiuncta execratione, nisi quod iurauerit, verum fuerit: quod appellatur iuramentum per execrationem, vt sentit Tho. *i* & Caietanus declarauit, singulariter interim adnotans, non committere duplex peccatum, nempe execrationis & periurij, qui asserens aliquid falsi, insuper adiungit: *Hæc mihi faciat Deus*; & hęc addat, *nisi verũ sit, quod affirmo*. Cum enim ea execratio prolata sit sola causa aduocandi Deum in testem, non erit amplius quam periurium: nam actus agentium non extenduntur vltra intentionem eorum. *k*

2 Ex quibus *infertur primo*, iurare esse actum suapte natura bonum: quia est actus latriæ, siue religionis, quo diuinum honorem illi, per quem iuratur, exhibemus: allegatur enim tanquã infallibilis testis, & prima veritas, quæ Deus est. *l*

Infertur *secundo* eum qui aliquid affirmat, vel negat, dicẽdo: *Per fidem meam*, vel, *In fide mea*, vel, *in veritate*, nihil iurare, si nomine fidei, aut veritatis nihil amplius, quam fidem & humanã veritatem intelligat, iuxta illam loquendi normã, qua principes & nobiles communiter vti solent, dicentes: *Per fidem meam regalem*, vel *per fidem gentilis, siue nobilis hominis*. Neque etiam iurat, qui dicit: *Deus scit, an ego verum dicam*: Neque qui dicit: *Hoc dixerim coram Domino*, si careat intentione iurandi: non enim inuocat Deum, tanquam testem eorũ, quę dicit, sed tanquã spectatorem, secundum Caiet. *a* quẽ tamen non sequi-

mur

a Exod. 20. iuxta glossam & opinionem communem.
a In explicatione secũdi præcepti
b In verbo interrogatio secundi præcepti. Iurare quid.
c In rub. de iureiur.
d In summa 21. q. 1.
e 2. 2. qu. 89. art. 2. & in 3. d. 39. q. 1.
f In rub. de iureiur.
g 2. 2. part. tit. 10. ca 3.
h Arg. Iacobi ca. 5 &c. & si Christus, de iureiur. & gl. singul. ca. quoties, 1. qu. 7. &c.
i In dicta, q. 89. ar. 1.
k l. non omnis, ff. de reb. cred. & c. ad audientiam de decim.
l cap. à nobis 2. de sent. excom. secũdum S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 4. & probat dictum ca. & 6 Christus.
a 2. 2. q. 89. ar. 2.

mur in eo quod asserit, nō iurare illum, qui dixerit: *Deus scit me verum dicere*: qui enim huiusmodi verbis vtitur, Deum vt testem adducit, secundum sanum & communem intellectum.

3 Infertur *tertio*, quod omne iuramentū, ad hoc vt licitum sit, requirit tres comites; nempe *veritatem*, *iudicium* & *iustitiam*, hoc est, quod verum sit quod iuratur, & quod sit iustū, & quod cū reuerentia debita Deo fiat. Et si aliquod ex his tribus ei desit, peccatum est, per illud: *b Et iurabunt in veritate, & iudicio, & iustitia*: c & S. Tho. *d* Peccatum inquam, *mortale* regulariter, cum ei veritas deest, vel tāta iustitia, vt sit mortale, id quod iuramēto confirmatur. *Veniale* vero, cum non deest nisi iudicium, siue reuerentia, vel iustitia leuis; vt cum iurat quis, se facturū aliquid, quod solum est illicitum venialiter: non enim erit tūc amplius quam veniale, secundum communem sentētiam, à Caiet. *e* optime, & à nobis *f* explicatam.

Infertur *quarto*, quod duo sunt genera iuramenti. Alterum *assertorium*, quo vel prēterita vel præsentia asseruntur. Alterū vero *promissorium*, quo futura promittuntur: *g* & ideo duobus etiam modis peccari potest ratione iuramenti, scilicet, aut perperam iurando, vel male adimplendo quod recte iuratum est.

4 Infertur *quinto*, quod peccat mortaliter contra hoc præceptū quatenus agit de iuramēto, *Primo*, qui credit iurare suapte natura esse malū, & nunquā licitū; & non solū mortaliter peccat, sed etiam est hæreticus, si pertinaciter id facit, quia id est contrarium contextui *h* Deut. *i* Est enim ex se, vt supra dictum est, *k* actus latriæ & religionis, quę inter virtutes morales supremum obtinet principatum, secundum eundem S. Thom. *l*

Secundo, qui iurat per dęmonē, vel Mahometū, vel per Idolum aliquod, aut Deū falsum, *m* simulque blasphemat; quoniā id quod Dei propriū est, scilicet, esse infallibilē veritatem, tribuit creaturæ, quod est blasphemia, iuxta notata à S. Thom. *n*

Tertio, qui iurat per aliquam creaturam, nulla habita Dei ratione, aut respectu tacito vel expresso, eam adducens tanquam testem infallibilem suæ sententiæ, subindeque diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, secundum omnium mentem, & ea quæ diximus supra. *o*

5 Diximus, *Eam adducens veluti testem, &c.* quoniam iurare per creaturam absque respectu tacito, vel expresso bonitatis diuinæ in ea resplendentis, & sine tacita vel expressa ratione adducendi eam in testem infallibilem, sed in talē, qualis ipsa est in se, & non designando ipsam tanquā obiectū, in quo diuina iustitia exerceatur, non esset meo quidem iudicio iuramentū: nō enim tunc adducitur Deus tanquam testis; neque etiam esse peccatum existimarem, quoniam nō adhibetur diuinus honor creaturæ coram Deo. *a* Verum est tamen quod Christiani, quādo iurant per creaturam aliquam sacram, vel in qua valde notabiliter relucet bonitas diuina, qualia sunt, Cœlum, Sol, Luna,

b Ierem. 4.
c Relatum in c. & iurabunt 72. q. 1. & dicta & si Christus.
d 2. 2. qu. 89. art. 2. & 3.
e Ibidem.
f In dicto c. & si Christus
g Secundum Goffred. in summa de iureiur. ab omnibus receptum.
h Cap. 6.
i Et cap. & si Christus, de iur. S. Th. 2. 2. q 89. ar. 2. & in 3. li. sent. dist. 39. ar. 1. Castren. li. 2. cōtra omnes hæreses, ver. iuramentum
k Num. 2.
l 2. 2. qn. 89. ar. 4. adiūctis quæ ait qu. 81. ar. 2.
m Ca. mouet 2. 2. qu. 1.
n 2. 2. qu. 13. ar. 1, & 3. li. sent. di. 14. in expos. literæ.
o Eodem, n. 1. & per cap. clericum, 22. q. 1. & S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 6. & dict. 3. l. sent. di. 38. in expo. lit.

a Vt patet ex supractis, n. 1 & 2. & ex mente S. Thom. dict. dist. 39. qu 1. ar. 1. ad 4. & ad vlt. communiter receptum.

Luna, Stellæ, Lumen, & alia id genus, per Deũ ipsum qui eorũ est Dominus, communiter iurare videntur; & saltẽ in foro exteriori excusabuntur à peccato grauissimo deferendi honorẽ diuinum creaturę; sed iudicabuntur obstricti vinculo iuramẽti, in foro autem interiori, & coram Deo peccatũ grauissimæ superstitionis admittunt, si prædictas creaturas tanquã testes infallibiles infallibilis veritatis allegarent, etiamsi per Deiparam Virginem iurarent; attamen nullo iuramenti vinculo obligarẽtur, si neque actu, siue actualiter, neque virtute, seu virtualiter Deum in testem, sed potius ipsam creaturam, vt talis est, aduocare vellent, *b* quod quidem facere videntur, qui iurant per suã veritatem, aut fidem, vel per fidem, quam suo generi vel dignitati debent, per has barbas, per has vestes, per hos capillos, per has paleas, & per alia vilia, in quibus nihil diuinę bonitatis speciatim relucet, quos arbitror non iurare bene, neque malè, neque intentionem id faciendi habere, per supradicta.

b Arg. cap. & S. Christus in principio de iur. c. consideret, c clericum, c. si quis per caput, 2. 2. q. 1. & S. Ib. vbi supra.

6 *Quarto* peccat mortaliter, qui iurat falsum, sciens aut existimans esse falsum, & aduertens se iurare, quod quidã docti appellare solent, aduertere de dicto, & iuramẽto; *c* siue fuerit maior natu, siue puer, dũmodo annos discretionis attigerit, *d* siue ob vtilitatem suam, siue alienã, siue ex leuitate, siue iocandi, vel excusandi, & se purgandi gratia, siue ob timorem mortis, siue ob alias quascunque causas iurauerit, quamuis id irę furore percitus faceret, iurando nõ solum per Deũ, per sacrosancta Euangelia, per B. Virginem, per sanctos; sed etiam per vitam propriam, & per conscientiam, vel dicendo: *Ita Deus me adiuuet*. *e* Neque obstat solennis gloss. *f* quæ dixit non esse amplius quam veniale iurare falsum iocandi gratia: nam communiter & merito reprobatur, vt & nos eam prælegẽtes reprobauimus.

c Cap. animaduertendum, 2. 2. q 2 d Cap. 1. de deli. puerar.

e S. Bonauin 3 lib. sen. di. 39. q. 3. & Gabr. eadem dist.

f Ca. venicns de iur.

Quinto peccat mortaliter, qui iurat falsum, non aduertẽs esse tale; veruntamen ita dispositus iurat, vt etiã si aduerteret esse falsum, nihilominus iuraret propter peruersam consuetudinẽ, qua tertio quoque verbo tam falsa, quam vera iuramento cõfirmat; quod etiam tenuit Caietan. *a* quoniam inconsideratio illa non fuit causa, sed potius comes iuramenti. Quamquam communiter iurare falsum, non considerando, an illud sit falsum, vel an iuret, non est amplius quam veniale secundum S. Thom. *b* & communem opinionem.

a 2. 2. qu. 85. art 3.

b Dicto ar. 3. & Ioã Andr. in c. tua, de iur. Ang. & Sylu. verb. periurium.

7 *Sexto*, qui per ignorantiam, quam crassam; vel supinã vocãt, iurat falsum, credens se iurare verum; *c* quãuis, si debitam adhibet diligentiam, nihil peccat; *d* si tamen aliquam adhibet, sed non quantam debet, non amplius quàm venialiter delinquit secundum eosdem.

d Cap. homines, 2. 2. q. 5.

Septimo peccat, qui iurat veritatẽ, credens esse falsum quod iurat, & considerans id quod iuramento firmat, & aduertẽs se iurare, quamuis iocandi gratia id faciat. *e* Cæterũ si quod iurat, aduertit, non aduertendo se iurare illud, vel cõtra aduertit se iu-

e Dicto cap. homines secundum omnes.

se iurare, non aduertendo quid iurat, non peccat mortaliter, licet graue veniale peccet. Si autē neque hoc, neq; illud aduertit, imo vtrūque sine deliberatione, & cōsideratione facit, peccat quidē, sed tantū veniale leue; *f* nisi forsan ipsa inconsideratio ex voluntate deliberata, & ex contemptu oriretur; tunc enim esset mortale ratione contemptus. *g*

Octauo peccat, qui iurat aliquid, affirmans illud esse verū, nescíens an ita sit, *h* nisi affirmet eo solum modo, quo illud nouit, ad normam videlicet illam, qua Archidiaconus respōdet Episcopo super eo, quī sacros ordines susciput: respondet enim, eū esse bonum & dignum, cum tamen id non rectè percalleat; quoniam id non simpliciter asseuerat, sed hoc interim adijciens: *Quantum humana fragilitas nosse permittit.* *i*

8 *Nono*, qui iurat id quod est verum secundum mentē suam, non autem secundū intentionem illius, cui iurat, cū esset iussus iurare à iudice cōpetēte, seruato ordine iuris, vel se offerēdo sponte ad iurandum. *k* Dixi, *Iudice competente &c.* quoniam si iudex iuramentū exigēs talis non fuerit, vel esto quod sit cōpetens, interrogat tamen cōtra iuris ordinē; vel est alius homo priuatus, qui per metum aut importunitatem iuramētum extorquet, tunc iurare poterit id quod secundum suam mentem est verū, falsum autē secundum mentē alterius, cui exhibet iuramentū. *l* Sicuti fecisse B. Franciscum ferunt, qui rogatus, qua perrexisset quidam homicida, qui iuxta eū transierat, manus per manicas immittens, respondit, non transisse illac, intelligens non transisse per illas manicas, vt referūt Angelus de Perusio, *a* & Ioannes de Anania; *b* quamuis idem Angelus dicat *c* eum manu aurem tetigisse, de quo nos *d* mentionem fecimus addentes illud cum Adriano. *e* quod qui sic inique interrogatur, potest optime respondere, quod nescit, intelligendo, non eo modo se scire, quo illud dicere teneatur.

9 *Vnde infertur*, quod quando iudex interrogat de aliquo delicto quod notorium nō est, neq; de eo habetur semiplena probatio, neque eius infamia præcessit, neque iudicia approbata intercedūt, neq; ex eius occultatione alteri euenit notabile præiudiciū, quamuis indirecte in damnū accusatoris redundet, non tenetur ille iudici respondere, secundum eius intentionē, rei veritatem manifestando; satis enim est eū, qui iurat, dicere veritatem iuxta intentionem suam, vti diximus *f* post Sanctū Thomam, *g* & Maiorem. *h* Et consequenter mulier, quę secretū habet impedimētum, ratione cuius, neque velit, neque possit habitare cum viro, & propterea excommunicationis sententiā patiatur, cum postea eam in articulo mortis constitutam oporteat iurare, se cum marito vitam acturam, vt possit absolui, tūc temporis potest, & debet iurare, se id facturam, concipiendo intra se conditionē illā, si id sine peccato fieri possit, & ob hoc si postea conualuerit ex infirmitate, & ad maritum nequaquā redierit,

f S. Bonau. in 3. di. 39. q. 3. art. 1.
g Ange. verb. periurium, parag. 5.
h Aureol. in 3 di. 39. Ang. verb periurium, parag. 4 i Cap. 1. de scrut. in ord. facien. & cmnes ibi, & Ang verb. periurium, parag 3
k Ca. quacūque arte 2. 2. q. 5. S. Th. 2. 2. q. 89 ar. 7. ad 4.
l Ca. humanæ aures, 22. q. 5 in cuius Comm. late de hoc disseruimus.
a In l. ideo parag. si tibi, ff de cond. ob turpem causam.
b In c. qui eū iure col. fin. de furt.
c In l. quib. parag. quo ex voluntate ff. de fur.
d In c. inter verba, 11. q. 3. conc. 6.
e In 4. de conf. dub. 10. col. 3. & in quolib 11. littera C. 12.
f In d c. inter verb 11. q 3. concl. 6. g 2. 2. qu. 70. art. 1. vbi Caiet.
h In 4. d. 15. qu. 12.

redierit, periurij rea nullatenus erit. *i*

10 *Decimo* peccat, qui iurat se aliquid licitum effecturū, quod postea non facit, *k* quāuis ira percitus iuret, modo nō esset tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalē culpam sufficiens adimeret, *l* de quo infra. *m* An autem idem sit de illo, qui iurat rē leuem licitā, est dubium: nam Caietanus *n* tenet quod sic. Cuius sentētia alias magis placuit, quàm cōtraria, quam tenuerūt B. Antonin. *o* & Sylvester, *p* & post eos Sotus. *q* Nunc autē magis placet prædicta opinio S. Antonini. Tū quia videtur esse receptior; à qua nō soleo recedere sine textu, vel efficaci ratione ad id cogente. *r* Tum quia paruitas rei in omniū præceptorū materia excusat à culpa mortali; *s* ergo etiam in materia præcepti de implendo iuramētū, paruitas & leuitas rei excusabit à culpa mortali. Tū quia lex Dei de non furando, vel non iniuriando, nō minus ligat, quam lex iuramenti; at paruitas furti, & iniuriæ excusat à mortali secundum omnes, vt *a* diximus. Tum quia, qui præcepto Ecclesiæ vel iuramēto tenetur recitare diuinum officium, & qui sine contēptu vnum vel alterum versiculū omittit, non peccat mortaliter, secundum omnes. Tum quia, non obstat cōsideratio illa Caietani, quæ me alias in eius opinionē flexit, videlicet, quod versiculus vnius Psalmi, relatus ad totū officium, quod est quid magnū, quia est pars eius exigua, reputatur pro modico, & nihilo; idē tamen versiculus per se ab aliquo promissus, nō est pars alterius magni, sed est quoddam totum per se. Non, inquam, obstat illa consideratio, eo quod non omne totum est quid magnū, imo paruum, & cuius furtum non inducit culpam mortalē, nec actionem de dolo secundum eundem, & alios omnes, quamuis ad actionē furti pro eo dandam de rigore iuris sufficiat. *b* Tū quia ipsemet fatetur iuramenta matrum de dando filijs plorātibus pomo, vel castigando eos, nō impleta, non facere eas reas culpæ mortalis, secundum communem; & difficile est excusare illas alia ratione, quam paruitatis, quāuis alias fategimus eas fortiore ratione excusare, quam ipse Caietanus. Tū quia iuramentū de faciendo peccato veniali, non est plusquam peccatū veniale, vt supra dictū est: & fractio iuramenti de facienda re leui & parua, non videtur esse peior iuramēto de faciendo aliquid, quod est peccatum veniale. Tum denique, quod par est credere Christum misericordissimum, non condemnaturum morte æterna illū, qui iurauit vni vel alteri se salutaturū salute parui momēti nomine illius vnum vel alterum, vt dicturū aliquid minimi momenti. Quare tenendum videtur cum cōmuni, peccare quidē venialiter, qui iuramentum de re paruā & leui non implet, nō autem mortaliter, quod ipsum de voto rei leuis dicemus. *c*

11 Ex *quibus infertur* responsio ad illam quæstionem nuper nobis propositam; an, qui dixit: *Deus mala mihi vertat, & me nō adiuuet, si amplius lusero*: ab hoc iuramento absolui possit, nulla alia

f Arg. eorum quæ notat Panor. & Ostien. & communem in c. litera, n. 20 de rest. spoliat. iuncto di. ca. humanæ aures.

k Secundum omnes, in 3. l. sent. di. 39. & cap. si vero de iureiur.

l Iuxta not. in simili de vot. per Ioa. And. & cōm. in c. dudum de conuer. coniug.

m Eod. n. 24. n. 22. q. 89. art. 7.

n 2. par. tit. 30. ca. 4. parag. 1. col. 4.

o Verbo iuramentum 2 q. Lib. 7 q. 2. ar. 1. & li. 8. q. 1. ar. 7. & q. 2. ar. 3. de iust. & iur.

p Per cap. de quib. 20. di. & doctrinam Ioan. Andr. receptam in c. 1. de const.

q Per parag. nunc autem sub fin. 25. dist. & alia late citata supra c. 11. num. 4.

a In dicto num. 4.

b Iuxta glo. receptam in parag. gallinarum instit. de rerum diuis. verb. animo.

c Infra, n. 4.

alia de causa, quam quod ipse magnũ ludendi desideriũ & tẽtationem patiatur? Respõderi enim debet, quod non, quia est verum iuramentum per id quod supra *d* dicitur, & de re graui factum, & sine iusta causa è iuramento iusto de re graui absolui nemo potest, *e* quamuis in rem meliorem, aut æque bonam, vt alia iuramenta commutari posset; quod tamen interroganti, ne faceret, consului & persuasi: quia illud iuramentum de ludo illicito in magna quantitate intelligebatur, quod è republica est etiam è castris militum exulare, & non de ludo licito in parua quantitate, qui animi causa etiam rogatis licet; & ita nuper sãctissimus D.N Pius V. renuit in simili casu dispensare.

d Nu. 1. & 6.
e Glos. solẽn. & recepta c. quando, de iureiu.

Vndecimo, qui iurat aliquid facere, & postea id non facit, eo quod aliquid euenit, quod si euenisset à principio, nullatenus se id facturum iurasset, aliquando peccat mortaliter, aliquando vero minime, sicut inferius *a* dicemus.

a Ca. 23. n. 7.

12 *Duodecimo*, qui iurat se non iturum, aut non transiturũ per illum, aut illum locũ, ne libidinis aut illiciti ludi occasione tentetur, & post, eadem occasione permanente, per transit: quãuis qui hoc iuraret absque alicuius finis boni & honesti, aut vtilis intuitu, non peccaret mortaliter contrafaciendo; quia iuramẽtum esset vanum, iuxta Caietanum, *b* & mentem S. Antonini. *c*

b In summa verb. periurium.
c Vbi supra.

13 *Decimotertio*, qui iurat deliberate se aliquid facturum sine animo adimplendi, *d* quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum id adimplendi sub pœna lethalis culpæ. Vnde qui iurat aliquid illicitũ facere cum animo faciẽdi, bis peccat, scilicet volendo illicitum admittere: deinde iurando se id facturum, quoniam contra iustitiam iurauerit. Qui vero iurat se aliquid illicitum perpetraturum sine animo adimplendi, vno tãtum modo peccat, secundum mentẽ Caietani, *e* iuxta quem etiã rationabilis timor mortis in casu simili nullatenꝰ excuset.

d Ca. 1. & 2. 2. q. 2.
e 2. 2. q 89. ar. 7.

Decimoquarto peccat, qui sophistice, & dolose aliquid iurat, aliter intelligẽs, quam ille, cui iurat, intelligit: nulla intercedente causa, aut iusta ratione vtendi tali duplicitate, nõ solum peccat mortaliter (vt dictum est) verum etiã postea nõ adimplẽs illud secundum sanum & cõmunem intellectum illius, cui præstitit iuramentum: quoniã quando iurans vtitur dolo, alter vero minime, iuramentũ adimpleri debet, secundũ sanam & cõmunẽ intentionem illius, cui iuratum est; *f* quamuis, quãdo qui iurat est in bona fide, alter vero vtitur dolo, debet tũc promissũ adimpleri secundũ intentionẽ iurantis. *g* Quare non peccat non adimplendo quod iurauit, qui dolo aliquo circũuẽtus iurauit, si dolus est eiusmodi, vt si à principio rẽ prȩuidisset, nullatenus iurasset: quoniam iuramentũ non obligat extra intentionem illius, qui bona fide iurat; siue in genere, siue in particulari iurauerit se hoc, vel illud facturũ, quod sibi ab alio fuerat iniunctũ. *a* Neq; Deus tale iuramentũ bona fide emissum alio modo acceptat, quã illo secundum quem ex corde processit *b*

f Ca. quæsque ar. 2. 2. q 5. & omnes, ibid. Innoc. & communis in c. veniens de iureiur.
g Ca humanæ aures, 22 q. 5. Innoc. cum cõmuni in dicto c. veniens, S. Th. 2. 2. q 89. art 7 ad 4.
a Ca. quinta Vallis. ca. veniens, de iur.
b D cto cap. humanæ aures, 22. qu. 5.

14 *Decimo-*

14 *Decimoquinto* peccat, qui ob metum iurat aliquid licitum facere, absq; intentione obligandi se ad implendum iliud, vel cum intentione adimplendi, quod tamē minime facit; *c* quoniam redimere propriam, vel alienam vexationē virtutis opus est: *d* & omne opus virtutis iuramento promissum est faciendum, *e* vt nos *f* respondendo cū communi illi textui, post Caietanum *g* diffuse probauimus. Verum est tamen secundum prædictos, quod si quando iurauit ob metum, habuit intentionem perficiendi, quod iurauit in aliquo sensu vero, licet diuerso ab illius mente, qui ipsum iurare compulit; tunc neque peccaret iurando, neque etiam non adimplendo, amplius quam ipse intellexit; quoniam non tenetur aliquis iurare secundum intētionem illius, qui perperam ipsum ad iurandū cogit, iuxta ea quę dicta sunt. *h* Quapropter qui iurat latroni, se centum aureos illi daturum sub conditione intra se concepta, si forsan illi debet, nō tenetur illos persoluere, si alias nō debet. *i* Et quāuis hoc exēplum non placeat Caietano, *k* recte tamen potest defendi: quoniam nihil falsi in eo iurare liquido constat.

15 *Decimosexto*, qui iurat aliquid facere contra diuinum aliquod præceptum, puta furari aliquid notabile, aut nō deponere odium, vel alteri auxilio esse in opere peccati mortalis, veluti si cum alijs coniurauit ad defendendum, vel perpetrandū aliquod scelus, vel agendum aliquid contra obedientiam. *l* Diximus, *In opere peccati mortalis*: quoniam qui iurat aliquid facere, quod non est amplius quam veniale, solum venialiter peccat iurando & adimplendo, *m* quamuis ea potissimum ratione compleret, quia videlicet iuramentum apposuit, sicut recte insinuauit Sylvest. *n* etiam si oppositum Angelus *o* asseueret; quoniam circumstantia illa committendi veniale ob id, quod iurauerat, potius extenuat, quam exaggerat culpam; quia in eo aliqua reuerentia erga Deum habetur.

26 *Decimoseptimo* peccat, qui iurat se nō facturum aliquid, ad quod non tenetur; est tamen secundum se melius id facere, quā non facere, si forsan erat aliquid ad consilia Euangelica pertinens: veluti si iuraret, se non mutuo daturum, aut non creditum rem suam, vel non collaturum eleemosynam ei, qui grauē non pateretur indigentiam, vel non ingressurū religionem, vel non accepturū sacros ordines, vel Episcopatum, & alia similia. *a* Sed nobis oppositum magis placet: quoniam neque S. Th. *b* neque S. Antoninus *c* dicunt hoc esse mortale, vt aliqui existimarūt. Caietanus etiam, *d* & Ioan. Tabienna *e* & gloss. communiter recepta, *f* sed à nemine in hoc adducta, tenent nō esse lethale. Et ratio est, quoniam deterius videtur iurare se aliquid facturum, vel facere omissurum, quod quidem factū vel omissum est veniale, quam iurare se facturū aut omissurū, quod ex genere suo non est peccatū, licet contrarium eius sit melius eo. Iuramentū autem peccandi venialiter, non est amplius, quam veniale,

c S. Th. 2.2. q. 89. ar. 7. ad 3. & Ant. 2. par. tit. 10. c. 6. parag. quintus casus.
d l. nec timorem. parag. fi. & l. isti quidem. ff. quod met. cau. & cap. dilectus, 1. de simon.
e Ca. si vero de iureiur. & c quamuis pactum de pact. lib. 6.
f In c. verum de iur.
g In dicto 2. 7.
h Supra n. 13.
i Secundum Sylue. verbo iuramentū, 4. q. 7. versic. secundum
k In dicto ar. 7. ad 3.
l Ca. in malis c. qui sacramento, & cap nocesse 22. q. 4.
m Secundum B. Anton 2. part. ti. 3. c. 4. parag. 1. col. 4
n Verbo iuramentum 4. q. 1.
o Verbo iuramentum, 5. parag. 2.
a Secundum Angel. verbo iuramentum 5 parag. 3. & Syl. verb. iuram. 2. q. 7.
b 2.2. q. 89. art. 7. ad 1.
c 2. part. tit. 19. c. 9. parag. tertius casus
d In dicto 2. 7. ad 6.
e Verb. iurare, parag. 10.
f In cap. 35. dist.

veniale, vt supra dictū est; quod quidem intelligendū est, quando non iurauerit animo non adimplendi, etiam in casu, in quo id non faciendo peccaret mortaliter: quoniā hoc perinde iam esset, ac iurare se scelus lethale commissurum, quod quidem semper esset mortale, vt in præcedētibus dictum est. Et quamuis huiusmodi iuramenta sine peccato obseruari possint, tamē ad sui obseruationem non obligant: quoniam vt docuit S. Th. g huiusmodi iuramentis Spiritui sancto apponitur obstaculum, cuius est proprium sācta desideria animis instillare. Quocirca talia iuramenta propria etiam auctoritate iurantis possunt infringi, iuxta S. Antoninum, h quidquid Archidiaconus, Ioan. Andreas, & Panormitanus k dixerint.

g Dicto art. 7. ad 3. h 2. par. tit. 10 c. 6. parag. tertius casus per ea. si aliquid. & 2. 22 [illegible] si aliquid. k In c. si vero de iureiur.

17 Quin etiam *addimus*, fore melius frangere, quam seruare iuramentum de re quæ suapte natura sit otiosa, vel ad malum & bonum pariter indifferens: vt verbi gratia, qui iuraret se non habiturum in suum ministerium illum aut illum; vel se non alloquuturum aliquem de hac vel illa re; vel non aditurum alterius domum; vel non missurum panes coquendos ad furnum illius: vel eius apothecam non adire, vt aliquid emat, &c. nisi huiusmodi iuramenta proximo fierent ex aliquo pacto, l vel soli Deo propter vitandam aliquam occasionem peccandi, quæ inde sibi subministratur. m

l Ang. verb. iuramentum 5. parag. 5. m Sicut supra, nu. 12. dictum est.

18 *Decimooctauo*, qui iurat se in carcerem rediturum, & non reuertitur, quamuis sciat se ob id mortem obiturum, eamq; sibi inferendam iniuste secundum Caietanū; n licet Ioan. Tabiēna o nitatur Caietano respondere; verùm non satis sufficiēter id facit. Hoc tamen est intelligendum, dummodo carcer non sit iniuriosus: qualis esset, si foret priuatus alicuius latronis, vel tyranni, p vel iudicis non cōpetentis, siue etiam cōpetentis, absq; tamen iuris ordine procedentis: & quamuis cum iurat se rediturum, non habeat animum reuertendi, secundum Angelum. q

n 2. 2. qu 89. art. 7. ad 4. o In verbo iurat. parag. 10.

Decimonono peccat vxor, quæ marito iurat se adulterij crimine carere, hac ratione persuasa, quia videlicet poterat id iuramento confirmare, quoniam egerat pœnitentiam, fueratque iam adulterium sacerdoti confessa; b quamuis si maritus eam circa hoc ad iurandum compellit, tunc quia id iniuste agit, potest illa iurare, quod secundum suam intentionem verum est, falsum autem iuxta mariti mentem, vt constat ex supradictis; c quod nos latius, & profundius confirmamus. d

p Panor. in d. ca. si vero gl. communiter recepta cle. pastoralis, de sent. & re iudic. verb. per violentiam & Ioan. Andr. in specie, in rub. de iurei. a Verb. iuramentum, 5. parag. 47. b Arg. c. fi. de purg. canon Sylues. verb. iuramentum 2. parag. 8. c Nu. 5. Ang. verb. iuramentū, 4. parag. 1. d In commētario prædicti ca. humanæ aurco. 21. qu. 5.

Ex quo *infertur responsio* ad interrogationem nuper factam: An qui iurat se non habere rem aliquam ab alio petitam, vt ab ea danda, vel commodanda se excuset, peccet? Respōderi enim debet, peccare, si mens eius verbis consonat; sed non, si non tenetur ad dandam vel commodandam, neque respondēdum iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quod non habeat illam, ad eam illi dandam aut commodandam, per prædicta.

19 *Vigesimo* peccat, qui tempore pestis iurat verum ad portas

ciuitatis, sed dolose contra intentionem interrogātium: e quoniam ad ingrediendum ciuitatem sua sponte se offert: nisi forte custodes ciuitatis crederent alquam vrbem esse infectam peste, quæ reuera non erat: vel ingressurus rationabiliter credit, neque se, neque aliquid suum esse peste contaminatum, & subinde verum iurat, se non transisse per talem locum secundū præcipuam intentionem, licet remotā ipsorum custodum. Eadem est ratio de scholasticis vniuersitatum, qui cathedrarum candidatos, siue oppositores (vt vocant) extra scholas alloquūtur de illis rebus, quę ad subornandum minime faciunt: quod tamen si postea, cum suffragaturi sunt, confiterentur, exinde redderentur inhabiles ad suum suffragium conferendum, & ea de causa iurati respondent, se nulli candidatorum quidquam fuisse loquutos, intra se intelligentes, nihil egisse de illis rebus, quæ contra statutorum mentem fuisse videbantur.

Vigesimoprimo, qui iurat se rationem habiturum boni, vel vtilitatis ad aliquam communitatem pertinentis, vel ad munus, quo fungitur, quam tamen postea non habet. *f*

20 *Vigesimosecundo* peccat mortaliter, qui inducit ad iurandum eum, quem falso iuraturum arbitratur; *g* nisi cum inducit iuris ordinem sequutus, sicut iudex ad alterius partis instantiam, secundum Richardum: *h* quocirca rationi consonum videtur, nō esse deferendum iuramētum illi, de quo magna habetur præsumptio, quod illud non obseruabit: quod sentit Alexāder III. *a* quatenus asserit ob hoc non esse recipiendum iuramentum à clericis, se non redituros ad suas cōcubinas; vbi Panormitanus inquit, recte fuisse consultum, si scholastici vniuersitatum non adstringerentur iuramēto se Rectori parituros; esset enim præstantius, vt alijs pœnis ad id agendum stimularentur. Vnde infertur, perperam agere confessarios, cum pertrahūt pœnitentes ad vouendum vel ad iurandum se ab aliquo carnali peccato, vel alio, quod perinde ac illud allicit, abstenturos. *b*

Diximus *inducit*: quia textus de tali loquitur. Vnde videtur inferri, quod si alter sponte se offert ad iurandum, absitque rationabilis causa ad recipiendum iuramentum, non peccat ille, qui recipit secundum Syluest. *c*

21 *Vigesimotertio*, qui expostulat iuramentum à famulis, vel seruis suis, vel quibuscumq; alijs, vt declarent auctorē alicuius furti ei facti, ea intentione, vt furē in omnibus casibus prodāt: quoniā id licite fieri nequit, nisi in illis, quibus alij exteri possent furtum reuelare, ipse autē vult obligare suos ad id faciendū in omnibus casibus: quod minime fas est, vt latius inferius *d* dicimus. Petere tamen ab eis iuramentū, quo adstringerētur vera dicere in illis casib⁹, in quibus exteri etiā veritatem detegere licite possent, nō esset peccatū iuxta mentem B. Antonini, *e* & etiam Angeli, Syluestri, & Tabien. *f* licet paulo aliter loquātur, & dixim⁹ alibi. *g* Neq; etiā liceret simpliciter exposcere iuramen-

e Syluest. verb. iuramentum 3. qu. 2.

f Arg. cap. si vero ca. ego, & c. veritatis de iureiur.

g Ca. ille 22. qu. 3.

h In 3. dist. 38

a In c. clericos de cohab. cler. & mul.

b Ang. verb. iuramentum 3. parag. 11. & Syluest. eodē verb. quæ. 9. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. col. 3

c Vbi supra.

d In cap. 18. e 2 part. tit. 10. c. 5. parag. 6.

f Verb. familia.

g In c. inter verb. 11. q. 3. concl. 6.

iuramentum, vt verum exprimant, etiamsi non addatur, vt in quolibet casu id faciant, vt patet ex ijs quæ nos *h* diximus.

h In dicta concl. 6.

22 *Vigesimoquarto*, qui iurat facere, vel implere aliquid, credens se nō posse illud præstare, veluti si iurat se ad certum tempus persoluturū debita, probabiliter credens non futurā ei facultatem id eo tempore faciendi. *i* Cæterum si iurat credens se posse persoluere, & facit quod in se est vt soluat, quamuis non satisfaciat, non peccat. *k* Si tamen transacto tempore ad id definito, quam citissime poterit, non persoluerit, peccabit. *l*

i Sylu. verb. iuramentum 3. qu. 15. k Ca. querelam, de iur. l Arg. ca. cum dilecti, de dolo & contum. l. Cell. ff. de recept. arbit.

23 *Vigesimoquinto* peccat, qui iurat sub sigillo secreti, se aliquid habiturum, quod in Concil. Senatuue pertractatum est, vel suę fidei commissum fuit, & nō occultat, & manifestat in casibus, in quibus non debet *m* idem de illo qui alterum inducit ad violandum eiusmodi secretum, secundum S. Antoninum. *n*

m Arg. ca. qui ambulat. 5. qu. 5. n 2. par. tit. 10 ca. 8. para. 1.

De præcepto secundo, quatenus continet, non male vouendum, & bene votum bene adimplendum.

24 *Votum quid. De re mala, non valet, sed de præcepto sic, & n. 25.*
26 *Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalis culpæ.*
26 *Votum non fit per propositum solum.*
26 *Votum mentale quid sit, & qualem deliberationem requirat.*
27 *Votum absque animo adimplendi, quomodo obligat ad sui complementum.*
28 *Votum de re necessario futura, & de re illicita, & de indifferenti, vt indifferens est, & de eo, quod contra consilium Christi, non valet, & seq.*
30 *Votum in finem malum non valet, sed sic in bonum ex illo exortum, & num. 31.*
32 *Finis malus, & bonum ex malo natum differunt.*
32 *Votum proprie non est malorum renuntiatio quæ fit in baptismo.*
32 *Votum est duplex, nempe solemne & simplex.*
32 *Votum plus obligat quam iuramentum cum concordia contradicentium.*
32 *Voti opus melius quam volantarium, quod sic est limitandum.*
33 *Confessarius sic admoneat pœnitentem, qui votum violauit, &c.*

n In 4. l. 1. sen. dist. 38. & S. Th. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. & alioru alibi. S. Anton. 2. par. tit. 11. c. 2 in princ. Archid. in c. qui iuuenes. 17. q. 1. & Pan. & aliorum in c. literaturam de voto, & communem opinionem.

24 DEclarato iam hoc præcepto, quatenus habet non male iurandum, declaremus nunc idem, quatenus includit non male vouendum. Pro quo *præsupponimus primo*, quod secundum mentem Magistri, S. Tho. & aliorum, *a* Votum est, *Promissio deliberate Deo facta, de aliquo bono maiori à superiori non imposita.*

Dixi, *Promissio*, pro genere, & ad insinuandum, quod non sufficit desiderium, neque propositum etiam valde deliberatum

faciendi, nisi simul adsit animus seipsum obligandi, secundum eandem communem. b

b Vbi supra.

Dixi, *Promissio*, in genere, ad significandum, quod vt aliqua promissio sit votum, sufficit vt solum sit mentalis, etiamsi nihil dicatur aut scribatur, modo fiat animo, vel mente obligandi, secundum communem. c

c Vbi supra.

Dixi, *Deliberate*, quoniam promissio subita, & absq; consideratione facta non sufficeret; sufficit autem tanta deliberatio & consideratio, quanta ad peccandum mortaliter, vel meredum sufficeret, secundum Paludanum *a* communiter receptum. Nã, vt ait glossa singularis, *b* iudicium quod sufficit ad obligãdum diabolo, sufficit ad obligandum Deo. Vnde infertur, votum factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem vouentis non absorbet adeo, vt tunc posset mortaliter delinquere, validum esse, vt ex Ioan. Andrea. & ex communi opinione *c* colligitur, etiamsi multi graues auctores *d* oppositum senserint: quod ipsum est dicendum de iuramento. *e*

a Ita 4.l.sen. di.38.nu.1. col.2.
b In ca mulier, 32.qu.2. quæ habet similem, 20.d 1. in summa.
c In c.dudum de conuers. coniug.
d Ludouicus Roma.sing. 408.& Iason in l.si filiam, C.de offi.testam.
e Vt tactum est supra eodem, nu.10.

25 Dixi, *Facta Deo*, quoniam omne votum tacite vel expresse, mediate vel immediate fit Deo secundum S. Thomam. *f* Ex quo colligitur responsio ad quæstionem nuper nobis propositam: An vouear, qui dicit alteri: *Ego promitto tibi, me cum illo, aut illo amplius non lusurum*: responderi enim debet, quod non; quia non est promissio facta *Deo*; & ita illi definitio voti supra posita non conuenit.

f In d.q.88. art.5.ad 3.

Dixi, *De aliquo bono*, ad significandũ, quod promissio de re illicita, quæ vel veniale vel mortale peccatum est, nõ est votum. *g*

g Cap.si aliquid, & ca.in malis 22.q.4.

Dixi, *Maiori bono*, non quidem vt Richar. Maior, & aliquot alij *h* dicunt, quia votũ necessario fieri debeat, de his quæ sunt de consilio, non autem de præcepto: satis enim est, vt sit maius bonum, siue sit de consilio, siue de præcepto, secundum eundem S. Tho. *i* Quamobrem qui vouit non fornicari, neque adulterari, & non furari, per huiusmodi votum ita obligatur, vt si fregerit illud, non solum censeatur transgredi præceptum de non fornicando, vel non adulterando, aut non furando; sed etiam præceptum hoc de adimplendo voto; & subinde non sufficeret tali transgressori culpam sine huiusmodi circumstantia confiteri, vt bene adnotauit S. Antoninus, *k* & melius Caiet. *l* licet oppositum, sed male, teneat Ioan. Tabienna. *m*

h In 4.dist. 38.
i In 2.2.qu. 88 art.2.
k 2.par.tit.1 c.1.parag.1.
l In d.q.88. art.1.
m Verb. votũ 1.parag.2.

Dixi etiam, *De bono maiori*, ad significandum, quod votum faciendi vel omittendi aliquid facere, cuius contrarium secundum se melius est, nihil valet; cuiusmodi esset votum non ingrediendi religionem, non mutuandi pecuniam, & alia huiusmodi, secundum S. Antoninum. *n*

n In dicto c. 2.parag.1.

Dixi, *A superiori non irritata*; quoniam vota filiorum familias, religiosorum, & aliorum, qui alterius potestati subduntur, legitime à suis parentibus, prælatis, alijsque superioribus irritata non obligant, *o* secundum S. Thom. *p* & omnes alios.

o Cap.puella & c.fi.20.q.2.
p In dicta q. 88.art.9.

26 Secundo

26 *Secundo* præsupp
primo, omne votum
peccati mortalis. *q*
Secundo infertur, s
promissione & anim
munirer sub reatu n
S. Thomam receptu
mitanus; *r* quidquid
Tertio infertur, vo
Quarto, quod deli
diabolo per peccatu
dum nos Deo per vo
supra dictum est per
danum & Caietanur
Quinto infertur, qu
tẽporis fieri potest, &
propter illud Panor. *s*
promissionẽ præcede
losophi aiunt, naturę
est opus, vt per aliqu
dat votum; sed vt ad r
facta in eodem mom
catum admittitur; si
in eodem momento
ipsum: nã quamuis v
semper tamẽ delibera
substantia solis præce
tamen valde magnã
cedente deliberation
motu, vel passione ali
passim à quibusdam
niam huiusmodi vot
redimuntur; *t* alia ver
Sexto infertur, quo
sine promissione taci
religionis, non efficit
ponere vouere, *l* quã
per caput Cõsulti, *o* opp
pitis fuerat promissi
rat optime Panormit
27 *Septimo* infertur,
sine animo adimplẽd
implere: secꝰ autẽ est
promitteret, vt eleg
subdit, quod quẽadm
nõ habuisse intention
perperam agunt relig

q Secundo præsupponitur primo, omne votum
r Secundo infertur, s promissione & anim munirer sub reatu n S. Thomam receptu mitanus;
s Tertio infertur, vo
t Quarto, quod deli diabolo per peccatu dum nos Deo per vo supra dictum est per danum & Caietanur
u Quinto infertur, qu tẽporis fieri potest, & propter illud Panor. promissionẽ præcede losophi aiunt, naturę est opus, vt per aliqu dat votum; sed vt ad r facta in eodem mom catum admittitur; si in eodem momento ipsum: nã quamuis v semper tamẽ delibera substantia solis præce tamen valde magnã cedente deliberation motu, vel passione ali passim à quibusdam niam huiusmodi vot redimuntur; t alia ver
x Sexto infertur, quo sine promissione taci religionis, non efficit ponere vouere, l quã per caput Cõsulti, o opp pitis fuerat promissi rat optime Panormit
y Septimo infertur, sine animo adimplẽd implere: secꝰ autẽ est promitteret, vt eleg subdit, quod quẽadm nõ habuisse intention perperam agunt relig

26 *Secundo præsupponimus*, quod ex hac definitione *infertur primo*, omne votum ad sui obseruantiam obligare sub pœna peccati mortalis.*q*

Secundo infertur, solũ propositũ faciendi aliquid boni, absq; promissione & animo seipsum obligandi, non obligare communiter sub reatu mortalis culpæ; quia non obligat secũdum S.Thomam receptum, *a* quem sequitur Archidiac. *b* & Panormitanus; *c* quidquid videatur asserere glossa celebris. *d*

Tertio infertur, votum fieri posse absque verbis expressis. *e*

Quarto, quod deliberatio, quæ satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortiferum, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam conducens, vt supra dictum est per glossam singularem, *f* quę id ante Paludanum & Caietanum *g* dixit.

Quinto infertur, quod huiusmodi deliberatio in momento tẽporis fieri potest, & satis est; quod actu vel virtute fiat. Quapropter illud Panor. *h* quod deliberatio & propositum debent promissionẽ precedere, intelligendũ est, de precedẽtia, vt philosophi aiunt, naturę, seu causæ, & non tẽporis; idest, quod nõ est opus, vt per aliquod spatium temporis deliberatio præcedat votum; sed vt ad merendũ, vel peccandũ mortaliter sufficit facta in eodem momento tẽporis, in quo bonũ opus aut peccatum admittitur; sic etiam, vt votum sit validum, satis est vt in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipsum: nã quamuis vtrũque simul in eodẽ tempore efficiatur; semper tamẽ deliberatio præcedit votũ natura, quemadmodũ substantia solis precedit suam lucem, & ignis calorẽ suum. Est tamen valde magna differentia inter votũ, quod magna præcedente deliberatione fit, & illud quod subitaneo & repẽtino motu, vel passione aliqua intercedẽte, cuiusmodi sunt illa, quæ passim à quibusdam, & ex quacũq; leui cupiditate fiunt; quoniam huiusmodi vota facile dispensantur, commutantur, vel redimuntur; *i* alia vero non sic; quod etiã Caietanus *k* probat.

Sexto infertur, quod solum propositũ ingrediendi religionẽ sine promissione tacita vel expressa, etiãsi induat quis habitũ religionis, non efficit votũ: quia aliud est vouere, & aliud proponere vouere, *l* quãuis Paludanus, *m* & Anto. *n* & aliquot alij *per caput Cõsulti*, *o* oppositum tueantur: quoniã in casu illius capitis fuerat promissio, saltem implicita, aut virtualis, vt declarat optime Panormitanus, & *p* Caietanus, *q* & alij etiam alibi.

27 *Septimo* infertur, quod qui Deo aliquid promittit, quãuis sine animo adimplẽdi promittat, re vera vouet, & tenetur adimplere: secꝰ autẽ esset, si verboteꝰ absq; animo se obligandi promitteret, vt eleganter prędictus Cardinalis *r* cõfirmat; vbi subdit, quod quẽadmodũ Ecclesia ei, qui vouit, si postea dicat nõ habuisse intentionẽ seipsum obligãdi, non credit; sic etiam perperam agunt religiosorum prælati, qui sine alijs cõiecturis,

q Eccl. 5. & ca. licet capo magna, de voto S.Tho. 2.2.q.88.ar. 2. & omnes in dict. di. 38. li 4.
a 2.3.q 88. ar. 1.
b In c.qui bona 27 q.1.
c In c.literaturam, de voto.
d Dicto c.qui bona 27. q.1.
e Arg. c.cum apud de spõsal.
f In c.mulier 32.q.2.
g Vbi supra & alios.
h In d.c.literaturam, de voto, col.2.
i Cap. 5. de voto.
k Vbi supra art.1.
l Iuxta glos. l. in vendentis, C. de contrah. emp. & iuxta ea ex parte, de sponsal.
m In dicto q.1.art.1.
n In dicto ca.2.parag.1.
o De reg.
p In d.c.literaturam.
q In d.q.88. art.1.
r In d.art.1.

suis subditis iurantibus se non habuisse intentionem profitendi, cum professi sunt, facile credunt.

28 *Octauo* infertur, quod non est votum promissio quæ de rebus necessario euenturis fit, quale est votum de moriendo;[a] neque etiam votum de re, quæ in se sit culpa lethalis, aut venialis; quoniam illud non est bonum, & multo minus erit maius bonum. Imo promissio facta de faciendo aliquid, quod est peccatum mortale, est mortalis, & promissio de faciendo veniali, est venialis, vt supra *b* dictum est de iuramento.

a Arg. li. 1. ff. de condi. & demonst.

b Num. 15.

Nono infertur, quod promissio de re indifferēti, quatenus indifferens est, non est votū; quoniam res indifferens nō est quid bonum secundū se, nisi aliqua circūstantia apponatur, quæ rē alioqui indifferentem bonam efficiat; exempli causa. Votū de non nendo, vel non filādo die Sabbathi, etiā in honorem Beatissimæ Virg. Matris, vel votū eundi in ciuitatem Genuensem, vel non adeūdi talem domū, absolute & simpliciter emissum, nō est dicendū votum, quoniā nihil horū secundum se est malū, aut bonū: neq; enim in die Sabbathi non nere vel filare, ex natura sua deputari potest inter obsequia Beatę Virginis: licet votū de non nendo die Sabbathi, vt aliquoties Virginis Rosariū recitetur, vel de ciuitate Genuēsi adeūda ob videndā adorandamq; Christi imaginem, quam Veronicā appellant, vel nō ingrediendo talem domū, ne quā personā impudicā inspectet, quæ se ad libidinem, vel ad ludos illicitos prouocaret, sit validum; quoniam per has circūstantias, quæ alioquin erāt indifferentia, fiūt bona. *c* Quamobrem circumstantijs istis deficientibus, voti vinculum cessaret, vt Caiet. *d* singulariter definiuit.

c Arg. c. paratus 23. qu. 1. c. disciplina & c. & qui emendat. 45. distinct.

d In dicta c. 12. art. 2.

29 *Decimo* infertur, quod vota de non faciendo aliqua, quæ Redemptor noster consulit, vt vouere non seruare castitatem, paupertatem, & alia huiusmodi, quamuis licite valeant obseruari, minime tamen obligant; *e* quin potius ita vouens peccat, licet vt plurimum non grauius quam venialiter, quod satis diffuse idem Caietanus *f* confirmat; præterquam si huiusmodi vota fierent gratia displicendi talium consiliorum diuino auctori, vel animo non adimplendi talia consilia, quamuis occurreret casus, in quo vim præcepti obtinerent.

e Cap. fin. parag. fin. 21. q. 4 & Palud. cum communi in 4. l. sent. dist. 28 q. 1. col. 4.

f In dicta q. 88. art. 2.

30 *Vndecimo* infertur, quod votum maioris boni ob malū finē emissum non obligat, siue finis ille malus sit finis illius boni, quod vouetur; quale votū faciendi eleemosynā ob inanē gloriā aucupandam, vel ob aliquam voluptatem illicitā; siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votū, quod dux ad bellū iniustū proficiscens, promittit se alicui operi pio mille ducatos oblaturū, vt victoriam, licet iniquā, cōsequatur, ea intentione, vt illud votū sit mediū ad talem victoriam assequēdam, vel in gratiarum actionē victoriæ iniquæ; quoniā omne opus cuius finis est malus, ipsum quoque malum est. *a* Et consequenter quamuis id quod vouetur, bonum sit; votum tamen de illo propter malū finem

a Ca. cum minister 23. q. 5. in cuius Cōmentario latius hoc diximus, & ea non est putanda 1. 58. 1v

finem, malum est: & ita non est conueniens materia voti.

31 Dixi, *Iniquiæ*; quoniam si quis voueret aliquod bonum in gratiarum actionem euentus victoriæ absolute sine iniquitate, & iniustitia consideratæ, quatenus est quoddam donū Dei, valeret votum, sicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina, attenta illa datione filij absolute, sine iustitia fornicationis, tanquam quodam Dei dono, vt mox dicetur. At vero, si neque finis boni, quod vouet, neque eiusdem voti esset malus, licet causa, quæ impellit ad vouendum, mala esset, non ideo votum desineret esse bonum.

32 Exemplum de eo qui aliquā religionem profitetur, nō collimando, neq; dirigendo suā professionem, & sua vota in finē luxuriandi, licet ad id impellatur spe ibi reperiendi occasionē luxuriandi. Idem est omnino dicendū de eo qui aliquid vouet antequā in duellum, siue singulare certamen descendat, hac intētione, vt à morte, vel vulnere liber à certamine egrediatur. Idem quoq; de eo, qui vouet aliquid, si Deus illi cōcedat filium generare ex muliere, quæ sua nō est. Etenim quāuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniusto malū sit; velle tamē sine vulnere sanum & incolumē euadere, nō est tale. Et quamuis rem habere cum illa, quæ nō est propria vxor, scelus sit, suscipere tamen filiū ex illa dono Dei, non est tale. Item dicendū de illo, qui huiusmodi votum fecerit: *Si à Deo illa, aut illa temporalia bona per fas, aut nefas consequar, illud aut illud opus bonum faciam*: quoniam huiusmodi votum non adhibetur tāquam medium ad peccatum, neq; vt gratiarum actio pro peccato, sed vt gratiarum actio pro re in se bona, & dono Dei data; & à fortiori validius erit votum, quod fit in vltionem proprii peccati; verbi gratia: Aliquis vouet illam aut illam pœnitentiam, vel pœnam subire, vel petere Hierosolymam, vel summam aliquam pecuniæ erogare pijs operibus, si tale, vel tale scelus admiserit, vt subtiliter & late post alios Cardin. Caiet.[a] confirmat.

Duodecimo infertur, quod abrenuntiatio illa malorū, quę fit in Baptismo, nō est proprie votū, vt dixit Paludanus,[b] & neruose probat Caietan⁹,[c] quāuis Magister, & alij multi oppositū docuerint, quorū opinio vera est, intellecta de voto improprio.

Decimotertio infertur * quod duplex est voti genus: Alterum solemne; Alterum simplex. Votum solemne est, *quod professione tacita, vel expressa religionis approbatæ, vel ex sacrorū ordinū susceptione celebratur*.[d] Simplex autem est, *quodcunque aliud siue occultum, siue publicum fuerit*, vt ait Paludanus communiter receptus,[e] & B. Antoninus.[f] Et quamuis mortale peccatum admittat, qui violauerit votum simplex, & nonnunquam etiam scandalum prę se ferat: maius tamen crimen est, grauiusque scandalum communiter sequitur ex voti solemnis transgressione.[g]

Tertio præsupponimus, votum maiorem vim obligandi habere,

a In d.q.88. art.8.

b In 4.dist.38 qu.2.

c In d.qu.88. ar.2.

* Dupler votum.

d Cap.1.de voto & votā red.lib.6.

e In dicto 4. Ij di.38.q.2.

f 2 part.tit.18 c.2.parag.1.

g Arg.ca.homo 40.di.& cap.præcipue 22.q.3.

bere, quam iuramentum, secundum S. Tho. *b* quamuis Ioan. Maior *i* oppositū tueatur. Cuius quidem opinio vera est, quando vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel vtrumque principaliter in vtilitatem proximi: opinio autem S. Thomæ procedit, cum votum principaliter fit in honorem Dei: iuramentum autem principaliter fit in vtilitatē proximi, vt cōmuniter fieri solet; quod nos, *k* vtramq; opinionē conciliantes, definimus, & postea Michaël à Medina *l* egregie probat, quod obligatio iuramenti est firmior, quam voti; licet hæc sanctior sit illa, cum per illam promittanus proximo, & per hanc Deo.

b 2.2.q.89. art.8.
i In prædicto 4.li.di.38.q.5.
k In capit. quanto de iurereiur.
l Lib.5.c.22. & 23. de continentia sacerdotum.

Quarto præsupponimus, bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quam aliud non ex vi voti factum, secundum doctrinam S. Tho *m* & Richardum, & alios omnes, *n* & glossam singularem, *o* qui quidem omnes sequentes B. Anselmum in lib. similit. asseuerant eum, qui aliquod bonum facit ex vi voti, similem esse illi, qui arborem cum fructu suo donat: eum vero, qui facit opus sine voto, offerenti fructum sine arbore: quamuis opus consilij plus meriti habeat, cæteris paribus, quam opus præcepti, *p* iuxta communem opinionem, quam declarat præcitatus Medina. *q*

m 2.2.q.88. ar.6. & Opus. 17.ca.12 & Opus.19.c.3.
n In 4.l.sen. dist.38.
o In c. Clem. 1. de reliqu. & veneratione sanct.
p Cap. cum in officijs de testamentis.
q In Codice de pœn. q.43

Quinto præsupponimus, confessarium teneri admonere pœnitentem, qui non adimpleuit votū tempore, quo debebat, nō liberari ab obligatione postea adimplēdi illud, propter pœnitentiā quā iniungit, eo quod votū nō adimpleuit tēpore debito; nisi aliqua impossibilitas iuris vel facti superuenerit, vel eiusmodi erat, quod debito tēpore transeunte, eiusdem obligatio transibat, iuxta mentem omnium, quam explicat Caiet. *a*

33

a In summa de materia voti.

Modi vsitatiores, quibus peccatur male vouendo, vel male votum implendo.

34 *Vouens rem mortalem, vel venialem vt peccat,*
34 *Vouens item id quod est præceptum, vel contra consilium, & nu.35. & 36.*
37 *Vouens stulta vota, vt non pectendi se, non lauandi.*
38 *Vouens illud quod sciebat se non posse præstare,*
39 *Votum, vel partem eius quis recte frangit ob causam, & 40.*
41 *Vouens quis tenetur statim adimplere, vel ad certum tempus, &c.*
42 *Vouens sub conditione, & satagens ne adimpleatur illa.*
42 *Vouens si perpetrauerit illud, aut illud crimen.*
43 *Vouens ob malum finem, vel ob bonum, qui nascitur ex malo.*
43 *Vouens virginitatem, & eam postquam violauit, non obseruat.*
43 *Vouens se vxorem ducturum, & postea non ducit.*
44 *Votum religionis suadens, vel ab illa abstrahens ad quid tenetur, num.45.*
46 *Votum religionis impediens, vel ingressum ordinis dissoluti, &c.*
46 *Vouens religionem, & quia non recipitur vt ipse vult, &c.*
46 *Vouentem religionem an statim ligent onera eius.*

47 *Vouens*

47 *Vouens ingredi & profiteri, & postea exit.*
48 *Vouens religionem strictiorem, & intrat laxiorem, &c.*
49 *Religionis de ingressu an consulendum.*
50 *Religionem relaxatam ingrediens, vel in eam filios intrudens, num.* 51.
52 *Vouens præ timore mortis spiritualis, aut corporalis, vel alterius mali, &c.*
53 *Vouens rem dignam voto, quæ tamen maius bonum excludit.*
53 *Vouens non bibere vinum, & crebro id violat, vel facere aliquid in tempore certo, quo transacto illud non adimplet, num.* 54.
54 *Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipsum violat.*
55 *Votum qui non adimplet per alium, quod per seipsum non potest,*
56 *Vota defuncti, qui non adimplet adiunctis exemplis, &* 57.
57 *Dispensat super voto per falsam aut iniustam causam*
58 *Vouere qui pertinaciter tenet esse malum.*
59 *Votum coniugum de abstinendo, & pactum an pariat, &* 60.
60 *Votum mariti & vxoris sine licentia quod valet, &* 61.
62 *Votum de ingressu religionis generale an tollat refutatio vnius superioris.*

34 EX præmissis *infertur*, multos peccare contra hoc secūdū præceptum, quatenus præcipit non male vouendum, & bene votum recte adimplendum. Et *primo* peccat, qui vouet aliquod peccatum mortale, vt occidere, odisse, seu odio habere, &c. per supradicta. *a*

Dixi *Mortale*: quoniam votum de re, quæ in se solū est peccatum veniale, non erit plusquam veniale, nisi vouens ea mēte votum emitteret, vt etiamsi esset peccatum mortale, nihilominus id se facturum voueret.

Secundo, qui vouet se facturum id, ad quod sub pœna mortalis culpæ tenetur, vt non fornicari, vel confiteri in Quadragesima, & non implet; & peccat non solum quia fornicatur, vel nō confitetur, sed etiam quia transgreditur votum; quo fit, vt huiusmodi peccatum cum hac circūstantia confiteri teneatur, per supradicta; *b* quidquid dixerit Ioa. Tabienna, *c* cuius opinio nō habet locum etiam in illo, qui vouet in genere se nō amplius peccaturum, quidquid Ioan. Maior, *d* insinuauerit.

35 *Tertio* peccat, qui id, ad quod solū de cōsilio tenebatur, vouet se nō facturū, etiāsi occurrerēt casus, ad quos ex vi præcepti obligaretur: vt qui vouet nō mutuare, aut nō facere eleemosynā, etiā in casu extremæ necessitatis; non solū quia huiusmodi volūtas secūdū se talis erat, verū etiā quia eā voto firmat. Idē dicendū est de illo, qui vouet se non facturū id, quod est de cōsilio, eo animo, vt displiceat Deo tantū, quātū mortalia crimina ei displicere solēt: secus tamē esset, si voueret Deo, vt displiceret ei eo gradu, quo venialia ipsi displicent; tūc enim nō amplius quam venialiter delinqueret, quod ipsum leuius esset, quan-

a Num. 18.

b Cap. 6. nu. 3 & 4.
c In verbo votum, præ rag. 1.
d In 4. l. sen. dist. 39. q. 1.

quando quis votum emitteret, non aduertens se in eo diuinæ bonitati rem ingratam admittere, vt Card. Caietanus egregiè docet, *e* & tactum est supra. *f*

e 2.2.qu.88. art.2.
f Num.3.

36 *Quarto*, qui vouet aliquid quod suapte quidem natura est contra consilium Euangelicũ, aut malũ, vel nõ ita bonũ sicut oppositum, vel indifferens, sed id facit cum aliqua circũstantia vel respectu, quo fit bonum & honestum, & postea non adimplet: vt si vouet ingredi aliquod monasterium, quamdiu in eo regularis obseruãtia non viget: vel vouet nõ facere eleemosynã: vel non fideiubere, aut non mutuare aliquid illi vel illi, extra tempus cuiusdam eximię aut extremę necessitatis, ne aliquã exinde occasionem peccandi caperet; nã sicut multa sunt ex genere suo bona, quę ratione circũstãtiæ mala fiunt; sic etiã multa sunt ex genere suo mala, vel non adeo bona, sicut eorũ opposita, vel indifferentia, quę ratione alicuius circunstantiæ redduntur bona vel meliora, quam eorum opposita. *a*

a Arg. textus fing.c. venerabilibus, parag. potest de sent. excom. l.6.c.nequis 2.2.q.2.cap. noli.23.q.1. & c. cum minister, 23.q.5.

37 *Quinto*, qui emittit aliqua vota stulta, vel temeraria, qualia sunt non pectere capillos in die Sabbathi, nõ filare, non lauare caput, non edere animalium capita in honorem B. Ioãnis Baptistæ, nõ immittere ossa in ignẽ in honorẽ S. Laurentij, & alia huiusmodi, quę neq; ad honorẽ Dei, aut suã proximive vtilitatẽ videtur spectare, & ea absq; vlla dispensatione & licẽtia sui confessarij transgreditur, secundũ Syluestrum. *b* Quod verũ est intelligendo de illo vouẽte; qui credit huiusmodi vota valere, vel dubitat de eorũ valore, & ante dispositionem cõsciẽtię erroneæ illa transgreditur: nõ autem de eo, qui scit, vel credit ea nõ valere, quãuis possẽt licitè obseruari, vt Gratianus *c* docuit; quoniã propria vouẽtis auctoritate possũt dissolui: quippe quę secundũ S. Tho. *d* ridicula sunt, & magnam superstitionis speciem prę se ferũt: *e* quod ipsum ferè dici potest de illo, qui vouet se nudũ peregrinaturũ; quoniã id inhonestũ est, & posset valetudini corporis maxime officere, pręsertim in hyeme: quãuis S. Ant. *f* videatur huiusmodi votũ in aliud fore cõmutãdũ.

b Verb. votũ, 1.qu.3.
c In cap. fin. 22.q.4.
d 2.2.qu.88. art.2.
e Secundum Raymund. in summa huius tituli. & Albertum in 4.d.38.
f 2.part.tit. 21.c.1.1.parag.3.

38 *Sexto* peccat, qui vouet aliquid sciens, & animaduertens se non posse illud adimplere. *g* Dixi *Animaduertens*, quia secus esset, si non aduerteret illam impotentiam: *nam ream linguam non facit, nisi rea mens.* *h*

g Aug. ver. votum, 2. parag.9.
h Cap. homines, 2.qu.2. & 2.2.qu.88. art.1.

Septimò, qui vouet animo se obligandi, & non adimplẽdi, secundum Caietanum; *i* & recte quidem: quia habet animũ non soluendi Deo quod ei debet.

i Ibid.

Dixi, *Animo se obligãdi*; quia qui vouet animo nõ se obligãdi, nõ tenetur voto in foro cõscientiæ; nam id non est vere votũ: *k* ita quod ille teneatur voto, qui vouet animo se obligãdi & adimplendi, vel saltẽ animo obligandi: non autem qui vouet sine animo saltem se obligandi, per prædicta; *l* & quia actus agentium non operantur vltra intentiones eorum. Quare apte responsum fuit nuper, bis peccasse illum non implendo suũ votum

k Per supradicta, nu.27.
l Ibid.

votum factum animo vouendi, & non implendi; primo vouendo, secundo non implendo.

39 *Octauo* peccat, qui vouet votum licitum, ipsumque postea violat, peccat inquã, mortaliter toties, quoties ipsum violat, *a* secundũ omnes; nisi id fecerit per obliuionem tolerabilẽ, vel ægritudinẽ, vel ob aliam iustam impotentiã: vt qui vouet templum aliquod siue pauperũ xenodochium ędificare, vel certã eleemosynã facere, & postea fit inops; aut vouet ieiunare, & postea ægrotat. *b* Porro si postea redit ad pinguiorẽ fortunã, vel sanitati restituitur, totũ, vel partẽ, quã possit, tenebitur adimplere; sicut illa quę vouet castitatẽ, & postea nupsit cõsummauitq; matrimoniũ, non tenetur ad plene, perfecteque castitatem seruandã; quoniam debitum coniugale viro suo tenetur persoluere, cum ille ab ipsa expostularit: tenetur tamẽ obseruare secundum partem sibi possibilẽ, scilicet ad non exigendum debitum. Quinimo debet etiam voluntatẽ habere seruandi castitatem perfecte & integre, quando sibi fuerit licitũ & possibile, puta marito vita iam defuncto. *c* Vnde *infertur*, quod non liberatur quis à voti obligatione, propter omnia illa, quæ voto iam emisso superueniunt, quæ si à principio acciderent, ille qui vouit à vouendo desisteret, vt inferius *d* apertius dicemus.

a Ca. licet, & cap. magnæ, de voto.

b Ang. verb. votum, 3. 4. qu. 1.

c Caieta. in Summa, de materia voti.

d In c. 18. n. 7

40 *Nono*, qui vouet aliquid etiam minimum, puta dicere vnũ tantum Psalterij versiculum, vel Aue Maria, postea vero non dicit; vel dare poculum aquę frigidę amore Christi, & nõ dat, secundum Caietanum. *e* Cuius opinio licet alias placuerit, nũc tamen contraria, quam tenet Sotus, *f* magis placet, per ea quę supra, *g* diximus.

e 2. 2. qu. 89. art. 7.

f Lib. 7. q. 3. ar. 1. de iust. & iur.

g Nu. 10. de iuramento rei leuis & paruæ.

41 *Decimo* peccat, qui vouet aliquid se statim facturũ, vel intra certum tẽpus, siue votũ esset tacitum siue expressum, quod tamen non statim, vel intra tẽpus præfinitum implet, secundum S. Th. cõmuniter receptum, *h* per textum Deut. *i* Quod si certo nouit, se non vouisse animo statim adimplendi, neq; tẽpori terminũ præfinisse tacite vel expresse, intra quod votum adimplere teneretur, nõ peccat mortaliter nõ adimplẽdo, quãdiu conscientia nõ remordet se esse in mora circa eius implementũ: hoc enim est signũ, quod non est transactũ tempus, intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem prędicti Cardinalis. *k* Et si culpa sua factum esset, vt iã non posset implere, iã peccauit, eo quod ad voti exsequutionẽ seipsum reddit impotentem; vt quæ vouit virginitatem, si se corrumpi pateretur, nõ solum tenetur obseruare quod supererat ad implendum, verũ etiam dignam agere pœnitentiam, quia culpa sua effecta sit impotens ad integre virginitatem obseruandam. *a*

h 2. 2. qu. 88. ar. 9. & 3. & in 4. li. sent. dist. 38. qu. 1. art. 1.

i Cap. 25.

k 2. 2. qu. 88. arr. 2. & in summa de materia voti

a Arg. li. in toto iure, ff. de reg. iur. & c. cõmissa, de elect. lib. 2.

42 *Vndecimo*, qui facit votum, adiecta tamẽ aliqua conditione, cuius implementũ ipse impedit, & postea non implet votum, secundũ Richardũ. *b* Vnde infertur, nõ esse liberũ ab obligatione voti, eum, qui vouit Deo aliquid cum cõditione. Si Deus

b In 4. l. sen. dist. 38. art. 3. qu. 3.

ipsum

ipsum ab aliquo peccato præseruaret; postea vero non facit id, quod fecisset, aut deliberabat facere (ad se præseruãdum ab illo peccato, quando promisit) si nõ promisisset: vel se in illud peccatum præcipitem dedit, ne ad implendum remaneret adstrictus; quamuis Angelus, *c* & alij non adeo bene sententiam Richardi referre videantur.

c Verbo votũ, 2. parag. 19.

43 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui vouet ingredi religionẽ, si fornicationem, vel adulterium, aliudue scelus admitteret hac intentione, vt huiusmodi peccata vitaret, vel gratia imponendi sibi aliquam pœnitentiam; vel absolutè se obligat, si hoc vel illud sibi accideret, quod quidem postea etiam completa conditione non implet; quoniam huiusmodi vota conditionalia sunt, & ideo conditione adimpleta obligant; *d* quãuis si contentum in conditione poneretur pro fine, non valerent, vt dictum est, *e* nec facta sub conditione obligarent ante impletam conditionem, nisi vouens ipse esset in causa, quo minus adimplerentur; vt mater, quę vouet ieiunare si filius recuperet sanitatem, non tenebitur ad ieiunium, si filius moriatur. *f*

d Arg. l. cedere diem, ff. de verb. signif. c. sipro te, de rescrip lib. 6.

e Supr. n. 30.

f Ang. ver votum, 3. parag. 1.

Præsupposito igitur, quod vota huiusmodi cõditionalia, etiã pœnalia, quibus quis vouet ingressum monasterij, vel peregrinationẽ in terrã sanctam, vel Vrbem, &c. si illud, aut illud euenerit, aut illud peccatum admiserit, valeant, quęsitũ est nuper; quis in huiusmodi dispenset? Ad quod Sotus respõdet, *g* antequam peccetur, Episcopum posse, & postea non nisi Papã. Sed nobis videtur discrimẽ esse inter casũ, quo quis vouet ingredi religionẽ, vel peregrinari in terram sanctam, vel Vrbem, &c. si tale, vel tale peccatum cõmiserit; & inter casum, quo quis vouet nõ admittere tale peccatũ sub pœna eundi Hierosolymã, aut ingrediendi religionem, &c. quia in priori casu solum est vnum votũ conditionale religionis, in quo neq; ante, neq; post adimpletam conditionem Episcopus dispensare potest; *h* in secundo verò duo vota sunt: Alterum absolutum tale peccatum non committendi; alterum conditionale & pœnale ingrediẽdi religionem, &c. si peccauerit, &c. quorum prius est principale, & posterius accessorium; & certum est in priori voto principali Episcopũ dispensare posse, *a* cum non sit votum perpetuę castitatis, neque religionis, neque aliud ex quinque Papæ reseruatis; & ita videtur antequam prius absolutum violetur, & per illius violationem posterius conditionale purificetur, Episcopum in vtroque dispensare posse: tum quia accessoriũ sequitur principale; *b* tum quia, sublato priori principali per Episcopi dispensationem, tollitur secundum conditionale; quum per violationem prioris, quod non est, non possit purificari.

g Lib. 7. q. 4. art. 3. de iust. & iur.

h Vt dicetur infrà, nu. 75.

a Per notata in præfatio. num. 75.

b Cap. accessoriũ, de reg. iur. li. 6. l. cũ principalis, ff. eod.

Ex quibus infertur solutio quęstionis nuper propositę: An valeat iuramentum, aut votum non ludendi, aut non ingrediendi talem domũ, quę illi occasionem peccandi præbet, sub pœna eundi genibus Hierosolymam, ore bufonem ferendo? Re-

sponderi

sponderi enim debet, valere quidē quoad ipsam perfectionē, sed non quoad circumstantiam ferendi bufonem, quia id inhonestum est, & nullius erga Deum reuerentiæ. Neque quoad circumstantiam eundi genibus; quia est impossibile, saltē moraliter; quod sub votum non cadit. *c* Profectio verò ipsa est honesta, & possibilis, & ita merito quoad ipsam valet, licet non quoad circumstantias, *d* quando sunt separabilia, vt hæc.

Decimotertio peccat mortaliter, qui vouet aliquid propter malum finem, veluti ieiunare, vel eleemosynam facere, vt consequatur iniustam vindictam, vel voluptatem illicitam, *e* vt dictū est supra. *f* Vbi tamen diximus, quod qui concubinam habens, promittit Deo aliqua pia, si dederit ipsi filium ex ea, non vouere propter malum finem, & ideo teneri ad implendum illud, adimpleta conditione, per rationem ibidem allatam.

Decimoquarto peccat mortaliter, qui vouet virginitatem animo perpetuo eam seruandi, & post votū semel vel pluries violatum proponit non continere, secundum S. Thom. *g* cōmuniter receptum. *h* Secus autem esset, si eo animo eā vouerer, vt ad eam semel amissam seruandam non teneretur; quia actus agentium non operantur vltra fines eorum. *i* Porro, qui vouet non ducere vxorem, non censetur vouere continentiā, & ideo fornicando non peccaret plus, quam si illud non vouisset; *k* licet qui vouet continentiam, ducendo postea vxorem, peccet mortaliter secundum omnes. Verum est item, quod votū absolute ducendi vxorem, nō valet: siquidem vxorem ducere, est à statu perfectiori ad minus perfectum descendere, scilicet, à statu continentium, ad statum coniugatorum. *l*

Dixi, *Absolute*; quoniam si vouerer ea de causa, quod se imbecillem, & vix sufficientem ad resistendum peccato fornicationis agnoscerer, & quod nisi vxorem ducerer, carni succumberet, obligaretur, vt recte annotauit Caietanus; *m* quoniam illa circumstantia de adhibendo remedio propriæ carnis imbecillitati facit, vt quod alioquin erat minus bonum, efficiatur maius bonum. Per quod ante tres annos respōdimus teneri ad ducendum vxorem quendam, qui vouit vxorem ducere, dum periculum mortis nauigando incurrisset, vt vitio carnis, quo maxime laborabat, commodius resisteret.

44 *Decimoquinto* peccat mortaliter, qui aliquē retrahit à proposito religionis, quod volebat exsequi oblata iā opportunitate, & alijs circūstantijs ad id necessarijs, secundū Paludanum, *a* & S. Antoninū. *b* Grauius tamen peccaret, si post ingressum religionis, in qua animo stabili perseuerabat, egressum ei persuasit; grauissimè vero, si post professionem sine iusta dispēsatione fecit eum apostatare, iuxta mentem prædictorum. Quinimo in tertio casu tenetur eundē ipsum restituere religioni, si potest, vel si non potest, aliū similem, vel seipsum religioni tradere, secundum Scotū: *c* quod etiam in precedentibus casibus esse faciendum

c Arg. l. Nepoti Proculo ff. de verb. signi. & c. facies, 22. q. 3. d Arg. c. vtile per inutile non vitiatur de reg. iur. lib. 6.
e Richar. in 4. di. 36 q. 1. & Iatius Caietan. 2. 2. q. 88. art. 2.
f Eodem nu. 30. & seqq.
g 2. 2. qu. 88. art 3. ad 2.
h In 4. l. sem. dist. 38.
i l. nō omnis ff. si cert. per c. ad audientiam, de decimis.
k Rosel. ver. impedimentum, 4. c. 12.
l Arg. c. nuptiæ, 32. q. 1.
m 2. 2. q. 88. ar. 1.
a In 4. di. 15. q. 2. ar. 2.
b 2. par. tit. 2 c. 2. parag. 1. Ang. Sylu. Iabien. & communem, verb. restitutio.
c In 4. di. 25. qu. 3. in respon. ad 2. q.

ciendū tradunt B. Antoninus,*d* & Adrianus;*e* nobis tamē post Caietanum videtur sufficere in illis casibus suadere alteri eque bono, vt ingrediatur religionem, etiamsi hoc illi omnino non persuadeat, quod etiā idem Scotus vbi supra videtur sentire, & ex vtroque Thoma *f* potest facile deduci. Quinimo credimus in nullo casu teneri quēpiā seipsū religioni tradere, quod loānes Maior *g* non exiguis argumentis persuasus, & horum contraria dissoluens tenet, & Sotus. *h* Illud vero cū opinione cōmuni persuasum habemus, illum qui retrahit alium ab ingrediendi, vel profitendi religionē proposito, aliqua bona intentione, iustisque de causis, non peccare, neque incidere in canonem *i* Concil. Trid. cuius tenor refertur infra, *k* in quibus iustis causis sunt, quod volēs ingredi est cōiugatus, & sine consensu coniugis vult id facere, vel quia credit ipsum nullatenus religioni conuenire, ipsique fore vtilem, vel propter suū spirituale commodum, quod ex ipsius ingressuri cōsiliis percipit, sibi ad honeste viuendum conducens, præsertim ea de causa, quod in monasterio, in quod ingredi destinat, male contra disciplinam regularem viuitur: nam inducere ad talem religionem, & eādē ingredi, & in ea recipi peccatum est, siue sit virorum, siue fœminarum, non obstante, quod ab Ecclesia toleretur, secundum opinionem communem, quam recte explicat Caietanus. *l*

45 Præterea in ea sumus sententia, quod etiamsi laude dignū sit, aliquem ad religionem inducere, secundum Sanctum Thomam, *m* non esse tamen valde laudādū illum, qui persuadet alteri vouere religionis ingressum; quoniā, vt recte tetigit Caietanus, *a* & idem experiētia ipsa nos docet, minus alacri animo perferunt onera religionis, minusq; perseuerāt, qui votis ipsis quasi coacti ingrediuntur, quam qui libera, spontaneaq; voluntate id faciunt, etiamsi vtrumque ex genere suo rectū & licitū sit, secundū S. Thomā. *b* Præterea hoc etiam addidimus, quod sicut qui inducit alium ad religionē, vbi perfecte regula obseruatur, laudabiliter facit, iuxta eundē S. Thomam; *c* sic è contrario qui alteri suadet ingredi religionē adeo relaxatā qualē modo dicemus, & vbi regula perperā obseruatur, peccat. Adiicimus etiam, eum qui vouit ingredi religionem, non satisfacere ingrediendo, vbi regula non seruatur, & vbi cum dissolutione viuitur; & si quando vouit, non intendit ingredi aliam religionem præter illam, & nulla sit spes breui postmodum tēpore illam suæ pristinę sinceritati restitutum iri, nō tenebitur ingredi illam neque aliam, quoniam eius votum quodammodo ratione euentus iam factum est illicitū, vt subtiliter adnotauit Ioannes Maior. *d* Quod idem dicimus de illo, qui monasterium reformatum, vbi recipiatur, non inuenit: quamuis inueniat aliquod, quod vocatur reformatum; sed re vera cōstat non esse tale; quoniam ibi vnusquisque pro sua voluntate vitam agit, & fere omnes putantur esse malæ cōscientiæ: at verò contrariū esset

d Vbi supra. *e* In 4. de restit. q. 3.

f 2. 2. q. 62. art. 2.

g In 4. di. 15. qu. 17.

h Lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur.

i Cap. 18. de reg. sess. 25. & Cap. 14. num. 17.

l 2. 2. q. 189. ar. 9.

m Præcitata 22. quæ. 189. art. 2.

a Vbi supra art. 2.

b 2. 2. q. 189. art. 2.

c Vbi supra art. 9.

d In 4. l. sen. di. 38. qu. 20.

esset dicendū de illo, ceretur reformatum, mini, & votorum obedientiaque sui pr adeo stricte, sicut regu cidentaria sunt, ibide

46 *Decimosexto* pecca lute, neque saltem an religionem, hoc vel i pere, vbi ipse vellet, n

Dixi, *Non restringit*; q aliquam religionem, ipsum recipere, non t libenter reciperent; q fectum, *g* quamuis pr mento dicat, debere eum illa non receper iure, nullaque efficac dum, *i* sicut statim *k* c

47 *Decimoseptimo* p monasterium, vel cer gandi ad obseruanda neque ad habitum, n dum vixerit, seruare,

Dixi, *Vouet intentio* intentione, sed absol intrare, quin etiam(sionem emittere, ad rē ducere, si non adm bitum, si postea cont hendo, non tamen ob quamdiu matrimoni postulare: nā quēadm ordines suscipere, si e erit, sed non erit adstr quod ordo sacer, si ip per nos *cap. quando*, *a* r batur, faciet contra v habet annexā: Sic eti permanere, *si* postea peccati non exiguam luntatem adimplend matrimonij vinculu seruandum, vt copios bat. Cęterum ei Sotu assignat inter illum q & inter eū, qui voue

esset dicendū de illo, qui inueniret monasterium, quod nō diceretur reformatum, nihilominus tamen reuera in timore Domini, & votorum essentialium obseruantia, & sub regimine obedientiaque sui prælati ibi communiter viuitur, etiamsi non adeo stricte, sicut regularis disciplina exigit, quoad ea, quæ accidentaria sunt, ibidem viueretur. e

e Caiet. 2.2. q. 189. ar. 3.

46 *Decimosexto* peccat, qui vouet religionē in genere, & absolute, neque saltem animo suo votū restringit ad hanc, vel illam religionem, hoc vel illud monasterium; & quia eū nolūt recipere, vbi ipse vellet, nō vult intrare aliā, quę ipsum reciperet. f

f Arg. ca. nom est, & c. magna, de voto.

Dixi, *Non restringit*; quia si restringeret, saltē animo, ad certam aliquam religionem, vel certum monasterium, & ibi nollent ipsum recipere, non teneretur aliam ingredi, etiamsi eum ibi libenter reciperent; quia limitata causa limitatum producit effectum, g quamuis præfatus Sotus, h absque sufficienti fundamento dicat, debere eum prius curare ingressum in illam, & si eum illa non receperit, teneri intrare aliam: quod tamen nullo iure, nullaque efficaci ratione probatur; & ita non est tenendum, i sicut statim k dicemus.

g l. non omnis, ff. si certe. peta. c. super literis, de rescript. h Lib. 8. de iust. & iur. q. 2. art. 1. i Cap. consuluisti. 2. q. 2. parag. consideremus. Auth. de terent. & sem. colla. 3. k Infra, n. 48.

47 *Decimoseptimo* peccat, qui vouet ingredi certum aliquod monasterium, vel certam religionem intentione seipsum obligandi ad obseruandam continentiam, etiamsi nō admittatur, neque ad habitum, neque ad professionem; & non vult eam, dum vixerit, seruare, eo quod non fuit admissus.

Dixi, *Vouet intentione seipsum obligandi, &c.* quoniā si ea caruit intentione, sed absolute vouet tale monasteriū, vel religionem intrare, quin etiam (quod amplius est) perseuerare, vel professionem emittere, ad nihil eorū erit obligatus, & poterit vxorē ducere, si non admittatur. Imo etiā si fuerit admissus ad habitum, si postea contraxerit matrimonium, licet peccet cōtrahendo, non tamen obligatur ad continentiam obseruādum; & quamdiu matrimonij vinculum durat, poterit cōiugale debitū postulare: nā quēadmodū qui promisit Deo intra annū sacros ordines susc ipere, si eo tēpore nō susc ipiat, peccati quidē reus erit, sed non erit adstrictus ad diuinum officiū recitandum, ad quod ordo sacer, si ipsū susc episset, obligabat, iuxta late tradita per nos *cap. quando*; *a* neque si in peccatum fornicationis prolabatur, faciet contra votū vel continentiam, quā ordo sacer sibi habet annexā: Sic etiam qui vouet ingredi religionem, & in ea permanere, si postea duxit vxorem, tenebitur quidem ratione peccati non exiguam agere pœnitentiam, & etiā retinere voluntatem adimplendi votū, si aliquando potuerit: at quamdiu matrimonij vinculum durat, non tenebitur ad cōtinentiā obseruandum, vt copiosē & subtiliter Cardin. Caietanus *b* cōprobat. Cęterum ei Sotus *c* contradicit circa differentiam, quam assignat inter illum qui voto simplici se obligauit ad religionē & inter eū, qui vouet ingredi & profiteri. Sed nobis opinio prædicti

a De consec. dist. 1. c. 7. num. 3.

b 2. 2. q. 189. art. 4. c Lib. 8. q. 2. ar. 1. de iust. & iur.

prædicti Cardinalis magis arridet. *Primo* quia, sicut lõge distãt inter se votum de ingrediendo religionem ad eam probandã, & de ingrediendo eam ad eam profitendã, eamq; perpetuo retinendam;[d] sic etiã votum obligandi se ad vnũ ex his duobus, erit valde diuersum à voto, quo se quis obstringit ad alterum.

Secundo, quia nullus iurisperitus (meo quidem iudicio) inuenietur, qui non iudicaret, dispensationem illam esse subreptitiam, quam, qui vouit ingredi simul & profiteri, impetraret, exprimendo tantum, quod vouit ingredi, & tacendo quod vouit etiam profiteri.[e]

Tertio, quod qui vouet tantũ ingredi religionem, eamq; ingreditur, & post ingressum vouet profiteri, multo amplius obligabitur ad professionem faciendam, quam alter, qui postquam ingreditur, non emisit votum de profitendo in ea.[a]

Quarto, quod ius commune non adeo obligat ad perseuerãdum eũ, qui vouet ingredi ad probandũ, sicut obligat votum, quod quis facit perseuerãdi & profitẽdi, siue id ante ingressũ, siue post faciat; quoniam iuri communi satisfecit ingrediendo bona fide, & sine dolo, vt probet, viresque suas experiatur, quãuis si talis vitę ratio displiceat, poterit, si libeat, exire.[b] At vero si emisit votũ profitendi, nihil tale efficere licebit, nisi iusta causa in id eum iuuet.[c] Quocirca mihi persuasum habeo, eũ, qui prius horũ votorũ emiserit, posse, intra annũ probationis, religionẽ quam elegit, relinquere eo solo, quod modus ille viuendi displiceat: non autẽ illum, qui posterius emisit, nisi post dispensationẽ impetratã ex causa, quæ viro prudenti videatur iusta:[d] qui autem vouit fieri religiosus, nihilo alio expresso, lum ingressum videtur vouere, secundum vtrumque Thomã.[e]

48 *Decimooctauo* peccat, qui vouet strictiorem ingredi religionem, & postea ingreditur laxiorem, secundum S. Thom.[f] sed iam non tenebitur illã strictiorem intrare, si professionẽ emisit in ea, vbi laxius viuitur;[g] alias vero sic, secundum Archidiaconum communiter ibi receptum. Adijcimus etiã eũ, qui vouet religionem, si nulla eum velit admittere, posse in sęculo remanere, & vxorem ducere, secundum Angelum,[h] & Card. Caietanum,[i] quamuis Innoc. IIII.[k] oppositum sentire videatur. At vero qui vouet aliquam intrare religionem, sine expressa tamẽ vel tacita limitatione huius aut illius monasterij, si in finitimis & propinquis cænobiis non admittatur, tenebitur ad remotiora, externaque proficisci, vbi sit aliqua spes quod eum recipient: at vero si saltim tacite secum intellexit de monasterijs tantum suæ regionis, aut regni, vel linguæ, si in his nõ inueniat receptores, non tenebitur ad alia monasteria tentanda: quod etiam placuit prædicto Cardinali.[l]

49 *Dicimus* tamen, quod quãuis S. Tho.[m] affirmet, non esse opus nimio consilio, longaque deliberatione ad statuẽdũ propositum ingrediendi religionẽ, propter rationes & auctorita-

[d] Ca. ad apostolicam, de reg. c. 1. & c. non solum, eod. tit. li. 6.

[e] Arg. c. postulanti, de rescript.

[a] Arg. c. 1. de treug. & pa. & authen. itaque C. cõmunia de succeſſ.

[b] Dicto c. ad Apostolicam, & dicto c. nõ solũ, ibi pro voluntate, & cap. 1. ibi libere.

[c] Arg. c. non est, & ca. magna, de voto.

[d] Arg. dicti cap. non est, iuncta gloss.

[e] 2. 2. q. 189. ar. 4.

[f] 2. 2. qu. fin. art. penul.

[g] ca. qui post votum, de reg. lib. 6.

[h] Verb. voto 3. part. q. 11. 2. 2. q. 189. art. 3.

[k] In cap. per rectum de regulis.

[l] In dicta q. 88. ar. 3. & 2. 2. q. 189. ar. 10.

[m]

res, quas ibidem adducit, & propter alias, quas nos etiã *n* scripsimus: nihilominus tamen hoc esse intelligendum de illo, cui specialia nõ obstant impedimenta, puta morbus, debita, cęteraq; huiusmodi, sicut in eodem loco exprimit, & de illo, qui adeo bene sit ad ingressum religionis dispositus, ita vt in Deo totam suam collocarit fiduciam, quod eius auxilio quodcunq; onus religionis valebit sustinere, secundũ prędictũ Cardinalẽ, qui ait hoc adeo esse necessarium, quod qui huiusmodi fiduciã non habet, eã debet procurare multa oratione, sacra cõfessione, sactę Eucharistię assidua perceptione, & sacrę scripturę lectione, neq; prius ingrediatur, quã saltẽ speret huiusmodi voluntatem fiduciãque post ingressum sibi à Deo præstitum iri: quæ quidem conclusio singularis & quotidiana est. Gerson vero, *a* & Ioan. Maior *b* aliquid amplius videntur exigere: quibus omnibus adde, quæ hac de re diximus, *c* & quod S. Thomas *d* conciudit, quod vouens ingredi religionem non tenetur ad perpetuo perseuerandum in ea, nisi specialiter id intenderit; cui addit singulariter Caietanus, quod vouens ingredi, & fieri religiosus, sunt paria, si expresse non intendatur fieri religiosus irreuocabiliter, & in esse perfecto.

n In addit. c. quãdo, de consecr. di. 3.

a In regul. moral.
b In 4. di. 38. q. 6. sub fine.
c In cõment. c. non dicatis 12 q. 1. nu. 2.
d In dicto q. ar. 4.

50 *Decimonono*, qui ingreditur & profitetur religionem aliquã, & quia ibi regularis obseruantia nequaquam viget, nõ obseruat illa religionis præcepta, quę sub reatu culpæ mortalis obligant; neque excusabitur eo quod non intendat obligare se ad viuendum arctius; quã in tali monasterio viuitur, eadem ratione, qua non excusatur à continentia obseruãda, qui sacros ordines suscepit, absq; intentione obligandi se ad eã seruandam: quocirca qui huiusmodi religionem, vel monasteriũ ingreditur, & profitetur, si tunc non omnia, quę ibi sub reatu mortalis delicti obligãt, pręmeditatur, vel si ea pręmeditatus non intẽdit se ad illa obligare, tenetur huiusmodi intentionẽ mutare in illam, qua intendat talia religionis præcepta in posterũ obseruare, vel eam noue profiteri, vt recte adnotauit prædictus Maior. *e* quod quidem verũ est quoad essentialia vota, non autem quoad alias accidẽtarias obseruationes, quæ sũt iã sublatæ, vel mitigatæ apostolicis priuilegijs versis, vel tẽpore immemoriali præscriptis; vel ex licẽtia tacita, vel expressa proprij prælati ad hoc facultatẽ habentis; vel ex cõsuetudine, quę licet nõ sit immemorialis, est tamen adeo rationabilis, & tot annorũ, adeoq; verus & antiqua, quę ad ita emolliẽdas prædictas obseruationes sufficeret quoad quas obseruationes recte poterit defendi opinio Panormitani, *f* quem prędictus Ioã. Maior licẽtiosius, liberiusque, quam par erat, carpsit; cum constet etiam Cardin. Florentinũ, *g* & post eũ multos alios, in quibus sunt Felin. *h* & Auserius, *i* imo & S. Antoninus, *k* idem tenuisse. Cũque cõstet totius orbis Christiani maximam partem idem obseruare, ipso sumo Pontifice sciente & tolerante, & consequenter ipsũ ali-

e In 4. dist. 32 q. 2o.

f In c. super ee de regularib. & c. Deus qui, de vi, & honest. cler.
g In c. cum ad monasterium de statu monach.
h In c. nam concupiscen. de constitu.
i Decisio Tholos. 448.
k 3. part. tit. 16. c. 1. parag. 11. & 12.

quatenus dispensante, *l* quamuis capitulum illud, cuius est illa glossa, non probat id quod illa dicit, sed aliud singularius, vt a diximus.

l Iuxt. gloss. singul. c qui circa de consang.
a In ca. si quis autem nu. 67. de pœn. di. 7.

51 *Vigesimo* peccat, qui filios, vel filias offert monasterijs religiosis, vbi nimia cum libertate & licentia viuitur, & promissa secundum regulam suam & religionem non obseruantur, iuxta mentem Card. Caietani; *b* quod tamen limitandum est procedere, quando filiæ, vel filij traduntur monasterijs in eisdem educandi instituendique, quo in eis fiant monachi, vel monachæ, & ibi tam licentiose viuitur, ac supra *c* dictum est: alias non esset peccatum, saltem mortale, vt patet ex his, quæ ibi, & in præcedenti casu diximus.

b 2.2. qu. 189. art. 5.

c Eod. cap. nu. 45.

52 *Vigesimoprimo*, qui vouet prę timore mortis animæ, vel corporalis naturalis vel casualis, concepto in periculo infirmitatis, maris, partus, naufragij, belli, hostium, alijsue similibus, & non implet, etiam conditione, sub qua forte vouit, cõpleta: quoniam neq; timor, quo mors animę timetur, qui à Deo proficiscitur, neq; ille, quo timetur mors corporis naturalis, casualis, vel accidentaria, imo neq; timor mortis violentę, qui non infertur ad extorquendũ votum, infirmat illud, *d* nisi tãtus sit, vt hominem ab vsu rationis alienet. *e* Impediret autem timor mortis violentę, qui dicitur iustus, vel alterius mali ad id sufficientis, ordinati ad extorquendum votum, secundum ius *f* per quod id tradunt Panor. & alij, *g* adiunctis quę aiunt glossis, idem Panor. & communis, *h* & Fortun. *i* & nos etiã *k* diximus; quidquid dixerit Syluester *l* post Cardinalẽ, *m* dum loco eius, vitio librarij, vel impressoris, Panormitanum allegat.

d Cap. Gonsaldus 17. q. 2 cap. sicut nobis, de reg.
e Cap. sicut tenor, eodem tit.
f Cap. 1. de his quæ vi. g Ibi. & in d. c. sicut nobis.
h In c. Abbas de his, quæ vi.
i De vlt. fi. illat. 21. n. 342.
k In c. verum de iureiur.
l Verb. metus qu. 8.
m In d. cap. Abbas.

53 *Vigesimosecũdo* peccat, qui vouet aliquid dignum, quod voueatur, sed est huiusmodi naturæ, quod de se aliud maius bonum excludit: vt qui vouet perseuerare in religione aliqua de laxioribus, quod de se excludit aliam arctiorem, & neque hoc neque illud adimplet: quoniam illud votum ad alterũ ex duobus supradictis obligat: non autem ad perseuerandum in minus bono, si ad alterum perfectius transire voluerit, iuxta sententiam omnium, quam Ioan. Tabienna *n* explicuit.

n In verb. votum 1. pa. rag. fin.

Vigesimotertio peccat, qui vouet se nunquam, dum viuet, vinum, vel quid aliud simile bibiturum; postea tamen bibit, quotiescunque id facit, etiamsi in eadem die multoties biberet, quin etiam, quamuis non promittat se non bibiturum, nisi quodam die certo, puta die Veneris, aut Sabbathi: nam licet Paludanus *o* innuere videatur, quod tunc tantum prima vice est peccatum mortale, non autem secunda, vel vlteriori, nisi id ex contemptu faceret; oppositum tamen, scilicet quod qualibet vice mortale peccatum admittatur, verius apparet: in quod etiam tandem ipse Paludanus ibi, & in alio loco magis propendet, & Ioan. Maior *a* id asseuerat.

o In 4. dist. 15. q. 4.
a In eadem dist. qu. 6.

54 *Vigesimoquarto*, qui vouet aliquid facere aliquo certo tempore,

pore, veluti orare
præscripto tẽpore
cõmode poterit:
tuere suo creditori
tur postea soluere
quãdo qui vouit,
promisit explere
in diebus, quos in
vt diebus Veneris
pœnitens enim, q
retur alio postea
e poterit defendi:
tempus; tem autem
ipsius temporis sib
Matris Ecclesię cir
sancti, vel alijs stat
uãda; ex quibus, si
& ob id pœnitent
la deinde remanet
mismus, ieiunand
plicuit: sicut neq;
illud idem alio die
tiam agendam pro
Vigesimoquinto qu
adimplere. *f* Nõ ta
tum, quod pœnitue
positum nõ adimp
Angel. oppositum
nitere se vouisse, &
Vigesimosexto, qui
simile, & dubitãs p
rioris dispensation
55 *Vigesimoseptimo*
implere non valet,
in quibus id agere
autem, in quibus a
plendum votum, q
qui sequuntur. *Prim*
id videtur extendi:
pugnant, extenditu
quando aliquis vou
executioni mandar
quando sua culpa
dum, secundum m
quod sine solido f
cum Syluestro *b* ver
56 *Vigesimooctauo*

pore, veluti orare, ieiunare aliquo certo die, & non facit illud præscripto tẽpore, imo & si post illud non fecerit, quantocius cõmode poterit: quoniam qui tenetur debitũ aliquod persoluere suo creditori ad præstitutum diem, si eo nõ soluerit, tenetur postea soluere. *b* Quod tamen limitandum est procedere, quãdo qui vouit, nõ respexit principaliter diem vel tẽp⁹, quo promisit explere votum, vt cõmuniter nõ respiciunt cõfessarij in diebus, quos imponunt ieiunãdos pœnitentibus, iubentes, vt diebus Veneris & Sabbathi vnius mensis vel anni ieiunẽt: pœnitens enim, qui aliquo illorum dierum nõ ieiunaret, teneretur alio postea ieiunare. Quo quidẽ casu, sententia Syluestri poterit defendi: secus esset tamẽ, quãdo principaliter respexit tempus; tem autem quã vouit, veluti onus, aut quid adiacens ipsius temporis sibi præfixit; qualis est mens & intentio sãctæ Matris Ecclesię circa ieiunia, quæ in honorem huius vel illius sancti, vel alijs statutis diebus anni fidelibus proponit obseruãda; ex quibus, si aliqua omittimus, quãuis in eo peccemus, & ob id pœnitentiã agere teneamur, nihilominus tamen nulla deinde remanet obligatio ad totidem alijs diebus, quot omisimus, ieiunandum, vt luculenter Cardinalis *d* sub finem explicuit: sicut neq; qui diuinum officiũ vno die dicere omittit, illud idem alio die tenetur persoluere, sed solum ad pœnitentiam agendam pro delicto tenetur, sicut diffusius e diximus.

b I. Celsus, ff. de repet. arbit. ca. cum dilecti, de dol. & cont.

c Verb. votum 2 q. 4.

d Quæst. 88. art. 12.

e Interpret. quando, de consecr. dist. 3. c. 30. n. 53.

Vigesimoquinto qui vouet, & pœnitudine ductus nõ vult illud adimplere. *f* Nõ tamen peccaret, saltem mortaliter, ob hoc tãtum, quod pœnituerit vouisse, modo postea adimpleat, & propositum nõ adimplẽdi nõ cõcipiat, *g* licet additio ad prędictũ Angel. oppositum teneat, præsupponens, paria esse, quem pœnitere se vouisse, & nolle adimplere votum, quod falsum est.

f Arg. ca. volentibus 47. qu. 3.

g Ang. verb. votum 3. parag. 13. Syluest. verb. votum 2. q. 20.

Vigesimosexto, qui vouet aliquam abstinentiam, aut quid aliud simile, & dubitãs postea, an debeat implere, nec ne, absq; superioris dispensatione, quẽ facile poterat adire, votum violat. *h*

h Rosel. verb. votum 5. parag. 7.

55 Vigesimoseptimo, qui vouet aliquid, quod per seipsum adimplere non valet, nec per alium curat adimpleri illis casibus, in quibus id agere tenetur, secundum mentem Innoc. *i* Casus autem, in quibus aliquis tenetur alium sibi substituere ad cõplendum votum, quando per seipsum id minime valet, sunt qui sequuntur. *Primus*, quando votum ipsum, saltem tacite, ad id videtur extendi: vt votum opitulandi his qui in terra sancta pugnant, extenditur ad opem per alium ferendam. *Secundus*, quando aliquis vouet id quod nullatenus per seipsum poterit executioni mandare, secundum eosdem auctores. *a Tertius*, quando sua culpa effectus est impotens ad votum implendum, secundum maiorem prædictorum doctorum partem: id quod sine solido fundamento dicitur; quocirca oppositum cum Syluestro *b* verius arbitramur.

i In c. scripturæ, de voto & Pan. in ca. licet eod. tit. S. Anton. 2. par. tit. 11. c. 2. parag. 5. Ang. ver. votum 2. parag. 7. & Syl. verb. votum 2. q. 18.

a Vbi supra.

b Vbi supra.

56 Vigesimooctauo peccat hæres, qui vota realia defuncti non

adimplet: sunt autē illa quæ ad rem familiarem illius pertinere videntur: vrpote si vouisset templū struere, vel pro amore Dei eleemosynā aliquam elargiri; quoniam ita tenetur eiusmodi votis satisfacere, ac alia debita persoluere: e secus tamen est de personalibus; cuiusmodi sunt vota ieiunandi, macerādi corpus, continendi, & alia similia: *d* quæ procedunt, siue hæres sit filius, siue extraneus quispiā alius; nisi ipse spōte sua se ad id voluit obligare, secundū Paludanum communiter receptū, *e* qui addit, quod quādo ille qui defunctus est, emiserat votum partim reale, partim vero personale, & expressit vtrumque, puta votum pergere ad D. Iacobum, ibique calicem aureum offerre, vel monasterium ædificare, & ipsum ingredi, hæres non tenebitur ad id quatenus est personale, sed sic quatenus est reale; & ita in duobus exemplis modo positis nō tenebitur adire D. Iacobum, neque monasterium intrare; tenebitur tamen ipsum ędificare, & calicem offerre. At vero, quando expressit solum votum personale, non autem reale quod erat accessorium, ad nihil tenebitur: verbi gratia, hæres illius qui vouit adire D. Iacobum, non tenebitur ipse illuc pergere, neque tenebitur illa persoluere, quæ defunctus eo accedens expendisset. Itē hæres illius, qui vouit religionem, non tenetur in demortui locū seipsum religioni dicare, neque monasterio conferre illa bona, quæ mortuus secum asportasset, si illud ingressus fuisset. *f*

57 *Vigesimonono* peccat, qui ob falsam vel iniustam causam voti dispensationem impetrat, vel dispēsat in ipso: *g* quoniā dispēsatio quę falsę causę innititur, subreptitia est & inanis; *h* quę autem sine causſa iusta fit, non tollit diuinæ legis obligationē, iuxta glossas communiter receptas. *i* Et quāuis Adrianus *k* teneat, quod ille, cui conceditur dispensatio sine causa, & contra legem penitus humanam, nihil peccet, licet dispensator sic; oppositum tamen quod tenuit Caietan. *a* nobis verius esse videtur, videlicet vtrūque peccare, propter rationes quas ille ibi affert, & quas nos *b* adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, videlicet ponendo differentiam inter actū dispensandi, & inter actum vtendi dispensatione iā impetrata sine subreptione, & dicendo, quod opinio Caietani procedat in priori; opinio vero Adriani in posteriori; quo multa dubia quotidiana solui possunt. Addo tamen, illū qui dispēsat, grauius peccare, quā eum, qui petit, & impetrat: nihilominus tamē neutrū eorū mortaliter; nisi quādo ex tali dispensatione notabile aliquod scandalum exoritur. Addo item, quod multo minor causa sufficit ad dispensādum sine peccato circa legem omnino humanam, quam circa legem naturalem & diuinam.

58 *Trigesimo* peccat, qui credit pertinaciter esse malū vouere, etiā cum debitis circūstantijs, sicut aliqui hęretici tenent, secūdum mentem S. Th. *c* quod esse hæreticū late probat Castr. *d*

59 *Trigesimoprimo* peccat, qui, vel quæ ex consensu coniugis

emittit

e l. 2. ff. de pollic. notant Pan. 2 alij in cap. licet, de voto.
d Glos. in d. l. 2. ff. de pollicit.
e In 4. l. sen. dist. 38. q. 3. art. 3.
f Arg. l. cum principalis, ff. de reg. iur. & c. accessor. eod. tit. li. 6.
g Glos. sing. in ca. non est comun. recept., de voto & S. Th. 2. 2. q. 89. art. 11.
h Cap. superiteris, & ca. ad audientiā de rescrip. & l. si legib. C. si contra ius vel vtilit.
i In ca. non est de voto, & c. quando, de iur. arg. c. sunt quidam 25. qu. 1.
k In 4. de restit.
a 2. 2. qu. 96. ar. 5.
b In cap. quæ contra mores 8. dis. c 2. 2. qu. 88. arr. 4. & 11. 2. contra Gent. ca 238.
d Lib. aduersus omnes hæreses ver. votum.

emittit votum continentiæ, postea vero debitum coniugale poscit, secundum omnes. Id etiam est dicendum si debitum soluit ei, qui de ipsius consensu votum emisit, secundum S. Tho.*e* quoniam consentit peccato mortali, quod alter admittit coniugale debitum exigendo,& subinde peccat.*f* Attamen non peccaret,si peteret,secundum Innocen. à Panormit. & aliis,*g* & Syluestro *h* receptum. no

Trigesimosecundo peccat,qui,vel quæ coniux,postquam ambo votum simplex cõtinentiæ fecerunt,alter illorum debitum ab altero petit, *i* quamuis alter illorum votũ suum violauerit fornicando,secundum omnes; quoniam non debet frangere suũ votum ob id,quod alter suũ violauerit. Verum est tamẽ,quod si timeant sibi incontinentiam, deberent à summo Pontifice dispẽsationem obtinere,quoniam Episcopus id facere nequit, nisi forsan quãdo illud ex aliquo magno timore originem duceret;qui tamen non erat satis ad voti obligationem impediẽdam,secundum communem opinionẽ,quidquid dixerit Ioan. Maior.*l* Cuius opinio posset habere locum,quando ad sedem Apostolicam non pateret recursus, vti Syluester *m* insinuauit. Cuius rei radicem nos *n* expressissimus,vt inferius *o* dicemus.

Dixi,*Postquam votum fecerunt*;quoniam si tantummodo pepigerunt inter se ad certum vsque tempus abstinere, veluti vsq; ad Pascha,bene possunt ambo postea mutare sententiã:*p* imo etiam si alterum illorum solum pœnituit pacti, & alter intelligit,eum, quem pœnitet pepigisse, propensum esse ad incontinentiam,& facile in eam lapsurum, tunc deberet ei debitum coniugale persoluere, secundum Hugonem Cardinalem: *q* nam quamuis pactum præcesserit inter eos, non tamen vouerunt, & ita sibi inuicem possunt remittere pactum.

60 Est tamen notandũ,quod votum alterius coniugũ sine alterius consensu de non soluendo debitũ, imo etiam de nõ petendo,est illicitũ,secundum S.Th.*b* & Paludanũ:*c* & quoniam est graue onus alteri, eo quod in eã necessitatem adigatur, vt pudorem petẽdi debitum semper subire cogatur. Quocirca nõ solum Episcopus huiusmodi votum potest dissoluere, imo & alter coniugum potest omnino illud irritare, quippe quod in suum præiudicium vergat. Neq; duo capitula,*d* quæ contrariũ significare videntur,aliquid obstant:non enim innuũt,eũ, qui professus est religionẽ absq; coniugis consensu,non posse petere debitũ,sed potius nõ posse exigere,hoc est,ad ipsum persoluendum cõpellere.*e* At vero votum non habendi copulam, nisi quãdo mos gerendus sit alteri coniugũ, licitum est,vimq; habet obligandi;quoniam qui tale vouet,sibi soli & non alteri præiudicium facit;*f* & quia qui profitetur religionem, vouet non habere copulam carnalem,alter coniugũ,qui sine alterius consensu profitetur,non solum vouet non exigere debitũ,sed etiam neque petere,neque soluere;ideo eius votum,quamuis

e In 4.di.38. f Ad Rom.1. & c.1.de offic.de leg. g In ca.1.de conuers.coniug. h Verb.votum 5.qu.2. i Cap.quod Deo 33.q.1. k In cap.veniens, qui cler.vel vouent.vbi text. sing. l In 4.di.32. qu.2. m Verb.matrimonium 7 parag.1.& verb.dispõs. parag.9. n In ca.at si. cler.parag.de adulterijs vero, de iud. o Num.76.

p Arg.c. præterea de spons.

q 1.ad Cor.6.

b In 4.1.sen. di.32.qu.2. c Ibid.qu.2.

d Videlicet ca.quidam,& ca.placet,de conuers. coniug. e l.exigere ff. de iudic.& l. si cons.ante ff.fol.matri mon. cum eis adnor. f Sylu.verb. votum 5.parag.2.

nihil valeat quoad non soluendum, & non petendum debitũ coniugale, quatenus alteri cõiugi præiudicat; valet tamẽ quoad non exigendum, & non petendum, quatenus sibi tantum præiudicat. Quo fit vt altero mortuo, huiusmodi coniux ad castitatem seruandam teneatur; quamuis si postea vxorem duxerit, matrimonium sit validum, vt probe docuit Sylvest. g

g Verb. votum 4.q.2.

61 *Trigesimotertio* peccat, qui, vel quæ coniux vouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius, veluti ieiunare, vel facere aliquid ad quod ex vi legis diuinę, aut humanæ tenebatur, vel dare eleemosynam ex his quæ vltra dotem possidet, postea autem illud non adimplet, secundum mentem omnium doctorum, quam Angelus *h* & Syluester *i* expressit.

h Verb. votum 2. parag. 8.
i Verb. votum 3. qu. 1.

Dixi, *Quod non vergit in præiudicium alterius*; quoniam si aliquo modo præiudicat, nullam vim habet obligandi. Vnde mulier, quæ vouet abstinentiam, vel peregrinationem sine maritii licẽtia, non tenetur eas adimplere, *k* si maritus repugnauerit. Imo etiamsi ipso consentiente talia emiserit vota, & postea ille cõtradixerit, vxor non adimplens votum non peccabit, maritus vero peccat, quando sine causa, quod primum concesserat, postea reuocat; *a* quãuis consensum, quem adhibuit in votum cõtinentię, reuocare nõ valeat. *b* Neq; maritus in iniuriã præiudiciumue vxoris, quãrum attinet ad cõiugale debitum, quidquã vouere potest; nã quoad hoc ęqualis cõditionis esse iudicãtur. *c* Mulier vero quę antequã nuberet, aliqua vota vouit, & postquam nupsit, nõ potest absque mariti præiudicio ea implere, excusabitur ab eorum executione, si maritus numquam præbeat assensum; quo tamẽ mortuo, tenebitur eadem implere. *d*

k Ca. manifestum, & ca. noluit 33. q. 5
a Richar. in 4. di. 32. q. 3. ar. 2.
b Sylvest. vbi supra.
c Ca. gaudemus, de diu. & c. si quis vxorẽ 32. q. 1.
d Cap. manifestum 35. q. 5 Rosel. verb. vot. 2. parag. 8

62 *Trigesimoquarto*, qui vouet terræ sanctę succurrere ex licentia vxoris suę, vel etiam absque licentia, & postea nõ implet, *e* quamuis consultius esset nihil tale vouere, si vxor non potest virum comitari, neq; etiam absq; periculo incõtinentiæ remanere, secundum S. Th. *f* Vxor etiam, secundum Hostien. Panor. & communem *g* potest huiusmodi votum sine licentia mariti facere, & tenebitur illud adimplere, quando sine periculo incõtinentię id posset efficere, & haberet talem facultatem, qua posset milites secum ducere, qui auxilio esse possent; quamuis S. Tho. *h* & Syluester *i* oppositum tueantur. Sed primum verius apparet, etiam si nullus ipsorum absque alterius licentia possit habitum suum in habitum religiosorum, quos tertij ordinis vocant, vel cuiuscũque alterius religionis mutare; quoniam id præiudicium, ac nonnihil horroris, ac fastidij affert.

e Cap. ex multa de vota.
f In 4. l. sen. di. 31. quæ. 2. art. 4.
g In d. c. ex multa.
h In d. ar. 4.
i Ver. votum 5. qu. 1.

Adde hic dictis, *k* quod vouens generaliter ingredi religionẽ, vel specialiter aliquam religionem, non restringens se, saltem tacite ad certum monasterium, non censetur satisfacere voto, eo quod refutetur ab vno, vel altero Prælato illius religionis, licet sit Prouincialis vel Generalis, nisi causa cognita iudicaret illum esse ineptum religioni, vt nuper latius probauimus.

k Supr. n. 48.

De irri-

De irritatione, commutatione, dispensatione, & ratificatione votorum.

63 *Dispensare, commutare, & irritare votum differunt.*
64 *Dispensant & commutant soli prælati: sed quidam irritant, sed non æque.*
65 *Votum de nunquam peccando venialiter non valet.*
65 *Votum de non peccando mortaliter valet, sed facile soluitur.*
65 *Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, vt valet.*
65 *Votum religiosi de non peccando irritat superior.*
65 *Vota nouitij non irritat superior, licet ei quoad iurisdictionem subsit.*
65 *Vota secularis per professionem tolluntur.*
66 *Votum irritatum non resurgit per mortem irritantis.*
67 *Vota religiosorum quæ valida, & quæ à nutu pendent superioris.*
68 *Vouere potest, qui potest peccare, vel mereri.*
69 *Vota religiosorum, & minorum quomodo differant, & conueniant.*
70 *Votum potentium ad matrimonium quæ irritare possunt.*
71 *Vota inualida ratificantur, nisi &c.*
72 *Dispensans super voto, vel commutans illud, qui peccat.*
72 *Religiosus dispensatus per hanc subreptionem.*
73 *Votum qui superior post approbatum irritat.*
74 *Votum ab alio pactum, à se ratum non implet, &c.*

63 PRo luce dicendorum *præsupponimus primo*, dispensationē, commutationem, & irritationem, inter se differre Nam *irritatio* non aliam causam expostulat, quam voluntatem illius, qui ad irritandum habet facultatem: *a Dispensatio* vero causam iustam & rationabilem requirit, qua, qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absque eo, quod loco voti aliquid iniungat vouenti; & tunc tam vouens, quam qui dispensat, manent in conscientia securi. *Commutatio* autem vel redemptio voti exigit, vt id in quod votū est cōmutandū redimendumue, æque bonum sit aut melius, quā id quod vouit; tunc autem æque bonum exigitur, quando ex aliqua causa rationabili commutatur: tunc vero melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solum ex mera voluntate est facienda cōmutatio, iuxta mentem omnium, quam optime Card. Caietanus *b* explicuit. Vnde *infertur* id, quod nos, eūdem Cardinalem *c* secuti, *d* diximus; nempe, eum qui habet potestatem ad dispensandum & commutandum, posse partim dispensando, partim vero commutando relaxare votum, sine causa omnino iusta ad votum ipsum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiusdem vouenti, licet minus sit eo quod vouit.

64 *Secundo præsupponimus*, prælatos tantum ecclesiasticos habere

a Cap. puella 20 q. 2. c. manifestum 33. qu. 5. tradit Palud. in 4. di. 38. q. 4. & S. Anton. 2. par. tit. 11. ca. 2. parag. 6.

b 2. 2. qu. 88. art. 12.
c Vbi supra.
d In gloss. 2. cap. quanto de iureiur.

bere potestatem dispensandi, vel commutandi vota secundum S.Th. e & alios f & omnium sententiam. Multi autem alij habent potestatem irritandi vota: puta pater, & eo deficiente, mater, quæ tutelam filiorũ suscepit, & ipsi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum. Maritus etiam potest vxoris vota, & dominus vota seruorum, & Abbas, vel alius prælatus vota religiosorum irrita facere: g nam vt recte definit Tho. a nullus, qui alterius subditur potestati, potest emittere votum, quod validum sit in eis, in quibus ille subijcitur, absq; eius cõsensu.

e 2.2.qu.8. ar.12.
f In 4.l.sen. dist.38.
g Cap.illud 20.q 1.cap. mulier 32.q. 2.& c.puella 20.q 2.&c. manifeste, & c nolunt 33. q 5.cum suis gl.
a 2.2.q.88. art.8.

Tertio præsupponimus, non omnes præfatos æqualem irritandi potestatem sortiri: quoniam pater, & mater, quę deficiente patre illi succedit, vel tutor possunt omnia vota irritare, tam realia, quę ad rem familiarem pertinent, quã personalia, quę fiunt ab illis, qui pro ætatis defectu non possunt matrimoniũ contrahere: adeo vt, qui vouerunt, nunquam amplius illa vota implere teneantur, etiamsi ipsimet, qui ea irritarunt, in ea denuo consentirent; nisi vouens eadem vota iterum ratificaret. Idem omnino dicendum est de prælatis, quoad vota religiosorum. At vero neque pater, neque mater, neque curator vllo modo possunt irritare vota illius, qui ad iustam peruenit ætatem, in qua matrimonium posset contrahere, si vota sint personalia, & iuri illorum non prejudicant, qualia sunt, votum religionis, & votum castitatis. b Possent tamen irritare vota realia ad rem familiarem pertinentia, & etiam personalia, quæ illis præiudicant. Neque quidquam ad rem facit, vt vota illa sint pure personalia, vel principaliter personalia, & accessorie realia; quale est votum ingrediendi religionem: c quoniam de his omnibus perinde iudicandum est, ac si pure personalia essent. d

b Arg.cap.si annuunt, de iud.l.6.

c Ca. in præsentia, de probat. authentica ingressi C de sacrosan. eccles. cum ei adnot.
d Arg.cap. accessorium, de reg.iur.l.6. cum suis concor.

Maritus autẽ nullo modo potest vxoris vota irritare, & nulla facere, neque rursus vxor vota mariti, nisi in quantũ alter alteri præiudicium facit, quidquid dicat & affirmet Panormitanus e secundum Angelum & Syluestrum f propter rationem S.Th. g quam adduximus supra; præterquam in casu, quando alter coniugum notoriã fornicationem, siue carnalem, siue spiritualem admitteret. h Qua de causa alter illorum poterit nullũ reddere votum alterius, quo se obstrinxerat ad nunquã coniugale debitum exposcendum, vt constat ex supradictis. Dominus item potest serui sui vota, quæ in suum præiudicium vergunt, omnino abolere; reliqua vero nequaquam, secundum omnes. 65 Pro solutione autem quæstionum, quæ mihi de hac re proponuntur, dico, quod votum nunquam venialiter peccandi, & nũquam peccãdi, non valent; quia sũt de re homini in hac vita impossibili, iuxta illud: i *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Item votum nunquam mortaliter peccandi, videtur esse de re tam difficili, quamuis non impossibili, vt nõ obliget, aut certe facile per ordinarium relaxari debeat. Item votum non committẽdi tale, vel tale peccatum veniale, valet.

e Ca. in præsentia, de probat. authentica ingressi C de sacrosan. eccles. cum ei adnot.
f Verb. votum 5.q.1.
g 2.2.q.88. art.8.
h Cap. Agathosa 27 q.2. secundum Panor. in ca. fi. de conuers. coniug.
i Io.1.c.1.

Credo

Credo tamen eius
muniter, sicut nec
quia votum (quod
magis eum obliga
cuius leuis transgr
mittendi tale, vel t
transgressio duple
voti cõfiteri tenet
asserit mater, iam e
quę præcepta est, v
magis propria sit: I
e quam Caietani; d
vota, quãuis sint d
aut tali vel tali mo
tollere non possit
committenda aliis
quam sibi sufficien
tollere potest. Itẽ q
tiorum, sicut profe
rioris voluntate no
ctionẽ & superiori
licet nõ irreuocabi
fessi: & ita cognitio
periorẽ Ecclesiastic
bat nouitiũ religio
g & censeri Eccles
cto nouitij pertine
nat Ioan. Andr. Do
Domin. & commu
Ligna. l Item votu
ipso facto commu

Interrogatus aute
nuberet, fecit, irrita
marito præiudicant
à paucis citari crede
concesserat pater vota
re eius non placuerit, n
omnia vota, quæ vx
qualia possit: & qua
sibi præiudicant. p

66 *Quarto supponimu*
eius, qui habet ętate
vel vxoribus, domin
ligant quoad ea, quę
communẽ opinionẽ
ipsi vouentes liberan
contrarium verius, &

Credo tamen eius transgressionem non esse nisi veniale communiter, sicut nec alia transgressio voti de re leui esse videtur; quia votum (quod est quædam lex, quam sibi vouens tulit) nō magis eum obligare videtur, quā lex à Deo & Ecclesia ei lata, cuius leuis transgressio non est mortifera. *a* Et votū non committendi tale, vel tale peccatum mortale, validum est, eiusque transgressio duplex peccatum est; & transgressor circūstantiam voti cōfiteri tenetur: quoniā pro certo habeo opinionem, quæ asserit materiam esse satis conuenientem ad vouendum eam, quę pręcepta est, vt dictum est; *b* quamuis quæ solū consilij est magis propria sit: Item, quod verior mihi videtur Soti opinio, *c* quam Caietani; *d* scilicet, quod superior religiosi omnia eius vota, quāuis sint de non peccando tali vel tali veniali peccato, aut tali vel tali mortali, irritare potest: quia quamuis pręlatus tollere non possit obligationē, qua subditus ad illa peccata nō committenda aliis legibus tenetur; nouā tamen obligationē, quam sibi sufficientem ad id libertatem non habēs imposuit, tollere potest. Itē quod superior non potest irritare vota nouitiorum, sicut professorum: quia illorū voluntas adhuc à superioris voluntate non pendet, *e* licet ei subiaceat quoad iurisdictionē & superioritatem, saltē cōmutabiliter & reuocabiliter: licet nō irreuocabiliter pro tēpore quo sunt nouitij, sicut professi: & ita cognitio & animaduersio de delicto nouitij ad superiorē Ecclesiasticū pertinebit, per illud iuris, *f* quatenus probat nouitiū religionis approbatæ gaudere priuilegio canonis, *g* & censeri Ecclesiasticā personā; *h* & quod cognitio de delicto nouitij pertineat ad Ecclesiasticū iudicē, expresse determinat Ioan. Andr. Domin. & Francus, *i* quod ipsum tenet idem Domin. & communis, *k* & tradit latissime Panor. post Ioan. de Ligna. *l* Item votum, quod religiosus, cum esset secularis, fecit, ipso facto commutatur in votum solemne religionis. *m*

Interrogatus autem: An maritus vota, quę sua vxor, antequā nuberet, fecit, irrita & nulla facere posset? Respondi posse, si marito præiudicant, prout est textus singularis, *n* quem ad hoc à paucis citari credo, in quo S. *o* August. ait: *Vt si adhuc innuptæ concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius non placuerit, non persoluat.* Interrogatus item: An maritus omnia vota, quæ vxor sub eius potestate facit, irritare possit: & qualia possit: & qualia non? Respondi non posse, nisi ea quæ sibi præiudicant. *p*

66 *Quarto supponimus*, fuisse opinionem Innoc. *a* quod vota eius, qui habet ętatem nubendi, aut ducendi vxorē, à maritis, vel vxoribus, dominis, parētibus, curatoribus irritata, sicut obligant quoad ea, quę non sunt in præiudiciū irritantium, iuxta communē opinionē; ita quoque incipiunt obligare, simulatq; ipsi vouentes liberantur à subiectione irritantiū. Sed profecto contrarium verius, & rationi conformius nobis apparet, *b* vt

tenent

a Cap. vnum, parag. fin. 85. dist. S. Th. 2. 2. q. 88. art. 5. & alijs locis citatis in c. 11. num. 4. vt idem diximus.
b sup. n. 25.
c In l. 7. q. 3. art. 8. de iustit. & iur.
d 2. 2. q. 88.
e Arg. c. 1. & c. beneficium de reg. lib. 6.
f Arg. cap. religioso, parag. 1. de sen. excom. lib. 6.
g Si quis suadente diabolo.
h Arg. cap. duo sunt, 12. q. 1.
i In d. c. beneficium, de regul. l. 6.
k In dicto c. religioso, parag. 6.
l In c. cum coniug. de iudicum, 21. & seq.
m cap. scriptura de voto cum ei adnot.
n In cap. nouit. 35. q. 5.
o Aug. in q. nu. qu. 59.
p vt sup. dictum est.
a In c. scriptura.
b Per c. quidam, & cap. placet, de conuers. coniugat.

c In dict.c. script.
d Verb.votum,4 q.2. e 2.2.q.88. art.1.

tenent Panormit.c Angel.& Sylvest.d & Caietanus;e nisi quãdo expresse se aliquid facturos vouerunt, posteaquam ab alterius subiectione se liberos inuenirent,secundum omnes.

67 *Quinto supponimus*,vota religiosorum,quorum materia,neque in genere,neque in specie est eis prohibita, & proinde secundum se sunt valida, non ideo nullius vigoris existimanda, quia sunt irritabilia; quinimo ad sui obseruantiam obligant, quousque ab illis qui id possunt facere,irritentur, etiãsi prius ea numquam approbassent;quoniam sub ea cõditione semper fieri videntur,si superior non contradixerit:quæ quidem cõditio semper impleta manet,donec superior cõtradixerit. At vero vota,quę fiunt in rebus prohibitis à suo superiori, alioquin tamen licitis,non obligãt donec prælatus ea probauerit: quoniam sub hac conditione semper fieri creditur si videlicet superior annuerit,vt Cardin. Caietanus *f* recte definiuit. Et hoc modo debet limitari,& interpretari quoddam dictum concilij Agathensis:*h* scilicet,*monacho non esse licitum vouere*.

f Vbi supra.
g Basilio in decretis tribuitur,& colligitur ex c.3.de instit. monast.& c.28.in fi.monastica.
h Ca.monast. 30.q.4.

68 *Sexto supponimus*,quod licet,qui carent ætate sufficienti ad contrahendum matrimonium,si eo iudicio polleãt, vt possint iam & mereri,& peccare,quęcunque vota,siue personalia,siue realia,regulariter emittere possunt, quibus obligentur, iuxta glos. insignem ab omnibus receptam; *i* nihilominus parentes illorum,vel tutores omnia illa recte possunt irritare.*k*

i In cap. mulier,32.q.2. Panor.cum communi in c.2.de voto.
k Cap.puella 20.q.2.&c. mulier,32.q.2.desumt.ex c.20.Num.

Dixi,*Regulariter*;quoniã voto solẽni religionis se nõ possunt obstringere,etiam cũ consensu patris,aut tutoris; *l* bene tamẽ voto simplici,quidquid aliud insinuẽt Angelus,& Rosella,male percipiẽtes,quid sibi voluerit S.Th.*m* vt optime declaratsyl.*n*

l Cap.1.de reg.lib.6.
m 2.2.q.88. art.9.
n Verb. votũ, 3.q.5.

69 *Septimo supponimus*,illud,quod definitum est de pueris, qui nondum ætatem nubendi,vel ducendi vxores attigerunt, statuendum esse de religiosis,quantum attinet ad votorũ irritationem,quam ipsorum superiores facere possunt:scilicet,eorum vota,quæ de rebus bonis honestisq; fiunt,quę neq; suæ regulæ neque præceptis diuinis,neque superiorum statutis repugnant, valida esse quamdiu sibi à suis superioribus non obsistitur. Verumtamen illi pro mera voluntate sua,sine alia ratione & causa possunt illa irritare,& nulla reddere.sicut notat Innocẽt.communiter receptus,*a* & S.Thom.iuxta Cardin. Caietani interpretationem,*b* & Palud.num;*c* & sic venit intelligendũ pręallegatum illud Concilium Agathense. *d* Est tamẽ circa hoc adnotãdum,quod licet recte possumus affirmare quoad effectum, ne monachus teneatur adimplere votũ,satis esse, quod superior iubeat ei ne faciat id quod vouit,vel nolit ad id agendum facultatem concedere,etsi prius non sit effectus certior de voto:quoad effectum tamen,vt votum irritũ & inane fiat, non satis est hoc,sed præterea necessariũ est,vt prælatus de voto ipso iam præmonitus,voluntate & auctoritate sua illud omnino irritet,& nullum faciat,quod optime docuit Caietanus.*e*

a In c.script. de voto.
b 2.2.qu.88. art.8.
c In 4.dist. 38.q.2.&5. Anton.2.par. tit.11 c.2. parag.8.
d In c.monach.20.q.4.
e In dicto art.8.

70 *Octauo*

70 *Octauo dicimus*, quod illi quibus satis ętatis est, vt possint contrahere matrimonium, possunt etiam quęcũque vota personalia facere, eademq; adimplere tenentur, etiam renitentibus patribus, aut eorũ curã gerentibus; cuiusmodi sunt vota continentiæ, religionis, dicendi aliquas orationes, & alia similia, dummodo regimini & gubernationi domus paternæ, aut parentum potestati, siue rei familiari nihil nocumenti, aut iniuriæ inferant. Talia enim vota nihil valerẽt, nisi essent in subsidiũ terręsanctæ, vel fierent ex rebus castrensibus, hoc est in bello, vel quasi in bello partis, de quibus infra *f* agemus; vel cum expresso tacitóue consensu parentis, vt optime collegit Syluester. *g* At vero vota realia, quæ principaliter ad rem familiarem pertinent, si ab illis fiãt, qui possunt nubere, vel vxorẽ ducere, licet sint valida, possunt tamẽ pẽnitus aboleri, aut irritari à parentibus vel curatoribus, donec ad vigesimumquintum annum peruenerint; quemadmodum tam personalia quã realia puerorũ, qui ad decimũ quartum annũ, & puellarũ quæ ad duodecimum non peruenerunt, secundũ B. Antoninum. *h*

f Ca. 17. num. 141.

g Ver. votum 3. 9. 6.

h 2 Part. tit. 11 c. 1. parag. 10.

Dixi, *Principaliter quæ ad rem familiarem pertinent*; quoniam vota quę accessorie illam tangunt, non possunt irritare, quando adiũgũtur personalibus, quę ab eis irritari nõ possunt, cuiusmodi est votum professionis, quod quidem ex cõsequenti bona profitentis transfert in monasterium cum ipsa persona. *i*

i Ca. in præsentia de prob.

71 *Nono supponimus*, patrem & tutorem posse votum solemne reuocare, si factum fuerit ab eo, qui non habet ætatem, vt possit contrahere matrimonium; irritandum est autem anteaquã ad prædictam ætatem peruenerit, quoniam post eam irritari non potest. *a* Cuius contrarium accidit circa votum simplex, quod etiam postquam ad legitimam ętatem peruenerit, poterunt irritare; dum tamen filius adhuc in illa ætate ratum nõ fecerit votum, quod egregie Caietan. *b* adnotauit.

a Cap. puella & ibi Card. S. Sixti, 20. q. 2.

b 2. 2. qu 89. art. 5.

Decimo supponimus, quod vt aliquis votum suũ inualidum ratificasse censeatur, non satis est credere votum, quod emisit, validũ fuisse, & ideo proponere illud adimplere, vel ratione illius in monasterio permanere, putans professionem esse validam; sed oportet vt nesciat illius nullitatem, & velit illud noue validare, vt singulariter tradit Caietan. *c* quem sequimur; tũ per rationem eius, tum quia errans non consentit; *d* tum quia etiam nouo consensu opus est ad validandum matrimonium nulliter contractum; *e* quin potius necessarium est, vt ita gratũ habeat, vt velit quod votum antea factum ab ipsa ratificatione sit validum, etiamsi prius non valuisset, quod pręclare etiam idem Cardinalis *f* explicuit.

c Vbi supra.

d C. 1. super eo rorem, parag. de iurisd. omn. iud.

e Vt dicemus infra, c. 21. n. 47. & 85

f Vbi supra.

72 *Vndecimo*, quod hoc consequitur *peccare primo*, qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, redimendum, vel irritandum votum, aliquid horum fecit.

Secundo, qui habens tantum potestatem ad redimendum, vel commu-

commutandum, qualem habēt multi cōfessarij virtute bullarū aut Iubilęorū electi, dispensat super voto, vel ipsum irritat & nullū facit, iuxta iura, *g* quatenus habēt, malè facere eū, qui extra territorium suum, vel potestatem sibi cōcessā aliquid facit; imo & actus ab eo factus nō valet, vt sentit Caietan. *h* quod etiam *i* diximus; pręsertim quod vti iurisdictione, quam quis non habet, peccatum est lethale, secundum S. Thom. receptū. *k*

Tertio peccat, qui ex ordine Mendicantiū ad Canonicos regulares vult transire ex dispēsatione Papę; & quia intellexit illam se obtinere non posse, nisi prius habitū dimittāt, ob id eū dimisit, & aliquando sæculari veste indutus incessit, & postea eam dispensationem impetrans huiusmodi diabolicam astutiam subticet, vt *l* comprobauimus. Quocirca huiusmodi religioso consulendum est id quod sępè complures admonuimus, vt videlicet ad pristinam illam suam religionem reuertatur, vel iterum supplicet summo Pontifici, vt ea taciturnitate non obstante, dispensationem ratam & validam esse velit.

73 *Quarto*, qui cū esset superior, potestatemq; haberet irritandi, vel obliterandi aliquod votum, in ipsum consensit: postea vero sine rationabili causa, ipsum ex mera malitia, vel proprio impulsus affectu, vel fingens illud votum in maximum vergere pręiudiciū, irritat & annullat, cū parum aut nihil inde emanaret nocumenti, secundum prædictum Cardinal. Caietan. *a* Qui tamen adiicit, subditos non peccare, si non adimpleant votū, quod fuit ita perperam irritatum; sicut etiam superiores nihil peccant, dum legitime irritant subditorum vota solum pro libera voluntate sua, sine causa aliqua & malitia, antequam illa approbentur, quoniam in hoc suo iure vtuntur. *b*

74 *Quinto*, qui votum à parentibus suis, vel alijs factum, & à se ratificatum non implet: non autem si non ratificauit, nisi animo seipsum obligandi ad nihil amplius, quam ipse voluerit. *c*

g Arg. c. 2. de constit. l. 6. & l. fi. ff. de iurisd. om. iud. h 2. 2. qu. 88. art. 12. i In c. quādo de iureiur. k 2. 2. q. 60. art. 6. l In præl. casi quando de rescript. & excep. nu. 4. a 2. 2. qu. 88. ar. 8. b Cap. puella cap. illud, 20 q. 2 c. noluit & c. manifestum, 32. q. 5. c Ca. licet, eū ei adnotat, per omnes, de voto.

Quis super voto dispensare, aut illud commutare valeat.

75 *Dispensant soli prælati Ecclesiastici circa vota.*
75 *Papa solus dispensat super voto solemni, & his quinque.*
75 *Episcopalem iurisdictionem habens an in hoc æquetur Episcopo.*
76 *Episcopus vt dispensat in voto continentiæ perpetuæ.*
76 *Dispensans & dispensatio super voto absque iusta causa vt peccant.*
77 *Dispensandi vna causa super voto est leuitas vouendi, &c.*
78 *Voto res oblata cui debeatur facta dispensatione.*
78 *Votum omne tollit professio religionis: sed non iuramentum qua parte proximum tangit.*
79 *Votum qui commutare potest an possit dispensare.*

80 *Voti*

80 *Voti commutatio vi Cruciatæ facienda est in eius vtilitatem.*
80 *Votum castitatis bis frangit quæ nubit & consummat.*
80 *Vota futura includit potestas dispensandi.*
80 *Peccata futura includit potestas absoluendi.*

75 CIrca hoc *dicimus primo*, quod soli prelati Ecclesiastici habent potestatem dispensandi & cōmutandi vota, propter rationem quam S. Thomas communiter receptus reddit *d* per illud: *e Nam ego quod donaui, &c.* Dixi, *Et commutandi*; quia non potest quis auctoritate propria commutare votum etiam in melius, nisi manifestum sit illud esse gratius Deo, vt pulchre declarat Caietan *f* neque consequenter Confessarius, neque alius, cui non sit data facultas commutandi vota.

Secundo dicimus, quod solus Papa, vel qui potestatem ab ipso peculiarē habet, potest super quinque votis dispensare, scilicet, super voto perpetuæ cōtinentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel ad S. Iacobum Compostellæ. Etenim quāuis nullus textus reperiatur, qui omnia ista vota soli Papæ reseruet, præter votū in Hierusalem, *a* quinimo neque hoc, quando ex deuotione, & non in subsidiū terræ sanctæ fit; *b* iuxta tamen Romanæ curię stylū, qui satis colligitur ex extrauaganti Sixti IIII. *c* omnia hęc sunt summo Pōtifici reseruata. Vnde secundum aliquos, quicumque inferior ab aliquo istorū quinque tentaret absoluere, pręterquā quod peccaret mortaliter, pœnam etiā excommunicationis incurreret; *d* quod tamen non est verū, nisi de illo, qui ex facultate vel cōcessione eiusdē Papæ Sixti IIII. absolueret; quoniam de tali tantū ipsa loquitur, vti post Syluestrum *e* & Angelum *f* nos *g* expressimus. In cæteris autem votis alij Prelati inferiores poterunt dispensare, vt Episcopi, vel qui iurisdictionem Episcopalē sortiti sunt; quamuis Panormitanus, *h* solam commutandi potestatem illis concedat; sed non est verum propter ea, quæ ipse *i* docuit.

Tertio, quod Prælati inferiores Episcopis, non habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nihil tale possunt, secundū Innocēt. *k* nisi ad hoc pręscriptione, vel priuilegio peculiari muniantur. Verum est tamen, Prælatos regulares posse religiosorum suorum vota irritare, *l* id quod etiam Syluester *m* asseruit; imo & dispensare si sunt exempti; quoniam eorum iurisdictio quasi Episcopalis reputatur; *n* alias vero minime, quidquid aliqui sensisse videantur.

Quarto dicimus, quod nullus præter summum Pontificem potest dispensare super voto continentiæ solemniter emisso per sacri ordinis susceptionem, iuxta communem omnium doctorum sententiam, affirmantium illum posse dispensare in voto solemni per professionem facto, si grauissima aliqua adsit necessitas, secundum Innocē. & glossam communiter receptam, quam *o* nos *p* copiose roborauimus.

d 2 2. qu. 82. art. 12.
e 2. ad Cor. 2.
f Præfato art. 12
a Per cap. ex multa, de voto adiuncta glo. sing. ver. incumbit.
b Secundum Pan. in dicto cap. ex multa quem ibi sequitur Rauennas.
c Et si domi, mei, de pœn. & remiss.
d Per dictam extrauag.
e Verb. excōmunic. 7. casu 32.
f Verb. excōmun. 5. parag. 31.
g Super eandem extrauagant.
h Ca. proposuit, de cōce. præb.
i In ca. 1. de voto.
k In d. ca. 1. de voto ab Hostien reliquisque omnib. communiter recept. & à Panor. in d. c. 1. explicatum.
l Sicut dictū est supra, n. 64
m Verb. votum, 4 qu. 3.
n Iuxta glo. sing. & recep. clem. 1. de rebus Ecclesiast. non alienam.
o In ca. cum ad monast. de statu monac.
p In c. literas, de rectis spoli.

76 Quinto

76 *Quinto dicimus*, quod communis doctorum consensus habet, quod quamuis Episcopi nō possint dispensare in voto cēi simplici perpetuę continentiæ, nisi sit magnum periculum incontinentiæ, & nō possit adiri Papa, q vt inferius dicemus; possent tamen dispensare in voto continentiæ non perpetuo, sed ad tempus seruandæ, veluti per annum, secūdum Paludanum *a* imo & secundum Antoninum, & alios, idem facere possent circa votum de nunquam contrahendo matrimonio. *b* In hoc vltimo tamen contrarium tenet Caietan. *c* cuius opinio licet alias mihi placuerit, nunc tamen magis placet opinio Angeli & Syluestri: Tum quia illa seruatur in sacro pœnitentiarię prętorio: Tum quia pręsuppositā opinione communi, quam ipse quoque Caietanus tenet, scilicet, materiam voti sufficienter esse opus, quod nō est supererogationis, sed præceptū; nō potest vere dici æquiualere votum de non nubendo, & votū castitatis, per quod corruit eius fundamentum, vnà cum responsionibus ad duo argumēta neruosa, quæ ipse contra se proponit, quę nimia subtilitate potius, quam æquitate niti videntur.

Sexto dicimus, neminem sibi persuadere debere, summū Pontificem pro mera voluntate sua sine iusta causa posse dispēsare aut commutare vota, neque omnem dispensatū sine iusta causa posse esse securum. *d* Neque obstat cap. *veniens*, *e* quatenus habet, in quocūq; iuramento esse superioris ius exceptū; quod etiam in votis asserendum est; quoniam illa verba nō significāt excipi voluntatē Papæ, vt rectè pōderauit S. Tho. *f* sed in nullo iuramento aut voto iuri & auctoritati sūmi Pōtificis derogari aut detrahi posse, quominus cū rationabili causa in illis possit sanctè dispensare. Quamuis in religiosorum votis & iuramēto intelligendū sit, salua sui superioris volūtate, & ex cōsequenti salua volūtate sūmi Pōtificis, qui est supremus omniū antistes. Nō enim est, quoad hoc, Papę tāta potestas super alios omnes orbis Christianos, quāta eidē, & aliis religiosorum prælatis super religiosos, vt explicuit optime doctiss. Caietan. *g* Est tamen notandū, quod quæuis causa reddens complementum ipsius voti malum, vel inutile, vel maioris boni impeditiuū, est satis iusta & rationabilis ad dispensandum, secundū omnes post S. Th. *h* imo etiam ad hoc, vt sine dispensatione implementum eius omittatur, si manifestum sit vnum ex tribus supra explicatis efficere, vt patet ex his quæ in superioribus *i* diximus.

77 *Septimo dicimus*, quod vna ex iustis causis ad dispensandum est leuitas, vel facilitas in vouendo secundum Panor. *k* per illū textum. & S. Anto. *l* Imbecillitas itē eius, qui vouet, ad exequēdum quod vouit, scilicet ad ieiunandū vel peregrinandū. Habere item numerosam familiam, quę absque notabili nocumēto patroni absentiam tolerare nō potest, & alia similia, de quibus certa omnino regula afferri non potest, & subinde arbitrio superioris definiri debent, iuxta Pan. *a* iuxta quem *b* sufficit necessitas

q Iux. Sylu. verb. votum, 4. q. 4.
a In 4. d. 38. qu 4.
b Ang. l. ver. votum 4. parag. 9. & Sylu. q. 4
c Th. 2. Opuſ. Opu. 11. q. 1.
d Per gloss. sing. cap. non sit de voto.
e De iureiu.
f 2. 2. qu. 88. art. 12.
g In dict. art. 12.
h 2. 2. qu. 88. ar. 10.
i Num. 24. & seq. post S. Th. 2. 2. q. 88. art. 10. & 12.
k In cap. 1. de voto.
l 2. parr. tit. 31. cap. 1. in princ.
a In c. 1. de voto.
b Per finem, ca. ex multa, de voto.

cessitas, vel vtilitas publica, quæ tamen non requiritur, sicut quidam senserunt: satis est enim vt sit vtilitas priuata.*e*

Octauo, quod superior, qui votum cõmutat, debet perpendere vouẽtis qualitatem & expensas, quas facturus esset in explẽdo voto peregrinationis, vel aliorum similium, vltra illas, quas domi suæ facturus esset, illasque omnes in alia pia opera conuertere, laborem autem itineris in ieiunia, & orationes mutare, secundum Angel.*d* iuxta quem, votum ieiunandi à paupere emissum minoris redimi potest, quam votum diuitis. Item si impedimentum sit temporarium, tunc solum dilationem aliquam temporis concedere potest.

78 *Nono*, quod quamuis aliqui crediderint, munus voto promissum dandũ esse illi, cui promissum est, etiam consecuta voti dispensatione, aut commutatione; oppositũ tamẽ veritus arbitramur, iuxta mentẽ S. Thomę, *e* Angeli, *f* & Syluestri. *g* Id quod Caietanus efficaciter probat, *h* & nos efficacius: *i* Potest enim dispensari in tali voto sine consensu eius, cui vouetur, vt ibi efficaciter probamus. Porro quemadmodum vna ex legitimis causis ad votum castitatis commutandum, est magna fragilitas, quam vouens in seipso experitur ad obseruandum votum, & ob quam se credit non adimpleturum, quod vouit: *k* ita etiam certissimum est, quodcumque aliud votum posse in religionis votum permutari, *l* etiam si sit Hierosolymitanum. *m*

79 *Decimo dicimus*, quod licet quilibet simplex sacerdos possit à quocũque peccato, & quacumque excõmunicatione, & fractione voti in articulo mortis absoluere; non tamen potest aut in votis dispensare, aut aliquod illorum cõmutare. Etenim sola peccatorum absolutio, non autem votorum dispensatio vel cõmutatio illis conceditur, secundũ mentem omniũ doctorũ quod etiam explicuit Syluester. *n* Quod quidem etiã in multis Iubilæis videmus accidere, nosque etiam *o* comprobauimus eũ, qui non habet ampliorem auctoritatẽ, quam commutandi, non posse dispensare; & qui non habet potestatem nisi ad dispensandum, non posse commutare; cum ista inter se sint valde diuersa, & potestas & priuilegium dispensandi possit aliquid operari, absque eo quod ad commutationem extẽdatur.

Illud autem, quod Sotus *p* asseruit, forte rem non adeo perpendens; scilicet, eum, qui habet potestatem ad dispensandũ, quod amplius est, habere etiam ad commutandũ, quod minus est; forsan verum est in illis, qui sunt huiusmodi auctoritatem sortiti iure communi, & tanquam ordinarij; non autem in his, qui priuilegiorum vi, & tanquam delegati eandẽ adepti sunt, *a* & notatur in capit. 1. *b* vbi post alios resoluit Decius, priuilegium ita interpretandum, vt aliquid operetur contra ius: sed dato aliquo tali, in reliquis est restringendum; quia priuilegia sunt restringenda.*c*

Vndecimo dicimus, quod Papa Innocẽtius VII. concessit confessariis

c Arg. c. 1. & 2. de voto.

d Verb. votũ, 4. parag. 12.

e In 4. lib. sent. dist. 38. qu. 1. art. 3. & 2. a. qu. vlt. art. 3.

f Verb. votũ, 3. cap. 26.

g Verb. votũ, 4. q. 1.

h Tomo 2. opuscul. 11. q. 1. ac voto non nubendi

i In tractat. de reditibus ecclesiasticis qu. 1. moni. 60. nu. 1.

k Angel. verbo votum, 4. parag. 6.

l Caietan. in sum. verbo votum commutatio.

m Cap. scripturæ, de voto

n Verb. votũ, 4. q. 13.

o in parag. in Leuitico nor. 27 nu. 1. & seqq.

p Lib. 7. q. 5. art. 3. de iust. & iur.

a Arg cap. priuilegia 30. dist. & cap. tane, & cap. porro, de priuileg.

b De rescrip.

c Dicto cap. porro de priuil.

fessarijs rite presentatis ex Ordine fratrum Minorũ, vt possint in omnibus votis dispensare, in quibus possunt Episcopi, præterquam in voto peregrinationis vltra duas diætas, in concessione 115. quod etiam commemorat Compendium priuileg. religion. Idẽ etiam possunt confessarij Ordinis Dominicani, & aliorum qui priuilegiorũ Ordinis S. Francisci sunt participes.

Duodecimo dicimus, quod aliqui simplices in eo sunt errore, vt simul atque diploma siue bullam acceperunt, in qua Papa cõcedit, vt confessarius possit certa illorum vota vel commutare vel dispẽsare, credãt se statim à suis votis liberari. Etenim aliud est committere potestatẽ dispensandi, vel commutandi, aliud vero dispensare & commutare: *d* quocirca ab ipso confessario petere debẽt, vt sua vota in alia opera pietatis commutet, aut dispenset. Enimuero nisi cõfessarius fuerit requisitus, imo etiã si fuerit, nisi dispensauerit, aut commutauerit, licet alias ab omnibus peccatis absoluat, & plenariam indulgentiam illis concedat, vota adhuc, sicut antea, in suo vigore perseuerant.

d Ca. cum & ex relatum de offic. del. & ibi Innoc. sicut nulli, de præb. li. 6. & ca. 1. si super gratiam, de offic. delegat. eodem lib.

Decimotertio, quod etiamsi votum neminem alium, etiamsi sit hæres, quam ipsum vouentem obliget, quoad obligationẽ personalem, sicut dictũ est, neque quoad realẽ ex vi voti; obligat tamen eũ ex vi pacti, contractus & promissionis, eo modo quo obligaret eũ iuramentum alterius: e quamobrem populus qui nũc est, tenetur ad implẽda vota de obseruatione festorũ aut aliarũ rerũ eiusdem populi qui centum ab hinc annis præcessit; quandoquidem est vnus idemque populus, *f* aut ex vi voti, quia est idem populus, aut saltem ex vi contractus & promissionis, quæ in successorem vniuersalem pertransit. *g*

e Ca. ex parte, de cenſib. & notatur in ca. 2. de pact. li. 6. & in ca. cũ C. laicus de foro cõp. & Fel. in c. cũ sit, nu. 9. col. 1. tit. f C. denique 7. quæ 7. vbi gl. 9. & l. proponebatur, ff. de iudic. g l. 2. & 2 C. de hæred. action.

80 *Admonemus* insuper confessarios, qui vota per bullas Cruciatæ commutant, quod cõmutatio in vtilitatẽ ipsius Cruciatæ fieri debet; in quo multi errant, commutantes ea in ieiunia, orationes, peregrinationes, missas & eleemosynas pauperum, quia tenor bullæ habet, vt huiusmodi commutatio fiat in vtilitatem Cruciatæ: & idem dicendum est de his, qui commutãt virtute Iubilæorum, aut aliarum gratiarum, quæ præcipiunt hoc facere in vtilitatem aliquorum locorum particularium. *a*

a Arg. l. illud ad l. Aquil.

Decimoquarto, quod quæsitũ est nuper à nobis: An qui contra simplex castitatis votum contraxit matrimoniũ, teneatur ingredi religionem, antequã illud consummet; cum illo modo suum votũ persoluere possit, & non alio? Et Syluestro *b* visum fuit, quod sic; & Soto quod non, *c* & nobis prima frõte opinio Soti verior visa fuit: quia votum ingrediendi religionẽ non fecit, & quia videtur sufficere, vt suum votũ non petendo debitum impleat, quamuis reddendo petitum, matrimonium consummat. Sed postea omnibus satis perpensis Syluestri verior visa est, tũ propter eius rationem; tum quia omne votũ obligat opportunitate persoluendum est; & opportunitatẽ in id adesse negari non potest, antequam matrimonium consummetur; tum

b Verb. matrimonium, q. 4. c in 4. l. sen. dist. 38. q. 2. art. 1.

dtum quia S. Tho. & Richardus e tenent, quod qui contra votum castitatis matrimonium contraxit, consummando illud peccat; quod verum non esset, si post contractum, & non consummatū, ad seruandum votum castitatis non teneretur, quod seruari sine ingressu religionis nequit. Neque obstat, quod ingressum religionis formalem non vouit, quia sufficit aliud illi propinquum fecisse, ex quo, & eius transgressione vna virtualis ad illud obligatio nascitur. Tum quia idem Sotus fatetur, quod votum religionis post contractum, & nondum consummatum matrimonium, ad sui ingressum obligat; & non alia ratione, quam quod adhuc persolui potest; & eadem ratio voto castitatis conuenire videtur.

d Cap. commissum, de sponsalib. e In 4. d. 38.

Ex quo *sequitur*, quod votum religionis, quoad hoc, nō est firmius, quā simplex castitatis, & quoad alios effectus infirmius est; quia qui religionis ingressum vouit, fornicādo nec ante, nec post matrimoniū contra illud peccat; at qui castitatē vouit, sic; quia votū religionis ante professionē non magis ad seruandā castitatem, quam ad ieiuniū, & alias cęremonias, & statuta religionis seruanda obligat. Vnde sequitur, quod qui contraxit matrimonium, & consummauit contra solum simplex religionis votum, postea reddere & petere debitum sine alia dispensatione potest: quamuis qui contraxit contra votum castitatis, iusta dispensatione ad id indiget; quæ est quotidiana & singularis conclusio. Quibus omnibus est *consequens*, quod qui castitatem vouit, & matrimoniū contraxit, & postea cōsummauit, duo peccata cōmisit: Vnum in contrahendo, alterū in cōsummando: quamquam Sotus tenet, non nisi vnum committere; & verū esset, si vera esset eius altera opinio superius refutata.

Quibus omnibus adde, quod Sotus *a* tenet quod per Cruciatam potest quis absolui à peccatis post eam concessam cōmissis, non tamen dispēsari in voto post eam facto; sed non recte. Tū quia omnes rationes, quæ adducuntur ad probandum Iubilæa, & alia indulta ad absoluendum à peccatis concessa, includere peccata futura, nisi excipiantur: concludunt etiam vota futura, quorum relaxandi potestas in eis fit, vt videri potest per rationes quas nos in tractatu de indulgentijs *b* asserui-mus contra glossam, *c* quæ tenuit non includere futura peccata. Tum quia facultas, quam sancta Sedes Apostolica facit suis Legatis ad dispensandum super votis, extenditur ab eis ad futura. Tum quia commissarij Cruciatarum passim relaxant, vel commutant vota facta post illas concessas.

a Lib. 7. q. 4. ar. 3. de iust. & iur.

b Supra parag. in Lenit. de pœn. d. 1. & not. 34. n. 4

c Extrauag. de pœn. & remiss.

De præcepto secundo, quoad blasphemiam.

81 *Blasphemia quid? & est duplex, mentalis & vocalis.*

82 *Blasphemia est contraria confessioni fidei, num.* 83. *Et secundo præcepto, &c.*

84 *Blasphemus quomodo absoluendus.*
85 *Blasphemus quis iocando aut turpiter nominando, vt peccat.*
86 *Maledicens creaturis quis blasphemus.*
87 *Blasphemus an sit, qui cantilenas profanas diuinis admiscet.*
88 *Interrogatus quod scit, qui & vt iuste negat.*
89 *Iuramentum quod ligat post, ad quod ligat cum fit.*

81 DE blasphemia, quę etiam per hoc secundum pręceptũ vetatur, *dicimus primo*, quod secundum Ambros. *d* Alexand. Alensem, *e* & S. Tho. *f* communiter receptos, Blasphemare est *dicere tacite, vel expresse, verbo vel scripto contra Deum, aut eius sanctos quidpiam cõtumeliosum*; quod quidem fit, vel tribuendo Deo quod illi non conuenit; vel auferendo quod conuenit; vel tribuendo creaturæ quod solius Dei proprium est: quod si sola mente dicitur, est blasphemia mentalis, si verbo, vocalis: si autem scripto, scripta.

d In li. 4. de paradiso.
e Par. 2. summa, q. 148.
f 2. 2. qu. 13. Blasphemare quid.

82 *Secundo dicimus*, quod blasphemia est confessioni fidei, & charitati diuinæ contraria, & diuino honori videtur derogare, & propterea peccatum est mortale grauissimum, secundum S. Tho. communiter receptum. *a* Quamuis neque blasphemia exterior, neque interior, secundum se tantum sit dicenda hæresis: aliud est enim credere, aliud dicere, etiamsi sola mente dicatur; & blasphemia in dicendo, hæresis autem in credendo consistit, secundum vtrumque Thomam; *b* vbi adiecit Iunior tribus modis contingere aliquid dicere, scilicet desiderando, præcipiendo, affirmando.

a 2. 2. qu. 13. art. 1. 1. & 3.
b Dicta qu. 13

83 *Tertio dicimus*, quod nullus blasphemus debet absolui, etiã in foro conscientiæ, absque eo, quod arbitrio seueri cuiusdam confessarij grauissima illi pœnitentia imponatur: quod statuit Concilium Lateranense vltimum, *c* sub Leone X. quod nos in capite *inter verba d* transtulimus, & elucidauimus.

c Sess. 9. parag. ad abolendam.
d 11. qu. 3. conclus. 6.

Quarto, quod interrogatus: An teneatur quis corrigere alterum, quem blasphemantem audiuit, quamuis emendatio non speretur? Respondi, quod sic, & quod id acriter facere tenetur, si sine suo periculo facere potest, vt sancitum est à præcitato Concilio Lateranensi.

84 *Quinto*, quod contra hoc secundũ præceptũ, quatenus blasphemiã vetat, peccat mortaliter, *primo*, qui blasphemat contra Deum, vel sanctos, his vtens loquendi modis, *Pigeat Deum*, vel *Doleat Deus*, *Non credo in Deum*, vel *denego*, aut *maledico Deũ*, &c. vel dicens, Deum non esse misericordem, non seruare iustitiã, esse acceptatorem personarum, non videre quæ aguntur in mundo, aut non curare humana, aut illum iniuste punire, vel hoc aut illud non posse efficere; vel tribuit homini quod soli Deo conuenit, quale est, hominem beatum facere, vel posse ventura prænoscere, secundũ prædicta: quamuis iocose ista diceret, si attendit, quid verba significãt, & cũ deliberatione illa

prote-

protulit.e Is enim,si tãtum iræ furore correptꝰ,& passione excæcatus in similia verba prorupit,vt quid diceret,quidue verba significarent,minime aduerteret,tantũ venialiter peccaret, secundũ S.Th.*f* Si vero attẽdit esse verba blasphemię,mortaliter delinquit,etiãsi repentina correptus ira verba protulerit, ipsumq; statim pœnituerit illa dixisse,secundũ eundẽ.*g* Neque quidquã ad rem facit,an subitanea illa ira ex iniusta causa originẽ habeat,vel ex ludo,ebrietate,vel aliqua occupatione circa rem illicitam,secundum Angelũ;*h* etiamsi contrariũ teneat Panorm. *i* cuius dictum est verum, quantum attinet ad forum exterius. Neq; satis est ad peccãdum mortaliter,quod talis inconsideratio ex deprauata quadã consuetudine cum propriæ salutis contemptu coniuncta, vel ex culpa lata procedat, iuxta Syluestrũ,*a* dummodo illa incõsideratio prolationi talis blasphemiæ causam dederit, hoc est, quod si animaduerteret id quod pronũciat,nõ pronũciaret illud,secundum Caietanum.*b*

85 *Secundo* peccat mortaliter,qui Deum vel Sanctos iniuriose nominat, pudenda ipsorum membra proprijs nominibus explicans,& aduertens quod dicit,etiãsi iocãdi gratia id faceret, quamuis vti istis modis loquendi,puta,*Per corpus Domini*, *Per sanguinẽ eius*,siue iurando, siue cum alio contendendo, non est blasphemia;*d* quoniam post Christi incarnationem Deus dicitur habere corpus & sanguinem,in quantũ homo,non autẽ in quantũ Deus;de quo in additione,cap.*quãdo e* copiosiꝰ diximꝰ.

86 *Tertio*,qui maledicit alicui creaturę ratione carenti,inquãtum est creatura Dei:est enim blasphemia perinde ac maledicere Deum;si tamen simpliciter maledicit,non intendendo aliquid amplius,tunc solum erit verbum otiosum & vanum, ac consequenter veniale tantum,quod etiam placuit Caietano. *f*

87 *Quarto*,qui diuino cultui cantilenas sæculares,profanas & turpes admiscet, siue illa voce humana, siue alio organo proferantur,vel patitur,aut procurat vt misceãtur; quoniã in hoc cultui ecclesiastico,& Deo ipsi irrogatur iniuria,iuxta Caiet.*g* quẽ nos etiã in Enchirid. de Orat. *h* sequuti sumus (quod ipsũ decreuit nunc Cõc.Trid.) *i* vbi etiã cum eodẽ Caietano adiecimus, quod si aliqui prę rustica simplicitate existimarent ista licere recreandi animi gratia,quoniã vident cõmuniter in his vsum & consuetudinẽ inualuisse,si tamen intelligerent id esse illicitum,& scelus esse mortale,nullatenus id facerent,excusarentur quidẽ à tanto,sed non à toto. Nunc autẽ dicimus nobis non videri lethale crimen, nisi cum cãtilena est turpis & lasciua,vana & profana,& cantatur durante diuino officio ab his, qui iam sunt præmoniti id non licere. Idem asserimus de his, qui in nocte Natalis Domini turpes rhythmos,vel scommata sibi inuicem occinunt,vel execrationes quasdã interserunt tẽpore,quo dicturi lectiones petũt benedictiones,vt diximus.*k*

88 Rogatus autem,An ille qui furatus aliquid interrogatur à

e Secundum Bernar.de Bust.1.part. sermone 10.
f 2.2.q.12.a.2
g Vbi supra.
h Verb.blasphemia, para .6.
i c. statuimus, de maled.
a Verb.blasphemia q.4.
b In summa verb. blasphemia.
c Ang. in interrogatione 1.præcepti.
d Caiet.vbi supra.
e De consec. di.1.
f 2.2.q.13. art.1.
g 2.2.q.91.& in summ. verb.organorum vsus.
h Ca.16.nu. 42.& 48.
i Sess.22.in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ.
k In dicto cap. 16.nu.41.

iudice incompetēte, vel alio fine iuris ordine legitimo, vtrum tale quid sit furatus; possit secura conscientia respondere verbo absolute & simpliciter, se id non esse furatum, intelligendo intra mentem & tacite penes se, quod non est furatus illo die, mense, vel anno, puta anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, vel secundo &c. Respondi affirmatiue per fundamenta solida & irrefragabilia, quæ pro Paludano, Gabriele, & Adriano, & alijs plerisque tenentibus & affirmantibus præfato modo respondentem non mentiri, adduximus infra. *a*

a Ca.23.ar.45

89 Rogatus item, An iuramentum de actu, qui tempore iuramenti est illicitus, liget iurantem pro tempore, in quo fuerit licitus: puta, iuraui nunquam ingredi talem domum odio matris meæ, quæ eam inhabitat, qua mortua, incipit habitari ab alia, quæ potest esse mihi occasio peccati: Respondi partem affirmantem esse veram in iuramento generali, & apto comprehendere eundem actum, tam tempore, quo est illicitus, quā quo est licitus: partem vero negatiuam in iuramento speciali, vel restricto ex natura verborum, vel ex causa, ob quam fit, vel alijs circumstantijs ad actum illicitum pro tempore quo est illicitus. Exemplum primi. Iurauit quis generaliter seruare omnia statuta Ecclesiæ. N. inter quæ tempore iuramenti inuenitur vnum factum contra canones ab Episcopo, & capitulo, cuius obseruantia est illicita, *b* postea vero confirmatur illud ex certa scientia à S. Sede Apostolica, quo eius obseruantia fit licita, is tenebitur seruare illud statutum post confirmationem Papæ vi iuramenti, cum comprehēdatur sub illo, & possit seruari sine interitu vel dispendio salutis æternæ. *c* Item iurauit quis generaliter, nunquam intrare talem domum nulla adiecta causa speciali, quod per prædicta, *d* temerarium siue vanum est; si tamen postea incipit inhabitari ab aliqua, cuius consortium teneatur ille vitare, pro tempore inhabitationis illius ligabit eum iuramentum, quia nec ex natura verborum, neque ex causa, vel alia circumstantia restringitur ad solum tempus, quo illicitum, vel temerarium, aut vanum est. Exemplum secundi. Iurat quis nunquam intrare talem domum, donec mater eius eam inhabitauerit, vel ob causam finalem euitandi eius bonam conuersationem, quod illicitum est; si postea aliò migrauerit mater, & eam inhabitare cœperit alia, cuius conuersatio esset magna peccādi occasio tali iuranti, poterit quidem intrare illam sine violatione iuramenti, quanquam alia de causa deberet id euitare, quia iuramentum illud fuit restrictum ex natura verborum, vel ex causa finali ad tempus, quo erat temerarium, vel illicitum; & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. *e*

b Arg.ca. quod super ijs, & eorum quos ibi citat Felí. de maiori. & obedient.

c Arg.c.si vero, de iureiur. & cap. quamuis, de pact. l.6.

d supra n.22. & seq.

e L. non omnis, ff. si certū pet. & ca. fin. de præb.

De

De obseruatione festorum, quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbatha sanctifices.

CAPVT XIII.

1 Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana inducti.
2 Festi obseruatio nunc non tam stricta ac olim.
2 Festis diebus præcipimur audire Missam, vetamur opus seruile facere.
2 Finis præcepti alius ab eo non est in præcepto.
3 Seruilia opera quæ sunt.
3 Seruilia septem opera permittuntur, quinque non seruilia prohibentur.
4 Festa vt potius relaxantur ob necessitatem, quam ob pietatem.
5 Festa quod licet gratis, licet ob mercedem.
5 Festa inducunt, tollunt, moderantur lex & consuetudo.
6 Festa sua omnis regio, & morantes in ea debent obseruare.
6 Festos dies quos viator seruare teneatur.

1 CIrca hoc *dicimus primo*, omnia Christianorum festa, etiam dies dominicos, solo humano iure, nulla vero iure diuino naturali, aut supernaturali esse in Ecclesiam introducta, vt *a* comprobauimus: id quod etiam sentit Ioannes Turrecremata, *b* & clarius Archidiaconus, *c* & S. Thom. *d* supra omnes tamen Thomas VValdensis, *e* vbi ad hoc adducit B. Hieronymum, & Remigium; quamuis Panormitanus *f* cū multis alijs, & Angelus *g* teneant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse, quam sententiam Syluester *h* communē esse asseruit. Veruntamen quod modo definiuimus est tenendum. Etenim quamuis ius naturale, & diuinum præcipiant nobis Deum ipsum honorare & reuereri, non tamen definiunt tempus, quo in nouo testamento id facere teneamur; solum autem ius humanum decernit, statuitque certos dies, in quibus ab operibus seruilibus cessare oportet, vt id faciamus. Nec obstat cap. *licet*, *i* quo ipsi nituntur, quatenus habet, quod tam veteris, quā noui testamenti pagina septimum diem humanę quieti deputauerit; quoniam potest noue & singulari modo responderi, ad summum probare, quod in vtroque tam nouo quam veteri testamēto inuenitur, quod vnus de septem diebus debet obseruari; non tamen quod hoc Deus præceperit in vtroque; nam licet id præceperit in veteri testamento præcepto cęremoniali, in nouo tamen testamento, in quo illud cessauit, à principio Apostoli auctoritate sua, & non lege diuina cœperunt diem Dominicum obseruare, idemque facere fidelibus præceperunt. Vnde infertur, quanta sit consuetudinis vis circa custodiam & obseruationem festorum. *k*

Festa Christianorum nō sunt de iure diuino.
a In c. licet de ferijs, & in ca. 1. de cons. sec. dist. 3.
b In dict. c. 5.
c In c. ieiunia ead. dist. 3.
d 2. 2. q. 122. ar. 4. & 5. S. Ant. 2. par. tit 9. c. 7. parag. antepenul. & Ioan. Maior in 3. l. sent. di. 27. q. 23.
e De sacramental. c. 14.
f Cap. licet, de ferijs.
g Verb feria, parag. 43.
h In verb. Dominica q. 1. vers. 7.
i De ferijs.
k Arg. c. fin. de consuet. & l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo.

2 *Secundo dicimus*, quod ius humanum Christianorum non adeo

adeo stricte præcipit suos dies festos obseruari, ac ius diuinum antiquum suũ illud Sabbathũ tradidit obseruãdum, secundũ S. Tho. *b* communiter receptum. Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur, vt præparare cibos, & alia huiusmodi, quæ nullatenus in Sabbathis veteris legis fieri poterant. Vnde etiam cõsequitur, vt circa prohibita in nostris festis nobis sit facilior dispensatio, quam in rebus prohibitis in Sabbatho illo antiquo, secundum eundem S. Thomam. *c*

b In d.q.122. art.4.ad 4.

c In dicto 2.4

Tertio dicimus, quod hoc præcepto, de colendis festis, nõ præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colẽdo Deo consistit; sed tantum exterior, qui consistit in audienda Missa, *d* & in abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus, *e* quę ministerio corporis sunt exercenda, sicut elegãter docuit Caietanus: *f* quoniã quãuis finis huius præcepti sit, vt homo Deo vacet, ipsoque fruatur, & in eo quiescat, vt docuit S. Th. *g* quãdo tamen finis præcepti est aliud à re præcepta, tunc nõ cadit sub præceptum, sicut idem S. Tho. cõmuniter receptus *h* asseruit. Verum est tamen, quod sunt necessaria propositum & attẽtio interiora ad recte audiendum sacrum, quo sit religionis opus.

d Cap. missas de consec. dist. 1.
e Ca. ieiunia cum gloss. & Archid. de cons. dist. 3.
f 2.2.q.122. artic. 4. in princ.
g Ibidem.
h c.2.q.100. art.9.

3 *Quarto dicimus*, in diebus festiuis non omnia opera prohiberi, sed tantum seruilia, quæ sunt illa quæ proprie seruientibus conueniunt, iuxta illud: *i Omne opus seruile non facietis in eo.* Non autem illa quæ communia sunt tam ijs qui seruiunt, quam illis, quibus seruitur, secundum eundem S. Thomam. *k*

i Leui.23.

k In di.qu. 122.ar.4.ad 3

Quinto dicimus, quod ex supradictis infertur, septem generum opera notata à S. Th. *l* in dieb⁹ festis licite exerceri. *Prima* illa, quibus in diuino cultu Deo seruimus. *m Secunda* quibus spiritualia exercemus, quale est docere verbo vel scripto. *n Tertia*, quæ sunt ad salutem propriã necessaria. *o Quarta*, quæ ad saluẽ corporalẽ proximi sunt necessaria, iuxta illud: *p Erue illos qui ducũtur ad mortẽ*. *q Quinta*, quę sunt necessaria ad vitandũ dãnum sibi, vel proximo imminens. *r Non videbis bouem fratris tui, &c. Sexta*, quibus parantur cibi per consuetudinem Ecclesię. *Septima*, piscari quandoque per consuetudinem eiusdem Ecclesię. *s*

l In di.ar.4.
m Ioan.c.3.
n Iux. gloss. mirabilem, c. 28. Numer.
o 1.Mach.4. Et cap. discipulos, de cõsec. dist.5.
p Prou.24.c. non in inferenda 23.q.3.
q Deut.22.
r Cap. licet, de ferijs.

Sexto dicimus, quod quinque sunt opera nõ seruilia, quæ prohibentur in festis iure canonico: nam *a* prohibentur mercatus, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentum, nisi pro pace, vel alia necessitate præstetur, & *b* omnis processus, & strepitus iudicialis, nisi pietas suadeat, & necessitas vrgeat.

s Cap. tria 45 dist.

a In cap.1. de ferijs.

b In cap.fin. de ferijs.

4 *Septimo*, quod nõ omnia, quę possunt fieri gratia necessitatis, possunt fieri ratione pietatis: nã propter necessitatẽ omnia opera tam seruilia, quam nõ seruilia exerceri possunt; sed non omnia permittuntur causa pietatis, si per pietatẽ intelligamus virtutem illam, qua patriã & parẽtes veneramur, sicut accepit Marcus Tullius, *c* & Aug. *d* neque si pietatem pro misericordia accipiamus. Etenim quãuis opera quę ex natura sua ad misericordiam pertinent, vt vestire nudum, alere pauperem, *e* in omnibus

c 3.Rheto.ad Herenn.
d Cap.122.q. 2.& l.10. de ejuit.c.1.

omnibus diebꝰ festis possint licite fieri, *f* imo & opera iudicialia; *g* alia tamē opera seruilia, quę ex sola intentione operantis ad misericordiā dirigūtur, fieri nequeunt: quamobrem qui sub misericordię & pietatis prętextu, absq; alia vrgēte necessitate, in diebus festiuis ędificāt, vel reficiunt pōtes, sternunt vias, tota errant via, iuxta Caietanum. *h* At vero si per pietatem cultū Dei intelligimus, tunc dicimus ōnia illa opera, quæ suapte natura immediate tendūt in honorem Dei, veluti portare crucē, & reliquias sanctorū, licite fieri posse. Imo & alia, quę sunt veluti prędambula & præparatoria horū, quæ simul vel paulo ante solent fieri; veluti pulsare cymbala ante missā, vel vesperas. Diuersa tamē ratio est de alijs operibus, quę licet sint prędparatoria in supradicta, ante tamē festum ipsum commode possunt fieri; qualia sūt formas (quas hostias vocamus) cōsecrandas effingere, verrere Ecclesiā, tapetibus ornare: & multo minus illa opera, quę secundū se non deseruiunt diuino cultui, neq; sunt præparatoria in illum; qualia sūt arare, serere: & metere ad aliquod subsidiū Ecclesię prędstādū, quo diuinus cultus ibi fiat: nā ista non sunt licita, nisi iusta intercedat necessitas, vt si Ecclesia adeo esset tenuis & pauper, quod necessarijs ad cultū careret.

5 *Octauo* dicimus, quod tā licite ac principaliter potest fieri in diebus festis ob pecuniā, quod gratis licite potest in eis, quam licite, & principaliter ob eā quouis alio tēpore id fieri potest; & quod propositū & intētio lucrādi nō facit vt opꝰ, quod alias ex suo genere nō est seruile, ob hoc fiat tale formaliter, vel materialiter. Quod post Card. Caiet. *i* validissimis rationibꝰ *k* cōprobauimꝰ; quāuis Richar. *l* & Ioā. Tabiēna *m* & Sylu. *n* nō satis rē perpēdētes, cōtrariū teneāt. Quibꝰ addo, quod nouissime Cōc. Trid. *a* declarauit, dies festos in suo Episcopatu seruari ab Episcopo prędceptos, à religiosis, quāuis exēptis, seruādos esse.

Nono dicimus, quod quamuis festa, quæ iure communi sunt omnibus obseruanda, sint iam expressa & determinata, *b* multa tamen ex eis abstulit cōsuetudo, & alia induxit; quapropter in singulis regionibus illa festa obseruanda sunt, quæ lex, aut constitutio synodalis recepta, & non abrogata, vel consuetudo præscripta ibi præcepit obseruari, *c* quandoquidem, vt dictum est supra, *d* omnia lege humana inducta sunt.

Ex quo *infertur primo*, quod si consuetudo præscripta præcipit id, quod passim fieri videmus, vt à media nocte vsque ad mediam noctem festa seruentur, neutiquam seruanda sunt à primis vesperis vsque ad secundas vesperas, quamuis ius ipsum commune id præcipere videatur; *e* & quod si vsus haberet, vt solum seruentur vsque ad meridiem, vel vsque ad solemnia missarum peracta, postea possent opera seruilia fieri.

Infertur secundo, quod vnaquæque prouincia, aut ciuitas obseruare tenetur illa, eo modo, & tantum, quæ, quo modo, & quantum consuetudo ipsius præcipit obseruari.

f Iuxta glo. c. fi. de feriis.
g Did. c. fin.
h 2.2.q.122. art.4.
i 2.2.q.120. art.4. & in summa verb. festos, pagin. penult.
k In c. ieiunia, de cons. di.3.
l Lib.3.di.37. & Angelus verb. feriæ, parag.9.
m Verb. feriæ 9.17.
n Verb. dominico q.4.
a Sess.25.c.12
b In ca. pronuntiandum de consec.d.3 & ca. conquestus, de feriis, & alibi.
c Per prædicta c. & ca. fi. de consuet.
d Eod.c.n.10
e Cap.1.de feriis.

Infertur tertio, quod qui degit in aliquo loco, tenetur obseruare festa illius loci vbi tunc degit; non autem illa festa, quę in eius propria patria obseruantur, arg. cap. illa adiuncta glos. f ibi, *Dum fueris Romæ, Romano viuito more; Dum fueris alibi, viuito sicut ibi.* Vt de ieiunijs, & de facultate non edendi, vel edendi oua, lacticinia, aut animalium intestina in diebus Veneris, Sabbathi, & alijs diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abstinentiarum dicetur inferius.

f 12. dist.

g Cap. 25. n. 119 post Card. & Panorm. ibi citatos.

Infertur quarto, quod operarij, qui ad locandas operas suas vadunt in alias regiones, non tenentur obseruare dies festos suorum locorum, sed illorum, vbi ad tempus commorantur.

Infertur quinto, quod perperam agunt parochi suis parochianis pœnitentias, aut publicas pœnas imponentes, eo quod in festis illis, quę in propria sua parochia obseruantur, in alijs, vbi illa non seruabantur, operas suas conducti præstiterunt.

Infertur sexto, posse rationabiliter teneri, eos, qui in festi vigilia, & etiam in ipso die festo, à suo proprio loco in alium laborandi gratia commeant, vbi festum illud non obseruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare: siquidem non violant festa vbi obseruari debent, dum tamen, si eodem die egrediãtur, missam audiant; quoniam dies festus, vbi ipsum deprehendit, ad id ipsum obligauit: vt ego iter faciens non semel putaui me ad audiendam missam, vel faciendam obligatum, eo quod ante meridiem transibam, egrediebar, & ingrediebar aliquem locum, vbi obseruabatur aliquod festum, quod alijs in locis non erat obseruandum; quamuis crediderim solum transitum non adeo obligare.

Modi peccandi mortaliter vsitatiores contra hoc tertium præceptum de colendis festis.

6 *Festum qui violat, peccat mortaliter, nisi aliquod horum excuset.*
7 *Festum qui violat iter agendo, deferendo onera, &c.*
7 *Festum qui violat, vi, metu, præcepto, vel coactione, vt peccat.*
8 *Festum vt violat, qui vendit, emit, permutat, &c.*
9 *Festum an violet tonsor, piscator, molitor.*
10 *Festum an violet laborans pro pauperibus, pontibus, & vijs, n. 11.*
11 *Venator quis violat festum.*
12 *Festum an violet mulio, qui in eius vigilia mittit iumenta operatura.*
12 *Consulere pro lucro an liceat festis.*
13 *Festum an violet ob pietatem, vel necessitatem, vel sine illa, transcribens librum, pulsans lyram, canens, &c. nu. 14.*
15 *Festum an violet laborans ob necessitatem, qui ludit, saltat, venatur, & otiose tota die vagatur.*
15 *Festis Crucis, Michaëlis, Innocentium, & S. Syluestri licite quis laborat.*

16 Festo

16 *Festo de violato quædam accusandi consuetudo mala.*
17 *Festis contritio bona, sed non necessaria.*
17 *Festum an violet, qui omittit in eo opera præcepta.*
19 *Oblatio in Missa quando necessaria.*

6 CIrca hæc *peccat primo*, qui diebus dominicis, vel alijs festis sub præcepto obseruādis, aliquod opus seruile, vel ex aliis quinque prohibitis, facit: nisi excuset exiguitas, vel licita cōsuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis, vel corporalis salutis suæ, vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis, vel proximi, quod nō potest differri, neq; præueniri, vt patet ex supradictis. *a* Ob quā necessitatē, aut consuetudinem excusantur, qui frumētū ex area deferūt in horrea, vel vuas ex vinea, quādo imbres & pluuię timētur, & quicūq; alij, qui similia faciūt. Sic etiā fabri ferrarij, qui equos iter agentiū ferrant, & macellarii, qui vendunt carnes in festis, easq; præparant ad vendēdū, quando antea non potuerūt parare, & tabernarij, hospitumque susceptores, qui in suis tabernis aut hospitiis propter ementiū necessitatē cibos & necessaria vendūt, non autē qui vt ludant, aut inebriētur, id faciunt, iuxta Angel. *a* Cuius tamen opinio duriuscula nobis videtur, nec tenenda, vbi consuetudo contrarium præscripsit.

a Nu. 5. & ca. Hostien. in summa de feriis, parag. 6

a Angel. vbi supra, parag. 12.

7 Excusantur etiam, qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt: puta panē, vinum, fructus, herbas, & cętera, quę diei festo conducunt. *b* Excusantur etiā agasones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter non intermittunt; non autem qui de domibus suis proficiscuntur diebus festis, cum se continere potuissent, iuxta Caietanum; *c* aut in aliud tempus differre, nisi ante, aut post audiant missam.

b Caiet. vbi supra.

c Vbi supra

Dixi, *Oneratis*; quia conducere deonerata non est aliud, quā iter facere, & iter facientes excusantur, quāuis conducāt mulos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, modo missā audiāt, licet longius & toto die iter faciant; nā aliquantulū itineris facere, non est opus seruile, neq; prohibitū in festis, & sine vlla excusatione cōsuetudinis, aut necessitatis fas est, secundū omnes. Et idē dicendū videtur de longiori, & totius diei itinere; & licet secundū aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur, consuetudo tamen effecit, vt liceret, modò missa audiatur.

Similiter excusantur, qui diebus festis excoquūt vitrū, ollas, tegulas, calcem, quorū decoctio intermitti in alium diem non potest; *d* & tōsores, qui diebus festis infirmis venas aperiūt; & subditi, & serui iussi, & cōpulsi à suis heris ad opus agendum festis diebus, non ob contemptū festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem gererent, in aliquod magnū damnū personale, vel reale inciderēt, maxime si ob id missa prętermissa nō fuit. Idem dicendū est de vxoribus & liberis, qui in potestate sunt maritorum, & parentum; & de agricolis ad id iusto metu compulsis, qui laboris sui mercedē accipere possunt; *e* id quod

d Ang verb. feriæ, parag. 19. Caietan. vbi supra.

e Rosel. vbi supra casu 23. & 24. Syl. vbi supra. qu. 5.

supra

f Rod.1.n.5. supra diximus.*f* Et si sunt famuli stipendarij finito tempore,in quod se astrinxerũt,discedãt ab eis,nec intra tẽpus debẽt parere suis heris,nisi aliqua de causa iusta. Si quis tamẽ iuberetur, vt operaretur in contẽptũ festorum,& Ecclesię,quę illa sanxit, nõ debet obedire,etiãsi ob oculos certã ab eis propositã mortẽ videat.*g* Hoc enim iã nõ solũ esset cõtra ius humanũ,in quo

g Arg.ca.fa. cri de his quæ vi. & ca. itant 12.q. 5. h velut.ff.de iust.& iur.& Luc.c.10.

necessitatis excusatio communiter locũ habet;sed etiã contra diuinum & naturale,quo superiorum obseruantia imperatur.*h*

8 *Secundo peccat*,qui vendit,aut emit die festo,multũ temporis in eo consumendo,*a* non tamẽ si parũ,vt fieri solet in emendis aut vẽdendis candelis,aut alijs similibus,quibus de pretio non

a Cap.1.de feriis.

est conueniendũ:quia iam æstimata sunt,aut cito fit,iuxta omnium sententiam,*b* quod tẽperandum videtur iuxta sequens.

b Et præsertim Syluest. verb. Dominica,q.3.

Tertio peccat,qui nundinas adit,aut in eis negotiatur,non audita Missa,cũ possit,aut facit cõtra iussũ Episcopi, nisi exiguitas excuset;aut in eiusmodi negotio magnũ susciperet dãnũ, nisi eo die tractaretur,aut alia iusta causa excusaret. *c* Nec refert,an nundinæ agantur die Dominico,aut festo maiori, aut

c Syluest.vbi supra.

minori:quia si consuetudine prescriptũ est, & nulla est prohibitio noua eius qui prohibere potest,licet,audita Missa negotiari eo die: cũ enim omnes dies festi lege humana cõstituti sint,vt dictũ est supra,*d* consuetudo poterit moderari festum

d Rod.nu.1. e Arg.ca.fin. de cõsuetud. f In summa verb. in festo licita.

diei nundinarũ;quia etiam omnino tollere posset. *e* Quemadmodum iam modificati sunt;quantũ ad res, quæ in auctione venduntur,auctoritate iudicis,vel alia,secundũ Caietan.*f* & etiam vigilię solemnium festorum quantum ad tonsuram ,quã tõsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ IIII. Quod intelligi debet in his regionibus,in quibus cultus fit à vespera in vesperam,vt iure communi fieri debet: *g* nã vbi cultus festi incipit

g Cap. de feriis.

à media nocte,& ad mediam noctẽ perdurat , vt apud nos vsu receptum est,hoc priuilegium non est in vsu;quandoquidem absque priuilegio tondere potest vsque ad mediam noctem.*h*

h Arg.l.more Romano, de ferijs. i 2.2.qu. 122. art.4. k In cap. peruenit,de consec. dist.3.

9 Addimus item cum Caietano,*i* quod neq; tondere barbã, neq; in id cõsentire vno aut alio die festo, est peccatũ mortale ob paruitatẽ operis,neq; etiã veniale,si aliqua in id adsit causa, licet contrarium senserit Archid.*k* cuius sentẽtia locum habet in tonsore,qui multis barbam detondet,vel aliter parat.Neq; peccant,qui piscantur die festo certum piscium genus , quod tãtũ certis diebus aduenit,vel conspicitur,& illico discedit, nisi tũc capiatur:Cuius generis sunt Thũni, Halecia,& Sardæ: aliquã tamẽ eleemosynam debẽt erogare in Ecclesias viciniores, aut in pauperes,*l* quia licet cap. *licet* nõ loquatur nisi de Halecibus,siue Aringuis,eadẽ tamẽ ratio idẽ suadet in reliquos nominatos pisces.Licitũ etiam videtur molere molendinis fluminũ vel ventorum,quæ sine magna occupatione molunt, maxime si adsit consuetudo,& à prælatis non prohibeatur. Contrarium

l Iuxta cap. licet de ferijs cum eis adnotat. per Pan.& alios & per Angelum,verbo feriæ,parag. 34. & 35. Caietã.vbi supra.

tamen

tamen dicendū est de molitura pistrinorum, quæ magnam occupationem & laborem requirit, excepta magna necessitate.[a]

10 *Quarto*, qui laborat etiā pro pauperibus diebus festis, etiā audita missa, principalius propter aliquod cōmodum, vel amicitiam, aut cognationem, quā ob eleemosynā, aut etiam principalius propter paupertatem, verum non vsque adeo magnā, aut vsque ad vltimā eius potentiam laborat, secundū mentem Monaldi.[b] Neque discrimen statuendum est inter dominicos, aut alios dies festos maiores aut minores, secundum eundem, nisi quod maius festum maiorem causam requirit, quod ipsa vulgi consuetudo seruat.

11 *Quinto*, qui laborat diebus festis in exstruendis, aut reficiendis pontibus aut viis, quamquam sit pietas & misericordia erga viatores, tamen absque magna, quæ vrgeat, necessitate id facit, secundum Caietanum,[c] contra alios plerosque ob dicta supra,[d] secundum quem & omnes, licet facere opus diebus festis ijs, qui aliter se sustentare nequeunt, modo id occulte faciant, vt vitetur scandalum, & audiatur missa.

Sexto peccant mortaliter, qui venātur festis diebus non audita missa, secundū omnes, nō tamen si eam audirēt, etiāsi venarētur quęstus causa per superius dicta,[e] quia non est seruile opus, neque de numero quinque non seruiliū prohibitorū, neq; lucrādi finis efficit vt tale sit, quidquid dicāt Rosella,[f] & Syl.[g]

12 *Septimo* peccat, qui iumenta sua festo die, aut eius vespera mittit aliquò, vt alterius diei festi vtilitatē, in quo essent impedita, lucretur:[h] nisi mittat propter res necessarias eiusdē diei, vel sequētis, quæ antea deuehi nō potuerūt; & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut cōsuetudine excusetur per superius dicta;[i] quod tamē intelligendū est de iumentis oneratis; nā vacua mittere potest, ob superius dicta.[k]

Octauo peccat mortaliter doctor, aut literatus, qui dat consiliū, principaliter ob quæstum, etiam illi qui è lōginquo venit, secundū Sylvest.[l] & communem sententiam. Cuius tamē cōtraria est longe verior, tum quia consiliū non est opus seruile, neque aliquod ex aliis quinque prohibitis; tum quia quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum, ac in profestis, vt supra[m] diximus. Quare non est peccatum instruere siue informare iudicem, etiam cum procuratore & aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam facultatem honestam; quia est exercitatio operis spiritualis, vt late probatur à Caietano.[n]

13 *Nono* peccat mortaliter iudex, qui audit litigatores diebus festis;[a] quāuis enim nō sit opus seruile, est tamē vnū de quinque nō seruilibus prohibitis, nisi ob pietatem & misericordiā id faciat; quia quę non sunt seruilia, licet sint prohibita, concedūtur fieri ob solā misericordiā absq; alia necessitate, & ob hāc rationē licēt multo magis quā seruilia, vt supra[b] diximus:

satisque

a Secundum Rosel. verbo feria, parag. 9

b In summa verbo feria.

c 1. 2. q. 122. art. 4. & in summa verbo festos dies

d Eodem cap. nu. 4.

e Num. 8. ex Caie. in sūma in verbo festos.

f Verbo feria parag. 15.

g Verb. dominica, q. 5.

h Secundum Rosellam, vbi supra parag. 12.

i Eodem cap. num. 6.

k Eodem cap. num. 6.

l Vbi supra. q. 5 concl. 3.

m Eodem c. num. 5.

n In dicta q. 122 art. 4. & in summa verbo festos dies.

a Cap. fin. de ferijs.

b Eodem cap. num. 3. & 4.

satisque iusta necessitas videtur, si alio tẽpore aut ad iudicẽ accedi non potest, aut testes haberi nequeunt. *c* Quamobrem excusantur iudices rusticorum, qui diebus festis secundũ consuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt rusticis, eo quod alijs diebus neque iudices, neque testes suppetunt, aut, ne pauperes amittant suos dies operarios, quibus ad vitam sustentandam maxime indigent.

c Caiet. vbi supra.

14 *Decimo*, qui transcribit librum, aut instrumẽtum ob quęstum, secundum Rosellam, *d* & Angelum, *e* non tamen propter rationem ab eis allatam, sed quia quamuis scribere de se non sit opus seruile, etiamsi ob lucrum fiat; sed seruile est transcribere, & transcribendo componere libros, vt lucretur; quia hoc mechanicum, & corporale est.

d Verb. feria parag. 22.
e Eodẽ verbo, parag. 51.

Ex quo sequitur, non esse peccatum scribere litteras, consilia, neque instrumẽta de ijs rebus, quę licitè fiunt diebus festis, etiãsi ob lucrũ fiant, per supradicta; *f* quod idẽ est iudiciũ de eo qui pulsat organa, vel alia instrumenta, aut cãtat die festo, siue principaliter id faciat ob diuinũ cultum, siue ob honestam animi recreationẽ, siue ob aliquẽ alium finem piũ & necessariũ, siue ob quęstũ; quicquid dicant Angelus & Syluester; quia nõ sunt opera seruilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur. *g*

f Eodem ca. nu. 5.

g Vt sup. eod. ca. nu. 5. dictum est.

15 *Admonemus* autem hoc loco quatuor. *Primum*, quod licet Episcopus sub pœna excõmunicationis iuberet, vt nemo diebus festis operaretur, qui tamẽ ex necessitate id faceret, eiusmodi pœnę nõ esset reus; quia sentẽtia eius generalis iuridicè interprerãda est; nẽpe quod nemo efficiat opus nisi lege cõcessũ: *h* at cuilibet cõceditur opus vitę necessariũ, *i* vt supra dictũ est. Et si in excõmunicatione iuberetur, quod neq; necessitatis causa, neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem, *k* & consequenter irritum esset. *l*

h Argum. l. si procurator. ff. de condict. in debit. cap. Quinta vallis de iureiur. vt in cap. inter verba, 11. qu. 3. nu. 6. diximus.
i Cap. discipulos, de cõsecr. di. 5.
k Cap. fin. de feriis.
l Arg. c. 1. de ve iudi. & c. per tuas, de sent. excom. Rosella, vbi supra, parag. 27. & Syluest. vbi sup. q. 7.

Secundũ, quod Papa Eugenius IV. *m* cõstituit, vt laici, qui operarentur in festis S. Crucis, & S. Michaelis mensis Septẽbr. & in festis Innocentiũ, & S. Syluestri non peccent mortaliter, nisi huiusmodi dies dominicis incidant. Item qui audita Missa reliquum tempus diei festi consumũt in venationibus, in bellorum simulacris, siue iustis & torneamẽtis, in lusibus, in choreis, aut otiosè vagãtur, nõ peccãt mortaliter; quia non faciunt opus seruile; licet sic grauiter venialiter, secundum Caietanum; *a* quia tẽpus diuino cultui consecratum Deo non tribuunt, & & quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, secundum S. Antoninum, *b* vbi ait omniũ lachrymis deflendam esse Christianorum cæcitatẽ, qui grauius Deũ offendunt diebus festis eiusdem diuino cultui dedicatis, quam tota hebdomada ad vitam parandam instituta.

m Vt habetur in Compendio priuilegiorum, fol. 69.
a In summa verbo in festo licita.
b 2. par. tit. 9. c. 7. parag. 5.

16 Ex quibus infertur responsio ad interrogationẽ nuper factam: An necessitas sola, sine licẽtia superioris, excuset à peccato festo die operantẽ? Respõdeo, quod sic, si necessitas est indubia,

dubia; adeò vt quãuis episcopus pręciperet, ne operaretur, posset operari, vt supra dicitur, cessante tamen scandalo; quoniam cum eo nihil agi debet; *c* quemadmodum etiam qui iustã causam & clarã non ieiunãdi habet, sine tali facultate excusatur. *d*

Tertium, quod reprehensione dignissima est multorũ parochorum consuetudo, qui suos parochianos, qui festũ violauerunt, aut die quo præcipitur ieiunium, non ieiunarunt, cogunt ad petendum publice veniã die sequenti inter Missarũ solemnia, cũ eorum infamia, præsertim si huiusmodi transgressiones sunt occultæ, & non nisi ex confessione cognoscuntur; amentiaque maxima est credere illum, qui sic publice confessus est, liberum esse à secreta confessione eiusdem peccati, quam confessario tenetur facere, vt probauimus. *e*

17 *Quartum*, quod quamuis contritio, aut compunctio peccatorum optima sit in diebus festis, præsertim his qui intelligũt se peccato mortali teneri, non tamen pręcepta est sub pœna peccati, secundum Rosellam, *f* Caietanum, *g* & Syluestrum, *h* quos in hoc sequimur.

Vndecimo peccat mortaliter, qui diebus festis Missam nõ audit, vel audit distrahendo se sponte ad cogitationem rerum attentioni Missę debitę impatibilium. Quia audire Missam diebus festis cum mediocri attẽtione est præceptum, *i* secundum Angelum, *k* & Caietanum, *l* & nos late diximus. *m*

18 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui alijs temporibus non vacauit orationi, ad quã tenebatur ex priuata obligatione; quales sũt preces canonicę horarię, & quas sacerdos impositit pro pœnitentia, & à proprio prælato spirituali est iussa, ex cõmuni omnium sententia. Et idẽ est dicendum de illo, qui preces ad Deum facere prætermisit eo tẽpore, in quo nullum aliud remediũ suæ salutis, aut proximi esse videbatur. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt probauimus, *a* sequuti mẽtẽ Paludanũ *b* & Syluestri; *c* vbi posuimus exemplũ de illo, qui in grauissimã tentationem impatientiæ, aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam supereſſe, præterquam speciale auxilium Dei oratione impetrandum; & de illo qui eminus intuens duos in duello cõserturos manus, existimat nullũ aliud esse remediũ, nisi speciale auxiliũ Dei oratione impetrandũ, ad dirimendum illud duellum iniustum; in his enim casibus id à Deo petere tenetur, de quo in sequentibus.

Contra hoc opponit quidam, quod ex hoc sequeretur teneriquem de præcepto ad orandum pro ijs, qui auctoritate iudicum comburuntur, vel suspenduntur, quod est falsum. Cui respondemus negando illationem; quoniam ij iuste occidunturilli iniuste se occidere conantur, & ita in ijs non licet ponere obicem contra iustitiam, iuxta iura, *d* & latius traditur à nobis; *e* in illis autem sic. *f*

19 *Decimotertio* peccat, qui nil inter missarum solemnia offert die

c Cap. nihil de præscript. *d* Iuxta S. Thom. 2. 2. q. 147.

e In c. sacerdos, nu. 107. de pœn. di. 6. *f* Verbo feria, parag. 2. *g* In summa verbo contritio & 2. 22. q. 122. ar. 4. *h* Verbo Dominica, q. 6. nu. 4. *i* In c. missas, de cons. di. 1. *k* Verb. feria, parag. 4. *l* In summa verbo violatio festorum. *m* In repet. c. quando de consecr. di. 1. cap. 3. nu. 19. & c. 2. nu. 10.

a In dicta repet. c. quando, cap. 3. nu. 13. *b* In 4. dist. 13. qu. 2. *c* Verb. oratio, parag. 8.

d Iuxta notata, in l. vt vim, ff. de iust. & iur. *e* In commen. c. non in inferenda 23. q. 3. *f* Iuxta prædictum cap. non in inferenda, cum suis concordantibus.

die festo,cum haberet vnde posset,& cum ei ex antiqua cõsuetudine offerendum esset,cum notabili scandalo,aut præbendo occasionem ne maior pars populi offerat; *g* quia licet cõmuni lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum S.Thomam,*h* & Ioan. Turrecrematam,*i* & S.Anton.*k* tenetur tamen consuetudine,vbi à decem annis recepta est,secundum Panormitanum,*l* cui satisfacit communiter , quando maior pars populi,capituli,aut collegij offert. Neque eam infringit, qui eo quod tunc non habeat,non offert; satisque est offerre quod libitum cuique fuerit,secundum Syluestrum;*m* nisi præscriptum sit,vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta sententiam præcitatorum,& Syluestri.*n*

g Arg.cap.omnis,de cõsec.di.1.
h 2.2.q.86.
i In dicto c. omnis.
k 3.par.tit.2. & Ioan. And. Panorm.& com.in rub. de parochis.
l In c.suam de simon.
m Verb. decima parag.1.
n Verb Dominic. parag.1.

De quarto præcepto honorandi patrem & matrem,& amandi proximum.

CAPVT XIV.

1 *Religio est virtus annexa iustitiæ.*
1 *Pietas,quæ est virtus annexa iustitiæ,non est misericordia.*
1 *Misericordia,quæ est virtus coniuncta charitati,non est pietas.*
2 *Obseruantia virtus coniuncta iustitiæ.*
2 *Religio aliquando vocatur pietas,imo & obseruantia.*
2 *Religionem spectant tria præcepta, quatuor pietatem & obseruantiam.*
3 *Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto.*
3 *Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto.*
4 *Patres in tribus honorantur,sed minus quam Deus.*
5 *Præceptum diligendi proximum non est ex decem , & ex eo septem nascuntur.*
6 *Amor proximi charitatiuus & naturalis,qui etiam est duplex.*
7 *Præceptum de diligendo proximo ad quid pro semper obligat.*
8 *Amandi proximi præceptum in malo statu vt impletur,n.9.& 10.*
10 *Consuetudo dicendi,Dæmon te arripiat,diabolica.*
10 *Amor honestus inter virum & vxorem per quid conseruatur.*

1 PRo fundamento dicendorũ *præsupponimus primo*, quod inter virtutes iustitię annexas quemadmodum est vna,quę nuncupatur religio,quæ iuxta Marcum Tull.*a* & S.Tho. *b* est virtus *impellens hominem ad honorandum , colendumque Deum, tanquam primum principium nostrum,à quo sumus , & in quo viuimus*: ita est alia quæ dicitur pietas,quæ secundum eundem Tul. *c* & S.Th.*d* est virtus *quæ impellit homines ad colendum parentes, cognatos,patriam,& amicos,tanquam principia quædam secundaria quibus subsistimus,& conseruamur*. Et quamuis vulgus in cõmuni vsu loquẽdi pietatem & misericordiam pro eadẽ re accipiat, tamẽ re vera

a In 3.Rhetor. ad Herennium.
b 2.2.q.82.
c Vbi supra.
d 2.2.quæst. 101.

re vera diuersa sunt, tũ quia misericordia est virtus annexa charitati, secundũ S.Th. receptum; e pietas autem annexa iustitię, secundũ eundem; f tũ quod pietas impellit ad reuerentiã præstandã personis prędictis, misericordia autem, vt aliorũ necessitatibus opitulemur, vt docuit Card. Caietanus: a frequenter tamen à viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Quibus addimus, quod licet prędicta virtus pietatis præcipuè animum inclinet ad honorem exhibendũ supradictis personis, tanquã principijs nostris secũdarijs, à quibus nostrum esse accipimus, & in eo conseruamur; tamen secundario & minus principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum, & vxorem ad mutuo se honorandum.

e 2.2.qu.39. art.1.
f 2.2.q.101. art.1.
a In dicta q. 101. art.1.

2 *Secundo præsupponimus*, quod est alia tertia virtus, adiuncta etiam iustitię, quæ dicitur obseruantia, quę secundum Marcũ Tullium, b & S. Th. receptum c est, *qua viros in dignitate constitutos veneramur tanquam principia, non quidem existentiæ nostræ, sed gubernationis*: & vt religio antecellit pietatem, ita pietas obseruantiã; & quemadmodum religio sæpissime pietatis nomine significatur, iuxta B. Augu. d & S. Tho. e sic etiam obseruantia sæpissime nomine pietatis exprimitur, secundum eundem. f Item quẽadmodũ tria præcepta prima primę tabulę, quę supra memorauimus, pertinent ad religionẽ, quę est annexa iustitiæ; sic etiã hoc, quod est quartũ, secundũ ordinem Decalogi, & primũ inter præcepta secundæ tabulę, datur præcipue de operibus spectantibus ad pietatem; secũdario vero de operibus obseruãtiæ. Imo iudicio meo, ad omnia opera charitatis, quæ proximo debentur, potest facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturæ, g quod statim in medium proferemus.

b 3 Rhetor.
c 2.2.q.101. art.1.
d Lib.10.de ciuitate Dei cap.1.
e 2.2.q.101. ar.3.
f In dicta q. 101. art.1.
g In 3.d.37. in expositione literæ.

Tertio præsupponimus, quod pater potest præcepto suo filium obligare ad peccatum mortale: imo & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quæ sub eius potestate posita, ipsi præcipit, vt post Alexan. de Ales h colligunt Angelus, i & Syluester, k pro quibus est textus. l

h 3.par.super 4.præcepto.
i Verb.filius parag.30.
k Eod. verfic. qu.22.
l Deut.c.21. & ad Ephes. c.6.

3 *Quarto præsupponimus*, quod in hoc præcepto sub nomine parentũ iuxta Conciliũ Colon. quo loco de hoc agit, præcipue intelligimus eos, qui nos genuerũt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quę nos cõseruat; m secundario autẽ intelligimus gubernatores Ecclesiasticos, n & seculares, o & qui nostri curã gerũt, quales sũt tutores & curatores, p magistri, pędagogi, imo & omnes proximi iuxta B. Bonau. q nam quodãmodo cognati nostri sunt, r quandoquidẽ omnes ab eodem parente Adamo originẽ ducimus. Quę licet vera sint, quatenus hoc præceptũ extẽditur ad actus virtutis, pietatis & obseruãtiæ, & charitatis erga proximos, non tamen quoad effectum cõfitendi necessario circũstantiam personę offensæ: quoad id enim non videntur intelligi omnes proximi, nec cognati, sed solũ veri parẽtes, & superiores, quoad ea in quib⁹ illi habẽt potestatẽ super nos.

m E cclſ.3.
n 1.ad Cor.4.
o 4.Reg.5.
p ff.de auctoritat.tutor. & curat. per totum titulum
q In 3.dist. 37. in expositione lit.2.
r Iuxta glos. dicta l.vs vim.

4 *Quinto*

4 *Quinto præsupponimus*, quod honor, de quo præceptum hoc loquitur, in tribus consistit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quam verbo & opere. Neque est contrarium illud Euangelij: [a] *Qui non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, &c. non potest meus esse discipulus:* nihil enim aliud sibi vult, quam quod idem Dominus dixit: [b] *Qui amat Patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus:* id est, quod Deus vult vt diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantum, sicut eum; & quod quando ille præceperit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipse præferatur.

a Luc. 14.

b Matt. 10.

5 *Sexto*, quod præceptum illud de diligendo proximo sicut seipsum, [c] nō numeratur inter præcepta Decalogi, sicut nec etiā præceptū de diligendo Deo super omnia, inter illa numerari diximus. [d] Quēadmodum enim præceptū dilectionis Dei super omnia, est origo vnde immediate deriuātur tria prima præcepta Decalogi; sic etiam hoc de diligendo proximo est principium, vnde quartum præceptum, & sex alia quę sequūtur, originē ducunt: quæ quidē præcepta secundæ tabulæ nuncupantur, sicut tria prima præcepta dicuntur primæ tabulæ, [e] de quibus pulchre S. Th. [f] Diximus *immediate*; quoniam mediate vel immediate omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo super omnia, tanquā à primo principio deducuntur: ab ipso enim statim pullulat præceptum de diligendo proximo sicut seipsum, iuxta declarationem S. Thom. [g] ab omnibus receptā.

c Matth. 22.

d Sup. eo. ca. 21. num 5. & 6. post S. Tho.

e Exod. 20.

f 1. 2. q. 122. ar. 4. ad 6. & glossa fin. ca. quid in omnib. 32. q. 7.

g 2. 2. q. 44. art. 2.

6 *Septimo præsupponimus*, quod duæ sunt species honesti amoris proximi, quod facile colligas ex vtroque Thoma. [h] Alter naturalis & humanus: Alter supernaturalis & diuinus, qui charitas, vel charitatiuus appellatur. Amor naturalis, siue human' ille est, quo proximū diligimus ea ratione, quod est homo, cognatus, vicinus, vel quocunq; alio respectu: qui neque Deū ipsum supra omnia dilectum, neque ęternā felicitatē, neque capacitatē ad illam in se continet. Amor autē humanus in duos alios amores subdiuiditur, iuxta eundē S. Tho. [i] non obstante illa subtilitate, quam ibi Caietānus tetigit. Alterū vocāt amorem cōcupiscentię, quo proximū ipsū principaliter ad aliquod bonum nostrum voluptuariū, commodum, vel vtile amamus. Alterum vocant amicitiæ, quo principaliter proximū ad bonū eius voluptuariū, cōmodū, vel vtile amamus. Et vterq; eorum potest esse bonus, & honest⁹, nisi fuerit male ordinatus. Alter autē est amor supernaturalis & diuin⁹, seu charitatiu⁹, vel charitas infusa, qua proximū amamus; & est eiusdem generis & naturę, cuius est amor Dei charitatiuus, seu charitas, secūdū S. Th. [a] Nā licet obiectum materiale amoris charitatiui proximi sit idē proximus, obiectum tamen formale, siue ratio, vel causa amoris, est ipsa diuina & infinita bonitas, quę nihil aliud est quā ipse Deus super omnia benedictus, vt ait idē S. Th. explicatus

h 2. 2. qu. 21. arc. 1. & 2. 2. qu. 26 art. 1. ad 6.

i 2. 2. qū. 26. art. 4.

a 2. 2. qu. 23. art. 5.

catus ibi à Caietano. *b* Etenim neque amor ille cõcupiſcentiæ, quo proximum ad noſtram voluptatẽ, aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitiæ naturalis, quo ipſum diligimus ad bonum illius, eo quod ſit cognatus, ſocius, vicinus, vel amicus, vel propter quamcumque aliam communicationem temporalem, eſt charitas, ſeu charitatiuus, ſaltem inquantum talis eſt, iuxta mentem eorundem, quod in dicta additione *c* latius diximus; quod parum à multis aduertitur. b 2. 2. q. 23. art. 1.

c Ca. quandò de conſe. di. 1. amor charitatiuus quis ſit.

7 Solus enim ille amor proximi eſt charitas ſeu charitatiuus, quo ipſum diligimus, eo quod eſt capax & aptus, ſicut nos, ad participandam nobiſcum illam æternam beatitudinem, quã diuina bonitas nobis dare & cõmunicare dignatur gratiſſima ſui viſione, & gaudio æterno, & inexplicabili, & optare illã ei tanquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, vt amor, quo noſmetipſos diligimus, ſit charitatiuus ſeu charitas, oportet vt ea nos ratione diligamus, quod Deus propter ſuam infinitam bonitatẽ nos fecit capaces æternæ felicitatis, quæ in intuẽdo eo ſemper, pariter & amando, & fruẽdo cõſiſtit, vt ſupra *d* late diximus. Verum eſt tamen, quod quemadmodum omnis actus cuiuſcunq; virtutis poteſt fieri actus charitatis imperatus, quãdo fit intuitu charitatis; ſic etiam amor concupiſcentiæ, vel amicitiæ honeſtus, fit actus charitatis imperatus, ſi ob eam habeatur. Sicut enim ſoluere debitum, eo ſolo, quod iuſtum eſt, eſt actus virtutis iuſtitiæ, & actus charitatis imperatus, ſi fiat etiam ob finem Deo placendi: ſic actus amandi patrem eo ſolo, quod pater eſt, eſt actus virtutis pietatis, & non charitatis; fit tamen actus charitatis imperatus, ſi habetur etiã ob finem Deo placendi. Vnde facile infertur, quã rarus & parcus huius amoris charitatis vſus ſit inter Chriſtianos vulgares: cum licet omnes aliquos amẽt, eo quod ſint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut vtiles; rari tamen ſunt, qui (niſi raro) amẽt alios ea ratione, quod ſunt capaces beatitudinis æternæ, & quod, niſi culpa mortalis obſiſtat, ea ſimul fruentur, videndo & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinite bonum, & quem miſit filium ſuũ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt experientia, quæ rerũ magiſtra eſt, *a* pluſquam oportet, atteſtatur: cum raro hoc veniat in mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos, adeo quidẽ, quod vix reputent infimates ſordidos & ſqualidos tantæ rei fore ſecum participes, & ſatis ſuperque putent facere, ſi eos aliquo amore dignentur, ſi eos non contemnant, vel ſaltem ſi amore aliquo naturali dignentur, parum conſiderantes, quod de hoc ſupremo amore præcipit Chriſtus in illis verbis: *b Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicẽ*: & Paulus *c* in illis verbis: *Super omnia tamen mutuam charitatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis.* d In præl. 4. a Cap. quam ſit de elect. lib. 6. b Ioan. 15. c Ad Colo. 3.

8 *Octauo præſupponimus*, quod circa hanc materiam eſt dubium, à nemine (quod ſciam) pro dignitate reſolutum, quo

videlicet tempore teneamur ad præceptum de diligendo proximum, ſicut nos, ſub pœna noui peccati mortalis, non adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter (ſalua debita cenſura) reſpondeo *primo*, quod nos obligat ſemper, & pro ſemper: nè vmquam ab amore & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex charitate diligimus, vllum etiam inimicum noſtrum, vel Dei excludamus, niſi iam in æternis fuerit ſupplicijs in inferno condemnatus, iuxta mentem vtriuſque Thomæ, *d* iuxta quam quod de damnatis dixi, intelligo.

d 1.2.q.25.a.6 8.& 9.& q.83 art.8.

9 Reſpondeo *ſecundo*, quod nos obligat, vt quotieſcunque inimicus, qui nos offendit, veniam à nobis poſtulat, ipſum diligamus, & ſpecialia amoris ſigna illi oſtendamus, iuxta mentem eorundem. *e* Sed crediderim ſatis eſſe ipſum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua ſigna exhibere, etiamſi amorem illum excellentem & ſublimem charitatis, ſeu charitatiuum minime corde concipiamus; ad hoc ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus: tum quia contrarium nullo iure, nec vlla efficaci ratione concluditur: tum quia licet hoc primo aſpectu contrarium videatur ei, quod ipſi dicunt, *f* introſpecti tamen forte hoc ſentiunt.

e In dicta q. 83.art.8.

f Tò dicta q. 83.art.8.

Reſpondeo *tertio*, quod nos obligat etiam hoc præceptum, quando proximus eſt conſtitutus in extrema neceſſitate noſtri auxilij ad ſalutē animę ſuę, qualis eſſet infans aliquis, aut mente captus, aut etiam cordatus, qui ſine baptiſmi Sacramento iamiam eſſet moriturus: qualis eſſet etiam, qui depoſceret aliquod conſilium, vel ſolamen, vel auxilium aliquod ſpirituale à nobis, ſine quo veriſimile eſſet eum condemnatum iri. Dixi, *quando ad ſalutem animæ noſtro indiget auxilio*; quoniā putamns non peccaturum eum, qui hunc amorem charitatiuū non conciperet erga eum, qui eam pateretur extremam neceſſitatem vitæ corporeæ, ſi modo alio amore naturali inferiore diuino, quo cognatū, amicum, ſocium, vel vicinū diligere ſolet, ipſum proſequēdo, ei opitularetur. *a* Nec quidquam obſtat, dicere eādem eſſe rationem illius, qui abſq; amore charitatis ſolo amore naturali impulſus, ſubuenit proximo in periculo ſpirituali conſtituto; quoniam rariſſime poterit euenire, vt huiuſmodi neceſſitati ſpirituali occurri poſſit abſque deſiderio ſpiritualis ſalutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem charitatis includit.

a Arg. notator. in c. paſce. c. 5. d. 8 & in l. nec à re. ff. de lib. agnoſce. & eorum, q. Caiet. 2.2. q. 5. ar. 1. tradidit.

Quarto, quod vt ſupra *b* diximus, videtur nobis non peccare noue illum, qui bona fide credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cum tamen non ſit, adimplet præceptum de diligendo Deū ex charitate, quando ad id eſt obligatus; ita à fortiori ſatisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex charitate, qui extra ſtatum gratiæ illud implet, putans veriſimiliter in eo eſſe.

b Ca. 11. n. 7.

Quinto, quod poſſet etiam defendi, nūquam obligari ad implendū hoc præceptum, de dilectione proximi in ſtatu gratiæ, ex ſpeciali amore charitatis; niſi cū neceſſitas adminiſtrādi Sacramentum

cramentum ei, qui extrema necessitate spirituali laborat, vel alia similis causa ad id compellit & obligat; quæ omnia tanquam quotidiana commendamus.

10 *Sexto*, quod ex his infertur, quam diabolica sit illa consuetudo maledicendi proximo, dicendo: *Diabolus te arripiat. Commendo te dæmoni:* & e contrario quam Angelica, quam vtilis & consolans illa, corde & voce dicendi: *Dominus te sanctum faciat. Deus te perducat ad paradisum*, &c. *Vtinam illic nos aliquando conueniamus*, & aliæ similes, præsertim viri fœminis, & fœminæ viris. Etenim tale desiderium vere in animo conceptum valde refrænat, cohibetque, ne amor humanus & honestus degeneret in libidinem, quod frequens ait esse Hieronymus.

Septimo, quod obseruanda est regula, quam in commentario quodam c à nemine alio traditam, ex eis quæ ibi præmisimus, intulimus, & postea transtulimus, *a* nempe, quod quoties quis videt proximum in periculo patiendi aliquod notabile damnum, à quo non potest, vel creditur non posse liberari, nisi ipse illi subueniat, toties obligatur ad eum liberandum sub pœna noui peccati, modo id præstare possit absque damno, quod vir prudens iudicaret sufficere ad excusandum.

c Ca. non in inferenda 23 qu. 3. nu. 25.

a Infra cap. 24. num. 17.

De peccatis filiorum contra parentes circa hoc præceptum.

11 *Filius vt peccet mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, aut eis amoris signa non monstrando.*
12 *Filius qui non obediat patri quoad regimen, & bonos mores.*
12 *Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accusans, execrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans e carcere.*
13 *Filius qui parentibus in magna necessitate constitutis non succurrit.*
14 *Filius qui ob parentum subuentionem non egreditur religionem.*
15 *Filius qui non ducit vxorem quam pater vult.*
16 *Filius qui parentum male parta non restituit, neque legata implet.*

11 EX prædictis infertur, quod peccat contra hoc præceptū de honorando parentes, *primo*, filius qui grauiter odit, vel aliquod graue damnum desiderat parentibus: si enim graue & iniustum odium, & desiderium deliberatum inferendi cuiquam, etiam extraneo, aliquod damnum notabile, est peccatum mortale, multo magis odium in parentes naturales grauius erit, geretque secum circumstantiam necessario confitendam. *b*

b Per supra dicta c 6. a. 5. & seq.

Secundo filius, qui, esto quod non odit parentes (imo potius diligit) nunquam tamen, vel raro signa amoris illis ostendit, quin potius semper illos torue intuetur aspectu, & ita aspere

alloquitur, ac si eos odio haberet, secundum Angelum *c* & Syluestrum, *d* & Tabiennam; *e* quoniam tenemur eos diligere, reuereri, ipsisque obedire tam corde, quam verbis & operibus, vt expositum est. *f*

12 *Tertio* peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen & gubernationem domus, & rei familiaris, non vult parere parentibus. *g* nisi quando ex incogitantia, siue inaduertētia, absque contemptu & obstinatione omittit obedire; tunc enim venialiter tantum delinquit. Si vero in alijs, quæ non pertinent ad ipsorum parentum gubernationem & curam, obedire noluerit, non peccat mortaliter. *a*

Quarto, filius qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos mores, & ad salutem animę: vtpote fugere noxia sodalium cōtubernia, ludos prohibitos, meretrices, aliaque huiusmodi vitia, quibus tempus infeliciter absumitur. *b*

Quinto peccat, qui filius parentes, etiam leuiter percutit, *c* vel contumelioſis verbis ipsos cum animi deliberatione incessit, vt merito illos ad iracundiam notabilem prouocet. *d*

Sexto, filius qui ex animo ipsis maledicit, siue viuis, siue iam sæculo defunctis; si tamen ore tenus tantum maledixit, non amplius quam venialiter offendit. *e*

Septimo, filius qui alicuius criminis eos accusat, secūdum Richardū; *f* nisi esset proditionis crimen in Regē, vel in Rempublicā: nā in hoc casu quāuis nō obligetur, vt Decius *g* asseruit, nihilominus liceret, *h* imo sępissime obligatur, vt nos *i* diximus. *k*

Octauo, filius qui ita parētes cōtemnit, vt sibi dedecori & cōtumeliæ futurū esse existimaret, se pro filio illorū haberi. *k* Diximus, *Contēnit*, nam si absque contemptu id facit, ad vitandū aliquod incommodū siniſtrę opinionis, vel ob aliā huiusmodi causam, non peccaret mortaliter; maxime si parentes tacite vel expresse in eo consentirent, ad fugiendum suum incōmodum, quod ex incōmodo filij eis proueniret. Contra tamen hæc opponit quidam, quod licite quis potest se inhonoratū iudicare, eo quod patre ludęo, vel hæretico, vel perduellione sit natus. *l* Cui respōdetur, non dicere nos hic peccare illū, qui se abiectū, vel infamem putat, eo quod sit talibus parētibus natus; sed lōge aliud; scilicet peccare illum, qui adeo despicit parētes suos, vt se putet, &c. Ita quod ratio peccati non est sita in eo quod se vilem putet, sed in eo quod despicit indebite parentes inculpatos, quos, etiamsi sint pauperes & abiecti, & ipse diues & sublimis, tenetur honorare per hoc quartum præceptum.

Nono peccat mortaliter filius, qui parentibus mortem desiderat, quo citius ipsorum bona ad se perueniant; vel nō dat operam, quo ipsos à captiuitate liberet, vel ab insano furore, quo sunt mente capti & iudicij expertes; *m* hac enim de causa potest exhæredari; *n* vel si forsan prohibuit ne testarentur, vel à restituendis alienis bonis ipsorum animos auertit. *o*

13 *Decimo*

c Verb filius parag. 30.
d Verb. filius q. 22.
e Verb. filij parag. 1 *c*.
f Num. 4. supra eod.

g Angelus, Syluest. & Ioan. Tabien. vbi supra.

a Angelus, & Syluest. vbi supra.

b Secundum auctores supra allegatos.
c Secundum Richard. in 3. di. 37.
d Alex. in 3. art. de 4. præcepto, & Richard. vbi supra.
e Exod. 21. & Alexan. vbi supra.
f Vbi supra.
g In c. 1. n. 7. de off. deleg.
h Argu. l. minime ff. de reli. & sump. funer.
i In repet. c. inter verba, 11. quæst. 3. concl. 6.
k Alex. vbi supra.

l Argum. l. quisquis, C. ad leg. Iuliā maiest. & c. 2. & c. statutū & c. cum secundum, de hæret. lib. 6. m Arg. cap. 2. de cōc. præb. & l. fin. C. de pact.
n Authen. vt cum de appell. cog. parag. causas.
o Arg. l. 1. c. de iust. & l. 2. c. si quis aliq. test. prohibu.

13 *Decimo* peccat filius, qui parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maxime circa victū & vestitū, vel grauibus morbis detētis, cū id cōmode facere potest; *a* nisi sciat patrē ex proprijs bonis, vel officio quo fūgitur, sibi posse cōsulere: tūc enim nō tenetur ex bonis suis quidquā cōferre, nisi munus illud, aut ars, quā pater callebat, suo statui esset dedecori. *b*

a Arg. c. inter cætera 12 q. 4. c. non satis 86. dist. & Ang. verb. filius, parag. 30.

b Arg. l. si quis à liberis parag. idem rescrip. ff. de lib. agnos. adiuncta gl.

14 *Vndecimo*, qui filius parētibus in extrema necessitate cōstitutis, eiusq; auxilio & ope indigētibus, ingreditur religionē, vel ab ea non egreditur, etiamsi sit professus, quādo verisimile est egrediēdo ipsis posse subuenire, aliter vero minime; *c* vel quādo parentes ita grauis premit necessitas, quæ licet nō sit extrema, est tamen talis, quæ filium obligat ex præcepto ad eorum inopiam subleuandam, alias vero minime, & eo non obstante ingreditur religionem; *d* quamuis in hoc casu, si iam est professus, non teneatur exire, debet tamen pro viribus in statu suo perseuerando eis subuenire, secundum Caietanum. *e* Per quam resolutionem duæ opiniones contrariæ sentientes, videlicet S. Th. *f* Nicolai Lyrani, *g* & Io. Maioris, *h* possunt ad concordiam reduci. Illud autem addimus, quod ille non tetigit, nēpe, quod si parentes sunt in tali necessitate constituti, quando filius ingreditur religionē, tunc tenetur egredi, quando non egrediendo tali necessitati subuenire non posset, egrediendo vero posset; quoniam huiusmodi debitum præcessit ipsum religionis ingressum; id quod optime Ioan. Maior vbi supra videtur intellexisse, quæ quidem omnia post hæc scripsimus. *i*

c Arg. c. pasce 86. dist.

d S. Th. 2. 2. q. 101. art. 4.

e In di. ar. 4.

f In di. ar. 4.

g Matth. 15.

h In 4. li. sen. di. 38. qu. 16.

i In Comm. 5 de reg. super ca. nullum 18 qu. 2. nu. 48.

15 *Duodecimo* peccat filius, qui ducturus vxorem, non vult ducere in vxorem quam pater præcepit, vt illo matrimonio inimicitiæ periculosę sopiantur, vel contra præceptum paternum se minime dignam vxorem ducit, *k* secundum S. Bonauent. licet enim iuxta insignes glossas, *l* pater non possit filiam exhæredare, eo quod contra ipsius voluntatem maritum eligit non indignum se, imo neque etiamsi indignum, iuxta communem opinionem, quam sequūtur Felin. & Decius, *m* & Ioan. Lupus *n* & S. Tho. *o* nihilominus tamen filia male facit, & patri iniuriam irrogat, & ex consequenti, peccat mortaliter, quando saltem contrauenit voluntati patrię sine rationabili causa, vel tali, quæ coram Deo iusta ei videatur, & iuxta hunc modum limitandum est, quod in huius casus initio dicitur. Ex quo potest colligi nouus & singularis intellectus, cap. 1. *p* quatenus habet, filium teneri ducere vxorem illam, de qua assumenda paciscitur pater, videlicet quod non solum debet de honestate, sed etiam de necessitate quoad effectum non peccandi, licet non quoad effectum vt ad id cogi possit.

k Arg. c. aliter 30. q. 5. & c. honorantur 32. q. 1. & c. 1. de despons. impub.

l C. de raptoribus 36. q. 8. & Authen. sed si post C. de inoff. test.

m In cap. ecclesiast. de constit.

n In repet. c. per vestras, de donat. inter virum parag. 9.

o 2. 2. q. 104. ar. 5. & q. 189. art. 6.

p De despōs. impub.

16 *Decimotertio* peccat, qui filius, cui ex hæreditate paterna aliqua bona obueniunt, quæ scit iniuste, vt per vsuras, parta fuisse, & ea, vt par est, non restituit. *a*

a C. Michael. de vsuris cū glos. & notat. ibi per omnes.

Decimoquarto peccat, qui filius ex negligentia, vel auaritia,

diu differt debita patris defuncti persolu re, vel legata testamenti adimplere, maxime illa quę ad pia opera pertinent, iuxta beatum Antoninum. *b* Diximus, *diu differt*, quoniam exigui temporis procrastinatio circa hæc non videtur crimen lethale, imo nec veniale, si ea de causa potissimum rem produxit, vt bona defuncti melius venderentur, ad copiosiores eleemosynas erogandas; quamuis huiusmodi intentio non sufficeret ad rem diutius differendam. *d*

b 2 par. it 2. ca. 7. parag. 3. & cap. 8.
c Arg. l si debitori, ff. de indic.
d Secundum S. Th. quolib. 6. art. 14.

De peccatis parentum erga filios contra hoc præceptum.

17 *Pater & mater peccant non succurrendo filijs.*
17 *Mater, quæ filios non lactat proprijs vberibus, vt peccat.*
17 *Patres qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel Xenodochiorum.*
17 *Patres qui irritant vota filiorum, in quæ iam consenserant.*
17 *Patres, qui dolo aut timore filios inducunt, aut extrahunt à religione.*
17 *Patres qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.*
18 *Patres qui sinunt filias suas amare, vel amari ob malum finem, vel iam desponsatas habere tactus impudicos.*

17 *Decimoquinto* contra hoc præceptū peccant pater & mater, qui notabiliter negligunt exhibere illa, quę ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, si nulla est eis excusatio paupertatis, vel alterius rationabilis causę. *e*

Decimosexto peccat mater, quæ filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutricem bonam, vel gerere curam circa bonam pueri educationem, vel vsque ad triennium ei non ministrauit necessaria, per ea quæ diximus alibi; *f* quamuis nolle filium proprijs vberibus lactare sine causa iusta, non sit amplius quam veniale, & cum causa neque veniale.

Diximus, *vsque ad triennium*, quoniam deinceps pater ipse tenetur omnia necessaria filio exhibere, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars, aut officium decens, quo possit seipsum alere, neque sit alias adeo ingratus & criminosus, vt secundum iura exhæredari mereatur, *a* quod recte notauit Syluest. *b*

Decimoseptimo peccat mortaliter pater, qui ob auaritiam exponit filios ad hospitalia pauperum, vel ad ianuas ciuitatis, aut ad alia loca publica, vel priuata, *c* vel non vult filias, etiam spurias, dotare, cum possit. *d*

Decimooctauo peccant parentes, qui absque causa votum aliquod, siue peregrinationis, siue abstinentiæ, quod filij cum eorum bona venia fecerant, reuocant, iuxta prædicta. *e*

Decimonono parentes, qui filium ab aliqua religione, quā fuerat ingressus, cum iam esset in ętate ad ingrediendum sufficiē-

e Cap. duo ista, & cap. nō putes 23. q. 4. & 5. 1. ad Tim. 5. text. sing. in c. si quis reliquerit 30. dist. In cap. ad eius 5. dist. & argu. cap. fin. de conuers. in fid. & l nec filium C. de patr. potest.
a Arg. l necare, & l. si quis à liberis, ff. de lib. agnos.
b Verb. filij, parag. 21.
c l. necare, ff. de lib. agnos. & ca. 1. & 2. de infant. expos. cum glo. ibi adnot.
d Cap cum haberet, de eo, qui duxit in matrimo. secundū Panor. ibid. & V Valden. de succes. ab intesta. & Decius, in cap. clerici, de iud.
e In c. 12. nu. 61. & 63.

te, vi,

te,vi,vel dolo reuocant,*f* vel si filio,vel filię,qui vel quę votum continentię,aut religionis emiserat,postquam ad ætatem deliberandi peruenerat, consulunt, vel cogunt ad coniugium eligendum. *g*

f Cap. puella 20.qu.2.

g Arg.c.1.& ci adnotat.de offi.dele.

Vigesimo,qui parentes dolis,aut minis,alijsq; huiusmodi mediis filiam cogũt religionem intrare, *h* quod est quidã magnus ætatis nostrę abusus, & causa ruinę religionibus,& vt in illis maledicantur perpetuo qui eas in id compulerunt. Ob quod nuper sanctum Conc. Trid. *i* in hęc verba statuit: *Anathemati sancta Synodus subijcit omnes,& singulas personas cuiuscumque qualitatis,vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocũque coëgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque religionis, vel ad emittendam professionem; quique consilium, auxilium vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam,vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos,qui sanctam virginum,vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impedierint.*

h Arg.c.1.de his quæ vi.& c.requisiuit. de sponsi.

i Sess.25.c.de regu.

18 *Vigesimoprimo*, qui parentes patiuntur filias suas habere amatores ob malum finem,vel eas à suspectis sodalitijs non separant;qualia sunt aliquarum fœminarum consortia, quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras.

Vigesimosecundo peccant mortaliter parentes, qui noscunt filiam turpem vitam agere, vel vti fucis,& irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale,& ipsam neque reprehendunt,neque corrigunt. *k* Veruntamen illa eo solo quod se ornet cultius,quam statui suo conueniat absque fine malo,saltem mortali, non peccat amplius quam venialiter, nec consequenter parentes amplius quam venialiter peccarent, non reprehendendo eam. Siquidem qui consentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter quam auctor illius. *a*

k Arg.c.duo ista nomina 23.q.4.

a Cap.1.de offic.de leg.

Vigesimotertio peccant parentes,qui consentiunt,vt cum filia sua sponsa vtatur sponsus tactibus impudicis & enormibus,vt sentit S.Th. *b* id quod eiusdem Commentator amplificat ibidem. Quamuis oscula & amplexus videntur licita talibus spõsis,etiam ob solam delectationem inde percipiendam,tãquam principium nuptiarum promissarum,quę alijs essent illicita:& multo magis quando absque fine delectationis, sed honesti amoris & beneuolentiæ,& necessitudinis intuitu id faciunt:ita & parentes licite eis possunt ea permittere: sed quia communiter sponsi,cum soli absque arbitris conuersantur,huiusmodi tactibus impudicis vti solent, non deberet eis permitti, vt soli secreto conuersentur.

b 2.2.q.154. art.4.

De peccatis coniugum contra hoc præceptum.

19 *Coniux vt peccat vetando coniugi Missam & ieiunium.*
19 *Coniux percutiens, vel verbis infamans coniugem.*
20 *Vxor notabiliter tollens obedientiam marito, &c.*
20 *Vxor nolens migrare cum marito.*
20 *Coniux prouocans coniugem ad magnam iram, vel ad blasphemandum.*
20 *Coniux notabiliter contemnens coniugem.*

19 *Vigesimoquarto* peccat contra hoc quartum præceptum coniux, qui, vel quæ absque causa prohibet coniugi, ne diebus festis audiat Missam, aut cogit violare aliquod præceptū diuinū, aut Ecclesiasticū, obligans sub pœna peccati mortalis, puta ne ieiunet ieiunia præcepta, iuxta mētē B. Antonin.[a]

[a] 2. par. tit. 9 c. 10. parag. 2

Vigesimoquinto peccat, qui vel quæ coniux immoderate percutit, aut verberat coniugem; siquidem neque seruum ita cędere debet.[d]

[d] l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. parag. fin. Inst. eod. tit.

Vigesimosexto, qui causa conuitiandi, vel infamandi notabiliter, deliberate aliquod verbum, licet ex suapte natura minime iniurium, in coniugem profert, vel è contrario sine animo diffamandi, iniuriamue irrogandi, aliquid dicit, quod suapte natura est aptum ad infamandum, & inde infamia subsequitur, vel saltem adest periculum eius infamiæ probabile, iuxta sententiam S. Thom.[e] quod nos etiam[f] comprobauimus.

[e] 2. 2. qu. 73. art. 2.
[f] In c. inter verba 11. q. 3. concluſ. 3.

20 *Vigesimoseptimo* peccat mortaliter vxor, quæ marito est notabiliter inobediens in his quę ad regimen domus, & familię, bonosque mores pertinent.[a] Peccat etiam vxor, quæ non vult sequi maritum aliò migrantem; etenim sub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari;[b] nisi pactum prędesserit inter eos, ne maritus aliò migraret; tunc enim minime teneretur, nisi viro aliqua iusta necessitas illinc discedēdi superueniret, vt morbus, vel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur sequi maritum vagabundum, si eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non solebat vagari, vel vxor eiusmodi matrimoniū non intellexerat:[c] etenim si id prænouisset à principio, tenetur eum sequi, quamdiu ex honesta causa ille vagaretur: non tamen si ob turpem causam id faceret, vel circumduceret, exponendo peccati, vel mortis periculo, quia tunc nullatenus ipsum sequi teneretur: qui enim ita vagatur, absque dubio peccat, & proinde non est illi consentiendum.[d]

[a] Ca. est ordo & capit. hæc imago 33. q. 5 Richar. vbi supra di. 37.
[b] Ca. vnaquæque 15. qu. 2.
[c] Gloss. in d. c. vnaquæque & ca. si quis necessitate 34. qu. 1.
[d] Arg. c. non semper 11. q. 3. & Syluest. verb. vxor qu. 8.

Vigesimooctauo, qui, vel quæ coniux per iram, & rixam ad blasphemiam prouocat coniugem, & sciens, aut scire debens, illum, vel illam ad blasphemiam, vel ad aliam mortalem culpam prouocatum iri, non se reprimit.[e]

[e] Arg. ca. fin. de iniur.

Vigesimonono peccat mortaliter vxor, quæ contemnit marito debitam subiectionem præstare, vel illi aliquid notabile impe-

rat,

rat,aut eius iustum præceptum non implet;quale est præceptũ vt superflua & vana,moresque incompositos exuat.f

Dixi,*Contemnit*;quoniã cum præceptum mariti non sit maius,quam Ecclesię,g & illud non obliget semper sub mortali, si desit contemptus,iuxta S.Th.h non etiam eius præceptum semper obligat,si contemptus absit,licet aliquando sic.

f Arg.c.cum capu.33.q.7.
g Arg. eorum quæ supra eodem c.nu. 12. diximus. h 2.2.q.186. art.9.& late per nos in rubr. de pœ. & commu nem opinionem.

De peccatis dominorum, & superiorum erga seruos,famulos,& subditos,& è contrario.

21 *Dominus vt violat quartum præceptum erga subditos suos.*
22 *Subditus vt violat quartum præceptum erga superiorem.*

21 T*Rigesimo* peccat Dominus,vel herus,qui notabiliter negligit ea,quę pertinent ad seruorũ, famulorumve suorum conscientiam,non curando ne assuescant male iurare, vel præceptaDei,aut Ecclesię violare,aut nõ monet eos cõfiteri & communicare,& Missam audire diebus ad id statutis, vel negligit notabiliter procurare illis sacramenta Confirmationis, & Vnctionis extremæ suo tempore,& alias Christianè viuere.a

Trigesimoprimo Dominus,vel herus, qui habet seruum neophytum,seu noue ad fidem conuersum,& nõ curat per se, neque per alium Christianam doctrinam ipsum docere, & quid sit esse Christianum,& subinde qualem vitam agere teneatur.

Trigesimosecundo,herus vel Dominus, qui notabiliter negligit nosse peccata manifesta seruorũ,& famulorũ suorũ, vt possit eos corrigere,secundũ S.Antoninũ;b & eũ, qui ex familia sua neq; verbis,neque alia iusta pœna emendatur,debet ab ea eiicere,vel ei necessaria denegare, si verisimiliter credit hac ratione ad bonã mentẽ illum reuocatũ iri. c At si verisimile est, eum à domo expulsum deteriorem fore,melius erit eum domi retinere,adhibendo ei remedia quę commode poterit.d

Trigesimotertio peccat Dominus,vel herus,qui prohibuit seruis suis,maxime quos sciebat concubinis alligatos, ne vxores ducerent.e Dixi,*Prohibuit*; quoniam non tenetur præbere cõsensum, facultatemque illis facere ad contrahendum matrimoniũ,sed tantum ad non prohibendum, eo quod valde distant præbere consensum,& non impedire, vt inferius f dicemus;quamuis neutro casu libertatem assequantur.g

22 *Trigesimoquarto* peccat mortaliter subditus,qui notabiliter contemnit superiores,vel illis honorem notabilem, & debitũ denegat;etiamsi sint dyscoli,& mali.h

Trigesimoquinto peccat mortaliter subditus,qui leges,& præcepta iusta superiorum violat,eo quod putat in hac vita neminem in alium potestatem habere:& non solum peccat mortaliter,i sed etiam est hæreticus.k

a Arg.c.duo sunt 23.q.4. & 1.ad Tim. c.5.
b 2.par.tit.5. ca.9.parag.2.
c Arg.reg. S.Aug.ca.3.
d Arg.c.quãtumlibet.47. dist.
e Ca.1.per totũ titulum de cõiug.ser.
f Cap.22.de matrim.n.34.
g Iuxt. mentem gl.Pan. & communis in cap.1.de coniug.seru.
h 1.Petri c.2 & ad Ro.13. ca.solitæ,de maior. & obed.ca.omnis,de cõsib.
i Contra ca. adhuc 89 di.
k Extraug. vnam sanctã de maiorit. & obedien.& glo.singula recepta in c. generali de elect.lib.6. verb inhibemus.

Trigesimosexto peccat mortaliter subditus, qui iusta superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare, quod non vult se illis submittere, quãuis credat illos esse vere suos superiores, quod est proprie peccatum inobedientiæ, iuxta S. Thom. *l* Et enim si alijs de causis id omittat, aliquando peccat mortaliter, aliquando venialiter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatem, qua de re latius inferius *m* tractabimus.

l 2.2.q.105. art.1.

m In ca.23. num.36.

Qui peccant contra quartum præceptum, quatenus extenditur ad honorandum proximum.

23 *Proximum non honorans qui violat hoc quartum præceptum.*
23 *Proximus qui non diligit se, aut proximum charitate, cum tenetur.*
23 *Proximus qui alium excipit à suis orationibus generalibus.*
23 *Proximus, qui non diligit proximum, cum tenetur.*
23 *Amat qui plus se, aut corpus, quam animam suam.*
24 *Amat qui se ipsum, vel proximum cum offensa mortali Dei.*
24 *Proximus qui desiderat vt alius mortaliter peccet, vel condemnetur.*
24 *Excommunicationem qui procurat, in finem vt proximus condemnetur.*
25 *Accusare qui aut denuntiare recusat, quando debet, &c.*
25 *Odium, & rancor duplex.*
25 *Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.*
25 *Inimico an quis debeat amoris signa ostendere.*
25 *Iniuria non omnis affectus eam remittere potest.*
25 *Iniuriæ veniam vter offensorum petere debeat.*
26 *Periculo peccandi se exponens, vel agens contra conscientiam.*
27 *Peccatum mortale alterius qui non impedit, cum possit absque suo nocumento.*
28 *Peccati alterius qui est causa, nisi, &c.*
28 *Peccat qui mortaliter, vel speciem eius rei præstat, vt alius ita peccet.*
29 *Peccat qui venialiter, vt alium sic peccare faciat, solum venialiter peccat.*
30 *Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum.*
31 *Proximus, qui scandalum præbet edendo carnes, vel non ieiunans.*
32 *Occasio quæ necessario vitanda pœnitenti, vt absolui possit.*
33 *Finis principalis operis boni, licet non possit esse bonum minus illo, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpæ seu peccatum.*
34 *Occasionem dare veniale, veniale tantum est.*

35 *Occasio*

35 *Occasio peccandi per actus de se bonos, quæ vitanda.*
36 *Synagogas, Mezchitas, & Idola qui facit aut reficit.*
36 *Missæ præceptæ tempore canens, saltans, &c.*
36 *Membra pudenda nuda ostendens vel videns.*
37 *Ornans se ornatu ad peccandum prouocante.*
37 *Scurra, vel alius peccans causa nimis videndi, bibendi, &c.*
37 *Peccatum veniale peius omni malo pœnæ, & disponit ad mortale.*
38 *Peccati causam qui dat arma, vel alia commodando.*
38 *Peccat suadens alij peccatum, licet nolit vt faciat illud, & 42.*
39 *Peccat petens quod peccatum est, etiam ad id à parato, & alioquin bonum, nu. 40.*
39 *Iuret vt per falsum Deum ethnicus velle malum, sed non vt iuret, licet sciat iuraturum per falsum Deum.*
40 *Vsurario carenti pecunia commendans illam vt peccat.*
40 *Peccatum per minus arcere à maiori vt bonum.*
40 *Peccat quando petens bonum ab eo, qui dando peccabit.*
41 *Sacerdotis mali ad missandum inductio quæ peccatum.*
41 *Tyrannum rogare pro iustitia aut gratia, non est peccatum.*
42 *Peccata an sint vrbane dicta in peccata mouentia.*
42 *Tactus mammillarum, & quidam alij, qualis occasio peccandi.*
43 *Scholarum gradus, & prælia Minerualia cur licita.*
43 *Scientiæ licet ob eas dentur gradus, & cathedræ licitæ.*
43 *Ars mechanica licet sit occasio malorum, vt bona.*
43 *Scientiæ malus vsus non efficit eam malam.*
43 *Legem non arguit malam malus eius vsus.*
44 *Publici conuentus in bonum finem iusti & boni.*
44 *Proximus familiaris alicuius cum scandalo alterius.*
44 *Scandalum ob quod non omittenda præcepta, vel consilia.*
44 *Bona quæ non omittenda ob scandalum.*
44 *Bonum speciem mali habens omittendum, aut excusandum.*
44 *Proximus qui rancorem aut odium non deponit, ne sibi detrahatur.*

23 T*Rigesimoseptimo* peccat, qui, quando tenetur, non amat se, vel proximum charitate, siue amore charitatiuo, id est, propter Deum, & quia sunt capaces æternæ beatitudinis, exoptando eam sibi ipsis, vt alibi *a* latius diximus, & supra *b* breuiter repetiuimus, vel amore naturali, tempore quo id facere tenetur sub pœnà mortalis peccati, & quod tempus sit ad id aptum supra *c* insinuauimus.

a in Repet. ca. quando de consec. di. 1.
b Eodem ca. 7. & 9.
c Eodem ca. num. 8.

Trigesimooctauo, qui aliquos à participatione & communione generaliũ orationũ, in quibus pro alijs orare solet, excludit, quales sunt illę petitiones orationis Dominicæ: *Panẽ nostrũ da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, &c.* iuxta mentẽ S. Th. *d*

d 2.2.q.25. ar.4.5.8.& 9.

Trigesimonono, qui habuit animum non diligendi, vel non subueniendi cuipiam proximo, eo quod ille sit peccator, vel eum offen-

offenderit, vel ob aliam causam, casu quo illud esset ei ad salutem necessarium, secundum vtrumque Thomam.[a]

a Indis. art. 2 & 9.

Quadragesimo peccat, qui amat aliquam aliam creaturam firmius quam animam suam, vel corpus suum firmius quam animam proximi, vel honorē, aut fortunas suas quam corpus propriū, aut proximi, adeo quod omittit, vel statuit non opitulari extremę necessitati illius, cui tunc plus deberet, vt non desit ei cui minus deberet.[b] Etenim nō satis est diligere quod oportet, nisi etiam debitus diligendi ordo seruetur; puta *primo* firmius Deum, quā alia omnia. *Secūdo*, nosipsos quoad animas nostras. *Tertio*, animam proximi. *Quarto*, proprium corpus, iuxta Aug.[c] Dixi, *Firmius*, non autē intensius aut feruentius; quoniā non tenemur ad id, vt in dicta additione, & supra [d] declarauimus, vbi probauimus, satis esse quod firmius diligamus, hoc est vt pluris faciamus & æstimemus id quod magis amare debemus, & eius amorē, quam id quod minus debemus, & eius amorē.

b S. Bonauen. & Richar. in 3. dist. 29.
c Lib. 1. de doct. Christ. c. 23. & 26. & Thom. receptum. 2. 2. q. 26. per tota.
d Capit. 21. num 6.

Quadragesimoprimo, qui tantum amat seipsum vel filium, vel amicum, vel delicias, diuitias, honores, dominum suum tēporalem, vt sit paratus pro iis animo, vel opere Deum mortaliter offendere, secundum Scotum, & Francisc. Mayronem.[e]

e In ll. 1. sen. dist. 1.

24 *Quadragesimosecundo* peccat, qui desiderat, vt aliquis mortaliter delinquat, vel damnationem ęternam incurrat, vel (quod grauius est) Deum orauit, vt aliquid horum proximo eueniat, vel ex animo maledixit, vt ille, aut ille perpetuis infernis flāmis crucietur, vel sententiā excōmunicationis contra proximū facit pronunciari hoc animo, vt qui rem ipsi ablatā non restituat, animæ suę iacturam faciat, vel alia huiusmodi admittat.[f]

f Vt in dicta additione diximus.

25 *Quadragesimotertio*, qui non reprehendit proximum, aut non denunciat cum debet, vel reprehendit aut denunciat aliter quàm debet, &c. vt inferius dicetur.[g]

g Cap. 24. nu. 14. & seq. h C. si quis contristatus 90. dist. c. falsas, de pœnit. di. 5.
i Greg. 7. in syn Rom. & in dicto cap. falsas.

Quadragesimoquarto peccat, qui eo quod est iniuria affectus, vel alia de causa, aliquem odio & rancore prosequitur. [h] Etenim quilibet offensus tenetur remittere ex animo odiū & rancorē malum; imo & ad non concipiendum illum contra suū offensorem, quantalibet fuerit iniuria, iuxta sententiam D. Gregorij.[i]

Dixi, *Odium & rancorem malum*, qui est vna ex filiabus accidię: non enim obligatur ad eijciendū illū rancorem bonum, qui nascitur ex ira qua quis appetit, vt per iudicem castigetur delictū; imo aliquando tenetur illum concipere, cōseruare, & ostendere; [a] puta quādo ad salutem spiritualē offensoris, vel ad Dei obsequiū, aut ad Reipub. vtilitatem conducit, sicut [b] diximus. Nō tenetur etiam eum alloqui, neque ei signa amoris ostendere, nisi tempore necessitatis: satis est enim habere animū ad talia signa ostendenda in prædicto tēpore, iuxta S. Thomā receptum; [c] maxime quando offensor satisfacere renuit, aut nō vult sufficiēter id facere; imo nec tūc tenebitur sub reatu peccati illum in suam conuersationem & amicitiam peculiarē admittere,

a C. si is qui cap. est iniusta misericordia. c. displiceret, 23. q. 4. Syluest. verb. charitas, q. 4.
b In dict. additione.
c 2. 2. qu. 25. art. 3.

mittere, quãuis aliquod signũ speciale amicitię teneatur ostẽdere, vt tactum est supra.d Quocirca confessarij aduertere debent, quando, & quomodo ob hoc offensis absolutionem negent, vel concedant, vt docuit Caietanus.e Multo minus item tenetur condonare satisfactionem iniuriæ, quæ in iudicio peti potest; simo aliqui sunt, qui etiamsi velint, non possunt id facere; quales sunt vxor, filius familias nondum emancipatus, seruus, & religiosus;g quoniam actio contra iniuriantem ad superiores pertinet, scilicet ad maritum, patrem, dominum & prælatum.h Addimusque quod quando duo se mutuo offendunt, & amborum offensio est ęquè grauis, qui prius offendit, debet prius reconciliationem petere; at vero si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eam petere.i

d Eodem n. 5. e In dicta q. 25. art. 9. f Iuxta glos. sing. in dict. si quis contristatus. g Iuxta gl. receptam in ca. parochianos, de sent. excom. h Secundum gloss. præallegatam. i Sylvest. in rosa aurea, casu 56.

26 *Quadragesimoquinto*, qui periculo peccandi mortaliter se exponit, vt qui dubitans de aliquo an sit mortale nec ne, facit illud, aut omittit confiteri,k vt S. Bouauentura l & Caietanus m tenent; & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit contra conscientiam, dũ facit aliquid, aut omittit facere, quod illa in particulari & indiuiduo dictat esse peccatum mortale: tenetur enim eam deponere, aut quod illa dictat facere.n

k Arg. cap. si quis autem, de pœn. dist. 7. vt ibi, nu. 57. & 81. copiosius diximus. l In 4. di. 17. m In summa verbo periculo peccandi se exponere. n Capit. pertuas, 2. de simon. vt in di. cap. si quis autem, n. 120. copiosius diximus.

Dixi, *In particulari*; quoniam quando conscientia generaliter dubitat, aut dictat contrarium illius, quod in particulari & indiuiduo rectum iudicat, non est mortale, vt o diximus.

o In præallegato cap. si quis autem, nu. 61.

27 *Quadragesimosexto* peccat mortaliter, qui potens impedire ne alius mortale crimen admittat, non impedit.p Hanc cõclusionẽ, quam significant multi textus, nos in alia huius operis editione limitauimus, solùm procedere in eo, qui sine verecũdia, incõmodo, & dedecore id poterat impedire, q vt r latius diximus ſNeq; obstat id quod numero sequẽti dicitur, videlicet quod nõ peccat mortaliter is, qui ab vsurario mutuo pecunias exposcit, quẽ credit sine vsura & peccato nõ mutuo daturũ. Nec etiã qui petit à curato suo, vt baptizet sibi filiũ, credẽs eum esse in peccato mortali, & quod absque contritione illius peccati baptizabit; & videtur vtrũque horum posse ab huiusmodi petitione abstinere absque incõmodo, verecundia & dedecore, saltem in casu, quod qui petit ad vsurã, non graui premeretur necessitate, & inuenirentur sacerdotes, qui cũ licentia proprij curati, quæ facile solet concedi, id baptisma ministrare vellent; & certum est quod illa peccata mortalia, quę credũtur cõsequutura prędictas petitiones, illis omissis impedirẽtur. Accedit etiam quod non peccat mortaliter ob hoc solum mulier, quę glorię vanę, & venialis desiderio tacta, absq; alio fine mortali se fucat, & ornat, licet credat aliquos, qui ipsam sic fucatã, & ornatã videbunt, in eius concupiscentiam mortalẽ exarsuros; attamen certũ est, eã absque incommodo verecundiæ & dedecore suo posse ab huiusmodi ornatu tẽperare. Addo his fundamentis, quod etiam inferius b opponitur, eũ qui omittit

p Cap. qui alios, de hæret. c. error, 83. dist. cap. negligere, 2. q. 7. & alia in gloss. eorum citata. q Secundum Felin. in di. c. qui alios. r In repet. c. si peccauerit 2. q. 1. s Et in repet. cap. inter verba, & infra c. 24. q. 20.

a Vt in frag. 23. nu. 28. dicitur. b Cap. 27. num. 78.

clericum

clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum possit sine suo detrimento auxiliari, non incurrere excommunicationē, c saltem in foro conscientiæ, si absque dolo malo, & cōsensu omiserit defendere. Item, quod inferius *d* etiā definiuimus, neminem teneri alteri spiritualem eleemosynam elargiri sub reatu mortalis culpę, nisi ei qui eius extremam patitur indigentiā, & manifestum est, eū qui voluntarie crimen lethale committit, sciens & aduertens illud esse tale, potensq; per se illud excusare, nō esse in extrema necessitate spirituali, vt ei ab alio ad id auxilium pręstetur. Sed horū (quæ sunt egregia) dubiorum exactam solutionē ponemus infra, *e* quoniā id illi loco est aptius.

c De qua in ca. quantæ, de sent. excom.

d Cap. 24. n. 21. & seq.

e Cap. 21. n. 16. & in cap. 24. nu. 16.

28 *Quadragesimoseptimo* peccat, qui consilio suo, fauore, vel ope alij est causa peccandi mortaliter. *f* Nolumus autē dicere, quod quicunque ab alio aliquid petit, credens petitionē illam futuram esse alteri occasionem peccandi mortaliter, est causa illius peccati: nō enim est, quū iusta causa id pētit; est autem quum sine illa id facit: nam qui necessitate oppressus mutuum poscit ab vsurario, sciens illū sine vsura nullatenus mutuo daturū, non peccat, quamuis peccet qui dat. Peccaret autem qui absq; necessitate id peteret, *g* iuxta Ioannis Maioris definitionem, *h* qua definit, eū qui curatum scelere aliquo mortali inretitum obsecrat, vt filiū suum baptizet, nō propterea peccare, etiamsi sciat illū non præuia pœnitentia peccati baptismatis sacramentū puero administraturū, & per consequens ea de causa reatum mortalis culpæ incursurum; *a* quæ quidē doctrina tunc procedit, quando id quod petitur, ex se non est peccatum, vt in exemplo prædicto in administratione baptismatis, & in petitione mutui: nam si tale esset, nunquam liceret, vt si peteret dari sibi baptisma absque contritione, vel mutuo dari sibi sub vsura, vt optime tradit Caietanus. *b*

f Cap. noli de pœn. di. 1.

g Vt etiam in cap. 1. parag. sacerdos, nu. 6. de pœn. dist. 6. declaramus.

h In 4. l. sen. di. 15. q. 1.

a Ca. præter adiuncta gl. verb. agentib & verbo communio, 32. di.

b 2. 2. qu. 78. art. 4. & par. 3. q. 64. ar. 6.

Quadragesimooctauo peccat, qui facit aut dicit aliquid, quod de se non est mortale, cum intentione tamen alterum ad illud inducendi, vel absque tali intētione facit aliquid, quod præse fert speciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram talibus est sufficiens impulsus ad peccandum mortaliter, arbitrio boni viri, & prudentis, secundum S. Thom. *c* & S. Anton. *d* quod etiam post ipsum nos *e* tradidimus.

c 2. 2. q 43. art. 3 & 4.

d 2. par. tit. 7. cap. 4. ante parag. 1.

e In c. 6. sup. eod. & in ca. 1. parag. animaduertere, n. 8. de pœ. di. 5.

Dixi, *Quod de se non est mortale*, quoniā si esset tale de se, essent duo peccata effectu, vel vnū cū circūstātia scandali necessario confitenda, ob ea quę in duobus locis prædictis tradidimus.

29 Dixi etiam, *Et quia fit in tali loco, & coram talibus*; quoniam quod ex se non est peccatū mortale, licet habeat speciē *e* eius factū coram alio, sine intentione inducendi ad peccatū, nō est mortale; imo etiam quod de se est mortale, commissum corā alijs absque tali intētione, & absque periculo probabili impellendi alios in peccatum, non affert secum circumstantiā necessario confitendam; vt *f* noua quadā distinctione duas oppositas opi-

f In dicto parag. animad. uertere, nu. 8. & ca. considerandum, in prin. nu. 145.

tas opiniones ad concordiã redegimus. Itẽ neq; veniale peccatũ fit amplius quam veniale, eo quod fiat animo alliciendi alterum ad peccandum venialiter, secundum omnes.

30 *Quadragesimonono*, qui tam parui æstimat salutem spiritualem proximi, vt absque necessitate, vel vtilitate, sed ex mera libertate suæ voluntatis aliquid agat, quod credit proximum ad mortaliter peccandũ illecturum: est exemplũ in fœmina, quę sine causa exhibet se conspiciendam illi, quem credit simulatque perspexerit, peruersum aliquod desiderium peccãdi mortaliter concepturum, etiamsi illa non intendat huiusmodi desiderium allicere, vt *g* post Antoninum *h* defendimus. *i*

Dixi, *Absque necessitate, vel vtilitate, sed ex mera voluntate*; quoniam si alioquin non potest congruo quodam modo talia loca nõ adire, aut tunc temporis illis nõ adesse, vbi ab alio solet videri: quia verbi gratia, eundũ est illi ad Ecclesiã, vel aliò, vel sedere oportet ad ianuã cum vicinis & affinibus, ne inurbanitatis possit argui, nullatenus peccat, secũdũ eũdem. Hic occurrit scrupulus nõ cõtemnendus, qui ex aliò notabili postea dicendo nascitur, circa mulierem, quę propter appetitum inanis gloriæ (in quo solum venialiter delinquit) fuco faciem depingit, an peccet in hoc mortaliter? sed inferius *a* ad hoc dubium respondebimus; illi enim loco melius quadrabit.

31 *Quinquagesimo*, qui absque causa necessaria, vel vtili, alicuius mulieris suspectę cõsuetudine familiari vtitur, & aduertẽs se scandalũ prębere alijs, qui male de illa iudicant, tamẽ ab ea non discedit, eo quod nihil facit scãdalũ aliorũ. Eodem modo peccat, qui frequẽter moniales, debitã clausulã nõ obseruãtes, inuisit, & inde populus occasionẽ accipit detrahendi & murmurãdi, etiãsi alioquin caste viuat, & recta intentione loca illa frequenter. Ille itẽ, qui domi suę habet aliquã mulierẽ, de qua popul⁹ sinistri aliquid suspicatur, siue sit cognata, siue extranea, quãdiu eã à se 1 õ reijcit. *b* Idẽ dico de eo, qui habitat cũ fœmina, cũ qua eũ rẽ habere populus suspicatur: etiãsi alioquin neque cogitatione cũ ea peccet, vt in c. *inter verba. c* etiã diximus.

32 Altera duarum quæstionum supra *d* propositarum, quam remisimus huc terminandã, est, An qui occasionem peccandi alteri prębet, sine proposito numquam amplius eam præbẽdi, absolui possit? Ad quã respondi, quod occasio faciens alterum peccare, à qua pœnitẽs abstinere, & numquam amplius se eã daturũ statuere debet, quo absolui possit, definiri potest esse omnis, & sola illa, quæ est scandalum actiuum mortiferũ, hoc est, quod qui eam dat, mortaliter dando peccat. Et si roges, quę est illa, quam qui dat, mortaliter peccat? Respõdeo, quod omnis, & sola illa, *quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo salutem spiritualem proximi, aut in id, saltem interpretatiue consentiendo.*

g In dicto parag. animaduertere, nu 60 h 2. part. tit. 7. ca. 4.

i facit cap. nihil de præscrip. & ca. 2. de oper. non nunciat.

a In cap. 2. num. 20.

b Ioa. Maior. in 4. lib. sen. dist. 15. q. 30. c 11. quæ. 3. concl. 5.

d Cap. 3. n. 9. Occasio data peccati mortalis quæ.

Dixi,

Dixi, *Per peccatũ mortale*, vt omnis illa occasio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur in prædicta definitione. De qua occasione agit S Th. *e* quoniam licet omne peccatũ mortale, quo scandalizamus, non habeat circũstantiam necessario confitendam, *f* cum tamen numquã liceat peccare mortaliter, clarum est, quod non est absoluendus, qui non proponit se nũquam daturum occasionẽ peccandi per peccatũ mortale; quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad consequens necessarium. *a*

e 2.2.qu.43. art.4.
f Vt supra in ca.6.nu.19. dictum est.
a Arg.l. illud ff.de adquir. hæredit.&c. præterea de offi.deleg.

33 Dixi, *aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad peccatum mortale*, ad includendũ omnes occasiones, quæ cũ hac intentione dantur, siue opera ex se bona sint, siue mala, siue ad malum, siue ad bonum inuitent: quia simulac cum huiusmodi intentione dantur, tales sunt, iuxta S. Thom. *b* Nec huic obstat, quod in cap. *inter verba*, *c* & in cap. *quando*, *d* & latius nuper in commentario cap. *cum minister*, *e* dixi, scilicet, quod opus non desinit esse bonum, si principaliter propter Deum fiat, aut quia est bonum, quamuis minus principaliter ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod si principaliter fieret, malũ esset. Non, inquam, hoc obstat: quia intelligendum est, quãdo, quod minus principaliter intenditur, non est malum culpæ, seu peccatum, sed res bene appetibilis; quamuis non possit esse finis principalis virtutis, quæ præstantior ea est. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum est de eo, quod est malum culpę, seu peccatum, quod nullatenus desiderare, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalem proponere possumus. Cuius enim finis malus est, ipsum quoque malum est: *f* vbi etiam *g* diximus, hoc distare inter finem malum, quia est malum culpę, & inter finem malum, quia est ineptus, eo quod sit medio minus bonus, quod hic potest esse finis minus principalis boni operis, ille vero non.

b 2.2.qu.43. art.2.ad 4.
c De conse. dist.1 & in additione eius
e 23.quæst.5. num.39.
f Dicto c.cum minist.qu.5.
g Numer.56.

Dixi, *Aut adiuuãdo*, ad includendum eas, quibus quis dat opem ad peccandum; opem enim ferens peccat; *h* qualis est, quã prębet is, qui aliquam synagogam Iudęorum ædificat, aut reficit; quãuis sine aliqua intẽtione mouendi ad peccandum id faciat.

h Cap. sicut dignum, parag. illi autem, & parag. hi quoque, de homicid.

Dixi, *Aut contemnendo salutem spiritualem proximi*, ad includendum eas, quæ dantur ob proximi salutis contemptum; qualis est, quam dat is, qui ideo transit per ianuam domus alterius, quem ob illum transitum mortaliter ira, aut amore inordinato peccaturum credit, quod nihil pendat, aut parui faciat quod alter ad id moueatur: contemptus enim huiusmodi efficit, vt mortale sit, quod alias non esset, S. Thom. *i* & ante illum glossa *k* putata singularis à nostris.

i 2.2.qu.186. art.9.
k Cap. quis autem, 10.

Dixi, *Aut cõsentiẽdo*; quia cõsentiẽs peccat, sicut principalis. *l*

l Ad Rom.1. c.notum, 2. q. 1. cap. q. de offi. deleg.

Dixi, *Aut saltẽ interpretatiue*, ad includendum eas, quæ dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex sua natura & circumstãtijs, cum quibus facit, adeo ad peccatum mortale incitat, vt maiorem partem eorum, qui sunt eiusdem qualitatis, cuius sunt hi, quibus

quibus datur illa occasio, in peccatum mortale deijcere soleat: aut facit aliquid, quod quamuis ex sua natura, & circumstãtijs tale non sit, tamen credit & aduertit ob illud certam aliquam personam ex sua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam, & antequã huic rei prouideat, id facit: aut credit & aduertit ex malitia peccaturã, sine tamẽ vlla causa, & sine vtilitate sua, nec aliena illud facit, aut prętermittit aliquid facere cõtra legem iustitiæ, aut charitatis præceptũ, ob quod alius mortaliter peccat. Addidi tamen, *Certam aliquam personam*; quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam; vt qui ad animi recreationem aliquem ludum instituit, nõ peccat, eo quod aliquem in eo peccaturum credat: sicut nec ille, qui credit, aliquem malum esse in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, vt colligitur ex textu singulari, [a] quamuis ea de re nulla sit præsumptio particularis; licet peccaret, si crederet illum, aut illum illius oppidi, vel conuentus esse malum.

[a] Cap. Ofiur de elect.

34 Dixi, *faciendi mortaliter peccare*; quia non sufficit illa, quæ venialiter peccare facit, cum, vt absoluatur, non sit opus propositio numquam amplius ad veniale redeundi, quod cõfessus est, iuxta S. Tho. [b] & supra [c] dictum fuit: & occasionem venialiter peccandi per opus, quod nõ est mortale, dare, ad summum est peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem S. Thom. [d]

[b] 3. par q. 87. art. 1.
[c] Cap. 1.
[d] 2. 2. q. 43. a. 4.

Ex qua generali & resoluta definitione multorum dubiorũ, quæ à nobis, postquam ad sexagesimum annum peruenimus, quæsita sæpius fuerunt, peculiaris responsio colligitur. *Primo* quidem quod talem occasionem dat, quisquis corã alio mortaliter peccat, per primam partem dictæ definitionis; licet eam tali modo non dederit, vt circumstantiæ necessario confitendę causa esset, quod quando contingat, [e] dictum fuit.

[e] In c. 6. n. 9. & seq.

35 *Secundo*, quod talis est occasio, quam dat quælibet persona, quæcum intentione principali inducendi ad amorem inhonestum & mortiferum, aliquam eleemosynam præbet, aut alloquitur, inuitat, docet, consulit: & à fortiori erit talis ea, quæ datur visu, nutu, blanda & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, muneribus, aut obsequijs in hunc finem directis: quia harum cuilibet secunda pars dictæ definitionis conuenit. Nec obstat dicere quod fortassis ex ea finis mortifer, qui prætendebatur, non sequitur; cum omnis voluntas, vt alius mortaliter peccet, mortifera sit, vt supra, [a] post S. Tho. [b] & S. Antoninum, [c] & Magistrum, [d] dicitur: & sic qui aliquam harum occasionem dedit, nisi statuat nunquam amplius eam se taliter daturum, absolui non debet.

[a] Cap. 11. n. 12. & nu. 45. & 16.
[b] 1. 2. q. 74. a. 3. par. tit. 5. c. 1. par. 5. g. 5.
[c] In 2. di. 24. & Ioa. Maior in dicta di. 21. qu. 18.
[d] 2. 2. q. 169. ar. 2. ad 4.

36 *Tertio*, quod est talis, vt colligitur ex Caietano, [e] quam dat qui etiam sine alia praua intẽtione facit, aut reficit idola apud Indos; aut Synagogas apud Iudęos; aut Mezchitas apud Mahumetanos; aut Pagana templa apud Paganos; aut Hæretica apud Hęreticos; aut facit aliquid aliud, cui[9] principalis vsus est peccatum

tum mortale: quia occasionem ad illud dat cum auxilio, & sic in tertia parte dictæ definitionis comprehenditur.

Quarto, quod etiam talis est, quam aliqui diebus festis, Missa ab ipsis audita, alijs, qui eam non audierunt, præbent, canendo, pulsando, choreas ducendo, saltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus præsentes, tẽpore quo audire Missam ex præcepto tenentur, detinent, eo solo, quod eorum salutẽ spiritualẽ parui pendunt, respondentes dicentibus eos occasionem peccandi præbere, nihil sua referre, cum ipsi eam audierint: quia eis quarta particula dictæ definitionis conuenit. Quapropter gubernatores, qui hæc fieri publicè tempore diuinorum officiorum, saltem præceptorum, prohibent, laude digni sunt.

Quinto, quod est talis illa occasio lasciua & inciuilis, quã prębent, qui pudenda ostendũt, aut vident nuda, aut operta vestibus tenuissimis, sine circumstãtia iustificante, quamuis id sine intentione inducendi ad culpam mortiferã faciant, per primã definitionis partem: quia talis occasio est peccatum mortale, cum ex sua natura communiter ad culpam mortiferam, saltem voluntatis, aut delectationis mortiferæ morosæ inducat. Vnde legitur, Barnabam maledixisse nudis viris, & mulieribus nudis: & sine proposito nunquam amplius se eam daturos non sunt absoluendi. Dixi, *Sine circumstantia iustificante*, ad excludendum ex hoc numero aspectus, & tactus quos infirmi talium membrorum medicis, chirurgis, & clysteriferis permittunt.

Sexto, quod etiam est talis, quam dat, qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam, aut iram mortiferam, ex sua infirmitate, aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiam illi fit, non prouidendo eius infirmitati, aut ignorantiæ, quamuis sine intentione, vt illa peccet, id faciat: quia illi conuenit sexta prædictæ definitionis particula, videlicet, Consensus interpretatiui.

37 *Septimo*, quod talem occasiouem nõ dat, qui sine intentione & cõtemptu mortifero ita se ornat, vt credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut circi, vel Ecclesię odio, vel cõcupiscentia mortifera habendũ, si illò ierit; nescit tamẽ à quo, aut id non aduertit: nec etiamsi sciat quis, si intelligat quod ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solum tales occasiones non fugiũt, sed etiam aucupantur, imo se de eo iactant: quia eiusmodi occasioni nec dicta sexta particula, nec alia dictæ definitionis cõuenit, & per hanc & pręcedentem decisionem, id quod Caietan. dicit, *a* & id quod Syluester, *b* & alij affirmant, conciliari potest.

Octauo, quod nec etiam est talis occasio illa, quam dãt scurrę, & alij, qui prębent occasionem nimiã ridendi, comedendi, bibendi, vestiendi, aut loquendi, modo nimietas illa nõ perueniat ad culpæ mortalis excessum. Per septimã enim dictæ definitionis partem ex numero dictarũ occasionũ excluditur; quia solũ

venialiter

a 2.2.q.386. art.9.versi.ad 4.
b Verb.ornatus q.4.

venialiter peccare facit; quāquam magnopere illis est consulēdum, vt ab eo abstineāt. Tum quia ob nullā omnino rem peccatum veniale cōmittendū est; c quanto minus tot sunt cōmittenda? Tum quia etiam vnum tātum peccatū veniale disponit ad mortale, iuxta S. Tho. d Idem dicendum est de eo qui dicit aliquid, aut facit, vt ad amorem vanum, aut veniale tantū malū alliciat; qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel obsequio aliquam fœminā prosequitur, non quidem quo moueat eā in copulā carnalem, neque in tactus inhonestos, neq; delectationem morosam; sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquio, pulchritudine, ac ornatu, & eū beneuole intueatur, complacētiam de bene constituta & culta persona significando, sine alia delectatione, aut fine mortifere malis, quamquam magna circumspectione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

c Vt sentit glo. in cap. si aliquid 22. q. 4. & probat. cap. 1. cum seq. 22. qu. 2.

d 1. 2. q. 88. art. 3.

38 *Nono*, quod interdū absolui potest, qui occasionem interficiendi dedit ob commodatam ballistam absque malo fine, licet nunquam se amplius sic commodaturum non statuat, & interdum non; quia commodare ex sua natura talem occasionem non efficit; circūstantię tamē eam efficere possent. Proinde, siquis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo ballistam petenti commodauerit eam, talem præbet occasionem, quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut consensus saltem interpretatiuus; quod per quintam & sextam dictæ definitionis partem sufficit ad efficiendum, vt aliquid sit eiusmodi occasio. Idem dicendum de eo, qui commodat aut vendit lanceam, sclopetum, ensem, aut alia arma, aut pigmenta, aut chartas lusorias, talos, orbiculos, aut aliquid aliud, quod bene vel male alteri tradi potest.

Decimo, quod talis est illa occasio quotidiana, quam dat, qui imperat, consulit, aut rogat alium, vt falso iuret, iniuriam inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifeste malum faciat, ad tentandam virtutem eius tantum, licet non intendat eum ad id inducere; imo introrsum desideret, ne illud faciat; quia est peccatum mortale: nam est actus suapte natura ad culpam mortiferam inducens, sine circumstantia iustificante, & sic illi prima dictæ definitionis pars conuenit.

39 *Vndecimo*, quod talem occasionē non prębet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandū paratus, petit aliquā rem ex se bonā, quæ tamen est materia exercendi peccatū ab ipso cōceptum, quāuis talis sit ea, quā dat ille qui petit aliquid, quod est peccatū ab eo qui ad id accinctus siue paratus est. Ex quo colligitur ratio, quam quidā perdoctus quęrebat; cur qui mutuū ab vsurario, ad dandū sub vsuris parato, ob necessitatem petit, non peccat, qui vero petit ab eodē ad vsurā peccat? Est enim ratio, quod qui primū petit, non petit ab eo rem malam, quāuis materiā peccādi afferat; qui autē petit posterius, sic, vt recte declarauit & probauit Caietanus, a cui cōcordat Dominicus Sotus, tacito

a Vbi supra.

b De iusti. & iure lib. 6. q. 1. ar. 5.
c Ca. mouet 22. q. 1. & habetur epi. 154. ad Publ.
d Ca. mouet 22 qu. 1.
e 2. 2. q. 78. ar. 1. 4.
f In dict. ar. 4
g In dicta q. 78. art. 4.
h Lib. 6. q. 1. sub finem de iust. & iur.

tacito eo. *b* Pro quo facit decretū S. Augustini, *c* quo probatur nō esse peccatum, petere ab infideli, vt se promissis statutū iuret; licet illum per suum falsum Deū iuraturū sciat; quāquam petere, vt per illū falsum suum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet non esse peccatū, occasionē peccandi sine mala intentione, cum necessitate aut vtilitate præbere ei, qui ex sua malitia peccat; quanquam petere, vt peccet, aut vt rem, quę peccatum est, faciat, sit. Facit etiā, quod sicut illud decretum *d* probat, & S. Tho. dixit, *e* alieno peccato sine consensu in illud vti licitum est; quemadmodum ipsemet Deus, pro sua bonitate, nostris peccatis in bonos fines vtitur.

40 *Duodecimo*, quod non est talis occasio illa vsu frequētissima, quam aliquis dat deponendo suos nūmos apud numularios vsurarios, aut cōtractus vsurarios exercētes, qui proprios habēt ad illas exercēdas, vt dixit S. Th. *f* quia nulla particula dictę definitionis illi cōuenit. Est autē talis illa quā dat, qui deponit apud talem numulariū, qui proprios nummos nō habet, quibus suas vsuras exerceat, sicut idem S. Th. sentire videtur, quod verius videtur, quā quod Caietanus super ipsū *g* insinuauit. Idēq; quod nobis, visum fuit Soto, *h* quia differentia, quam S. Tho. inter illos duos ponit, non satis bene verificatur, intelligendo eam vt Caietanus, quoad peccatū veniale, quod vnus incurrit, qui suam pecuniā non deposuit prudenter, eam committendo ei quem credebat eam impensurum, cum propriam non haberet; & alius non, quia prudenter deposuit apud eum quem credit eam non impēsurum, cū propriā habeat: nam is intellectus à mente S. Th. est maxime alienus; quæ est conclusio notabilis pro mille apud cābia vsuraria exercētes pecunias deponētibus.

Decimotertio, quod talem occasionem non præbet, qui aliū ad committendum aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum deliberatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, vt etiam infra *a* dicemus; quāuis Caietanus *b* oppositum tenuerit, quia licitum & etiam sanctum est precari & persuadere ei, qui proponit interficere aut adulterari, vt satis esse ducat percutere aut fornicari, vt clare S. Augustin. *c* dixit, & Adrianus, *d* & etiam Sotus, *e* & Caietanus. *f*

a Cap. 17. nu. 263.
b Vbi sup. a.
c Lib. 2. de adulter. con. c. 15 & in c. si quod verius 33. q. 2.
d Quodlib. 1. qu 2.
e Super c. 3. ad Rom.
f In summa verb. tyrānis.

Decimoquarto, quod per prædicta declarari potest illa conclusio Soti, *g* scilicet, quod non peccat, qui aliquid quod in se bonum est, petit ab eo qui dare aut facere bene potest, eo quod scit, alium dando aut faciendo petitum peccaturum; quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non præbito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatiuo petitur, & alius per malitiam, & non per solam ignorantiam, aut infirmitatem peccat; at quando aliquid horum concurrit, non videtur vera.

g Lib. 6. q. 1. ar. 5. de iust. & iur.
h In 4. l. sen. di. 24. q. 1. a. 5 ad 3.
i Verb. clerius parag 8. qu 1.
k Ca. 25. n. 78

41 *Decimoquinto*, quod illa conclusio, quā post S. Tho. *h* & Syluestrū *i* asserimus infra, *k* scilicet mortaliter peccare, qui credens,

dens sacerdotē esse in peccato mortali, & quod eius nō pœnitebit ante missam quā facit, inducit ipsum ad eā celebrādā; est intelligenda de sacerdote ab Ecclesia per excōmunicationem, aut suspensionē notoriā pulso, aut nō præparato, nec ad missā obligato, aut per ignorantiā aut infirmitatem, & non per malitiam peccante; aut eum cum mala intentione, aut consensu, aut conceptu salutis spiritualis eius inducit, & non alias, vt colligitur ex prędictis, & his quę *l* copiosius diximus. Propter quę omnia credo homines rogātes sacerdotes, vt pro illis missas faciant, aut vt illis sacramenta administrent, raro ob id peccare.

l In ca. 1. parag. sacerdos n. 3. & seq. de pœn. dist. 6. post virumque Thom. in 3. part. q. 64. ar. 6.

Decimosexto, quod nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni, qui dominiū & iurisdictionem alicuius status vsurpauit, eidem dat, petens iustitiæ administrationem, aut beneficium seu gratiam aliquam honestam; quia dicta definitio illi non conuenit, cum ipse per malitiam peccet, & subditus non petat opus ex se malum, quamuis materiam peccandi offerat, imo ad minus peccandum inducat: siquidem dat operam, vt qui peccat alienā potestatem vsurpando, non peccet etiam iustitiæ administrationem, & beneficiorum, seu gratiarum distributionem prætermittendo, vt recte Caietanus *a* declarauit.

a In summa verb. Tyrannus.

42 *Decimoseptimo*, quod talis fuit illa, quam quidā nobilis religioso cuidā iuueni ab eodem hospitio excepto dedit, introducens ei in cubiculū noctu puellam, sine intentione inducendi illū, aut illam ad peccandū, sed tantum tentandi eius castitatis virtutē; quia prima dictæ definitionis pars ei cōuenire videtur, cū illud opus peccatū sit mortale: quippe quod sua natura est inductiuū ad culpam mortiferam, nisi illius magna religio, & puellæ magna honestas circūstantiam iustificantē produceret. Idem item dicendū de ea, quam dedit is, qui amatorie quādā mulierem solicitauit, nolens, vt illa in id consentiret, sed vt intelligeret quid respōderet. Idem item dicendū de ea, quā alius dedit alteri, cum soli essent studiose dicens sine mala intentione, vt eam experiretur. *Si te multum deprecarer, dormiresne mecum?*

Decimooctauo, quod nō erant tales, quas sibi mutuo dederunt duo Hispaniæ magnates, cū alter alterā super mulam suā retro se ferret; qui cū transirēt cū suo comitatu per locū quēdam secretum, absque fine mortali, aulicè dixit illi: *Qualis locus erat hic, domina, ad voluptati indulgendum, si tu alia fuisses?* & illa respondit. *Erat quidem valde aptus, si tu alius fuisses*; eum impotentiæ insimulans. Nec etiā illa, quam grauis quidam vir dedit, dicens sine alio malo fine, vrbano sermone, honoratæ cuidā fœminę. *Vn vt in eodē lecto nos metiamur?* quia quāuis hæc verba per se ad peccatum mortale dirigantur, ex qualitate tamē personarum, fine, & modo dicendi colligebatur circūstantia quædam moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent. De quo casu, & alijs similibus, qui occurrunt inter aulicos vrbane iocantes, ego satis hucusque dubitaui.

Decimonono, quod diu multumque dubitaui, an esset talis illa, quam quidã sacerdos ante triginta annos mihi confessus fuit, se didisse, admouendo, iocoso honestoque amore, absque mala intentione, manus honestę cuiusdã mulieris pectori, & eiusdẽ mãmillas tangendo; cuius decisionem nunquã hactenus affirmare sum ausus: nunc autem dico mihi videri eã non esse talẽ; quia nulla pars prędictę definitionis eam comprehẽdit, quãdo tactus ille ex sua natura non tantũ incitat ad peccatum mortale, vt quasi semper mortaliter peccare faciat personas quę sunt eiusmodi qualitatis, quando vt dixi, iocose fit; quamuis si serio fieret, aliud dici deberet. Idẽ dicendũ est de eo, qui absq; mortali fine & intentione aliquam fœminã per manũ aut brachiũ ducit, quãuis vterque sit iuuenis: & etiã de eo qui manum premit, *a* aut vellicat, aut brachiũ torquet, aut eius pedem suo cõtingit. Et etiã de eo qui amplectitur & osculatur, vbi talis est cõsuetudo, modò partiũ obscœnarum aspectus & tactus absit, de quibus iam dictum est; & modo non sit alius finis & intentio mortalis, vt solet fieri in choreis, iocis, saltationibus, & aliquibus ludis ad recreationem adhibitis, maxime inter cognatos & familiares, in quibusdam regionibus plusquam in alijs.

a Caiet. 2.2. q. 154. ar. 4.

43 *Vigesimo*, quod nec etiã est talis occasio illa peccandi, quam dãt Vniuersitates, studia, Collegia, gradus, magisteria, doctoratus ad docendũ scięntias licitas instituta, licet multi propter illa peccent, docendo, discendo, gradus cõferendo, suffragia ferendo, & male rem gerendo, per superbiã, ambitionem, vanã gloriam, inuidiam, auaritiam, technas, mendacia, subornationes, & etiam periuria. Ob quę huius contrarium dixit ille Hęresiarcha VVicleffus, damnatus per Concil. Constantien. *b* cuius articulus damnatus ibidem est, *Vniuersitates, Studia, Collegia, graduationes, & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt Ecclesiæ, sicut diabolus.* Sed longe verior est nostra hęc responsio, quæ præfatam occasionem non comprehendit prędicta resolutio. Optimum tamen esset, vt considerarent Rectores, & Gubernatores scholarum & collegiorum, tanta esse peccata quæ in illis committuntur, vt occasionem dederint illi hęretico, & suis sequacibus ad illud de ipsis affirmandum. Ideoque omnibus artibus & viribus nauarent operam diminuendis illis, etiamsi omnino exinanire non possent.

b Cõst. 8.

Vigesimoprimo, quod nec etiã est talis occasio, quã dant peccãdi scientię licitę Theologię, Legũ, & Medicinę; quãuis quidam scripsit, quod animæ peribãt ob sacrã Theologiã ad earũ salutem inuentã, & corpora ob Medicinã ad eorũ valetudinem inuentã, & bona per leges ad eorũ conseruationẽ latas: quia culpa non est earũ, nec suorũ auctorũ, sed eorũ qui eis abutũtur. Idem item dicendũ de alijs scientijs & artibus, quas infamiã notare infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus voluerunt, quos eorum debellator Castrensis refert. *c*

c In li. 6. aduersus omnes hæreses verb. Scientia.

Vigesimo-

Vigesimosecundo, quod nec etiam talem occasionē dant, qui illas artes mechanicas exercent, quarum operum vsus bonus & malus esse potest, quamquam plures illis male venialiter vtātur, vt in cap. *negotium a* probauimus; quia per septimam particulam dictæ resolutionis excipiūtur; quandoquidem peccatū veniale non adimit gratiam diuinam, nec illius dimissio ad illā consequendam est necessaria, secundum S. Thom. *b* & dictum fuit supra. *c* Ob quod mihi videtur absolutionem non esse denegandam personis, quę componunt pigmenta, indusia, collaria, sudaria, mammillaria, & alia valde operosa, quibus cōmumuniter homines male venialiter vtuntur, licet confessarij ab hoc eas abducere deberent, pręsertim moniales, quæ cum sint professæ statum perfectionis illustrem, à dandis & accipiendis vanitatum occasionibus multum cauere debent, licet non sint nisi veniales; quia quāuis maculam non inspergant, tollunt tamen decôris lucem, & obscurant, vt declarauit S. Thom. *d* post S. Augustinū, qui *e* dixit: *Peccata venialia si multiplicentur, decôrem nostrum ita exterminant, vt à cœlestis sponsi amplexibus nos separent.*

a De pœn. di. 5. nu. 5. & 19. & 27.

b 3. par. q. 87. art. 1.

c Ca. 1. n. 26.

d 1. 2. qu. 69. art. 1.

e In lib. de pœn. medit. ca. 2.

Vigesimotertio, quod nec etiam dat talem occasionē, qui habet artē faciēdi opera, quæ ex se sunt talia, vt illis homines bene & male vti possint, quamuis maior pars male etiā mortaliter vtatur, vt efficaciter *f* probauimus, sequuti mētem diui Thomę, & Caietani, *g* & præcipue per istā rationem, quod aliqua ars, aut alia res, non est mala, eo quod plures male etiā mortaliter ea vtantur. Bona enim est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo recte colendo, quāuis maior hominū pars, imo & nouē ex decē, qui sunt Pagani, Iudęi, Mauri, Hęretici, & multi Catholici male etiā mortaliter ea vtūtur. Bona etiā est lex de nō iurādo irreligiose; sed maxima hominū pars, recensendo in ea Gētiles, Iudęos, Mauros, & Hęreticos, & Catholicos, quos omnes illæ obligāt, iurant, aut habent voluptatē iurādi per falsos Deos, aut irreligiose per verū. Sācta est itē lex sexti & noni præcepti Decalogi, de nō fornicādo, nec concupiscendo; maior tamen pars in illā mortaliter peccat, opere, ore, voluntate deliberata, aut morosa delectatione carnali, contra naturam, aut præter illam.

f In præcita. ca. negotium n. 8. de pœn. di. 5.

g 2. 2 qu 69. art 8.

44 *Vigesimoquarto*, quod nec talē etiam occasionē peccādi dat, qui ad bonum finem permittit, aut instituit cum moderatione debita supplicationes, congregationes publicas, & solēnes orationes, mercatus, nuptias, primas Missas, belli simulacra, publica conuiuia, & exercitationes currendi, aut choreas, & tripudia faciendi; quia prædicta resolutio eam nō comprehēdit, & quia sunt opera suapte natura talia, quibus homines & bene & male vti possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccādi capiant, multi tamen illis bene vtuntur; & ex his, qui male vtuntur, quamuis aliqui mortaliter peccent, maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius quam venialiter.

Vigesimoquinto, an occasio peccandi, quæ ex agitatione tan-

taurorum datur, sit talis, vel non, infra *a* dicetur.

Vigesimosexto, an sit talis occasio, quæ ex permissione lupanarium publicorum datur, infra *b* dicetur.

Vigesimoseptimo, quod talis est occasio, quam dat ille, qui ne scandalizet alium, qui iniuste offenditur, omisit aliquid facere, quod sub reatu mortalis culpę efficere tenebatur, puta rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laboranti, secundum S. Tho. *c* Neque etiã opera, quę non sunt præcepti, sed consilij; puta dare eleemosynam, ieiunare, & id genus alia, omittenda sunt ob malitiam, inuidiam, vel male dispositam volũtatem illorum, qui propterea scandalizantur: est enim scandalum Pharisęorum. *d* Imo nec quando scandalum ex ignorantia, vel infirmitate animi oritur, quod pusillorum, aut ignorantium, seu imbecillium nuncupatur, debẽt bona opera in totum relinqui, sed occultari, aut differri, quousq; moneatur proximus bonitatẽ eius, quod facit. Quod si post huiusmodi admonitionem adhuc scandalizatur, nihili est habendum tale scandalum: tunc enim iam fit Pharisaicum, iuxta pręallegatos doctores, & B. Greg. *e* nisi quãdo illi admoniti non intelligunt rationem quæ illis redditur; aut antiqua consuetudo, vel alia ratio, qua ipsi nituntur, persuadet eis non esse iustam illam rationem, quæ ipsis redditur: tunc enim, quia scandalum non ex malitia, sed ex ignorantia oritur, talia opera, etiam secundum se bona, cum non sint de necessitate salutis spiritualis, dimittenda sunt, vt Card. Caiet. *f* docuit. Nemo tamen subinde cogitet, in gratiam proximi, aut propter euitãdum scandalum, licere alicui nec vnicum peccatum veniale cõmittere, secundum S. Tho. *g* imo neque propter impediẽdam mortem alterius mentiri vllo modo licet. *h*

Vigesimooctauo, quod talis est occasio, quam dat is, qui ex aliqua causa occulta vescitur carnibus in diebus ab Ecclesia prohibitis, vel qui ieiunijs præceptis non ieiunat, & eos qui propter ignorantiam scandalizari videntur, certiores non facit, vt patet ex prædictis.

a In ca. seq. nu. 9.
b In cap. 27. n. 195.
c 2. 2. q. 43. a. 7. Richar. in 4 li. sent. di. 38 & tex. in ca. vtilius de regul. iur. S. Anton. 3. par. tit. 7. c. 4. parag. 5.
d Matt. 15. & c. inter verb. 21. qu. 3.
e In dicto c. inter verba.
f 2. 2. q. 54. art. 7.
g In 3. di. 53. ar. 7. ad 5.
h Cap. super eod. de vsur. & ca primis 22. q. 2. facit glos. sing. ca. si aliquid 22. q. 4.

Quid restituet animæ proximi bona lædens.

45 *Restituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis animæ.*

45 CIrca hoc dicimus, quod qui proximo nocuit in bonis animę, eo quod ad peccãdum mortaliter ipsum induxit, tenetur iuxta vires eniti, vt bonum, quod sua opera amisit, ipsi restituatur: nam si rerum corporalium restitutio est necessaria, multo certe amplius spiritualium, quæ ad animum pertinent. *a* Siquidem hæc nobiliora bona sũt illis. *b* Proinde modo quo nocuit restituere debet, inducendo eum, quem decepit ad peccandum, ad pœnitentiam, & opera meritoria consulendo, exhortando; & pro eo Deum precibus, tum proprijs, tum alienis

a Arg. c. cum in cunctis de electio. & authen. multo magis, C. de sacrosanc. Eccles.
b Cap. de tertiores 6. q. 1.

nis, si opus est, interpellando, eiusque conuersionem impetrando, reuocare contendat, absq; tamen peccati occulti manifestatione. Vnde constat, quantum oneris contrahat, qui aliū ad peccandum inducit; quoniam vix dignam restitutionem facere potest: siquidem voluntas quæ semel corruit in peccatum, vix multis etiam admonitionibus, consiliisque ad virtutem resurgit, secundum Scotum c in hoc communiter ibi receptum, & Adrianum, d & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intelligenda de illo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccandum induxit: vt si pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate sua induceret filium suum, aut clientem vt cum alio inimicitias exerceret: aut literis prēditus, aut hæreticus quispiam alteri persuaderet, illum, aut illum contractum non esse vsurarium; vel illam, aut illam doctrinam esse veram, cum contrarium esset verum: vel qui susurrando, & falsa renuntiando inter duos inimicitias disseminat. Non est autem intelligendum hoc de illo, qui ad peccandum impulit alium qui scit illud esse peccatum, & potest libere, & absque vllo timore, aut erubescentia illius, qui induxit illum ad peccandum, abstinere ab illo peccato, & ab illo resilire; nam hic ad nullam tenetur restitutionem à iustitia prēceptam, de qua hic loquimur; siquidem nihil commisit contra iustitiam: quamquam debet illum ex charitate, sicut alios peccatores, & aliquanto plus corrigere; id quod erudite insinuauit, & meo iudicio, efficaciter probauit Sotus, e & latius nos nuper tradidimus. f

c In 4. l. sen. dist. 16. q 3.
d In 4. de restit. q. 3 i.
e Lib. 4. q. 4. art. 3. de iust. & iur.
f In cap. nolī pœn. dist. 1.

De quinto præcepto Decalogi, Non occides.

CAPVT XV.

1 *Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ.*
2 *Occidens iuste, bellans iuste, & se vel alium defendens.*
3 *Mors aliena pro medio defensionis propriæ an sit licita.*
3 *Vita proximi quando plus æstimanda, quam res propria.*
3 *Defensio iusta inculpatæ tutelæ.*
4 *Fugere quis an teneatur.*
4 *Honorem ob tuendum vt licet alium percutere.*

1 PRo fundamento dicendorum *dicimus primo*, sequentes Concilium Colonien. a hoc præceptū fuisse interpretatū ab eodem, qui illud tradidit, vt patet, b scilicet, quod per illud non solum prohibetur homicidium, aut quæuis percussio; verum etiam voluntas id faciendi. Etenim vt docuit S. Tho. receptus, c quem nos sequimur in additio. d & supra e peccata cordis, oris & operis eiusdem sunt speciei.

a In declarat. huius præcepti.
b Matth. 5.
c 1. 2. qu. 72. art. 7.
d Ca. quando de eō sec. d. 1.
e In prælud. 9. num. 8.

Secundo dicimus, hoc prēceptū tanto melius custodiri debere,

quanto potiores ob fines latũ fuit, quos in dicta additione cõgessimus; & quod ille infringit illud, qui ob vindictã, vel aliquẽ alium respectũ publicum, vel priuatum iniustum vult, procurat, aut operatur aliquod detrimentum personale, aut corporale notabile proximi; non autem qui vult, procurat, aut operatur detrimentum animę, vt ipsummet Concilium sensit.

2 *Tertio*, quod sæpe quis licite alterũ occidit. *Primo*, vt iudex, publica auctoritate, *f* iuxta illud: *Maleficos non patieris viuere super terrã*, secundũ S. Th. *g* etiam ob furtũ, iuxta alterum Thomam, *h* quæ est communis opinio *i* contra Scotum. *Secundo* in bello iusto, quod etiam auctoritate publica geritur. *k* *Tertio* ob vitæ propriæ defensionem. *l* *Quarto*, quando aliter rem suam tueri non potest, quod post Caietanũ, *m* & Antoninum, *n* & Syluestrum *o* probauimus in cap. *olim*, *p* quod opportune pro hoc facit, vbi respondimus ad cap. 2. *q* quod secundũ Panorm. ibid. contrariũ probat, in illis verbis: *Te tuaque liberando*. Respõdimus etiam ad rationem quæ pro illo facit, videlicet, quod *r* tenemur ad magis diligẽdum vitam proximi, quam nostras fortunas. Respondimus, inquam, quod illud est verum in casu necessitatis, extra tamen illum maiorem curã habere quis debet rerũ suarum ad suam suorumque vitam tuendã, & ad virtutem exercendã, quam vitæ alienę, iuxta Sanctum Thomam receptum, *a* pro quo facit, l. *vt vim*. *b* At qui capit aliena titulo alio quã necessitatis, nõ est positus in illa. *Quinto* propter defensionẽ proximi, *c* Innoc. Panor. & cõmun. *d* quidquid dicat Fortun. *e* Omnes autem hi casus vna in re conueniũt, scilicet, quod in omnibus eis peccat occisor, qui ob odiũ aut vindictã priuatam occidit; *f* differunt autẽ in alijs; etenim in tertio casu qui hominẽ necat, neq; peccat, neq; est irregularis; in cęteris autem licet non peccet, fit irregularis, iuxta gloss. *singul.* ab omnibus fere receptam. *g* Item, qui in duobus primis casibus, scilicet, iudicis auctoritate aut in bello iusto occidit, aut iubet occidere, potest quidẽ habere propositũ, & animũ occidendi, propter bonũ pacis, & tranquillitatẽ reipublicæ; at qui in alijs casibus occidit, non potest iuste habere animum occidẽdi, nec apprehendere mortem alterius tanquam mediũ ad se defendendum; solum enim debet intendere in defensionẽ sui, rerũ suarũ, aut proximi, licet exinde mors aggressoris fuerit subsecuta, vt videtur sentire S. Thom. *h* & expressit late ibi Caietan. & Cardinal. S. Sixti, *i* & Abulensis. *k* Pro quibus faciunt aliqua dicta S. *l* Augustin. quorũ præcipuum est in dicto cap. *de occidendis hominibus*: *Ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione fungatur.* *m*

Contrariũ tamen tenuimus nos, *m* quod etiã postea late asseruit Sotus. *n* Primũ quod hęc subtilis limitatio videtur noua, & nouitates, qua parte fieri potest, sunt fugiendę; *o* tũ quia vim vi repellere licere omnia iura clamant, vt habet prędictũ cap. *olim*

fc. Ille, 23. q. 4. Exod. 22.
g 2. 2. qu. 64. art. 2.
h In d. art. 2.
i In 4. l. sen. dist. 15.
k Cap. nisi c. doli, ca. quid culpatur, & cap. militare, 23. q. 1.
l Clem. 1. de homicid.
m In dict. q. 64. art. 7.
n 3. par. tit. 4. c. 3. sub finẽ.
o Verb. bellum, qu. 2.
p 1. de rest. spol.
q De homic.
r Vt supra ca. præced. dictum est.
a In d. ar. 7.
b ff. de iust. & iur.
c Gloss. pen. clem. 1. de homicid. & in summa 15 q. 2.
d In ca. si vero, 1. de sen. excom Pan. in c. penu. de eler. percuss.
e Prædicta l. vt vim ff. de iust. & iur. num. 24.
f Cap. cum minister. 23. q. 5.
g Quæ est penult. clem. 1. de homic.
h 2. 2. qu. 64. art. 7.
i In c. de occidendis, 25. qu. 5.
k Super Mat. c. 5. q. 46.
l Aug. epist. 154. ad publ.
m In dicto c. olim.
n In lib. 5. q. 1. art. 2. de iust. & iur.
o Cap. ru ex parte de consue.

olim. *p* Tum quia licet cuiuis ferro se petentē occidere. *q* Tū quia, nisi S. Tho. vbi supra hoc insinuasset, nullus præfatorum id tenuisset, & Sanctū Thomam id noluisse dicere satis probat Sotus. *r* Tū quia præfatum Augustini dictum intelligendum est de volente occidere alium quam aggressorem, vel aggressorem sine precisa necessitate, vt iura iuribus concordent, quod expedit. *s* Tum quod alioqui vix vllus vnquā occideret aggressorem sine peccato; quoniā omnis inuasus vt plurimum concipit voluntatem occidendi, si alias se suaque tueri nequeat. Tum quod metus mortis, quæ est secundum Philosophum omnium terribilium maximū, non permittit vt fragilitas humana tā æquo animo sit, vt percutiendo aggressorem solum velit se defendere, & non occidere; & ita qui se defendit, etiam vibrando ensem, non peccat, *a* etiamsi spiculū dirigat in guttur aggressoris, vt recte explicat Sotus. Quare nō licet occidere alium, antequam aggrediatur, ne occidatur ab eo, habita opportunitate id faciendi, licet sciatur id eum velle facere; quia nulla iura naturalia, nec humana hoc permittunt in aliū quam aggressorem, vt præfatus Augustinus videtur innuere.

3 *Credimus* autem dici posse, quoad hoc, illum tamquam aggressorem, qui decreuit occidere aliū, nulla mora interposita, qua vllo modo possit effugere mortem, nisi præueniat eū antequā aggrediatur; qualis videtur esse vxor, quę certo nouit se occidendam à marito pugione, quem supposuit ceruicali ad occidendam eam dormientem, & non potest fugere conclusa claue ianua. Non tamen videtur talis, qui occidit insidiatorem suum nondum aggredientem, à quo tandē certo credit se occidendum, nisi præueniat; de quo me quidam eruditus interrogauit; quia hoc casu interponitur magna mora diei, mensis, vel anni, qua posset liberari se absentando, continendo se domi, vel aliquo tuto loco, morte, morbo aut pœnitentia insidiātis; quod vt puto esse verum quoad forum interius, ita videtur in foro exteriori excusatum iri, si occisus minatus fuit mortem occidenti, & erat consuetus suas minas exequi, quod Castren. annotauit. *b*

Item, vt quis in tribus vltimis casibus iuste occidat; oportet vt circa defensionem obseruet moderamen inculpatę tutelæ, vt id solum faciat, sine quo iniuria non possit vitari. *c* Proinde non liceret se defendere maiori vi, quam sit ad propulsandam iniuriam necessaria, *d* nec consequenter armis, ab eo qui sine illis inuaditur; *e* nisi quando pugnus inuasoris est ita, aut paulo minus fortis quam ensis inuasi; *f* idem nobis videtur, quando nisi se armis defenderet, iniuriam maximam honoris aut personę pateretur; siquidem *g* recte quis potest ob suarum rerum custodiam alterum occidere; at honor pluris valet quam alia bona fortunę; *h* & iniuria personæ maior est quam fortunarum. *i*

p Et l. scientiam, parag. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. & l. 1. ff. de vi & vi arm. & l. 1. C. vnde vi, & ibi citata in eis per glossas.
q L. sed etsi, quemcunque, ff. ad l. Aquil.
r Vbi supra.
s Cap. cum expediat, de electo, lib. 6. & l. 1. C. de inofficio, doti.
a Secundum glos. clem. 1. de homicid.
b In dict. l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iud. se vendicare.
c Vt in gloss. fin. di. c. olim plusquam alij declarauimus.
d Per d. cap. olim, & per dictam l. 1. C. vnde vt & per tradita à S. Anton. 2. par. tit. 7. ca. 8. parag. 1.
e Iuxta prædictam glos.
f Iuxta eandem glo. sing. comm. receptam. dicta l. 1.
g Iuxta prædicta in 4. casu supra eo. cap. n. 2
h Ca. suam, iuncta gloss. verb. modestiæ de pœn. Prou. 22. Aristote. 4. Ethicor. & gloss. extrauag. ad conditorem, parag. rursus, ver. honor, de verb. signific.
i L. in seruorum, ff. de pœnit.

4 *Ex quo* k inferebamus, quod si ille, quē alius aggreditur, nō potest absq; suo dedecore fugere, nō tenetur id facere; & si nō potest vitare vulnus, aut alapam, quā sibi alter molitur impingere, nisi ipsū occidēdo, poterit occidere. *l* Contra vero, qui iā est vulneratus, vel quem aggressor iā reliquit & fugit, non potest absque peccato illum occidere, quoniā iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi. *a* Quod limitādū existimo, quādo affectus iniuria vulneris, aut alapę, vel alia, magnam sui honoris iacturam faceret, si fugientē non persequeretur: *b* nā talis posset eum persequi, & percutere tantum quantum ad sui honoris defensionē opus esset: nam licet illud non esset defendere personā, neq; fortunas, esset tamē defendere honorē, quem licet defendere etiam occidendo, si eo ad id opus esset. *c* Addimus itē, quia multis videtur id expedire, licet res manifesta sit, scilicet maritū occidentē, aut cupientē occidere vxorē in adulterio deprehensam, peccare mortaliter, *d* quāuis in foro exteriori minime puniatur. An autē inuasus, potēs se defēdere fuga, excusetur ab irregularitate, traditur infra. *t*

k In diā. ea olim extrau. glos. cū Panor.
l Bald. in repet. l. 1. C. Vnde vi.
a Secundum Richard. in 3. li. sent. d. 37.
b Vt tenet Victor. de iur. bel. ca. 2. & 5.
c Vt prædictum est.
d Cap. inter hæc, 33. q. 2. vbi glos. singul. & celeb. & Cap. 27. nu. 221.

Peccat mortaliter quis contra hoc quintum præceptum.

5 *Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens: nisi id faciat, se, vel alium, vel sua bona defendendo, vel sit latro.*
5 *Latro diurnus & nocturnus in quo differunt.*
6 *Occidens casu, & exponens se periculo mortis corporalis.*
7 *Irregularis est occidens maritum alicuius fœminæ ob sui defensionem.*
8 *Occidens aut feriens ministros iustitiæ, etiam se defendendo.*
9 *Duella mala, vel torneamenta iniens, vel eis adsistens.*
9 *Torneamenta quædam sunt licita.*
10 *Mortem alienam desiderans, vel ea se delectans.*
10 *Delectari potest quis bono nascente de alterius morte.*
11 *Mortem propriam iratus exoptans, aut vitam abbreuians.*
11 *Excommunicatus qui clericus seipsum percutiens.*
12 *Martyrio se ob tædium vitæ offerens, aut optans se non fuisse natum.*
13 *Comedens, vel propinans notabiliter noxia.*
13 *Infante cum tenero in eodem lecto dormiens.*
13 *Mater quæ filium suum tenerum admittit in lecto.*
14 *Abortiens, vel abortiendi periculum subiens vel procurans.*
14 *Irregularis fit quis propter abortum procuratum.*
15 *Bellum ad iniustum pergens, vel in eo militans.*
15 *Restitutio rei lucrifactæ in bello iniusto.*
16 *Mortem ad iniustam pergens, vel ab ea non liberans, num. 17.*
17 *Vindictam non vetās, cōsentiēs illi, vel morti aliquo ex nouē modis.*
17 *Testem ad condemnandum nemo tenetur se offerre.*

18 *Taurorum agitatio quando auctori visa valde crudelis.*
18 *Taurorum agitatio Gallis, & olim Nauarris inconsueta.*
19 *Taurorum agitatio per Pium V. prohibita, vt intelligenda, n.20.*
19 *Taurorum agitationi duellis æquatæ qui prohibentur interesse.*
20 *Festa sanctorum non tauris, sed alijs exhilaranda.*
21 *Taurorum agitatio torneamentis æquata, vt moderata licet.*

5 EX præfatis infertur peccare mortaliter contra hoc quintum præceptū *primo* qui iniuste occidit, aut mutilat, aut fuste, vel aliter notabiliter ferit alium, aut quidpiam horum vult, procurat, aut delectatur ea fecisse. *a* Id autem quod Ioan. Maior. *b* admonet, vt Confessarius interroget homicidam, quid impulerit ipsum ad occidendum, & quantum temporis in proposito perseuerauerit, & quoties decreuerit id facere, & postquam perfecit, quoties meminit, & factum placuit; illa, inquam, admonitio pertinet ad peccatorum circumstantiam, quam numeri vocant, & non pertinet plus ad hoc peccatum, quam ad alia. Et quod dicit, toties hominem illum peccare mortaliter, quoties voluit, debet limitari iuxta illa quæ in cap. 1. *c* definita sunt; scilicet, vt non procedat quādo absque interruptione operis exterioris actus interior continuatur, vel absque interruptione actus interioris apparatus exteriores, & præludia maleficij multiplicantur.

a 23.q.5 in fine summæ.
b In 4.li.sen. dist.17.q.4.
c De pœn.dist.5.nu.48.& supra cap. 6. n.14. & seqq.

Dixi supra, *Iniuste*; quoniam qui iuste occidit propter iustam defensionem proximi, vel sui honoris, & rei familiaris, etiamsi aliter propriam vitā defendere posset, non peccat, licet irregularitatem contrahat. *d* Quāuis postquam hęc scripsissemus, cōtrarium tenuerit ibidem reuerendissimus Segobiēsis Didacus à Leyua, secutus Fortunium, *e* eo quod eiusmodi defensor nō peccat; quę ratio fragilis est, cū iudices, aduocati, & testes, & alij sine peccato cooperantes, ad iuste damnandum morte delinquentem, non peccent, imo mereantur; attamē irregulares fiūt, secundum omnes, vt dicemus infra, *f* & seruat Curiæ Romanæ stylus, qui ius facit. *g* Quare à communi non recedendū.

d Iuxta glos. singul. quæ penult. est Clement.1. de homicid. recept. per omnes vbi & Sylue. verbo homicid. 1.q.9.
e In l. vt vim ff. de iust. & iur.
f Cap.27.nu.209.
g Cap. quam graui. de crimin. falsi. & cap. ex litteris, de const.

5 *Secundo* peccat mortaliter, qui noctu aut diu furem interimit, cum posset illum apprehendere, & se, suaque defensare non occidendo eum, per resolutionem communem. *h* Etenim quamuis magna intercedat differentia, quātum attinet ad forum exterius, inter latronem diurnum & nocturnum, quod hic præsumitur occidere velle, non autem ille; quoad forum tamen conscientiæ nihil est discriminis; quia occisor scit veritatem, cui in hoc foro cedit præsumptio. *a*

h In cap si persodiens, de homi.
a Argu.c.tua. & ca.is qui. cum ei adno. de sponsa.

Tertio, qui occidit aliquem, etiam propter tuendam suā castitatem, quam adhuc saluo omni honore suo poterat bene defendere fugiendo, vociferando, vel alio modo, iuxta communem opinionem, quam S. Antoninus *b* optime declarauit. Nec interest, an sit vir aut fœmina sic se defendens.

b 2.par.tit.7. c.8 parag.8.

6 Quar-

6 *Quarto*, qui casu occidit, percutitue aliquē pręter intētionē; sed in culpa fuit in non aduertendo, vel non adhibendo eā diligentiā, quā homines mediocriter prudētes in similibus actibus adhibere solent, ne mors aliqua, vel noxa personalis cōsequatur: vt si deiiciens tegulas ex aliquo tecto, antequā deorsū eas mitteret, nō præmonuit trāseuntes, nec vllū eius rei signū posuit; aut castigaturus aliquē puerum, non abstulit gladium à cingulo, quo erat eū castigaturus, per quem postea è vagina elapsū illū occidit aut lędit. *c* Et addimus, quod ad hoc, vt homicidium casuale sit peccatū mortale, nec ne, parū facit ad rē, an opus, vnde mors consequitur, licitū sit vel illicitum: nam in vtroque casu crimen erit lethale, si pręcessit culpa in nō adhibendo debitā diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro si ea fuerit adhibita, quāuis quantum ad irregularitatem plurimum referat, vt Caietanus *d* sufficienter probauit.

c Cap. ad audientiam calator. c. presbyterum, de homi. l. si putator, ff. ad l. Aquil.

d 2. 2. q. 64. art. 8.

e 3. par. tit. 5. c. 8. parag. 1.

7 *Vnde infertur* illud S. Antonin. *e* qui illicite aliquid aggreditur, quod est causa, vt alium occideret propter sui necessariam defensionē, nō solum peccat id aggrediendo, sed etiā est homicida: quod est intelligendū, quando opus illud illicitū erat quędam via ad homicidiū perpetrandū. *f* Vt si intendēs tātū percutere hominē, interimit; & probatur efficaciter per c. *fin.* *g* Per quod defendi potest aliud eiusdē S. Antonini dictū, *h* scilicet, quod qui ad mulierē alienam ingreditur, eiusq; maritū interficit, vt se defēderet ab eo qui eū inuētū cū illa volebat occidere, est homicida, quoad irregularitatē. Talis enim ingressus iure dici potest esse via ad tale homicidiū, & subinde præuideri debuisse ab eo illius consecutionē, de quo latius infra. *i*

f Iuxt. mentem Caieta. in di. art. 8.

g De homic. lib. 6.

h In dicto parag. 1.

i Capit. 27. nu. 238.

8 *Sexto* peccat, qui dānatus ad mortē, occidit aut percutit ministrū iustitię, quò se eripiat; quoniā quoties vis est iusta, resistētia est iniusta, iuxta glossā, *k* & Scotū cōmuniter receptum. *l*

k l. vt vim, ff. de iustit. & iur.

l In 4. li. sen. dict. 15. q. 3.

Septimo, qui ne timidus, pusillanimis aut ignauus habeatur, vel per audaciā nimiā decernit deliberate amittere, aut amittendi periculo exponere vitā, aut membrum aliquod, vel partē eius notabilē, aut inferendi notabile damnū in proximi personam, loco, tempore, vel modo indebito, iuxta mentē S. Thom. *a* receptam, & per Caietanū probatam. *b* Dixi, *Deliberate*; quia subreptio & incōsideratio eius, quod aggrediebatur, ipsū excusare posset à mortali; *c* & probatur per dicta. *d* Neq; obstat, quod ex hoc videtur inferri vnū falsum, scilicet latronē qui furatur, peccare bis, videlicet furando, & se exponēdo periculo suspensionis; quia hic agitur de illo qui per intimiditatē, ne habeatur timidus, stulte & directe per se, se exponit periculo perdēdi vitā, &c. latro autem non se exponit per se, & directe, nec per intimiditatem eiusmodi periculo, sed per accidens, & per quādā consecutionem, quod non diuersificat, nec multiplicat speciē peccati, *e* vt ait Sanctus Thomas. *f* Et ideo cōcedo, quod latro, qui furaretur, nę à sociis iudicaretur timidus mortis, quā propter

a 2. 2. q. 126. art. 1.

b In summa verbo timiditas.

c Caietanus ibidem.

d In cap. 11. supra eodem num. 4.

e Argum. l. si quis ne causam, ff. de reb. credit cum multis ibi citatis per recentiores.

f 1. 2. q. 18. art. 11.

pter furtum incurrere posset, bis peccaret.

Octauo peccat, qui aliquo ioco vtitur cum periculo suæ vitæ probabili; puta funambulus super funes in altissimis locis corpus volutans, iuxta Syuestrum; g quod, meo iudicio, non procedit, quando prudentis arbitrio ille funambulus eis viribus, & velocitate pollebat, locusque sic erat appositus, vt sine periculo verisimili talem iocum exercere posset. *h*

g Verb. art. qu. 8.

h Arg. extra uagan. 1. Ioan. 22. de torneament.

Ex quo infertur responsio ad quęstionem: An qui hauriunt, vel dant venenum ad experiendū theriacā, mortaliter peccēt? Et alijs quidē videntur non peccare concurrentibus his: scilicet, quod qui cōposuit illam, pro homine legali habeatur, & quod eam de consilio insignium medicorum, solito de more iuxta præcepta medicinæ composuerit, & quod iam facto in aliquo bruto animali periculo virtus eius comprobata sit: quodq; tam qui dat, quam qui sumit venenum, credit theriacam esse talem, qualis esse debet prędicto modo composita: & nullum subesse mortis, nec alterius notabilis damni corporalis periculum. Alijs tamen aliud visum est; quibus libenter accedo, ante periculum, vel experimentum factum; eo quod satis experimenti, potest accipi in brutis; post tamen factum, non auderem damnare aliorum opinione vsum.

9 *Nono* peccat mortaliter, qui aliquod duellum, siue singulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamenta, aliaue huiusmodi exercitia prohibita, vnde vt plurimum cædes, vel grauia vulnera reportantur, vel ad id alium induxit, vel non impediuit, cum posset. *i*

i Cap. monomachiam, 2. q. 5. c. 1. & 2. de cleric. pugnant. in duello, & c. 1. de tornea.

Dixi, *Vt plurimum vnde cædes, vel grauia vulnera reportantur*; quoniam multa torneamenta, hastiludia, ludus Troianus, siue cannarum, vel virgarū quibus equites tecti clypeis ludere solent, aliaque huiusmodi, quę exercentur eo adhibito moderamine, quo cædes, & alia pericula caueātur, nō sunt illicita, sed potius permittuntur, *a* quod probat Ioannes Maior, *b* licet quandoq; sed raro mors, & vulnera notabilia consequantur. Dixi, *Duellū illicitum*; quoniam qui iustum duellum ingreditur, non peccat: quale est illud eius, cui per sententiam iniustam vita, vel mēbrum eripiendum est, nisi cum accusatore in arenam, & illud duellū desecēdat; quale est etiam illud Regis, vel Ducis, qui videns sē fouere iustitiam, & ab aduersario multo maiori potētia præcelli, quo credit se in vniuersali prælio ab eo superandū, & ideo eligit duellum & singulare certamen, iuxta sententiā Caietani. *c* Nuper autem Concil. Trident. *d* addidit multa quoad duelli materiam, quę supra *e* posita fuerunt.

a Per extrau. 1. de torneā. b In 4. l. sen. dist. 15. q. 5.

c 2. 2. qu. 95. art 7.
d Sess. 25. ca. 19. de refer.
e Ca. 11. n. 49.

Decimo peccat, qui interfuit huiusmodi torneamētis, aut duellis illicitis, cum magna sui animi voluptate, consensuq; deliberato quod fierent; vel tali intētione spectat ea, vt licet foret sibi interdictū spectare illa sub reatu mortalis culpæ, nihilominus tamen spectaret ea; vel eius prędentia fuit in causa, vt tales ludi fierent; *f* quāuis extra hos tres casus nō erit amplius, quā

f Sylu. verb. duellū, qu. 5.

veniale, nisi ratione scandali fiat mortale, eo quod spectator sit sacerdos, aut Monachus.*g* Dubio autem quotidiano, quod circa hęc mouet quidam, respondetur infra.*h*

g Angel. in interrog. 5. præcepti.
h In fine, nu. 27.

10 *Vndecimo* peccat, qui deliberate alicuius mortem optat, vt in eius munus, aut officium succedat, vel ne reprehēdatur, aut castigetur ab illo, secundum omnes; vel etiam si quāuis mortē nemini desideret, neque ex alterius cęde voluptatē capiat, sed animaduertēs deliberate delectatur cogitatione peruersi operis homicidij, quia inde sibi aliquod bonū, vel vtilitas prouenire posset, vt sentit S. Bonau.*i* quamuis delectari propter bonū vel vtilitatem, quę ex illa morte sibi orirentur, non autem propter ipsam mortem, non esset peccatum, propter ea quæ alibi *k* diximus. Quin etiam optare licet alterius mortem, aut morbum, aut rei familiaris iacturam, in finem vt cōuertatur ad Dominum, vel ne tot, tantaque facinora perpetret, vel in alium finem honestum & sanctum, iuxta Alexandrum, *l* & S. Thomā, *m* vt multi sancti desiderant mortem Turcarum Principi, si nō se conuertat, vt Deus Christianismum liberet ab eius tyrannide: imo & inimicis Christianis iniuste nos persequentibus, quando aliud non adesset commodius remedium, possemus ob hunc finem desiderare eam, vt speciatim tradidit Sotus.*a*

i In 2. di. 24. in exposit. literæ post 4. q. Alex. Alēs. 2. part. tract. de peccat. venali, & Caiet. in summa verb. delectatio morosa.
k In repet. c. inter verb. 21. q. 3. & in addit. c. quādo de consec. dist. 1.
l In tract. de maled.
m 2. 2. qu. 36. art. 2.

11 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui deliberato animo sibi mortem, aut membri mutilationē præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, aut pro quouis alio infortunio exoptat,*b* iuxta B. Augustinum,*c* & S. Thomam receptum: *d* quoniam nemo est dominus, saltem quoad hoc, suæ vitæ, aut suorū membrorū;*e* & ob alias rationes, quas B. Tho. *f* adducit. Proinde si ea de causa, cum esset clericus, aut monachus, sibi ipsi manus iniecit, excommunicationem incurrit, iuxta Ioan. Andr. Panor. Felin. & alios omnes.*g* Non autem illam incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciē palma, vel corpus, vt cohiberet, disciplina percutit. Neque etiam iudicio nostro, si talis est percussio, vt sibi licite eā posset inferre, licet nō cōsētire, vt sibi ab alio inferretur: qualis est capillos, aut barbā vellere, se alapis cædere ob mortem parentum, aut amicorum, iuxta mentem omnium doctorum;*h* quamuis nullus eorum hoc expresserit.

a Lib. 5. q. 12. ar. 1. de iust. & iur.
b Cap. si non licet, 23. q. 5.
c Lib. 1. de ciuit. Dei
d 2. 2. qu. 64. art. 5. & Oliuerium Malhart de triplici tædio. in ser. 8 Aduent.
e Libere homo ff ad l. Aquil. ca. contingit. 1. de sen. excom.
f In d. ar. 5.
g In d. c. contingit; 2. de sen. excom.
h In dict. ca. contingit.

12 *Decimotertio* peccat, qui seipsum offert, vel habet animum offerendi ad martyriū, principalius ob vitæ suę tędium, vel aliū finē indebitum, quam ob sanctę fidei Catholicæ amorem.*i*

i Sylu verb. martyrium.

Decimoquarto, qui vult vitam decurtare, aut decurtat, per abstinentias, quas scit, & aduertit esse indiscretas, etiamsi absque intētione abbreuiādi eā id faciat, sed aduertit quod eā decurtat, iuxta sentēt B. Hieronymi, *k* & vtrūque Thom. *l* quāuis id velit, aut faciat, quo melius Deo de peccatis suis satisfaciat.

k In ca. non mediocriter, de cōs. di. 5.
l 2. 2 qu. 147. art. 2.

Dixi, *Quas scit, & aduertit esse indiscretas*; quia non videtur esse mortale, si se bonū opus facere existimat; imo neq; veniale, si faciat id, existimās probabiliter eas nō esse indiscretas, secūdū Caieta-

Caietanum. *m* Id quod etiam Gerſon *n* videtur ſentire.

Decimoquinto, qui propter aliquod infortuniū cupit deliberate ſe nunquam natum fuiſſe, iuxta Alexand. titu. de Acedia.

Decimoſexto, qui coniecit aut fuit cauſa conijciendi aliquem in carcerem iniuſte, ſiue ſit iudex, ſiue non; *o* & inſuper tenetur totum damnum, & iniuriam, quam intulit, compenſare.

13 *Decimoſeptimo* peccat, qui ægrotans, aut ſanus comedit, aut bibit aliquid, aut dedit alteri ſano vel ægroto comedendum, aut bibendum, probe intelligens, vel intelligere debens, ſibi vel alteri inde graue aliquod nocumentum ſalutis euenturum; *p* maxime ſi illā medicus interdixerat: atqui ſi damnum ſit exiguum, non erit amplius quam veniale, ſecundum eundem.

Decimooctauo, mater vel nutrix, quæ tenellū infantē, ne eiulet, aut ne ipſa ſurgens è lectulo frigoris intemperiem patiatur, in ſuo lecto noctu ita collocat, vt periculum immineat inter dormiendū puerum ſuffocandi, ſiue ſuffocet eum, ſiue nō. *q* Atqui non peccat, ſaltem mortaliter, ſi non eſt tale periculum veriſimile, etiamſi caſu eum ſuffocet, puta quia cubile eſt amplū, & puerum à ſe longe poſuit, neq; dormiens ſubinde locum ſolet mutare, imo vbi ſemel ſe collocat, ibidem ſolet perſiſtere. *b*

14 *Decimonono* peccat, qui mulierem grauidā, cum noſſet illam vterum geſtare, ita grauiter afficit, ſiue ſit maritus, ſiue alius, vt in probabile periculum aborſus ipsā conijciat, etiamſi poſtea non abortiatur; ſicut è cōtrario, ſi in tale periculum probabile illā non impulit, etiāſi poſtea abortiatur, non ideo peccat mortaliter, *c* quāuis non fiat irregularis, ſi fœtus caret anima rationali; *d* neq; ea de re dubitatur. *e* Fœtui autem, ſi maſculinus ſit, ad diem 40. infunditur anima, ſi vero fœmineus ad diem 80. *f*

Vigeſimo peccat mulier grauida, quæ procurat aborſum, ſumendo pharmaca in eū finem confecta, vel nimio labore corpus defatigando, vel quocumque alio modo, etiamſi effectus nō ſequatur: nam vt quis lethaliter delinquat, ſatis eſt malum animum habere, vel culpam, quam latam appellant, admittere. *g* Imo etiamſi abſq; propoſito abortiendi facit aliquid, quo tali periculo probabiliter ſe exponit; vt cū graui oneri humeros ſupponit, vel immoderatis laboribus corpus vexat, vel tripudijs, aut choreis nimijs exultat, iuxta mentem B. Antonini. *h* Atqui ſi iocus eſt lenis, & moderatus, & periculo carens, non peccat mortaliter, etiamſi poſtea eam conſequatur aborſus. *i*

15 *Vigeſimoprimo* peccat, qui proficiſcitur, aut vult in bellum proficiſci, ſciens illud eſſe iniuſtū, ſaltem ex parte illius, cui vult opem ferre. *k* Imo etiāſi eo pergit ſtipendij ſolius intuitu, nihil attendens, an iuſtū ſit vel iniuſtum, ſiue ſit ſubditus, ſiue non. *l* Quin etiā ſi ſcit bellum eſſe iuſtum, vadit tamen cum intentione deprauata principaliter inimicos occidēdi, aut prędia, & rē omnem deuaſtādi, quamuis in hoc caſu non obligetur reſtitutioni. *m* Neq; etiā in ſecūdo caſu, ſi bellū eſt vere iuſtū, propter

m Dicto.
n In 4. par. in ſer. Domin. 2. Quadrag.
o Capit. non ſane 14. q. 5. verſ. fin. leg. 1. C. de priuat.
p Inn. recep. in ca. iua, ſe homic. arg. c. ſi. de iniurijs & l. qui credit ff. ad l. Aquil.
q Arg. c. conſuluiſti 2. q. 5 & c. fin. de his qui fil. occid.
b Iuxta mentem Pan. in d. c. fi. & Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8.
c Arg. c. ſicut ex literarum de homicid.
d iūctis, quæ ibi ait Pan. n. 6. & Ant. 2. par. tit. 7. ca. 8 parag
e C. aliquam cum ſec. 32. qu. 2.
f Gloſſ. in c. ſi aliquis, de homicid.
g Iuxta glo. receptam in ſumma 5. di. per illū text. Cap 1. de præſumptio.
h ſi quis per negligentiam de conſecra. diſt. 2.
i 2. par. tit. 7. c. 8. parag. 1.
k Iuxt. Panor. cap. ſicut. 23. q. 1. in primo.
l Caiet. in ſum. verbo bellū par. 2.
m Iuxt. ſent. Caiet. 22. q. 40. ar. 1.

eandem rationem. Verum est tamen, subditum posse iuste ad bellum proficisci (si imperio domini sui admonitus pergat) etiamsi non secum præmeditetur an sit iustum, dum tamen credat esse tale. *a* Neque vlla est differentia inter subditum, & externum, qui ante belli exordium eidem Principi inseruiebat, secundum Caietanum. *b*

a Cap. quid culpatur 3. qu. 1.
b In summa verb. bellum part. 2.

16 *Vigesimosecundo*, qui fert, aut vult ferre iniuste mortis sentẽtiam, aut alterius nocumenti corporalis contra aliquem: *c* Vel si iniuste morte damnatum non liberat, cum id facere possit, iuxta illud: *d Erue eos qui ducuntur ad mortem*: vel inuaso ab inimicis suis, cum possit, non subuenit, secundum B. Ambros. *e* Sit tamen commode verbis, aut opere, absque suo periculo, potest suppetias ferre, alioqui minime tenetur, nisi esset officiarius publicus, qui etiam armata manu debet defendere eum, quem sibi videtur defendere posse, secundum S. Antoninum. *f*

c Cap. omnis 45. d. c. 2. de re iud. lib. 6.
d Prou. 24.
e In ca. non in inferenda 23. q. 3. & li. 1 de offic. c. 27.
f 2. par. tit. 7. cap. 8. parag. 2

17 *Vigesimotertio*, qui suo testimonio aliquẽ ab iniusta morte, pœna damni, vel infamia potest liberare, & non vult testificari id quod nouit, etiãsi non iubeatur id facere, neq; saltem facit quod in se est, denũtiãs veritatẽ ei qui potest prodesse, *g* S. Th. *h* Gabriel; *i* nisi per confessionem sacramentalem tantũ id nosset; tũc enim tenetur tacere, & nõ intromittere se ad liberandũ eum, etiãsi statim esset suspendendus, ac si nihil penitus audiuisset: non enim nouit an reus data opera delictũ illud in ea cõfessione subticuerit. *k* Nullus tamen se tenetur offerre ad testimoniũ ferendum quo aliquis cõdemnetur, nisi quando iuxta iuris formam esset à iudice cõstrictus, etiãsi accusatori eximde periculũ immineret; quia ille sponte sua se in id periculum ingessit, reus autem inuitus, secundũ eundem S. Th. *l* nisi quãdo accusator, quia obligatur ad id in conscientia, accusat: *m* qui vero cõtra aliquem falsum protulit testimonium, ob quod ille est in periculo perdendę vitæ, debet suum testimonium reuocare, & omnem suam operam adhibere vt illũ arripiat, etiamsi ob id oporteat eum perdere vitam. Quamuis qui aliũ occidit, ob quod alius cum periculo vitæ suæ est in carcere, nõ videtur obligatus seipsũ prodere, seq; periculo propriam vitam amittendi exponere; quod Sotus videtur insinuare; *n* cuius sententia iuri conformior videtur illa, quam habuit Medina *o* oppositam precedenti, fundans se magis in charitate quam in iustitia.

g Arg. c. 1. de crimi. falsi.
h 2. 2. q. 70. art. 1.
i In 4. l. sent. di. 5. q. c. ar. 2. conc. 7.
k Ioa. Maior. in 4. li sent. di. 31. qu. 1.
l Dicta qu. 70 art. 1.
m Vt in cap. inter verba 11. qu. 3. copiosius diximus.
n Lib. 4. qu. 6 ar. 3. de iust. & iur.
o In cap. de pœn.

Vigesimoquarto, qui cum aliqua affectus esset iniuria, sciretque cognatos suos, vel amicos vindictam sumere velle, non vetuit eis id expresse. *p*

p Ca. Petrus de homic.

Vigesimoquinto, qui esto, quod nihil facit, nec vult facere ex supradictis, tamen consentit in eo aliquo modo ex nouem illis supra à nobis *a* expositis, puta imperando, consulendo, præbendo consensum, laudando, malefactorem recipiendo, vel ipsum adiuuando, vel non impediendo verbis, operibus, aut monitu, cum id posset, & teneatur facere. *b*

a In c. 11. n. 15
b Vt ibidem dictum est.

18 *Vige-*

18 *Vigesimosexto* peccat, qui agitat, vel facit agitare tauros. Circa quod interrogatus Madritij, vbi Curia Regia residet; an ludus agitationis taurorum sit peccatum mortale? Respondi sequentia. *Primum*, ante septuaginta annos me coram Confessario Compluti accusasse, quod cum essem adhuc puer illius Academiæ scholasticus, taurorum agitationis spectaculo interfuissem. *Secundum*, quod quia tunc vidi duos aut tres homines à quodam tauro feroci immaniter dilaniari, statui nunquam amplius eorum agitationis spectaculo interesse; & ita nunquam amplius interfui, nisi semel Salmanticæ, ad id coactus vi muneris decanatus & patronatus, quo in quodam viro doctissimo ad doctoratum prouehendo de more fungebar, vbi Dei gratia nullum detrimentum acceptum fuit.

Tertium, quod abhinc 20. & 30. annis libenter subscripsissem prædictã agitationem esse peccatum mortale. Tũ quia sic audiuerã à præceptoribus meis Parisiensibus, qui celeberrimę illius Academiæ Complutensis fundamenta iecerunt. Tũ quod in Gallia non solent sic agitari: cuius rei causa nõ est, quã aliqui existimant, scilicet, quod sint cicures & mansueti: nostra enim ętate Tholosæ quædã vacca, quam prædiues quidam Burgensis Hispanico more in amplo suæ domus pauimẽto agitare fecit, ipsummet ascẽsis aliquot scalarũ gradibus interfecit. Tum quod eiusmodi agitationis spectaculũ multorum peccatorum, superbiæ, vanæ gloriæ, luxurię, gulæ, iræ, & aliarum specierum occasionem prębet. Tum, quod, vt antea in hoc ipso loco diximus, illiciti sunt ludi, in quibus vt plurimum occisiones & magna vulnera contingũt, qualia in hac agitatione contingere videntur. Tum quia, vt ille Capitaneus Ioãnes ab Azpilcueta, & Xauier (qui fuit frater illius celeberrimi c Francisci à Xauier, vnius è tredecim, qui ordini Societatis IESV longe illustri, & frugifero initium fecerunt, tam fortis gladio corporali, quam ille spirituali) dicere solebat, in his taurorũ agitationis ludis viros magis ad fugiendum hostem, quam ad exspectandum sese assuefacere, ob idque nunquam huiusmodi ludis intererat. Tum quod torneamenta iure canonico prohibẽtur, d adeo vt qui in illis moritur, quamuis confessus & sacra communione munitus decedat, non sit in sacro loco sepeliendus; & agitatio taurorum torneamentis similis videtur. Ergo de ea idem erit ius.

c Aberrat Nauarrus: decem enim Patres huic ordini initiũ dederunt.

d Ca. 1. & 2. de torneam. L. illud ff. ad l. Aquil.

Sed post abhinc annis decẽ & circa non sũ ausus id asserere; imo, vt id facerẽ à multis seruis Dei selectis opportune & importune rogatꝰ, respõdi quod agitatio taurorũ cũ moderamine & debita cautela de se non est peccatũ; sanctissimã tamen fore legẽ, quę illã prohiberet; quoniã raro debita cautela & moderamine exercetur; quam legem, nunc posteaquã ego in vrbem appuli, fœli. recor. Pius V. Põtifex maximus, mira pietate, prudẽtia, & in viã Domini oues suas dirigendi desiderio ardẽs, tulit, & promulgauit Kal. Nouembris anni 1567. in hæc verba.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

19 DE salute gregis Dominici nostræ curæ diuina dispositione creditì, prout ex debito pastoralis officij adstringimur, solicitè cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis, etiam ab animarum pernicie perpetuo arcere studemus. Sane licet detestabilis duellorum vsus à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque ciuitatibus, & alijs locis quamplurimi, ad ostentationem virium suarum & audaciæ, in publicis priuatisque spectaculis cum tauris, & alijs feris bestijs congredi non cessant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur, &c.

Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tauri & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque dæmonum, & non hominum spectacula aboleri, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus prouidere, omnibus & singulis Principibus Christianis, quacumque tam Ecclesiastica quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuscumque communitatibus & rebus publicis hac perpetuo nostra constitutione valitura, sub excommunicationis & anathematis pœnis, ipso facto incurrendis, prohibemus & interdicimus, ne in suis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiusmodi spectacula, vbi taurorum ferarumue agitationes exercentur, fieri permittant.

Militibus quoque cæterisque alijs personis, ne cum tauris, & alijs bestijs in præfatis spectaculis ipsi tam pedestres quam equestres congredi audeant, interdicimus: quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura.

20 Clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna, ne in eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnesque obligationes, iuramenta & vota, à quibuscumque personis, vniuersitate vel collegio, de huiusmodi taurorũ agitatione, etiam vt ipsi falso arbitrantur, in honorem Sãctorum, seu quarumuis Ecclesiasticarum solemnitatum & festiuitatum, quæ diuinis laudibus, spiritualibus gaudijs, pijsque operibus, non huiusmodi ludis celebrari & honorari debent, hactenus facta & facta, seu in futurum fienda, quæ & quas omnino prohibemus, cassamus & annullamus, ac pro, cassis, nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus, atque declaramus.

Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus & Baronibus, S. R. E. feudatarijs sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa Romana Ecclesia obtinent; reliquos vero principes Christianos, & terra-

rum Dominos præ
dientiæ mandamus
omnia in suis domi
berrimam ab ipso
venerabilibus Fra
Episcopis, aliisque
obtestatione diuini
tipimus, quatenu
stras litteras suffic
& censuris Eccles
tionibus, &c. Datu
nicæ 1567. Kalen
21 Huius extra
sedis Apostolic
rum vel aliarum
possit eam non
puta mortes, vu
quia ratio & fin
dam fuit, quia
bantur talia, vt
nalis legis coni
est, sic moderata
ea, & iuxta limit
b Tum quia lice
mittuntur tame
quia in eis cessa
est; & probatur
obseruat. Tum
gitari tauros, bo
nua ligatos, etia
tes, quod tamen
damnat, quamu
mentum, Imo q
rum, bufalorum
positis in vrbe c
eorundem non
multi viri, erudi
agitationes tau
probarunt agita
bella huius nom
nuum cuspidibu
coercita, tutisqu
Ex quo infertu
nandum erat stu
bant & conseru
tati aliquos occi
fere omnes iudi

rum Dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmissa omnia in suis dominijs ac terris huiusmodi exactissime seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ac vniuersis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, aliisque locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipimus, quatenus in ciuitatibus & diœcesibus proprijs præsentes nostras litteras sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis & censuris Ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus constitutionibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1567. Kalend. Nouemb. Pontificatus nostri anno secundo.

21 Huius extrauagantis definitionem limitarem, salua sanctę sedis Apostolicæ censura, ne procederet in agitatione taurorum vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi possit eam non consecutura notabilia nocumenta personalia, puta mortes, vulnera, ossium rupturas, & id genus alia. Tum quia ratio & finis, quæ mouerunt eius latorem ad eam edendam fuit, quia frequenter ex huiusmodi agitatione consequebantur talia, vt colligitur ex procœmio eius, vnde solet causa finalis legis conijci, *a* quæ cessant in agitatione, vt supra dictum est, sic moderata; & ita cessare debet etiam eius dispositio in ea, & iuxta limites rationis legis debet restringi vel extendi lex. *b* Tum quia licet prohibita sint absolute torneamenta, *c* permittuntur tamen illa quæ cum moderatione prædicta fiunt, quia in eis cessat ratio illius prohibitionis absolute, vt *d* dictum est; & probatur in extrauag. 1. *e* & vsus totius Christiani orbis obseruat. Tum quia videmus vbique etiam in vrbe, passim agitari tauros, boues, & bufalos chordis longis pedes vel cornua ligatos, etiam per medios calles transitu hominū frequentes, quod tamen nemo, etiam post prædictam extrauagantem damnat, quamuis aliquando cōtingat aliquod notabile nocumentum, Imo quotannis in carnisprium solemnis cursus equorum, bufalorum, equarū & asinorum, brauijs præuertenti propositis in vrbe celebratur, quamuis casu insidentiū, & occursu eorundem nonnūquam prędicta mala contingant. Tum quia multi viri, eruditione, pietate & religione clari, qui damnabāt agitationes taurorum eo modo quo communiter fiebant, approbarunt agitationes illas, quas ter maxima illa domina Isabella huius nominis prima, regina Catholica permittebat, cornuum cuspidibus præcisis, & nimia agitantium temeritate coërcita, tutisque refugijs opportune constitutis.

Ex quo infertur, quod etiam ante hanc constitutionem damnandum erat studiū illud, quo multi magnates Hispani quærebant & conseruabāt ferocissimos tauros, qui ante in circis agitati aliquos occidissent, & iudiciū illud crudele, quo ijdē & alij fere omnes iudicabant spectacula taurorū prædicta, in quibus

a L. fin. ff. de hæred. instit. & c. quia propter de elect. cum eis adnot.
b Arg. l. cum pater, parag. dulcissimis, ff. de leg. 2. & l. adigere, parag. quamuis ff. de iure patron. ea sug-gestum c. meminimus cū adnot. eis a Panor. ab alijs recepto, de appel. & c. quoniam cōtra falsam de probat.
c Per. c. 2. de torneament.
d Supra n. 9.
e De torneament.

nulli occiderentur, vel vulnerarentur, esse frigida & insipida, & vituperio digna. Et quamquam agitationes, vt profertur, moderatas non auderem damnare, etiam post hanc extrauag. longe tamen melius arbitrarer, loco illarum vti alijs ludis, quibus Gallia, quæ hilarior videtur vtraque Hesperia, ad hilarandum populum, & publicam lætitiam significandum, tempore meo vti solebat; puta supplicationibus publicis, hastiludijs, equitum vel peditum pugnis vmbratilibus aduersus dracones fictos, vel effigies hominum armatas, quæ se percutientes in vno brachio, repercutiunt altero, exercitijs arcuum, ballistarum, scloporum, pilæ, luctæ, cursus, globorum ligneorum tum manu, tum clava, vel malleo impulsorum, chorearum honestarum cùm vulgarium, tum noue inuentarum, & pelis & follijs Lusitanis, & alijs id genus exercitijs, quibus homines non solum recreantur, sed etiam ad bella, & alias artes honestas habiliores redduntur. Sunt autem pelæ puellæ paruæ ditissime ornatæ, quæ virorum agilium & saltantium humeris insidentes, manuum & brachiorum, ac totius corporis gesticulatione plurimum ac honeste spectantes delectant. Folliæ vero sunt manus iuuenum circa grande tympanum saltantium, canentium, & sistrarum sonorarum agitatione mire populum exhilarantium, sine vlla vllius iactura.

Ad quid teneatur qui alium occidit, aut percutit.

SVMMARIVM.

22 *Homicida liberi, vel serui, quid restituere debeat.*
23 *Homicida quas impensas restituere tenetur.*
23 *Homicida an teneatur se carceri offerre.*
24 *Homicida quid teneatur soluere cognatis.*
25 *Fur, & alij rei etiam puniti publica pœna restituant damna.*
27 *Occidens defendēdo se sine moderata tutela, punietur mitius quam aggrediens, sed restituet quantum ille.*
27 *Duella quæ inter particulares milites exercituum licent.*

22 VIgesimoseptimo peccat mortaliter, qui alium iniuste occidit, & non vult satisfacere. Circa quod *dicimus primo*, quod Scotus,[a] cui satis cōsonat Adrianus,[b] ait primo, esse stultum putare, eum, qui bouē proximi necat, teneri ad restitutionem, non autem qui proximum ipsum occidit. Contra quos tamen faciunt multæ leges;[c] vt illa quæ habet, hominem liberum nullo pretio æstimari posse; & alia[d] quę sic habet: *Illi homini libero, qui præteriens per viam publicam percutitur re aliqua proiecta, aut cadente ex aliqua fenestra, deberi medicationis impensam, & stipendia quæ sanus lucrifecisset; non autem quidquam pro deformitate*

a In 4. l. sent. dist. 15. q. 3.
b In 4. de restit. qu. fin. & Ioan. Maio. in eodem 4. dist. 15. q. 14.
c Videlicet l. liber homo ff. ad l. Aquil. d L. si de his qui dere. vel effud.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut cicatrice inde relicta; corpus enim liberum nullam recipit æstimationem: & illa e quæ statuit, quod quamuis contra Dominum alicuius animalis, quod occidit aliquem seruũ, vel aliud animal, eius Dominus habet actionẽ, & ius petendi medicationis impensas, & stipẽdia, quę alioqui lucrifeciſſet, nihil tamen potest petere pro cicatrice & deformitate; neque etiamsi occidatur, f quod etiã dixit Azo. g & clarius asseruit Ostiens. h Itaque sit resolutio, eũ, qui occidit, aut percutit aliquod animal brutum proximi, vel seruum, teneri illi restituere tantum, quantivalet id quod occidit; imo & quanto minoris valet ob deformitatẽ ex vulnere relictam: & quod etiam, qui percutit hominem liberum, tenetur ei restituere medicationis impensas, & stipendia, quę sanus lucrifeciſſet tempore medicationis, & tempore totius vitæ, quatenus ob illam percussionem ad illa lucrifacienda inhabilis esset effectus; deformitatem autẽ ex vulnere relictã nullatenus tenebitur compensare. Qui vero liberũ hominem occidit, non tenetur ad soluendum quidquam pro vita quam abstulit, quãuis sic, pro eo, quod in se medicando impẽdit antequam obiret, & pro damno, quod filij, & hæredes eius perpessi sunt, vt statim dicemus: imo etiam id, quod in eius funere moderato, iuxta consuetudinem personarum eiusmodi conditionis expensum est; quia causa fuerit eiusmodi sumptus, a quamquam hoc vltimum nemo vsque ad nos expressit.

23 *Secundo dicimus*, quod idẽ Scotus ait, huiusmodi hominem debere patiẽter perferre mortis pœnã sibi iuxta legẽ inflictã, etiamsi suis propriis manibus nõ teneatur sibi illã conscisscere, quod quidẽ recte dictum est. b Neq; etiam, iudicio meo tenetur vinculis & carceribus, aut morti inferendę seipsum offerre, etiamsi hoc facere saluti suę animæ valde conduceret.

Tertio, quoſt idem ait, quod si pœnam mortis non subeat, saltem expediret reliquũ vitæ tempus cõtra infideles trãsigere: quod si hoc non placet, debet aliqua restitutione ad iudiciũ boni viri homicidium compensare satisfaciendo operibus spiritualibus, quæ tanti esse videatur, quanti vita hominis interfecti æstimanda erat, secundum æquipollentiam, seu æqualitatem, quę in hac re inueniri potest; verum tamen hoc non arbitramur esse necessarium per supradicta.

24 *Quarto*, quod ipsemet dicit, quod vltra hæc tenetur resarcire parentibus, filiis aut cognatis occisi quãcũq; iacturã, quã illi ratione necis perpessi sunt, quod quidẽ iustũ est. Vnde Panor. c apertius rẽ totã explicans dicit, tantũ hæredibus defuncti restituendũ esse, quantum ille viuens suo labore, aut arte lucrari poterat, quod quidẽ videtur iure quinquaginta aureis æstimatum esse, d vt intellexit singulariter Ostiensis. e

Quinto dicimus, quod ex his infertur id quod Ioan. Maior. f asseruit, nempe eum vinculo maioris restitutionis astringi, qui sutorem, aut quemuis alium artificem, mechanicum, quã qui nobilem,

e L. ex hac si quad. pauper. fec. dic.

f Iurt. gloss. dict. l. ex hac & l. qui actione, si quis ff. ad l. Aquil.

g In summa de iniur.

a Arg. c. si de iniur. & l. qui occidit ff. ad l. Aquil.

b Arg. gloss. sing. c. fraternitas 12. q. 4. & eorũ quæ diximus rubr. de pœn.

c In ca. 1. de Spec. tit. de iniur. loquitur n. 20.

d l. 2 parag. 1 ff. de ijs qui de Eccl. vel off.

e Vbi supra.

f In 4. di. 15. q. 19. in fine.

nobilem aliquem occidit, etiamsi grauius crimen admittat qui hunc occidit, quam qui illum. *g*

g Arg. l. aut facta, ff de pœn. & c. aut facta, de pœ. dist. 1.

25 Interrogatus, An homicida, latro, aut aliquis alius reus, quē iudex puniuit, ad soluendū damnum, quod parti intulit, teneatur: Respondeo, quod est quęstio quotidiana, & à paucis declarata, quam ter, cū tres glossas solemnes *h* prælegeremus, tetigimus, & postea obsequētes volūtati Reuerendi admodū domini simul & amici mei P. Pradani, illustrissimi ordinis Societatis IESV, determinauimus, concludentes, quod sic. Quia lex naturalis & diuina obligat eos ad restituendū damnū parti antequā à iudice puniātur; & illa punitio, quę in vindictā publicam irrogatur, est compensatio iniuriæ reipublicæ illatæ, *a* quæ non liberat à debito quo parti tenetur; cū qui duobus diuersas res debet, non liberatur soluendo vni quod ei debet, nec soluēdo vni, quod alteri debet; *b* & cōsequenter qui, publicā pœnā passus, habuerit quo priuato dāmo satisfaciat, soluere debebit, & hoc sentit Innocent. si bene ponderetur. *c* Nec obstat, quod Fely. *d* & alij multi ex glossis prędictis colligūt, scilicet, eū qui ob delictū luit corpore, eo quod non habet in ęre, ad pœnā pecuniariā non teneri, quāuis postea satis bonorū ad soluendā eam acquirat; quia aliud est dicere, quem propter pœnā corporalē à pecuniaria excusari, quod illę glossę probāt; & aliud dicere, quē propter pœnā corporalem, à soluendo interesse parti, excusari, quod illę non dicunt, & nos asseruimus, id quod etiā sensit Iason: e quod tamē nobis limitandū videtur, quādo pars lęsa vellet vt delinquens per pœnā corporalē, nō solū reipublicę, sed etiam sibi satisfaceret. *f* Ex quo sequitur, quod hæredes eius qui decollatus vel suspensus est per sententiam, obligantur ad resarciendū damnum quod intulerat parti, sicut ad soluendum alia debita, *g* imo & Fiscus, si eius bona confiscata fuerint. *h*

a l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. & ca. et famæ, de sent excom.

b Ca. ea te de iurei. c. sicut dignum eos de homic.

c In c. Odoardus de solut.

d In ca. ad liberandum, de Iudæis.

e In parag. penu. nu. 45. de act.

f Arg. l. 1. ff. qui satisdare cog. & l. si ē parag. omnis, ff. de pign. act.

g l. prima C. ex delict. defunct.

h l. non possunt, & li. in summa ff. de iure Fisci.

26 *Sexto dicimus*, inter Scotum & communem vbi supra conuenire, quod non solum homicida, sed etiam percussor tenetur omnes expensas restituere, quas percussus in se medicando fecit, & insuper quidquid lucrifecisset ex arte vel officio suo, quamdiu male habuit, imo & quidquid magis in reliquo vitæ tēpore suo labore ob id lucrifacere poterat. Vnde Cōfessarius nō debet eū, qui occidit, aut qui percussit, absoluere, nisi prius illatum dānum cōpenset, aut re vera proponat restituere, iuxta omnium sententiam; quod quidem totum intelligendum est de eo qui iniuste percutit, aut occidit. Nam qui secundum ius simile aliquid facit, nulli restitutioni tenetur obnoxius. *i*

i Clementina vnica, de homicidijs, ca. olim de rest. spol. cum eis adnotat.

27 Non est tamen connumerandus inter eos qui iuste hominē occidūt, ille qui debitum modū defensionis excedit; quinimo (nostro iudicio, quidquid alij opinentur) quamuis multo minus peccet, & subinde minorē pœnitentiam in foro interiori, & leuiorem pęnā in foro exteriori mereatur, quam ille qui voluntarie alterū occidit; *k* nihilominus tamen tantę restitutioni,

k Per textus valde singulares in c. significauit de pœn. & rem. & l. si adulterium, parag. Imperatores ff. de adulter.

ac alter

ac alter, tenetur obnoxius, saltem si culpa lethalis existat. *l* Siquidem huiusmodi mors non solum iniusta est ex mala intentione, sed etiam ex ipsomet opere exteriori. Quod addimus ad excludendum responsum quod nostro argumento dari poterat, desumptum ex illo dicto Caiet. *m* scilicet, eum, qui alterum occidit in bello iusto, vel ex iusto præcepto, iniquo animo & intentione, licet propter intentionem iniquā peccet, non tamen teneri ad vllam restitutionem.

l Iuxta l. fin. ex plag. para. final. ff. de A. quil.

m 2.2.q.44. art.2.

Neque obstat, quod quidam dicit tenere me hic homicidam aggressoris, qui per inaduertentiam non seruauit modū inculpatę tutelę, & eo accessit, vt peccaret mortaliter, ad tantā teneri restitutionem, ad quantam homicida voluntarius. Contra quod ait tenere Syluestrū, *a* & pro eo facere, quod minor culpa minorem inducit restitutionem. Non, inquam, hoc obstat. Primo, quia Syluester agit de solutione pœnæ, & non de restitutione damni & interesse, de quo nos loquimur. Ait enim occidentem ob ineuitabilem necessitatem ad nullam pœnam teneri, nisi det causam aggressurę, quo casu teneatur ad restitutionem arbitrio boni viri: nos vero loquimur de restitutione damni dati, vel interesse ob illud contingentis. Secundo per incogitantiam videtur ab eo dici, quod minor culpa minorem restitutionē meretur: videtur enim dixisse hoc. Minor culpa minorē pœnā meretur. Tum quia quodlibet furtū notabile obligat ad restitutionem, non autem odium Dei, quod est ex suo genere maximum. Tum quia culpa seiūcta à dolo obligat ad tantā restitutionem, ad quantam ei coniuncta. Tum quia etiā sine culpa interdū quis tenetur restituere, vt cum animal alicuius non assuetum nocere, nocet alicui sine vlla culpa Domini. *b*

a In verbo restitutio 3. q.2.

b Dicto c.fi. de iniur.

Dubium remissum huc supra *c* est, An videatur nobis vera sententia Caietani, *d* qua dānat milites, qui tempore belli acceptant singularia certamina vnius contra vnum, duorū contra duos, 10. contra 10. &c. ad quæ prouocantur ab hostibus, quæ dubium proponenti displicet, eo quod exercitus prouocantium animosior fieret, si prouocati ea non acceptarent. Pro quo ipse cito, quod Golię prouocatio à Dauide fuit accepta, *e* & quod milites debent honori suo cōsulere, iuxta ea quæ Panormitanus & alij tradunt, *f* quæ supra *g* extendimus ad eū honorem, quem renuēdo talia perderent. Sed arbitror vtriusque sententiam teneri posse. Caietani quidem in certaminibus, quę offeruntur & acceptantur causa ostentandarum viriū, & artis pugnandi, & gloriæ vanę quærendæ sine respectu, saltē principali, belli victorię commodandi, quod ipsius verba significant: proponentis autem sententia, cum acceptantur principaliter ad commodandum belli victoriæ, & honori, ac reputationi fortitudinis, siue exercitus (quæ plurimum ad victoriam conducunt) seruatis seruandis, quod eius ratio significat.

c Num.9.

d In summa verb. duellum.5.

e 1.Reg.c.17

f In ca.olim de resti spol.

g Eod.c.n.4.

De sexto præcepto, Non mœchaberis, vel, non fornicaberis.

CAPVT XVI.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum 6. de non fornicando, & 10. de non concupiscendo, quæ vetant, num. 2. & 3.*
1 *Luxuriam an ignorantia, vis, aut metus excusent.*
3 *Luxuria omnis reducitur ad has sex species.*
3 *Et an sint, & admissa cum moniali vt est varia ob varias causas.*
3 *Sponsa Dei est anima viri, sicut & fœminæ.*
3 *Luxuria ratione loci, & personæ sacræ est sacrilegium.*
3 *Sacrilegium cur non sit violatio dormitorij, & Ecclesiæ sit.*
3 *Consecrari quæ Monacha non potest.*
3 *Incestus gradus cur necessario à confitente exprimendus.*
4 *Confessarius quantum debet interrogare circa peccatum luxuriæ.*

1 PRo fundamento dignoscendorũ, qui peccant mortaliter contra hoc sextum & decimum præceptum *præsupponimus primo*, id quod iam *a* diximus, scilicet hoc præcepto nobis esse à Domino interdictam quamcumque copulam extra legitimum matrimonium. Proinde quæcumquæ talis copula est peccatũ mortale, quãuis sit soluti cũ soluta, quæ simplex fornicatio appellatur; adeo quidẽ vt contrariũ assẽuerare sit hæresis, vt determinauit Cõciliũ Viẽnense. *b* Neque ignorantia ab hoc excusat, neque etiã existimare nõ esse peccatũ rẽ habere cum publica meretrice. Est enim hęc ignorãtia iuris naturalis, & diuini, adeo manifesti, quę nullatenus excusat. *c* Neq; metus aut minę mortis, vel infamię, neque pudor vociferãdi, neque timor infamię, quæ vociferationẽ consequeretur, ab hac culpa excusat: sufficit enim voluntas, aut cõsensus etiam coactus, vt culpæ mortalis macula cõtrahatur. *d* Nã potius debet quis vniuersa mundi mala perpeti, quã illi cõsentire. *e* Excusaret tamẽ vis absoluta, qua sine vllo cõsẽsu cogeretur adulterari, aut fornicari; adeo quod si virgo existeret, quę sẽper animo huiusmodi obscœnæ voluptati contradiceret, non perderet virginitatẽ, saltem quoad Deũ, vt gloriosissima Lucia virgo & martyr relata à Gratiano, *f* & à S. Tho. *g* respõdit Paschasio in hęc verba: *Si me feceris inuitam violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Quod procedit etiãsi de actu ipso delectationẽ aliquã percipere, modo neq; in ipsum actũ, neq; delectationẽ voluntatę deliberata cõsentiret. Nã talis delectatio nõ esset voluntaria, sed naturalis; & est esse in medio ignis, & nõ ardere, vt dixit S. Gregorius; *a* neq; tenetur manus iratas inijcere in eũ, qui vim inferre

a In additione c. quando de consec. d. 1.

b Clem. ad nostrum de hæret.
c 1 q. 4. parag notandum, & c. ignorantia de reg. iur. lib. 6.
d Ca. merito 15. q 1.
e Cap. itaque 32. q. 5. ca. sacris, de his quæ vi & Anto. 3. part. tit. 5. cap. 6. sub finem.
f 32. q. 5. in summa.
g 2 2. qu. 64. art. 5. ad 3.

a Respon. 10. ad Aug. & in cap. vir cum propriæ, 33. qu. 4.

ferre nititur neque clamore se defendere. Satis est enim non consentire ad hoc, vt non peccet coram Deo mortaliter, vt singulariter dixit Sotus; *b* quamuis quoad forũ exterius præsumeretur consensisse (si contingeret id ei intra ciuitatẽ) quę neque clamauit, neque petit opẽ ad sui defensionem, cum posset. *c* Illud vero, quod idẽ Sotus addit, non teneri scilicet huiusmodi fœminã etiam suis proprijs membris resistere, & quod satis sit non se componere, aut præparare ad obscœnum illum actum, dũmodo animo nõ consenserit, difficile profecto poterit contingere. Quare credo paucas honestas repertum iri, quę aliquo modo non resistant, saltem sine clamore, & sine manuũ iniectione in eos, qui eas tanta iniuria afficere nitũtur; quę opinio Soti sic limitata magis placẽt, quã opinio Caietani, *d* dicentis debere clamare nõ obstãte infamia, quę inde sequi posset. Interrogatus autẽ, an sentiam peccare mortaliter, quæ saltẽ suis membris sine clamore & percussione non resistit, & quid si ob metum aptat in id sua membra, vel tibias aperit, vel vestem eleuat? Respondi me sensisse non peccare solum non resistendo; sed sic alia in quęstione contenta faciendo, qui ea faciens, licet non consentiat ipsimet actui obscœno, participat tamen cooperando ad illum, quod sufficit vt peccet iuxta tradita supra; *e* quæ autem solum non resistit non cooperatur, sed solum patitur, quæ etiam sensit Sotus, *f* licet rationem non reddat.

b Lib. 5. q. 1. ar. 5. de iust. & iur.
c Vt habetur Deuter. c. 22.
d Infra num. 13. tradit.
e Cap. 11. nu. 16 & fusius in c. 17. n. 20.
f Vbi supra.

2 *Secundo præsupponimus*, quod simul ac vetatur aliquid, cẽsetur vetitum desiderium & propositũ faciendi illud, imo & cõsensus deliberatus delectandi se in eo, visu, tactu, aut cogitatu, etiã sine opere alio, actu, nec proposito, aut desiderio cõmittẽdi illud, vt colligitur ex S. Thoma in hoc probato. *g* Ac cõsequẽter quamuis decimũ pręceptũ, quo vetatur desideriũ copulæ illicitæ, non fuisset datum, per hoc tamen sextum fuisset vetitũ. *h* At Dominus noster in hac & furti materia, speciatim per nonum & decimũ præceptũ vetuit desideria & proposita, eo quod in eis delectatio, quæ ex cogitatione sola nascitur, est quoddam bonum apparens ad sui desiderium inuitans. *i*

g Secundum S. Th. 1. 2. q. 100. art. 5.
h Vt ait Gratianus inc. 2. parag. cum ergo 36. q. 1. adiuncto ca. mulier 15. q. 1. & c. extraordinarijs, 35. qu. 1. & S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. id quod recte defendit & declarat Caiet. 2. 2. q. 154. 2. 7.

3 *Tertio præsupponimus*, quod omnia luxuriæ peccata tam cogitationum & delectationum, quam verborum & operum, vt plurimum sunt ex vna sex specierum aut generum: *a* Quarum *prima* est fornicatio simplex, quę est inter solutos; solutos, inquam, non solum à vinculo matrimoniali, sed etiam à cognatione & affinitate, ordine sacro, religione, voto, & infidelitate. Si enim alter, esset vinctus aliquo prædictorum vinculorum, non esset simplex fornicatio. *b* *Secunda* species est adulterium, scilicet, cũ alter, aut vterq; est coniugatus. *Tertia* est incestus, quãdo scilicet ambo sunt consanguinei, vel affines; ad quam reduci potest sacrilegium quod admittitur, quando alter vel vterq; est persona religiosa professa, aut ordine sacro insignita, aut cognatione spirituali cõiuncta, *c* aut admissa in loco sacro.

b Tho. 2. sec. q. 154. art. 1. & 2.
c Cap. fin. 30. q. 1.

Quarta

Quarta ſtuprū, quando ſcilicet fœmina eſt virgo: eſt enim peccatū ſpeciale ratione fractionis ſigilli virginalis, vt docet Sanctus Tho. *d* Non ſufficit autē quoad hoc, vt vir ſit virgo, quod notauit Caiet. *e* *Quinta* eſt raptus, quando ſcilicet violenter aliqua cōtra voluntatē ipſius, vel patris eius extrahitur à domo ſua, quamuis id fiat ad ducendam eam in vxorem poſt habitā copulam, & etiam quando violēter extorquetur copula, ſiue ſit virgo, ſiue nō, *f* licet illa vim paſſa, ſi nullatenus conſentit, non peccet, vt dictū eſt. *Sexta* eſt contra naturam, quando non ſolum peccatur cōtra rationem naturalē, vt in ſpeciebus ſit prędictis, ſed etiam contra ordinem, quē natura ad habendam copulam carnalē ordinauit, iuxta vtrumque Thom. *g* vt contingit cùm peccat vir cum viro, fœmina cū fœmina, aut vir cum fœmina extra vas naturale, quod grauiſſimū & abominabile, & indignum quod nominetur, peccatum eſt, quamuis contingat inter maritum & vxorem. Eiuſdem ſpeciei eſt etiam cum peccatur cum animali bruto, quod beſtialitas dicitur, & eſt omniū, quę ſunt contra naturam, maximū, iuxta S. Thomam. *h*

Aduertendū tamen, non ideo nos dixiſſe ſupra, quod omnia luxuriæ peccata ſunt prędictarum ſex ſpecierum, quod nō ſint plures ſpecies, ſed quia hę sūt celebriores, ſeu quia directe, vel indirecte omnes reducuntur ad eas: nā & luxuria quę admittitur cū religioſa, vocari poteſt adulterium, vel inceſtus; *i* quia illa eſt ſpōſa ſpiritualis Dei, qui eſt omniū pater, & conſequēter, qui violat eam, violat ſponſam alienam, affinēque ſuam, quamuis etiam eadē gloſſa vocat eam ſacrilegiū, eo quod rē ſacrā violat, iuxta illud S. Thom. *k* videlicet aliquod ſacrilegiū eſt ſpecies luxurię, & aliqua ſpecies luxurię ſacrilegiū, licet ſolas prædictas ſex ſpecies poſuiſſet, quod Caiet. *b* defendit per quoſdā reſpectus, quos cum alijs quæſtionibus, quæ non ſunt tantæ vtilitatis quā ſubtilitatis, prudens omitto. Nec refert, an peccans ſit religioſa, vel religioſus, ſiquidem Deus tam verus ſponſus eſt animarum virorum, qui ſuam caſtitatē diuino cultui dedicant, quam fœminarū, quæ idem faciunt. Et tam ſacrilega eſt cæteris paribus, ſęcularis cū qua rē habet religioſus, quam ſacrilegus ſęcularis qui rem habet cū religioſa; & ſacrilegiores ille & illa, qui cū ſint ambo religioſi, ſe ſibi mutuo cōmiſcent. Sacrilega quoque dici poteſt omnis copula, etiā ipſorum coniugū, quando ratione loci ſacri eſt illicita. Quę omnia hinc ſatis perpēſa, & illinc audacia illa impudēs, temeraria & infernalis, qua quidam cū irreuerentia effrenata & diabolica audent monachas violare, imo etiā de eo gloriari, quin & habere eas in ſuas concubinas, mouerunt admodū Reuerēdum, piū iuxta ac doctū virū Priorem Eccleſię ſanctę Mariæ del Pilar Cæſar aguſtanæ, ad exhortandū nos, vt hoc loco id execraremur, quod adeó de ſe fœdū eſt, adeo abominabile, & execrandū coram Deo Opt. Max. & Angelis eius, adeoque iram

Dei

d 2.2.quæſt. 154.art.6.
e In dicto art 6.
f Ca. raptores, 36.q.2.
g 2.2.q.154. art.11.
h 2.2.q.154. art.12.
i Iuxta glo. c. virginibus 27.q.1.
k 2.2.q.154. art.10.
a In eadem q.art.1.
b Super dict. q.154.art.1.
Deus eſt ſpōſus virorum religioſorū æque ac virginum ſacrarum.

Dei prouocans, quod vtinam bonitas illa (quæ immẽsa est) diuina, ob hoc, & ob diluuium tam effrenatę luxurię, etiam inter cognatos adeo propinquos & affines, vt non audeamus exprimere, & inter coniugatas & virgines tam sacratas quam non sacratas, vt non immittat in nos horrendum diluuium aliquod tribulationum, non solum corporalium, quibus corpora, honores, & fortunæ pereant, sed etiam spiritualium, quibus animæ nostræ periclitentur. Amen.

Interrogatus autem, An monasterium & dormitoriũ religiosorum sint eiusmodi loca sacra, quę peccatũ carnis ibi commissum faciant esse sacrilegium: Respondi non esse; quoniam sunt quartę speciei rerum sacrarum, secundum S. Thomam *c* & si ad sacrilegium satis esset eiusmodi peccatum committi in loco sacro quartę speciei, sacrilegiũ esset quodcũque in quibuslibet agris, prædijs, aut domibus Ecclesiæ committeretur, quippe quæ omnia sunt sacra eiusdem speciei, *d* iuxta S. Tho. *e* Non obstat quod Ecclesiæ & cœmiteria sunt loca sacra quæ faciunt carnis peccatum esse sacrilegium, quia illa sunt tertię speciei rerum sacrarum, iuxta eundem S. Thomam.

c 2.2.q.99. art.3.

d Cap. sacrilegium, c. quĩ rapit. c. quisquis, 17.q.4.

e Vbi suprà.

Interrogatus autem, An sanctimonialis, quę cum esset secularis, aut antequam professionem faceret, occulte fornicata est, suæ consecrationis velum suscipiens peccet: Respõdi, peccare, nisi cum dispensatione saltem Episcopi, aut cum alia honesta cautela suscipiat, vt Syluester *a* pe. belle declarat. Quod ipsum arbitror etiam de illa quæ voluntarie sese polluit, vt colligitur ex S. Tho. communiter recepto, *b* ob quod forsitã paucæ grandiorum sine cautela licite consecrari possunt.

a Verb. consecratio virgin q.1.

b 2.2.q.150. art.1 ad 4.

Aduertendum item, quod non dixi, prædictas sex species luxuriæ esse species specialissimas, sed potius genera subalterna continentia sub se alias species: nam sub specie incestus continentur incestus cognatorum diuersorum graduum, quæ sunt diuersæ speciei specialissimæ; & ita non sufficit confiteri habuisse rem cum cognata, si habuit cum cognata primi, secũdi, vel tertij gradus, sed oportet exprimere gradum; quia circumstantia illa, licet non mutet speciem generalem, siue genus incestus, mutat tamen speciem specialissimam, quod sufficit adhoc vt sit necessario confitenda, iuxta tradita. *c*

c In c.7. supra num.4. & seqq.

4 *Quarto* principaliter præsupponimus, periculosum esse tam Confessario, quam pœnitẽti immorari nimis in huius materię interrogationibus; proinde debet se quã citissimè ab eis expedire, interrogando sola necessaria, non descendendo nimis ad particularia & minutiora dicta suprà. *d*

d In cap. 6. & tradita à Caiet.

Quintò, quòd quidquid Angel. & aliquot alij cõtra suammet rationem dicant, satius est, vt Confessarius circa hoc præceptum percunctetur coniunctim omnia quæ pertinent ad ipsum, vna cum eis quæ pertinent ad decimum, quam diuisim alia circa illud.

Præceptum

Præceptum de non mœchando quis frangit.

5 *Præceptum sextum de non fornicando, vel decimum, quis frangit.*
6 *Pollutio voluntaria & inuoluntaria variorum casuum, & 7.*
6 *Pollutionis incurrendæ periculo consentiens.*
6 *Pollutio dormienti adueniens, &c. an possit placere ob finem bonum, num. 8.*
7 *Referri potest in Deum quidquid non est peccatum.*
8 *Pollutio præterita & futura in quo differant.*
9 *Generationem matrimonialis copulæ qui impedit.*
9 *Fornicandi desiderium, & delectatio morosa quando peccatum.*
9 *Peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei.*
9 *Delectatione, quam cogitando percipit, si lætatur.*
10 *Delectatio præsens de copula præterita, vel futura, quando peccatum.*
11 *Oscula quæ peccata.*
12 *Sponsalia hæc faciunt licita, quæ alias non sunt.*
13 *Tactus qui peccata.*
14 *Ornans se, & insidens fenestris, cantans, audiens, aut videns, qui peccat.*
15 *Comedit qui in finem vt magis luxuriæ peccato delectetur.*
15 *Amans insequens amatam vt peccat.*
11 *Locans domum meretrici, vt peccat.*

5 HOc præceptum de non mœchando, vel non fornicãdo, frãgit *primo*, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, & teneturdicere, quoties illam habuit, & cum qualibus personis, quo sciat Confessarius cuius speciei est; puta si est simplex fornicatio, vel adulterium, incestus, stuprum, sacrilegium, raptus, aut contra naturam, iuxta dicta supra.*a* Et aduertendum, quod tantum quis peccat per copulã cum vna eademque persona decies habitam, quãtũ peccaret, si eam cum diuersis decem eiusdem qualitatis haberet, quod Ioannes Maior *b* expressit.

a Hoc cap. num. 3.

b In 4. dist. 17. q. 4.

6 *Secundo* frãgit præceptũ, qui procurat, vt cõtingat ei pollutio, aut placuit sibi deliberate cõtingentia illius non procurata, aut cum possit, & debeat eã impedire, nõ impedit, aut probabili periculo, vt eueniat, se exponit, voluẽdo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione; aut immiscendo se conuersationibus, vel tactibus turpibus, quę ad eã prouocãt, à quibus potest, & debet se auertere, aut in finẽ, vt sibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quãuis ad exonerandũ naturã id faciat. Quod genus peccati vocatur mollities, estque de genere peccatorum contra naturam, de quo

c 1. ad Cor. 3. Apost. ait: *c Molles non possidebũt regnũ Dei*: quod licet maius sit,

quando

quando cum alterius opera contingit, propter participationē in alterius peccato, non tamē ob id fit alterius speciei, nisi copula Sodomitica accederet, iuxta sententiam Caietani, *d* & nisi interueniret aliud, quo ea mutatio fieret: proinde si præter id intercederet personę alicuius memoria & voluntas, siue desiderium eam libidinem explendi cum illa, non solum esset mollities, sed etiam alia luxuriæ species, cuius est copula re habita cum illa persona: puta adulterium si esset nupta; incestus, si cognata; Sodomia, si alterius sexus, secundum Card. *e*

d 2.2 qu.154. art.11.

e Vbi supra

7 Dixi, *Qui procurat, &c.* quoniam pollutio, quę inuito contra voluntatem euenit, non est peccatum; qualis est, quæ euenit dormiēti & seminis fluxū patiēti, & violento alterius tactū ei qui non consentit in eo. Dixi, *Cum possit & debeat impedire, & non impedit*; quoniā nō sufficit potētia impediendi, nisi adsit obligatio id faciēdi: nā qui operi alicui incumbens potest eiusmodi pollutionis euentū impedire, cessando ab opere illo, & se in alia diuertēdo, sed quia nō tenetur opus illud intermittere, nō cessat ab eo, & ob id polluitur, non peccat, si nullatenus pollutioni aduenienti cōsentit. Exēplum proponi potest in eis, qui ad prædicandum, docendū, disputandū, audiendum confessiones, aut alloquēdū fœminas ex causa honesta, cū sint ipsi viri, vel cōtra viros, cū sint ipsę fœminę, vidēt, legunt, audiunt, aut dicūt aliqua turpia, aut talia, quę illā prouocant. Ij enim quāuis possint, non sunt tamen obligati ad omittēdū id quod faciunt, quo pollutionis euentū impediant. Quare si ea illis eueniat, non peccant, modo nullatenus, vt supra dictū est, ei aduenieti consentiant. Quę omnia colliguntur ex his, quę sentit S. Thomas, *a* & expressit S. Antoninus, *b* & Card. Ioā. de Turrecrem. *c* & Cardin. Caietanus. *d* Quod ipsum respondimus & nos cuidā veredario seu cursori vtēti diplomate, qui non poterat aliter impedire quā ab equo descendēdo, & pedibus incedendo. Quę tamē omnia intelligenda sunt de illis solis, qui probabiliter credunt, voluntatē eorū superiorem siue intellectiuā in huiusmodi pollutionē non consensurā: alij enim qui credūt cōtrariū, potius debent omittere confessiones, prędicationes, cursum veredariorū festinatum, & quiduis aliud ob ea, quæ Caiet. *e* dicit, & nos *f* tractantes illud, *g* *Qui amat periculum peribit in illo*, tradidimus. Non est item peccatum mortale, cupere vt sibi dormiēti contingat pollutio (quo leuetur natura) per solam viam naturalem, nullam ad id causam præbendo. Quod ne cui videatur durius, addimus nos in has parte sequi Caiet. *h* & Syluestrum *i* & alios, præsertim glorioſum illum Antonin. *k* non tantum ob eius auctoritatem (quamquam mihi semper maxima est) sed etiam ob has rationes.

a 3.par.q.8.
b 2.pa.tit.6. cap.5.
c In c.testamentum, & 4 cap.sed pensandū, dist.6.
d Tom.1.Opuscul.Opusc. 14.q.1.&3.q. 16.& in sum. ver.pollutio
e Vbi supra
f In c.si quis autem, de pœn.dist.7.
g Eccle.c.3.
h 2.2.q.154. art.5.
i Verb.pollutio.
k 2.part.tit. 5.cap.5.

Prima est, quod hæc, de qua loquimur, pollutio non est in se peccatum secundum omnes; & quidquid non est peccatum in obsequium Dei est referibile, iuxta omnium sententiam, quam

quam sentit *l* & exprimit Caietanus.*m*

Secunda, quod sermo est de desiderio, siue cupiditate, quæ nullatenus est pollutionis causa; quale est desiderium eius qui cupit, vt ea pollutio ei eueniat quandoque in somnis, eo modo quo solet euenire sudor in leuamentum naturę.

Tertia, quod eiusmodi pollutio nō adęquatur peccato quoad hoc: nam etiam S. Thomas, *a* Paludanus *b* & cōmunis asserūt, non esse peccatum complacere sibi de pręterita pollutione ob sanctū finem, & purum, & ab omni malo defæcatum, cū tamē peccatum propter nullum finem, euentum, vel effectum quamlibet sanctum, possit vlli iuste placere, vt *c* probauimus.

Quarta, quod inter complacentiam de futura pollutione, & de prætérita nulla est, quantum ad hoc, alia differentia, quam quod complacentia de futura posset esse causa illius. At nos expressim agimus de complacentia, quę nullatenus sit causa illius, vt etiam hi, quos sequimur, loquuntur.

Quinta, quod doctores, qui contrarium affirmant, intelligēdi sunt de desiderio, & cupiditate, quæ aliqua via est pollutionis, vel aliquid prouocationis eius licet in bonum finē, & non de illa, de qua nos agimus, quę nullatenus est causa, nec quid prouocatiuum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem.*d*

Sexta, quod falsum est dicere, quod omnes, qui desiderāt aliquid, procurent illud habere: & quod quidquid licet desiderare, licet & procurare; possum enim desiderare mortem propriā meam, imo & alienam in multis casibus, imo eā rogare Deū; at non est mihi licitum procurare illam opere, quod recte elucidat Sotus, & docte ac erudite docuit Caiet. per illa verba: *Aliud est volitum, aliud voluntarium: illud respicit obiectum, hoc voluntatem. Et potest quis nonnunquam recte desiderare, vt eueniat ei mors iussu Regio, aut Reip. contra suam voluntatem facienti quidquid potest, ne illa eueniat ei, & se defendat ab ea.* *e*

Septima, quod medicus potest desiderare, vt ei, cui medetur, contra ipsius voluntatem eueniat pollutio (quam credit saluti eius plurimum conductum iri) sine vlla culpa ægrotantis, & sine vlla illicita procuratione: quas ob rationes quibus in præsentia respondere nescimus, & ob prædictorum quos sequimur auctoritatem, hanc partem sine vlla contentione pertinaci, & prędiudicio eius, qui contra contenderit, sub correctione debita tenemus.

g *Addimus*, non esse peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quod pollutio euenit, dummodo non comedat ea eo fine vt ei eueniat, sed solum, vt suæ gulæ satisfaciat. Ex quibus *infertur*, pollutionem, quæ dormienti accidit, non esse in se peccatum, licet esset in causa, *f* quia non est voluntaria; & quia, vt *g* diximus, nemo dum dormit potest bene mereri, neque peccare, etiam venialiter, nisi exequendo peccatum, vt si somnum acciperet pro instrumēto peccandi,

l Caiet. 1. 2. q. 8. ar. 3.
m Quæst. 100 ar. 10.
a In 4. l. sen. dist. 9. q. 1.
b In eadem dist. q. 3.
c In c. Inter verb. 31. q. 3. & supra in c. 15. n. 10. & in addit. c. quādo, de consec. dist. 1.
d Lib. 5. q. 10. ar. 1. de iust. & iur.
e 2. 2. q. 154. art. 3.
f Iuxt. glos. receptā verb. rei, dicti cateſtamentum & S. Th. 2. 2. q. 154. art. 5. & Ioā. Maiorem in 4. li. sen. d. 9. q. 2.
g In additione c. quando de consecr. dist. 1.

candi, S. Th. *d* vt acciperet, qui se somno dederet eo modo, vel ea corporis parte, vt ei pollutio eueniat; tunc enim esset peccatum vel saltem executio eius, eo modo, quo percussio facta sagitta est peccatum, seu executio peccati, quod perpetrat is, qui eam ad percutiendum emittit. Non est item peccatum, saltem mortale, pollutio illa, quæ incipit euenire alicui, dum dormit, & finitur postquã est experrectus, si voluntas superior, siue rationalis deliberata in illam non consentiat, quamuis sensualitas ea delectetur, *b* imo neque si incipiatur posteaquam est semiexcitatus, siue experrectus, antequam plene expergiscatur, modo ea absque patientis consensu deliberato voluntatis rationalis perficiatur, posteaquam esset plene experrectus; iuxta mentem Card. à Turrecrem. *c* quia ad constituendum peccatum mortale iudicium integrum requiritur. *d*

Tertio frangit hoc præceptum is, cui pollutio dormienti eueniens, posteaquam plene expergiscitur, placet deliberate, ob delectationem, quam inde cepit, præsertim si desiderat vt iterum ei ad se delectandum eueniat. *e* Dixi. *Ob delectationem, &c.* quoniam si placuit præterita, vel cupit futuram ad tentationes carnis sedandas, non procurando vt eueniat, nõ est peccatum, *f* etiamsi comedat aliquid, vnde putat eam euenturam, modo hoc in hunc finem non faciat, licet ad satisfactionem gulæ id comedat. *g* Pro quo etiam facit cap. de *occidendis. h*

9 *Quarto peccat*, qui habens rem cum aliqua, dat operam ne illa concipiat, procurando, vt tali modo coëat, vt inde nequeat fieri conceptio, quod peccatum est contra naturam, iuxta S. Tho. *i* & Caietan. *k* quoad ambos quidem, si ambo cõsentiant, sin autem, quoad consentientem tantum, qui est reus culpæ.

Quinto peccat, qui habet propositum, vel desiderium deliberatũ copulę carnalis extra legitimũ matrimoniũ, vel delectatur de illa morose, expressim, vel tacite. Expressim quidẽ, fruendo, vel consentiendo expresse & deliberate in delectationẽ, quę ex turpi cogitatu illius nascitur in sensualitate, siue appetitu sensitiuo. Tacite vero, si aduertens se illa teneri, & duci in periculũ cõsentiendi, non expellit, nec nititur expellere sine iusta causa, quæ ab expellendo eam excusat. Quod probatur per regulã superius *l* positã. Toties autem peccat, quoties habuit eiusmodi propositũ; aut delectationem morosam, siue circa vnam interrumpendo sępius, siue circa multas simul, aut separatim, iuxta S. Antoninũ, *a* & omnes alios, secundũ superius dicta; *b* quia peccata cordis, oris, & operis eiusdẽ sunt speciei, & solum differunt secundum maiorem, vel minorem perfectionem, secundũ S. Tho. *c* Proinde iuxta varias circumstantias variarum personarum, quas sic concupiuit, sunt etiam varię species horũ malorum propositorum & desideriorum; & peccati speciem mutant: nam quę sunt erga coniugatas, sunt adulteria; quæ erga cognatas, incestus; quæ erga virgines, stupra, de quibus supra

a In d. ar. 5 & Caiet. tomo 1 Opus Opuscul. 14. qu. 1.

b Iux. cõmunem sententiam in 4. li. sent. dist. 9. & Ioann. de Turrecr. in c. pensandum art. 5 di. 6.

c Vbi supra.

d Cap. omnis de pœn. & rem. & ca. de deli. pueror. & c. inebriauerunt 15. quæst. 1.

e Sylu. verb. pollutio.

f Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 5. & Anton. 2 par. tit. 6. ca. 3 Sylu. verb. pollutio.

g Antonin. & Sylues. vbi supra.

h 23. q. 5. & l. si quis nec causam ff. de reb. credit.

i 2. 2. q. 154. ar. 11.

k In cõment.

l Cap. 12. nu. 12.

a 2 par. tit. 3. c. 1. parag. 6.

b In cap. 12. supra eodem nu. 13. & 14.

c 1. 2. qu. 72. art. 7.

dictum est. Et ideo hæ circumstantiæ necessario sunt confitendæ cum numero illorum propositorum, & desideriorum siue concupiscentiarum.*d*

d Sy'u. verb. luxuria parag. 3. & dicta in ca. 6. supra eod.

Sexto, is cui deliberate placet delectatio, quæ sibi nascitur ex cogitatione copulę carnalis, quā habiturus est cum illa, vel illa, quando sibi facta fuerit vxor, aut si alioquin liceret, iuxta sententiam Caietani;*e* quoniam quāuis licita sit voluntas cōditionalis habendi copulā cum illa, vel illa, si, vel quando sua vxor fuerit: quamuis item liceat ei gaudere de spe, quam concipit habendi aliquando illam; non est tamen licitum ei admittere deliberate delectationem carnalem, quæ inde nasceretur: nam quāuis voluntas conditionalis copulę futuræ nil ponat in esse, illa tamen delectatio, quæ inde nascitur, non est conditionalis, nec futura, imo præsens, & absoluta, quæ est conclusio singularis, ratione singulari fulta, de qua latius scripsimus nuper.*f*

e Dicto 1. Tomo Opus. Opu. 14. q. 2.

f In cap. is cui num. 1. & seqq. de pœn. dist. 3.

10 *Septimo*, qui, vel quæ coniux mortua vel mortuo coniuge meminit copulā carnalem in matrimonio tempore præterito habitam, & delectationem carnalem ex eius memoria ortā admittit, & ea deliberate gaudet, vel aduertens sensualitati suę ei inesse, ac exponi se periculo pollutionis incurrendæ, vel consentiendi in eā, non expellit, nec nititur eam expellere, cogitatum suum in aliud per disciplinā, vel alio modo diuertēdo, per regulam superius,*g* ad dignoscendum, quæ morosa delectatio sit peccatum mortale, traditam. Verum tamen est viduum & viduam licite posse meminisse copularum carnalium temporis præteriti, & gaudere quod eas habuerint, & quod in eis delectati fuerint, imo & velle illas habere, si qua ratione fieri posset, nō tamen est licitū illis habere nūc actu, & in præsentia delectationē, quæ ex illa recordatione, seu memoria nasceretur, iuxta omniū doctrinam & mentē, quam dilucidius cæteris omnibus declarauit Caietanus. *b* Quod ipsum per easdē rationes videtur etiā nobis de illa coniuge, cui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, aut futuræ coniugis absentis nascitur, atque excrescit delectatio in sua sensualitate: quantūuis nemo, quod sciam, illud exprimat;*a* de quo latius nuper diximus.*b*

g C. 2. 1. n. 14

h In præallegato Tomo 1. Opusculor. Opusc. 4. q. 5. & 2.

a Arg. l. illud ff ad l. Aqui. & cap. 2. de transfiatione præfat.

b In præallegato c. si cui & ca. si forte de pœn. di. 1.

11 *Octauo*, qui deliberato & stabili animo vult amplecti, exosculari, aut tangere, aut amplectitur, exosculatur, aut tangit fœminam, cum sit mas, vel marem cum sit fœmina, animo fruendi delectatione carnali, quę ex huiusmodi actu nascitur (esto quod tactus ille non sit de se impudicus; esto etiam quod tangeret personam, quam desiderabat, atque sperabat in coniugem accipere, si nondum acceperit) iuxta sententiam vtriusque Thomæ,*c* & S. Antonini.*d*

c 2. 2. q. 154. art. 4.

d 3. Part. tit. 5. c. 1. parag. 7 & 9.

Dixi, *deliberato animo*; quoniā appetitus ille, qui in sensualitate nascitur, aut ex voluntate, anteaquā intellectus id animaduertat, & volūtas ei deliberate cōsentiat, aut etiam omittat eū expellere cū periculo consentiendi, saltem in illam delectationē, non

non est peccatum mortiferum, per regulam supradictam. e Dixi, *Ad fruendum delectatione carnali*; quoniam facere, vel velle facere illa ad se delectandum honeste, vt faciunt multi, qui tangunt, osculantur, & amplectuntur pueros, puellas, cognatos, vel cognatas, nihil peccant, vt diximus nuper. f

e In cap. 11. nu. 12 & in hoc ipso ca. nu. 9.

f In c. si cui, de pœn. dist. 3 n. 31. & seq.

Dixi item, *Osculari, tangere, & amplecti*; non autem dixi videre & alloqui; quia hæc cum fiunt honeste in finem honestum, puta ad vrbanitatem debitam, ad se recognoscendū postea, cum iterum cōuenerint, vel ad reprehendendā illius vanitatem, vel ad de rebus honestis admonendū, vel ad laudādum Deū, quod adeo pulchra opera efficiat, aut ob honestū amorem, imo & ad se delectandum caste, honesteque amando, non est peccatum, imo est virtutis actus, modo non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo se periculo concipiendi mali proposīti, operis, vel delectationis luxuriosæ exponat. Nec est plusquā veniale facere prędicta ob solam curiositatem cognoscendi qua pulchritudine, aut quo incessu, aut gestu sit, imo nec oblectare se etiam deliberate videndo, & alloquēdo eiusmodi creaturam formosam, & perspiciendo res eius nouas & pomposas, modo nulla intentio mala illā comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, suapte natura ordinata in aliquem luxuriæ actum, vt subtiliter Caietanus g probat, ponendo magnum discrimen inter visum & alloquium ex vna parte, & tactum ex altera. Nec obstat his quod Hieronym. in epistola ad Eustoch. h de virginitate scribit paulo ante, & post illa verba, *Claude ostium tuum, abscondere: Foris vagentur virgines stultæ, &c.* siquidem ille hortatur ad optima, & ad fugienda etiam minus bona, quæ ipsis possunt esse impedimenta, qualia sunt illa; nos vero dehortamur à malis, discernendo illa à bonis, & quo gradu sint talia.

g In Tomo Opusculorū Opus 14. q. 3.

h Epist. 22.

12 Dixi etiam, *nec despousati*; quia illi quāuis sponsalia tantū de futuro cōtraxerint, quamuis non liceat eis copula, sine proposito saltem antea in matrimoniū consentiendi, neq; hodie post Conc. Trident. a cum tali proposito, licite tamen possunt non solū se cernere, & alloqui, & frui gaudio & voluptate, quę inde nascitur, sed etiā osculari se mutuo, amplecti, & tangere se tactibus, qui de se non sint impudici, & frui voluptate, quę oritur ex eis, sine voluntate tamen ampliori. Sponsalia enim quę initium matrimonij sunt, faciunt facultatē fruendi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ singularis est eiusdē Caietani determinatio. b Quæ tamen intelligenda venit, quando id fit cum cautela, ne cōtingat pollutio, nec periculū probabile illius incurrendæ, aut cōsentiendi in eam, vel in copulā matrimonialem, antequam expresse, vel tacite matrimonium contrahant, licet post Conc. Trid. c non sufficiat tacitus contractus; quod quia raro contingit, cum soli secreto sese osculantur amplectuntur & tangunt, plurimum expediret, ne opportunitates eiusmodi, donec coniuges fierent, eis concederentur.

a Sess. 24. in decreto de matrimon.

b In 2. 2. qu. 154. a. 4.

c Vbi supra.

13 Diximus item, *tactibus quæ suapte natura non sunt impudici*; nam si tales essent, quales sunt tactus verendorum, nullatenus debent consentiri, imo si ad euitandos eos esset necessarium, petendum esset cum clamore auxilium non obstante infamia, quæ alteri partium, vel vtrique inde nasceretur, secundum Caiet. *d* cui hac in re contrarius est Sotus, relatus supra, *e* & ei accedimus cum moderatione, de qua ibidem.

d In 2.2.q. 154.art.4. sub.fin.

e Eodem n.1

Nono peccat, qui vadit ad aliquem locum, præsertim Ecclesiam, quo videat & concupiscat inordinate lethaliterque fœminas, *f* ob intentionem mortiferam: quod idem dicendum de illo, qui mittit, aut tradit, recipit, vel promittit epistolas, aut aliqua dona, quamlibet parua, eiusmodi cum intentione. *g*

f Iuxt. gloss. cap. odi. 24 qu. 1.

g Sylvest. verb donatio parag. 2.

Decimo peccat, qui quærit mediatrices, aut maleficas, ad consequendum suæ concupiscentiæ effectum. *h*

h Alexand. Halen. tractat. de luxuria.

Vndecimo peccat, qui, vel quæ se in fenestra, vel alio loco exhibet, animo, vt cerneretur ab aliquo, vel aliqua, à quo vel qua scit se carnaliter amari, & eo conspectu mortaliter peccatum iri, licet in opus peccati non consentiat, in quo toties lethaliter peccat, quoties id facit, secundum S. Antoninum. *i*

i 2. part. tit. 5 c. 1. parag. 7.

14 *Duodecimo*, qui se vestit, vel ornat eo animo, vt videatur alicui eius pulchritudo, ob quam carnaliter & mortaliter ametur, non autem si facit illud, vt ametur honeste, licet carnaliter in finem contrahendi matrimonium, vel alium honestum, imo neque si id facit quo ametur inhoneste, sed non mortaliter, ad luxuriam videlicet tantum venialem.

Decimotertio, qui animo deliberato delectatur loquendo, canendo, vel audiendo verba luxurię turpia, etiam sine male operandi proposito, per superius dicta, *a* & per alios alibi: & omnis qui verbo, tactu, vel scripto dat causam alteri peccandi, licet ipse nolit peccare, neque vt alter peccet *b*.

a In cap. 11. nu. 11.

b Arg. ca. fi. de iniur.

Decimoquarto, qui nutu oculorum, verbis, musico cantu, aut alijs similibus nititur prouocare aliquem vel aliquam ad cõsentiendum huic luxuriæ peccato; aut curauit, vt se comitarentur aliqui in aliquem actum mortiferum, qualis est cantus musicus, qualia hastiludia, & alia similia, ad prouocandum aliquam in huiusmodi peccatum mortale collimata & directa. *c*

c Alexand. Halen. tract. de luxuria.

Decimoquinto, qui falso gloriatur se cum illo, vel illa rem habuisse, qui non solum peccat, sed & tenetur restituere famam, quam per id aufert *d*.

d Arg. reg. peccatum, de reg. iur. li. 6.

15 *Decimosexto*, qui comedit aut bibit plusquam oportet, aut quærit aromata, vel aliqua calida, quo magis hoc luxuriæ peccato delectetur, nisi sit coniux, qui si faciat id ad debitum matrimoniale commode soluendum, nihil peccat; & si facit quo magis in eo soluendo delectetur, tantum veniale admittit. *e*

e Angel. In interrogat. circa gulam, parag. 17.

Decimoseptimo is, quem piget impotentiæ coeundi luxuriosè, quamuis pigere impotentiæ ad copulam matrimonialem non sit peccatum, secundum omnes.

Decimo-

Decimooctauo peccat, qui aliquam mulierem mala cũ intẽtione insequitur, quod peccatũ eo grauius est, quo maior mora fit in ea insequenda. Imo si mulier est honesta, obligatur ad ei sarciendam iniuriã, contumeliã aut infamiã, quæ ob hoc eam cõsequitur, *f* modo honesto habitu ipsa incedat, alioqui vero minime. *g* An autẽ si eam ad peccandũ inducit, obligetur ad suadendam ei pœnitentiam, dictum est supra, *h* & latius nuper. *i*

Decimonono peccat, qui locat domum, vel aliquam eius partem alicui meretrici, quam scit, vel probabiliter credit in ea meretricaturam, seu suo corpore turpem quæstum facturam: is enim videtur peccato consentire, & ad id admittendum iuuare, ac consequenter peccat. *k*

f L. iiẽ apud Labeonem, parag. appellare, ff. de iniur.
g Vt in ead. l. parag. si quis virginem.
h In cap. 14. nu. 45.
i In c. nolit, de pœn. di. 1.
k Arg. cap. 1. de offi. deleg. cũ similibus.

Quid restituere oporteat, qui rem habet cũm virgine, vel ea, quæ putatur virgo, & non est.

16 *Virginem qui defiorat, quid restituet, si dolo, aut importunitate, &c. & 17.*
18 *Virgini qui promittit se eam ducturum in vxorem:*
19 *Virgini corruptæ, quæ putata virgo æque bene nubit, vt restituetur.*
19 *Restitutio qualis facienda patri ab eo, qui eius filiam defloruit.*

16 VIgesimo peccat, qui rem habet cum ea, quę putatur esse virgo, & non est, & non vult facere illa quæ debet. Circa quod *dicendum primo*, quod qui rem habet cum ea, quæ putatur virgo, sine dolo & deceptione ipsius, quia illa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nil tenetur restituere in conscientiæ foro, etiamsi vere virgo esset; tum quia *scienti & sponte consentienti non fit iniuria nec dolus*; *a* tum, quia lex quæ obligat ad soluendum aliquid ei quam defloruit, agit de decipiente. *b* Diximus, *Leuiter*; nam si grauiter & importune fuit rogata, satis dicitur coacta, quoad hunc effectum. *c*

a C. scienti. de reg. iur. lib. 6.
b Cap. 1 de adnor. Exod. 22.
c Arg. l. 1. C. de rapt. vir. & gloss. dicta c. scienti.

Secundo dicendum, quod in foro exteriori huiusmodi defloratior iubebitur eam dotare, in vxoremque sibi ducere, *d* aut dotare, & fustibus cædi, *e* quamuis eam incorruptam non inuenisset, & neget eam fuisse talem, nec ipsa se virginem probet: satis enim est ei, quod ipse non probet contrarium: iure namque præsumitur illam fuisse tunc virginem, & deceptam, vt asserunt Antoninus, Panor. & Communis, *f* & S. Anton. receptus. *g*

d Dict. c. 1. de adulter.
e Cap. 2. eod. tit.
f In di. c. 1. & 2. de adulter.
g 1. par. tit. 5. c. 6. parag. 1.

17 Neque obstat hoc quod hic dicimus, nempe illum qui virginem defloruit, si ea tam bene nupsit ac si virgo esset, marito corruptionem minime percipiente, ad nullam restitutionem teneri, non placere cuidam religioso, eo quod contrarium asseruit Victoria, quia respondetur primo, laudare me infra multum præfatum Victoriam, defendereque eius dictum, quod ille contra me citat.

Secundo, quod Victoria loquitur de satisfactione, ego autem de restitutione, quas differre vt genus & species diximus. *h* Et ita certum est, corruptorem virginis, etiamsi nihil damni restituibilis per hoc ei eueniat, teneri actione iniuriarum ad satisfaciendum pro illa per pœnam impositam, vel imponendam, licet æque bene nubat, vt recte ait Victoria, *i* sed non ad restitutionem, vt ego dico, quia pœna pro iniuria imponenda, vel etiam ipso iure imposita, non debetur in foro conscientiæ; *a* restitutio enim respicit damnum pretio æstimabile ablatum, vel impeditum, reddendum, etiam in foro conscientiæ, per definitionem eius, quam trademus infra. *b*

Tertio respondetur, quod ad saluandum dictum præfati Victoriæ, quod aliàs certe de rigore saluari nō potest, adiecimus, intelligendum esse illud quoad restitutionem in foro cōscientię faciendam, quando virgo corrupta, licet tam bene nubat, ac si fuisset incorrupta, tamen post nuptias, & notitiam corruptionis à marito habitam, tractatur male, signis, verbis, absentia, & alijs factis, quod est magnum damnum, aut interesse ex illa corruptione consequutum & restituibile.

Tertio dicendū, quod qui importunis precibus & appellationibus, aut falsis promissionibus sine pollicitatione eā ducēdi decepit, in vtroq; foro tenetur: in exteriori quidē ad id quod supra dictū est; in interiori vero ad ducēdā, vel ad faciēdū id quo illa maneat cōtenta, vel ad resarciendū ei dānum omne quod inde illi euenerit, scilicet, quanto maioris eget, quo talē adipiscatur maritū, qualē manens virgo adipisceretur, iuxta boni viri arbitriū, quod sēsit S. Antoninus; *c* & aliquid amplius, ob verecundiā, quā tota vita sua passura est, & ob cōtumelias, quas ob id à suo marito est acceptura, vt nos *d* diximus, addentes nō obligari ad eā omnino dotandā; quoniā id pœna est, quæ in foro interiore omnino non debetur, donec à iudice imponatur. *e*

18 *Quarto dicendū*, quod si promittit se ducturū eam, siue promittat ex animo vero, siue ad decipiēdam eam ficto, obligatur ad explenda promissa, tam in interiori quam exteriori foro, & multo magis si iuramento id firmauit, *f* nisi essent valde inæquales genere, potētia, vel diuitijs; puta si ille esset nobilis, & illa agricolę cuiuspiā, vel artificis mechanici filia: eo enim casu pręsumi potest illam fingere se deceptam, sed nō esse: Vel quia huic rationi pręsūptionis nō est locus in foro cōscientię, ratio aptior fuerit, quod illa nō potest allegare iuste se deceptā esse; quia nō est decepta, vel nō debuit decipi, quia paria sunt scire, vel debere scire; *g* ob quod iudicio nostro nō obligatur ad amplius, quam ad dandum ei tātum, quantum magis opus habet, ad talem adipiscēdum maritum, qualem, si non esset infamata adipisceretur, vel ad reponendā eā in aliquo statu honesto, in quo in Dei obsequio viuat, secundum S. Antoninum. *h* Ad alterum tamen horum tenetur; quia licet non præsumatur decepta

h In princ 3 supra eodē.c.

i Per l. apud Labeonē. para. si quis virginem ff. de iniurijs, & per cap. si quis tam de pœn. dist.

a Per parag. in hoc, sub c. fine 33. q. 2.

b Cap. 17. n. 6

c Vbi supra.

d In dict. c. 1

e Dicto parag. in hoc 33 q. 2. & gl. singularis c. fraternitas 12. q. 2. in cuius Comment. id late tractamus.

f Ca. 1. & ea. quatiter, de pactis, adiuncto c quæcūque ait 22. qu. 5.

g L. quod re, ff. de reb. cred. & S. Anto. vbi supra, & Sylues. verbo luxuria qu. 5.

h Vbi supra ab alijs probatum.

cepta ad effectum
dānum, eo quod p
importunarum.
vera, & ex animo
nio eam consequu
vt in eo, qui prom
vxorem, aut pate
19 *Dicendum qui*
dum illius patren
secundum S. Tho
Dicendū sexto, qu
id, quod dicitur a
mus, piētissimus q
nasta primę funct
demiæ Salmantic
iusdem essemus i
dolo, aut importu
dum ei detrimen
etiamsi illa æque
misisset; quod fa
rationibus in eo
ibidem respondi
deprehendit illiu
eaque discedens
miumque seuere
natio, seu resolut
beat, quando n
imo existimat se
esse plurimis in
Dicendum septi
portunis habuit
gine reputata, ac
in foro conscien
tamen ereptā te
sunt intelligend
Concub
20 *Concubinaris*
& 21.
22 *Ancilla qu*
23 *Concubinarę*
20 Circa hoc
concubi
ab ea separetur
deundi: tum
dendo occasion

cepta ad effectum ducendi eā, tamen tenebitur ad resarciendū dānum, eo quod promissio ducendi vim habet saltem precum importunarum. Idem dicendū de eo casu, quo promissio fuit vera, & ex animo facta, sed esset probabile, quod ex matrimonio eam consequuturo grande aliquod scandalum nasceretur; vt in eo, qui promittit, & est sacris initiatus, aut aliam habuit vxorem, aut pater renuit omnino illam ei tradere.

19 *Dicendum quinto*, quod vltra prędicta obligatur ad placandum illius patrem, & ad satisfaciendum ei pro iniuria illata, secundum S. Thom. *a* & Caiet. *b* & S. Antonin. *c*

Dicendū sexto, quod iustum & rationi consonum videtur nobis id, quod dicitur asseueraſſe ille celeberrimus iuxta ac doctissimus, pietissimusq; doctor P. Frater Frāciscus à Victoria Gymnasta primę functionis in sacra Theologia resolutissimus Academiæ Salmanticensis, cum nos etiam in eadem functionis eiusdem essemus in sacris canonibus, nempe illum, qui virginē dolo, aut importunis precibus corrupit, obligari ad satisfaciendum ei detrimentum ex sigilli virginitatis tractione illatum, etiamsi illa æque bene nuberet, ac si præfatum sigillum non amisisset; quod facile infertur ex dicto tertio supra posito, & rationibus in eo allegatis, ad eos saltem casus in quibus nos ibidem respondimus, scilicet, quando defectum huiusmodi deprehendit illius maritus, & propter hoc eam relinquens, ab eaque discedens, peregre proficiscitur; aut eam aspere, nimiumque seuere tractat, quamuis (iudicio nostro) illa determinatio, seu resolutio limitari debet, ne procedat, locumue habeat, quando maritus eiusmodi defectum non deprehendit, imo existimat se illam inuenisse virginem, quales permultos esse plurimis in locis audimus.

Dicendum septimo, quod is, qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cū aliqua iā ab alio corrupta, sed pro virgine reputata, ac habita, & pro hoc eā infamauit, licet in nihilū in foro conscientiæ ob virginitatē ereptam teneatur, ob famā tamen ereptā tenetur, secundum Ioan. Maiorem, *d* quæ omnia sunt intelligenda de illo, qui peruenit ad copulam carnalem.

a 2.2.q.154. art.6.
b Ibidem.
c Vbi supra & alios.
d In 3.1.sent. dist.37.q.3.

Concubinarius quis non debet absolui.

20 *Concubinarius verus, aut pro tali habitus quis non debet absolui,* & 21.
22 *Ancilla qua dominus abutitur, vt est ab eo separanda.*
23 *Concubinarij vt plurimum excommunicati.*

20 CIrca hoc *dicimus primo*, quod concubinarius cohabitans concubinę adeo peccat, vt non debeat absolui antequā ab ea separetur, cum proposito numquam amplius ad eam redeundi: tum quia non potest vere pœnitere non abscindendo occasionem & opportunitatem peccandi adeo propinquam,

quã, ac est hęc cohabitatio, vt latius diximus *a* post S. Tho. *b* à Paludano, & ab alijs ibi receptũ, & à S. Anton. *c* & Sylu. *d* tum ob ea, quæ supra *e* diximus esse ad veram pœnitentiã necessaria: tũ per ea quæ profunde dicta fuerunt de peccandi occasione, *f* cũ non possint, siue grandi periculo, habitare insimul, quin alteruter, vel vterq; ipsorum opere, verbis, voluntate, aut delectatione peccet. Nil tamen aliud dicimus, quid faciendũ sit eo casu, quo possint ipsi absq; peccandi periculo cohabitare, quam quod rarissime id continget, & quod nõ debent absolui absq; proposito deliberato nunquam conuersandi opere, animo, aut voluntate. Idẽ quod dicimus de concubinarijs, dicendũ credimus de his, quos populus credit esse tales, licet non sint, donec veritas publicetur: quoniam non solum ab omni malo, sed etiam ab omni mali specie cauendum est, iuxta Apostolum. *g*

22 *Secundo*, quod idem, quod diximus de concubinario, dicendũ est de illa persona, quæ cuidam alteri cohabitando, non potest ob suam fragilitatem vitare, ac (vt rectius dicamus) videtur ei, quod nõ vitabit peccatum mortale, nisi separetur ab ea: debet enim separare se ab ea, quamuis sit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem. Addimus etiamsi sit ancilla, qua dominus eius luxuriose abutitur, si nequaquã potest ei resistere, aut putat, quod ob suam fragilitatem ei nõ resistet, nisi fugiendo, quod iuste posset fugere, quemadmodum vxor potest discedere à marito, qui eam ad peccandũ attrahit, *h* imo, iudicio nostro posset dominũ compellere, quo eam vẽdat alteri, qui ea nõ sic abutatur: tamersi hoc nemo alius exprimat; siquidem ob asperum & crudelem corporis cruciatũ, qui lõge minor est animæ cruciatu, *i* potest ad illud cõpellere; *k* cuius rei rationem, quę fundatur in occasione peccandi, altius quam alibi tractamus in hac postrema editione supra. *l*

23 *Tertio*, quod concubinarij non solum peccant, sed etiam communiter excommunicantur per constitutiones synodales, vt in Episcopatu Conimbricensi: & hodie vbique gentium legitime prius moniti sunt excommunicandi, & concubinæ in exilium mittendæ, iuxta id quod statuit Concil. Trid. *a* in hæc verba: *Statuit huiusmodi concubinarios tam solutos, quam vxoratos cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur donec reipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario seuere pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatæ siue solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinarijs publice viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinarijs videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio sæculari, eijciantur,*

a In e satisfactio, de pœn. dist. 3.
b In 4. dist. 15 qu. 1. ar. 1. q. 3
c 3. part. tit. 14. ca. 26.
d Verb. confessio qu. 25. & ab alijs. Summistis.
e Cap. 1.
f Supra c. 14. n. 32.
g 1. ad Thessalon. 5. & c. cũ ab omni. de vita, & honest. cleri.
h Cap. si infidelis, & cap. Idololatria, & ca. séq. 28. qu. 4.
i l. iustissime ff. de ædili. edict. & cap. præcept. 12. qu. 1.
k Parag. sed maior instit. de his, qui sunt sui vel alie. iur.
l Ca. 14. nu. 32. & seq.
a Sess. 24. ca. 2. de reform. matrimonij.

efficiantur, a'ijs pœnis contra adulteros & concubinarios inflictis, suo in robore permanentibus.

De coniugum luxuriæ peccatis.

24 *Coniux cognoscens suam vt non suam, vt peccat.*
25 *Coniux negans sine iusta causa coniugi debitum petitum, & 26.*
27 *Debitum negandi coniugi quæ iusta causa.*
28 *Coniux non discedens à coniuge adulterante vt peccat.*
29 *Maritus vxorem adulteram quibus casibus accusare non potest.*
30 *Matrimonium contra simplex votum castitatis contrahens, vel consummans.*
31 *Voto castitatis de consensu coniugis adstrictus coniux qui petit, vel reddit debitum secus si absque coniugis consensu vouit.*
32 *Debitum vt negatur ob menstruum, aut locum sacrum.*
33 *Coniux conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens.*
34 *Coniux qui sit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam.*
34 *Coniux recte reddit debitum male petenti, interdum non.*
34 *Cognatio spiritualis spontanea vt maior coacte contracta.*
35 *Coniux cognatam noscens, vel coniugi adulterandi licentiam dans.*
36 *Matrimonium clandestinum contrahens sine iusta causa, & quæ sit illa, & 37.*
37 *Lex non cessat cessante fine, sed sic cessante inconueniente legis.*
38 *Matrimonio qui occulte ante benedictionem vtitur.*
38 *Matrimonium nolle publicare cur peccatum.*
39 *Matrimonium qui cum duabus contrahit, quid faciet.*
40 *Matrimonium contrahens ante scitam coniugis mortem, quid faciet, num 41.*
42 *Coniuges se impudice tangentes, & extra ordinem polluentes.*

24 CIrca hoc dicimus multa. *Primo*, quod quamuis peccatũ mariti adulterantis cæteris paribus sit maius, quã vxoris adulteræ, secundum Augustin.[a] quia maioris vigoris ratione vtitur, & melius potest resistere, debetque vxorem suam virtute vincere, & suo exemplo regere: attamen maius est peccatum vxoris [b], ea ratione quod facit prolem de suo patre incertam, & maius scandalum generat.

Secundo dicimus, quod peccat coniux, qui, vel quę cũ coniuge eo animo rẽ habet, quod haberet, vel vellet habere illã, etiãsi nõ esset sibi coniux, aut qui, vel quæ tam velit habere cũ alio, vel alia, ac coniuge, [c] secundũ Paludanum [d] & S. Antoninum. [e]

25 *Tertio*, qui, vel quæ coniux sine causa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petitum, secundũ omnes; [f] nisi petenti precibus contrariũ suadeat, quæ tamẽ non

a Cap. indignantur 32. qu. 6.
b Arg. glo. li. illud C. ad l. Iuliam de adulter. & trad. Caier. 2. 2. q. 154. ar. 8.
c Cap. orig. adiuncta gl. vero, amator 32. qu. 4.
d In 4. dist. 33 qu. 3.
e 3. par. tit. 1. ca. 20 parag. 1.
f In 4. sent. di. 32.

debent esse nimium importunę. Nec ab eo excusat Quadragesima, nec alius dies quamlibet festus, etiam Paschatis, neque voluntas se à pluribus liberis habendis excusandi. g Multoque plus peccat, quando ira, odio, aut malo aliquo fine id negat.

g Arg. c. 7. 1. ad Cor. c. 1. & cap. 2. de coniug. lepr.

Dixi, *Tempore & loco idoneis*; quia non tenetur reddere in locis publicis, aut sacris; nec quando probabiliter timeret incurrere ob id mortem, aut grauem infirmitatem, aut abortiendi periculum: qua cū moderatione sunt intelligenda caput 1. & 2. h quę iubent, vt leprosi coniuges coniuncti viuant, vt colligitur ex Palud. i & Caietan. k & S. Anton. l

h De coniug. lepr.

i In d. 32. li. 4. q. 1.

k In summa verbo matrimonium, par. 2. & aliis.

l 3. parr. tit. 1. c. 20. parag. 6 & aliis Rap. sodiis in ver. debitum coniugale.

26 Dixi, *Petitum*; quia non obligatur offerre, nisi petatur: verū sufficit quod petatur verbis, nutibus, vel operibus. m Proinde Augustinus de Ancona relatus à S. Antonino n ait, quod tribus modis debitum cōiugale petit vxor, scilicet, verbis, signis, & suo ingenio, siue conditione, per quam maritus conijcit eā id desiderare, sed præ verecundia dissimulare, eo quod fœminæ naturaliter sunt in hac re verecundiores viris. Id ipsum tamen dicendum est de marito illo, qui ob pusillanimitatem suam, vel ob vxoris duram conditionem, aut insignem auctoritatem, non audet expresse sine metu aliquo petere ob eandemmet rationem, quamuis nemo id exprimat.

m Arg. l. de quibus, ff. de leg. & cap. lecti 3. de appellat.

n In dict. parag. 6.

27 *Quarto*, quod iustam etiam causam denegandi debitū habet coniux ante consummatum matrimoniū, si vult intrare religionē, ad quod & ad professionem debet dari ei tēpus bimestre, vel quod vir bonus arbitrabitur, iuxta Panor. a Non est tamen talis causa stultitia, vel furor petentis, si ei reddi potest absq; periculo notabilis dāni personę, à qua petitur. b Et quāuis quoad copulam maritus & vxor sint omnino pares, differunt tamē in eo quod illa nō sit bigama vel irregularis ob copulā carnalē, etiāsi scit eū adulteratū fuisse: ille vero sic, ob copulā habitam cum ea, etiam ignorans eam adulteratā fuisse, c etiamsi iudice iubente id sub censuris faceret: nec refert an possit probare nec ne quoad forum conscientiæ, quoad quod loquimur, quidquid aliqui absque ratione ac lege dicant. d

a In cap. ex publico de conuers. coniug. & cōm.

b Richar. in 4. l. sen. d. 32.

c Ca. si cuius 34. dist.

d Contra ca. consuluisti, 2. q. 5.

28 *Quinto peccat*, qui maritus, sciens suam vxorem adulterari, non se separat ab ea, imo petit, & soluit ei debitum cōiugale, e secundum omnes, nisi quandò adulteriū est occultum, aut illa se iā emendauit, aut eo fine debitum petit, quo ipsemet nō incidat in adulteriū, nec alijs præbeat occasionem credendi se vxoris esse lenonē, secundū Paludanum, f & S. Antoninum. g Quamobrem vxor communiter non peccat non recedendo à marito, nec petendo, nec reddendo ei debitum, esto sit publicus adulter. h Tum quia non est eius corrigere maritum, vt est mariti corrigere illam. Tum quia numquam, aut raro putabitur à populo in mariti adulterium consentire, vt recte S. Antoninus i expressit post Paludanum, k & probat Caiet. l

e Ca. 1. & ca. si quis, 32. q. 1.

f Vbi supr. in 4. l. sen. di. 32.

g 3 par. tit. 1. c. 20. parag. 9.

h Cap. duo ista, 23. q. 4.

i 3. par. tit. 1. c. 20. parag. 9.

k In d. l. sen. dist. 32.

l Tom. 1. Opuscu. Opusc. 12. qu. 2. & Opuscul. 31. respons. 14.

29 *Aduertendum* tamen, non posse maritū accusare adulterij vxorem,

vxorem,si etiam ipse adulteratus est,*m* neque quãdo vxor fuit vim passa,*n* neque quãdo probabiliter credebat suum maritũ mortem obiisse,*o* neque si quis cũ ea sub mariti specie rẽ habuisset,*p* neque si maritus adulterãdi occasionẽ ei prębet,qneque si maritus tolerat, & passus est eam, posteaquam sciuit eam adulteratam fuisse,*r* neque si ante baptismum id fecit.*s*

30 *Sexto peccat*, qui vel quæ coniux vouet continentiam, aut nunquã contrahere matrimoniũ,& postea contrahit, etiamsi non consummet,& iterum, si postea consummat prima vice ad suam petitionẽ,secundũ omnes,imo & quoties id petit, secundũ fere omnes,*a* quamuis aliqui cõtradicant,& minus bene,quidquid Angelus dicat.*b* Verum tamen est, quod quia(secundum omnes)*c* qui eiusmodi votũ emisit,potest habere copulam,quando eius coniux id petierit expresse, poterit etiam habere quoties petierit tacite,aut signis,aut ingenio & conditione,potest etiã qui sic vouet,obtinere ab episcopo dispensationem ad debitum petendum,ob grande peccandi periculũ, & difficultatem continendi,quæ est similis ei,quam habet sitiens à potu aquæ præsentis oblatę se abstinendi.*d*

Quæsiuit quidam doctissimus Cõfessarius,cur hoc loco diximus omnes affirmare eum,qui post votũ simplex castitatis factum vxorẽ ducit,peccare,cum Calderinus,*e* & Angelus *f* in contraria sint sententia:Respondi,me hic loquutũ de illo, qui ducit vxorem animo consummandi matrimonij,vt cõmuniter matrimonium contrahi solet,in quo omnes consentiunt;prædicti autem duo auctores de illo, qui animo suscipiendæ religionis ante matrimonij consummationem loquuntur,de quo ego hic nil fui loquutus.Nunc autem de illo dico,eum peccare,non tam eo quod frangat votum,quam eo quod sponsam decepit,vt Sotus *g* recte dixit,& ante ipsum Syluester;*h*& quia magnum damnum infert ei,quippe quæ non ita facile alij nubet,ob suspicionem copulæ cum illo habitę:credo tamẽ,quod si aliqua causa vrgeret eum ad matrimonium contrahendum cum ea simulato eiusmodi proposito, qualis esset notabilis mortis,aut infamiæ metus,quãuis non esset satis iusta ad matrimonium impediendum,& dirimendum,non peccaret, modo daret operam,ne quid detrimẽti sua culpa ei eueniret,quo casu opinio Calderini,& Angeli intelligi posset.

31 *Septimo peccat*, qui vel quę coniux cum alterius consensu vouet castitatẽ,& post debitum petit,secundum omnes; & etiam qui vel quę consentit voto,etiãsi non vouit, reddit debitum ad petitionẽ eius qui vouit; quia in eius peccatum consentit:non tamen est idẽ dicendum,si ipsemet, qui non vouit, sed cõsentit alterius voto,id petit,quia nec ipse peccat,cõtraueniendo voto quod non emisit,nec alter reddẽdo debitum, à quo votum,quod fecit,non absoluit. Quandoquidem coniux faciens alteri facultatem vouendi, non videtur renunciare iurã

m Cap.nihil iniquius,32. q.2
n Cap.itane. eadem caus. q.5.
o Cap.cum per bellicam 34.q.1.
p Cap.in lectum,eadem caus.& q.
q Ca discretionem de eo qui cogno. consan.
r Ca.si quis, vxorem,32. q.1.
s Ca. gaudemus de diuor.
a Glos.c. quodam,c.placet cum quibus Panor. transit,de cõuers.coniu. & Ioan And. & commun in ca rursus qui cleric.vel vouen & Palud.communis,& Ioan. Maior in 4.l. sen dist.32.q. 2. Ang.ver. matrimoniũ, 3. impedimẽtũ,5.parag.3. & melius Rosell. verbo impedimentũ 4.parag.7.
b Vbi supra.
c Vt supradictum est eod. c.nu.26.
d Iux. Ang. Rosel. & Maior.
e In cap.rursus,qui cler. vel vouen.
f Verb.matrimonium,3 parag.1.
g In 4.dist. 36.q.2.ar.1.
h Ver. matrimonium,7. q.5.

iuri quod habet petendi, secundum Innocentium *i* cõmuniter per Panormitanum, & alios merito receptum. Quod si ambo communi consensu continentiam vouerunt, ambo peccant mortaliter, *a* vt supra *b* dictum est, vnà cum aliis quibusdam ad coniugum vota pertinentibus; quamuis si ambo pacti essent, ne à se mutuo debitum peterent, & ambo cognoscẽtes, quod vterque id peteret, si posset, haberent copulam, non peccarent secundum Angel. *c* quod melius docet Rosel. *d*

Neque obstat, quod quidam ait, me asserere *e* hic, vxorem si reddat debitum marito voto castitatis adstricto, peccare mortaliter, etiamsi matrimonium sit consummatum, quod ei non placet, cum eius contrarium probabilius teneat Couarru. *e*

Cui *respondeo primo*, me non dicere, quod ille imponit; quia loquor de vxore quę reddit debitum marito adstricto voto de consensu eius, & ipse opponit de marito adstricto voto sine ipsius consensu, de quo etiam Couarru. loquitur.

Secundo, quod pro nostra parte videtur esse Augustinus *f* in illis verbis: *Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipsa consentit*; per quæ significat coniugem, de cuius consensu maritus vouit castitatem, non posse iuste reddere illi debitum.

Tertio, quod ratio, cur vxor non debet reddere debitum marito sine ipsius consensu voto adstricto, est, quia sine ipsius consensu vouit; quæ cessat cum illa consentiente maritus id facit; & merito; quia quæ adiuuat ad vouendum, non debet iuuare ad contrarium, & ad votum infringendum. *g*

32 *Octauo*, qui, vel quæ coniux debitum petit, aut reddit tempore menstrui, secundum S. Tho. *h* & aliquot alios, pro quibus videtur facere cap. *ad eius*. *i* Contrarium tamen asserendum est cum Paludano, *k* nempe, quod non peccat (etiam venialiter) si eo fine petit, aut reddit, ne consorti sit odio, vel vt fornicationem eius, vel propriam euitet; mortaliter autem nunquã, etiamsi credat ex huiusmodi complexu monstrum aliquod conceptum iri, vt affirmat Paludanus & S. Antoninus, *l* & ante multos annos tradidimus, *m* & ante paucos asseruit vir doctissimus Alphonsus Castrensis. *n*

Nono, qui, vel quę coniux in loco sacro, siue consecrato, siue tantum benedicto, cum coniuge rem habuit, secundum Paludanum, *o* & S. Antoninum, *p* Caietanum, *q* & Ioannem Turrecremata; *r* siue eam habeat vt voluptate fruatur, siue vt fornicationem vitet, & siue ad modicum tempus existat in Ecclesia, siue ad multum, vt tempore belli, quidquid alij dicant, Angelus *s*, & relati per eum.

Neque obstat, quod quidã dicit contrarium esse probabilius; quia id tenet Sotus *a* post Angelũ à Clauasio. Non, inquã, obstat. Primo, quia S. Antoninus, Paludanus, & Caietanus, quos hic cito, & Cardinalis Turrecremata, quem etiam cũ illis cito, maioris sunt auctoritatis, quam Angelus & Sotus, quos ipse citat, licet

i In cap. 1. de eõnu. cõiug.

a Cap. quod Deo par. 33. qu. 5.
b Cap. 12. nu. 59.
c Verb. matrimonium 3 impedimentum 5. parag. 1.
d Verb. impedimentum 4. parag. 7.
e 2. part. de sponsalibus c. 3. parag. 1. nu. 6.

f In c. quod Deo par. 33. q. 5. & ept. 199. ad Ecdiciam.

g Arg. l. rem legatam ff. de admon. lega. c. fin. de verb. signif.
h In 4. li. sen. dist. 32. 15. di.
k In 4 dist. 32 qu. 1.
l 3 par. tit. 1. c. 20. parag. 5.
m In dicto c. ad eius.
n De lege pœn. li. 1. c. 12
o In dicta di. 32.
p 3. par. tit. 2. c. 20. parag. 2. & alios.
q Verb. matrimonialis vsus.
r In parag. sed cum naturale ar. 4. di. 5.
s Verb. debitum parag. 32.
a In 4. libro sent. dist. 32. q. 1. art. 3.

tat,licet ego nullius essem,& ideo non deberet prefatã meam opinionem damnare,sola eorum auctoritate,nulla alia ratione id muniendo.

Secundo, quod Sotus non est contrarius huic meæ opinioni, imo consentit ei per omnia, nisi qua parte dubitando per dictionem, *Forte*, limitat in copula occulta,quam tamen ait non esse occultam, si eam habeant iacentes in eodem lecto, & ideo non debere id eis permitti.

Tertio,quod vt ait Caietanus,non inconuenit,vt ob reuerentiam Dei, & loci sacri, teneantur multo tempore abstinere, cum id teneantur frequenter facere,etiam ob reuerentiam regis, cum maritus occupatur in rebus militaribus. Cui addo, idem esse, cum occupatur in alijs negotijs ipsi regi, vel reipublicæ, vel suis priuatis necessarijs.

Quarto, quia talis copula est illicita, eo quod per eam polluitur Ecclesia,*b* etiãsi haberetur post multam temporis in ea mãsionem,secundũ omnes,& etiam Sotum,qui addit eam haberi posse in campanili,aut in aliquo alio loco Ecclesię contiguo.

b Cap.fin. de consecr.eccl. & cap.1.eod. tit.lib.6.

Addo,quod etiam dubitatio illa Soti de copula occulta non potest sustineri; quia licet per talem copulam non polluatur Ecclesia, vt ipse ait, & est verum, dum manet occulta; incipit autem censeri polluta simul ac fit nota, quod fieri potest per confessionem coniugum,vel per famam, & alia indicia postea oborta, vt ante circiter quinquaginta annos diximus Salmanticæ prælegendo dictum cap.1.*c*

c De consecc. eccle. vel altaris lib.61.

33 *Decimo peccat*,qui,vel quę coniux potionem,vel quiduis aliud assumit vel prębet consorti,quo prolis cõceptio impediatur,vel ne sibi fiant plures liberi, quam quos educare potest, vel ob alium finem quamlibet bonum.Quod si ob hoc semen extra vas effundatur,grauius peccatũ,& alterius speciei, nempe contra naturam erit,secundũ eundem S. Anton.*d* Sed quia coniuges non obligantur ad petendum à se mutuo debitum, secundum omnes,& licitum est eis desiderare ne sint sibi plures filij,quam quos alere possunt, vt asserit S. Antoninus,*e* iuste possunt de communi consensu abstinere se à copula carnali,*f* nisi quando alteri esset probabile consortem fornicatum iri,nisi debitum petierit; *g* cuius determinatio tantum procedere videtur, quando alter videt consortem ob verecundiam non petere verbo,sed tacite satis opere petere.

d 3.part.parag.36.c.6.

e Vbi supra.

f Secundum eundem ab omnibus receptum.

g Secundum Angel.

34 *Vndecimo*,qui,vel quę coniux fuit patrinus filij sui,cum baptizaretur,vel cõfirmaretur,malitiose, quo coniugẽ debito cõiugali frauderet,& ideo nõ reddit illud; eo enim casu nõ potest petere,sed tenetur reddere. Quod si ambo malitiose fiãt huiusmodi patrini, non possunt à se mutuo debitũ absque peccato petere,quãuis alteri petẽti alter reddere teneatur. Si autẽ errore, necessitate, ignorantia facti vel iuris fiat, huiusmodi patrinus,ius petendi debitũ nullatenus perdit,quæ omnia satis colliguntur

liguntur ex quodam Alexandri III. responso,[a] simul adiuncta, quam super eo addidimus iampridē, opinionum cōcordia, ob ea quę Paludanus [b] scribit, cui concordant VVendelinus ibi, & Syluester.[c]

Interrogatus autem à quodam solutionem argumēti, quod fieri potest ex eo quod diximus supra, [d] scilicet coniugem, qui reddit debitū coniugi, qui vel quę de consensu eius vouit continentiam, peccare ea ratione, quod cōsentit peccato: Respōdi argumētum quidem esse neruosum, & torsisse ingenia Hostiens. Ioan. Andr. Ant. Card. Panorm. & aliorū, [e] alijs alia docentibus, nec video vllū, qui omnino soluerit; sed puto solui posse, negando, quod eadē ratio consensus inueniatur in vtroque casu; quoniam in dicto capit. *si vir*, agitur de impedimēto, quod canon inducit circa consensum coniugis reddere debitū debentis; in illo autem nostro dicto de impedimēto, quod nascitur de cōsensu coniugis debitum reddere debētis, sine quo nō poterat nasci, & ita minus tenetur impedimēto, quod sola lege sine illius consensu inducitur, quā impedimēto, quod lege & consensu suo inducitur. [f] Cęterum sanum consiliū est, quod si ambo, vel alter, nequeūt se abstinere, petāt dispensationem ab Episcopo, quē in hoc dispensare posse S. Anton. [g] & Syluester [h] aiunt, arg. eorum, quæ adnotant Panor. & alij. [i]

Interrogatus Romę, an qui infantem semestrem filium suū, quem abortiuit amica eius, baptizauit iamiā moriturū absente clerico, posset ducere in vxorē sine dispēsatione illā amicā? Respondi nō posse, quia licet necessitas efficiat, vt possit cōpater cum vxore sua iam nupta, eademque commatre licite rem habere, vt hic dicitur, non tamen efficit ne nascatur compaternitas, quę ante matrimonium nata illud impediat & dirimat. [k]

35 *Duodecimo*, qui vel quæ coniux habuit rem cum coniugis cognata, vel cognato, & postea debitum petit, [l] quamuis ad reddendum teneatur: & an impediat à petendo debitum post copulam cum cognata vel cognato suo proprio habitam, colligendum est ex his quæ dicentur infra. [a]

Decimotertio peccat, quæ coniux facit marito peregre proficiscenti facultatē habēdi rem cum alijs mulieribus, vel cōsentit vt se cū aliis domi manētibus misceat, aut cū cōmode posset, non impedit eiusmodi commistionē, secundum B. Antō. [b]

36 *Decimoquarto*, qui vel quę coniux clādestine matrimoniū sine iusta causa contrahit, [c] etiamsi contrahat corā parocho & testibus; quia licet id sufficiat ad hoc, vt matrimoniū valeat, [d] non tamen ad hoc, vt desinat esse clandestinum per alia iura, quibus prefatū concilium non derogat. Iusta autem causa id faciēdi visa est Caietano, [e] quādo cessant omnia incōueniētia, ad quæ vitanda iure vetātur cōtrahi clandestina matrimonia.

37 Contra quē facit doctrina eiusdem, [f] nempe, quod lex non desinit obligare subditos ad id quod præcipit, etiamsi absque illo

a In c. vir. de cognat. spirit. & eius glosis.
b In 4 dist. 32. q. 1. art. 1. concl. 7.
c Verb. matrimonium, 8. q. 7.
d Ca. 12. n. 59.
e In dict. ca. si vir.
f Arg. cap. 1. de regu. & pa.
g 3. part. tit. 1. cap. 15. parag. 3. sup. fi.
h Vbi supra.
i In c. 1. de eo qui cogno consang. vxoris suæ Rosella verbo impedimentum, 6.
k Per cap. ad limina iū cta gl. vltim. 30. q. 1.
l Cap qui dormierit, 27. q. 2.
a Ca. 22. n. 42.
b 3. par. tit. 14. c. 9. parag. 2. sub fine C. cum inhibitio. de clandest. desponſ.
c Iuxta ca. 1. de refor. sess. 24. Concil. Trid.
d Tom. 1. Opusculorum, Opu. 12. q. 2. & 1. 2. q. 110. & 186. ar. 3.
e
f

illo habeatur finis, in quem id præcepit: esto, quod responderi posset, aliud esse dicere, quod lex præcipiens aliquid ob aliqua incõuenientia, illis cessantibus, non obligat, quod dicit Caiet. g & antea dixit Panorm. h & aliud dicere, id, quod in aliquẽ bonũ finem præcipitur, cessare, si finis ille alia via habeatur, quod ipsemet i ait, & nos etiam k tradidimus. Iusta proculdubio tamen esset causa, quam ipse ibidẽ exprimit, scilicet cõtraxisse antea matrimonium publice, sed inualide ob aliquod impedimentum; habita enim dispensatione ad id conuenienti possunt clandestine contrahere, neque ob id in aliquas pœnas incidunt: quæ res quotidiana est, & in sacro pœnitentiariæ prætorio probata; quatenus etiam post Conc. Trid. qui publice semel contraxerunt, tenentur denuo contrahere, ob dispensationem noue obtentã, quoad forum cõscientię tantum, iuxta ea quę habentur infra. l Iusta item est causa minori nubẽdi clandestine alicui sibi multum conuenienti, quando prospicit se à suo curatore traditũ iri nuptui alicui parum conuenienti. Nos quoque respõdimus in nullas censuras, nec alias pœnas incidisse cõfessariũ, & testes, qui curauerunt, vt quidam gladio grauiter ictus, & iam iam moriturus duceret in vxorẽ concubinã suam, ex qua liberos susceperat, quo illos faceret legitimos, & quoad trãseundũ ex hoc sęculo iter melius adornaret.

g Vbi supra. h In ca. quoniam contra de probat. i In dict. qu. 120 & in d. art. 3. k In cap. ad hæc de præb. l Ca. 22. n. 76.

38 *Decimoquinto* peccat, qui, vel quę cõiux matrimonio clãdestine sine testibus cõtracto vtitur; quia eiusmodi vsus non solum est vetitus, *m* sed etiã malus, secundum Cardinal. Caietanum; *n* quod palam verũ est post præfatum Concil. Trident. post quod nihil valet matrimoniũ sine parocho & testibus cõtractum; sed quod etiam hodie id sit verum, videtur probare id quod supra diximus, nempe matrimonium dici clandestinum, etiam si contrahatur coram parocho, & testibus extra faciem Ecclesiæ. Porro prędictus Caieta. *a* ait matrimonij vsum nunquã esse mortiferũ, eo quod benedictionem nuptialem antecedat, id quod antea dixit Angelus *b* & Sylu. *c* Non quia non inueniatur textus qui hoc significare videatur, vt quidam neotericus dixit, si quidem in cap. *aliter d* inuenitur, neque ob rationes, quas prædicti formant: sed quia nulla fere transgressio eorum, quæ dicto ca. *aliter* prohibentur, est mortifera, iuxta omnium sententiam, nisi ex contemptu, vel magno cum scãdalo ea fieret. Quamuis Ioan. Tabienna *e* (pulchre monstrans S. Thom. non sentire id quod Angelus & Syluester aiunt) absque iusta ratione affirmet prima vice peccare: quod ipsum ante illum prædixerat D. Antoninus; *f* quod tamen non videtur tenendum, quia nullo iure, vel ratione talis differentia inter primam vicem, & alias probatur. Et adde, quod pro Caietano videtur hodie textus *g* Conc. Trid. *h* quatenus hortatur, & non præcipit, vt contrahentes non cohabitent in eadem domo, donec benedictionem sacerdotalem in templo recipiant.

m Per cap. aliter, 30. q. 5. n Dict. qu. 4. a Dict. opusculo, 12. q. 3. b Verb. debitum, parag. 12. c Eod. ver. q. 9. Caiet. in summa verb. matrimonij peccata. d 30. qu. 5. e Verb. matrimonium parag 3. f 3. par. tit. 1. cap. 12. g In dict. ca. 1. de reforma sess. 24. h Vers. præterea.

Interro-

Interrogatus autem, An qui matrimonium clandestinum contrahit, eo solo, quod non vult illud publicare, mortaliter peccet, quamuis matrimonio non vtatur: Respondi peccare, si altera pars poscit vt publicetur, aut periculum incontinentiæ immineat, & nulla est iusta causa, qua differatur, quia officio suo non satisfacit: imo etiam, licet vterque consentiat, & nullum sit incontinentiæ periculum, si ex eo quod non publicetur, ea damna & pericula timeantur, quę ex eius vsu clandestino orirentur; *i* alias vero non. *k*

i Arg. l. adigere parag. quamuis ff. de iure patro.
k Arg. c. cum cessante, de appellat.

39 *Decimosexto*, qui, vel quæ coniux primũ clandestine contrahit cum priore, & postea publice cum posteriore, & habet rem cum posteriore, etiamsi iussu Ecclesię sub excommunicatione precipiẽtis eã haberet, iuxta sententiã cõmunẽ, quidquid Magister sentẽt. cõmuniter refutatus *l* dixerit. Peccat etiã si habet rem cũ priore, offendendo eos, qui putant eam non esse ipsius coniugem: *m* non tamen peccaret, si absq; scandalo eam haberet; tenetur autem posteriori conuiuere, Ecclesia id iubente, si absque periculo habendi rẽ cũ ea, vel eo, id facere potest, alioquin minime, etiamsi ob id excommunicaretur; *n* quod tamen hodie *o* non procedit, nisi in terris, in quibus illud non est receptũ: vel nisi quando matrimonium fuisset coram parocho & testibus, clam tamẽ alias, cõtractum, si per mortem parochi & testium, vel alia de causa probatio prioris matrimonij deesset.

l In 4. di. 38. *m* Per dicta in parag. præced.

n Arg. ca. inquisitioni, de sen excõmu. Sylu. verbo debitum cõiugale qu. 6. *o* Post c. 1. de reform. matrim. sess. 24. Conc. Trid.

40 *Decimoseptimo* peccat, qui vel quæ coniux, anteaquam satis certior fiat de prioris cõiugis morte, matrimonium contrahit iterum, *a* & etiam si post contractum habet rem cum posteriori subsistente causa probabili ad dubitandum de morte prioris (esto non sit euidẽs & manifesta) debitũ petit. *b* Imo & si reddit petitum, etiam iubente superiore, antequã illam animi dubietatem deponat, ad effectũ saltẽ reddendi illud. Probauimus enim *c* non solũ peccare mortaliter eũ, qui facit aliquid, quod credit esse mortale, sed etiã eum, qui facit aliquid, de quo dubitat, an sit mortale, nec ne. Proinde coniux probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, anteaquã rem habeat cũ posteriore, debet expellere ab animo suo illam dubietatẽ, & credere mortẽ prioris, ad effectũ saltem reddendi debitũ, quamuis non credat, neque credere possit, nec debeat ad effectũ illud petendi: quod latissime *d* monstrauimus, aperientes iustum intellectum, & veram concordiam inter dicta duo celebria. *e*

a Cap. dominus, & cap. inquisitioni.
b Dict. c. dominus, & d. 8. inquisitioni.
c In c. si quis autem n. Et. de pœn. di. 7.
d In dicto ca. si quis autem annum 86. vsque ad 118
e Cap. dominus, & cap. inquisitioni.

41 Et quod differentia inter scientẽ ex vna parte, & credentẽ, aut probabiliter dubitãtẽ ex altera, & inter eũ, qui ex leui causa credit, aut dubitat, ex tertia, nõ est sita in eo, quod vnus peccat reddendo debitũ, & alius non: quia omnes peccant tã reddendo, quam petẽdo (si illa scientia, credulitate, vel dubietate durante petant vel reddãt) sed consistit in eo, quod primus horũ non potest illam scientiam iuste deponere, neque ad petendũ debitum, neque ad reddendum. Secundus autem potest deponere

nere suam credulitatem, vel dubietatem, præcipiente saltem iudice ad effectum soluendi. Tertius vero potest ad vtrumque effectum: quæ est singularis resolutio à nobis *f* scripta.

f In dicto parag. si quis autem.

72 *Decimooctauo*, qui, vel quæ cõiux impudicis tactibus se polluit, aut habet tactus huiusmodi, intendens habere illam, vel cum periculo probabili habendi, iuxta sententiam Card. *g* Caiet. matrimonium enim huiusmodi tactus non efficit licitos.

g Ver. matrimonialis versus pag. pen.

Decimonono, qui, vel quæ coniux habet copulam cum coniuge alia via, quam naturali, extra vas naturale, vel tali modo, quo vxor non potest suscipere semen, aut retinere, secundum omnes: qui autem habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor possit suscipere semen & retinere, non peccat mortaliter, quãuis fœdus sit modus eam habendi, quamquam graue peccatum veniale admittit, & dignus est, qui eo modo vtitur, magna reprehensione, peiorque animali bruto, quod in eiusmodi actu modum naturalem seruat.

Vigesimo, qui, vel quæ coniux nullum prædictorum facit, nec vult facere, sed consentit in eo aliquo modo ex illis nouem, quos supra *a* declarauimus, scilicet mandando, consulendo, consentiendo, laudando, tacendo, auctorem receptando, participando, vel opitulando, aut non impediendo verbis, opere, aut admonitione, cum posset, & deberet id facere, vt ibi diximus; quædam alia tradentur infra. *b*

a Ca. 21. n. 16 & in ca. præcedenti n. 17.

b Cap. 25. nu. 144.

De muliere fingente se habere filium.

43 *Mulier fingens se prægnantem, vt absoluitur.*
44 *Vxor quid faciet vt non se infamet, & iusto filio non noceat.*
44 *Restitui non debet res familiaris cum famæ propriæ iactura, & seqq.*
48 *Restituat damnum, qui tradidit filium suum ad partum supponendum.*
48 *Infantis hospitali expositi impensas quis soluet.*
48 *Mulier testans vt iuste potest spurium filium appellare.*
49 *Adulter potest non credere esse filium suum.*
49 *Causa etiam remota quæ obligat restituere.*
50 *Restituetur quantum iusto filio læso ob spurium ignotum.*
50 *Legitima filiorum varia in variis regnis.*

43 VIgesimoprimo dicimus peccare *primo*, mulierem coniugatam, quæ supponit sibi partum, fingendo se prægnãtem, & parere filium alienum, quem secretò accepit ab alio; illam item, quæ suscepit filium ex adulterio.

Secundo, quod absolui potest, id non reuelando, quãtis per id noceat patri putatiuo, efficiẽdo vt filiũ alienũ pro suo enutriat, & etiam hæredi eius, quatenus filius putatiuus, & spurius habitus

bitus pro vero & legitimo, adiuit hæreditatem patris putatiui,
c In c. officij de pœn. & remiss. aut partem eius, vt respondit Innocentius III. *c*

44 *Tertio* dicimus id, quod supra dictũ est, proculdubio procedere, quando maritus indubie credit esse suum filium, & ipsa timet mortem sibi ab eo inferendam, vel mortali odio peccaturum, si resciret. *d* Imo sufficit timor propriam famam perdendi, secundum Caietanum, *e* ante quem id dixit subtilissimus doctor Scotus, *f* & S. Antoninus, *g* quia vt prefatus Cardinalis, *a* ait, non tenetur restituere bona ordinis inferioris cum iactura bonorum ordinis altioris, saltem communiter; & *b* bona famæ altioris ordinis sunt, quam bona rei familiaris; quia *Melius est bonum nomen, &c.* *c* vt etiam bona vitæ ac salutis sunt altioris, quam bona famæ. *d*

d Vt habet textus illius c. & Panor. & communis ibi declarãt.
e Tom. 1. Opusc. Opusc. 31 respon. 14.
f In 4. di. 15. q. 2 post art. 4. in respon. articuli.
g 2. par. tit. 1. c. 8. parag. 8. in fine & melius tit. 2. c. 7. parag. 4.
a 2. 2. qu. 62. art. 6. & in dicta resp 14.
b Vt diximus in repet. cap. inter verba 11. qu. 3.
c Prou. 22.
d l. in seruorum, ff. de pœn.
e In dicto c. officij.
f In 4. lib. sent. dist. 15. q. 17.

45 Nec obstat dicere, quod Panorm. *e* & communis videntur præsupponere, quod si reuelare potest absque animę, & corporis periculo, & putaret sibi fidem habendam, debet reuelare: quia Innoc. cuius mentem ibi omnes sequuntur, ait eam ad id non teneri, si quod grande malum cõsequeretur. Et quamuis postea ponat exemplum in malo corporis & animæ, non tamen negat illud esse dicendum de malo famæ, iuxta illud prædictum Prouer. *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ*; quod constat esse grande malum, vt ratio prædicti Caiet. probat. Nec obstat, quod Ioannes Maior *f* affirmat contrarium; quia id fecit sine iusta supradictorum perpensione.

46 *Quarto* dicimus, quod si mulier illa iam erat de adulterio infamata, & credit probabiliter absque periculo corporis, & animæ posse id reuelare, & quod sibi adhibebitur fides, tam à patre, quam à filio, debet reuelare: quę communis est conclusio Innocentij. *g*

g In dicto c. officij, & aliorum.

Quinto, quod si crederet ipsa filium suum spurium & fictum esse tanto virtutis studio, adeoque matri credentem, quod reuelando ei casum secrete, crederet, & totam hæreditatem alijs fratribus vterinis relinqueret, teneretur ei reuelare.

47 *Sexto*, quod quando eiusmodi mulier non est ad reuelandum huiusmodi casum obligata, aut quando per suã reuelationem non potest consulere dãno, quod suo marito, vel eius hæredibus iã euenit, aut est euenturum, obligatur ad cõpetenter satisfaciendũ eis confessarij discreti arbitrio, vt contextus ipse præfati ca *officij* in fine habet: qui cõfessarius tali mulieri suadere debet, secundum Scotũ, *h* vt satagat inducere filium illũ ad intrãdam religionẽ, vel vt sacris initietur, & accipiat beneficium aliquod Ecclesiasticum, quo contentus hæreditatẽ alijs renuntiet: quod si hoc ei nõ potest persuadere, debet tã marito, quã eius hæredibus resarcire damnum, ex bonis parafernalibus, id est, quæ vltra dotem habet; qualia si non habeat, non obligatur amplius quam ad sui peccati pœnitentiam, & concipiendam voluntatem satisfaciendi quando poterit, secundum

h Vbi supra.

dum Scotum.*i* Cui duo addimus: Alterum, quod religio, cuius ingressus est ei persuadendus, debet esse hæreditatis incapax (qualis nulla est hodie post Conc. Trid. *a* præter Franciscanam Capucinorũ, & eorum, qui Minorũ de obseruãtia vocãtur) aut quod ante ingressũ & professionem renũtiet hereditatem patris putatiui; alioquin enim nil prodesset huic proposito ingressus ille, cum monasteriũ posset hæreditatẽ illi obuenientẽ adire. *b* Alterum, quod quando non poterit ei prædictũ ingressum persuadere, nec satisfacere pro bonis in quæ filius est successurus, debet bona mariti augere, tanto plus laborando, vltra quã per matrimoniũ obligatur, & tanto minus expendendo in vestitum & victum, de his quæ honeste impendere potest, vt quod per hanc parsimoniã residuum fecerit, adæquetur dãno per filium illato, vel inferendo. At si nec hoc ad id fuerit satis, debet donare in vita, vel relinquere in morte tantum, quanto in id opus fuerit filijs legitimis ex parte illa bonorũ suorũ, quę libere, in animæ suæ, vel extraneorum gratiam relinquere potest. *c* Demumque quando hæc omnia non fuerint satis, sufficiet ei contritio, & voluntas illa, quas Scotus dixit sufficere.

48 *Septimo*, quod etiam obligatur ad resarciendum damnum prædictum is, qui tradidit ei filium suum ad supponendũ partum, & fingendo eiusmodi figmentum. Adulter item, ex quo illum concepit, si credit aut credere debet esse filium suum; quia illius damni causam dedit, & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur; *d* & vt alterius eorum restitutio & resarcitio vtrumque liberat, sic altero non potente aut nolente resarcire, alter obligatur, per ea quę in capite sequenti scribentur. Quin etiã si infans fuit expositus hospitali alicui, vt ibi nutriretur, obligati sunt ad soluendas impensas, quas in eo nutriendo fecit, si eos paupertas non excusaret, ob id quod hospitalia in pauperes subueniendos instituuntur. *e*

Interrogatus, An mulier, quę de adulterio filium suscepit, testari possit, cum id facere posse non videatur, nisi affirmando eos legitimos esse, quod est mendacium propter nullam rem dicendum. *f* Respondi posse, tum quia eos potest appellare filios absq; aliqua legitimi intentione: tum quia sine mendacio potest legitimos appellare, intelligẽdo apud se, tales esse communi existimatione, iuxta late per nos adnotata: *g* tum quia plurimum interest legitimorum eam testari, quo exoneret conscientiam, quantum plus poterit eis relinquendo. *h*

49 *Octauo*, quod confessarius non debet huiusmodi resarcitionẽ imperare adultero non credenti, nec debenti credere, eiusmodi filium esse suũ, siue quod marer est leuis, & solita cũ alijs adulterari, siue quod ipsa quoq; dubitat, an sit filius adulteri, vel mariti sui, siue quod reputat, eã, ad se obligandum, mentiri, secũdum S. Antoninũ. *a* Nec ipse adulter facile debet credere se ad id obligatum. *b* Si autem adulter credit eum esse suũ filium,

i vbi supra.

a Sess. 25. c. 3. de Regular.

b Arg. cap. in præmissis tũ ei adnot. de probat.

c Iuxta authent. nouissima & authen. vnde si pares, C. de inoffi. testam.

d l. qui occidit ff. ad l. Aquil.

e Cap. de Xenodochijs, & pro ea quæ ibi late tradit Lapus in repet. de relig. domi.

f Ca. primum 22. q. 2. c. super eo de vsu.

g In cap. humanæ aures 22. qu. 5.

h Iuxta supradicta.

a In 2. part. tit. 1. cap. 7. sub fin.

b Arg. c. Dominus de secundis nupt.

restituere debet patri putatiuo impẽsas, quas in eo nutriẽdo fecit, & etiã hospitali, si apud illud expositus fuit. Insuper & præfato patri restituere debet dotem, aut sponsalitiã largitatem, si quã dedit ei, imo & filijs eius id quod de patris hæreditate habuit, vt S. Antoninus ait, *e* quẽ Syluester, & communis probãt; quamquam D. Sotus *d* contrariũ teneat, motus eo quod non videtur ei causa propinqua illius damni. At communis opinio videtur nobis longe verior. *Primum*, quod est communis: *deinde*, quod ipsemet fatetur adulteram ad id teneri, quæ tamẽ nõ est propinquior causa damni, quam adulter, quandoquidẽ non consequitur illud immediate ex adulterio, neque ex partu, sed ex vita eius quem peperit. *Tertio*, quod adulter est causa satis propinqua, licet non proxima; & non oportet esse proximam, quo de damno teneatur, iuxta notata. *e* *Quarto*, quod adulteriũ suapte natura ordinatur ad generandũ, & est via & medium in illud damnum, quod genitus, eo ipso quo genitus est, infert; & cum sit res illicita, obligat in id quod ipsum consequitur, tãquam effectus eius; quo casu etiam causa remota nocet. *f* 50 *Nono*, quod addit idem Sotus, *g* quod filijs patris putatiui hęredibus non debet restitui tantũ quanti valet hęreditas, nec quantum restituendũ esset, si post adquisitionem illa eis toleretur, sed multo minus, iuxta prudentis & boni viri arbitrium, quę singularis conclusio est, confirmarique potest per id quod vterque Thomas ait. *h* Id tamen nostra sententia limitandum est tunc tantum procedere, quando restitutio faciẽda est filijs successuris, antequam succedant, id est, quando pater, cui successuri sunt, viuit, & dubitatur an filius putatiuus victurus sit eo tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna tractabitur: nam post patris putatiui mortem, & aditam eius hęreditatem, videtur iam tractari de bonis quæsitis, & ita restituendum est illis tantum, quantum valet id quod filio putatiuo obuenit, quamuis Sotus (nostro iudicio) in vtroque casu loquatur.

Itaque, omnia resoluendo, dicendũ, quod si persona obligata ad hoc restituendum accesserit ad confessariũ prius quam pater putatiuus moriatur, debet se informare, quantũ expenderit in filio putatiuo educando, vel forsan dotẽ, aut sponsalitiã largitatem ei tradendo, vel in literarũ studijs sustentando, & sic quam & quantã mercedem meruerit filius putatiuus à suo patre putatiuo, & habita horũ ratione præcipiat illi personæ, vt id residuũ, quod patri debetur, ei restituat, persuadeatq; illi, vt cõcipiat propositũ restituẽdi, cui oportuerit id, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui acquisitur? est, si superuixerit illi. Quod si persona prętata pœnitẽs est mortis periculo propinqua, relinquat alijs filijs, vt dixit Sotus, nõ tantũ, quantum deberetur eis, si iam hæreditatẽ acquisisset, vnà cũ illis filius putatiuus, sed tanto minus, quãto minoris æstimari debẽt bona, post patris putatiui mortem, illi quærenda, ob illam dubietatem,

e Vbi supra. *d* Lib. 4 q. 7. ar. 2. de iust. & iur.

e In cap. fi. cregressus, & ca. final. de iniur.

f Cap. fin. de homicid. l. 6.

g Vbi supra.

h 2. 2. qu. 62. art. 2.

i Arg. l. cum hæredes, ff. acquir. poss.

bietatem, an acquisiturus sit, nec ne? Idque poterit facere meliorando, vt Iurisconsultorum vulgus loquitur, alios filios de illa bonorum parte, quam cuicunque volet, libere potest relinquere, iuxta varias variorum Regnorum leges; in his quidem Castellę de tertia & quinta, *a* in Regnis vero Portugalliæ de tertia, *b* in illis vero Nauarrę de omnibus, excepta minima re: in illis vero terris, in quibus ius commune seruatur, de semisse aut triente. *c* Si autem prędicta persona pœnitens accesserit ad confessarium, priusquam patri putatiuo successerit, & fratribus suis damnum iam intulerit, prędicpiat ei confessarius, vt restituat fratribus, quos filius putatiuus lędit, omne damnũ quod eis intulit, quam optimo modo poterit, quidquid & Sotus, & qui eum sequuntur, dixerint. *d*

a l. 7. & Taur. l. 15. ti.
b Lib. 4. Ordinar. tit. 70.
c Auth. nouissima, & auth. vnde si parens.
d De inoffic. testament.

De septimo præcepto Decalogi, Non furtum facies.

CAPVT XVII.

1 *Furtum quid, & diuiditur in mentale & reale.*
1 *Præceptum non furandi quæ, & quot prohibeat.*
2 *Furtum genere suo mortale, sed excusant ab eo paruitas, & alia.*
2 *Furtum ad causandum mortale quanta quantitas requiratur.*
2 *Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt.*
2 *Furtum pauperi & diuiti factum qualiter metiendum.*
3 *Furtum propter omne mortale non fertur excommunicatio vbique.*
3 *Doli actio non datur ob omnem quantitatem quæ mortalem culpam facit.*
4 *Furtum mortale hæc quantitas facit.*
4 *Furtum à mortali culpa septem excusant.*
5 *Metus minor iusto attenditur in foro conscientiæ.*
5 *Finis vtilis animæ & bonis domini excusat à furto.*

1 QVia hic locus est opportunus, in quo ponatur summa Commentarij nostri, *a* iuxta iam alias promissa, ideo coniungendo ea quæ hoc loco tradita fuerunt in Hispano, cum illis, ad quæ fiebat remissio, *dicimus primo*, quod furtum definitur à iurisconsulto *b* esse, *dolosa contrectatio rei alienæ, inuito domino suo, ad proprietatem eius, aut possessionem, aut vsum acquirendum.* *c*

a Cap. fin. 14. qu. 6.
b In l. 1. ff. de furt.
c Quæ repetitur in parag. 1. Institut. de obligat. quæ ex lic. nascun.
d L. inter omnes, parag. recte, ff. de furt.
e Eodem parag. recte.
f In l. 4. seq. dist. 15. q. 18.

Dixit, *Contrectatio*, per quod intelligimus etiam voluntatem contrectandi, quæ est mentale furtũ. Dixit, *Alienæ*; quia suæ cõtrectatio, quatenus est, aut merito creditur sua esse, nõ est furtum. *d* Dixit, *Inuito domino suo*, quia quod eo volente fit, non est furtũ. *e* Dixit, *Dolosa*; quoniam iocosa & officiosa ad reddendũ cautiorem dominũ, non est furtum, vt recte ait Maior. *f* Dixit, *Ad acquirendum proprietatem aut possessionem, &c.* quia ad hoc vt sit

vt sit furtum, sufficit vt contrectãs velit aliquod horum adquirere, secundum omnes. Ex quibus sequitur furtum esse duplex, reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrectandi: quæ definitio iurisconsultorum est vsui loquendi proximior, quam illa Ioan. Maior. vbi supra.

Secundo dicimus, quod hoc præcepto, vt diximus, *g* non solum prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas eam faciendi, quæ proprie furtum dicitur; sed etiam omnis illa, qua aliquid ab aliquo iniuste accipitur, & iniuste retinetur, & omnis iniusta damni illatio, & per consequens violenta, & denique omnium rerum alienarum vsurpatio illicita, *h* & consequenter omnis voluntas deliberata faciendi aliquod prædictorum: quoniam vt supra diximus *i* post S. Thomam, *k* peccata voluntatis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, imo vnum; quam quæ sunt solius voluntatis ad restitutionem non obligant, vt *l* est dictum.

2 *Tertio*, quod omne furtum ex suo genere est mortale, secundum S. Thom. *m* & probatur in dicto capite fin. *n* Excusat autem furtũ à culpa mortali: *Primo* quidem paruitas rei, quia in omni materia peccati illa, & alia duo excusant à peccato mortali, vt diximus supra *o* post S. Thom. *p* & Antoninum, *q* & Adrianum. *r* Ex quo sequitur, quod saltem in genere moris furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem, differt specie à furto magno, quod attingit illã; quia supra *s* diximus circumstantiam, quæ facit actum esse mortalem, sine qua ille non esset talis, mutare speciem in genere moris.

Quarto dicimus, quod magnę quæstionis est, quæ paruitas excuset à mortali; quia id nullo iure naturali, diuino, aut humano definitum est: communiter tamen tenetur, & quidem recte, id boni viri arbitrio relinqui; quoniam quę indefinita relinquuntur à lege, arbitrio boni viri sunt definienda. *a*

Quinto dicimus, quod sæpe confessarij nos molestarunt, interrogantes, quæ quantitas sit ad hoc notabilis, aut quam nos talem arbitraremur? Quibus conati fuimus satisfacere per sequentia posita in prędicto Commentario capite fin. *b* *Primùm*, quod qui parum furatur volens multum furari, mortaliter peccat, vt S. Hieronymus *c* clare sentit: nam voluntas faciendi, & ipsum factum eiusdem sunt malitiæ, iuxta S. Thom. receptum: *d* qui autem rem paruulam furatur sine animo aliam maiorem furandi, & maius damnum proximo faciendi, quam paruula illa res valet, furtum mortale non committit, etiamsi sciat dominum id moleste laturum, si ei denunciaretur, neque eam à se petitam daturum fuisse, secundum Caietanum, *e* quamuis S. Thom. ibi de hac re aliquantum obscure loquatur.

Secundo, quod qui furatur aliquã paruulam rem, veluti subulam à sutore, aut acum à sartore, ob quod, & quia aliã subulam, vel acum non habet, à labore cessat, non furatur rem notabilẽ, quam-

g In addit. c. quando de consec. dist. 1.
h Cap. pœnale 14. qu. 5.
i In prælu. 7. nu. 19. & ca. 11. nu. 11.
k 1. 2. qu. 72. art. 7.
l In addit. ca. 11. nu. 16.
m 2. 2. qu. 66. art. 6.
n 14. qu. 6. & ca. fures, cum tribus seqq. de furt.
o In cap. 11. nu. 4.
p 1. 2. qu. 88. ar. 5 & 6. & 2. 2 q. 3. 4 5. & q 59 ar. 4.
q 2. part. tit. 4 c. 5. parag. 7. & 8.
r Quolib. 2.
s C. p. 6. n. 3. & seq.

a l. 1. ff. de iuris delib. & c. de cauli. de offi. deleg.

b 14 qu. 6.

c In dict. ca. fin. 14. qu. 6. Hieron. in commen. ad Titum.
d 1. 2. q. 20. art 3.

e 2. 2. qu. 66. art. 6.

quamuis ex eo notabile damnum in dominum redunder; licet contrarium sentiat Sylvest. *f* cui cõsentit Sotus; *g* quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum inferret, non tamen duplo, aut quadruplo illius dãni condemnaretur, sed duplo aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractę, quatenus esset furtum manifestum, aut non manifestum. *h* Illa tamẽ paruæ rei surreptio esset mortalis, si, qui surripit, scit, aut scire, aut credere debet ex furto illo paruulo eiusmodi damnum notabile domino euenturum; non quia res illa surrepta notabilis sit, vel quod volũtas illam surripiendi sit voluntas surripiendi rem notabilem; sed quia damni notabilis causam dat, & cõsequenter id dare videtur, *i* quæ sunt diuersa, vt ex diuersitate titulorum de furtis, & de iniurijs facile colligitur. Quod ipsum est dicendum de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magna molestia & perturbatione afficiendum: quale fecit quidã famulus suo hero diuiti nobis noto, surripiendo magnũ quoddam malum cydoniũ, quod in horto suo ille habebat, & magni æstimabat ad ostendẽdum amicis, & monuerat suos famulos notabili se molestia afficiẽdum, si illud furarentur. Is enim famulus non admisit furtum notabile, quamuis ob molestiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccare potuisset; siquidem credebat, aut credere debebat illa molestia dominum afficiendum esse.

f Vet. surũ. g Lib. 5. q 2. ar. 3. de iust. & iur.

h Parag. in duplum & parag. quadrupli, instit. de actio.

i Cap. fin. de iniur. l. qui accidit. ff. ad l. Aqu.

Ex quibus *infertur*, quod aliquando, qui rem paruam pauperi aufert, mortaliter peccat, non autem qui opulento similem aufert; & aliquando è contrario, qui aliquam rem paruam aufert diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi: nã qui surripit subulam sutori, vel acum sartori, credens, vel debẽs credere eos non habere alias quibus operentur, & ideo damnum notabile eis euenturum; peccat mortaliter, non autem qui diuitibus easdem auferret: & è contrario, qui diuiti surripit rem paruam ab ipso magni æstimatam, quale erat pomum, de quo supra diximus, credens, vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectũ iri, mortaliter peccaret, nõ autem qui idem faceret pauperi, rem illã non maioris, quã valet, facienti; quia ille dat causam notabilis molestiæ, hic vero minime.

3 *Tertio*, quod licet in aliquibus Episcopatibus per cõstitutiones Synodales declaratum sit, ne quis excõmunicetur pro re, quę minoris centum dipondijs valeat, & in alijs ne pro re, quæ minoris duobus regalibus, seu Iulijs valeat, non tamen idcirco censetur definitum illam esse quantitatem necessariam vt sit mortale; siquidem quãuis non debeat, nisi pro peccato mortali excõmunicatio ferri, *a* vt latius tradimus infra, *b* non tamẽ pro quolibet mortali fertur ipso iure: & sic præfatę constitutiones interpretandæ sunt, quod quamuis propter quãtitatem minorem, quam duorum regalium, aut centum dipondiorum, mortaliter peccetur, nemo tamen pro minori est excõmunicandus.

a Cap. 1. n. & ca. nullas 11. qu. 3.

b Ca. 17. n. 3.

c Lib 5.q 2. ar.3.de iust. & iur.

Quartò, quod aliqui collegerunt ex Soto,c summam duorũ, aut trium ducatorum non esse notabilem quantitatẽ, sine cõsideratione personę, cui furtum fit: sed nobis, neque videtur prędictũ Sotũ id sensisse, neque esse verũ; tum quia S. Thomas

d 2 2.q.76. ar.6.6.ad 3.

d à culpa mortali nõ eximit furtum, nisi quando est de re minima: nemini autẽ videtur esse talis in hac regione ducatus in se cõsideratus; tum quia idem S. Thomas sensit, ideo furtũ de re minima nõ esse mortale, quia presumi potest id nõ displicitũrũ domino, significãs secus esse, si putaretur domino id displiciturum. Et quamuis Caietanus magno conatu, & recte nostro iudicio, eius sententiã extendat ad furtum minimæ rei, etiamsi domino displiceat, nullatenus tamen extendisset ad furtum duorũ ducatorum, quippe quod longe alienum fuisset à mẽte S. Thomę; tum quia in aliquibus Episcopatibus, ex consilio virorum doctorum & prudentum, statuitur, vt excõmunicatio pro furto centũ dipõdiorum, & duorum regalium, siue Iuliorũ concedatur, vt prędictum est, & vt infra *a* dicemus. Excommunicatio maior non nisi ob peccatum mortale ferri debet. *b*

a Ca.17.n.9. b Dicto cap. nemo & cap. nullus 11. qu.1.

Non obstant in contrarium citata. Non primum; quia aliud est denegare actionem doli contra eum, qui citra quantitatem duorum ducatorum decipit, & aliud dicere, non peccare mortaliter, qui in minori decipit; quia lex actionem denegat contra emptorem & venditorem, qui in minus, quam dimidio iusti pretij decipit; *c* tamen ille mortaliter peccat, si notabiliter decipit, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam. *d*

c l.2.C.de reser.vend.& c.dilecti de empt.& vẽd. d 2.2.q.77 a.7

5 *Quinto*, quod consulerem cõsitenti mihi, vel me cõsulenti, vt reputaret pro notabili quantitate, quoad effectum cõstituẽdi culpam mortalem. *Primo* summam duorum regalium, vel Iuliorum, imo & vnius, etiam dimidij, & quod non haberet pro tali minorem quarta parte regalis, vel Iulij, in hac regione, nec in alia, quæ pecunia æque atque hæc abundaret. Nec damnarem eum, qui teneret mediam inter 4. & dimidiam, nõ esse notabilem. Sed neque nunc quando pecunia numerata minoris pretij est, quã vnquam fuit, dissentirem ei, qui assereret, nõ esse notabilem ad hoc quantitatem, quæ vnũ Iulium, siue Regale, aut tres partes eius nõ contineret, sequutus in hoc mentem cuiusdam statuti illustrissimi Ordinis Carthusiani.

Secundo cõsulerem, quod pro tali haberet vnum hœdũ, caponem, & etiam vnam gallinã mediocrem, etiam in regione vbi illa dimidio regali, vel Iulio nõ valeret, etiã duodecim ouorũ ablationem: & idem dicerẽ de quarta rubij tritici & quarta vini: tum quia vnaquęque istarum rerum cõmuniter pro re maiori minima habeatur: tũ quia licet olim in publica disputatione, quã super dicto capite fin. *e* nihil horũ attingẽtes habuim⁹, defendemus nõ esse cõcedendam actionem furti, nec aliam propter ablationẽ, aut retentionem tam exiguæ rei, quæ non pertingeret ad culpam mortalẽ; asseruimus tamen propter ac-

e 14.qu 6.

ceptionem,

ceptionem, aut retentionem vnius gallinę dari posse, quod nobis irrefragabiliter probat §. *gallinarum.* f

f Instit. de rerum diuis.

Tertio, quod furtum minoris quantitatis dimidio regali, est peccatum mortale, illi qui credit, vel credere debet datū iri per illud damnum maius dimidio regali; quale est furtum vnius acus aut subulæ, aut alterius instrumēti factum ab eo, qui credit, vel credere debet, quod ob defectū eius, is, à quo subtracta est, damnū maius dimidio regali patietur ex diaria mercede. Notandum tamen est, quod si daretur excōmunicatio propter solum furtum, quæ alia damna non comprehenderet, qui eiusmodi furtum commisisset, excommunicatus nō esset; quia vt supra diximus, aliud est furtum instrumēti tam parui pretij, & aliud damnum, quod eius ablatione, aut retentione fit; quia si duplo, aut quadruplo furti condemnaretur, prout manifestum, aut non manifestum esset, non damnum, sed solum pretium surrepti instrumenti duplicaretur, vel quadruplicaretur, iuxta omnium sententiam, *a* vt supra dictum est.

a In d. parag. in duplum, & parag. quadruplū Inst. de actio.

Quarto, quod excommunicatio generalis contra eos, qui furantur, aut male ablatum non restituunt, omnes iniuste auferētes, aut retinentes tantā quantitatē, quanta ad peccandū mortaliter satis est, cōprehendit; quia cōprehenduntur sub proferentis verbis & mente, quę est animas à peccato mortali abducere, &, ne in illud prolabantur, cauere, *b* nisi per constitutionē Episcopatus, vel intentionē excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vsq; quantitatem maiorem non auferunt; qui enim exciperentur, non comprehenderentur; quia excommunicatio non ligat, nisi quos, & quot, qui excommunicat, aut qui eam petit, vult, vt infra dicimus. *c*

b Arg. cap. de sent. exc. li. 6. & c. 21. de cōstit. eo. lib.

c Cap. 27. n. 14.

Quinto, quod de illo, qui multa minima sæpe suo hero, aut alij, aut multis aufert, teneret id, quod infra *d* dicetur.

d Eod. num. 139. & 140.

5 *Secundo*, & *tertio* principaliter excusant furta à mortali indeliberatio, seu surreptio, & defectus iudicij idonei ad culpam mortalem, quæ duo, sicut paruitas rei, in omni materia peccati excusant ab illa, per supradicta. *e*

e Ca. 3. 1. n. 4.

Quarto excusat etiam à veniali ignorantia probabilis, quod res esset aliena, & extrema necessitas, vel adeo grauis, quę iudicio boni viri ad id sufficiat, *f* & etiā pręsūptio probabilis dominū rei ęquo animo id laturū, *g* non autē dubitatio, aut temeraria pręsumptio, *h* quāuis vere dominus ęquo animo ferret: nā qui facit id, de quo dubitat, an sit mortale, vel credit esse tale, mortaliter peccat, per ea quæ diximus; *i* quamquā in hoc casu postremo ad restitutionē non teneretur. *k* Neq; excusaret præsentia, & patiētia domini patientis id prę timore, aut pudore, secundum Syluestrum; *l* & probatur per illam conclusionē Adriani, *m* videlicet, quod in foro cōscientiæ transactio, & donatio non valent, quoties non fiunt animo libero, etiamsi non intercedat tantus metus, quantum forum exterius ad inuali-

f Cap. si quis propter necessitatem, de furt. vbi Pano. & alij.

g l. inter omnes, parag. recte ff. de fur.

h Dicto, parag. recte.

i In c. si quis autem n. 57. & seq. de pœn. dist. 7.

k Dicto parag. recte & Syl. verb. furtum qu. 7.

l Vbi supra.

m In 4. de restit. q. 2. vers. ex quibus.

dandum illas requirit; iuxta ea, quæ leguntur & notantur l. *interpositas.* a Excusat etiam à culpa mortali conditio iustificans; vt cum quis vult surripere, si Deus id non vetuisset. b

Quinto excusat impotentia recuperandi suum sine scandalo, quia tunc clam capere potest. c

Sexto excusat propositum restituendi quę accipit domino proprio, vt quia à fure aut latrone vilissime emit, quod ille furatus est, aut rapuit, vt domino suo restituat.

Octauo excusat iusta voluntas proficiendi domino spiritualiter, vel temporaliter; vt cum quis occulte furatur pigmenta aut fucos alicui mulieri eis male vtenti, & alios ad peccandū prouocanti; aut gladium furioso, ne se, vel alium occidat, aut pecuniam, aut folia lusoria, vel aleas lusori, ne ludat, modo ex hoc magnum scandalum non sequatur, iuxta S. Antoninum, d quia nulla harum est contrectatio, aut acceptatio fraudulenta, quæ ad furtum requiritur, per prędicta supra. e

a C. de trāsact. & l. metū 1. & 2. ff. quod metus causa.
b Arg. cap. si pro te, de reser. lib. 6. l. cedere ff. de verbo, sig. Caieta. verb. cogitatio.
c Per gloss. memorabilē c. ius gentiū 1. dist. & dictam singulare Innoc. cap. olim, de restit. spol.
d In 1. part. tit. 1. cap 14. parag 2.
e Eodem ca. num 3.

Restitutio quid.

6 *Restitutio quid, cum definitionis declaratione.*
6 *Restitutio est actus iustitiæ veræ, num. 7.*
7 *Restituenda res aliena etiam non restituto pretio 8. & 9.*
10 *Restituenda ipsamet aliena surrepta.*
11 *Restitutio duplex, formalis & virtualis, qualis est remissio.*
11 *Restituendi necessitas ex qua lege nascitur.*

6 QVoniam autem non solum acceptio alieni, sed etiā restituendi retentio est contra hoc septimum præceptū, f necessarium fuerit dicere de restitutione. *Primo*, quid sit. *Secundo*, quis ad eam teneatur. *Tertio*, quid sit restituendum. *Quarto*, quantum. *Quinto*, cui. *Sexto*, vbi. *Septimo*, quomodo. *Octauo*, quo ordine. *Nono*, quando.

f Cap. sæpe. de resti spol. & cap si res, 14. q. 6.

Restitutio igitur, vt ad primum veniamus, apertius & breuius, quam hactenus, definiri potest esse *actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri quod suum est, vel quod ei debetur lege vera iustitiæ formaliter, vel virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris, vel pecuniæ.*

Dixi, *Iustitiæ*, quo differat ab actibus virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Charitatis, quibus redditur Deo cultus debitus in effectu; & ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, & aliarum virtutum eis attributarum, seu potentialium, quibus animus noster potius, siue principalius, quam nostris rebus exterioribus medemur, & proficimus, vt post S. Thom. diximus latius, & vtilius infra. g

g Eodem n. 12

Dixi, *Specialis*, quo differat ab actibus Iustitię generalis, quæ versatur in referendo omniū virtutū moralium actus ad bonū commune humanū; sicut charitas in referendo eosdē ad bonū commune

cõmune diuinum, quod est Deus, vt post S. Thom. *a* diximus in tractat. *de redditibus ecclesiasticis*. *b*

Dixi, *Commutatiuæ*; quia vt S. Tho. *c* receptus ait, requiritur æqualitas inter id quod restituitur ex vna parte, & inter id quod debet restitui ex altera; & quia non est actus iustitiæ distributiuæ, quæ commune priuatis diuidit.

7 Dixi, *Quod suum est*, ad significandum quod per cap. *si res*, *d* & mentem omnium doctorum in illa comminiscentiũ, & Caietanum, *e* quisquis rem alienam cõtra voluntatẽ domini habet, tenetur restituere illam, quamquã alio modo, si eam bona fide habuit & retinet, & alio si mala; quia si bona fide accepit & retinet, si eam amittit, aut absque ipsius culpa perit, satisfacit restituendo id quo factus est locupletior. *f* Itaque qui bona fide emit aliquid à non domino, tenetur suo domino illud restituere, simul ac eius esse scierit, etiam non reddito pretio pro eo dato; *g* & si iam illud non habet, tenebitur ad id in quo factus est locupletior, puta, pretium quod pro illa habuit. *h*

8 Quod si in nihilo factus est locupletior, ad nihil tenetur domino, neq; alteri, cui bona fide vẽderet illud, eodẽ vel minori pretio quo emerat, *i* quia nihil amplius quã suũ habet; licet si pluris venderet, quã emisset, illud plus restituere tenetur, quia quoad illud alienũ retinet, aut aliud pro eo, vt recte dixit Caie. *k*

Contra quæ facit primo, quod is bonæ fidei vẽditor tenetur emptori de euictione. *l* Sed respondetur, quod liberabitur cedendo actionem de euictione, quam contra eum, à quo bona fide emit, habet, *m* quia ea factus est locupletior, ad quod etiam in conscientia tenebitur.

Secundo facit contra hęc argumentum cuiusdam eruditi, fundantis se primo, quod infra *n* diximus, eum qui pecuniã adulterinam ab alio bona fide receptam tertio tradit, postea quam id rescierit, teneri ei restituere legitimam. Secundo, quod qui bona fide vendit auricalchum pro auro, postquam rescierit, tenetur tantundem veri auri restituere. Tertio, quod pretium datum à se bona fide recuperare potest per euictionem, & non potest iuste vtrumque retinere.

Sed responderi potest ad duo prima, quod non est eadẽ ratio de tradente pecuniam adulterinã, vel auricalchum pro auro, & de tradente rem alienã, sed veram; quia ille tradit rem intrinsecus defectuosam, & ita falsam, & communiter est in aliqua culpa accipiendo, vel dando; hic autẽ rem intrinsecus veram iusti valoris, & ita communiter non est in culpa accipiendo, neque dando. Et vrgenti, quid si vterque esset in culpa, vel neuter in ea, concedi posset idem de vtroque iudicandum. *a*

9 Ad tertium vero, quod solum concludit bonæ fidei venditorem teneri ad cedendã actionem de euictione, quod nõ negamus, & proxime cõcessimus. Supradicta ratione, qui ad cœnã inuitat ex vitulo alieno edit, quãuis restituere teneatur id quod

a 2a 2æ. q. 25. art. 4.
b Quæst. 2. monito. 1.
c 2a 2æ. q. 61. art. 1. & qu. 62. art. 1.
d 14. q. 6. & c. sæpe de restit. spol.
e In vtroque loco iupracitato.
f L. si res, parag. 1. & l. item vendit. parag. 1. de pœnit. hæred.
g L. qui a patre, l. mancipi. C. de rei vend.
h Pet. dist. si possessor parag. 1.
i L. in creditore, cum l. ff. de euict.
k 2. q. 6. a. 6. & in summa ver restit parag. 2. radix, pro quo sunt dicta l. sed & l. item veniunt.
l Cap. fin. empt. l. 1. toto tit. ff. euict.
m In creditore, ff. de euict.
n Eodem cap. num. 167.
a Arg. ca. duduum, 2. de elect.

quod mala fide comedit, si tamen id bona fide fecit, solum tenetur ad illud, quod ob illam cœnam domestico sumptui subtraxit, & si nihil subtraxit, ad nihil tenetur, quia solum quod subtraxit est apud eum ex illo vitulo alieno. Idem dicendum est de vsu alienæ vestis, quam quis suam esse arbitratur; si enim ob id quod eam gestauit, suam seruauit, tenetur soluere vsum, aut quantum ob illum propriæ pepercit.

Tertio facit, quod iure dubitari potest, an qui emit bona fide rem alienam à non domino, de hoc certior factus, illam reddere venditori possit, & suam pecuniam recuperare? Ad quod respondetur posse, vt respondet Alexan. Halensis doctor irrefragabilis, *b* quem Gabriel, *c* & alij sequuntur.

b 4. part. q. 86 membr. 3. c In 4. l. sen. di. 15.

Contra quod facit primo, quod videtur cooperari vēditori ad peccandū in retinendo alieno. Secundo, quod Medina contra tenet in eo, qui credit venditorē nūquā restituturū eā domino.

Ad quorū prius respondetur, negando, quod qui rem emptā à non domino reddit ei vt pretiū datum pro ea recuperet, cooperetur ad peccandū; tum quia actus ille non domini recipiēdi rem alienam à se venditam, non est de se peccatum, quia id nō est de se accipere alienum dolose, quia potest facere sancte ad finem restituendi eam domino, tum quia ille tenetur restituere illā domino, & ita qui emptor eam restituit illi, videtur iuuare eum ad exeundum à peccato, & non ad peccandū. Ad posterius autem negando illud Medinæ dictum; tum quia id non satisprobat: tum quia emptor plus tenetur sibi prouidere, quam domino rei. *d* Et reddendo rem non domino, recuperato pretio sibi prouidet, faciēdo actum iustum; & si ob id per accidens culpa non domini, & non sua contingat damnū domino, non est imputandum ei, qui reponit rem penes eum à quo accepit, cum nulla lege iustitiæ obligetur ad aliud, & quod per accidens contingit, non est adeo attendendum. *e*

d Argum. l. si præses, C. de seru. & aq. & c. non licet 23. qu. 5.

e L. si quis nec causam, ff. de reb. cred.

10 Qui autem mala fide recipit, aut retinet rem alienam, tenetur restituere eandem rem si potest; sin minus, tantum quanto pluris valuit à tempore iniustæ acceptionis vel retentionis, quamuis sine sua culpa perierit; quia qui mala fide contrectat, & retinet rem alienam, semper est in mora, & suo damno perit; *a* & ille dicitur habere bonam fidem in hac materia, qui probabiliter credit rem suam esse, aut eius qui sibi eam dedit, aut illum qui sibi dedit, ius habuisse ad eam dandam. *b*

a L. in re furtiua ff. de cond. furt. c. mora. cum ei adnot. de regul. iur. l. & b Cap. si virgo 34. qu. 2. glo. in cap. si diligenti, de præscrip. c Iuxta, varias leges variorum tit. ff. & C.

Dixi, *vel quod ei debetur*, ad includendū redditionem qualiscūque debiti, siue id oriatur ex contractu, vel quasi contractu, delicto, vel quasi delicto, vel lege, statuto, vel sententia obligante ad id conscientiam, vel testamento, aut alia vltima voluntate. *c*

Dixi, *lege veræ iustitiæ*, ad excludendos actus religionis, & aliarum virtutū attributarum, vel potentialiū iustitię, quibus redditur quidem debitum; sed non lege verę iustitiæ, quæ versatur in reddendo debitum rei exterioris secundum æqualitatem, cum

cum tamen religio,& alię virtutes iustitię potētiales versentur in reddendo debitum honestatis tantum,vt liberalitas;vel non secundum ęqualitatem,vt religio,pietas,&c. Non obstat quod actus restituēdi debitū propter transgressionē legis iustitiæ distributiuæ est restitutio vera & debita, vt dicitur infra; *d* quia iustitia distributiua vera iustitia est, & non similitudinaria; est enim altera species iustitiæ,iuxta S.Thomam receptum.*e*

11 Dixi, *formaliter vel virtualiter*, ad includendas condonationes,& alias satisfactiones,quæ virtualiter sunt restitutiones & solutiones. *f*

Dixi, *De bonis animi,&c.* ad significandū,quod non solum ad restitutionem tenetur,qui debet pecuniam, sed etiam alia tria genera bonorum animę,& corporis,& honoris,iuxta dicta. *g*

Necessitas autem restituendi nascitur ex omni trāsgressione legum verę & specialis iustitię,per quam aliquod damnum alteri cuipiam infertur,prout statim dicetur; non autē inducitur ex transgressione legum charitatis & misericordię,etiā illa qua alius damnificatur,vt affirmauit Alex.Halēsis, *h* & Altissiodorensis,*i* quos sequitur Adrianus, *k* quem pridē sequuti fuimus; *l* quod etiam affirmat Sotus tanquam communiter receptum, *m* quod latius alijs fundat, & propugnat prædictus Adrianus, qui tamen non videtur reddere rationem diuersitatis, quā noue putamus esse, quod transgressio legum charitatis & misericordię,imo & cęterarum virtutum aliarū à vera & speciali iustitia,non ordinatur per se, & directe ad ablationē alicuius rei exterioris alterius,sed solum per accidēs & indirecte; quia immediate, & principaliter versantur circa actus interiores,secūdum S. Th. *a* transgressio autem legum iustitię, quę principaliter versatur circa actus exteriores,secundum eundem, per se & directe ordinatur ad auferendum aliquid ab alio,quod causat restituendi obligationem. Ob quod diximus pridem,*b* multum referre inter testem obligatū ad dicendum verū lege iustitię,& inter obligatū lege charitatis;vt etiam infra *c* ponetur differentia inter obligatum ex contractu ad alendum, quæ est obligatio iustitię,& inter obligatū ad idem per viam eleemosynę,quæ est actus charitatis,vel misericordiæ illius filiæ.

d Eodem ca n.96.
e 2.2.q.62. art.1.
f l.si rem,parag.omnis,ff. de pigno.actio.& l.1.ff. qui satisd. cogans. & glo.verb.restituat,c.peccatū de reg. iur.li.6.
g In ca.14.n. 26.& c.15.n. 16.cum seq. infra ca.18. n.33.
h 3.part.qu. 87.
i In 4.part.
k In 4.de restit.qu.1.parag.do currētibus cū fure.
l In repet.c. inter verba 11.q.3.conc. 6.& infra ca. 24.n.5.& nuper in Tract.de reddit.qu.2.monit.2.& 7.
m Lib.5.qu. 3.ar.4.& li.4. q.7.ar.3.col. 4.& alibi ītpe de iust.& iur.
a 2.2.q.58.ar. 7.ad 1.& 2.
b In prædicta repet.cap. inter verba.
c Ca.24.n.7.

Quis restituere teneatur.

12 *Restituere quis teneatur,late &* 13.& 14.
14 *Peccare faciens quis, & quid restituat.*
15 *Metus minor iusto cogit restituere in foro animæ.*
16 *Libertas animi non tam minuitur blanditijs ac metu.*
17 *Restituere plus tenetur delinquens, quam contrahens & consentiens, &* 18.
19 *Ministrum à restituendo non excusat iussus domini.*
20 *Delinquens non excusatur eo quod alius id fecisset.*

20 *Opitulans damnum danti, qui totum, qui partem, qui nihil restituet.*
20 *Borbonium qui ducem Vrbem vastantem iuuit, quantum restituat.*
21 *Furantem non impediens quis restituet, & quis non.*
21 *Damnum impedire cum periculo qui etiam iudex non tenetur.*
22 *Restituet quis Confessarius negligens.*
23 *Confessor potest dicere hæredi restituenda mortuo.*

12 EX prędictis colligitur vna regula breuis, scilicet, quod omnis & solus ille ad restitutionē tenetur, qui aliquam rem alienam tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis vere debet. Quæ regula continet illas viginti manus, scilicet, fœneratoriam, raptoriam, &c. quas S. Antoninus *d* grauiter & late tractauit, & decem & septem dicta quæ adiunxit Syluester, *e* & duas regulas, aut radices Caietani. *f*

Ex qua regula *infertur*, quod tenetur ad restituendum *prime*, tenens rem alienam de quo supra. *g* *Secundo*, obligatus ex contractu. *h* *Tertio*, obligatus ex quasi contractu, vt tutor pupillo, &c. *i*

13 *Quarto*, obligatus lege aliqua iustitiæ, aut statuto conscię-tiam obligāte: quod addo propter pœnas debitas multarū legū pœnalium, quę non debentur in foro conscientię ante cōdemnationē iudicis, iuxta glossam, capit. *fraternitas*; *a* in cuius Cōmentario vtiliter & breuiter diximus, quæ sint illæ, contrahendo, addendo, tollēdo, ac declarando plurima, quę prolixissime scripsit in duobus libris de lege pœnali eruditiss. Alfons. Castren. illustrissimi ordinis Franciscani maximum decus.

14 *Quinto*, obligatus ex testamento, vel alia vltima voluntate. *b* *Sexto* obligatus ex sententia iusta, etiam condemnante ad pœnam, iuxta D. Thomam. *c* *Septimo* obligatus ex delicto dānificante bona aliena animæ; qualis est persuasio vitiorum vi, dolo, vel metu facta, de quo supra. *e* Aut bona corporis; quale est homicidium, vulnus, &c. de quo supra. *f* Aut bona honoris, glorię & famæ; quale est contumelia, detractio, &c. de quo infra *g* Aut bona pecuniaria; qualia sunt furtum, rapina, & alia, quorum quædam sunt sine vllo consensu damnificati, vt furtum, rapina, &c. *h* quædam cum consensu eius, sed coacto per metum, siue vim conditionalem.

15 Quod verum est secundum omnes de timore, qui iniuste iniicitur, & est tam magnus, vt in constantem virum cadere possit, quamuis sua culpa in illum incidat; *i* non tamen de eo qui iuste injciatur per iudicem, *k* aut alium, qui iure damnū, quod timebat, inferre potest. *l*

Per quod soluitur quæsitum, An datum ab aliquo timore, ne accusetur, ei, qui cū iure accusare potest, repeti possit, tanquā metus causa datū: Respōdi nō posse, per citata hic, & per textū iuncta glo. & doctrina Bart. communiter recepta. *m* Nec etiā de eo qui iniuste injcitur, si talis non est vt in virum cōstantē cadere

d In 2. part tit. 2. cap. 2. parag. 2.
e Verb. restitu. 2.
f In summa verb. restitu. & 2. 2. qu. 62.
g Num 7.
h L. 1. ff de pact. & c. 1. eodem tit. eum eis adnot.
i Instituit. de oblig. quæ ex quasi cōtractu parag. 5. parag. tutores, & hæredes.
a 12. q. 2.
b ff. & C. de leg. 11. hære. de testam. de legat. & fidei com. & aliis, tit. 1.
c De quæ in tit. de re iudi d 2. 2. qn. 62. art. 3.
e Ca. 14. n 45
f Ca. 15. n 26
g Ca. 18. n 33.

h C. & ff. de furt vi bono rapt. vnde vi, & quod vi aut clam.
i Ca. veniens de sponsal.
k l 3. ff. quod met. caus.
l L. nec timorem & l. si mulier, ff. quod met. caus.
m In l. accusationes, C. de his quæ vi.

cadere

cadere possit, quoad iudicium externus, in quo paria censentur consentire sponte, & per eiusmodi metum, qui non cadit in constantem virum; n non tamen quoad forum conscientiæ, in quo idem censetur, quod iusto quis metu consentiat, vel eo minore, dummodo coram Deo ille fuerit causa principalis illius consensus, vt recte dixit Adrianus. o

16 Non est tamē verū id quod Caietanus his addidit, p scilicet, paria reputari quoad forū cōscientię consentire metu, aut blāditijs; quia, vt ille ait, his non minus quā metu animi libertas adimitur, tū quia id est cōtra expressam l. fi. q tum quia S. Tho. r determinat, quod passio amoris nō inducit inuoluntarium sicut passio timoris: tum quia est contra rationē qua idē ad id mouetur, scilicet, quod metus cōsensum diminuit; amor vero & blanditiæ eundē augent: tū quia est noua doctrina nullo iure fundata; quamquā locum habere posset, quando precibus & blanditiis minæ, saltem tacitæ inessent, quales solent inesse precibus nonnullorū dominorum solitorū male tractare eos, qui precibus suis nō parent. Cui consequens est mulieres perditas non teneri ad restituendū ea quæ suis blanditiis absque dolo, mendacio, & fraude obtinuerunt ab amicis suis, qui donare, aut gratis dare poterant, vt infra dicemus. Quamquā oppositum Caietanus a sine textu & ratione necessaria tenet.

17 *Octauo* tenetur restituere obligatus ex quasi delicto; vt iudex qui iniquam sententiam tulit ob ignorātiā iuris, vel imperitiā: b & is, ex cuius domo aliquid eiectum damnificauit aliū; & tabernarius, & institor tabernæ, aut magister nauis, & eius exercitor, de furto & maleficio in naui per alium facto: & caupo vel stabularius de re sibi ab hospite commendata. d

Nono, qui consentit delinquenti, siue facienti aliquo nouem modorum relatorum supra, e puta simpliciter cōsentiendo, vel iubendo, consulendo, laudando, recipiendo, participando, tacendo, non impediendo, aut non manifestando: hi namque omnes & singuli peccant vt delinquens & faciens delictum: licet nulli teneantur ad restitutionem tantum, quantum ille: quia faciens semper & in totum tenetur, alij vero sex puta iubens, cōsulens, consentiēs simpliciter, recipiens, laudans aut participans, non nisi ad restitutionē eius, quod ad eos peruenit, & cuius fuerunt causa, sine qua delictum nō fuisset factū.

18 Alij vero tres, scilicet, tacens, non obstans, & non manifestans solum tenentur, quando ad id ex officio obligātur, quāuis fraudulenter, & mala voluntate tacuissent, aut obstare, vel manifestare prætermisissent, iuxta omnium fere communem opinionem, vt recte tradit Adrian. f & Sylvest. g & Sotus. h quamquam Angel. Richardum secutus contrariūm teneat, & idem etiam sentiat eruditissimus Card. Caiet. i

19 Ex quibus *infertur primo*, quod quemadmodū qui percutit, aut occidit proximum iussu alieno ob solam vtilitatem præcipientis,

n L motum 9 ff. quod metus causa, & Panor. adiun. & aglo. verb. coactus, de his quæ vi.
o In 4. de restit. q. 1.
p In summa verb rest. parag. quia vero.
q C. fi quis aliquando, test. prohib.
r 2. 2. q. 6. a. 6
a Vbi supra
b Institut. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. in princ.
c parag. 1. instit. eod. tit.
d parag. item is, & parag. item exercitor. iust. eod. tit.
e Ca. 11. n. 15
f In 4. de restit. q. 2. col. 52.
g Ver. restit. 5. q. 6.
h L. b. 4. q. 7. ar. 3. de iust. & iur.
i Verb. restit.

pientis, tenetur satisfacere percusso, aut mortui hæredibus; sic famulus vsurarij, qui domini sui iussu, ob eius solam vtilitatem, pecuniam ad vsuram dedit, restituere tenetur, vt Caietan. *k* singulariter dixit, & infra *l* declarabitur: quia ille est qui facit delictum, & dominus consentiens illi iubendo, quidquid contra innuat Paludanus. *m*

k In summa verb. restit. & 2.2.q.62.a.7.
l Eod.c.nu. 266.
m In 4.lib. sent.dist.15. qu.2.

20 Nec excusatur, eo quod si ille famulus non dedisset, alius eam dedisset; sicut nec excusatur percussor, quod si ipse illum non percussisset, alius percussisset; quia si aliquis dominus suis famulis diceret, vt occiderēt N. & cum quisque eorum vellet, & posset illum occidere, vnus anteiret, non excusaretur à restitutione, nec etiam ab extremo supplicio per ipsum iudicem infligendo, ob id quod vel dominus id fieri præceperit, vel quod etiamsi homicidium illud ipse non perpetrasset, alius iussu eiusdem, vel omnes simul illud erant perpetraturi.

Secundo infertur, quod iuuans facientem delictum, cooperando, qui includitur sub verbo *participans*, ex mente S. Thom. *a* & communis, aliquando tenebitur ad restitutionem totius damni per facientē illati, puta, quum fuit causa, sine qua nihil damni fuisset illatum; aliquando vero non nisi ad restitutionē partis, eius scilicet cuius est causa, sine qua non fuisset illa pars damni illata, licet reliquum sic; & aliquando non tenebitur, nisi ad restituendum illud quod ad ipsum peruenit, puta, cum non fuit causa, sine qua non fuisset totum damnum illatum, & aliquando ad nihil, puta, quando sine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eum peruenire.

a Vbi supra.

Tertio infertur, iuste nos nuper consuluisse, eum, qui ita iuuit Borbonium Ducē in capienda & diripienda Vrbe, anno 1527. quod sine eius ope id non fecisset, teneri ad restitutionē omnium damnorum; eum vero, sine cuius ope id factum fuisset, non teneri, nisi ad id, quod ad se peruenisset, vel eius partis, quæ sine ipso non fuisset illata, & ad nihil, si nihil ad eum peruenit, nec fuit causa, sine qua non totius, vel partis illius. Concludimus itaque, secuti sententiam Innocent. *b* quam probat ibi Hostiens. & nemo contradicit, quāque Richard. *c* & Sylu. *d* cum citatis ab eo, sequuntur, imo & Adrianus grauis auctor *e* tenet, auxiliatorem, & opem maleficio & damno præstantē, solum teneri ad restituendum id, quod ad eum peruenit, & nō plus, si delictum factum fuisset, vel damnum datum, etiamsi ille eam opem non tulisset, quāmque septem argumentis validis muniuimus, respondendo totidem, quæ pro Caietano & Soto contrarium tenentibus, adduximus.

b In ca. sicut dignum, de homicid.
c In 4.l.sendi. 15.
d Verb. rest. 3. qu. 6.
e In 4. de restit. parag. de currentibus cum fure.

21 *Quarto infertur*, quod si aliquis inueniret furem, qui à suo vicino furaretur, acciperetq; aliquid, quo taceret, nō tenebitur restituere quod alius furatus fuisset, neq; quod accepit, si furis erat, dūmodo esset persona, quę ex officio ad clamandū, aut manifestandū non teneretur; qui idē addit, quod restituere nō

tenebitur

tenebitur; quamuis eidem vicino, cui res subrepta fuit, se interroganti, num aliquid vidisset; responderet, se non vidisse. Secus autem si ex suo officio ad hoc teneretur, vt iudices, & domini, qui ob id stipendia capiunt, vt iustitiam custodiri faciant; & etiam nostro iudicio, patres, tutores, & curatores, quoad bona filiorum suorum, pupillorum, aut minorum. *a* Noluimus tamen dicere, quod iudex semper teneatur non obstante quolibet periculo mortis, aut vulnerum, impedire quodlibet damnum, sed solum quando id sine temeritate facere potest, vt (nostro iudicio) sensit S. Tho. *b* per illa verba, *Non multum imminet periculum:* quia, vt recte Syluester ait *c*, non tenetur officialis cum perieulo probabili suæ vitæ & status, seruare personam, aut statum alterius particularis, quamuis sic (nostra sententia) Rempublicam, quando ratio postularet *d*.

a Arg. l. cum non solum, parag. vbi autem & alijs seqq. C. de bonis quæ li. & c. duo 23. qu. 4.
b 2. 2. qu. 62. ar. 6. ad 1.
c In Rosa aurea cap. 50.
d Arg. l. minime ff. de relig. & sup. fun. & l. vt patriæ ff. de iust. & iur.

Ex quibus sequitur, quod qui in Capitulo, Cõsistorio, aut alia vniuersitate, vbi maiori parti statur *e*, & vbi publice suffragia feruntur, & pauciores maioris partis sententiã sequuntur, quãuis peccet consentiens in delicto secundum Innoc. *f* attamen non tenetur ad restitutionem damni, quod illam malam sentẽtiam consequitur, quia eius causa non fuit, cũ etsi cõtradixisset ipse, id consequeretur, vt Caiet *g* dixit, & recte id procedere, quãdo qui suffragantur, non possunt data suffragia reuocare, & quando qui suffragatur, credit propter suum suffragium maiorem partem non muraturã quod suffragijs concluserit: nã si crederet, quod propter suam contradictionẽ alij suam sententiam mutarent, & non contradiceret, cum id facere deberet, diceretur consentire, & eius consensus causa illius partialis diceretur; & ita teneretur, cum ex suo officio ad id obligaretur per prędicta.

e Iuxta l. quod maior ff. admunic. cap de his, & quæ n. 2 maiori parte ca. f In dicto c. 1 g Verb rest. ca. 1. part. 5.

22 *Decimo infertur*, quod confessarius, qui per ignorantiã crassam, aut affectatam absoluit ante restitutionem, vel antequam præcipiat eam cõfitenti ad id parato, remanet obligatus ad restituendum; quia fuit in causa, ne damnificatus quod suũ erat, vel ei debebatur, reciperet *h*. Quod procedit in confessario vidente, aut credente, quod nisi restitutionem præciperet cõfesso, non restitueret, & si præciperet, sic: non autem in eo, qui solum credit confessum esse obligatum ad restituendũ, & id non præcipit ob incogitantiam, aut quia existimat id ipsi confesso curæ fore; nam is non est causa non restituendi.

h Rosel. ver. restitutio 2. parag. 5. Angel. verb. restitutio vit. parag. 5.

Nec obstat, quod quidam contradicat. *Primo*, quia nullo auctore, nec vlla ratione probabili cõtradicit; ego autem hic cito graues auctores, scilicet, Angelum, & Rosellam. *Secundo*, quod ratione friuola nititur: scilicet, confessariũ nõ teneri ex officio procurare vtilitatem creditoris, sed solũ consulere pœnitentes; quod videtur dixisse pro cõsulere pœnitenti, per id quod subdit: *Et iuuare animam eius*; quæ ratio facit contra ipsum; cum præcipere pœnitenti restitutionẽ, ad quam tenetur, sit consulere illi, & iuuare animam eius. *Tertio*, quod ego non affirmo

dictum præfatorum auctorum esse vniuersaliter verum, sed restrinxi illud ad casum, in quo negligentia præcepti de restitutione est causa cur confessus non restituat; quo casu palam est eum peccare cum obligatione restituendi: quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur *a*.

a Cap fin. de iniur. & l. qui occidit ff. ad l. Aqui.

23 Addo etiam, quod Ioan. Maior *b* difficile esse censet, quod confessarius iuste dicere possit hæredibus eius, cuius ipse confessionem audiuit, sibique mandauit, vt post eius obitum diceret eis, vt restituerent illud, ad quod obligatus remanebat, quia per hoc videtur reuelare confessionem sibi factam. Nec mirum est eum id tenere, quia ipse sequitur opinionem Scoti, tenentis *c*, quod confessarius non potest reuelare cõfessionem confessi, etiam de ipsius licentia & facultate, etiam iusta de causa data. Nobis tamen, qui sequimur & probamus opinionẽ contrariam S. Thomæ, & communem *d*, non videtur difficile, cum per tale mandatum expressa, aut tacita facultas ad reuelandum iusta de causa concedatur *e*.

b In 4. l. sen. di. 21. qu. 3.

c In eadem di. 21.

d In c. sacerdos, de pœn. di. 6. a. n. 116. vsque ad 120. & sup. eo. c. 8.

e Arg. l 2. ff. de iurisdict. omn. iud. ca. præterea de offic. deleg.

Quæritur hic, quid debeat confessarius iubere pœnitenti, qui ex India diues redit? Respondeo idipsum, quod alijs, qui similia in bellis iustis, vel iniustis, vel in pace, tyrannice, vel fortiter commiserunt, iuxta ius naturale & diuinum, quod nulla recta Monarchia, nec vlla tortuosa tyrannis enertere potest. Super quo quidam nostrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quæ timorem quendam futurorum malorum præsentis & futuræ vitę incutiunt, digna decisione summę potestatis Apostolicæ audita summa Laica.

Quid restituendum.

24 *Restituatur alienum, idem ipsum, & fructus, vel interesse, n. 25.*
26 *Aliena res male retenta cui perit.*

24 REstituendum autem est regulariter idipsum, quod acceptum est, vel debetur, si fieri potest, nisi creditor sit alia re contentus *f*; si autem non potest eius æstimatio *g*, si est æstimabile; qualia tamen non sunt vita, salus, libertas, honor, & fama *h*: & ideo pro eis restituendum est, quod vir bonus arbitrabitur *i*.

f l. eum à quo & l. manifesti C. de furt.

g Authę. hoc nisi cessarit. & l. libert. hom. ff. ad l. Aquil. c. contingit. de sen. excom. l. in seru. ff. de pœn.

i Arg. de causis de offic. deleg l. 1. ff. de iure deli.

25 Dixi, *Regulariter*, quia fallit, quando per restitutionem eiusdem rei peccator occultus manifestaretur, aut aliquod aliud magnum incommodum sequeretur, per infra dicenda. Et si res retenta iniuste est fructifera, restituendi sunt domino omnes fructus, & emolumenta *a*, quæ sunt ea, quæ deductis necessarijs impensis in illis acquirendis, colligendis, & conseruandis factis supersunt *b*, habita tamen ratione bonæ vel malæ fidei, iuxta supra dicta *c*. Sed si res non est fructifera, non est restituendum, quod ex eius vsu, & industria eius, qui occupatam eam tenet, lucrifactum est.

a Cap. graui, cum ei adn. de rest. spol. l. cum prætor ff. de verb. sign. & 3. q. 1. per totum.

b l. fructus ff. sol. mat. l. si à domino, parag. fructus & fi. plane in fi. ff. de petit. hared.

c Num. 7. & 8.

Per

Per quod soluitur dubiũ de illo, qui torquem aureum à non domino emptũ sępius locauit, an pretium locationis restituerę teneatur: Respondendum enim est negatiue: nã & vsurarius & latro nõ tenẽtur restituere, quod lucrati sunt pecunia ad vsurã accepta aut furtiua, negotiationi eam applicãtes; imo qui illud accipere vellet, vsuram committeret *d*, secũdum Scotum *e*, nisi quãdo acciperet pro suo iusto interesse, aut acciperet is cui surripitur pecunia, quam collectã habebat ad soluendũ suo creditori, & ob eius furtũ cogitur ad vsurã accipere, aut vẽdere suũ prædiũ minoris, quo ei debitũ soluat; quia talis accipere posset à latrone, & etiã hic deberet restituere omne illud, quod ob id amisit, cum omnibus impẽsis & damnis ob id acceptis. Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, seu locari solitũ, furatur, & retinet aliquanto tẽpore, quod in causa fuit, ne dominus solitã mercedem lucraretur, non satisfacit, etiã in foro consciẽtiæ, restituendo solum equum, aut mulam sine vlla mercede, deductis impensis debitis, & deduci solitis, vt ait Ioan. Maior. *f*

26 Quin etiam, si fuit vi raptus, furto sublatus, aut retentus, & perijt in potestate eius qui rapuit, sustulit aut retinuit, tenetur soluere, quãto maioris valuit à tẽpore, quo male accepit, donec illum domino, loco & tẽpore ad recipiendum conuenientibus obtulit, & si dominus legitime oblatum noluit accipere, satisfacit restituendo tantum, quanti valuit tempore quo accepit.

d Cap. plerique & ca fin. 14. qu. 5.
e In 4. l. sen. dist. 15 qu. 2.
f In 4. l. sen. dist. 25. q. 27. & 28.

Quantum restituetur.

27 *Restituatur quanti æstimatur damnum certum aut arbitrium.*
27 *Restituendæ rei si valor incertus est, quid fiet.*

27 Restituendum verò est tantum, quantum satis est ad æqualitatem debiti, aut damni illati; ita vt si quantitas debiti, aut damni est certa, necesse est, vt tantundem restituatur; sed si quantitas est incerta, cuiusmodi est damni, honoris, famę, vulnerum, fructuum speratorum, seminum satorum, dãni emergentis, aut lucri cessantis, & aliorum similium, restituẽdum est, quantum bonus vir consideratis omnibus, rei, temporis, loci & personæ, & c. circumstantijs arbitrabitur *a*. Et vir bonus tantum arbitrari debet, quantum ad æqualitatem requiritur, si poterit; sin minus, quod propius ad eam accedat *b*, habita ratione bonę vel malæ fidei, iuxta posita supra *c*.

a l. certi condist. ff. de reb. cre. & in prin. instit. de ver. oblig. & l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod interest.
b Arg. l. fidei cons. parag. quãquam, ff. de legat. 3. & c. Quintauallis & c. veniens, de iureiur.
c Num. 7.

Cui restituendum.

28 *Dominus, cui sua res est restituenda, quis dicatur.*
28 *Domino restituendum, quando custos est suspectus.*
29 *Domino suo restituenda res regulariter, sed fallit.*

29 *Prælato dissipanti quæ res ecclesiastica restituenda.*
29 *Furi cui non restituenda res furtiua.*
30 *Metus qualis excusat quoad forum conscientiæ.*
30 *Restituendum an regulariter male datum, & male acceptum.*
30 *Restitutio pauperibus facienda quando de præcepto.*
31 *Meretrix, nec aliæ mulieres solutæ, coniugatæ, vel sacræ tenentur de præcepto ad restitutionem, & 34.*
31 *Restituere cur magis tenetur qui accipit, pro eo quod tenetur facere; quam qui accipit, pro eo quod tenetur non facere.*
32 *Datum ob maleficium quo titulo retineri potest.*
32 *Intellectus cap. de hoc, de simon.*
32 *Restituendum quod male accipitur, sed non quod male datur, & 34.*
33 *Restituendum omne quod accipitur pro eo quod gratis tenetur dari vel fieri.*
33 *Exempla non restringunt legem.*
34 *Restituant testis aut iudex acceptum pro testimonio, aut sententia.*
34 *Gratis qui debet facere, turpiter pro illo accipit.*
34 *Intellectus l. 4. §. sed & quod meretrici, ff. de condi. ob turp. cau.*
35 *Meretric. opera an aliquid valeat in genere entis, sed non moru.*
36 *Opera meretricis, & aliorum delinquentium in foro Dei æqualia, & 39.*
37 *Et permissa in foro exteriori tantum quoad hoc æquantur.*
38 *Meretrices peccant accipiendo, sed non tenentur restituere.*
40 *Vendibile per se vt sit inuendibile ratione admisti.*
41 *Meretricis & impudicæ confessarij quid eis consulent circa ea promissa.*

HOc in loco, Christiane Lector, in editione vulgari considerauí quinq; casus occurrentes in hoc articulo, quo quæritur, Cui est restituendum? in quibus non sine cura & studio vigili discessimus à communi sententia, quoad quædam quæ etiam nunc perplacent, licet nonnulla, quæ secutus communé tenui, merito displiceant. Alia igitur methodo, & clariore, ac vtiliore omnia resoluturus, simul ac digesturus ea quę Didacus à Leyua, & Couarruuias, meus olim in Academia Salmanticēsi feruentissimus auditor, ac pro dilectissimo filio habitus, & postea eruditissimus doctor, & Gymnasta, ac celeberrimus scriptor, ac demum insignis Episcopus Segobiensis, dignitate perillustris, & reuerendissimus, scripsit *a*, quod à nobis iciunius eidem prælectum erudite, curiose ac copiose ditauit.

a In parag. 2. par. 2. c. peccatum de reg. iur. li. 6.

28 Protestatus igitur nullū vnquā scriptorē, nec ipsū, qui omnes alios in hac re superauit, nec me hactenꝰ penitus in ea mihi satisfeciſſe, & sperās nunc omnibus, & mihi satisfacere, precibus gloriosissimæ Mariæ Magdalenæ, cui dies hic sacer est, fretus, *dico primo*, distinguendum esse, an agatur de restitutione rei alienæ

alienæ male acceptæ, vel male retentæ, eo tantũ quod est aliena, an de restitutione damni dati, intelligendo per damnũ tam iniustam acceptionem, quam iniusti detrimenti illationẽ: ac in priori quidem membro definiẽdum, quod res aliena regulariter domino est restituẽda, siue sit absolutus dominus, siue dispensator duntaxat, quales sunt prælati Ecclesiarũ *b*, vt olim copiose probauimus *c*, & nuper *d*. Per *dominum* autẽ intelligimus etiam illum, cuius custodię est cõmissa res accepta, aut dãnificata, quãuis ea sit dominij alterius, & cõsequenter quoad hoc, cẽsetur dominus pignoris creditor, & depositi depositarius, in cuius potestate, aut custodia est illud, & vestis fingendę sartor, & vestimenti lauandi fullo, seu lotor, & rei commodatæ commodatarius: nã eis restituẽdum est, quod ab eis acceptum fuerit, & non ijs, quorũ sunt *e*. Verum est tamen, quod in foro cõscientiæ veris dominis restitui possunt *f*, adhibita necessaria cautione, ne prædicti custodes dãno denuo restituẽdi afficiantur, aut alia molestia, neue incurrant in iacturã existimationis, fidelitatis, diligentię, aut probitatis, & modo illud sine scãdalo, & sine alterius iniuria fiat; maxime autẽ hoc fieri potest, quando aliquis prędictorũ habetur suspectus, quod nõ restituet domino, aut nõ sine magna difficultate, aut dãno, quia est fur, aut versutus, aut opulentus, aut prodigus, aut alia simili praua qualitate affectus, iuxta omnium sententiã. Imo in istis casibus domino restituendũ esse videtur, nisi timeatur aliquod damnum personæ, honoris, aut alia molestia, vt recte sentit Sotus *a*.

29 Dixi, *Regulariter*; quia nonnunquam alteri est facienda. *Primo*, cum dominus est furiosus, prodigus, aut habet tutorem, aut curatorem *b*.

Secundo, quãdo prędatus est dissipator, qui disperdit bona Ecclesiæ, secundũ Caiet. *c* & alios recentiores, iuxta quos non est ei restituendum, sed in vtilitatem Ecclesiæ conuertendũ. Nobis tamen videtur, quod si prælatus non est suspensus, nec ei coadiutor datus, & quod restituendũ est, sunt fructus & prouẽtus, quorũ ille est legitimus dispensator, illi esse restituẽdum *d*; quia nullibi contrariũ statuitur; & etiã quando id quod est restituendũ, ad ipsa bona Ecclesiæ pertinet, quæ ipse non potest, nec debet sine causa alienare; quia non est textus, qui ad aliud obliget; quãuis in hoc casu melius esset ex eorum sententia facere, adhibita tamẽ cautela, ne alia incõueniẽtia cõsequerẽtur.

Tertio, quando ignoratur dominus cui restituendum, adhibita diligentia, de qua infra *e*.

Quarto, quando est longinquus, aut tali loco, vt ad eum mitti non possit, aut nõ sine magno periculo aut scãdalo, tunc restituendũ est Iesu Christo Domino nostro, hæredi omniũ incertorũ vniuersali *f*, vt diximus *g*, dispertiendo illud pauperibus eius, aut alijs pijs operibus; quia hoc consentaneũ legi naturali videtur, & significat caput *cum tu h*. Cuius tamẽ impẽsis mittẽdum

b Ca. fin. 16. q. 1. & c. pastoralis de donat.
c In c. 1. & c. cum secundũ de præb.
d In tract. de reddit. eccl. super d. c. fin. 16. qu. 1. & in Comment. e. non liceat Papæ 12. q. 2.
e Arg. l. cuius & l. iuis, & l. itaque fullo in prin. parag. sed etsi res pignor. ff. de furt.
f Arg. d. l. bonæ fid. & not. in c. in litteris de rest. spol.
a Lib. 4. q. 7. ar. 1. de iust. & iur.
b L. pupil. ff. de solu. parag. furiosos, parag. pupillos, Instit. de iniur. l. stipul. l. obligari ff. de auctor. tutel.
c In sum. ver. rest. c. 4.
d Arg. not. in c. veritatis, de dolo & cont. & in c. venerabili, de offi. de eg. & c. fin. de accusat. & c. peruenis de fideiuss.
e Eodem e. num. 170.
f Cap. 1. ad Heb. c. quo iure 8. dist.
g In c. nouit. de iudi. n. 3. & 8.
h De vsur. c. qui habetis 14. q. 3.

Infr. n 43.

dum sit, quando poterit, ex dictis *i* colligitur.

Quinto, acceptum à fure, quamuis ipsius non sit, restitui potest, & debet eidem, quò ipse possit, vt debet, restituere illa domino cui furatus fuit, nisi cessantibus alijs incommodis, præstaret domino, aut cui fur tenetur restituere, iuxta S. Antonin. *k* vt proxime diximus.

Per quod respondetur affirmatiue ad quæsitum, An satis fiat reddendo acceptum à fure ei cui ipse mandauit: quia paria sunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri *l*.

30 Hactenus de priori membro, id est, quoad obligationem restituendi rem alienam. Quoad posterius vero membrum, id est, obligationem restituendi damnum datum, dico quatuor.

Primum, quod dānum datum alicui contra suam volūtatem, vt datum per furtum, rapinam, vim aut metum, saltem reuerētialem ad id sufficientem, per astutiam, dolum, vel accipiendo, ne faceret aliquod dānum iniustum, restitui debet damnificato per tres malosactus, secundum Innoc. Panor. & communem *a*. *Per metum* autem intelligo, quoad forum conscientię, non solū illum, quem Iurisconsulti appellant iustum, & cadentem in virum cōstantem *b*, sed etiam minorem, talem tamen, qui sic fuit causa dandi vel accipiendi, quod nisi interuenisset, non fuisset datum, vel acceptum; quoniā tam canones, quam leges requirentes prædictum iustum metum, respiciunt forum exterius, in quo si daretur rescissio actuum ob leuem metum, omnium fere peteretur rescissio, & ita Respub. litibus redundaret, contra intentionem iuris *c*. Quę desumuntur ex mente Hostien. & Ioan. Andr. *d* & ex verbis Adrian. *e* & ex Soto *f*.

Addidi tamen vltra alios: *Talem tamen, &c.* quia eatenus tantum erit inualidus actus per metum leuem factus in foro conscientiæ, quatenus ille fuit causa, saltem sine qua actus factus non fuisset *g*.

Secundo dico, quod acceptum iniuste de voluntate dantis, ita quod turpitudo versetur ex vtraque parte, non est restituēdum saltem regulariter vlli de præcepto; quod etiā in editione vulgari affirmauimus contra communem, quę vsque ad illam nobis semper placuit, sed tunc re altius perpensa, secuti fuimus S. Anton. *h* Monald. *i* Angel. *k* & Syluest. *l* Pro quo facit *primo*, quod nulla est lex diuina, nec humana secularis, neque canonica, qua hoc iubeatur, & ita non est dicendum *m*.

Secundo, quod leges *n* & canones huius materię statuunt quidem id, quod propter delictum datur, repeti non posse, neque quod ob delictum promittitur, peti; sed non præcipiunt acceptum ob delictum esse alicui reddendum.

Tertio, quod est regulā Veruercelli, recepta à S. Anton. *o* Angel. *p* & Syluest. *q* & ab alijs quāplurimis, quod restitutio, quę non est facienda alicui certæ personę, sed pauperibus, non debetur ex præcepto, sed solum ex consilio, quod recte limitat Sylvester,

k 2 par. tit. c. 1. parag. 4. pro quo facit l. bona fides, ff. depos. & Sylu. verb. restit. 4. q. 1.
l Arg. l. 1. & l. inter causas ff. mandat.
a In ca. quia plerique, de immun. eccles.
b In l. metū ff. quod met. caus.
c In l. properandum, C. de iud. 5. c. fin litibus de dolo & contum.
d Et ca. verū, de iureiur.
e In 4. de restit. c. aggredior, verb. ex quibus omn.
f Quæst. 7. de iust. & iu. l. 4.
g Argu. c. fin. & ibi not. de iniur. & in c. felicis, parag. illud de pœn. li. 6. & per gloss. in ver. simplici fauor.
h Part. 2. ca. 5. in prin.
i Verb. rest. 2.
k Verb. restit. vers. turpe.
l Verb. rest. 2. & verb. eleemos. qu. 4.
m l illam, C. de collat. c. legatur 13. qu. 2.
n L. vbi, cum l. seq. ff. de cō. ob turp. caus. ca. in pari delicto de regulis iur. l. 6. l. iurisgentiū, parag. si ob malef. ff. de pact.
o Vbi supra.
p Verb. restit. 2. vers. turp.
q Verbo restit. 2. q. 2.

Syluester *f*, vt procedat in eo, quod nunquã alicui personæ, nec alicui collegio debitum fuit, cuius defectu pauperibus erogari præcipitur, nec his relictum, nec donatum fuit, nec per legem præcipientem, nec sententiam specialem adiudicatũ. Cum igitur iuxta communem in hoc casu, restitutio pauperibus, & non partifacienda sit, consequens est, quod non est de præcepto.

f Vbi supra.

Quarto, quod quando malum, ob quod datum fuit, nõ consequitur; vt si datũ est iudici quo inique iudicaret, & recte iudicaut; & Episcopo, quo ordinaret, aut beneficiũ cõferret, & nec ordinauit, nec beneficium contulit; datori, & non pauperibus restituendum est, vt doctissimus Medina *a* efficaciter probat.

a In C. de restit.

31 *Quinto*, quod, vt mox dicemus, meretrix nõ tenetur de præcepto restituere id, quod pro mercede prostibuli accipit, & neque alię mulieres solutę, coniugatę, vel sacrę: & tamen saltem quoad forum conscientiæ, in omnibus eis turpitudo versatur ex vtraque parte, vt statim efficaciter probabimus: ergo, &c.

Nõ obstat *primo* argum. Adriani, quo sic in effectu argumẽtatur. Qui accipit aliquid, vt faciat bonũ, quod præcipitur facere, tenetur ad restitutionẽ; vt iudex qui accipit aliquid, vt recte iudicet, & fur ne furetur amplius, & depositarius, vt reddat depositũ *b*: ergo à fortiori, qui accipit aliquid vt faciat malũ, quod tenetur non facere *c*. Non, inquã, hoc argumentum obstat: quia solui potest negando, maiorẽ esse necessitatẽ restituendi acceptum ob malum patrandũ, quam acceptum ob bonũ debitũ faciendũ, quia non est etiam tanta. Tum quia, qui dat alteri vt bene suo officio fungatur, nõ peccat, & dat quasi coactus, quia videt aut timet, quod, nisi dederit, accipiẽs nõ est bene officio suo functurus. At qui ob maleficiũ patrãdũ dat, peccat, & sine simili timore dat, & ideo non est ei restituendũ. Tum quia, qui accipit vt quod debet facere, faciat, accipit aliã mercedẽ vltra illam quam habet ad officio suo fungendum; & ideo nõ debet illud retinere tanquã indebite datũ, in quo restitutio fit dãti *d*. Tũ quia, qui accipit, vt, quod debet facere, faciat, non remanet in conscientia obligatus ad aliud; qui autem accipit ob maleficium, eo secuto, cõmuniter tenetur ad resarciendum damnum per illud datum. Tum quia cõmunis fatetur, eum, qui ob maleficiũ accipit, nõ teneri ad restituendũ danti, sed pauperibus, & alijs pijs operibus, & ita debet fateri, quod hęc obligatio restituẽdi degeneret à propria restituẽdi ratione, qua res in primo statu reponitur; & consequenter debet fateri, non reperiri in hoc casu tãtam rationem restituendi, quãtam in altero, in quo restitutio fit ipsi danti per prædictas leges. Tum quia idem Adrianus, *a* post Angel. *b* fatetur, quod ex mente S. August. *c* is, qui ob maleficiũ accipit, satisfacit restituendo pauperibus, aut ei, qui dedit, aut cui maluerit, saltem antequam qui male dedit, facultate recipiendi, in sui peccati pœnam priuetur; qui tamen asserit id, quod accipit, vt fiat quod debetur, soli danti esse

b l. 2. 3. 4. & vltim. ff. de condict. ob turp. caus.

c Arg. auth. multo magis C. de sacros. Eccles. cap. cum in cunctis de elect.

d Per prædictas leges & l. 1. & tol. tit. ff. de cond. indeb.

a Vbi supra q. 19. sub finẽ.

b Verb. rest. 2. parag. 4.

c In cap. non sane 14. q. 5. & epist. 54. ad Macedon.

ti esse restituendum; & per consequens debet fateri strictiorem esse obligationem restituendi acceptum ob bonum quod debet facere, quam obligationem restituendi acceptum ob maleficium patrandum. Per quæ omnia & singula argumentum Adriani clare dissoluitur.

32 *Non obstat secundo* illud, quod plurimum vrgere videtur nempe quod titulus, quo aliquid ob maleficium datur, est ipso ure nullus *d*; ergo qui accipit ob maleficium, sine vllo iure tenet, & cõsequẽter iniuste, & tenetur restituere, vt fur vel raptor; quia tenet alienũ inuito domino *e*. Nõ, inquã, hoc obstat: tum quia licet pactum, vel cõuentio, qua quid ob maleficium datur, non valeat in illa forma, quã partes solæ prætendũt facere, valet tamen vt donatio quędam virtualis, vel vt quidam actus habẽdi pro derelicto, quod lex in pœnã male dantis interpretatur, taliter male dantẽ habere id pro derelicto, vel pro donato ad hoc, vt ei nõ debeat necessario reddi, vt alta mẽte dixit Anto. relatus ibi à Panorm. *f* Ex quibus colligitur nõ esse paria, quod huiusmodi accipiens nullo penitus titulo precedente accipiat, & quod accipiat prædicto qualiquali & turpi titulo præcedente: nã in priori daretur cõdictio sine causa, vel indebiti, vel rei vẽdicatio *g*. In secundo autem nulla condictio habet locum *h*.

Non obstat tertio, quod acceptũ per simoniam non potest iuste retineri *i*, cum tamen ex vtraque parte versetur turpitudo *k*: responderi enim potest primo, secundum aliquos, quod illud caput non agit de vera restitutione rei acceptæ; quia nõ iubet restitui danti, sed Ecclesię iniuriam passę *l*. Nec videtur necessario restituendum esse Ecclesiæ: nã S. Th. quem ibi alij nõ citant *m*, determinat satis esse, quod restituatur pauperibus. Sed cõtra solutionẽ hanc faciũt verba illius capitis, quibus adstruitur, nõ posse illud sine graui salutis periculo retineri, & ita concludit necessario esse restituẽdũ proprie, vel improprie aliquibus. Alij respõdent, quod dispositio illius capitis cõtinet pœnã, quæ non debetur in foro cõscientiæ ante iudicis cõdemnationem *n*. Sed & hæc respõsio eodem modo refellitur, quo prior: quare respondendũ est caput illud cõtinere quiddã speciale in illo crimine, propter ea quæ ibi notãtur; & melius colligi possunt ex vtroq; Thoma *a*, & Medina *b*, & Soto *c*, scilicet, quod ibi acceptum fuit pro spiritualibus, quæ nullam æstimationem habent, vt ait Medina; aut quia necessario gratis dari debẽt, vt ait Sotus: nam etiam continet speciale in eo, quod mãdat restitui Ecclesiæ iniuriam passæ; quamuis dicant aliter S. Thomas, & Sotus *d*, quod an fecerint per inaduertentiam, dicam infra *e*.

33 *Tertio* principaliter *dico*, quod damnum iniuste datum per acceptionem iniustã ab eo, qui iuste dedit, ita vt turpitudo sit ex parte accipientis tãtum, restituendũ est dãti siue damnificato *f*, quod Adriã. *g* copiose probat. De hoc numero sunt iudex, lictor, Notarius, Milites, & eorum Duces, & alij, qui ratione sui muneris

d l. iuris gentium, parag. si ob malef. ff. de pact. l. generaliter ff. de verb. oblig. cum vtrobique per glos. & doct. citatis in c. fin. de pact.

e Arg. c. sæpe de rest. spol. & cap. si res 14. qu. 6.

f In ca. quia plerique, de immun. eccl. & probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de cõdictio ob turp. caus.

g Iuxta titu. de condictio sine causa, & condict. indeb. & de rei vendi.

h Per præfatas leges & per leg. tit. ff. pro derelicto.

i Cap. de hoc de simonia.

k Iuxta extrauag. 2. de simonia.

l Vt Felin. alios ibi tradit.

m Vbi supra.

n Iuxta glo. solemnem in c. fraternitatis 12. qu. 2. a 2. 2. q. 23. art. 7.

b C. de resti. q. 29.

c Lib. 4. q. 7. ar. 1. de iust. & iur.

d Vbi supra.

e Ca. 23. nu. 111.

f Cap. 1. non sane 14. q. 5.

g Vbi supra q. 19. col. 4.

muneris publici, plus suis stipendijs decretis accipiunt; & omnes alij, qui ad faciendum id quod debent, aliquid accipiunt; puta, qui accipit, quo non furetur, iniuriam non inferat, quo recte iudicet, aut recta testificetur, aut suum domino suo reddat, aut quo faciat, vel facere prætermittat alia similia, ad quæ tenetur *h*. Hoc tamē moderatur Sotus *i*, vt solum procedat in his, qui accipiunt ad faciendum illa, ad quæ iustitię legibus obligantur, non autem in accipientibus ea, ad quæ legibus aliarum virtutum tenentur; qualis est, qui aliquid accipit, quo non fornicetur, quo Missam audiat, quando non tenetur.

h Per l 2. ff. de condictio. ob turp. caus. & alia quæ affert. Adria. vbi supra.

i Lib 4. q. 7. ar 1. de iust. & iur.

Sed cōtra moderationem hanc facit. *Primo*, quod videtur esse noua, & quod nullo textu iuris, neq; vlla efficaci ratione necessario probatur. *Deinde* quod l 2. *k* habet, repeti posse id, quod datur alicui, ne sacrilegiū faciat; & cōstat legē. quę vetat sacrilegiū, esse legē pertinentē ad religionem, vt S. Thom. receptus docet *l*, secundū quē eundē *m* religio est diuersa virtus à virtute iustitię. *Tertio*, quod glos. *n* ait, repeti posse id, quod datur alicui, ne fiat meretrix, & cōstat meretricium esse cōtra legē castitatis & tēperantię, & non cōtra leges iustitię. *Quarto*, quod eadē lege *o* cauetur repeti posse id, quod datur furi vt indicet sociū furem, ad quod potius videtur teneri lege charitatis, quā iustitię. *Quinto* quod datur ab eo, qui est inaptus militię, deligēti milites, vt eū excusaret à tirocinio, repeti potest, p & tamē delecturus milites tenetur ad bene deligēdū legibus militaribus, quę potius pertinent ad fortitudinem, quā ad iustitiam specialem, saltem commutatiuam. *Sexto*, quod eadem ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid vt faciat quod tenetur facere legibus aliarū virtutū; sicut in eo, qui accipit, vt faciat quod tenetur facere lege iustitię: Turpitudo enim cōsistit in eo, quod accipit mercedē pro eo, quod sine mercede tenetur facere; quę ratio pereq; militat in omnibus, qui debito legali tenentur. Septimo, quod qua ratione repeti potest datū alicui, ne sacrilegiū faciat, eadē videtur repeti posse datū alicui, ne parētes despiciat, ne impediat, siue rebellet magistratibus, & superioribꝰ, & ne sit mēdax, & ne vindicet se indebite, aut ne alia id genus delicta perpetret, cū ōnia hęc sint debita proximo legibus virtutū potentialium iustitię, sicut sacrilegiū per leges religionis. Quare moderationem Soti arbitror solū tenendam in his qui accipiunt, vt faciant id ad quod tenētur solo debito honestatis morali, & nō debito legali: quale est debitū virtutis liberalitatis, & virtutis gratię, vt plurimū. Arbitror autē esse verū, quod prędictus Sotus ait *a*, videlicet cū qui accipit aliquid, ne male faciat, siue vt faciat, quod tenetur facere, nō teneri ad restituendū in foro cōscientiæ, donec qui dedit repetat illud: quia potest tenere illud ex quodā dātis consensu, donec repetierit, saltem extra iudiciū. Pro quo facit, quod lex non prohibet translationē dominij rei datę, ne male-

k ff. de condictio. ob turp. caus.

l In l 22. q. 99. ar. 1. & 3.

m Vbi supra, qu. 81 a. 4.

n Cum qua transeūt omnes in lib. 4. eiusd. tit.

o parag fin.

p l. quod euitandi. C. de condict. ob turpem caus.

a vbi supra.

ficium fiat, sed tantum concedit condictionem, quæ est actio personalis, quales sunt omnes condictiones *b*. Per quam rationem facile responderi potest etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius *c*, quem sequitur prædictus Didacus *d*.

34 *Ex quibus infertur*, quod restituere tenetur acceptum, ob testimonium quod ferre tenebatur; sicut & iudex, qui capit, vt ferat sententiam, vt diximus *e*. *Secundo infertur*, quod hæc consequentia regulariter valet: Is tenetur aliquid gratis facere; ergo turpiter accipit aliquid quo faciat illud *f*. Eadem ratione valebit illa argumentatio: Is potest accipere pecuniam, quo hoc agat in mercedem illius actionis; ergo non tenetur id gratis facere.

Dico quarto principaliter, quod acceptum à meretrice ob turpem causam fornicationis non est necessario restituendum, etiam in foro conscientiæ. In qua conclusione fere omnes tam Theologi, quam Canonistæ & Legistæ conueniunt *g*, & S. Thomas *h*, Palud. & alij *i*, sed ratio nulla redditarum à prædictis satisfacit. Non quidem prima Iurisconsult. *k* quam etiã ad literam sequitur S. Thom. *l* videlicet, quod meretrix, licet turpiter faciat eo quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum sit meretrix. Non, inquam, satisfacit illa ratio. Tum quia videtur sibi repugnare, cum præsupponat turpe esse meretricari, & non esse turpe mercedem pro meretricio capere, cum libro 2. *a* probet ideo turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat, quia turpe est hominem occidere; & turpe esse accipere, vt sacrilegium faciat, quia turpe est sacrilegium facere. Et libro 3. habet turpiter accipere iudicem, vt inique iudicet, quia turpe est inique iudicare. Et libro 4. turpe accipere, vt stuprum faciat, quia turpe est stuprum facere. Cum igitur dicat esse turpe meretricari, cogetur etiam dicere esse turpe propter meretricium accipere. Nec credo Iurisconsultum posse defendi, nisi per æquiuocationem, dicendo quod cum sentit turpe esse meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis, quod ipse nouit, licet diuinum, contra quod etiam est, ignorauerit, secundum communem doctrinam *b*, & S. Thomam *c*, & Ioan. Maiorem *d*. Cum autem ait non turpiter accipere, sentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari. Quod si quis ita defenderit Iurisconsultum, vt defendendus est, cogetur dicere, quod iure naturali & diuino, sicut turpe est meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere. Et cum in foro conscientiæ ius naturale & diuinum sint necessario seruanda *e*, cogetur consequenter fateri, quod in illo foro vtrunque est turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid capere; & ita ratio illa non satisfacit quoad forum conscientiæ, licet satisfaciat quoad forum exterius, in quo impune licet meretricari.

Secundo ideo nõ satisfacit prefata ratio, quia cõcludit necessario

b Vt notatur in rubr. de condict. Indeb. & alibi sæpe.
c In l. Iurisgentium, parag. si ob maleficium ff. de pact.
d Vbi supra.
e In repet. c. inter verba 22. q. 3. concluſ. 6.
f Iuxta gloss. li. 4. parag. fin. ff. de cõdic. ob turpẽ caus. putata singu. ibi à Iaſ. cur simil. gloſ. in cap. qui cum ſure, de fur. vbi late Anan.
g Vt videre eſt apud ſcribentes in li. 4. parag. ſed & quod meretrici, ff. de condic. ob turp. cauſam.
h 2. 2. qu. 32. art. 7.
i In 4. l. ſen. diſt. 15. & ſuper gloſſ. communiter recept. in ſumma 14. qu. 5. & quos latius citat prædictus Reuer. Segobiẽſis in d. c. peccatum, de reg iur. l. 6. par. 2. parag. 2.
k In l. 4. parag. ſed & quod meretrici, ff. de cõdictio. ob turp. cauſ.
l Vbi ſupra & omnes alii poſt eum
a Eiuſdem tituli.
b Gloſſ. in element. ad noſtrum, 1. de hæret.
c 2. 2. q. 154. art. 4.
d In 3. l. ſen. diſt. 27. q. 29.
e Cap. ſunt quidam, 25. quæ. 1.

cessario vnum falsum, scilicet, esse veram opinionem Cyni, & Angeli *f*, Anton. Panormitani, & cõmunis *g*, videlicet, quod acceptum ob fornicationem à mulieribus solutis clã fornicãtibus, est necessario restituendum, & magis id quod accipitur à cõiugatis & monachis ob eandẽ causam, & nõ minus, quod accipiunt mares, præsertim clerici & religiosi à fœminis, eo quod libidini earum inseruiũt; quia ratio prædicta, quæ nititur permissione legis humanæ, cessat in illis omnibus, præsertim coniugatis, monachis, vtriusque sexus, & clericis; quoniam etiam in exteriori foro hi omnes puniuntur per leges *h*. Cuius tamen contrarium est verum, vt tenet Henricus Boic. *i* Cui consonat vsus confessariorum, vt in editione vulgari tenuimus hic *k*; quibus in locis nunquam fuerunt mihi copię sufficientes ad respondendum huic argumento, & ita nec proposui illud, nec respondi; & miror quod cum illud grauiter proposuissent Cyn. Anton. Panorm. & qui sequuntur eos, nemo tamen nostrũ, qui cõtrariũ tenemus, ei iuste satisfacit, nec certe satisfieri potest, nisi alia ratio addatur rationi prędictę Iurisconsulti.

35 Non etiã satisfacit ratio Adriani, videlicet, quod meretrix nil accipit alienũ inuito domino. Tum quia illi tã est locus in omnibus aliis delictis, in quibus alicui datur sponte aliquid vt delinquat, quã in meretricio. Cuius tamẽ cõtrarium tenet ipsemet Adrianus, & communis, quæ contrarium nostri prædicti tertij dicti tenet. Tũ quia Iurisconsultus significat hoc esse speciale in meretricio per illa verba: *Noua ratione*. Ratio item Caietani *a*, videlicet, quod vsus meretricis est materia vendibilis, & non rei sacræ, quam Sotus, & recentiores magnificere videntur, licet aliqua ex parte satisfaciat, quoad ponendum differentiam inter acceptum ratione criminis simoniæ, & acceptum ratione meretricij, quoad quam attruendam, eam ille reddit; non tamen satisfacit, quoad alia: nam æque, imo magis vendibilis est opera eius, qui se locat ad militandum in bello iniusto, ad duellum committendum, & ad fuste cędendũ, vel occidendum alium, quam opera meretricis ad explendam libidinem volentis cum ea rem habere; siquidem palam, & passim conducuntur, vel emũntur operæ lictorum, quos vulgus Hispanum *borreas*, vel *verdugos*, & Italum *boia*, siue *manigoldi* appellant; & lex *b* dicit de locantibus operas ad pugnandum cũ bestiis, & idem facit lex *c*. At ipsemet Caietanus, & prædicti, qui eum sequuntur, negant idem esse in aliis delictis, in quibus ex vtraque parte versatur turpitudo; ergo illa non satisfacit.

Ratio vero, quã prædictus Segobiẽsis, secutus aliquot alios, sentit, videlicet, quod lex permittit, & facit iustam operã meretricis, non tamẽ alias prędictorũ operas, non potest defendi; tum quia ipsimet affirmant acceptũ à mulieribus, quæ nõ sunt meretrices, licet sint cõiugatæ & monachę, nõ esse restituendũ; & constat nulla lege, etiam humana, eorũ in hac re operas iustas

f In l. 2. C. de condict. ob. turpem caus.
g In ca. quia plerique de immun. eccles.
h Tit. ad l. Iul. de adult. ff. & C. & ca. 1. & 2. de adult. & l. vnica, C. de raptu vir, & 17. q. 2. per totam.
i In c. peruenit, de adult.
k Et in d. ca. peccatum, & in ca. 1. & c. de adult.

a In 2. 2. qu. 32. art. 7.

b L. 1. parag. remouet, ff. de postul.
c L. in arenã C. de inoff. testam.

iustas fieri; tum quia lex naturalis & diuina, quę necessario est seruanda in foro conscientiæ, damnat illã; nec vlla lex humana eam potest quoad illud forũ iustificare *d*; tum quia sequeretur, quod acceptum ob operam pugnandi aduersus feras, cũ probabili vitæ periculo, non diceretur turpiter acceptum, secũdum leges humanas, & alias aliarum gentium, quæ id probant, aut certe permittunt, iuxta prædicta *e*; quod tamen videtur esse contra mentem eorundem: quod idem esset dicendum de opera conductorum ad duella, vbi permittũtur, & ad furta, vbi ea non puniuntur, quod tamen est contra l. 2. & 3. f

d Arg. c. erit autem lex 4. dist. & C. fin. de præscript. e Inl. 1. parag remoner. ff. de postul. & c. in arenam, cum ei adnot. C. de inoffi. testam. ff. de condi. ob turp. caus

36 Quare omnibus omniũ dictis ruminatis, asserẽda arbitror tria. *Primum*, quod nulla est differentia quoad forum conscientię, in quo lex naturalis & diuina necessario seruanda est, inter acceptum ob operam meretriciam ab vna parte, & ob operã ad alia maleficia, in quibus vtrimque turpitudo versatur, ab altera; quia in omnibus datur, & accipitur, contemplatione maleficij damnati, & punibilis in illo foro, & in omnibus æque voluntarie datur, & in omnibus æque admittitur turpitudo ab vtraque parte, quoad illud forum.

Secundum, quod ratio solida & vera, quare acceptũ ob operam meretriciam non est restituendum, est, quod acceptum voluntarie ab alio, ita vt ab vtraque parte admittatur turpitudo, nulli est de præcepto restituendum, iuxta conclusa supra *a* contra Paludanum, Adrianum, & alios multos pro D. Anto. Monal. Ang. & Sylvest. ibi citatis.

a In 2. dict.

Tertium, quod verus intellectus §. supra citati, *b* colligitur ex supradictis in cõfutatione primæ rationis, videlicet turpe esse meretricari iure naturæ, nõ tamẽ iure humano; ideo licet meretrix turpe faciat, attẽto iure naturali, quod est meretrix; non tamen turpiter accipit mercedem, attento iure humano, quod permittit eam esse meretricẽ; & ita ille § solum habet locum quoad forum & territorium, in quibus opera meretricis est permissa, & non quoad forum & territorium, in quo illa est damnata, & punitur, quale est forũ conscientiæ; & consequenter meretrix quoad forum conscientiæ, in quo eius status dãnatur, non minus peccat accipiendo mercedem pro illa opera fœda, quã præstat, quã qui accipiunt mercedem pro operis locatis ad occidendũ, ad (vt ita d. cam) duellandũ, & iniuste bellandum, ac alia huiusmodi; nec consequenter in illo foro tenetur minus ad restituendum, quam illi. Sed quia illi, per conclusa in præfato dicto secundo, non tenentur de præcepto, sed de consilio tantum ad restituẽdum; ita nec ipsa tenebitur de præcepto, sed de consilio tantum restituere; quæ est conclusio cõmunis & antiqua, speciali & noua ratione efficaciter fundata.

b Sed & quod meretrici.

37 Ex quibus tribus dictis, & eorum fundamentis *infertur primo*, quod prædictus *c* § habet locum non solũ in meretrice, sed etiã in omnibus alijs, qui operas suas locãt, aut accõmodãt eis

c Sed & quod meretrici.

rebus,

rebus, quæ permittūtur in foro exteriori, licet dānentur in interiori; qualia sunt multa quę permittūtur *d* in spectaculis carnispriuij, & aliorū festorū, & in hastiludiis, torneamentis, choreis, &c. Quales itē erant pugnæ, quas Romani permittebant cum feris, ad quas qui locabant operas, licet fierent infames, vt sunt meretrices, tamen permittebantur, & non puniebātur plus quam illæ, & accipiebant suarum operarum pretium, nō secus quam illæ *a*; quæ est conclusio quotidiana cōprehendēs innumeros, qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ sunt saltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori; sed quia non sunt damnata in exteriori, quoad mercedem accipiendam & retinendam æquantur meretricum operibus.

d Iuxta cap. denique 4. di.

a Iuxt. prædictam l. 1. parag. remouet, cum seq. ff. de post, & l. in arenam, C. de inoffic. testam.

38 *Secundo infertur*, opinionem doctissimi Ioan. à Medina *b*, quam prædicti Didacus, & Sotus penitus carpunt, esse veram, qua parte ait peccare meretrices, accipiendo mercedē tāquam debitū operæ suæ fornicariæ; tum quia accipere mercedē pro opera occidendi aliquem iniuste, vel furandi, vel infamādi, vel aliquod aliud delictum faciendi, est peccatū, secūdum omnes, & non alia ratione, quā quia occidere, & alia prædicta facere, est peccatū: ergo & accipere mercedem pro fornicandi opera est peccatū, cum illa opera sit talis in foro conscientiæ, tū quia in cōfesso est, quod assassinus, & quiuis alius locās operas suas ad cōmittendum peccata, & accipiens mercedē ob eas, peccat; tum quia licet non concludat quod opera meretricis sit inuendibilis, eo quod est peccatum, & peccata nullius pretij sint, imo nihil, iuxta illud *c*, *Sine ipso factum est nihil*, id est, peccatū, eo quod, vt respondet Sotus, licet opera illa fœda meretricis, quatenus est peccatum, nullius sit pretij, quatenus tamen est res quædam humano vsui accommodata, pretio æstimari potest. Licet, inquam, argumentum Medinæ non concludat, operam illam de se, & in genere entis esse inuendibilem, cōcludit tamen esse inuendibilem in genere moris & actus intrinsece mali, pro quo nihil iuste posse promitti, dari, vel accipi sancitum est ab omnibus iuris vtriusque auctoribus *d*.

b In c. de rest q. 20.

c Ioan. 1. exposit. ab Aug

d Vt videre est in l. iuris gentiū, parag. si ob malefi. ff. de pact. l. 1. 2. 3. & per totum, ff. de cōdict. ob turp. caus. & l. generaliter. ff. de ver. obli. & l. 1. ff. de receptum & C. de con ob turp. caus. per totum tit. & c. 1. de homic. lib. 6. & in aliis innumeris locis.

39 Nec vsquā inuenies textum, qui significet licere accipere pretiū pro opera peccandi, vel peccato cooperandi, excepta vna meretrice, quoad forum exterius, quia quoad illud nō peccat, nec punitur, & eius opera pro impunita reputatur; tū quia nō est bona cōsequētia, qua Sotus vtitur, scilicet opera meretricis, quatenus est opera, & quidā actus vsui humano accommod⁹, est alicuius pretij & æstimabilis; ergo pro ea aliquid accipi potest; quoniā omnis opera exterior, qua peccator operatur peccatū, vt plurimū est talis, & tamē nullus vnquā Catholicorū, quod sciā, dixit licite posse pro ea saltē, quando est intrinsece mala, qualis est opera meretricia, capi aliquā mercedē.

40 Nō obstat quod actus peccati, cōsideratus in genere entis, est quoddam ens, & consequenter quoddā bonum, & à Deo,

vt dix-

vt diximus *a*; licet idem cõsideratus in genere moris sit nihil, & nullius pretij; quia omnia iura diuina, & humana respiciũt in eo magis id quod est in genere moris, quã quod est in genere entis, quę sũt inseparabilia, & ita vetãt absolute, ne pro tali actu accipiatur, detur, vel promittatur aliquid, excepta, vt dixi, vna fornicatione, & alijs similibus actibus, qui licet sint peccata in foro interiori, permittũtur tamẽ in exteriori, vt prædictũ est: sic in simili Caiet. ait *b*, quod licet actus cõficiẽdi sacramẽta, & ministrãdi illa, sit res tẽporalis, nõ tamen potest vẽdi, quia magis attenditur spirituale, quod sine illo non potest esse, quã substantia illius. Per quod ipsum dictum Caietani ab omnibus receptũ probatur, quod licet aliquid sit in se vendibile, nõ tamẽ potest licite vendi, cũ miscetur inuendibili. Sic ergo actus delinquendi, licet sit in se vendibilis, cõiunctus tamẽ peccato, quod est inuendibile indiuisibiliter, non potest licite vendi.

Tertio infertur, opinionem prędicti Medinę non esse veram, qua parte ait, acceptũ à meretrice in operę suę fœdę mercedẽ esse in foro conscientię restituendũ; quia per concluſa efficaciter supra in dicto secundo, non est restituendũ de præcepto id quod turpiter acceptũ est à turpiter dante; at per prædicta, quoad forũ conscientiæ non solũ datur meretrici turpiter, sed etiã turpiter accipitur ab ea; quia datur, & accipitur pro opera & actu, qui est peccatũ, & nõ qualequale, sed mortale, secũdũ fidem catholicam *c*: ergo non est necessario restituendum, sed retineri potest tamquam donatũ, vel derelictũ ab eo qui dat, vt dixit Anton. *d* supra in dicto secundo relatus & declaratus.

Quarto infertur, necessario idem dicendũ esse quoad forum conscientię, de aliis fœminis & maribus, cuiuscũque ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiũt, quod dictum est de meretricibus, & è contrario; quia sicut illarũ fornicatio est vetita, & peccatum mortiferum, vt plurimum in vtroque foro, sic harum fornicatio est vetita, & peccatum mortale in altero, scilicet conscientiæ, secundum fidem catholicam *e*, & eo magis, quod meretrix non solum peccat infringendo non solum præceptum sextum & nonum, sed etiam vt plurimum infringendo octauũ, quatenus vetat iactantiã, & actum gloriandi, & laudandi se de vita, de statu, vestitu, & artibus ad alliciendum alios in malũ turpibus, quod graue crimẽ esse pronuntiatur *f*.

Quinto infertur, partim verum, & partim falsum esse, quod communiter aiunt glossæ à multis receptæ *a*, quatenus tenent promissionem de dando meretrici ob operam meretriciam, non valere, nec ex ea posse agi. Per prædicta enim constat id esse verum quoad forum conscientię, falsum autem quoad forum exterius, & è contrario partim esse verum, & partim falsum, quod ait Bartolus *b* à multis receptus, scilicet promissionem prædictam valere, quia verum est quoad forum exterius, falsum autem quoad forum interius.

Neque

a In Prælu. 7. nu. 14. & 15.

b In 2.2. qu. 100. art. 2. ad secundum dubium.

c Vt prædictum est.

d In ca. quia plerique de immunit. eccles.

e Iuxta prædictum clemen. ad nostrum, de hæret.

f In c. quam graue, de excess. præb.

a In l. 4. ff. de cond. ob turp. cau. & in l. 2. C. eod. & in l. affectionis, ff. de donat.

b In dicta l. 4. ff. de cond. ob turp. caus.

Neque obstant illa tria, quę quidā hic opponit. *Primum*, tenuisse me in Manuali Hispano, fœminas coniugatas, & Deo sacratas peccare, accipiendo turpe lucrum pro causa turpis concubitus. *Secundum*, quod nunc omissa priore opinione teneo, posse quidem illas petere, & sibi retinere; sed non tanquā debitum legale, sed tanquam debitum ex animo grato. *Tertium*, contrarium tenuisse Sotum, Caietanum, & Couarruuiā; quia respondetur *primo*, superuacaneum fuisse notare primū & tertium, cum ipsemet asseuerem ore pleno præfatam mutationem fecisse, & discedere ab opinione prędicti Soti, Caietani, & Couarruuiæ. *Secundo*, quod ipse non videtur satis intellexisse mea diligenter scripta, nec ego sua negligenter notata, quoniam cōfundit petitionem & restitutionē, promissum & acceptum, forum interius & exterius, ius naturale male cognitum ab ethnicis, & idem bene cognitum à Catholicis; obscurat debitum legale & morale, & causam finalem & impulsiuam, quę omnia ego distincte & dilucide, & fortasse (absit iactantia) altius, resolutius, quam alius vnquā & distinctius declaraui, vt ex eorum contextu cum aliis omnium aliorū tēporum collato, facile diligens & eruditus quisque lector colliget.

41 *Sexto infertur*, confessarios prędictarū mulierū, & virorum impudicorū, quibus ob impudicitiam aliquid promissum est, & nondum traditū, debere illis consulere, quod nos consuluimus cuidā, qui prędicto cuiusdā magnatis, magnis promissis eius illectus, accepta parte eorū, occidit quendā, & ob id vertit solū in aliud Regnum, & querebatur, quod ille magnas non soluit omnia promissa, & petebat illa: cōsuluimus enim vt caueret, ne peteret illa tanquā sibi debita iustitia legali, quia non erant talia propter promissionis nullitatē, & quia per talē petitionē approbaret peccatū, quod ante fecerat, & ita noue peccaret mortaliter; sed quod in literis, quas ei scriberet, & mādatis, quę ad eū daret, confiteretur primū, agnoscere se nihil sibi propter illā operā illicitam, præter ipsum infernum, de iustitia deberi, & ita nil se petere ob eam, tanquā debitum legale, sed supplicare illi, vt misereretur eius necessitatis & indigentię, & dignaretur mittere illi promissa in eleemosynam, non quidē propter eius factū, quod erat abominandum, sed propter affectū illū magnum obsequēdi ei, qui fuit ita potēs, vt præceptis Dei præferret eius præcepta. Ita quod nullatenus placeret ei suū factū illicitū, nec approbaret illud, dicendo ob id esse ipsi aliquid debitū, sed solum probaret affectū magnū atq; desideriū obsequendi, quo in ipsum fuit, cum eius iussa cōpleuit, & erat obsequendi ei in licitis & honestis, quādo ea scriberet, & mandaret. Ita quod delictum non sit causa principalis petendi promissa, sed causa impulsiua & occasio, sine qua nō peteret. Quod ipsū, mutatis mutādis, debet cōsulere cōfessarius ei, qui promisit dare aliquid ob delictū, post quod perpetratū vult dare

quod

quod ob id promisit; nempe, quod perpetratio delicti nō sit causa finalis, sed solū causa sine qua nō daret, & quod det principaliter vt necessitati eius subueniat, vel honori suo satisfaciat.

a 2.2.qu.62. art.1. Quod vtiliter dixit Caietanus *a*. Sic igitur præfatæ impudicæ vtriusque sexus personę debent coram Deo & confessario agnoscere, nil sibi deberi in foro conscientię ob illa turpia facta, damnata in illo foro; & ita nihil velle, nec desiderare, vt quidquam ob ea promissorum eis tanquam debitum soluatur, ne noue peccent ea noue approbando: sed cupere & rogare, vt sibi subueniatur soluendo promissa, tanquam moraliter debita magno illi amori, quo fuerunt in promissorem extra operam illam illicitam, & quo sunt, quando hæc petunt, ad inseruiendum tantum in licitis & honestis, quod ipsum seruare debent in dādo eis promissa, qui promiserunt. Et arbitror, quod, vt prædictus homicida per viam iustam plura obtinuit, quā obtinuisset per iniustā; ita hę quoque personæ impudicę plura cōsequentur per hanc viam Deo placitam, quam per contrariā.

Septimo infertur, omnia supradicta intelligenda esse de his siue fœminis, siue maribus, qui sine fraudibus notabilibus à suis amicis aliquid extorquent, sed non de his, quæ cū fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratia, dicendo se esse virgines, cū non essent, aut non fuisse cognitas nisi à magnatibus N.N. longę maiora extorserunt; quia eiusmodi, sicut alij fraudatores *b*, restituere tenētur, iuxta ea, quę dicemus infra *c*, post Gerard. & Adrian. Non sunt etiam intelligenda de his, qui accipiunt quidem sine dolo, sed ab his qui non possunt dare *d*.

b ff. & C. de dolo.
c Num. 78.
d l. 2. & 3. C. de aug. præstand. & l. 2. & 2. C. de prædiis minor. c. si quis presbytero, de rebus eccles. non alien.

Vbi restitutio facienda.

42 *Restitutio rei alienæ fiat, vbi sita est, si bona fide possidetur.*
42 *Debitum ex contractu, vel quasi, soluatur vbi dictum est, vel petitur.*
43 *Debitum ex delicto, aut quasi, soluatur vbi damnum passo fiat satis.*
43 *Debitum in India petitum an cambijs minuendum.*

42 REstitutio autem facienda est vbi solutio fieri debet, & ita vbi est sita res, quando restitutio est facienda eo solo, quod est res aliena, cum qui bona fide, & sine sua culpa possidet, nihil perdere debeat *a*. Si tamen restitutio ex contractu, aut quasi debetur, fieri debet in loco expresse, vel tacite solutioni destinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locum præstitum solutio nec creditori, nec debitori damno sit *b*; & si locus præstitutus non fuit, restituendum est, vbi coram iudice competenti petetur *c*.

a Cap. 1. de constit. & l. si possess. ff. de per. hæred.
b l. 1. ff. de eo quod certo loco ea. P. & G. de offic. deleg. & cap. dilecti dt. foro compet. parag. præterea. Instit. de actio.
c Arg. ea. fin. de foro compet. & annot. in iuribus prædictis.

43 Sed si restitutio ob delictū aut quasi delictū debetur, facienda est in loco, in quo ipsa facta nullū dānū is, cui fieri debet, accipiat, siue restituatur vbi acceptū fuit, siue vbi est dominus,

minus, siue in alio loco, ad quem dominus transtulisset, ita vt damnificatus nulla impensa vel alio onere grauetur, quam si damnũ datum non fuisset; quia restituere est in primo statu reponere, & reddere rem integre in statu eo, in quo dominus seruasset, si ab eo ablata nõ fuisset *d*; quamuis semper sufficit restituere vbi creditori placet *e*, & per dicta supra *f*. Ex quo colligitur cuius impensis suo domino sit suum mittendum.

Quęstionis magnæ fuit nuper in Vrbe, An is, qui mutuo dedit mille in India, ea lege & conditione, vt certo tẽpore lapso posset ea petere à mutuatario vbicumque terrarum inueniretur, an postea inuentus in Vrbe teneatur soluere integra illa mille, an vero possit deducere cambia, quibus constat traductio illorum ab India in Vrbem. Et quidem videtur liberãdus soluendo illa integra mille in India, aut etiam in Vrbe, deductis cambiis; quoniam lex 1. *g* non solum habet locum in debitis aliarum specierum, sed etiam in pecunia numerata *h*.

d l. rest. 1. & 2. ff. de verb. sign. & l. 1 C. de sent. pass. & rest. & 2. q. 3. parag. si. sentit. D. Th. & explicat Caiet. 22. q. 62. ar. 5.
e l. 1. ff. quã satisd. cogã.
f Eod. cap. num. 13.
g Et totus titulus, ff. de eo quod certo loco.
h Textus est in l. 4. ff. de eo quod certo loco.

Quomodo restituendum.

44 *Restitutio facienda est eo modo, quem causa, cur debetur, postulat.*
44 *Remissio sine rei soluendæ præsentia sufficit ad restitutionem.*
45 *Debiti remissio solutio quædam est, & 46.*
46 *Debitum facilius remittitur, dum res soluendo præsens non est.*

44 Restituendum autem est eo modo, quẽ natura contractus, delicti, aut vltimæ voluntatis requirit; & sufficit, quod obligatus per se, vel per alium restituat *a*. Et si delictum occultum est, etiam restitutio occulta debet esse *b*. Sed cauendum est, ne quando per alium occulte fit, internuntius, quod restituendum est, retineat, & restituere debens in sua obligatione permaneat, vt dicetur infra *c*.

45 Et quidquid S. Anto. *d* & Dinus *e*, & alij alibi dicant, sufficit etiam quoad forum conscientiæ, vt is, cui restitui debet, liberaliter & voluntarie remittat, & cõdonet *f*, siue realiter ei offeratur, & coram constituatur, quo accipiat, aut condonet, siue solum verbo offeratur, siue absque vlla reali, vel verbali oblatione, creditor precibus partis, aut alterius alicuius internuntij, confessarij, aut alterius remittat & cõdonet, modo vere & ex animo remittat; & ea sit persona quę id donare possit, vt recte Caietan *g* resoluit, & Adria *h* sensit. Et credendum est, eum ex animo remittere, si ipse id affirmat, cum, vt acute Caietan. i aduertit, nemo alius sit suæ voluntatis se aptior testis.

46 Quod verum est, si contrarium non arguunt coniecturæ, quales respõdimus interuenisse in quodã casu, in quo austerus quidam dominus, qui suos subditos precibus suis non obtẽperantes per se aut alios vexabat, à quibus certã conditionẽ

a Arg. ca. qui per alium de reg. iur. li. 6.
b Arg. ca. si peccauerit 2. q. 1. parag. nõ tibi dico de pœn. dist. 1.
c Eod. c. n. 67.
d 2. par. tit. 2. cap. 6.
e In regul. peccatum de reg. iur. li. 6.
f Iuxta glo. in d. c. peccatum, verbo restituatur, & Hostien. in summa de vsur. parag. quæ pœna. verb. quid sit
g In summa verbo restit.
h In 4. de restit. q. 2. col. 4
i Vbi supra.

petiit *k*. Et videtur nobis cautum, quod Caiet. singulariter addidit, scilicet, quod pauper diuiti debẽs nõ ferat ad eũ, aut ostẽdat id quod est soluẽdũ, sed deprecetur per se vel aliũ, quo ipsi cõdonetur, ne rei debitæ præsentia difficilior efficiatur ad cõdonandũ, cũ multo facilius, quod nõ habemus, quã quod possidemus, remittamus & cõdonemus *l*. Neq; id obstat cõdonãdi liberalitati, sed ad illiberalitatis tẽtationẽ reprimẽdã valet.

k Arg. l. 1. parag. quæ onerãda ff. quæ rũ rer. actio non det. & glo. l. 1. ff. quod iussu. l. l. cum hi. ff. de transact. facit, l. sed & si ego. ff. ad Velleian.

Quis ordo in restitutione seruandus.

47 *Debitum omne soluendum, si potest: sin minus, prius certum quam incertum, &* 48. *Et prius res sua Domino, num.* 49. *quam illud, & illud.* 50. *&* 51. *Et prius talium, & talium contractuum, quam vsurarum, num.* 52.

52 *Restituere contra ordinem prædictum non sufficit, &* 53.

53 *Debitor creditori posteriori prius petenti cur prius soluit.*

47 IN restituendo seruetur ordo, quem ius diuinũ & humanum præscribunt, scilicet, quod nullus ordo seruetur quãdo suppetit vnde omnibus soluatur, cum omnibus, quod debetur, sit soluendum, iuxta illud S. Paul. *a Cui honorem, honorem, cui debitum, debitum, & cui tributum, tributum b*: & quando nõ suppetit ad omnia soluenda, prius debita certa, quorum creditores sciuntur, soluantur, quam incerta, quorum creditores ignorantur, propter quatuor rationes S. Antonini *c*.

a Ad Ro. 13. b Et parag. 1. Insti. de iust. & iur.

c 2. par. tit. 2. cap. 7.

48 Vnde sequitur, vt bene adnotarunt Syluester *d* & Caietanus *e*, multos errare, qui cum non possunt omne debitũ restituere, componunt se super incertis cum prælatis Ecclesiæ, vt id quod eis remittitur, tanquã proprium possideant, certos creditores defraudãdo; verũ est tamen, quod si res incerta adhuc in eadem specie permanet; puta quidam calix consecratus, repertus aut ablatus, adhuc integer, & nõ potest haberi eius dominus, nec inueniri, potest dari prius Christo erogando in eius pauperes, & pia opera: quia per id nulli creditori præiudicatur, siquidem debitor non tenetur ex alieno creditori satisfacere; & constat quod ille numquam eius fuit, imo semper alienus *f*.

d Verb. rest. 6. q. 5. e Verb. rest. cap. 8.

f Paragr. sacræ Instit. de rerum diuis.

49 In debitis certis seruandus est ordo Baldi communiter receptus, *g* scilicet, quod *primum* suo domino suum restituatur, vt commodatum, depositũ, furto subtractum, aut raptum, quod adhuc in sua forma, & specie reperitur: quia hoc in eius qui restituere debet bonis non numeratur, cũ eius dominiũ nũquã ad illũ translatũ sit, imo semper penes eũ, cuius erat, remanſit. Et ideo ante omnia alia illi restituendum est *h*. *Secundo loco* venditori soluendũ est pretium eius, quod vendidit emptori, penes quẽ res empta est; quia quamuis illius dominiũ in emptorũ transierit *i*, illud tamen remanſit obligatum solutioni, quamdiu

g In l. pro debito, C. de bo. auct. iud. poss.

h l. si ventri verb. si tamẽ ff. de priuat. cred.

i l. traditionibus, C. de pact.

quãdiu in sua forma & specie penes emptorẽ inuenitur *k*. Pro quibus facit primo l.2.*l* per argumẽtũ à fortiori. Deinde quod hoc videtur valde æquum & rationi consentaneum saltem ad hunc effectũ, quo in hoc cæteris creditoribus præferatur, quando omnium solutioni debitoris bona non sufficiunt.

k iuxta dictum Bal. & eos qui eum referunt vbi supra l.ff. quibus caus. pignor. vel hypoth. tacit. cont.

50 Et idem eadem ratione videtur de omni eo, quod titulo oneroso datum fuit; verum est tamen, quod si res empta pluris valeat quàm pretium pro ea promissum, eo soluto, residuum cedet alijs debitis soluendis. Verum est item, quod vẽditor non habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita, nec emptor in pecunia habita ex noua eiusdem rei venditione, nec in eo quod permutatione illius habuit; quia nec pretium, nec habitum per permutationem in singularibus actionibus in eius locum succedit *a*.

Tertio loco seruanda sunt statuta regionis, si quæ inueniuntur specialia, super ordine restituendi, vt dicuntur esse in aliquibus regionibus de numularijs fraudatoribus; & si non sunt, seruetur ius commune, iuxta quod ij quibus bona fuerunt expressè obligata, alijs præferuntur, & postea in sua dote vxor, & fiscus aliis creditoribus, quibus non sunt bona prius expressè hypothecata, quamuis tacite sint *b*.

a Iuxta gloss. Bart. & communem in l. Labeo. ff. de verb. sign.

b l. assiduis, C. qui potio. in pig. hab. & l. quamuis de priui. fisci, *c* l. si hominem parag. fin. ff. depos. & l. si ventri, ff. de pri. cre. *d* l. certi, cõ. d. parag. fi. ff. de reb. cred.

51 *Quarto loco* sequuntur ij quibus sunt tacite hypothecata suo ordine, postea depositarij; nisi quando depositum fuit pecunia ad negotiandum, & vt soluerentur vsuræ, aut interesse *c*; quia tale depositum vim mutui habet *d*.

Quinto loco subsequuntur, qui habent priuilegium personale, quo præferantur alijs sine obligatione reali. *Postremum locũ* tenent alij creditores, qui non habent hypothecam, nec obligationem bonorũ expressam, nec tacitam, nec priuilegium personale, sine consideratione, quis eorum sit prior aut posterior; ita vt quod prędictis satisfactis supererit, pro rata parte nominum inter hos diuidetur, recipiendo, & amittendo solidum pro libra, vt dici solet; deductis tamen ante omnia impẽsis necessarijs, sed non pomposis ac superfluis, funeris & exsequiarum debitoris mortui, & publicationis, & copiæ testamenti, & aliis ad additionem hæreditatis necessarijs, iuxta Paludanum communiter receptum *e*, & S. Antoninum *f*.

e In 4. l. sen. dist. 15. q. 3. *f* 2. par. tit. 2. cap. 7. parag. 3 *g* l. 2. ff qui potio. in pig. habe.

52 Aduertendum tamen, quod qui alteri mutuum dedit pro reficiẽda domo, naui, aut alia re simili, præfertur omnibus qui habent hypothecam bonorum domini illius in solutione ex pretio eius consequenda *g*.

53 Addo prętereà, quod qui debitor soluendo hunc ordinẽ non seruat, suę conscientię nõ satisfacit, iuxta Hostien. Monal. & Syluest. *h* si ignorantia iuris aut facti eum non excusat *i*; nisi quãdo creditor aliquis in petendis suis creditis in iudicio, aut extra illud fuit alijs diligentior; quia tunc non solũ potest, sed etiã debet prius illi, quã alijs soluere, & modo alij nõ sint ma-

h Verb. rest. 6. q. 7. *i* Arg cap. de iureiur. *k* l. pupillus ff. quæ in fraud. cred. Syluest. vbi supra, q. 8.

gis priuilegiati. Et idē quod hic diximus de debitore soluēte, est dicendum de creditore petente, nempe quod non peccat accipiendo suum debitū quod diligentius petit, si alij nō sunt magis priuilegiati, alioquī sic, violando iustitiam, quæ habet, vt illis priusquam ipsi satisfiat, per prędicta. Vnde infertur peccare generos, & nurus recipientes aut retinentes de bonis socerorum quod eis debetur, scientes eorum bona aliis magis priuilegiatis deberi. Æquum etiam nobis videtur, quod Caietanus *a* dicit, quod vsurarius prius debet soluere quod debet per contractus licitos, quibus non est pauperior factus; quales sunt emptionis & mutui; quam vsuras inique extortas, etiamsi ante illos contractus fuissent extortæ. Per quod soluitur, quod hic noue quęrebatur, debet tamen prius eas soluere, quam quod debet per contractus gratuitos, quibus pauperior est factus. Non obstat, quod Medina teneat oppositum, dicens vsuras esse magis iniustas, magisque prohibitas à iure diuino, naturali & humano, quam sit retentio debitorum ex alijs cōtractibus; quia id non est verum; magis enim indubie debeo tibi quod mihi mutuasti, quam quod per vsuram tibi ademi, cum in mutuo nemo vnquam dubitarit, & in vsuris multi, quamuis male *b*; tum ob alia quæ breuitatis gratia omitto.

a Verb. rest. cap. 3.

b Vt colligi ex c. quoniā in omnib. de vsur. clem. 1. eod. tit.

Neque obstant illa tria, quę quidam hic notat. *Primum*, me dicere, quod quando bona, quæ sunt restituenda, non sufficiūt omnibus creditis persoluendis, & creditores sunt æquales, restitutio est facienda pro rata. *Secundum*, teneri debitorem ad restituendum, quando posterior creditor debitum suum exigit. *Tertium* vtriusque dicti contrarium esse probabilius; quia *qui prior est tempore, potior est iure.*

Cui respōdetur *primo*, me nō dicere prędicta verba, quę ipse dicit, sed hęc. Si prędictis, scilicet priuilegiatis satisfactis, aliquid supererit, pro rata parte nominū inter hos, scilicet nullatenus priuilegiatos, diuidetur; nisi aliqua statuta sint cōtraria, vt dicit S. Antoninus, & est verissimū, & quotidianæ praxi receptū *c*.

c Cap. qui prior de regu. iur. in 6.

Secundo, quod ego expresse assentior dicentibus quod debitor potest, & debet soluere prius creditori posteriori prius petenti, & exigenti debitum in iudicio, vel extra illud, quam priori nullatenus priuilegiato; propter diligentiam quam in petendo adhibet *d*. Et ita falsum est, quod ille ait in secunda nota me dicere, scilicet debitorem teneri ad restitutionem priori creditori, quando posterior prius suum debitum exigit; quoniam expresse contrarium assero; quia vt ait lex prædicta, diligētia posterioris in petendo suum debitum fecit eum potiorem, sicut hypotheca, & aliud priuilegium.

d l. pupillus, Dig. quæ nu. fraud. creod.

Tertio verū esse, nō quod ille ait, me dicere, sed debitorē qui sciens se debere creditoribus chirographariis nullatenus priuilegiatis, & sua spōte nō coactus neq; exactus, neque requisitus soluit posteriori fraudans priorē ea parte, quæ illum cō-

tingeret,

tingeret, si bona venirent, secundum communem sententiam peccare grauiter, & teneri ad restitutionem, eo quod soluit, quod alteri debetur *a*. Per quod damnantur multi, qui volentes gratificari quibusdam, & videntes sua bona esse diuidenda per iudicem ob suam mortem, vel ob fugam, vel aliam absentiam inter creditores non priuilegiatos, diminuendo credita, pro rata soluunt eis integra: quorum de numero ne sit, caueat præfatus religiosus, si consuluerit hoc talibus debitoribus.

a Iuxta cap. ea quæ de iureiu.

Quarto, quod incogitanter videtur allegare pro suo proposito cap. prefatũ, *qui prior est tẽpore, prior est iure*; quia magis probat antiquiorem creditorem debere præferri posteriori, quam suum propositum; cum palam sit creditorem maius ius quærere sibi credendo quam petendo, cum ex illo, & non ex hoc nascatur obligatio contra debitorem. Nec potest huic inductioni responderi à defendente, quod posteriori diligentius petenti possit iuste solui, nisi id quod Iurisconsultus in præcitata lege *pupillus*, sentit, nempe non esse cętera paria, cum posterior creditor est diligentior in petendo. Et præfata regula, *qui prior*, intelligitur quando cętera sunt paria *b*.

b Vt super ea adnotauit gl. per l. quoties vtriusque est per causa potior. vade sumpta fuit illa regu. ff. de reg. iur.

Quando est restituendum.

54 *Restitutio statim facienda.*
54 *Præcepta affirmatiua & negatiua non æque ligant.*
55 *Debitor quoties noue peccat non restituendo.*
56 *Restituere quis non posse commode dicitur.*
57 *Restitui non debent bona minoris ordinis cum damno maioris.*
58 *Debitum ex delicto & contractu, quoad quæ paria.*
59 *Damnum proprij boni, & lucri non est restituere alienum.*
59 *Instrumenta ad viuendum necessaria quando non restituenda.*
59 *Confessarius an absoluet eum, qui semel iussus non restituit.*
60 *Necessitas extrema differt, sed non tollit restitutionem.*
61 *Necessitas extrema non tollit restitutionem etiam eius, quod in ea capitur, & ea minor minus.*
61 *Commune fieri, & communicandum longe differre.*
61 *Extreme patienti satisfit etiam non donando.*
62 *Dominus non fit rei, quæ vsu consumitur, eo quod iure illam consumat.*
62 *Dominus consumens suam rem interdum restituere tenetur.*
62 *Causa limitata limitatum producit effectum.*
62 *Necessitas decentis status differt restitutionem.*
63 *Damnum debitoris & creditoris quod differt restitutionem.*
63 *Damnum quod formidatum reipubl. excusat à restitutione.*
63 *Restitutionem excusat metus probabilis peccatorum.*
64 *Debitor sciens se talem, antequam damnetur, restituat.*
65 *Confessarius quando iuste differt debitori solutionem.*

66 *Debitor differre non potest solvendo paulatim.*
67 *Restituet quis per alium quando, & per quem faciat.*
68 *Testanti, qui potest statim restituere, non sufficit legare.*

a 2.2.qu. 62. art. fin.
b De restit. spol.

54 REstitutio autem facienda est statim, iuxta S. Tho. *a* ab omnibus receptum. Pro quo est c. *sæpe b*: quatenus habet, tantũ fere peccare, qui alienũ retinet, quam qui accipit. Et quod præceptum restituendi quãuis sit affirmatiuum, quatenus expresse iubet restituere, est tamen negatiuũ, quatenus tacitè præcipit non retinere alienũ inuito suo domino. Et præcepta negatiua semper, & ad semper obligant, quãuis affirmatiua non nisi ad certum tempus, iuxta eundem S. Thomam *c*.

c 2.2.qu.33. art.2.& Archi.c.si peccauerit.2.q. 1.& in summa de pœ. d. 5.Panorm.& omnes in c. nouit.de iud.

55 Ex quo *infertur primo*, decisio dubij, quãdo, & quoties quis ob retentionem alieni noue peccet: nam omnes tenent quod non peccat noue singulis momentis, & quod pluries quam semel peccat communiter, qui illud multo tempore retinet, & quod peccat, quoties proponit non restituere illud. Et etiam credo, quod quotiescunque vtitur alieno, quod restituere tenetur, quamuis de restitutione non cogitaret *d*, & secundum aliquos quoties commode restituere valens nõ restituit; quod tamen intelligendum est, si id animaduertit, quamuis nõ statuat illud non restituere, non autem alias; siquidem illud potius est status peccati, quam peccare.

d Caiet.2.2. q.66.art.3.

Secundo infertur, quod quamuis qui nocte in lecto, aut in Ecclesia recordatur se alienum habere, & posse commode restituere, statim debeat proponere actualiter vel virtualiter restituere, non tamen statim à lecto surgere, aut Ecclesiam egredi, quo id restituat, quia id non potest commode, & satis est id facere, quum commode poterit, boni viri arbitrio. Ad id autem quod hic quæritur, An hæc commoditas arbitraria referatur ad tempus, vel ad facultatem restituendi: Respondetur, quod ad vtrumque; ad tempus quidem, per prædicta; ad facultatem autem, per statim dicenda, seruando ea.

a l. quod tu ff. de reb. cred. cum ei adnot.

Tertio infertur, quod sicut ignorantia probabilis iuris aut facti, quamdiu durat, à restitutione excusat *a*, sic etiam multo magis ab statim restituendo excusabit. Et vt condonatio creditoris pro semper à restitutione excusat, sic ab statim restituendo eius voluntaria dilatio excusabit; siquidem permanente hac, inuito domino alienum non retinet: & vt perpetua restituendi impotentia perpetuo excusat, sic impotentia restituendi statim ab statim restituendo excusat.

b l. Neps proculo, ff. de ver. sig. c faciat, 22. q.2.

56 Et dicitur *non posse*, nõ solũ qui est in extrema necessitate, aut nullo modo potest, sed etiã qui cõmode non potest *b*. Ille autem dicitur *commode non posse*, qui non potest sine damno suorũ bonorum altioris ordinis, qualia sunt vitæ & salutis, respectu famæ & rei familiaris; & qualia famæ respectu rei familiaris *c*; aut nõ sine magno dãno eorũ quæ sunt eiusdẽ ordinis;

c Vt supra, dictum est.

quod

quod aliqua dilatio parum creditori nocens excusare potest, vt accurate S. Antoninus *d* prosequitur.

d 2. par. tit. 2. cap. 8.

57 Et ita qui statim aliena bona fortunę restituere sine amissione propriorũ, suę vitę, salutis, aut famę nõ potest, ad statim restituendũ non tenetur: nam quemadmodũ iuxta prædicta *e*, nemo tenetur regulariter ad bona aliena inferioris ordinis restituẽda cum damno suorum altioris ordinis, sic & multo minus tenetur ad aliena inferioris ordinis, & qualitatis cum amissione propriorũ altioris ordinis statim restituenda *f*. Sic eadem ratione, qui debet centum aureos statim soluendos, si nõ potest statim soluere sine magno damno suæ rei familiaris; puta non nisi domum suam, aut aliquod prædium multo minoris vendat, quam valeat, ad statim restituendũ non tenetur.

e In cap. 16. num. 44.

f Arg. c cum in cunctis, de electio. & authen multo magis C. de sacrosan. Eccles.

58 Quod (nostro iudicio) non solum locum habet in debito, quod ex contractu, aut vltima voluntate, sed etiam in eo, quod ex furto, aut alio delicto nascitur, vt sentit B. Antonin *g* quid quid Caietanus *h* dicat; quia quamuis hæc duo debita, quoad suam originem differant (quia in vnius origine peccatum est, & in alterius non) quoad hunc effectum tamen, saltem in foro conscientiæ, similia sunt: siquidem vtrumque restituere tenetur, & in vtroque totalis impotentia omnino excusat, & sic in vtroque mediocris impotentia mediocriter excusare debet *i*.

g Vbi supra.
h Vbi supra.
i Arg. de toto ad partem l. quæ de tota. ff. de rebus vend. & cap. pastoralis, parag. item si totum de off. deleg.

Nec obstat, quod quidam religiosus hic ait, asserere me excusari à restitutione eum, qui si statim restituat, amittet bona, vel statum acquisitum per vsuras, vel latrocinium, velaliam iniustitiam: cuius contrarium ait esse tenendum. Cui respondeo *primo*, mirari me, quod vir alioqui pius, & religiosus, imponat mihi, etiam religioso, quamuis indigno, quod ego, nec hic, nec alibi dixi, scilicet excusari quem à restitutione ob conseruandum statum acquisitũ per vsuras, vel latrocinium, vel aliã iniustitiam. Imo in hoc ipso loco *a* dico non posse quidem excusari à restituendo aliena, eo quod per illud sibi videretur euenire magnum damnum, ea ratione quod restitutio alienorũ non est damnum restituentis, cum per id nihil proprium pereat. Et quod paulo post dico *b*, eum scilicet qui non potest decenter viuere secundum statũ suum, si totum, quod debet statim restitueret, intelligitur de statu nobilitatis, vel alio iuste quęsito.

a Num. seq.

b Num. 62.

Secundo, quod, quidquid dicat Sotus, & teneat Couarruuias, vt puto pro grandi obseruantia, qua erat in Sotum, multis & irrefragabilibus argumentis probamus nos contra Sotum, & quasdam suas nouas imaginationes *c*, esse veram illam præcellentem doctrinam, quam explicatius alijs tradit eruditissimus Caietanus in locis ibi citatis, quem etiam satis tacite videtur sequi Couarruuias *d*, nempe regulariter non esse faciendam restitutionem bonorum inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quam præfatus religiosus mordere velle videtur, licet aperte id non faciat.

c Infra, nu. 89.

d In reg. peccatum de reg. iur. lib. 6. par. 1. col. ante penult.

Tertio, quod ego in nihilo recedo à Couarruuia, nec Couarruuias à me, quoad propositũ, si serena mente omnia dicta perpendantur; quod facile, si vacaret, & breuitas in hoc libro affectata, id permitteret, monstrarem: nam & ipse Couarruuias, licet me tacito tenet e idẽ esse iudicandũ de dilatione dãdi debitori ex delicto, & debitori ex contractu, quod ipse hic dico.

e Vbi supra. col. 4.

59 *Aduertendam tamen*, quod non dicitur magnum damnum propriorum bonorum, eo quod sint magnæ res alienæ restituendæ; quia, vt Caietan. *f* dixit, illud non est suorum bonorũ iacturam facere, sed aliena relinquere. Nec etiam dicitur magnum damnum propriorum bonorum, non lucrari, eo quod restituturus est; quia vt idem dicit *g*, illud non est amittere suum, sed alieno non vti: quod (mea sententia) non habet locum in instrumentis artis, quibus victum sibi parat, qui restituere tenetur, iuxta S. Antoninum; nec etiam damnum propriorum bonorum ab statim restituendo excusat, quando restitutionis dilatio etiam magnum damnum, cui est restituendum, infert; iuxta omnes.

f Verb. restitutio.

g Vbi supra.

Quarto infertur, quod quamuis æquum nobis videatur dictum Caietani *h*, quod ante ipsum S. Anto. *i* sensit, scilicet quod cõfessarius nõ debet absoluere eũ, qui statim restituere tenetur, nisi prius actualiter restituat, si antea à confessario iussus, restituere prætermisit; quia quamuis fides pœnitenti in his, quæ pro se, & contra se dicit, habenda sit, prouideri tamen etiam debet, ne qui semel defecit, iterum deficiat, licet, inquam, hoc dictum videatur æquum, talis tamen pœnitens occurrere posset, & tales circumstantiæ temporis, loci, & causæ, vt confessarius solo restituendi proposito cõtentus esse debeat, cum etiã Deus tunc eo (sua benignitate) contentus sit *a*; quia non est ad amplius faciendum opportunitas *b*: per quę respondetur affirmatiue ad noue quæsitum, An qui subtrahit decimas, aut impedit solutionem earum, possit absolui ante realem restitutionem, si ab ea aliquo supradictorum modorum excusatur legitime, non obstante Conc. Trid. quod *c* prohibet absolui ante satisfactionem eiusmodi subtrahentem, vel impedientem.

h Verb. rest. cap. 6. 12. par. tit. 8. cap. 8.

a Arg. c. dixi & cap. magna de pœ. dist. 1.

b Arg. cap. si quid inuenisti, 4. q. 5.

c Sess. 25. c. 12

60 *Quinto infertur*, quod in necessitate extrema constitutus, non habens aliud, quam quod ad suam, suorumque vitam est necessarium, restituere non tenetur, nisi creditor eadem necessitate prematur, imo neque si eadem prematur *d*, nisi dominium eius quod restituendum est, semper penes creditorem remanserit, quidquid Ioan. Tabienna *e* dicat.

d Arg. c. non licet, 32 q. 5. & l. si præses C. de aqua quot.

e Ver. restit. parag. 4.

61 Magna tamen circa hoc quæstio incidit, An sit vera cõmunis opinio *f*, quam recẽtiores sequũtur in Armilla aurea; videlicet eũ, qui in extrema necessitate, quo ea se liberet, aliquid accipit, ad restituendum illud non teneri, licet ad pinguiorem fortunam euadat. Ad quam breuiter respondeo oppositum eius, quod rectissime Adrianus *g* defẽdit, verius & iustius esse:

f In 4. l. sen. dist. 15.

g Vbi supra qu. 33.

nam

nã efficaciter probamus *h* quod nemo sit verus dominus rei, qua eget ad liberandũ se ab extrema necessitate, licet possetiuste eã accipere etiã auctoritate propria, & ea vti, quatenus esset ad id necessaria; tũ quia cõtraria sententia non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, sine quibus nõ est affirmãdũ aliquid cõtra ius regulare; & ius regulare habet *i* id quod est vnius, sine cõsensu eius, non effici alterius; *k* tũ quia lex illa celebris, quę est secũda *l*, nõ habet, res fieri cõmunes per necessitatem, sed esse cõmunicandas: tum quia non patiũtur iura, vt eiusdẽ rei dominiũ sit penes plures in solidũ *m*. Tum quia legi charitatis, misericordiæ ac pietatis, & cuiuscunq; alterius virtutis satisfit, succurrendo necessitatẽ extremam patiẽti sufficienter ad hoc, vt ab ea liberetur, vt pãlã est: at frequẽtissime succurri potest, & abunde quidem extrema patienti, cõmodãdo, vel locando ei rem illam qua eget, non tradendo ei dominiũ illius: verbi gratia, aliquis, alioqui saltẽ alibi diues, in mõtibus Alpibus, vel Pyrenæis niue canis, necessitatem extremã alicuius vestis patitur, & aliquis alioqui pauper, deferens vestes pretiosissimas, holosericas, pellibus herminiorũ carissimis duplicatas, siue suffultas, obuiat illi, tenetur quidẽ eiv nam, vel duas, vel plures, & quotquot ille ad illã necessitatem subleuãdã eget, commodare, vel locare; sed non dare & transferre in illum illarũ dominium; imo, cum se in aliquem locum, vbi necessitas illa cessaret, reciperent, posset illam, vel illas, quas cõmodauit, repetere, quod nemo negabit; tum quia nemo diceret, quod si quis alioqui diues, aliquo in loco fame moriẽs obuiaret alicui pistori, viginti mulos panibus coctis onustos aliquò agẽti, fieret dominus omnium illorum panum, cum tamẽ, qua ratione fieret dominus vnius, eadẽ quoque fieret omnium, ãtequam vllo illorum ad sedandã famem vteretur. Neque quisquã diceret, pistorem obligatum esse ad dandum dominium omnium illorum illi, neq; illum auctoritate propria posse omnes eos sibi occupare: imo quilibet eruditus dicet, satisfacere pistorẽ cõmunicando illi esurienti panes necessarios ad illam esuriem sedandã; tum quia ridiculum videtur, & grauitati legum cõtrarium dicere, extremam famẽ patienti quæri dominiũ omnium panum, qui in foro venduntur, & illico sedata per vnum panem fame, illud ei perdi; & rursus iterata fame fieri eius, & propulsata ea, desinere esse illius; tũ quia glossę receptę *a* asserunt, verbum *communia*, in loco dicto, *Necessitas omnia facit communia*, exponendum esse, pro *communicanda*.

62 Concludo igitur, per extremam necessitatẽ proximi obligari quidem proximos eius ad subueniendum ei tantũ, quãto est opus ad liberandum eum ab ea, facereque sibi ius capiendi illud etiam propria auctoritate; non tamen efficere eum ipso iure dominum illius necessarij, & consequẽter teneri regulariter ad restituendum, cum ad pinguiorem fortunam peruenit.

h In tract. de redit. Eccles. q. 2. monit. 4.

i Ca. legat. 14 q. 2. parag. cõsideremus, in authen. de triem. & sem. col 3. c consuluisti, 2. q. 4. & cap. 2. de transl. prælk l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur. l In parag. tũ in eadem. ff. ad l. Rhod. de iact. m l. 3. parag. ex plurib. ff. de acquir. poss.

a In d. parag. cũ in eadem, & li. ea. sicut hic 47. dist.

b Infra, n. 112

Dixi, *Regulariter*, quoniã nonnũquã, vt *b* dicemus, ex paruitate rei, & alijs cõiecturis, iuste credi potest, eũ ad id non teneri.

c Lib. 4. q. 7. art. 1. de iust. & iur.

Nõ obstat, quod Sotus *c* noue distinxit inter eũ, qui nõ habet bona aliqua vbi extrema necessitate vrgetur, nec alibi, & inter eũ, qui alibi ea habet; & inter illud, quod tẽpore talis necessitatis insumptũ fuit; quales sunt res ad esum pertinẽtes; & inter illud quod insumptũ non fuit; qualis est vestis, aut equus quo vsus est; & cõcludit, quod qui alibi habet bona, ad restitutionẽ expensi tenetur, & etiã qui nõ habet ad restituendũ id quod insumptũ in illa necessitate nõ fuit, sed non ad id quod in ea impensum & consumptũ fuit. Non inquam, obstat; tum quia ipse fatetur, quod qui bona alibi habet, restituere tenetur etiã insumptũ; & cum vnius regionis bona nõ adimãt necessitatem extremã, in quam in alia incidit, fateri debet, quod extrema necessitas sola non facit dominiũ rei alienę, vt ea vtatur sine obligatione restituendi; tum quod præsupponit falsum, significans, quod omnis qui licite vti potest eo quod vsu consumitur, illius dominus efficitur; quia ipsemet *a* tenet, quod Frãciscanus eius, quod licite comedit & cõsumit, dominus nõ est, *b* quod nos latius confirmauimus *c*: tũ quod etiã præsupponit falsum, quatenus significat, quod nemo qui consumit aliquid tãquam illius dominus, si est verus dominus illius, ad illud restituendum tenetur: nam qui consumit panem & vinum mutuo acceptum, tanquam dominus, & existens verus illius dominus consumit *d*, tamen soluere illud & restituere tenetur. Et ita quamuis extrema necessitas aliquem dominum faceret quoad effectum illum ab ea liberandi, non ob id eundem ab obligatione restituendi liberaret *e*. Siquidem ad se liberandũ ab ea, sufficit dominium, quod per mutuum, vel alium iustum contractũ, absque donatione acquiritur; tum quod necessitas solum tribuit ius ad accipiendum & cogendum, vt illi detur quod sufficit, vt liberetur ab ea, & nõ amplius, & ad hoc sufficit mutuo vel commodato, vel alio contractu iuste accipere, aut illa dare; quia limitata causa limitatũ producit effectum *f*.

a Lib. 4. q. 1. de iust. & iur. Ioquens de extrauag. ad conditorem, de verb. sig.

b Iuxta cap. ex tit. de ver. sign. lib. 6.

c In d. Tractatu prædicta q. 1. Mon. 14. num. 1. d l. 2. paragr. appellata. ff. de reb. cred.

e Arg cap. cũ cessante, cum ei adnotat. de appellat.

f l. non omnis ff. de reb. cred.

Concludo igitur, quod qui aliquid in extrema necessitate accipit, postmodũ cũ potuerit, ad restituendũ tenebitur, siue alibi bona habeat, siue nõ, siue illud totũ cõsumat, siue non; nisi per coniecturas probabiles iuste presumeretur donatio; *g* quoniã, vltra predicta, sequeretur ex cõtraria opinione, quod si aliquis mille militũ dux in extrema necessitate mille ducatorũ aureorũ alimẽta alicuius priuati hominis, vel villę comederet, soluere ei non teneretur, quãuis altero die direptione aliqua licita diues euaderet; quod est absurdum; & ita non dicendum *h*.

g Vt supra factum est, & latius dicetur infra, nu. 118. & 119.

h l. nã quod absurd. in ff. de bonis libert.

Infertur sexto, eum, qui totum statim restituendo, nõ posset decẽter pro dignitate sui status viuere, ad illud nõ teneri, quãuis id facere perfectionis esset, vt ait S. Antonin. *i* modo ei sit animus restituendi illi quãprimum poterit, & modo curet, ne

i 2. par. tit. 2. ca. 8 col. 7.

quid

quid in alios vsus, quam necessarios & decentes, impendat, quo reliquare aliquid, & paulatim restituere possit.

63 *Infertur septimo*, quod quando ex restitutione statim facta redundaret damnũ corporis aut animę eius cui debetur, non est statim facienda; quia nec furioso, nec irato ensis depositus, quo creditur se aut aliũ percussurus, reddendus est *a*. Neque eadẽ ratione volenti bellũ facere, aut litigare iniuste, sua pecunia, qua id faciat, & fortiori ratione, si ex ea magnũ dãnũ reipub. obueniret; siquidẽ eius bonũ priuato præponitur *b*. Et cõsequenter nemo debet facile condẽnare Reges, aliosue Principes, qui aliqua iudicio eius aliena retinent, credentes probabiliter ex eorũ restitutione sua regna passura magna incõmoda, & bella iniusta *c*. Quę tamẽ non procedunt, quando æqualia, vel multo maiora mala probabiliter crederentur euentura ex retentione, quã ex restitutione. Depositarius enim, qui sicut putat ex redditione gladij furentis, vel alius penes se depositi, secuturam percussionem alicuius iniustam; ita credit ex retentione secutura esse maiora mala, puta, furentem, vel alium cũ cognatorum & amicorũ turba, se & suam domum cũ his, quæ in ea sunt, incensurũ, restituere tenetur, argu. à cessante ratione iuriũ prædictorũ, quę illa fundant, quod aliquando scimus euenisse. Et idem dicendum videtur, quando probabiliter creditur, quod ex restitutione statim facta, sequerentur adulteria, fornicationes, aut alia peccata mortalia, quę indigentia restituenti, aut eius filijs, aut filiabus suaderet; quia, vt dicit S. Antoninus *d*, hæc mala sine comparatione sunt maiora, quam dãnum quod creditor ex dilatione sui debiti patitur; imo sunt bona altioris ordinis quam fortunę, quę creditori debentur.

64 *Infertur octauo*, quod multi damnantur ob non solutionem debitorũ, nullum sibi de ea scrupulum conscientiæ incutiẽdo, credentes se, antequã per sententiã condẽnentur, non teneri; quia quoties qui alienũ iniuste retinet, & cõsiderare debet, se illud debere, & proponit formaliter vel virtualiter nõ restituere sine vlla iusta causa, quæ eũ excuset, toties mortaliter peccat, iuxta Ioã. Maiorẽ *e*. Nam quemadmodũ qui concubinam retinet, non est pœnitens, sed pœnitentiæ illusor, & confitẽdo peccatum peccato apponit; sic qui opere & volũtate sine iusta causa alienum retinet, non est vere pœnitẽs, iuxta Scotum *f*.

65 *Infertur nono*, quod confessarius nõ potest pœnitenti dilationẽ concedere, quando certo scit eum soluere posse; nisi cõcurrat aliqua causa prædictarũ supra *a*, quę ab statim restituendo excuset. Quibus adnumerarem casum, in quo videret confessarius, debitorẽ nolle se resoluere ad totum debitum statim restituendũ, ob aliquod emolumentũ inde sibi prouenies, & creditorẽ nolle concedere dilationem parum sibi nocuam, & nunquam, aut non tam cito, nec tam vtiliter, atque dilationẽ concedendo, suum recuperaturum, & ea concessa debitor suã fidem

a Ca. ne quis 23. q. 2.

b Cap. licèt, de reg. & authe. de rest. & ea quæ part. parag. licet col. 1.

c Argum. l. si quis iumo. ff. ad l. Aqu.

d Vbi supra.

e In 4. d. 15. q. 26. vt supr eod. ca n 55. declarauimus.

f In d. l. sen. di. 15. q. 2.

a Eodem n. 62. & seq.

fidem obstringit se ad certum tempus soluturum: his enim concurrentibus confessarius dilationem & absolutionem cõcedere posset, iuxta mentem Angeli *b*: nam tunc confessarius verisimiliter credere potest quod creditor illo contentus foret, si sciret, vt ipse, secretum intimum conscientiæ debitoris.

b In ver. restitutio 1. parag. 5. post Directorium.

66 *Infertur decimo*, quod qui debet, & statim totum restituere potest, & non vult nisi certam partem in singulos menses vel annos, quousque solutionem finierit, non est absoluendus, quidquid dicãt Hostien. & alij Summistæ, iuxta Adrian. *c* dicentem, quod confessarius, qui talem absoluit, eum magnopere decipit; quia qui debet & potest commode restituere, & non restituit, est in peccato mortali, per prædicta; quod Ioannes Maior *d* ait non solum procedere in debitis ex delicto & furto, sed etiam in aliis mutuo, aut alio modo contractis.

c In 4. de restit. col. 17.

d In 4. dist. 23. q. 28.

67 *Vndecimo*, quod qui non potest furtum aut aliud damnum datũ restituere per se sine sui manifestatione, nõ debet per se, sed per aliam personam secretã & fidelem id facere, ad quod confessarius, cui reseratũ est peccatũ, aptior aliis videtur, modo pro fideli habeatur. Caueat tamẽ; quia si persona media nõ restitueret, nõ liberaretur debitor ab obligatione, vt exprimit S. Antonin. *e* etiã quando pro fideli haberetur, si dominiũ rei restituendæ, in eum, qui restituit, translatum fuit, quamuis nõ quando translatũ non fuit, & iuste acceptum fuit *f*. Et idem S. Antoninus addit, ne multũ fidant prædicatoribus & confessarijs, pecuniã potius, quam salutem animarum quærentibus; & consultum fuerit syngraphã à creditore accipere, in qua cõfiteatur se accepisse tantam summã per N. pro solutione eius, quod alius sibi debebat, sine nominis expressione, & eã pœnitenti tradere. Et in hoc casu restitutio differri potest, quousq; inueniatur persona, per quam fideliter & secreto fieri possit.

e Par. 2. cap. 4. parag. 1.

f Iuxta notata in c. significante de pignor.

68 *Infertur duodecimo*, quod qui statim restituere potest, & non restituit, quamuis testamento relinquat, vt restituatur, securus non discedit, si aliquid ex prædictis eum non excusat; nisi quãdo id fecit, quia probabiliter credit, quod suus hæres melius præstabit, & nisi hoc persuasum haberet, statim ipse per se restitueret *a*. Addo tamen, quod qui nõ potest statim restituere, debet remissionis schedã, aut dilationem à suo creditore petere, iuxta S. Th. *b* receptum, nisi tali petitione peccatũ manifestaretur, per supradicta *c*, aut aliquod scandalum sequeretur *d*.

a Ang. verbo restit. 3. parag. 2.

b 2. 2. qu. 62. art. 8. ad 2.

c Eod. c. n. 31

d Arg. c. nihil de præscrip.

Quęsitũ est autẽ à multis, An defunctus detineatur in Purgatorio donec eius debita soluãtur? Resoluo negatiue, iuxta S. Tho. *e* & Adrian. *f* quia fieri potest vt moriatur martyr, vel statim post Baptismũ, quem recta ire in cœlũ docet fides Catholica *g*; vel cũ contritione ad omnẽ pœnam delendam sufficiẽti *h*, vel absolutus virtute Iubilæi ad id efficacis *i*. Non obstat quod Angel. dixit cõtrarium per cap. *in literis k*, in illis verbis *Vt à peccatis suis valeat liberari*; quia, vt olim in prælegendo illud

e In Quolibet 6. art. 13.

f In Quolibet. 8.

g Ca. baptismi vicem, de consec. dist. 4. ca. cũ Martha, de celeb. Miss. & cap. debitum, de Baptism.

h Iuxta cap. mensuram, adiuncta gl. de pœ. di. 1.

i Extraua. 1. de pœnit. & remiss.

k De rapt.

Salman-

Salmanticæ,diximus,loco verbi *valeat*, quod refertur ad defũctũ,debet legi, *valeant*,quod referatur ad hæredes;ita quod significat per restitutionem debitorũ,defuncti hæredes liberari à peccato suo negligẽtiæ;aut germanius , quod intelligatur de ope tribuenda mortuo accidentaliter per preces creditorum, vel pauperum bene satisfactorum:nam,vt ait S.Thom.*l* vbi supra. solutio debiti parũ prodest defuncto,nisi accidentaliter,modo prędicto.Quare risu,aut potius cõmiseratione digni sunt filij, & alij hæredes,qui miserentes plurimũ defunctis, quod propter debita teneantur in purgatorio,nõ miserentur sibi,quod teneantur in statu infernali notabiliter eorum solutionem negligentes,aut differentes,quod plus satis frequenter cõtingit.

De impediente bonum alienum.

69 *Impediens à consequendo aliquo bono quis teneatur restituere*, 70. & 73.
69 *Restitutio præsupponit debitum legale.*
69 *Priuatio præsupponit habitum.*
70 *Testamentum,vel legatum qui facit mutari,tenetur restituere.*
71 *Intellectus l.1.§.denique.ff.de aqu.plu.arcen.*
71 *Argumentum à contrario quando validum.*
72 *Iustitia distribuendi beneficia,& officia publica, multum differt à iustitia distribuendi communes pecunias communitatis singularibus.*
73 *Beneficiariorum malus electror,vel collator cui restituet.*
73 *Impediens malo animo cur non restituit,& impediens metu sic.*
74 *Restituent qui suffragantes siue vocantes.*

69 DVbitatur hic, An qui aliũ à consequutione officij , beneficij,aut alterius boni impedit, restituere teneatur. In quo quamuis multum dissentiant doctores , vt patet per Adrianum *a*,& quæstio sit difficilis,eamq; Caietan.*b* ad nubes efferat,omnibus tamẽ perpensis nobis placet quod Adriano non displicuit,quãuis illud non asseruerit,scilicet,quod omnis & solus ille impediens regulariter restituere impedito,& dãnũ passo tenetur,*qui impedit illum à consequendo officio , aut beneficio, aut alio bono ita ei debito,vt haberet iam in eo ius perfectum,quod appellant ius in re acquisitum per dispositionem inter viuos , aut vltimam voluntatem,collationem,confirmationem , aut alium modum legitimum, aut erat ei de iustitia debitum.* Ita quod habebat acquisitum aliquod ius imperfectum,quod appellant ad rem per iustã promissionẽ,emptionem,stipulationem,electionem,prędsentationem,oppositionem siue concursum,exspectatiuã, regressum, coadiutoriam,primogenium,legitimã,aut alium titulum, qui non dat ius perfectum,per quod acquiritur bonũ,sed quoddã imperfectũ,per quod illi conuenit, & acquiritur aliqua actio vel offi-

a In 4. de restit.qu.14.
b 2.2.qu.62. art.2.

vel officium iudicis ad iure petendū; nisi impediat per modos iustitiæ contrarios, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, aut aliā fraudē, etiāsi aliàs odio, vel mala intentione impediat.

Mouet nos ad id primum, quia ex definitione restitutionis colligitur *e*, quod vbi non est debitū legale, nō est quod restituatur; quod etiam affirmat Caietanus *d*, & etiam Sotus *e*. At nemini, cui non est ius in re, vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum est debitum legale, licet forte sit debitum morale, & antidotale *f*: ergo non debetur eius restitutio.

Secundo, quod restitutio, siue redditio præsupponit ablationem, secundum mentem omnium, quam Sotus *g* exprimit. At cui nihil iuris est, nihil iuris aufertur; quia priuatio præsupponit habitum *h*: ergo, &c.

70 *Tertio*, quod qui blanditiis, sine vi, metu, mendaciis & dolo facit testamentum mutari, aut legatum in alium transferri, restituere non tenetur *i*: ergo neque qui impedit, ne collator, præsentator, aut lector conferat, præsentet aut eligat hunc aut illum: vel Rex, vel alius, qui potest conferre aliquod officium, vel aliud ius illi vel illi, tenebitur illi aut illi restituere *k*.

Dixi, *Qui mala intentione, &c.* quia intentio nocendi, aut malum iniustum inferendi, necessitatem restituendi non inducit, quamuis in foro conscientię peccatum inducat, nisi adiiciatur ei opus aliquod exterius iniurium, & contrarium legibus iustitię; vt lictor mala intentione suspendens iuste damnatum, licet peccet, non tamen tenetur restituere quidquam; & miles in bello iusto occidens hostem, vel diripiens ciuitatem malo animo & fine, peccat quidem, sed nō tenetur restituere, quia licet transgrediatur leges charitatis, vel aliarum virtutum, non tamen transgreditur leges iustitiæ specialis, quarum transgressio sola est iniuria, & obligat ad restituendum, vt probamus cum communi *a*. Qua ratione etiam Sotus, quem post hæc scripta legimus, discedit à Scoto, Paludano, & communi *b*, quatenus aiunt, intentionem malam, sine opere iniurioso, inducere obligationem restituendi.

71 Per quę soluitur negatiue illud noue quęsitū, An qui odio alicuius famulū prosequitur, & efficit, vt herus eius dimittat eum, qui non potest inuenire alium, qui tantū salarij ei soluat, quantū dimittens, teneatur restituere. Respondēdū enim est quod non, nisi efficeret, vt herus contra iustitię legē ante lapsum temporis cōuenti eum dimitteret. Nō obstat l. *Proculus*, quam Caiet. *d* citat; quia illa, & l. *fluminum* *e* pro nobis faciūt: habent enim eum, qui fodit puteum in suo, nō teneri vicino, licet inciderit venas per quas fluebat aqua in eius puteum. Neque obstat l. *f* 2. quā citat Scotus; quia vitiosa est allegatio, & videtur voluisse citare l. 1. *g* quatenus significare videtur, eū, qui puteū effodit, aut aliud opus in suo facit, vnde damnū vicinus accipit, non teneri de dāno, si nō faciat animo nocendi, significans

c Posita supra nu. 6.
d In d. q. 62. art. 1.
e Vbi supra.
f Vt colligitur ex glo. & alijs, in titu. de actio in princ. & in l. ex hoc iur ff. de iust. & iur.
g Vbi supra.
h L. decem, ff. de verb. obligat. cap. ad dissoluēdum de desponsat. impub.
i L. fin. C. si. quis aliq. test. prohib.
k Arg. l. illud ff. ad l. Aquil.

a In tract de rest. prædict. q. 2. monit 4.
b In 4. q. 62. a. 3. a col. 17.

c ff. de dam. infect
d Vbi supra.
e parag fin. eod. tit.
f ff. de noui oper. nunt.
g parag denique 1. ff. de aqua plu. arc.

ficans à cõtrario sensu, quod tenetur, si eo animo faceret. Responderi enim potest *primo*, quod argumentũ à contrario sensu, licet alioqui sit validissimũ in iure, *b* nihil tamẽ valet, quoad ea quibus contrarium exprimitur in iure, iuxta glossam celebrẽ & receptã, vt tradit ibi late Felynus *i*, pro qua textus optimus in cap. *à nobis* 2. *k* & secundum omnes cõmuniter, intentio mala sine opere iniurioso, non obligat ad restituendum dãnum, vt prædictum est. Quę solutio roboratur ex eo, quod Vlpianus ibi noluit innuere obligationẽ restituendi propter malũ animũ induci, sed vt clarius confirmaret dictũ Marcelli, negãtis eo casu actionẽ de dolo dari, dixit, nõ esse locũ actioni de dolo sine malo animo, sine quo dolus nõ datur *l*. Facit pro hoc, quod nec prędictæ leges *m*, quę sũt ipsiusmet Vlpiani, neq; alia lex ponderat bonũ vel malum animum, sed solum an quis iure, vel iniuria in suo faciat opus quo nocetur proximo.

a l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iur. & cap. Apostol. de his quæ fiunt a prælat. sine consens. cap. i In c. significasti, de foro compet. k De sent. excommu. l l. dolum. C. de dolo. m l. Fluminum & Proculus.

Non obstat, quod etiã S. Tho. *a* significat, actũ malo animo factum inducere restitutionẽ in aliquo casu, quo bono animo factus non induceret; tum quia S. Tho. non loquitur de actu solo animo malo facto, sed malo animo iniuste facto; & ita intelligẽdus est de actu iniurioso alteri, vel modo iniurioso facto, puta per vim, metũ, dolum, vel fraudẽ, de quo statim dicemus; tum quia etiam idem S. Tho. videtur legisse prędictũ §. *denique*; & quia non occurrit sufficiens responsio, tentauit aliqua parũ firma. De quibus vnum est, quod ait teneri quem aliquo casu ad restitutionem, sed nõ secundum equalitatẽ, cum restitutio sit actus iustitię cõmutatiuę, quę obligat ad equale *b*. Alterum, quod equiparat in hoc collationẽ beneficij cum proposito firmo conferendi, quod nullo iure, vel ratione necessario probari potest, & reprobatur ea manifesta, quod qui proposuit firmiter conferre alicui beneficium, si mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, & nõ tenetur restituere, nec peccat, si eque dignus est. At qui iã contulit vni, si mutata voluntate conferat alteri, peccaret, & non valeret collatio, & teneretur restituere, etiãsi secundus esset longe dignior. *Tertio* quod odiũ, vel malus animus sine opere iniurioso obligat ad restitutionẽ, quod cũ saluare nititur Sotus parum sibi cõstare. Quare dicta S. *d* Th. reducenda vidẽtur ad ea quæ firma ratione probantur, & tribuẽda obseruantiæ qua solet esse in sacros canones & sacras leges adeo magna, vt nec latum vnguem ab eorum verbis recedere sit solitus; quod quia non aduerterunt Scotus, Paludanus, Caietanus, & alij, putauerunt S. Thomam sensisse contrarium, in quo etiam Sotus se satis inuoluit.

a In d. q. 63. art. 2.

b Secundum eundem ibid. art. 1.

c Vt videre est vbi supra d In illa respons. ad 4.

72 Non obstat etiã ratio Caietani *e*, scilicet, quod officia, & beneficia sunt bona cõmunia, quę sunt singularibus diuidẽda, & ideo qui ea male distribuit aut male impẽdit, cõtra iustitiã distributiuã facit, vt qui male distribuit, vel impedit bene distribuere centũ aureos cõmunes singularibus plebis, & consequentes

e Vbi supra.

sequenter,quēadmodū hic restituere tenetur,iuxta omnes,ita & ille tenebitur. Nō,inquā,hęc ratio obstat;tū quia illa solum militat in beneficijs,& officiis publicis;& ita quoad alia nihil probat;tū quia nō est eadem ratio de distributione centū aureorum communiū facienda alicuius cōmunitatis in singulos eius,& de distributione beneficiorum & publicorū officiorū cōmunium Ecclesiæ,vel Reip.in singulos eius: nā vt perspiciter ait Sotus *f*,non sunt beneficia,& munera publica cōmunitatis,ita debita ijs,inter quos sunt diuidenda, vt centū aurei cōmunitatis diuidēdi singulis eius,sunt debiti eis;eo quod beneficia&officia publica sūt instituta principaliter propter seruitiū Ecclesię,vel Reipub.& nō propter eos,qui seruituri sūt;

f Vbi supra.

73 Et collatores eorum non distribuunt tanquam debita eis quibus distribuuntur,sed tanquā debita seruitio Ecclesiarum, & tanquam electores ministrorum earum,ita quod per bonā, vel malā electionem eorum non sit principaliter commodum vel dānum eligēdis,sed Ecclesijs,vel rebuspub.quibus sunt eligēdi:sicut præfectus ab aliquo domino ędificio alicui cōstruēdo,deligēdo artifices idoneos,vel minus idoneos,nō facit cōmodū,vel dānū principaliter idoneis,vel magis idoneis,quod ad illud opus deligere omittit,sed domino:& si quid dāni dat, nō tenetur restituere illis,quos omittit deligere,sed ipsi domino,cuius ædificium est male,vel non adeo bene constructum.

Confirmātur hęc,eo quod licet iustitia distributiua illud,aut illud officium,vel beneficium aliquibus dare obliget;regulariter tamē nemini ius perfectum, quod appellant in re, quo suum fiat,concedit,nec imperfectum,quod appellant ad rem, quo debitum illi sit,& possit illud iure petere,quamuis sit dignior;nec vnquā talis vsus in Ecclesia,aut Republica Christiana fuit: etsi sæpe sæpius diuisor non dando digniori,aut dando indigno peccet. Sed quando centum aurei cōmunes sunt particularibus plebis distribuendi,vnusquisq; eorum ius aliquod habet,ob quod illis debetur,& suam partem,aut saltem quātum debetur ex ea,petere potest. Dixi supra in conclusione, non esse restitutionem faciendam impedito; quia reipub. vel alij iniuste lęso facienda esset,vt ex proxime dictis colligitur.

Dixi,*Nisi impediat per modos iustitiæ cōtrarios*,videlicet vim,metum,dolum,mēdacium,&c.quia si per hos modos impediret, teneretur.Vnde si mentiens me esse mortuum, aut non esse eius consanguineum,aut esse spurium,aut ignarum,aut malū, aut per alias fraudes,aut per vim faceret mutaritestamētū,aut legatum,aut collationē,aut pręsentationē beneficij,officij,aut alterius boni,& cōmodi factā,aut iam decretā, restituere mihi tenetur,iuxta omnes *a*, etiam iuxta Gerardum relatum per Adrianum *b*;licet ipse plus ceteris in hoc se extēdat.Ratio vero,cur mala intentio dānificandi,hanc necessitatem restituēdi non inducit;mendacium autē, fraus aut comminatio, & alii modi

a Per l.1.&2. C.si quis aliq.testam. prohib. & l. fin ff. de hæred.iustit.

b Vbi supra.

modi iniusti sic, est quod intentio sola damnificandi est contra charitatem, sed non contra iustitiam commutatiuam, cuius actus est restitutio; & mendacium, fraus, & comminatio sunt contra iustitiam; quia per hæc iustus modus acquirendi, qui impedito competit, impeditur: non tamen tenetur restituere, quantum impedit, nec quantum soluere deberet, si eripuisset iam ius penitus acquisitum, aut debitum, sed quantum consideratis circumstantijs iudicio boni viri videbitur, vt communis dicit in alijs casibus, saltem iuxta æquitatem, & consuetudinem in his semper seruari solitam.

74 Ex quo sequitur, quod quando beneficia, officia, & cathedræ dantur per oppositionem, seu concursum digniori, exstante statuto, quod necessario debeant conferri candidatis tempore præstituto concurrentibus, & competentibus, si satis sunt in id qualificati, & aliquis impediuit, ne darentur legitimis oppositoribus, seu concurrentibus candidatis, sed alijs, restituere tenetur, quia illi iam ius quoddam perfectum acquisierant ad perendum, vt alicui ex ipsis darentur. Quemadmodum etiam qui iniuste ab opere agricolam, à scribendo scribam, &c. impedit, tenetur restituere; quia impedit ab eo, quod ipsi iure conuenit, scilicet laborare, aut scribere.

Nec obstat quod Scotus *a* significare videtur; quia non loquitur de scholasticis suffragantibus alijs, quam candidatis; sed de suffragantibus minus dignis candidatorum, de quibus etiam nos in hoc loco, antequam eum videremus, diximus eos ad restitutionem non teneri, quamuis peccent eo modo, quo collatores, & electores beneficiorum *b*. Sequitur etiam, quod non tenebitur restituere, qui sine vi, mendacio, aut fraude, mihi prohibuit profectionem ad Episcopum, cui erat propositum beneficium alicui digno conferendi, ne me cognosceret, qui si me cognouisset, mihi illud contulisset, quia illud beneficium adhuc non erat meum, nec mihi debebatur, nec ab eo per modos iustitiæ contrarios prohibitus fui.

a Vbi supra, colum. penu.

b Per supra dicta.

Quæ causæ non restituentem à peccato excusant.

75 *Restitutione à debita excusant hæc nouem, & seqq.*
78 *Debitor non omnis securus per remissionem, quoad peccatum.*
79 *Debitor non excusatur, licet debitum non petatur.*
80 *Debitor non liberatur specie peremptæ.*
81 *Beneficij collatio, vel procuratio non est debiti restitutio.*
81 *Officium per profanum quando fit restitutio.*
82 *Restitutione ob qualem ignorantiam iam quis excusatur, & 83.*
84 *Emens rem ab eo, quem suspicari debet furem, caueat sibi.*
85 *Præscriptio quæ à restitutione excusat.*

86 *Cessio qualis bonorum excusat à restituendo.*
87 *Bona vitæ, salutis, libertatis & famæ esse inæstimabilia.*
87 *Quæ non est necesse reddere pro æstimabilibus, licet sit interdum vtile.*
88 *Liber homo quis possit vendi à se, licet non possit ab alio.*
89 *Bona trium ordinum, vitæ, famæ, & pecuniæ multum differre.*
89 *Fama, vita, & libertas & conueniunt, & æstimari non possunt.*
89 *Compensatio quæ fit pro vita, & fama, non facit eas æstimabiles.*
90 *Fama non æstimatur plus quam vita, licet sic, vt illa compensetur.*
90 *Famam mulier proba pluris, quam libertatem æstimat.*
90 *Metus infamiæ vt excusat adulteram vel partum supponentem.*
90 *Intellectus, & inductio cap. officij, de pœnit. & remiss.*
91 *Vita non est amittenda propter famam illustris familiæ.*
91 *Æstimabile aurum etiam maximum, fama non etiam minima.*
91 *Adultera de Ecclesia non extrahitur sine debita cautione.*
91 *Fama per æquiualens nequit restitui secundum S. Thomam.*
91 *Fama bonitatis sola in inæstimabilis, non alia.*

75 PORRO multa à restituendi obligatione excusant. *Primum* necessitas, de qua supra *a*. *Secundum*, remissio, condonatio, aut alia satisfactio, qua creditor fiat contentus; quæ si est perpetua, perpetuo excusat, & si temporalis, pro tempore quo durauerit *b*, concurrentibus duobus. *Prius* est, quod fiat per eum, qui donare potest, & liberam suorum bonorum administrationem habeat *c*. *Posterius*, quod scienter, & sponte fiat, sine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua.

Ex quibus *infertur primo*, quod nō prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit contentus parte debiti, propter diffidentiam recuperandi debitum, natam ex eo, quod ei debitor minatur, quod si pro centum, quæ debet, nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil vnquam habiturus sit, secundum Caiet. *d* & ante Sylvest. *e* quia deest ei secunda conditio. Secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias causas, vt recte Sylvest. *f* insinuauit.

76 *Secundo infertur* non esse opus tertia conditione, quam aliqui desiderant *g*, scilicet quod sit parata solutio, nec illa, quam quidā Theologi relati à S. Antonino *h*, scilicet, quod pecunia ponatur realiter corā creditore, sed neque, vt verbis offeratur, quod requirunt alij relati per Perusinū *i*, & S. Antoninū *k*; quia satis est vt creditor scienter & sponte id faciat, vt senti gloss. *l*; imo, vt bene insinuauit Caietanus *m*, quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, vt remissio, vel dilatio debiti foret opus misericordiæ, consulendum illi est, vt antequam pecunia realiter, vel totaliter præsentetur, remissio petatur: quia quemadmodum actus castitatis liberius in absentia fœmi-

a Eod. n. 60.

b Ca. peccatum adiuncta gloss. recepta ver. restituatur de reg. iur. l. 6. & l. 1. ff qui satisdar. cog.

c Arg. ca. veniens de rest. adiunctis ijs quæ sup. eod. c. n. 45. diximus.

d In d. ar. 4.

e Verb. resti. 7. qu. 1. & 2.

f Vbi supra.

g In d. regu. peccatum, l. 6 h 2 par. tit. 2. cap. 6.

i In dicta regula peccatū.

k Vbi supra.

l In dicta regula peccatū. m 2. 2 q. 62. art. 6.

fœminarum, & obiectorum venereorum exercentur, & abstinentiæ in absentia suauium epularum; sic etiam liberalitates condonandi, & remittendi debita liberius in absentia solutionis, & ante oblatam, præsentatam, & receptam pecuniam, quam post exercentur.

77 *Tertio infertur*, quod non est necesse quod debitor habeat propositum debitum soluendi, si ei non remittatur, ad hoc vt remissio, & condonatio creditoris valeat, quamuis sic ad hoc vt peccatum dimittatur.

78 *Quarto infertur*, quod debitor qui dicit creditori, se ad soluendum quãtum sua facultas fert, paratum esse, & simul rogat, vt erga se vtatur misericordia, & liberalitate, consecuta totius vel partis remissione, fiet liber à peccato, & restituendi necessitate, si soluendi voluntatem habebat, esto quod non fieret remissio; si vero talẽ voluntatem non habebat, liberatur quidẽ à restituendi necessitate, non autẽ à peccato, quod peccabat nolendo soluere, etiam non sequuta remissione; quod etiam insinuauit Syluester *a*: nam debitor, qui etiam post. condonatum debitum, eo animo esset quod nollet soluere, etiamsi posset, licet non esset ei cõdonatum, manifeste peccat voluntate inordinata interiori contra septimum præceptum *b*, in quod vtinam multi, qui compositiones quærunt, non inciderent.

a Verb. resti. 7 qu. 2.

b Arg. c si res 14. q. 6. & cap. fin. de rest. spol.

Quinto infertur, quod si aliqua persona proba tractat cum creditore, & dicit: Ego curabo, vt N. soluat tibi tantum, si tu liberali voluntate reliquum remiseris, idque faciat sine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia numquam debitum recuperãdi, & debitor paratus sit facere quidquid potest, si creditor illi remittit, immunis est à peccato, & restituendi necessitate. Si autem non habet voluntatem soluendi quantum posset, manet quidem à restitutione immunis, sed non à peccato.

Sexto infertur, quod si persona internuntia dicit remissionem libere esse factam, & non ita res se habet, à restitutione debitor immunis non fit, imo si de eo dubitat, de veritate certior fieri debet; quamquam si internuntius est satis ad id fide dignus, eius dicto excusatur, quoad contrarium rescierit. Quod cum rescierit, soluere tenebitur, aut soluendi voluntate proposita, remissionem petere *c*.

c Arg. ca. cum cessante de appel. adiuncto ea significãte, de pign.

79 *Septimo infertur*, quod non excusatur debitor à peccato, eo quod creditor non petat ab eo debitum, ob timorem etiam reuerentialem, aut ob ignorantiam debiti, si iudicio boni viri soluendo erat; quia eo casu creditor scienter & sponte non remittit, aut dat dilationem; quamuis excusaretur, si creditor scit sibi deberi, & non perit sine aliquo metu, aut sine alio respectu, qui eum inuoluntarium faciat; quia probabiliter credere potest, sibi ab eo dilationem dari, vt vtiliter adnotarunt Angelus *a*, & Syluester *b*.

a Verb. mora. parag. 1. b Rod. verb. qu. 1.

80 *Octauo infertur*, quod qui aliquid debet in genere, puta hominem;

minem, bouem aut equum, aut tot modios frumenti, aut amphorã vini, à solutione, aut restitutione non excusatur, quãuis species, quas ad soluendum destinatas haberet, incendio, aut alio quouis casu fortuito perirent; imo neq; si omnia eius bona disperirent; quia debitor in genere nõ liberatur speciei peremptione, quãquam debitor speciei, puta illius vel illius hominis, bouis, equi, vestis, &c. regulariter excusatur illius speciei perẽptione, si absque dolo, fraude, & culpa, & ante moram perierit *c*. Nec etiam post morã, saltem in foro cõsciẽtiæ, si sciretur, quod perinde peritura erat apud creditorẽ, ac apud eũ *d*, siue ex contractu, siue ex delicto deberetur *e*. Secus tamẽ si cõstaret, aut dubitaretur, quod antequam res perijsset, dominus vendidisset, aut ea vsus fuisset *f*; & declarat Syluester *g*. Ille autẽ dicitur esse in mora restituẽdi, qui tenetur ex delicto *h*, & etiã, qui ex contractu, & non restituit ad diem præfixum, vel non statim atque scit, vel scire debet, rem esse alienam *i*, idque facit sine iusta causa eam retinendi: nam si eam retineret ratione aliquarum impensarum, quas bona fide circa eam feciſſet, aut credendo iusto errore suam esse, non censetur in mora *k*.

c l incendiũ, ca. si certum petat. not. in l. quod te mihi, ff. de reb. cred.
d l. hoc. parag. fin. ff. ad legẽ Rhod. de iact.
e l. si ex legati causa ff. de verb. obli. cũ gl. adno. Syl. verb. restitutio. 7. qu. 5.
f l. cum res, parag. fi. ff. de fi. i.
g Verb. restitutio, 7. q. 5.
h l. i. ff. de cond. furt.
i Dic. l. quod te, & arg. c. si de præscri.
k l. illud ff. de peti. hæred. & l. is qui rẽ commodasset ff. de furt.

81 *Tertia causa* principalis à restitutione excusans, secundũ aliquos Iurisperitos, est dedisse aut procurasse creditori aliquod beneficiũ Ecclesiasticũ, quod falsum est, quia per spirituale nõ potest solui tẽporale *l*, vt probamus *m*. Et ideo neq; à soluendo eo, quod propter obsequia debetur, id excusat; quamuis si post datum aut procuratum beneficium, gratis creditor ille causa gratitudinis debitũ remiserit, debitor à restitutione liber erit. Et idem per eandem rationem dicendum est de officijs, quæ sine simonia, aut peccato emi & vendi non possint, quamuis nõ de alijs quæ licite venduntur & emuntur; quia horũ datio, aut procuratio impensa debitoris facta idonea solutio est *n*.

J Cap. quam pro 1. q. 2.
m In c. cum secundum de præb.
n Arg. c. totũ 1. qu. 3.

Quæritur autem hic, an sit locus prædictis in officijs sęcularibus, quæ sine peccato vendi non possunt? Respondeo non esse, quum titulus est validus, licet in eo peccetur; quales sunt multæ venditiones factæ à regibus, vel alijs facultate ad id regia munitis, in quibus faciendis solet nonnumquam interuenire peccatum, saltem veniale: esse vero, quando in eo non solum peccat, sed etiam titulus est nullus, eadem ratione.

82 *Quarta causa* principalis est probabilis ignorantia facti, qua credit id quod restituendum erat, suum esse, quia forte hæreditate obuenerat; aut illud non debere, quia erat debitum à parte contractum: & etiam ignorantia iuris obscuri *a*, præsertim quando viri scientia & conscientia præditi consulunt ei, quod ad restituendum non tenetur *b*. Secus tamen esset de eo, qui consuluit eos, quos credit sibi placita responsuros, & nisi hoc crederet, eos non consuleret.

a Iuxta gl. in c. 1. de postul. prælib. 6. verb. de extero.
b Arg. gl. singul. & recepta in ca. capellanus, de sorti.

83 Et minus qui cõsulunt multos, qui dicunt illi, ipsum ad restituendũ teneri, & ab alijs consulendis non desistit, donec aliquem

quem reperiat, qui ei respondeat, ipsum non teneri, & huic potius quam reliquis fidem adhibet, iuxta Adrianum *c*.

c In 4. de rest. q. 18.

84 Dixi supra, *ignorantia probabilis*, quia non excusat crassa & supina, qualis est illa, qua quis emit à milite Missale, aut calicem, aut à famulo orbem, aut salinum argenteum, aut ab aliquo iuuene pannoso sericum, aut alterius generis pannum, quem credere, aut certe dubitare debeba habuisse illum per furtum, rapinam, aut bellum iniustum, non adhibita diligentia debita ad veritatem sciendam. Nec etiam excusat ignorantia iuris clari, qualis est ea qua ignorat iniustum esse rem furto ablatam emere, vt eam sibi retineat *d*. Quamquam, quia quisq; sibi arctius est obligatus quam alteri, potest illud tale venditori reddere aut permutatori, & pretium recuperare, aut quod pro illo dedit, deprecatus eum, qui male accepit, & male dederat, vt illud suo domino restituat, per dicta supra *e*.

d Arg. c. Apostolica de cler. excom. minist. & ca. ignorantia, de reg. iur. l. 6. Sylu. verb. restit. 3. q. 7. e Eod. c. n. 9.

85 *Quinta causa* est canonica præscriptio aut vsucapio, quæ est vnus modus acquirēdi dominium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum eam, quę cōpetit ex eo, quod eam legitimo tempore, modo ad id legitimo, bona fide, possederit *f*. Et vt nemini videamur per incuriā præscriptionē immobilium bonorum vsucapionem appellasse, monemus, quod quāuis modus acquirendi rem mobilem per possessionē appelletur vsucapio, & modus acquirendi rem immobilē præscriptio, iuxta vulgarem opinionē cōmentatorū vtriusque iuris; verius tamen videtur, quod omnis talis modus appelletur vsucapio, & exceptio quæ ex ea nascitur, præscriptio, vt colligit ex multis legibus *g* doctissimus, ac omniuga disciplinarū omnium encyclopædia toti orbi vsque ad miraculum illustris Andreas Alciatus *a*, & alij recentiores in alijs locis mōstrant.

f l. 1. ff. de vsucap. & toto tit. de præs. l. 1. C. de vsu. c. transfor. & glos. 16 q. 3. summa.

g ff. de vsu. c.

a In lege vsucapio ff. de verb. sig.

Non sine causa diximus, quod præscriptio canonica excusat, quia legalis iuris ciuilis, quę sacris canonibus nō consentit, nō excusat. Et ideo nulla præscriptio quę inchoata fuit, & continuata mala fide, seu à sciente rē esse alienam, excusat: nec etiā, quæ cœpta bona fide, si postea antequā finiretur, mala successit *b*. Vnde nec leges particulares Regnorum, vel statuta ciuitatū, quibus statuitur, ne post aliquot annorum lapsum debitū peti possit, debitorē scientē se debere, & nō soluentem in foro conscientiæ excusat, iuxta communem, quam tenet Ancha. *c*

b Ca. vt vigilanti, cap. fin. de præs. cap. possessor, de reg. iur. li 6. c In ca. peccatum, de reg. iur. li. 6. d ff. de cess. bon. & C. de his qui bonis ced.

86 *Sexta causa* quę excusat, est cessio bonorum, qua debitor ea relinquit creditoribꝰ *d*, quę in foro exteriori excusat, quoad debita ex cōtractibus orta, quatenus lex ciuilis statuit, ne debitor cedens in plus teneatur, quam commode soluere possit de ijs, quæ postea quęsierit. Quod ipsum est dicēdum de debitis quæ ex delicto nascuntur quoad interesse priuatum partis, nō autē quoad interesse publicū: nā quoad illud qui non habet in ære, debet luere in corpore *e*. Dixi, *in foro exteriori*; nam in foro conscientię nō excusat, nisi quatenus necessitas eum sine cessione

e l. 1. parag. & generaliter, ff. de pœn. & gloss. ca. non latis 86. dist. & cap. si res 14 q. 6.

excusaret, de qua supra *f* diximus; hoc est, ita quod ei suæ artis instrumenta, & ad victum necessaria iudicio boni viri duntaxat relinquantur.

87 *Septima causa* est impotentia restituendi sine vitæ & salutis periculo, per caput *officij g*, cum declaratione, quã super illã Innocent. IIII. cõmuniter receptus fecit. Cuius ratio videtur esse, quod vita & salus sunt bona altioris ordinis, quã bona fortunæ, & pecunia æstimari nõ possunt *h*. Et ideo restitutio quæ est actus iustitię cõmutatiuæ, quę ad ęqualitatẽ partes reducit, nõ obligat ad dãda bona altioris ordinis, & inęstimabilia pro bonis fortunæ, quę inferioris sũt ordinis *i*. Qui autẽ bona proximo debita cum periculo vitæ & salutis restitueret, non male faceret, si magna essent; quin laudẽ promereretur, ob rationes & auctoritates, quibus pulchre Sotus *k* probat licitũ esse vitã cordate & prudẽter pro defẽsione sui amici & proximi, & etiã suę rei familiaris, & pro quolibet actu virtutis effundere. Vnde inferimus, verã rationẽ huius septimę causę, & excusationis nõ esse, quod homo suæ vitæ, & salutis dominus nõ sit *l*, cum saltẽ eius custos sit, cum potestate ponẽdi eã pro Deo, pro republica, pro amico, pro suis bonis, etiam pro quolibet actu virtutis.

88 *Octaua causa* est impotentia restituendi sine amissione libertatis, & sui ipsius venditione; quia quãuis lex vetus *a* statueret, vt qui furto sublatum reddere nõ posset, venderetur, & etiã vt debitor seipsum, aut suos filios pro debito ciuili traderet *b*; & quamuis idem nunc sanciri possit, numquã tamen in republica Romana, postquã Christiana effecta est, decretum fuit, vt aliquis pro debito ciuili seruus efficeretur; imo *c* sancitum est, ne quisquã ad id cõpellatur. Ratio huius octauæ causæ videtur esse eadem, quæ septimæ, videlicet, quod libertas sit altioris ordinis bonum quã bona fortunæ, & sua natura inæstimabile, sicut vita & salus *d*; & ideo nõ est dãda pro bonis fortunę, quę sunt inferioris ordinis, & sua natura æstimabilia. Quãquam nõ male faceret, qui pro facienda restitutione, se quasi seruũ creditori traderet, aut se alteri venderet: nulla enim lex diuina vetus, vel noua id vetat, imo neque vlla Romana, imo statuit, ne quis ad id compellatur; & quamuis ius *e* probet emptionem liberi hominis scienter factam non valere, non tamen probat vẽdentem se ob grãdem necessitatem peccare. Et l. 2. *f* habet, posse patrem vẽdere filium etiam inuitum propter necessitatẽ; & hodie passim Christiani in Æthiopia multos emunt, qui seipsos vendunt, aut se vendi consentiunt. Quod licitum permissumque esse etiam prædictus Sotus *g* scripsit. Vnde sequitur, quod ratio huius octauæ causæ excusandi, non est quod homo liber suæ libertatis dominus nequaquã sit, sed prędicta.

89 *Nona causa* est impotentia restituẽdi bona sine famæ amissione, secundum doctissimũ Card. Caietanum *h* dicentẽ, quod quemadmodum bona vitæ & salutis sunt altioris ordinis, quã famæ;

f Eod. ca. nu. 66. cum seqq.

g De pœn. & remiss.

h Arg. li. in seruorum, parag. fin. ff. de pœn.

i Vt dictum eod. ca. nu. 6.

k Lib. 5. q. 1. ar. 6. de iust. & iur.

l L. libro homo ff. ad l. Aquil. & ca. contingit. 2. senten. exco.

a Exod. 22.

b Leui. 25. & 4. Reg 4.

c In l. ob æs alienum, & aut. sed hodie, C. de act. & obli. & in cap. 2. & ibi gloss. de pign.

d l. Libertas ff. de reg. iur.

e l. & liberi hominis, cum 2. seqq. ff. de cõtr. h. emp. & C. de patr. qui fil. distr.

g Lib. 4. q. 2. ar. 2. de iust. & iur.

h 2. 2. qu. 61. art. 2.

famæ; sic bona famæ altioris ordinis sunt, quam pecuniaria; & quod nemo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur cum iactura bonorum altioris.

Cōtra tamen hoc tenet Ioa. Maior *i*, & Adrianus *k*, & postea prædictus Sotus resolutionem prædictā Caiet. refutat *l*, sentiens non esse horum ordinum rationem habendā, sed potius æstimationē famæ cum estimatione debiti esse conferendā, & quod æstimatio famę tātum posset estimationem debiti superare, quod non teneatur restituere, & è cōtrario si debitum superaret æstimationem famę, teneretur restituere cum illius iactura. Mouetur ad id *primo*, quod doctrina Caietani videtur ei magis Metaphysicæ, quā Philosophiæ morali niti. *Secundo* quāuis fama ex se maioris sit æstimationis, quam aliqua res pecuniaria, magna tamen pecunia pluris quā exigua fama æstimatur, sicut quāuis pretiosius ex se sit aurum, quā plumbū *m*, tamē plumbum viginti pondo pluris æstimatur, quā vnum granum auri. *Tertio* quod qui læsæ Maiestatis diuinę vel humanæ illustrem aliquam familiam infamauit, restituere suo iudicio tenetur ei famam, etiamsi ipsi ob id mors subeunda foret.

i In 4. l. sen. dist. 15. q. 17.
k In 4. resti.
l Lib. 4. q. 6. ar. 3 de iust. & iu. & q. 7. ar. 2.
m Cap. duo sunt 96. dist.

His tamen non obstātibus Caietano eruditissimo hęrendum censeo. *Primo*, quia eius doctrina non tā Metaphysicæ nititur, quā Philosophię morali, quę neminem compellit ad dandam suam vitam pro debito ciuili, & non alia ratione, quā quia hęc est inæstimabilis, & altioris ordinis debitum, vt dictū est; quæ eadem ratio militat in fama respectu boni pecuniarij: siquidē etiam fama suā natura bonum est inæstimabile, sicut salus & vita, & superat bonum pecuniarium, iuxta illud *a*: *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni*: & *b Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ*: & Aristot. ait, *Honorem esse maximum bonorum exteriorum*: quem probat S. Thom. *d* cui alter Thom. ibi consentit *e*.

a Eccl. 41.
b Prou. 22.
c 4. Ethic.
d 2. 2. q. 129. art. 1.
e Et in q 31. ar. 1. ad 2. & qu. 103. ar. 2. ad 1. & gl. c. suam, de pœnis, & in extrauag. ad conditorem Ioan. 22. rursus verb. honori. de verb. signif.

90 Nec obstat quod quando fama restitui non potest, aliqua pecunia est compensanda; tum quia id non fit eo quod fama suapte natura æstimabilis sit, sed quia alia compensatio fieri nequit; tum quia etiam pro vita, & salute idem fieri iubetur *f*; quæ tamen ob hoc nō dicūtur æstimabilia; tum quia id non datur pro pretio famæ, quæ nullum habet, sed pro compensatione damni quod ob eius iacturam obuenit; sicut etiam mutilato aliquo membro datur aliquid non pro pretio deperditæ integritatis, quę nullum habet, sed pro damno, quod ex eius defectu etenit, per leges prædictas, & ea quæ supra *g* citata fuerunt, quorum consideratio ad hæc maxime facit.

f In l. parag. 2 & l. fin. ff de his qui dese. vel effud. & l. ex hac ff. si quadrup. pau.
g Cap. 15. n. 22.

Secundo, quod S. Tho. *h* eodem modo loquitur de restitutione famæ, quo de restitutione vitę, aut membri, quę restitui nequeunt; nam in vtroq; dicit par rependi non posse, & in vtroq; dicit cōpensandum esse. Et *i* vbi de cōpensatione famæ loquitur, se remittit ad prędictum versum ad 1. vbi loquitur de com-

h 2. 2. q. 62. a. 2. ad 1. & 2.
i In respons. ad 2.

pensatione vitę aut mẽbri abscisſi, dicens in famę restitutione idem esse faciendũ, quod de vita ablata & mẽbro abscisso dixerat; per quod aperte significat famam æstimari non posse. Et quod id, quod pro ea rependitur, nõ datur magis pro solutione, quam quod redditur pro vita erepta, aut membro abscisso. Et quod altioris ordinis sunt bona famæ quam pecuniaria, & quod non potest conferri pretiũ boni pecuniarij cum pretio famæ, quod nullum est, sed cum dãno ex eius iactura sequuto.

Tertio, quod libertas, fama, & honor eiusdem ordinis esse videntur, & vt dictum est, nemo pro solutione debiti se vendere tenetur. Ergo nec pari ratione se infamare *a*.

a Arg. l. illud ad l. aquil.

Quarto, quod mulier quę pro honesta habetur, potius seruitutẽ cũ bona fama, quam libertatem cũ infamia eligere debet *b*. At pro restituendis bonis se in seruitutẽ tradere non tenetur. Ergo minus tenebitur, quãdo ob id pro inhonesta haberetur.

b Arg. l. isti quidem par. fi. ff. quod metus causa. c Sup. eo. ca. nu. 6.

Quinto, quod restitutio, vt dictum est *c*, est actus iustitiæ commutatiuę, quæ æqualitatem inter accipientem, & eum, à quo accipitur, constituit; & restituere debitum cum iactura famæ, esset reddere debitum, & perdere famam pro solo debito; quę magna inæqualitas foret.

Sexto, quod Innoc. III. *d* aperte dicit, quod metus indicandi suũ adulteriũ marito, vxorem à restituenda hæreditate excusat, non distinguẽdo inter hęreditatem magnã vel parvam, & inter famam magnatum & infimatum. Nec vnquã S. Thomas, neque aliquis alius classicus auctor istas distinctiones, parũ (iudicio nostro) fundatas induxit. Ergo neque nos eas faciamus.

d In ca. officij de pœn. & remiss.

Septimo, quod nõ potest dici quod Innoc. III. *f* nõ sensit aperte, quod metus amittẽdi bona altioris ordinis excusat à restitutione bonorum inferioris ordinis; quia clare dicit, quod metus mali maioris consequendi ex indicatione adulterij marito facta, excusat vxorem à restitutione hæreditatis, quam spurius pro legitimo habitus obtinebit: & cum textus de metu generaliter loquatur, de quolibet iusto intelligendus est: cumque metus infamiæ talis sit *g*, etiam de infamię metu intelligetur.

e Arg. l. de pretio. ff. de publi. in rem act. c. solitæ de maior. & obed. f In d. cap. officij.

g Dicta l. isti quidem, cum gloss.

91 *Octauo*, quod durũ, & nouũ videtur id quod prędictus Sotus sine aliquo auctore asserit, scilicet, eũ, qui illustrẽ aliquã familiã infamauit, ad restitutionẽ famę cum iactura vitæ teneri.

Nono quod similitudo auri & plũbi non concludit; quia vtrũque sua natura pecunia est æstimabile, & ideo maior quãtitas vnius potest pretio superare minorem alterius; sed fama nõ est res pecunia æstimabilis, sicut nec etiam vita, salus, & libertas.

Decimo, quod rarissime continget casus, in quo bona cito, aut tarde restitui non possint sine iactura famæ, fadliori ratione, quã in casu prædicti ca. *officij*, in quo mulier supposuit sibi partum, aut ex adulterio occulto filium suscepit: in quo tamẽ habetur, quod non tenetur id revelare marito, si imet eum; cum tamen sine metu amissionis vitæ se in monasterium tutũ recipiens

cipiens

cipiens reuelare posset; quandoquidem Ecclesia eam suo marito restitui absque idonea cautione non permittet *a*.

Denique facit, quod si contraria opinio vera esset, sequeretur nullum inter restitutionem debiti famę, & pecunię discrimen fore, cum iuxta illam in vtraque magnum damnum eius, qui restituere tenetur, excuset, & in nulla paruum, & in vtraque pretium pecuniarium magnum, vel paruum reperiatur. Sequeretur etiam, quod semper fama per ęquiualens restitui posset, contra sententiam S. Thom. *b* communiter receptam.

Concludimus ergo, quod restitutio debiti bonorū omni via possibili procuranda est; sed si non inueniatur ad id idonea, sine amissione vitę, aut libertatis, aut famæ, non est necessario facienda. Moderamur tamen opinionem prædicti Caietani vt solum procedat in fama bonitatis virtutem Theologicam, & mortalem consequente, & non in fama ex alijs rebus præclatis parta; qualis est fama ingenij, scientiæ, virium, solertiæ, artium, diuitiarum, & aliarum rerum similium, in qua opinioni contrariæ sit locus; quia fama harum non videtur inæstimabilis, vt est fama bonitatis, iuxta ea quæ ex Eccles. & Prouerb. supra citamus, quas duas species famæ & infamiæ esse, & in vtrisque locum esse detractioni probabimus infra *c*.

a Arg. c. literas, sub fin. de rest. spol. & cap. inter alia de immun. Eccles.

b 2.2.q.62. ar.2.ad 2.

c Cap.18.n. 20.

De restitutione bonorum incertorum.

92 *Bona incerta quæ dicantur.*
92 *Restitutio bonorum incertorum vt reseruata Episcopo.*
92 *Bonorum incertorum restitutio vt fieri potest à tenente ea.*
92 *Neque id Episcopus vetare potest, nisi in quatuor casibus.*
92 *Episcopi absolutionem eius, qui bona incerta habet, vt reseruare possint.*
93 *Pauperibus restituendum vt potest tenenti restitui.*
93 *Pauperem dici omnia pia opera, & pro suo statu egentem.*
93 *Compositio de incertis quæ iusta.*

92 BOna incerta sunt *bona debita alicui homini, qui vel quorū quantitas ignoratur, etiam post inquisitionē debitā*, iuxta communem sententiam *d*. Dixi, *Bona*, pro genere. Dixi, *alicui debita*, ad excludendum ea quę in nullius bonis sunt, & habita pro derelictis, quæ occupantis fiunt *e*. Dixi, *homini*, ad excludēda sacra & religiosa, quę licet nullius in bonis hominis sint, sunt tamen Dei, non solum illo titulo generali, quo omnia sunt eius *f*, sed etiā alio speciali humano *g*. Dixi, *qui ignoratur*, ad differentiā aliorum quorū domini sciuntur, vel iusta inquisitione sciri possunt. Dixi, *vel quantitas ignoratur*, ad significandum dupliciter aliqua dici incerta; quamuis glossa *a* sola illa, quorum quantitas ignoratur, appellet incerta. Dixi, *etiam post inquisitionem debitam*; quia ante illa non contingit iusta ignorantia *b*, si per eam saltē

d In c. cū sit de Iudæis quam ibi explicauimus.

e l.2. de adquir. rerum domi. & parag. nullius, Inst. de rer. diuis.

f Psal. 23. & c. quo iure 8. di.

g Iuxta glo. in dicta l.1. & di. parag. nullius.

a Cap. 2. de pœn. & rem. lib. 6.

b Cap. innotuit, iuncta gl. de elect.

hæredes cognosci possent, iuxta S. Tho. receptum *c*. Quorum restitutio pauperibus est facienda *d*. Et secũdum multos Episcopis est reseruata, & per eos tantum facienda, secundum Hostiensem *e*, sed cõmunis contra, cuius veritatem copiose *f* probauimus, vbi concluſimus eum, qui restitutioni est obligatus, per seipsum sine Episcopo, & etiam sine confessario, restituere posse; imo quod Episcopus contrarium iubere non potest, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris se interponere, secundum Angel. *g* Rosel. *h* & alios, quos refert Sylu. *i* quod adeo quidem verum videtur, quod consuetudo cõtraria nõ valeret, siue quia contra legem naturalem esset, siue quia irrationabilis, eo quod Episcopis cõmuniter non magnæ curæ sunt pauperes, iuxta Syluestrũ. *k* Quamquã consuetudo Episcoporum, qui sibi ipsis restitutionem horum bonorum reseruãt, de qua glos. *l* mentionem fecit, defendi posset intelligẽdo de absolutione peccati cõmissi ob illorum non restitutionem, & de restitutione, & ordine confessariorũ, hoc est, prohibere cõfessarijs, ne absque consilio Episcopi absoluant, aut distribuant, sed non prohibere parti, vt si per se velit, non restituat, nec suã cõscientiam, prout debet, exoneret. Ex hac noua distinctione aduersæ opiniones omnes inter se conciliari possunt, simul & constitutiones synodales multorum Episcopatuum defendi.

Dixi supra *Regulariter*, quia Episcopus interponere se potest quatuor in casibus. *Primus*, cum restitutioni obligatus moritur absque hęrede & exequutore. *Secundus*, cum qui restituere tenetur, non vult id facere, & contra illum in iudicio proceditur. *Tertius*, cum qui restituere debet, nõ recte distribuit. *Quartus*, cum huiusmodi res ab eo, qui est, aut fuit manifestus vsurarius, possidentur, secundum communem *m*.

93 Addimus tamen, quod propter omnes rationes, ob quas cõfessarius debitorẽ rerum certarũ non statim restituentẽ, aut ad certum tempus absoluere potest, à fortiori debitorẽ incertarũ poterit. Et quod si restitutioni obnoxius est pauper, potest sibi totum, aut aliquã partem capere, maxime de cõsilio Episcopi, aut cõfessarij, tanquã vnus ex pauperibus per ea, quę infrã *n* dicemus *o*. Neque est necesse iniungere ei onus orãdi, vel alia pia faciendi pro animabus eorũ, quibus restitutio debebatur, quę necesse nõ esset alijs pauperibus iniũgere; quia nõ est textus nec ratio, quę id probet, quãuis ad ea, quibus alij obligarẽtur, teneretur *a*. Addimus etiã, quod licet piẽtius esset, pauperiores eligere, & ex his cęteris paribus meliores *b*, non tamen est necesse; quia nulla lege aut ratione id conuincitur *c*.

Per pauperes vero intelligimus nõ solũ personas pauperes, sed etiã Ecclesias, Xenodochia, & Monasteria, ornamentis luminaribus, ędificijs, & alijs similibus indigẽtia, secundũ Ioan. Andr. cõmuniter receptũ *d*: aut alia opera pia; quia reditus Ecclesiastici ęque aut magis, quam hęc incerta pauperibus debẽtur.

c 2.2.qu.62. art.5.
d Cap.cum tu, de vsur.
e In dict.ca. cum tu, & in summa de pœn.parag. fin.
f In Cõment. dict.c.cũ sit.
g Verb. restitutio.2.parag.14.
h Eod. verbo parag.2 Pisan.restit.6. Gabriel in 4. d.15.q.2 col. 28.& Ioan.de Lign.& Calde in di. c.cũ sit de Iuda.
i Verb.resti. 3.q 5.
k Vbi supra.
l Cap.2.de pœn.& rem. lib.6.
m Vbi supra.
n Eod.c.nu. 181.
o Et latius in tract.de credit.Eccl.q.3. monit.25.n.3
a Arg. l.illud ff.ad l.Aqui. & c.inter cæteras restit.
b Ca.est probanda, & ea non satis 86. dist.
c Vt in eod. tract.C.de monit.17.n.1 cõcludimus.
d In ca.1.de rest.lib.6.

tur *e*. Et certum est illos in alia opera pia insumi posse, quod latius probamus *f*, quidquid dicat Petrus Perusinus *g*, cuius opinioni in legatis pauperibus factis locus esse posset. Imo & pauperes intelliguntur non solum mendicantes, sed etiam alij egentes ijs, quæ sunt eis ad decentiam necessaria *h*.

Per quæ resoluo affirmatiue illud noue quæsitum, An iuste retineat quis illud, quod per compositionem factam cum Camera Apostolica super incertis retinet, modo vere sint incerta, iuxta definitionem datam supra *i*; & modo compositio nō sit indiscreta, vt quia 20. millia pro 3. vel 4. millibus remittuntur, vt dicit Caietan. *k* quia Papa habet administrationem generalem omnium, quę debentur pauperibus, per ea quæ tradimus *l*. Et ita potest iusta de causa applicare in alia pia *m*, & condonare aliqua iusta de causa; qualis est recuperandi pro illis, quod alias non recuperaretur, vel tarde. Aduertant tamen procuratores huiusmodi compositionum, quod sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si cum possint, non restituant ea pauperibus; imo & post compositionem, si est eis animus non restituendi sibi condonata, etiamsi non fuissent condonata; sicut fur, cui remissum est furtum, peccaret, si esset animo non restituendi illud, etiamsi non esset remissum *n*.

e Ca. aurum 12. q. 2. & ca. fin. 16. q. 1.
f In d. tra. q. 1. monit. 26. nu 2.
g In tract. de canon. part. Episc. ca. 7.
h Vt diximus in d. tract. q. 1 mon. 27. n. 3. & subtiliter Caiet. 2. 2. q. 100. a. 1. ad 7. isnod. n. 92.
k Ibidem.
l In Comm. ca. non liceat Papæ 12. quæ. 2. parag. 12. nu. 2.
m Arg. clem. quia contingit de reli. domi.
n Arg. dictorū sup. n. 98.

De fructibus beneficiorum male impensis.

94 *Confessarius quid de impensis beneficiarij iudicabit resolute.*
94 *Impensa omnis inordinata peccatum, sed magis clerici quam laici.*
94 *Regularis beneficiarij impensa quæ iusta, & quæ non.*
94 *Beneficiarij regularis & sæcularis quæ impensa recta.*
94 *Beneficiarius quæ profane impensa non restituet.*

94 COmmunis & vera opinio habet, Beneficiarios impendentes fructus suorum beneficiorum in prauos, vanos, vel profanos vsus, & ab eisdem accipientes, non solum peccare, sed etiam ad restituendum teneri, vt late probamus, declaramus, & limitamus in tractat. de redit. Ecclesiast. *a* Summam quorum huc spectantium in monito vltimo *b* quamplurima continentem pro paucis, quæ hoc in loco in vulgari posueramus, in gratiā cōfessariorum de verbo ad verbum reponimus.

a Quæst. 1. 2. & 3.
b Dicta q. 8.

Nempe, quod admonendi sunt confessarij, & cōsultores beneficiariorū, ne facile peccati mortalis & restitutionis dānent, vel absoluant beneficiarium confitentem malam bonorū suorum impensam, imo mature considerent. *Primum*, omnem impensam quorumcunque bonorum à quibuscunque, quocumque modo factam, si est inordinata, hoc est, contra rectam rationem naturalem, diuinam, vel humanā; omnem item retentionem inordinatā esse peccatū, saltem veniale; quia illa est prodigalitas, hęc auaritia, hęc est cōtra virtutē liberalitatis per defectum,

defectum, illa contra eandem per excessum, & ita vtraque mala, & peccatum saltem veniale, quod probat S. Thomas *c*. Inter impensam autem prodigam, & retentionem auaram beneficiariorum de reditibus Ecclesiasticis ex vna parte, & similem de reditibus laicis ex altera, hoc distare, quod hæc regulariter est venialis, illa vero mortifera, vt diximus *d*.

Deinde animaduertat, An sit regularis vel sęcularis. Et si est regularis, eadē censura censeant impensam factam ex aliis bonis, quoquo modo quæsitis ante vel post possessionē, ac de reditibus Ecclesiasticis; quia illa omnia sūt Ecclesiastica, eo quod quidquid habebat ante professionē, fit per eā monasterij, vel ordinis *e*; quidquid post eā quærit, adquirit eisdem *f*, vt dictum est in dicto Tract. *g* & modū restituendi male impensa pono ibidem *h*. Si autē est sęcularis, cōsideret cuius speciei sint bona illa quæ impendit, & non cēseat eū mortaliter peccare magis quā laicum, si bona illa erant patrimonialia, vel quasi *i*. Quorū in numero sunt etiam ea, quę ratione dignitatis clericalis, missando, prædicando, cōfessiones audiēdo, & alia sacra ministrādo, quęsierit, vt ibidē probatur. Idem si erant Ecclesiastica, sed reliquata ex illa eorū parte, quæ illi ad decentē vitam erat cōueniens *k*, etiamsi auare fuerint reliquata, siue residua facta. *l* Idē si ea beneficiarius ipse sit commeritus ex obsequiis Ecclesiæ pręstitis, vltra ea quę tenebatur præstare inseruiēdo mediocriter suo beneficio *a*, vel si tantundē dederit Ecclesiæ suæ, vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, quātū de reditibus Ecclesiasticis impenderit. Ita quod tantundē potest pro patrimonialibus habere de reditibus beneficij, quātū in eleemosynas, & alia opera pia impēderit, postquā beneficium fuit adeptus *b*; quod est maxime notandū. Iudicet etiam bene impensum, quod datum fuit pauperibus, quibuscumque etiā alienigenis, & locis piis extra suam parochiā, vel Episcopatū sitis *c*, etiamsi non fuerunt data in necessitatem naturæ, sed tantū decentiæ personæ *d*. Idē faciat si fuerit impēsum in decentiā, aut vtilitatem Ecclesiæ immediatā, vel mediatam, hospitio suscipiendo regē, proceres, & iudices eius; litteratos item, & alios amicos, & etiā aliquando inimicos, vt loco & tempore opportunis prosint, vel nō noceāt Ecclesiæ, vel iuribus eius, vel litigādo pro iurib⁹ Ecclesię, vel pro sua electione vel prouisione. *o* Idem si fuerit impensum in remunerationē obsequiorū à cognatis, amicis, vel famulis ei prætitorū *f*. Idem iudicet de vere irreuocabiliterq; donatis ad quæuis opera pia, etiā in articulo mortis *g*. Idē etiā de illo superfluo beneficiarij, quod seruat in pia opera etiā futura, modo probabiliter sperentur *h*. Nec putet male impēsum, eo quod beneficiarius male viuat, & ob id perdat fructus, modo alias canonice possideat *i*. Idem itē iudicet de quęsitis per distributiones quotidianas, quod de aliis reditibus *k*, & de quęsitis per pēsiones *l*. Pro malo vero impenso iudicet

c 2.2.q.118. ar.1.& 119. art.2.

d In d.tract. q.3.monito. 34.post San. Th.in dict.q. 219.art.2.

e Authen.ingressi, Co.de sacrof.Eccl.c. in præsentia de prob.

f Ca.cum olim 2.de priuil.

g Qu.1.monit.8.& tribus seqq.56. & 91.

h Qu.2.monit.20.

i Per posita in monit.20.

k Per monitū 26.& duo sequentia q. 2.& monitū 44.eadem q. 1 Prædict. monit.26.& seq.

a Per posita in q.1.mon. 29.c.mon.27.

b Per idem monitum.

c Per dictum mon.29.

d Per idem monit.

e Per ibidem dicta & monit.28.

f Per monit. 26.ead.q.1.

g Per d.monit.34.81.& seq.q.1.

h Per monit. 25.

i Per monit. 29.

k Per monit. 29.

l Per monit. 32.

iudicet retentionem superfluorum sine iusta causa, & sine proposito impendēdi pijs operibus, saltē futuris probabiliter speratis *m*. Beneficiarium autem, qui fuerit confessus se impendisse notabilem quantitatem de reditibus Ecclesiasticis male, vane, aut profane, extra casus & modos sub prædictis comprehensos, iudicet peccasse mortaliter, tenerique ad restituendum, qua parte poterit illam, pijs operibus. Iudicet item diuitem, qui gratuito contractu recipit à beneficiario aliqua, sciēs non esse patrimonialia, vel quasi patrimonialia, neque ob causas prædictas largita, peccare mortaliter, tenerique ad procurandum, quod donans restituat, & restituere, si ille id non fecerit *n*. De restitutione autem lucri, quod in ludis fit, dicetur infra *o*, & de restitutione famæ *p*.

m Per monit. 23.

n Iuxta monit. 61. q. 1. & q. 2. moni. 28.

o In cap. 20.

p In cap. 16.

Præceptum contra septimum peccant hi.

95 *Præceptum contra septimum peccat mortaliter, qui accipit alienum, & seqq.*

108 *Mercenario & famulo male soluens, vsque ad num.* 114.

114 *Excommunicatio non ligat eum, qui clam sua recuperat.*

114 *Debitum tantum legale recuperationem occultam iustificat, & seqq.*

117 *Legatum pium qui male soluit.*

118 *Necessitas extrema excusat à peccato, sed non à restitutione, & nu.* 119.

120 *Venatus & piscatus prohibitus, & an restitutio excuset.* 125.

121 *Restituere qui domini iubent inutiliter.*

122 *Custos pascui, venatus, & piscatus, &c.* 123. & 124.

126 *Columbarium quod licitum.* 127.

126 *Animalia qui ferit, occidit, vel includit, & nu.* 128.

129 *Apes, & examina earum capiens.*

95 PEccat *primo* contra septimum præceptum, qui rem alienam notabilem furatur, vel vult furari *a*.

a Vbi supra nu. 1.

Secundo, qui rem suam propriam, credens esse alienam, accipit; quamuis quoad forum exterius pœnam non incurrit, si per id nemini nocet *b*, nec quoad forum interius ad restitutionem obligatur *c*.

b Arg. l. inter pactum §. penult. ff. de furt.

c Vt ibi n. 2.

Tertio, qui rem suam, in quam aliquod ius alius habebat, contra eius voluntatem contrectat, vt pignus traditum, aut equum locatum vel commodatum *d*.

d Supr. n. 26.

Quarto, qui vi accipit, aut vult accipere aliquid, quod peius est quam furari: est enim rapina *e*, & est alterius, & peioris speciei, secundū S. Th. *f* ideoq; habet circumstantiā necessario cōfitēdam *g*, & non solum de accepto, sed etiā de honore, quem per iniustā vim abstulit, satisfacere tenetur, vt alij qui sine rei ablatione iniuriam faciunt, iuxta sententiam eiusdem S. Tho. *h* & aliorum: & eadem videtur dicēda de illo qui cogit, vel cogere vult

e Cap. pœnale 14. q. 5.

f 2. 2. qu. 66. art. 9.

g Per prædict. supr. c. 6. nu. 1.

h Vbi supra.

vult ad dandum, vel faciendum aliquid *i*.

Quinto, qui rem sacram ex loco sacro, aut non sacro, aut rem non sacram ex loco sacro furatus est, quin & plus peccat, quã fur simplex, & alterius speciei peccatũ, nempe sacrilegium, admittit *k*: & si id commisit effringẽdo fores, fenestras, seras, tectum aut parietem Ecclesię, est excommunicatus ipso iure *l*, quãuis non ob solam effractionem, quã furtum non sequitur, nec ob solum furtum sine effractione, licet vtrumq; sit peccatum graue, & propter iniuriam, quę per vtrumque infertur Ecclesiæ, puniri debeat, vt *m* diximus. Cui consequẽs est id quod Ioannes Maior *n* dixit, scilicet, quod qui effracto sacrario sanctissimum Eucharistię sacramentum furaretur, excommunicatus esset. Locus autem sacer quoad hoc dicitur quęlibet Ecclesia, Xenodochium, basilica, eremitorium auctoritate Papæ, aut Episcopi ędificata *a*, aut cœmeterium per illos sacratũ *b*.

96 *Sexto* peccat, qui recipit aliquid notabile, vt faceret quod facere tenebatur; vt iudex pro ferẽda iusta sẽtẽtia, aut testis pro dicẽda veritate, aut accusator pro accusatione iusta, ad quã tenetur, aut vt desistat ab ea iniuste *c*, & obligatur restituere, quod accepit, ei, qui dedit, vt dictũ est supra *d*. Et quãuis grauius peccet qui capit, vt faciat quod facere nõ debet, aut omittat, quod facere debet; nõ tamẽ tenetur ex prȩcepto restituere quod accepit; quãuis ad damnum, quod fecit, tenetur, per dicta supra.

Septimo, qui alterius iussu aliquid emit, & dixit pluris emisse, quo sibi illud plus retineret, iuxta S. Antonin. nisi pro impensis necessarijs acceperit, aut venditor donauit ipsi, & non pro quo emit *f*.

Octauo peccat, qui distributor onerũ & commodorum alicuius cõmunitatis, vel alius, nõ distribuit iuste, aliis plus oneris, quã debet, imponendo, & aliis minus cõmodi, quã par est, tribuendo, secundum Antonin. & omnes; quamuis nec odio, nec alio malo animo id faciat, nisi ignorantia probabilis iuris, aut facti eum excuset; quia iustitiam distributiuam violat, & restituere tenetur grauato id, in quo grauauit, secundum omnes *g*.

Nono peccat, qui prælatus aut dominus, cui est ius conferendi beneficium Ecclesiasticum, aut officium publicum, confert illud indigno, secundum omnes, vt *h* diximus, & restituere tenetur, etiamsi sit Papa, secundum omnes, non quidem digno, vel digniori, vt aliqui dicunt, sed reipub. vel Ecclesię, cui damnum intulit per supradicta *i*.

97 *Decimo*, qui impediunt aliquem, etiam sine malo animo, à consequutione alicuius boni, officij, aut beneficij, in quo erat ei quæsitum ius in re, vel ad rem, vel malo animo à consuetudine alius, in quo nondum erat tale ius quęsitum. Sed in prio-re illo casu tenetur ad restitutionem, in hoc vero non, nisi vi, metu, mendacio, aut minis id faceret, per dicta supra *k*.

Vndecimo, qui pœnam vel mulctam iniustam imponit, vel est causa

f Arg. totius tituli ff. quod metus causa, & his, quæ vi in vol. Gregoriano & lib. 6.

k Cap. quisquis 17. q. 4.

l Capit. conquesti, de sentent. excom. de quo infra ca. 27. nu. 94.

m Post Pan. Felyn. & cõmunem in d. ca. conquesti.

n In 4. d. 15. a Ca. constitutus, de relig. domi.

b Cap. 1. de consec. Eccl. lib. 6.

c Cap. non sane 14. q. 5. ea. militare 23. q. 1. l. 1. & 2. ff. de condi. ob turp. cau.

d Eod. c. n. 34

e Eod. c. n. 33.

f Arg. ca. requisisti de testam.

g Præsertim Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2.

h In c. graue de præbend.

i Eod. nu. 78.

k Eod. c. nn. 69. & seqq.

causa

causa, vt alius id faciat, aut ne suum ius consequatur, cum restituendi obligatione, iuxta omnes *l*.

98 *Duodecimo* peccat, qui sibi capit aliqua eorũ, quæ in mari amittũtur, neq; sunt piratarum, nec infideliũ, siue ex naui, siue ex mari, siue ex littore accipiat, cũ restituẽdi obligatione, *a* quãuis ea perirẽt nisi ille occuparet; qualia sunt farina, saccarũ, papyrus, cũ ex charitate opẽ suis proximis ferre teneatur *b*; & si fuerit in mora restituendi etiam ante monitionẽ, ipso facto est excommunicatus quoad Deum, licet quoad Ecclesiam debeat pręcedere monitio, vt ibi declarat Pan. Quod locũ habet, nisi periculo mortis etiam non adeo probabili se obijciat quo ea seruaret, quia tunc sibi retinere posset, eo quod ad opem ferẽdam cum tali periculo non teneatur. Quamuis etiam tunc si dominus iuste sperat se recuperaturũ suũ per aliud mediũ, scilicet, quia mare ad litt⁹ eijceret, aut inueniret alios, qui mercede illud periculũ subirent, restituere tenetur, soluta sui laboris mercede iudicio boni viri, iuxta S. Antõ. *c* Angel. *d* & Syluest. *e*

99 Quãquam simplex, qui crederet illud accipere sibi licitũ esse per statuta regionis, aut per aliquam aliam rationẽ, mortaliter nõ peccaret, nec ipso iure excõmunicatus esset, licet respondere teneretur, si iudex sub excõmunicationis pœna moneret scientes ad manifestandũ. Inter omnes autem conuenit capta omnino derelicta, vel pro derelictis habita, non esse restituenda, per ea quę infra *f* dicentur. Non tamen putatur habitum pro derelicto quod in mare ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur *g*, quamuis sic illud, quod dominus deserit eo quod existimat quod licet recuperari sine probabili periculo vitę posset, neminẽ tamen illud subiturum *h*. Item dicendũ de accipientibus ab ijs, quorũ domus, & bona igni deflagrant, qui grauius peccant, quã qui simpliciter furantur *i*.

Neque obstat, quod quidã ait me affirmare hic, posse quẽquam capere, & seruare sibi bona Christianorum piraticã exercentiũ per naufragium amissa. Non inquã, obstat, quia respondetur *primo*, me neque affirmare, neque dicere illud, sed longe aliud, scilicet quod peccat, qui capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum, nec infideljum, &c. quod est aliud ab eo, quod ipse imponit. Itẽ quod in meo dicto nulla mentio fit de Christiano exercente piraticam. Tum quod solum damno capientẽ bona in mari amissa, si nõ sunt piratarum & infidelium, & hoc est verissimum. Quod autem idem sit de bonis piratarũ, & infideliũ omitto dicere, & casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur iuri communi *k*. *Secundo*, quod non debuit per subauditionem, & per argumentum à contrario sensu corrigere meũ dictum, cum huiusmodi argumenta non debeant sumi ad probandũ id quod est contrariũ iuri *a*, & traditur in aliis mille locis, quorũ aliqua referuntur à Panormitano, & Felyn. *b* Et consequenter si est verum

iure

l Arg. c. si. de iniu. & l. qui occidit ff. ad l. Aquil.
a Ca. excommunicationi de raptor b. l. si quis, ff. de incend. rur. & naufra & l. de precario. ff. ad l. Rho.
b Dicto cap. excommunicationi.
c 2. part. tit. 1. c. 15. parag. 2.
d Verb. naufragium parag. 3.
e Eod. verb. qu. 2.
f Eod. nu. 170 de reb. inuẽt.
g Secundum gloss. Pan. & communem in c. cum dilecti de accusat.
h l. si quis merces ff. pro dereli.
i Gabr. in 4. d. 15. qu. 3.
k l. commodissime ff. de liber, & postu.
a Ca. à nobis 2. de sec. excom.
b In ca. cum Apostolica de ijs quæ fiunt a præla. & Felyn. in ca. significasti de foro competenti.

iure comuni, vt ipse colligit contra me, male profecto colligit per subauditionē, & à contrario sensu. *Tertio*, quod asserit esse verum etiam id quod colligitur à contrario, de infidelibus, cū quibus est nobis bellum iustū, & quilibet pius debuit credere, non intellexisse me de aliis *c*. *Quarto*, quod nec per somniū vnquam intellexi res à piratis raptas nō debere dominis eorū restitui, si cognoscantur, quāuis de receptis ab hostibus iustis, & postea recuperatis distinguātur *d*. *Quinto*, quod non tam facile debuit dānare, sine vllo auctore, id quod ego sequutus S. Antoninū, Ange. & Sylvest. æque videor mihi dixisse, nempe, quod qui cepit aliquid amissū in mari, potest sibi retinere tribus cōcurrentibus. *Primum*, quod illud omnino erat perditum, si non saluasset ipse. *Secundū*, quod perdiderit spem recuperandi. *Tertiū*, quod saluās illud maximo vitę periculo ob id se obiiceret.

Nec obstat ratio illa generalis, quod res aliena vbicūq; reperiatur, est domino restituenda; quoniā id non est perpetuo verū: fallit enim cum iusta causa cōtrarium suadet *e*: & in re vsucapta *f*: & in re pro derelicto habita *g*: & in clā accepta pro legali debito, iuxta supradicta *h*: & in ea, quā Princeps iusta de causa militi cōcedit *i*: & in casu proposito videtur interuenire iusta causa conflata ex eo, quod dominus satis præsumi potest habuisse pro derelicto, & quod capiens non tenebatur tā grāde periculū subire, & quod alioquin illud omnino perijsset. Et quod sicut vsucapio iustificat acquisitionem rei alienæ, ne incerta sint retū dominia; *k* à fortiori videtur iustificare causam retinendi huiusmodi acceptū, ne omnino periret; cū lōge peius sit rem omnino perire, quā eius dominium, penes quem sit, incertum esse, adiuncta præfata spei recuperandi amissione & præsūptione derelictionis, & quod fortuna, quę est ipsa prouidentia diuina, insperatam rei recuperationem ei concessit.

100 *Decimotertio* peccat, qui non casu, sed de industria in aliquam domum, aut locum, aut segetes ignem immittit, cum restituendi obligatione *l*. Et si locus erat sacer, puta Ecclesia, aut cœmeterium, aut xenodochium, &c. ipso facto est excōmunicatus; & quamuis antequam denuntietur ab *l* Episcopo absolui possit, non tamen postea *m*. Sed si locus non esset sacer, non est ipso facto excommunicatus, quamquam excōmunicari debeat. Et tales quando dicantur denuntiati aut nō, dicetur infra *a*. Auctor vero incendij, aut alterius delicti manifesti occultus, non potest pœna excommunicationis cōpelli ad se manifestandū, sed ad restitutionem debitam faciendā sicb.

101 *Decimoquarto* peccat, qui soluit, aut solui facit iniuste, ob debita in carcerem iuste coniectū, cum obligatione restituēdi debitum creditori, quāuis misericordia motus id faciat *c*; nisi sit adeo pauper, vt neq; per se, neque per alīū probabiliter soluere posset; quia tunc quēadmodū ipse se soluendo, & fugiendo nō peccat, ita nec alius, qui fugę auctor esset, nec restituere creditori

e Aliote misericordes, de regul. iur.

d In lib. 2. & aliquot alijs ff. de captiuis & post l. reuer.

e Vt in cap. me quis 22. qu. 2.

f Tot. titu. ff. de vsu cap.

g Tot. tit. ff. pro derelicto

h Cap. cod. nu. 5.

i l. ité si verberatum ff. de rei ven. & l. Lucius ff. de euict.

k l. 1. ff. de vsu cap.

l Cap. pessimam 22. qu. vlt. & cap. si quis, de iniu.

m Panorm. & communis in c. conquesti. & ca. tua de sent. exc.

a In cap. 27. num. 94.

b Cap. quidā 5. q. 1. & Caiet. in Opus. li. 17. Resp. 14. respons.

c Ioan. de platea. in l. quoties, de exact. li. 10.

creditori tenetur, secundum communem; quamuis secundū aliquos sic, ad compensandum damnum quod inde carceris custodi eueniet. Contra quos tenet Caietan. quē sequimur *d*, eo quod qui è carcere licite fugit, ad damna custodis non tenetur; quia illud damnum per accidens, sine intentione eius, qui se carcere liberat, contingit.

d 2.2.q.69. art.4.

102 Dixi, *Coniectum in carcerem ob debita*; carceratus enim ob delictum morte, aut abscissione mēbri dignum, licite fugere potest, iuxta S.Tho. *e* siue peccatū occultum sit, siue publicū, siue condemnatus sit, siue non *f*, quidquid dicat Cardin. *g* etiā effringendo, aut limando compedes, & etiā carcerem rūpendo, modo vim carceris custodi nō inferat, aut alteri iustitię ministro, quidquid dicat Henri. *h* & Sylu. *i* vt optime Caiet. *k* defēdit, & à fortiori ratione fugere potest is, qui quæritur, vt capiatur iuste aut iniuste, cū voluntate satisfaciendi tantū, quantum cōscientia recta dictat. Qua eadē ratione potest quis alterius fugam sine peccato iuuare, vt antequā capiatur à iustitiæ ministris, liberetur, quādo nec ex obligatione sui officij, nec ex mādato Regis, nec alterius superioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re particulari prohibetur, & credit quod suo iudicio sine carcere, & sine pœna tēporaria resipiscet à peccato, vt *l* diximus; & infra *m* repetemus addendo quædam Caietano *n*.

e 2.2.qu. 69. art.4.ad 2.
f Sylu. verbo fugere.
g In clem. pastoralis, de re ind.
h Quolib.9. art.25.
i Vbi supra.
k In dicto ar.4.
l In ca. ieiet verba, 11.q. 3.concl.6.
m Cap.25. num.38.
n In dicto art.4.

103 *Decimoquinto* peccat, qui captiuus fugit, aut fuit causa, vt alius captiuus à suo domino fugeret, cū obligatione restituēdi eundem captiuum, si potest, sin minus æque bonum, aut pretium, & præterea omnia quæ ille fugiens furatus est; quia quemadmodum fuit causa fugæ, ita & omnium, quæ fugam adornans surripuit *o*, secundum dicta supra *p*: quamquā Christianus captiuus apud infideles fugiendo non peccet, nec qui ei auxiliatur *q*, si tempore pacis, aut iniusti belli ex parte infidelium captus fuit *a*. Idem est, si Christianus iniuste ab alio Christiano detinetur: sed si captus fuit in bello iusto ex parte infidelium; quale esset, si Christiani tempore induciarum, aut pace cum illis cōstituta infideles adorirentur, restituere hone stam redemptionis mercedem tenetur, *b* quamuis non persōnā propter animæ periculū. Ad nullā etiā restitutionē tenetur in casu aliquo, si infidelis ad circumcisionem, aut idololatriā Christianum cōpelleret, quia ipso facto omnino liberatur *c*, & ita qui liberauit, non peccat, quin bene meretur, Syluest. *d*

o Arg.c. fin. de iniur.
p In cap.11. num.15.
q Arg.l.1. C. ne Christia. mancipium.
a Arg.ca. dominus 38. q.2.& qu.8. ca. vt priderem
b Arg.cap. nolit. 23 q.1.
c Cap.nulla 54.dist.5.
d Verb.tantum,q.6.

104 Neque obstat, quod quidā ait, me dicere hic, captiuū in bello captū nō posse fugere, & ad suos redire; quod ea ratione dānant, quod nō distinguo inter seruum emptū, & bello captū, vt Sotus distinguit *e*. Non, inquā, hoc obstat: quia respondetur primo nō dicere me id quod mihi imponit; quia nō loquor in specie de captiuo fugiēte ab hostib⁹ ad suos, sed in genere de captiuo fugiente à domino suo. *Secūdo*, quod citat glossam *f*, quæ sine vlla distinctione definit, seruum in bello iusto

e Lib.4 q.2. art.2 de iust. & iur.
f Cap. ius gentium, 12.

captum peccare fugiēdo à suo domino. *Tertio*, quod Sotus nō firme asseuerat distinctionē inter seruum emptum, & bello captū, sed eam sine vllo auctore allegato facit per verbum *reor*, & paulo post defert iudiciū Iurisprudentibus, miscēdo aliqua quę iusta dolabra indigent. In quibus est, quod cap. *si quis seruum.* g non probat conclusionē pręfatæ glossę, in quam ipsam citat, & quod nō loquitur de seruo fugiēte, sed de sollicitāte eū ad fugiēdū, & quod potest intelligi de emptitio; quę respōsio confutatur. Tū, eo quod; si peccatum est sollicitare seruum ad fugiendū, à fortiori peccatum erit seruo fugere, cū plus delinquat regulariter faciens actū, quam consulens illū *h*. Tū quod, ex nulla parte illius c. nec cap. pręcedētis, quod ei cōcordat, potest colligi Cōciliū Gangrēse, vnde fuerūt illa excerpta, agere de seruo emptitio magis, quā de bello capto. Tū quod nullū Iurisconsultorum responsum *i*, nec vlla Imperatorum constitutio *k*, nec vllus cōmentator eorū classicus eius nouam distinctionem, quod meminerim, fecit. Tū quod ius gentium publicā tantam, vel maiorem auctoritatem potuit dare dominis super captos in bello, quantā consensus priuatus; cum auctoritas publica, pręsertim omnium gētium, maiorem potestatem habeat in personas hominum, quam vllus priuatus *l*. Præsertim, quod causa publica inducendi seruitutē bello captorū multo iustior fuit, quam causa priuata, ob quam se quis vendit; quia fuit conseruatio publica vitæ innumerorum bello captorum, & causa seruitutis per emptionem fuit priuata, & paucissimorum. Tum quod Couarruuias in locis per opponentē citatis *a* nihil de hac distinctione meminit, & expresse *b* affirmat, peccare seruum fugientem à domino, si fugeret extra limites hostium redeūdo ad suos, etiamsi sit Christianus ab infidelibus iusto bello captus. *Quarto*, quod praxis totius fere Ecclesię Christianę cogit seruos redire ad dominos suos, nisi sint Christiani, & inueniātur in regnis, quæ de more antiquissimo non ferunt, vt in illis vllus Christianus sit seruus; qualia sunt regna Francorum, & patria cōmunis Roma, quæ donat libertate Christianos seruos sese certo modo sibi subdentes. A quibus tamen absoluendis sine concepto proposito redeundi ad dominos suos audiui abstinuisse multos eruditos cōfessarios.

105 *Decimosexto*, qui recipit aliquid gratuitum ab eo, qui donare nō poterat, nisi ignorantia probabilis excuset, & ad restitutionē tenetur *c*. Donare autē non possunt Abbates, religiosi, moniales *d*, serui, & alij, qui non habēt aliquid suum propriū, & filij, quisūt in potestate patris *e*. Licet hi cognatis donare bene possint, si liberā administrationem haberent, & etiam aliis ex suis bonis castrēsibus, aut quasi castrēsibus *f*. Possūt etiā illi omnes cū expressa, vel tacita facultate superioris donare; quā habere credūtur, qui cū eorū facultate student, aut peregrinātur, ad largiēdas eleemosynas pauperibus, iuxta id quod alij schola-

17.q.4.

h Per c. i cū ei adnot. de offi. deleg. & per dicta supra eod. 1. num. 14.
i In ff.
k In C.

l Arg. l. liber homo ff. ad l. Aquil. & ca. contingit, de sent. excōm. cum adnotatis eis, & alibi sæpe.
a Scilicet ca. peccatum, 2. par. parag. 11. n. 6. & c. 10 n. 10. lib. 1. variar. resol.
b In dicto c. nu. 10 approbando præfatam gloss.

c Monal. in summa.
d Cap. non dicatis, 12. qu. 1.
e l. filius familias, ff. de donat.
f Dict. l. filius cum gl. & commun.

ſcholaſtici ſuę conditionis regulariter faciunt *g*. Et etiã in caſu extremæ neceſſitatis, & etiam magnæ, ſi ad ſuperiorem non pateat confugium, iuxta Panormitanum receptum *h*.

106 Neque etiam vxor, quę præter dotẽ non habet alia bona quæ paraphernalia vocãtur, donare regulariter poteſt ſine expreſſo aut tacito cõſenſu mariti, niſi quãdo ipſe ad id tenetur *i*; ſub qua limitatione includi poſſunt octo caſus, quibus vxori donare eſt licitum, quos poſt alios *k* Syluester *l* ſcripſit. Neque furioſus, qui non habet certa interualla, in quibus ad mentem redire ſolet *m*. Neque pupillus abſque tutoris ſui auctoritate *n*. Neque prodigus, qui habet curatorem, aut eſt ei bonis interdictum *o*. Neque minor 25. annis: quamuis eius donatio valebit, ſi poſt illos eam ratam habuerit *p*. Neque perſonę Eccleſiaſticæ de reditibus Eccleſiaſticis, niſi ad pia, vel modis tactis *q*. Neque hæretici, nec rebelles, nec alii ſimiles, quos lex ob ſua delicta ſuis bonis ipſo facto priuat *a*. Quamquam illi, quibus donata ab illis ſunt, vſque ad ſententiam declaratoriam retinere poſſunt *b*.

Decimoſeptimo, qui recipit aliquid notabile pro ſe, ſciens non eſſe illius à quo accipit per contractũ, ſiue oneroſum, ſiue gratuitum *c*, cum reſtituendi obligatione, vt dictum eſt ſupra *d*.

107 *Decimooctauo*, qui ſe ſanctum, deuotum, pauperem, infirmũ, aut religioſum, cũ non eſſet, ſimulauit, vt hac ſimulatione eleemoſynam ab eo, qui patefacta ſibi veritate non dediſſet, obtineret, cũ obligatione reſtituendi quod datum ei fuit, non illis à quibus accepit, quia iã apud Deum mercedem ſuam cõſequuti ſunt, ſed pauperibus, iuxta Sotum cõmuniter receptum *e*, & copioſius Adrianum *f*. Sotus tamen poſtea *g* tenuit, quod huiuſmodi hypocrita ad reſtitutionẽ non tenetur, niſi eleemoſyna magna eſſet; ſed cõmunis videtur verior; quia quod eleemoſyna ſit magna vel parua non refert quoad forum interius, de quo agimus; quia non refert niſi quoad præſumendũ, an erogans habuerit, aut non habuerit animũ abſolute erogãdi *h*; & pręſũptio ceſſat in foro interiori, vbi ſola veritas valet *i*. Quam tamen cõmunem limitamus, ne procedat, quãdo ſimulatio nõ eſt cauſa finalis, ſed tãtum impulſiua *k*; qualis videtur eſſe ſimulatio, qua paruę eleemoſynę acquirũtur. Et quoties ſic quæſitum fuerit reſtituendum, nõ eſt ei, qui dedit, reſtituendũ, vt videtur ſignificare Sotus, ſed pauperibus, vt ait communis, per quos omnia opera pia intelliguntur, iuxta ea quæ citauimus ſupra *l*; quia cauſę finales illius eleemoſynæ duæ fuiſſe videtur, ſcilicet, amor Dei, & neceſſitas proximi habiti pro ſeruo Dei; & ideo quãuis hęc ſecunda ceſſet, & ita quoad pauperem ſimulantem erogatio nõ valet, quoad Deum tamen valet; quia ceſſãte vna ex duabus cauſis finalibus, nõ ceſſat diſpoſitio *m*, & in ipſum Deum dominium trãſiit, eo modo, quo eius, quod diuinæ ſuę maieſtati donatur, tranſit *n*; & ideo impendendum

g Arg. l. ſi lõgius, ff. de iud. gloſſ. dicti cap. non dicatis, & l. 2 ff de iuriſd. omni iudic.
h In c. ſi quis de fur. & gl. d ca. non dicatis.
i Iuxta gl. c. quod Dec. par 33. q 5.
k In 4. d 15.
l Verb. eleemoſyna, q 5.
m l. Iulian. ff. de m nor.
n l. pupillus, ff. de acqu. rer. domi.
o l. is cui. ff. de verb. obligat. cũ notat per Bart. & alios.
p l. fin. C. ſi maior factus q Supra eod. nu. 94.
a Ca. vergentis, de hæret. ca. cũ ſecundũ eod. tit. l. 6 l. quiſquis. C. ad l. Iuliã. maieſt.
b Arg verb. donatio, 1. parag. 4. Sylu. eod. q. 1. parag. 8.
c Alex. 4. par. qu 86.
d Eod. c n. 10.
e In 4. l. fen. niſt. 15 q. 2
f In 4. de reſt. q. 15
g Lib 9. q. 7. ar 3. de iuſt. & iur.
h Arg. c. & ſi quæſtion. de ſimon.
i Cap. tuæ, & cap. is qui de ſponſal.
k Arg. text. optimi in l. 2. parag. fin. ff. de donat.
l Eod nu 93.
m parag. ap. nis I ſtit. de nup.

est in ea, quę ad ipsum Deum specialiter pertinent, sed nō necessario in solas pauperum personas.

Nec obstat quod quidā damnet hanc meam sententiā, qua teneo eleemosynā factā simulanti se pauperem, cum nō esset, non esse restituendam facienti eā, etiamsi esset magna; quia Sotus contrarium tenet. Non, inquam, obstat, quia respondetur *primo*, me, allegato Soto, & perpensa eius ratione tenuisse, quod nunc teneo; tum quia ipse fundatur in præsumptione, quę non habet locum in foro conscientię, de quo loquimur, contra veritatem, quæ in eo respondet. Tū quod datum principaliter amore Dei, licet non acquiratur ei, cui datur, acquiritur tamen Deo, & operibus piis, quæ sunt ipsius, vt antea respondi. Tum quod causa principalis eleemosynæ, quæ legitime datur, principalior est Deus ipse, quam is, cui ob eius amorem datur. Et quod causa finalis est potius attendenda, quam impulsiua. Et quod cum sunt duę causæ finales alicuius actus, cessante altera non cessat ille, sed cōseruatur ab altera, vt probo in contextu. Et quod opinio Soti procedit non solum in eleemosyna magna, sed etiam in parua, quando constat largitorem eius noluisse dare Deo, nec operibus piis aliis, si non esset quærenda ei, cui datur, per multa, quæ breuitas Enchiridij, & occupationes maximæ non patiuntur scribere.

a Argum. l. si quis ad declinandum iuncta glossa ver. minus, C. de Episc. & cler. & parag. si quis in nomine, aut de Eccl. tit. collat. 9. & not. per innoc. in ca. cū super decauss. possess.

108 *Decimonono*, qui mercenario diarium suum statim nō soluit, contra illud *a*: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*. Vel soluit quidē, sed non in ea re quā debet, sed alia, puta panno, aut esculento contra eius voluntatem, cum possit soluere in re cōuenta; & si in ea nō poterit soluere, id in quo soluet estimandū erit iuxta pretiū cōmune. Et si mercenarius eo nō indigēs illud vendit, & non inuenit pretiū, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta S. Antoninum *b*, & communem. Quod meminisse deberent confessarij, & admonere cōcionatores in eis terris, in quibus duces, & alij ministri Regum soluunt stipendia militibus in pannis, quibus illi nō indigent, quosq; lōge viliori pretio statim vendere coguntur. Ad soluendum tamen diarium temporis, quo seruus ægrotauit, non tenetur herus *c*. Et si mercenariū, vel quēlibet alium famulū, qui suas operas locare cōsueuit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei soluere tātum, quanti alium similem cōduceret. Et si pretium statuendum est arbitrio heri, taxandū est boni viri arbitrio *d*.

a Cap. 19. Leuit.

b 2. par. tit. 1. c. 17. parag. 3.

c Gloss. in l. si vno parag. cum quidam, ff. locat.

d Feder. cōs. 18. Angel. & Sylu. ver. familia.

Huic loco cōgruit quęstio illa iam pridem nobis proposita, An qui donauit sua, aut renūtiauit beneficio suo, vt posset iuste cooptari in aliquod collegiū, in quod soli pauperes cooptātur, sit habilis ad illud. Ad quā numquam antea fui ausus respondere, licet sępe rogatus, pręsertim Salmāticę. Tūc autē adduxi multa pro vtraq; parte, quorum summa omissis allegationibus breuitatis gratia est. Pro parte negatiua vrgere, quod paupertas prędicta videtur culpabilis, procurata, & affectata, quę nō debet

prodesse

prodesse. Pro parte vero affirmatiua, quod is est vere pauper tempore cooptationis, quod solum statuta requirunt, & quod non est factus talis culpa sua, & quod nemo diceret eum inhabilem, si id propter amorem Dei fecisset, & quod studiose, siue virtuose, & meritorie, ac satis propter Deum relinquit bona, qui ea relinquit eo fine, vt adipiscatur locum opportunum studijs & virtutibus, quo aptius maiore cum auctoritate Deo, Ecclesiæ, & Reipubl. inseruiat, quoque muniatur qualitatibus & opinione necessarijs ad cõsequenda loca, in quibus id præstare valeat. Per quæ tenuimus hanc partem, modo donatio esset irreuocabilis, sine vllo pacto de retrodonando; & renuntiatio beneficij sine pacto, & confidentia illicita de retrocedẽdo; quoniam alioqui cessio esset fraudulẽta, & ipso iure nulla, per quam non vacaret beneficium, secundum Innocent.[a]

Vigesimo, qui non vult soluere famulis debitum tacite, aut expresse conuentum cum illis, cum obligatione restituendi per proxime dicta, vel soluere quidem vult pretium conuentum, sed iliud est longe minus iusto.

a In c. cum vniuersorum de rerũ permutatione & Rot. in antiq. 7. de renun. & probit. extrauag. 1. de simon & extrauag. Pij IV. & melius nonarij V. de confidentia relata infra c. 23. n. 110.

109 Vnde *sequitur primo*, quod maior pars magistrorum artium mechanicarum; quales sunt sartores, sutores, carpentarij, & ceteri qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, vt eos doceant suas artes, ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & interdum etiam pro victu quem illis præbent, aliquid accipiunt, & Scholastici Salmanticenses, qui accipiunt famulos ex conuentione expressa, vel tacita se illis certum tempus ad studendum concessuros, & panem, & duos denariolos pro obsonio, & singulis in singulos menses singula paria calceorum, & postea occupant eos in alijs rebus contra ipsorum voluntatẽ, adeo vt nõ possint discere illas artes, aut studere, peccãt cũ magna obligatione restituendi dãnũ quod illi accipiunt, propter tempus discendi, & studendi illis ereptũ. Et si eos volentes occupant, tenentur illis dare quantũ dedissent aliis, qui absque tempore studendi, & discendi ipsis seruissent.

Sequitur secundo peccare cum obligatione restitutionis eos, qui accipiunt famulos conuentione facta quod non vacabunt literis, & illis amplius stipendium non tribuunt, quam aliis, quibus facultatem studendi faciunt; quia notabiliter est minus ea mercede, quam eorum obsequia merentur.

Sequitur tertio, quod nobiles, qui absque cõuentione expressa pueros precibus parentũ accipiunt, & præbent illis victum & vestitũ, qualem gestabant quando eos acceperunt, & per se, aut alios eos elegãtia morum, & artibus honestorũ hominum instituunt, quoad viri fiãt, & tandẽ eos honeste cultos dimittunt obligationi iustitiæ, qua erga eos tenentur, satisfaciunt; quia illis, ex conuentione expressa, aut tacita plus non debetur, nec plus illa ętas, nec illud obsequij genus meretur, nisi intercederet lex, promissio, aut cõsuetudo particularis ad plura obligãs.

110 *Sequitur quarto*, quod qui accipiunt œconomos, emptores, à secretis, architriclinos, pueros, satellites, à pedibus, & alios similes famulos cũ obligatione, vt sint parati ad illis omnibus diebus & horis, quibus eis placuerit, seruiẽdum, & nõ præbẽt illis victum, nec vestitũ, sed certã pecuniã, quæ ipsorum victui nõ sufficit, tenentur soluere reliquum, quod ad eorum victũ, & vestitum honestum necessarium fuerit, & præterea honestam aliquam mercedem pro merito obsequiorum. Dixi, *cum obligatione vt sint parati ad seruiẽdũ illis omnibus diebus & horis*, quę si nõ accipiunt nisi vt tres, aut quatuor mẽses illis seruiãt, non tenebuntur ad aliud, quã quod obsequia illorum mensiũ merebuntur, nec si eos accipiunt ad aliquas horas diei, quemadmodum aliqui doctores Salmanticenses aliquos accipiunt in comites, qui eos comitentur, euntes ad prælegendũ, & inde redeuntes, & diebus festis quando proficiscuntur ad rem sacrã, aut ab eadem reuertuntur ipsi, aut ipsorum cõiuges, nõ tenebuntur ad soluẽdum plus, quã obsequium illarum horarum cum obligatione paratos se præstandi ad seruiendum illis horis, meretur.

111 *Sequitur quinto*, quod magnates, qui suis famulis dant certam portionem ad victum & vestitum moderatũ non sufficiẽtem, non obligando tamen eos ad continuum obsequiũ, sed solum vt habitent, aut resideant certum tempus, vbi resederint ipsi, & compareant coram eis saltem singulo quindecimo quoque die semel, non tenentur ad soluendum plus quam illam pecuniam, si illis plus quam dictum est, non seruiant; quia nec conuẽtio expressa, nec obsequia facta eos ad amplius obligant: sed si pluribus, quam conuentis, eorum opera vtantur, tanto plus tenebũtur, quanto plus eos sibi seruiendo occupauerint, & minus temporis ad agenda sua negotia eis reliquerint; quia illorum meritorum iustitia eos ad id obligat per ius naturale & diuinum: *Dignus est enim mercenarius mercede sua* a.

a Luc. 10. ca. 1. 12. q. 2. ca. Quicunque.

Vigesimoprimo peccat, qui clã recipit, quod sibi deberi prætẽdit pro vsuris, dolo, aut alio delicto à se misso: licet enim spõte data propter delictũ regulariter retineri possint, nõ tamẽ iuste peti, & minus tanquam debita legalia recipi, per dicta suprab.

b Bod. capit. num. 41.

112 *Vigesimosecundo*, qui occulte recipit quod suum est, vel sibi iuste debetur, cũ commode iure recuperare posset; aut qui (etsi cõmode iure recuperare nõ possit) se ob id periculo mortis, aut amissionis alicuius mẽbri, qua iudex propter furtũ cõdemnare posset, obiicit; & qui id facit contra conscientiã sibi dictantẽ, quod ita recuperare peccatũ est mortale; & qui aduertit, vel aduertere debet, quod ex tali occulta recuperatione redundaret magnũ scandalum, aut damnũ ei, qui habebat eã rẽ, quã sic ille recuperauit, penes se depositam, aut pignoratã, aut commodatã, licet ad restitutionem non teneatur a. Nõ est tamẽ peccatũ occulte recipere, quod sibi vere debetur, quando alias illud recuperare non posset propter defectum, iniustitiã, ignoran-

a Gabr. in 4. d. 15. q. 3.

ignorantiam,vel affectum iudicis alteri parti fauentis. Et qui quamuis recuperare possit,non tamen commode propter rei paruitatem, & magnitudinem sumptus in recuperatione faciendi; aut quia ex tali lite simultates orirentur, aut licite sine lite recuperare posset,non tamen sine amissione gratiæ, & amicitiæ illius, qui debet *b*; modo in tali recuperatione hæ conditiones concurrant.

b Iurista gl. sing in capi. ius gentium distinct.

113 *Prima*,ne aliquod ex prædictis incõuenientibus sequatur. *Secunda*,ne plus debito suo accipiat. *Tertia*, vt restituat damnum corporale aut spirituale,quod ex eo in aliquem redundaret *c*. *Quarta*,vt res quam accipit, non sit aliena, nec furto, nec latrocinio ablata,nec inualide ab eo,qui debet, acquisita. *Quinta*,vt caueat,ne iterum tale debitum sibi soluatur,eo quod debitor recordatus illius debiti, vel pœnitens voluntatis non soluendi,illud,ei satisfacere velit. Cauebit autem satis, si quo modo honesto debitori,aut eius hæredibus significet nihil eos illo nomine vlli debere,secundum S. Antoninum *d*. *Sexta*, vt illud vere & iustitia sit ei debitum; multi enim decipiunt, nostro iudicio,vsurpantes ex bonis suorum dominorum pro suorum obsequiorum satisfactione,quibus quamuis aliqua cõ; ẽsatio remuneratoria debeatur debito gratitudinis,& antidotalis,non tamẽ debetur de iustitia vera & legali; obligatio enim gratitudinis,quam antidotalem appellant, non parit actionẽ, neque ius petendi,sicut obligatio legalis per notata à S. Tho, *e* 114 Ad noue autem quæsitum hic respondetur affirmatiue, quod Martinus,qui rem depositam apud Ioannẽ clam accipit pro debito,quod Ioannes ei debet,tenetur reddere,vel manifestare oblatam excommunicationem contra id accipientem, vel scientem;quia nullo iure conceditur, vt creditor accipiat in compensationem rem à debitore detentam, si non est sua; & ita est prohibitum per hoc septimum præceptum./ Credimus etiam decipi eos,qui putãt sibi licere auctoritate propria vlcisci iniurias,quas per iustitię ministros non possunt;quamuis glossa *a*(quam Paulus Castren. consulendo sequutus fuit *b*, in impressione antiqua,quod non licuit mihi nunc inuenire,) dixit posse. Et etiam qui accipiunt aliquid occulte ob pœnam, quę illis non debetur ante condemnationem *c*.

c Gabriehl supra Syl. in Rosa aurea casu.37.

d 2.par.tit.1 c.15.parag.1.

e 2.2.q.52. & 100. & alibi in l. ex hoc iure ff. de iust.& iure & l. sed &si parag.cõsulit.ff.de petit. hæred.

a l.nullus C. de Iudæ.

b In consilio mihi,203

c Per glo. in fraternitas, 12.q.2.& alia,quæ in eius cõmen. diximus.

Notanda tamen sunt sequentia.*Primũ*,quod excõmunicatio generalis Episcopi,qua monitione præmissa excõmunicaret scientes,& non reuelãtes res subtractas alicui nescienti, qui eas subtraxit,non obligaret eũ,qui sic recuperauerit,neque etiam id scientes,modo pro comperto haberẽt,eas pro debito legali fuisse subtractas;secus tamẽ si dubitarent,licet recuperans eis dicat,quod ad recuperandum suum tantum,quod iustum erat accepit,nisi tanta fide & virtute apud eos esset, vt merito propter eius dictum dubietatẽ ab animis suis depellere deberẽt *d*. 115 Quæ procedũt,etiãsi Episcopus iuberet reuelari eos, qui

d Arg.gloss. sing.in l.Titio fundus ff. de condict. & demonstr. & eorum quæ addit ei fiel in ca. cũ contingat de rescript.

rem illam pro recuperatione rerum suarũ acceperint, vt recte probat Sylu. *e* quidquid Rosel. dicat, quod ipsũ nobis videtur, quãdo datur excõmunicatio specialis ob illam rem, quicquid dicat Sylu. *f* tũ quia quãuis specialis sit quoad rẽ, tamẽ quoad personas generalis est: tum quia excõmunicatio maior generalis nõ ligat eum, qui mortaliter nõ peccat *g*: tum quia nemo se, nec alium innocentẽ tenetur prodere, præsertim ad dãnum & præiudiciũ *h*. Tum quia, vt idem Sylvester ait, si intentio iudicis est vt manifestaretur, quãuis acceperit in iustã cõpensationẽ, intolerabilẽ errorẽ cõtineret, & ita nõ valeret *i*. Tũ quia clausula huiusmodi poni solita in literis Apostolicis sub forma *significauit*, intelligenda est, quando scitur nõ fuisse acceptũ pro iusta cõpensatione, aut dubitatur *k*. Nec refert, an res sit deposita vel non, quoad forum cõscientiæ, quidquid aliqui dicant *l*.

116 *Secũdo* notandũ, quod si is, qui bene accepit, iurare cogeretur, an sciret quis accipisset, posset respondere se nescire, subintelligendo intra se aliquem, qui male accepit *m*. *Tertio* quod indubium est id, quod dixit doctissimus Medina *n*, scilicet, quod modo supra dicto recuperans, contra voluntatem debitoris parati ad soluendum illi, peccaret, licet non teneretur restituere per dicta *o*. *Quarto*, quod licet tertius aliquis nõ debeat regulariter accipere, etiã occulte, quod est eius, qui restituere tenetur, & nõ vult, nec cõmode cõpelli potest, vt suo creditori satisfaciat *a*. Vxor tamen potest de bonis mariti, qui debet, & nõ vult soluere, accipere, etiã cõtra eius expressã volũtatẽ; quia est socia adiutrix *b*: & hoc faciendo adiuuat eũ ad seruandã animã, modo sine scandalo id faciat, iuxta Gabr. *c* & prouideat, quo maritus intelligat, se illi non debere, recuperata schedula remissionis ab eo cui soluet, aut alio modo, per prædicta *d*.

117 *Vigesimotertio*, qui occulte accipit, quod dubitat, an suum sit, ad illius tamen restitutionem non tenetur, secundum Med. *e* quamdiu probabiliter, an suum sit dubitat; quod non est satis tutum: quia quamuis dubitetur an sit eius qui habebat, an eius, qui accipit quoad proprietatem; certum tamen est possessionem eius fuisse illius, qui eam antea habebat, & sic iniuste illam teneri ab eo, qui accipit, donec restituat, aut certo suum esse sciat, & sic tenetur ad restituendum *f*.

Vigesimoquarto, qui non soluit legata pia tempore & modo debitis *g*; ad cuius peccati remissionem nõ sufficit propositum in posterum soluendi, si tunc soluere sine magno sui detrimento potest, per supra dicta *h*; quod locum habet, quamuis talia legata fiant tãtum coram duobus testibus; quia iuxta canonica iura valent *i*; non obstante cõtrario statuto, quod tamquam præiudicatus libertati Ecclesiæ non valeret. Imo, qui scriberent illud, & iudicarent secundum illud, excommunicati essent *k*.

118 *Vigesimoquinto*, qui absq; necessitate extrema aliquid ad edendũ aut vestiendũ accipit, cũ restituendi obligatione, quia illa

illa licet excuset ma quisque pos lum, sed etiã pro aliter ei subueni stituendũ regula quamuis oppos in re adeo parua tis concessurum cõstaret eum, à c sed etiã gratis co pit: Quæ ratio pr mini circumstan liberalis, num co mosynas elargir 119 Inter omn cessitatem extre ad sibi, aut alteri tio superfluorur quia etiam quan cienda, & ad eos bamus: & cõse re potest, nisi vt p receptus. Neces 120 *Vigesimosext* suo damnum inf ei ius id faciẽdi, s de damno dato tudo, priuilegiu *Vigesimoseptimo* set, prohibuit, cu verisimiliter imp currentibus quir sensus populi lib metu introducta prohibita nõ pu loco extrahi, vt c *Tertium*, vt prohi iudicio, sufficit, 121 *Quartũ*, vt re diis faciunt, quo tiunt; quamuis in deit quibusdã m modi damna, & bes, ne subditi ti & indignationẽ, petere nõ audeã modi metus, etiã

e Verb. furtũ 14. q. 5.
f Vbi supra.
g Ca. nullus, cap. nemo 11. q. 3. vt in c. inter verba concluſ. 5 11 q 3. dicimus,
h Ca. quis aliquando, vers. non tibi dico de pœ. dist. 1.
i Cap. 1. de re iudicata.
k Per dicta in cap. inter verb. conclu. & erg. l. fi. procurator, ff. de condic. indebiti.
l Arg. l. illud ad legẽ Aqu. & ca. 2. de transl. Prælat.
m Arg. cap. humanæ aures, 22. q. 5. & eorum, quæ in eius Cõm. dixi & etiam supra ca. 12. num. 8.
n In Cod. de rest. q. 10.
o Supra eod. num. 112.
a Arg. c. fores, & cap. denique, 24. q. 5
b Genes. 2.
c In 4. l. sen. di. 15. q. 1.
d Supra nu. 115.
e In Cod. ca. de restit. fol. 69.
f Arg. c. sæpe de rest. spol. & l. 1. ff. de fur. quæ habet furtum fieri, quoad possess.
g Cap quia oblat. 15. q. 2
h Eod. cap. nu. 66. & 68.
i Cap. relatũ 1. de testam.
k c graue, de sen. excom. Rosel. verbo excom. 1. 18. excom. & infra traditur, c. 37. n. 119.

illa licet excuſet à tanto, non tamen à toto *l*, licet cum extrema quiſque poſſit ſine aliquo peccato accipere, non pro ſe ſolum, ſed etiã pro alio, qui eſt in eadem, ſi de ſuo nõ habet, nec aliter ei ſubuenire poteſt *m*: remanet tamen obligatus ad reſtituendũ regulariter, exceptis certis caſibus, vt dictum eſt *n*, quamuis oppoſitum communis dicat. Quæ procedere poteſt in re adeo parua, vt probabiliter credi poſſit dominum eã gratis conceſſurum, & etiam in magna, quando extreme egenti cõſtaret eum, à quo accepit, nõ ſolum eam ipſi mutuaturum, ſed etiã gratis conceſſurum, ſi præſens eſſet, quando eam accipit: Quæ ratio probabiliter credendi ex rei acceptę, & eius domini circumſtantiis colligi poteſt, ſcilicet, num ſit diues, num liberalis, num cognatus, & amicus eius, qui accepit, num eleemoſynas elargiri ſolitus, vt recte prædictus Medina notauit *o*.

119 Inter omnes autem conuenit peccare eos, qui extra neceſſitatem extremam occulte res alterius etiam illi ſuperfluas ad ſibi, aut alteri ſubueniendum accipiunt *p*. Tum quia erogatio ſuperfluorum non ſemper eſt debita pauperibus: Tum quia etiam quando eſt debita eis, per dominos earum eſt facienda, & ad eos pertinet pauperum & piorũ electio, vt *a* probauimus: & cõſequenter alius, nec pro ſe, nec pro alio accipere poteſt, niſi vt prędictum eſt, & tradit S. Tho. *b* communiter receptus. Neceſſitas autem extrema, quæ ſit, infra dicitur. *c*

120 *Vigeſimoſexto*, qui aliquod animal domeſticum in prædio ſuo damnum inferẽs occidit, aut grauiter percutit; quia nõ eſt ei ius id faciẽdi, ſed ſolũ expellendi ab eo, & includendi, donec de damno dato dominus eius monitus ſatisfaciat *d*; niſi cõſuetudo, priuilegium, vel aliquod ſtatutum contra diſponeret *e*.

Vigeſimoſeptimo, qui venatũ, aut piſcatum, cum iuſte nõ poſſet, prohibuit, cum obligatione reſtituẽdi emolumentũ, quod veriſimiliter impediuit *f*. Et nõ poteſt iuſte prohibere, niſi cõcurrentibus quinque. *Primũ* eſt auctoritas regia iuſta, aut conſenſus populi liber à metu, aut pręſcriptio canonica, ſine vi, & metu introducta. *Secundũ*, vt ob occiſionem ferarum extra loca prohibita nõ puniat eos, qui nõ procurãt dolis eas è prohibito loco extrahi, vt extra illũ eas capiãt; aliàs enim punire poſſet *g*. *Tertium*, vt prohibeat in ſuis propriis prædiis; quamuis, noſtro iudicio, ſufficit, vt domini aliorũ ſua ſponte in id conſentiãt *h*.

121 *Quartũ*, vt reſtituat omne dãnũ, quod illæ ferę alienis prędiis faciunt, quorum domini in damnum eorum non conſentiunt; quamuis in aliorũ damnũ conſentiant. Parum tamẽ prodeſt quibuſdã magnatibus dicere ſæpius, ſe reſtituturos eiuſmodi damna, & nunquam reſtituunt. *Quintũ*, vt caueat prohibẽs, ne ſubditi timẽtes eũ, & miniſtros eius, & fugientes odiũ, & indignationẽ, & minas eorum, quia eis ſępe opus habẽt, eã petere nõ audeãt, quę peterent ab aliis ſibi paribus; quia eiuſmodi metus, etiãſi alioqui nõ eſſet omnino iuſtus, inducit reſtituendi

l Cap. ſi quis de furt.

m Cap. ſicut hi, 47. d. & c. 1. diſcipulos de cõſec. d. 4.

n Supra eodẽ cap. num. 61.

o In cap. 4. reſtit. q. 3.

p Cap. forte, & ca. denique 14. q. 5.

a In tractatu prædicto, q. 1. monit. 77.

b Quolib. 8. ar. 12.

c Ca. 24. n. 5.

d parag. exterarum Inſti. de l. Aquil. & l. Quintus Mutius ff. eod & gl. iuncta text. in cap. Iæſere, de iniur. & damno dat.

e Arg. fin. de conſue. cap. priuilegia, 3. di. & l. omnes populi, ff. de iuſt & iur. & tradit. Angel. verbo furtum, p. 3. q. 31.

f Gabr. in 4. d. 15. q. 5. arg. 1. conclu. 5. corol. 1. l. in laqueũ, ff. de acq. rer. dom.

g Arg. 6. ex tenore de reſcrip. l. itaque fullo, ff. de fur.

h Arg. cap. ſcienti, de reg. iur. li. 6.

i Supr. eod.

stituendi necessitatē, vt dictū est i. Quod etiam Margarita cōfessorū probat, scilicet ne venantes in locis prohibitis occidāt vel mutilent, saltem pro prima vice, quāuis id sancitū sit; quia eiusmodi seueritas nō est exercēda, nisi in consuetos id facere & cōtumaces; & cōsuetudo sic puniēdi, etiā prima vice iniusta

k Verb. rest. 3. q. 2. parag. 4. & verbo venatio, sub. fin.

videtur, quā qui seruaret, peccaret mortaliter; quod asserit Syl. k

122 *Vigesimooctauo*, qui sunt iusti custodes venatus, aut piscatus prohibiti, vt ceruorū, cuniculorū, auium, & syluarū cæduarū, aut pascuorū constituti ab ijs, quorum sunt illa iura. Custodes, inquā, iurati, aut sola fide adstricti, fideliter ea seruare, &

a Arg. ca. 1. & cap. qualiter, de pact. & c. si vero de iureiur.

non seruant *a*, nisi scirent eos, quos cōtra facientes inuenissent, fecisse id necessitate, quæ eos à peccato excusabat, & non permittunt ei plura, quam talis necessitas exigit. Dixi, *Nisi scirēt, &c.* quia dubitatio non excusatur, in dubio enim tutiora sunt

b Cap. ad audientiam de homic. & c. si quas autem de pœn. di. 7. vbi late de hoc diximus.

eligenda *b*. Excusarentur etiam, si scirent eos, quos in eiusmodi locis inueniunt, esse consanguineos, aut adeo domini prædictorum iurium amicos, vt probabiliter credant illi eorum venatum placiturū. Non tamen sufficit inuentos tales esse, qui si facultatem à domino peterent, obtinerent, sed eam petere nolunt. Ex hoc sequitur peccare cum obligatione restituendi damnum custodes, qui dissimulant se videre prædicta loca prohibita ingredientes, quo cedant, venentur, aut piscentur in eis propter aliqua dona, aut quia sunt sui amici, aut cōsanguinei; quia tenentur præseruare à damno dominum, ob iuramentum præstitum & ob fidem datam *c*, quamuis non tenerentur per prędicta *d* restituere ea quæ ob id acciperent.

c Med. C de rest. q. 12. col. 3.

d Eod. c. nu. 23. & seq.

123 *Vigesimonono* peccat custos, qui se abscondit, ne videatur ab ijs, qui talia loca prohibita ingredi volunt, vt ingressos intercipiat, aut puniri faciat, secundum aliquos, quorum opinio dura nobis videtur, saltem quoad eos, qui permittunt ingredi, quo semel deprehensi iterum ingredi caueant, nec sinunt eos inferre damnum notabile in locis eiusmodi prohibitis. Tum

e 11. qu. 3.

per ea quę diximus in cap. *inter verba e*. Tum quia oppositum omnes fere custodes faciunt, idque ab omnibus scitur, & ita

f Arg. cap. scienti, de reg. iur. li. 6.

nemo se deceptum dicere potest *f*. Dixi supra, *Custodes*, id est constituti ab his, qui iuste prohibent, & possident; quia constituti ab ijs, qui iniuste, & tyrannice prohibent, ad nil tenentur, licet iurauerint se capturos, aut denuntiaturos quos

g Arg. cap. h 12. qu. 4. & c. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

inuenerint *g*; nam in malis promissis rescinde fidem *h*.

124 Notandum tamen est, iuste prohiberi venationē certarū ferarum certis temporibus, scilicet quando pariunt, aut oua faciunt, aut nutriunt, aut tempore niuis, aut ne illis, vel illis instrumentis venatus fiat, aut ne talibus artibus venandi quis vtatur: quia eiusmodi prohibitiones in populi vtilitatem redundant: sed qui talium prohibitionum tempore venantur,

i Vbi supra. k Receptum c. fraternitas 12. q. 2.

restituere, quod venati sunt, non tenentur, nisi post iudicis condemnationem, secundum Medi. *i* & probatur per gloss. *k*

Nec

Nec obstat quod quidã ait, me dicere hic custodes, qui abscondũt se, vt venatores vel prohibita transportantes, libere peccent, & comprehensi mulctentur, peccare, & teneri ad restitutionem: non, inquam, obstat; quia respondetur *primo*, mirari me, quod vir religiosus imponat mihi etiam religioso, licet se imperfectiori, falsum, cum omnino contrariũ asseram, & rationibus muniam, vt patet ex contextu. *Secundò*, quod tacite insinuat, me opinari peccare omnes, qui vetita venãtur, & pascua prohibita pascũt, & vetita extrahi extrahũt per illa verba, *vt libere peccent*, quod ego nec exprimo, nec insinuo, imo arbitror multos nihil peccare per ea quę scripsi infra *a*. a Ca. 23. n. 52.

Trigesimo, qui prohibet suis subditis ne eiiciant, aut ne occidant feras in suis prædiis damnum inferentes, cum intentione non restituendi integre damnum, aut postea cum esset notabile, non restituit, Gabr. *b* b In 4. l. sen. d. 15. q. 5. art. 2. concl. 4.

125 *Trigesimoprimo* peccat, qui ad venandũ profectus permittit vt canes sui noceãt alienis auibus domesticis, puta gallinis, anatibus, anseribus, & id genus alijs, aut quod sui equi aut famuli notabile dãnũ inferãt prędiis, aut satis, per quę trãseũt, aut eorũ fructibus, & non vult restituere, Hostien. *c* Omnibus de venatione prędictis addo id quod nemo hactenus attigit, & pauci cõfessarij (meo iudicio) aduertũt, videlicet, quod reges, & magnates prohibẽtes, ne ferę palantes, quę nõ sunt incluse, occidantur à dominis prędiorũ, quibus nocent, non excusantur à peccato per propositum restituendi damna, etiã cõsequuta restitutione, magis quã excusatur fur, aut raptor per propositum restituẽdi quod furatus fuerit, aut rapuerit, etiã sequuta restitutione, quia licet per eiusmodi propositũ, & restitutionẽ consequutã excusetur à peccato, quod admitteret nõ restituẽdo, nõ tamen excusatur à peccato, quod admittit dãnificando, aut capiẽdo aliena inuito domino: aliud enim peccatũ est dãnificare, vel furari vel rapere, & aliud dãnũ illatũ, furto subtractum, vel raptũ non restituere; & ita excusatus ab hoc non excusatur ab illo, quia à diuersis nõ fit illatio *d*. Quare qui per feras, vel animalia domestica nocet prædiis proximi eo inuito, peccat mortaliter, etiã si postea cumulatissime dãnũ restituat; & consequẽter non solum oportet eũ pœnitere, & confiteri, quod non sufficienter, vel non debito tẽpore restituerit damnum illatũ, sed etiã quod intulerit illud inuito domino, quod concionatores prædicare, & confessarij meminisse deberent. c In summa de pœ. & re. d l. Papinianus, ff. de minoribus, cap. adaudientiã, de decim.

126 *Trigesimosecundo* peccat, qui habet columbariũ illicitum cum notabili aliorũ prędudicio *e*. Dixi, *illicitum*, quale est, si opportunis tẽporibus alimentũ non prębeat, nec circum illud habet agros satos, in quibus sufficienter, saltẽ pro maiori parte columbę alantur, nec qui tenet illud, est paratus ad restituẽdum quodlibet damnum notabile quod illæ fecerint, quando ei constiterit, nec vnũ damnum alio compensatur; puta, quia vicinus e Arg. cap. si bos, de iniur. & l. 1. si quadr. pau. fec. dic.

vicinus eius, cui suæ columbæ nocent, non habet totidem, quę tantundem ei noceant; nam concurrentibus aliquot horum tolerari potest, iuxta Paludanum a, S. Antonin. b & communem; non autē quando ex illis damnū notabile proximi nascitur; sicut nascitur ex colūbarijs aliquorū prædiuitū, qui nec serunt agros, nec vineas colūt, & habent colūbaria columbis conferta, quæ ex satis subditorum vel vicinorum suorum viuunt, qui contradicere ob metum maioris damni non audent, secundum Ioa. Maior c. Quamquam (nostro iudicio) regulariter non peccant, qui columbaria habent, vbi non est lex quæ ibi prohibeat, & est consuetudo quæ id permittat, & populus non queritur, nec damnum notabile apparet, attento quod ad populi victum pertinent, & æque fere prosunt stercorando, quam noceant pascendo, & eas reges tolerant, & si non essent columbæ domesticæ, essent palumbes syluaticæ, vt sunt cornices, & aliæ aues, quod optime Syluester *d* insinuauit.

a In 4. l. sen. dist. 15. q. 1. b 2. par. tit. 2. cap. 1.

c In præcita 4. li. sent. dist. 15. q. 2.

d Verb. rest. 2. qu. 4.

127 *Trigesimtertio* peccat, qui in suo columbario certa semina spargit, aut aliqua arte vsus est, qua columbas ab alijs columbarijs ad suum pertraheret, cum obligatione restituendi, si paruitas eum non excusat, Med. *e* Quod tamen limitandum videtur, vt procedat tantum in eo, cuius principalis finis est alienas inescare, non autem in eo, qui principaliter intendit suas pascere & retinere, ne aliò euocentur *f*.

e In Cod. de restit. q. 3.

f Arg. leg. si nec causam, ff. de reb. credit.

128 *Trigesimoquarto* peccat, qui sibi accipit, aut includit animalia aliena domestica etiam fugitiua, vt eorum lanam, plumas, aut oua in vtilitatem suam conuertat, aut eis vtatur, secundum Ioa. Maior *g*. quia ob fugam non desinunt esse, cuius erant *h*. Idem dicendum est de accipiente animalia domum redire solita; vt sunt sues, apes, pauones, columbæ, cerui qui abeunt & redeunt: & de illo qui accipit, aut occidit ea priusquam illam consuetudinem reuertendi amiserint *i*, quam amisisse videntur, cum ad horas & dies consuetas bis redire desinunt, post quæ accepta capientium fiunt *k*.

g In 4. l. sen. dist. 15. q. 5. h parag. gal. Iinarū instit. de rerū diu. i parag. pannorum & parag. apium. Instit. de rerum diuis. l. naturalem, parag. 1. & 2. ff. de acquiren. rer. dom. k Iuxta gl. l. de quibus ff. deleg.

129 Apes tamen, aut examina, ante quam in aluearijs includantur, & alię aues ex alienis arboribus acceptę, fiunt accipientis, qui per hoc furtum non committit, etiam eas in alieno prędio accipiendo, priusquam ab ingressu eius, aut ab adscensu arboris à domino prohibeatur, imo nec si postea, licet tunc iniuriarum teneretur *l*: prohibitus autem videtur tacite, si prædium est muro aut sepe cinctum.

l. naturalē, parag. pannorum, & parag eeruos, ff. de acquir. rer. domi.

De participantibus in damno dato.

130 *Dānum datum à multis diuisis, vel vnitis sub duce, vel sine illo*

131 *Restitutionem debiti, qui fauore vel consilio impedit.*

132 *Consulens suæ scientiæ ob hoc non multum confidat.*

132 *Damnum ad aliquod laudando, aut alias animat.*

133 *Ratum habens suo nomine datum.*

133 *Ratificans*

133 *Ratificans suo nomine factum delictum semper punitur, quia fingitur esse persona delinquens.*
134 *Testis nocens alii tacendo verum vt peccat.*
134 *Metus iustus à testificando & denuntiando vt excusat.*
134 *Monitus sub excõmunicatione denũtiare, vel reuelare quid faciat.*
135 *Monitus reuelare ad plus tenetur, quam monitus denuntiare.*
136 *Custos ex officio vel plus tenetur, quam alius.*
136 *Iudex non cogens restituere reipub. aut priuato.*
137 *Damnum qui dat ministrans aliena, hæc faciat, num. 138.*
139 *Furatur qui aliquid ab eo, qui illud dedisset, aut multa parua.*
140 *Damnum datum cum impensis, & interesse restituendum.*
140 *Confessarij cur furi non iubent soluere impensas istas.*
140 *Damnum datum qui impedit volenti illud impedire, & qui mittit ad terrendum ioco, si per incuriam damnum datur.*

130 TRigesimoquinto peccat, qui cum multis adunatis, sub vno duce, siue, vt vulgus ait, Corporali, vel sine illo ad furandum, aut damnificandum vadit *a*.

a l. 1. ff. si fac. furt. fec. ff. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aq.

Restituere autem non tenetur, nisi id quod ad eum peruenit, & id cuius talis causa fuit, quod sine ipso illud non fuisset illatum; ita quod si fuit causa totius, tenetur restituere totum alijs non restituentibus, & si partis, partem, secundum posita *b*. Vnde si multi singulatim vineam aliquam ingrediantur, alij aliorum ignari, & vnusquisque suum racemum capiat, etiam quoad vsque nullus in ea relinquatur, nullus eorum mortaliter peccat, nec restituere tenetur, & multo minus tota multitudo; quia nullus eorum damnum notabile facit, nec est causa quo ficret, nec in id consentit.

b Supr. n. 17

131 *Trigesimosexto* peccat, qui procurat, vt rex aut magnas, aut iudex suum cuiquam tollat, vel ne cui, quod sibi debetur, restituatur néve ad id debitor cogatur; quod multi magnates, & familiares eorum, aduocati & procuratores sæpe faciunt, qui non solum mortaliter peccant, sed etiam restituere tenentur.

132 *Trigesimoseptimo*, qui male consulit scienter & dolose, imo & si bona fide, sed non adhibitis studio & diligentia debitis ad veritatem assequendam. Quare qui consulunt, caueant ne nimium suæ scientiæ, vel prudentiæ fidant.

Trigesimooctauo peccat, qui alicuius acumen, aut fortitudinẽ laudat, aut ignauiam & demissionem vituperat, quo eum ad damnum proximo inferendum moueat; & totum illud damnum restituere tenetur, quia ad id exhortari videtur.

133 *Trigesimonono* peccat, qui audiens aliquem alteri suo nomine nocuisse, illud ratum & gratũ habet; quia mãdare videtur *a*. Quod solum intelligitur iuxta Angelum *b*, quando qui nocuit, nõ nocuisset, nisi existimãs eum, cuius nomine nocuit, illud ratum habiturũ. Sed huic moderationi raro (nostro iudicio) locus erit, quia raro aut numquam continget aliquem nomine

a Cap. ratihabitionem, de reg. iur. lib. 6.
b Verb. fur. tũ, parag. 2.

mine alicuius nocere alteri, nisi existimantem illud gratum illi fore; quamquam si eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus suo nomine factum est, licet opus in se illi placeat, ad nullam restitutionē tenetur, quamuis peccet *e*.

e Cap. cum quis de sen. excom. l. 6. & l. ca rari habitione, d. ca. ratum, de reg. iur. lib 6.

Nec obstat, quod quidā ait, me dicere hic, teneri ad restitutionem, qui nec tacite, nec expresse iussit occidi hominem, sed pro rato habuit; quia ratihabitio æquipollet mandato. Cuius contrarium asserit tenendum: non, inquam, obstat; quia respōdetur, *Primo* me non loqui de homicidio in specie, vt ipse imponit; quamuis in genere loquar de nocente, cuius species est homicidium. *Secundo*, quod meum dictum est firmū, tum per illam regulam iuris *d*, *Ratihabitionem retro trahi, & mandato comparari*; & regula *e*, *Deiecit, qui mandauit, vel ratū habuit f*. Et palam est mādantem delictum teneri ad restitutionem *g*. Tum quod præfatæ regulæ non solum habent locum in contractibus, & in iudicijs, sed etiam in maleficijs & delictis, vt habet glossa recepta per omnes *h*; saltē illis, quæ per alium fieri possunt *i*, imo & alijs, nisi quoad effectum fruendi libidine, vt pulchre de iure probat Couarruuias *k*. Tum quod ratihabitio non solum habet vim augendi peccatum, vt ait is, qui contra nos opponit, sed etiam faciendi incidere quem in pœnam; casus est in cap. *cum quis l*, quod determinat, eum qui ratificat percussionē clerici nomine suo factam, incidere in pœnam excōmunicationis ipso iure. Tum quia facilius & fortius obligatur quis ad restituendum damnum, quam ad subeundum pœnā; hanc enim non tenetur regulariter subire in foro conscientiæ, nec in exteriori antequam condemnetur; restituere autem, sic, vt supradictum est. Tum quod omnis ratificans delictum suo nomine factum, est puniendus pœna, licet non semper ordinaria, vt late probat præfatus Couarruuias *a*. Tum quod ratificans sē suo nomine acceptam, vel iniustam acceptionem, fingitur accepisse propter suam ratificationem, & ita non solum peccat, quia placet peccatum, sed quia fit persona peccātis & accipiētis, secundum totam vtriusque iuris prudentiam; quod non aduertit præfatus religiosus, qui contra nos opponit. Per quod tollitur eius ratio; & consequenter ille qui ratificat incendium domus alicuius nomine suo factum, magis tenetur ad restitutionem domus incensæ, quam ad subeundum pœnam à iure vel iudice inflictam, vel infligendam.

d Lib 6.
e Hoc iure, parag. ff eod.
f Vt dictum est supra eo ca. num. 14.
g In dicto c. ratihabitionem.
h Vt Dynus receptus ait in dist. reg. ratihabitionem.
i In clem. 1. 3. part. parag 1. n. 5. de hom.
k De sent. excom. l. 6.

a Vbi supra.

134 *Quadragesimo* peccat, qui testis à iudice legitime interrogatus, an sciret tale furtum, sciens tacet, & ob illud damnificatum suū non recuperat; & restituere tenetur *b*, si nō tacet propter metū alicuius periculi sui status, aut personæ, aut bonorū, iuxta S. Anton. *c* Scotū *d*. & Sylu. *e* Notandū tamē est, quod si Episcopus monuerit sub excōmunicatione, vt denuntient, qui nouerint illud, is, qui metu tacuit, tenetur parere, sed nō quoad vsque eum iuxta ordinem correctionis Euangelicę moneat, & inducere

b Cap. 1. de crim. falsi.
c 2. par. sit. 1. cap. 19. parag. 7. & arg. ca. quisquis, 11. q. 3.
d In 4. dist. 25. q. 2.
e Verb. restitutio, 2. q. 6.

inducere debet, vt parti læsæ satisfaciat, & si fur satisfecerit, eũ denuntiare nõ debet, nec etiãsi nõ satisfaceret, & si illud probare non potest; quia quãdo præcipitur, vt qui talẽ rem scit, eã per denũtiationẽ manifestet, intelligitur de eo qui scit, & probare potest, vt diximus copiosius quã alij *f*. Sed si admonitus satisfacere nollet, & admonitor probare potest, denũtiare debet, quia alias peccaret, & excõmunicationẽ incurreret, & teneretur restituere dãnificato de suo, quod ob suũ silentium recuperare omisit *g*, nisi ob iustũ metũ taceat, vt proxime dictũ est. Per quæ respõdetur ad noue quæsitum, scilicet, An vxor, filius, aut cognatus alicuius delinquẽtis, abscõdens aliqua eius bona in aliquo monasterio, aut alio loco, ne à iudicibus sequestrẽtur, teneãtur ipsi, vel alij eius rei cõscij manifestare illa, propter excõmunicationẽ, aut iuramẽtum, quibus iubentur id facere. Respõderi enim potest quod nõ, si omnia abscõdita pertineant ad cõpensandum debitum dotis, vel aliud; alioqui autem sic. Oportet autẽ cauere, ne iterum peti possit id, ad quod abscõdita sufficiunt instar illius, qui clã accipit aliquid de bonis creditoris in sui debiti compensationem: de quo supra *h*.

f In rep. cap. inter verba, 12. q. 3. conclus. 6.

g Ioan. de Anan. in cc. qui cum iure de furt.

h Num. 119.

135 Aduertẽdum tamen supradicta procedere in monito denũtiare, & nõ in monito testificari, vel reuelare: is enim tenetur id facere *a*, præsertim si iudex post semiplenã probationem corã ipso factã, eam supplendã præcipit, vt qui illud scit ad testificandum veniat *b*; quia illi non præcipitur, vt denuntiet, sed vt testificetur; nisi sit persona à testificando eo casu excusata ob cognationem, vel aliam causam, de quo infra *d* dicetur.

a Iuxta c. ad nostram 2. cũ ei adnotat. Pan. & alios de iureiur.

b Iuxta c. fi. de iureiur.

136 *Quadragesimoprimo* peccat, qui constitutus custos ciuitatis, aut agri, non obstat damno notabili, quod fieri videbat, saltem clamando, cum obligatione restituendi in solidũ, per dicta supra *e*. Quãuis qui ad id ex officio non tenetur, licet peccet malitiosè tacendo, restituere tamen nõ tenetur, per dicta ibidem; imo nec peccaret, si absque malitia per negligentiam, aut modestiam non se ingerendi negotijs alienis, id facere omittit: sed si ex officio, aut dignitate tenetur impedire & administrare iustitiam, quia princeps, aut iudex, peccat, & restituere tenetur, iuxta mentem S. Thomæ *f*; & supra dictum est *g*, adiunctis etiam ijs quæ S. Anton & Angel. dicunt, & nostri scribunt *h*.

c Arg. verb. denuntiario parag 3.

d Cap. 25. n. 42. & seq.

e Eod. n. 122.

f 2. 2. q. 62. a. 7.

g Eod. nu. 118.

h In c. quanta, de sent. excom & nos in cap. inter verba 11 q. 3. cõsi. 6. diximus.

Quadragesimosecundo peccat, qui iudex non facit parti damnum restitui, cum posset, siue sit Reipub. siue personæ particularis, cum obligatione restituendi, iuxta Scotum communiter receptum *i*.

i In 4. l. sent. dist. 15. q. 2.

137 *Quadragesimotertio* peccat, qui curator, procurator, & alienorũ negotiorum gestor, administrator bonorum alienorum, & filius, qui res sui patris tractat, qui nomine sui principalis, & ob eius vtilitatẽ alicui dãnum notabile infert; & ad restitutionẽ in solidum tenetur, si principales nõ restituant, & ex eorum bonis restituere potest, si adhuc eorũ administrationẽ retinet; & pru-

& prudenter faciet restituendo, ita vt ab ipso postea domini reposcere non possint. Et si iam dictam administrationem non habet, & est adeo inops, vt satisfacere non possit, debet dicere principalibus, si ignorant, quod satisfaciant. Et si illi restituere noluerint, tenetur restituere, si potest; occulte tamen poterit accipere de eorum bonis tantundem, quo satisfaciat, obseruatis conditionibus seruandis ab ijs, qui occulte sua debita recuperant; quæ positæ fuerunt supra *k*.

k Eodem c. num. 13.

139 *Quadragesimoquarto* peccat, qui occulte aliquid accipit ab eo, cui non displicet acceptio sibi nota, sed occulta sic; is licet peccet venialiter, non tamen mortaliter; quia eius acceptio, aut retentio nō est contra voluntatem domini, sed modus solum accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non sufficit, vt definierunt bene Adrian. *a* & Caietanus *b*. Id quod sæpe filij ob verecundiam parentum faciunt. Serui etiam & famuli accipientes à suis dominis panem & fructus, quibus vescantur, credentes dominum illa concessurum esse, si ab illo peterent, aut si illic inuenirentur, quāuis nollet, vt se nescio acciperent.

a In 4. de restitut.
b In summa verbo furtū.

139 Dixi, *Quibus vescantur*; nam qui caperent ad donādum, vel vendendum alteri; vt solent aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia similia, mortaliter peccarēt, & tenerentur restituere; quia non solum modus, sed ipsum factum inuito domino fit. Qui tamē minutatim vno die quid exiguū, puta quadrantem seu quatrinum, & alijs multis diebus singulis tantūdem caperent, nulla vicē peccarent, nisi venialiter, etiamsi totaliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent; modo iā inde à principio, vel postea non habuissent animū furandi notabilem quantitatem per illa parua furta; siue tamen cum hoc animo, siue sine illo perueniatur ad quantitatem notabilem, restituenda videtur illa. Quo fit, vt inueniri possint furta solum venialia quę obligent ad restitutionē sub pœna peccati mortalis. Quę limito procedere in eo, qui cōtinuato tempore, sine magnis interuallis illam notabilem quantitatem cōflarer; nō enim dicerem teneri ad restituendum sub pœna peccati mortalis illos famulos, qui aliquot diebus vnius mensis aliquot eiusmodi furta facerent, & post alium vel duos mēses totidem, & post aliquot alios totidem, & c. ita quod in fine triū vel quatuor annorū cōflarent summā etiā duplo maiorē, quā sit illa, quæ semel accepta peccatū, & restituendi necessitatē induceret sub pœna peccati mortalis, etiam postquā peruenerint ad notabilē quantitatē, si nūquā percipiendo illa parua intendūt peruenire ad iliā, ratione illa firma, quod cęteris paribus magis peccat, qui capit, quam qui retinet *c*; & quod qui capit illa parua, sine intentione peruenièdi ad quantitatem notabilem, non peccat plusquam venialiter. Ergo nec retinendo illa.

c Cap. sæpe. de rest. spol.

140 Ad dubium autem à quodam hic nobis propositū, scilicet, An fur teneatur restituere impēsas, quas furtū passus secit

In

in quęrenda re sibi furto subtracta: Respondeo, quod sic eas, quas vir prudens & bonus facere debuisset; quia earum causa fuit; & non solum fur, sed etiam quilibet alius malefactor tenetur ad interesse damni, etiam extrinsecum *d*. Roganti autem cur confessarij non obligant eos ad illud restituendum, responderi potest, quia forte non est confessum eis tale damnum consequutum, aut probabiliter credunt damnum passos contentos fore restituto principali, quod sufficeret vt censeatur restitutum *a*.

Quadragesimoquinto peccat, qui impedit aliquem euntem ad impediendum damnum, quod tertius inferre volebat quarto, & ad restitutionem tenetur, licet aliter non iuuaret tertium; quia impediendo opitulaturum, indirecte videtur iuuare nociturum, vt recte innuit Medina *b*. Peccat etiam cum obligatione restituendi qui aliquos amicos aut famulos mitteret ensibus districtis ad terrefaciendum, aut ad alium locum, aut ludum, si ex eo damnum sequeretur, nisi adhibeat diligentiam debitam, ne damnum notabile fieret *c*.

d l. qui tabulas, & l. is cui parag. fin. ff. de furt. & gl. recepta in l. 1. verb. casib. & verb. consequenter, C. de sent. quæ pro eo quod int. prof.

a Arg. l. 1. ff. qui satisd. cog.

b In C. de reuit. fol. 39.

c Argu. cap. presbyteris & cap. sator & cap. continebatur, de homicid.

De peccatis patrum circa bona filiorum.

141 *Peculium filiorum quadruplex, & seqq.*
142 *Clericus quibus quæsita sint quasi castrensia.*
143 *Pater an solus filius succedat.*
144 *Donatio facta à patre quæ valet, & num. 145. & seq.*
144 *Filius seruiens patri quale mixtum peculium habeat.*
147 *Donatio à patre filio facta quatenus reuocanda.*
148 *Filius qui plus aliis patri seruit, quid plus habet.*
149 *Donatio coniugis facta coniugi quæ valet.*
150 *Legatum à patre relictum filiæ, cui dos debetur, vt compensatur.*
151 *Patris hæredes quod damnum datum filio restituent.*
152 *Filiæ renuntiatio cum enormi læsione vt valet.*

141 *Quadragesimosexto* peccat mortaliter, qui pater tractat aut dat bona filiorum suorum aliquo modo indebito infrascripto *d*, cum obligatione restituendi *e*. Pro quorum intellectu octo præsuppono.

Primum, quod quatuor bonorum genera, aut peculiorum filij viuentibus parentibus habere possunt, scilicet castrensia, quasi castrensia, aduentitia, & profectitia.

Secundum, quod castrense est, *quod filius in bello acquirit f*; & hęc bona solius filij sunt, tam quoad vsumfructum, quam dominium; & in eis pater nihil habet, secundum omnes *g*.

142 *Tertium*, quod quasi castrense est, *quod filius familias acquirit per officium aliquod publicum*, puta Medici, Aduocati, Scribæ, aut Magistri in aliqua septem artium liberalium, aut quouis alio

d Num. 151.

e De qua inf. f l. castr. ff. de castrensi pecul. cum ei adnot. & in reb. C. eod.

g l. fin. C. de inof. testam. l. 1. parag. fin. C. de inof. test. l. 1. parag. fin. ad Mace. Bar. ijs l. si forte ff. de castre. pecul. in fra. de duobus fratrib.

publico, propter quod stipēdium accipit, per beneficium Regis, vel Reginæ *h*, & quod clerici suo officio clericali, aut suis beneficiis curam animarum habentibus, aut non habentibus, cum administratione, aut sine ea acquirunt: quoniam etiam quælibet alia bona clericorum, saltem quæ acquirunt post clericatum, iure communi sunt quasi castrensia *a*. In quibus nihil plus habet iuris pater quam in castrensibus *b*, quod an de consuetudine seruetur, infra dicetur.

143 *Quartum*, quod peculium aduentitium est peculium filij familias non castrense, nec quasi castrense, aliunde quam à patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habitū: qualia sunt bona illi hęreditario iure à matre, aut à suis cognatis, aut amicis, & suo labore, industria, aut fauēte fortuna parta, per notata *c*. In his bonis aut peculiis proprietas est filij, & & vsus fructus patris, quamdiu viuit regulariter *d*. nisi cum qui donauit, aut reliquit filio, vetuit, ne patri quæreretur vsus fructus *e*, & cum in bonis fratris sui cum patre succedit, secūdum ius commune *f*. Dixi *iure communi*, nam secundū leges Regni Castellæ solus pater filio succedit *g*, etiam secundum leges Lusitaniæ *h*, quamuis fratres habeat, nec ad diuidendum inter reliquos fratres tenetur, secundum omnes *i*.

144 Peculiū vero profectitiū est peculiū filij familias habitū à patre, aut eius causa, aut de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinēs: & in his tā proprietas, quā vsus fructus est patris. Nobis tamen videtur esse aliquod mixtū, partim aduentitiū, partim profectitium: scilicet quod filius suo labore, & industria ex bonis paternis, aut in eisdē acquirit, quidquid dicat Sylu nā quamuis recte dicat, quod quidquid filius ex illis bonis acquirit, aut patri acquirit, aut furatur, quod tamē filius ob suum laborem & industriā promeretur, eius est, & tanto plus quā cęteri fratres, debet habere de bonis paternis quāto plus quam illi in eis quærendis laborauit, aut certe tantum quantū mercedis solui debet alij extraneo, qui tantundē laboraret, aut potius dimidiū eorū, quę de bonis, & pecúnia etiā clandestine accepta per suā industriam lucratur, per singularem doctrinā Bartoli *k*, quā plurimorū auctoritate fulcit Decius *l*: quod intelligendum est cōcurrentibus duobus. Alterū est, quod filius patrē sustētare nō teneatur, quia habet vnde alatur *m*. Alterū, quod expresse aut tacite protestetur se eo animo seruire, vt pater ob suā operā, & laborē det ei tantū, quantū alteri extraneo dare deberet, si ipse ei non seruiret. Meritū etiam filij prędictū attēdi potest ad effectū, quod pater donare, aut relinquere poterit tantū plus ei, quā eius fratribus, quantū alicui extraneo, ob similia merita dare deberet, ita quod id non computetur in sua legitima, iuxta mentem Bart *a* Et quamquam hęc duo dicta colligantur ex eo, quod statim *b* dicetur, visum tamen est hic declarare; quia res est quotidiana, & parū ab aliis resoluta.

h l. cū multa, C. de bonis quæ lib.
a Auth. presbyteros C. de episc. & cler. secundum Hostie Pau. & commun. in ca. quia de test. & c. constitutus, de testi. in integ.
b l. non solū cap. de bonis quæ liber.
c Vbi supra.
d dicta l. non solum & l. cū oportet, C. de bonis quæ li.
e Auth. excipitur, eodem tit. & in casu Auth. item eod. tit.
f Authent. item, C. eod.
g Per li. 6. & 7. Taur.
h Tit. 75. lib. 4. ord. nat.
i l. fin. C. de colla. & l. cū antiquis, C. de ineff. test.
k In l. 1. parag. nec Castrense. ff. de collat. bon.
l In l. illud C. de collat. n. 10.
m l. si quis à liberis para. idone. ff. de l. agnos. & l. Nesennio. ff. de negot. gestis & l. alimenta C. eod. cum eis adnot. per glo. & doctores.
a In l. 1. parag. castrensia ff. de castr. pecul. & lege si donatione, C. de collat.
b in eod. c. n. seq. & n. 145.

145 *Quin-*

145 *Quintum*, donationē à patre factam filio, qui est sub ipsius potestate, nō valere, nec ab illo factā patri; quia pro vna & eadem persona reputātur *c* nisi *primo*, facta à patre in dotem aut matrimoniū *d*. *Secundo*, mobilium facta pro bello *e*. *Tertio*, vsusfructus, quē in bonis filij aduentitiis habet pater *f*. *Quarto*, facta pro meritis & seruitiis in tantum, quantū pater dare alicui extraneo ob similia merita teneretur, iuxta Bartolum communiter receptū *g*. Et in foro cōscientię sufficit ea esse vera *h*. Sed in foro exteriori probari debent, nec sufficit patrē dicere ea vera esse, iuxta eundem *i*; quia fides non habetur dicenti de se alium bene meritū esse, quando id requiritur ad hoc, vt iure aliquid facere possit, qualis est hęc donatio, iuxta eundē & cōmunem.

146 Et cū dubitatur, an pater filio donet ob merita, vel ob merā liberalitatē, pręsumēdū est dare ob merita si antecesserūt, & alias ob liberalitatē, iuxta glos. cōm. receptā *k* *Quinto*, facta in omnibus casibus, in quibus donatio à marito facta vxori suæ, aut ab vxore facta marito valet, qui referūtur in summa *l*; quia iuxta doctissimū Azonem *m*, donatio inter maritum & vxorē, & donatio inter patrem & filium communiter æquiparantur.

147 Notandum tamen est, quod donatio patris & matris facta filio, quæ non est remuneratoria, quamlibet valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocarunt, si tamen excedat quantitatem, de qua patres libere disponere possunt, iuxta varias leges diuersorum regnorū, quas statim citabimus, & legitimę reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda est, quantum opus fuerit ad præiudicium eorum excusandum *n*.

148 *Sextū*, quod si vnus filius patri suo seruit & alij nō, quāuis pater pro remuneratione eius meritorum dare possit quanti illa merita valent, & quantum extraneo alicui dedisset; si tamen non dat, nec filius in vita cum patre conuenit, vt sua merita remunerarētur, saltē vt extraneo, nec protestatur se ab eo, aut eo mortuo ab eius hęredibus petiturū, à suis fratribus hęredibus remunerationem aliquam ratione suorum meritorū poscere non potest, quia illud amore filiali facere censetur *o*.

149 *Septimū* quod donatio à marito facta vxori, aut ab vxore marito post contractū matrimonium de pręsenti, aut ante pro tēpore, quo contractū iam fuerit, non valet; & donator antequam moriatur, cum libuerit reuocare potest *a*, quāuis fiat per tertiam personam, & per modum remissionis debiti *b*, excepto quādo Imperator, aut Rex donat Imperatrici, aut Reginæ, aut illa illi *c*. Et quādo donatur pecunia pro restaurandis rebus igne absumptis *d*. Et quando donator pauperior ob talē donationem nō efficitur, quamuis recipiens ditior fiat. Et quando recipiens nō fit ditior, quāuis donator pauperior fiat. Et quādo donatur pro tēpore, in quo matrimoniū perficitur, scilicet, vt res fiat mariti, aut vxoris, quando alter eorum morietur. *e* Et quando donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem

c l. fin. C. de impub.
d l. Pomponius ff. famis ercis. & ff. de collat. bonor. & C. de eod. dor. ver. totū.
e Cap. fam. ercisc. 4.
f Vt in l. cum oportet, & l. nō solum, parag. fin. autē, C. de donat. quæ liber.
g l. 2. parag. castr. ff. de castr. pecul. & l. si donatione, C. de coll. & l. frater à fratre, ff. de cōdic. indeb.
h Arg. nos in c. Iuæ, & ijs qui de spōs.
i l. si forte, ff. de castr. pecul.
k In dicto l. si dona. C. de collat.
l Infra n. 149
m De dona.
n l. 1. C. de inof. donat.
o Arg. l. Nesennius ff. de negot. gest. in. ptim. & l. aliment. C. eod.
a l. 1. ff. de donat. iur. vir. & vxor.
b l. si sponsus ff. eod.
c C. eod. l. penult.
d ff. eod. l. quid si vir.
e l. sed interim ff. eod.

donatoris id habeat *f*, modo se in vita reuocandi facultatenõ priuet *g*. Et quãdo vxor marito donat ad aliquẽ honorem, aut dignitatem consequendã *h*. Et quando maritus exstante matrimonio, vxori omnẽ dotem promissam, aut aliquã eius partem remittit *i*, remissio tamen alterius debiti nõ valet. Et quando maritus vxori suæ in mensem, aut annum, aut quamdiu superstes fuerit, pro victu suo, & suorum certum quid pro æstimatione fructuum dotis, & non amplius deputat, vt tenet glossa *k*.

150 *Octauum*, quod pater, qui legatum aliquod filię, cui debebat dotem, relinquit, videtur relinquere in solutionẽ, aut partem solutionis illius *l*, quia est debitum, quod lege debetur.

Quadragesimoseptimo infertur peccare mortifere patrẽ, accipiẽdo sibi, vel alteri aliquid notabile à suo filio familias ex bonis castrẽsibus, aut fructibus eorũ cum obligatione restituendi *m*.

151 *Quadragesimooctauo* peccat pater accipiendo sibi, vel alteri aliquid notabile quoad proprietatem de bonis aduentitiis sui filij familias, vel administrando ea ita male, vt notabiliter lædatur, siue vsum fructum habeat, siue non, quo casu alij fratres hæredes post obitum patris damnum illud, cum bona inter se diuiserint, resarcire tenebuntur. Sed si pater vsum fructum eiusmodi bonorum habebat, & non damnificauit proprietatem, sed solum fructus illorum, nec pater, nec fratres ob illud ad aliquam restitutionem tenentur *n*.

152 *Quadragesimonono* peccat pater, qui inducit per metum saltem reuerentialem, aut dolum & fraudem suum filium, vel filiam, vt suæ legitimę, vel patrimonio renuntiet cum iuramento se contentam fore dote minore legitima, cum obligatione restituendi *o*. Dixi, *per metum, & fraudẽ*; quia si sponte id faceret, teneretur ad seruandum iuramentum, etiamsi enormiter, vel etiam enormissime lęderetur in foro conscientię, quamuis nõ in exteriori; quia ex tali damno dolus aut fraus præsumitur, secundum Petrum de Anchar. *a* & late Decius *b*, quæ tamen præsumptio in foro conscientiæ cessat *c*. Qua distinctione contrariæ opiniones relatæ per Decium *d* componi possent.

f Vt in d.l. sed interim. g Secundum gloss. in d.l. sed interim. h l. quod adipiscendæ ff. eod. i Glo. fin. & ibi Cyn. & Bald. in l. si constante, de donat. ante nuptias. k In l. ex animo ff. de donat. inter vir. & vxor. per illum text. l Cap. qui abstulerit 12. qu. 2. m Argu. cap. qui abstulerit 12. q. 2.

n Ang. verbo peculium, parag. 14. Sylu. eod. verb. q. 15. o Arg. à contrario, c quãtis vbi Dominic. & alij de pact. li. 6. a Cons. 38. & in reg. accessoriũ de reg. iur. li. 6. b Consi. 180. c Iuxt. not. in cap. 15 qui & cap. tua de sponsal. d In d. consi. 180. & 182.

De peccatis mariti & vxoris contra septimum præceptum.

153 *Maritus vt peccet accipiendo ex bonis vxoris suæ paraphernis.*
153 *Vxor vt peccet capiens ex bonis mariti, etiam ad pia: nisi octo casibus, num. 154.*
153 *Paraphernalia bona quæ sunt.*
153 *Eleemosynam octo casibus vxor largiri potest, & seq.*
155 *Dos tota vxori reddenda, licet ornatus eius fuerit nimius.*
155 *Maritus cur non nocet vxori in paraphernis, vt in lucru.*
155 *Vxor etiam valde dotata non potest donare 40. scuta.*
155 *Maritus sine vxore quid potest vbi omnia bona communicãtur.*

153 Quã-

153 *Vinquagesimo* peccat mortaliter maritus, qui sibi, aut alteri accipit aliquid notabile ex bonis, quæ præter dotem vxor habet, quæ Græco vocabulo parapherna appellat lex vlt.e nam alienum contra ius vsurpat. Bona parapherna sunt, *quæ vxor sibi reseruat præter dotem quam marito pro oneribus matrimonij dedit f.*

e C.de pac. conuen.

f l.si ergo parag.dotis ff. de iur.dot.

Quinquagesimoprimo, quæ vxor sibi aut alteri accipit ex bonis mariti aliquid notabile contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus alijs, cum obligatione restituendi *g*; quia nec eleemosynam ex bonis mariti aut cõmunibus, absque eius licentia dare potest; nisi *primo* extreme egenti: cauendo tamẽ, ne ob id maritus egeat extreme *h*. *Secundo*, vbi cõsuetudo regionis haberet, quod vxores eleemosynã panis, aut vini largiantur: ibi enim credere potest id placiturum marito, quamuis expresse id prohibeat, quia verisimile est id maritum facere, ne eleemosynas extra modum cõsuetum tribuat. Si autem crederet eũ vere nolle vt etiam consuetam & moderatã faciat, debet se ab ea facienda abstinere, iuxta S. Antoninum *i*.

g S.Tho.22. q.62.art.1.

h Can.pasce. 86.dist.

i 2 par.tit.1. c.19.parag.1 & arg.cap.per tuas 3.de simon.

154 *Tertio*, cum facit ad euitandum aliquod damnum mariti temporariũ, vt Abigail *k* fecit. Et eadem ratione, imo fortiori, si eam facit ad ipsius dãnum spirituale euitandũ; vt cum maritus est malignus, & illa moderate largitur, vt Deus eũ illuminet, & ad pœnitentiã cõuertat, modo sine eius scãdalo faciat. *a*. *Quarto* si maritus est amens. *Quinto*, si maritus est absens, quia tunc administratio domus ad eam spectat, nisi per illũ, aut superiorẽ aliter statuatur *b*. Sed quia nec eius dicta, nec ratio iure firmo nituntur, verius est eã in his duobus casibus nõ posse dare ad summũ plus, quã eius maritus mentis cõpos & presens largiri solebat. *Sexto*, cum maritus pro eius victu certum quid illi deputat, ex eo parcius viuendo relinquat aliqua in pauperes eroganda *c*. *Septimo*, si habet bona paraphernalia de quibus ad voluntatem vxor statuere potest, nisi vbi cõsuetudo & statuta prouinciæ aliter decernerent. *Octauo* si dedit marito dotẽ ad sustentãdũ sufficientẽ, & nihilominus nouit aliã artẽ texendi, aut suendi, aut acu pingendi, vendendi, emendi, aut aliã similẽ, qua nõ deserendo debitã domus administrationem lucratur. Quo possent cõciliari opiniones cõtrariæ glossæ *d* & Theologorum, S.Th. Richardi, & Palud. *e* Siquidẽ ex ita lucrifactis libere impendere potest, vt sentit Bart. *f* modo (vt sancte dixit Ailensis) sua familia eo nõ indigeat, quia de præcepto charitatis primũ domesticis subueniendum est *g*, & modo lucra non sint cõmunia inter maritum & vxorem, & administratio sit marito reseruata, vt communiter sunt in omnibus Hispaniæ Regnis.

a Arg.c.nihil de præscrip.

b Pal.d in 4. lib.sent. dist. 15.q.3.ar.6. concl.2.

c Iuxta eundem, vbi supra.

d l.sient ff. de operis libert.

e Vbi supra.

f In l.Cato ff.de alim. & cibari.legat.

g Ca. non licet 86.dist. & l.h præsens C.de seru. & aqua.

Adnotandum tamen, quod si maritus est prodigus, vel decoctor, potest licite vxor accipere clam aliqua, vt necessitatis tempore domui suæ prouideat, adeo quod marito, etiam id imperanti, non tenetur omnia quæ habet, illi tradere *h*.

h Ang.verb. furtum.

155 Ad noue autem hic quęsitum respondimus affirmatiue, quod etiã in foro conscientiæ potest vxor totam dotem repetere mortuo marito, esto quod ille multa superflua impẽdisset in eã alendo & ornando; quia iura cum onere cõseruandi eam vxori faciunt cum dominũ eius *i*, & alia quæ tunc attulimus.

i l. dote ancillam, C. de rei vend. & l. in rebus C. de iure dot. & cap. per vestras, de dona. inter vir. & vxor.

Ad alterum hic noue quæsitum respondimus, quod maritus tenetur restituere vxori, non solum dotem integram, sed etiam ea quę bene vel male impendit de eius bonis paraphernalibus, non tamen quæ de lucris communibus; quoniam illa sola quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta censentur lucra: reliqua enim licet pro dimidio lucrifierent vxori, lucrifiunt tamen reuocabiliter, ita quod maritus, ad quem spectabat libera illorum administratio, potuit bene vel male administrando illa sibi & vxori reuocare, vt tradit Ioan. Lup. *a*

a In rubr. de donat. inter vir. & vxor.

Ad tertium noue quęsitum respondimus, quod vxor etiamsi maximam dotem dederit marito non potest absque eius licentia dare de illa 40. aureos, etiam ei qui eam lactauit. Nec obstant citata in contrarium de pupillo, quem aiunt non teneri ad restituendum ea quę de suis bonis clam tutore impendit, nec deponentem, qui de rebus à se depositis clam depositario idem facit; quia vterque horum tenetur ad imputandum illud sibi in redditione rationum, quod effectu est restituere *b*. Nec refert an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, cum à principio 40. dare statuerit, per dicta supra *c*.

b Arg. ca. veniens 2. cum similibus de testibus.

c Eod. nu. 139

Ad alia quatuor noue hic quæsita sic in summa respondimus: *Primo*, quod etiam in Portugallia, vbi ipso iure omnia bona mariti & vxoris communicantur, donatio mariti de mobilibus, etiam sine vxoris consensu valet; quoniam apud maritum est tota administratio bonorum, & potest solus regulariter alienare mobilia, licet non immobilia *d*.

d Iuxta it. 6. li. 4 ad fin. & tit. 8. l. 4. ord. Lusitaniæ.

Secundo, quod tenetur tamen computare illa in partem suam, imo & facere quod vxori suæ id innotescat, vt in partitione tantundẽ plus sibi cedat, per prędicta. *Tertio*, quod donatarius, qui credit maritum non manifestaturum id vxori, nec in sua parte clam illa donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. *Quarto*, quod idem est dicendum de marito, qui in terris, vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore sua; quia licet impensa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra, non tamen id facit donatio, quę illi non permittitur sicut illa.

De peccatis filiorum circa bona paterna.

156 *Filius qui de bonis paternis patre nolente aliquid accipit, vel eo volente, vel donante vltra legitimam, nu. seqq.*
158 *Filius fruens fructibus vel pecunia patris, clam fratribus, & seq.*
158 *Legitimam filiorum in varijs regnis variam.*
159 *Filius studiorum impensam à patre factam an, &c.*

160 Filij

160 *Filij legitimam non minuit ornatus sibi à patre datus.*
160 *Filius quæ alimenta studij computat in legitimam.*
161 *Filius donatum patris intuitu nolens conferre, nec fratris impensas studij soluere, nec perdita ludo, vel pœnam delicti non computat in legitimam, & seq.*
161 *Filij lucra de patris pecunia facta, & seq.*
166 *Vxor quorum localium domina, & quorum vsuaria.*

156 *Quinquagesimosecundo* peccat filius, qui aliquid notabile ex bonis patris contra eius voluntatem accipit; quia filius nullum ius in bonis patris viuentis habet, quam quod debet ali ex eis, si ex suis non potest *a*. Et ita quod ex eis acceperit, patri, aut saltem eius hæredibus, singulis pro rata restituere debet, nisi pater viuens illud ei condonarit, iuxta S. Antonin. *b* etiamsi bona, ex quibus id accipit, forent sua aduentitia, aut profectitia, per supradicta *c*.

a l. si quis 3 liberis parag. idem ff. de liberis agn.
b 2. part. tit. 2. 15. parag. 1.
c Eod. c. nu. 153.

157 Etiamsi accipiat ad eleemosynã dandã non egenti extreme, imo & si ad dandũ egenti extreme, si eius necessitati o. utuãdo subuenire potuisset, per supradicta *d*. Potest etiam licite accipere quando probabiliter conijcit patrẽ suum eo contentũ fore, vt cum de eius licentia peregrinatur, aut in peregrinis gymnasijs versatur; tunc enim probabiliter credere potest, ratas habiturũ patrẽ eleemosynas illas, quas instar sui similiũ facit *e*. Potest etiã cũ bona ipsius aduentitia ad eũ spectãt, etiam quoad vsumfructum, cuiusmodi sunt in casibus relatis supra *f*.

d Eod. c. n. 90

e Arg. l. si 16. ff. de iudic. cum adnot.
f Eod. c. nu. 143.

158 *Quinquagesimotertio*, qui filius accipit sibi, vel alteri ex bonis patris datis sibi in peculium profectitium, vel ex fructibus eorum, vel ex fructibus aduẽtitiorum pertinentibus ad patrẽ; imo vel ex ipsis bonis cũm præiudicio vsusfructus patris contra eius voluntatem, vel cum eius voluntate plus quam pater donare potest, eo quod excederet suam legitimam, & quantitatem, quam pater cuilibet extraneo relinquere potest. Quod interdum iure communi sunt duę tertię partes, & interdũ dimidia *g*, & iuxta leges Regnorum Lusitanię tertia *h*, & Regnorum Castellę quinta *i*; & etiam tertia ad donandum ea, quibus filijs volet, & si mortuo patre illud plus non vult in diuisionem conferre cum suis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi per supradicta iura. Idem est si vltra legitimam per donationem patris inualidam aliquid accipit.

g Auth. de trien. & semiss. coll. 2. & authe. nouissime, C. de inof. test.
h Lib. 4. ord. tit. 1. 7o.
i l. 7. & 8. ad iuncta l. 15. Tauri.

Quinquagesimoquarto, qui filius accipit fructus ex aliquibus bonis sui patris viuentis de cõsensu eius, & post mortem eius nõ vult in diuisionem cũ ceteris fratribus illos cõferre, nisi pater permittat, & cõsentiat eos accipi ab eo animo remunerãdi eius merita, intra tamen quantitatẽ, quam ei donare potest *k*: quod ipsum etiã est dicendum de pecunia, quam in peculium profectitium à patre accipit, secundum mentem Bart. *a* Idem quoq; dicendum de eo, quod pater nomine filij emerat, cum id la-

k Bartol. in tractat. de duob. fratribus n. 1. & 2.
a Vbi supra.

bore atque industria sua filius promeritus esset *b*.

159 *Quinquagesimoquinto* peccat, qui filius nō vult conferre ea, quę pater ipsi emit, sed viuens non tradidit, quamuis sint libri, arma, aut alia, quæ si traderentur viuente patre, bona castrensia aut quasi castrensia fierent quoad proprietatē, & vsumfructum, quia omnino patris remanent, & sic inter fratres diuidenda sunt: licet tempore, quo talia pater emit, filius iam esset doctor, aut miles: nā quo illa fierent bona castrensia, aut quasi castrensia, necesse est vt in vita patris ea tradātur *c*. Et idem dicendū est de libris, quos pater emit, & tradidit filio, qui versabatur in literarū studiis, si doctor effectus, aut iam emācipatus non erat, quia nō fuerunt facta bona quasi castrensia. Verū est tamen nō teneri accipere illa secundū ęstimationem qua empta fuerunt, si nunc minoris æstimantur, iuxta glossam *d*, nec etiam pluris, si eorū ęstimatio creuit, iuxta Raphaelem, cuius contrarium tenet Ludouic. Rom. quod verius nobis videtur *e*.

160 Ad noue hic quęsitū respondimus, quod filius nō tenetur conferre illa, quę cum eo prę cęteris pater impendit in vestitu, cibo, & equitatu; quia id non est donatio, saltem talis, quæ in legitima cōputari debeat; nisi cū pater donauit ei aliquam sūmam, vt de ea pro libito disponeret, & ipse suo arbitrio in prędictis impendit, quia conferret eam, vt alias donationes *f*.

Adde, quod si pater filij nulla bona habebat, & aluit eū in studiis litterarū, non tenetur in parte suę legitimæ cōputare alimēta, quę ibi accepit. Sed sic, si pater penes se peculiū castrēse, aut quasi castrense filij habebat; quia pręsumitur eū aluisse tāquam administrator bonorum eius, iuxta Bart. *g* Quāquam in relictis creditori per vltimā voluntatē distinguitur, an debitum esset necessario, aut voluntate contractum, iuxta cōmunem *h*.

161 *Quinquagesimosexto* peccat, qui filius id quod de patris pecunia lucratus est, eo mortuo non vult cōferre, cū obligatione restituēdi; prēter partē lucri quā suo labore & industria meruit, vt quilibet extraneꝰ meruisset precedēte protestatione expressa, vel tacita, per prędicta *i*; quia eā cōferre nō tenetur per prędicta: quę pars regulariter est dimidiū eius, quod lucrifecit *k*, quē plurimorū auctoritate fulcit Decius *l*, vt diximus supra *m*.

162 Idem de filio, qui viuente patre datū, aut relictum aliquid ab aliquo extraneo solius patris, & nō sui contēplatione, mortuo patre non vult conferre; quia illud est peculiū profectitiū per supradicta *q*: secus tamen esset, si ei datū, aut relictum ipsiusmet contemplatione fuit, aut tempore quo iā emācipatus erat *b*. Quod si non constat vtrius contemplatione fuerit datū, id coniiciendum est ex qualitate personarum, & modo relinquendi, & aliis similibus, iuxta boni viri arbitriū *c*. Idem de filio, qui nō vult pro sua parte soluere debita honesta, quæ suus frater in litterarū studiis viuente patre, qui eum ad ea miserat, contraxit, cum obligatione restituendi *a*, quamuis conferre in impensas

b l. filij ff. fam. hære.

c l. 1. Cod. de castr. pecul. Bart. in d. tract. nu. 16. d In l. illud C. de coll. ab omnibus receptum.

e Arg. l. secūdum naturam ff. de rēg. iur. cap. qui sentit eod. tit. lib. 6.

f Iuxta leges 17. & 18. Tauri.

g Vbi supra arg. l. 1. C. de dot. promiss.

h In l. si cum dotē parag. si pater ff. solu. matrim. & in parag. sciendum l. 1. C. de æd. vx. & ct. olfi. de testamen.

i Eod. ca. n. 144. & seq. & num. 142. & 158. fecit ff. C. de coll. & Bart. in d. tract. nu. 23.

k Secundum Bart. in l. 1. nec castr. ff. de coll. bon.

l In l. illud C. de collāt.

m Num. 144.

a In eod. ca. n. 144.

b l. sed si quid ff. de vsufruct. Barthol. vbi supra num 7.

c Arg. l. 1. ff. de iure deli. & cā. de causis de off. deleg.

d l. sed Iulianus parag. pœn. ff. ad Macedō. & Bart. in dicto tract. nu. 16. & Bald. in addit. eiusdem.

impensas studij in quo perseuerare intendit, non teneatur e.

e Iux. Bar. & Bald. vbi supra num. 17.

163 Idem dicēdū de filio, qui non vult computare in suā legitimam mortuo patre sumptus, quos ille in sua bona aduētitia necessarios fecit, aut qui in eorum perpetuum emolumētum redundabant, cum pater eos animo recuperandi feciſſet, cum obligatione restituendi. Secus tamē esset, si eos animo non petēdi fecit; quod si non constat, parui præsumētur facti sine animo repetendi: cū eo vero, si sunt adeo magni, vt fructuū æstimationem excedant *f*. Illud constat, quod si sumptus non erāt ad eadem bona necessarij, nec in perpetuam vtilitatem eorū, sed solum in fructuum quos pater in vita percipiebat, redundantiā, filius mortuo patre, illos in legitima sua cōputare non tenetur; quia omnia onera, & sumptus in fructuum vtilitatem redundantes ad patrem, qui vsumfructum habet, pertinent *g*.

f Bart. vbi supra n. 22.

g Iuvt. Bar. recept. dict. n. 22.

164 Idem dicendum de filio, qui mortuo patre non vult computare in sua legitima bona patris, quæ insumpsit in ludos, & vsus malos & vanos, in quos frequenter filij scholastici pecunias à patre ad emendum libros acceptas insumunt, cum obligatione restituendi, secundum mentem glossæ *h*.

h l. illud C. de collat. & communem super ea scribentium.

165 Idē de filio cōmittēte aliquod delictū, ob quod pater pœnā soluit cōpellēte ad id statuto regionis; secus tamē esset, si pater sponte, nullo cogente ad id statuto, ex pietate illā soluit *i*. Idem etiam de filio, qui in sua legitima computare nō vult sumptus, quos pater animo in ea computādi, in eius nuptiis fecit; secus tamen si absq; tali animo id fecit, quod in dubio præsumitur *k*.

i Arg. l. libe captus C. de cap. Bart. in d. tract. n. 31. k l. 3. parag. fi. ff. de mune. & honor. Bar. vbi supra.

166 *Quinquagesimoseptimo*, qui gener vestes pretiosas, & ad festa celebranda, & alia ornamenta, vt margaritas, annulos, lapides pretiosos, data suæ vxori à socero, etiamnum exstantia, mortuo socero in vxoris legitima computare non vult, cum obigatione restituendi, si aliud in vltima voluntate non declarauit *a*. Non enim potest dici eorum donatio morte soceri confirmata, cum non constet, nec præsumatur donatio, sed concessio vsus eorum *b*; sed necessaria in vsum quotidianum non tenetur computare, nec pretiosa eo pretio, quo constiterunt, sed quo valent tempore collationis, neque in hoc si opes, aut dignitas personarum adeo sunt magnæ, vt illarū donatio præsumatur *c*. Nec vestes lugubres, quia vxoris sunt *d*. Idem de genero, qui donata vxori suæ à consanguineis eius sibi retinet; quia quod consanguinei mariti ipsi offerunt, pertinet ad eum; & ad vxorem, quod consanguinei vxoris, eidem dant *e*.

a 30. facit l. ex parte parag filius cū glo. fi. ff. mi. ercis.

a Dicta l. ex parte cū glo. Bald. in addit. Barto. in d. tract. de duobus fratribus.

b Argu l. id vestimentum ff. de pecul. & l. mortis, in fi. ff. de donat. inter virum, & vxor. & Bart. vbi supra nu. 22.

c l. filius ff. donat. Ang. verb. peculiū parag. 24. Sylu. eodem verb. qu. 12.

d Per gl. in l. ex re domini ff. de stipul. seru. & Angel. verb. peculium 12.

e Bart. l. sed si plures in arrogato ff. de vulg. & pupil.

De peccatis falsariorum.

167 *Falsarius qui nummos in substantia falsauit, cui restituet.*

167 *Qui circumcidit, aut attenuat nummos.*

168 *Qui scripturam, pondera, mensuras, aut sigillum,* 169.

169 *Falsarij Bullarum qui excommunicati.*

169 *Reliquiis, vel miraculis falsis, vel veris in malum finem vtens.*
169 *Quæstus turpis reliquiarum quis est.*

167 Q *Vinquagesimooctauo* peccat, qui nummos in substantia, pondere, aut forma falsificauit, aut falsis, sciens tales esse, vsus est, iuxta mentem omnium *f* cum obligatione restituendi damnum quod contigit, quando falsitas fit circa substantiam, scilicet substituendo, aut permiscendo vnum metallum pro altero *g*, aut circa pondus, minorem pro maiori cudendo *h*: non autem ita contingit damnum, cum solum falsificat formam cudendo sine potestate id faciendi, aut imprimēdo characterem & formam alienam absque consensu eius, cuius erat *i*; quia primis duobus modis proximum damnificauit, & non tertio: restitutio autem fiet damnum passo, si scitur; sin autem, pauperibus *k*. Neque excusatur, quod talem ab alio accepit, quia eius error alteri nocere non debet. Si tamē ignorabat falsam esse, durante ignorātia excusatur; sed postea ea excussa dānificato satisfacere tenetur, & saltē si ipse fuit in culpa, accipiēdo falsam pro vera, & nō cui dedit, si ipse pro vera impenderit, & damnum erat notabile; aliàs non, per supradicta l.

f In c. quanto de iureiu.

g l. Paulus ff. de solut.
h l. 1. ff. de contrahend. empt.

i l. sine nomine, & l. qui nomine, ff. ad legem Corn. de fal.
k Aug. ca. cum tua de vsur. & dictorum supra eodem nu. 92. & 93. Rod. c. n. 3.

168 *Quinquagesimonono* peccat, qui auctoritate priuata forficibus, aut aliis instrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat nummos, cum obligatione restituendi *a*. Dixi, *Priuata*; quia secus est si hoc fecit publica, eius, qui eos cudi iussit, vt iusto maiores ad æqualitatem pretij aliorum redigerentur. Dixi, *Publica*; quia priuata non liceret reducere ad illam æqualitatem, imo qui id faceret teneretur restituere id, quod corraderet ei, cui cudi iussit, aut monetario, qui eos cudit, si illud plus perit ipsi monetario, & non iubenti cudere.

a Iuxta glos receptam in c. quanto.

169 *Sexagesimo* peccat, qui aliquam scripturā in damnum alterius falsat, aut ea, sciens falsam esse, vtitur, aut malitiosē abscondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit scribam, vt sibi testamentum, aut aliam quamlibet scripturam falsam faceret *b*, cū obligatione restituendi omne damnū quod indè sequeretur. Et si sunt literæ Papæ, est excommunicatus excōmunicatione Papæ reseruata *c*, licet solam vnam literam, aut vnum apicem, qui non mutaret illarum sententiam, demeret, iuxta cōmunem *d*. Quod non credimus esse verum, saltem quoad forum conscientiæ, vt post Ioan. Gerson. tradidimus *e*, & trademus infra *f*, Vt etiam non incurrit, qui hoc fecit in literis, quæ iam non valent, quæque iam euanuerunt, secundum Richardum *g*.

b Toto titu. ff. & C. ad l. Corn. de fal.
c Iuxta c. ad falsariorū, de crimine falsi.
d In c. dura, de crim. falsi.
e In c. ad audientiam 1. de reser.
f Cap. 27. nu. 42.
g In 4. l. sen. dist. 18. art. 12 q. 31.

Sexagesimoprimo, qui falsat pondera, stateras, mensuras, aut illis falsis scienter vtitur, cum obligatione restituendi *b*. Idem de illo qui falsat subscriptionem, vel inscriptionem, aut sigillum prælati, aut aliorum quorumlibet, cum obligatione restituendi damnum, si quod sequatur, secundum S. Antoninum *i*.

h Cap. 1. de emp. & vēdi.

i 2. par. tit. 1. ca. 18. parag. 7

Sexagesimosecundo peccat, qui vtitur falsis reliquiis, aut veris causa

causa turpis quęstus, vel ebrietatum, & commessationū mortalium, aut miraculis, & reliquiis nouis ab Episcopo non approbatis *k*. Turpis autem quæstus dicitur, qui quęritur ex venditione, locatione, traditione vel ostensione reliquiarum, & aliorum sacrorum, cum pacto vel fine principali ob id aliquid recipiendi, non tamen qui minus principaliter intenditur; vt cum fit principaliter ob honorem & reuerentiam eorum, sicut vt plurimum fieri solet, per ea quę late tradidimus *l*.

k Cap. 1. de reliq & l. nemo C. de sacrosanct. Eccle. & clarius Cõci. Trid. sess. 25. de inuoc. & c. 1 in repet. c. inter verba 13. q. 3. concl. 5. & in Enchirid. de Orat. c. 6. n. 15. & seq. & nuper in Cõm. c. cum miniſter. 23. q. 5. nu. 9. & 36. cum seq.

De peccatis circa inuenta.

169 *Inueniens alienum vt peccat si non restituit, aut non quærit.*
170 *Bona quæ nullius, & quæ derelicta, num.* 176.
171 *Pauper pauperi restituendum an possit sibi restituere.*
172 *Thesaurus quid, & inuentus cuius sit, & nu.* 173.
174 *Dominium directum & vtile definiuntur.*
175 *Thesauri restitutio etiam ante sententiam facienda.*
175 *Thesaurus non est omnis pecunia abscondita.*
175 *Thesaurum prædij empti non reddit emptor etiam sciens.*
176 *Inueniens aliquid vi fluminis in suum fundum tractum.*
176 *Animal laqueo captum inuentum cuius sit.*

170 *Exagesimotertio* peccat, qui aliquid notabile alienum inuenit, & sibi retinet, vel quam cito & commode potest nõ reddit perdenti, si eum cognoscit, aut si non fecit quæ oportet vt eum noscat, iuxta Scotum receptum *a*.

Diximus, *Notabile*; quia minus eo non inducit mortale, per supradicta *b*.

Dixi, *Alienũ*; quia non est peccatum etiam veniale accipere sibi quod nullius est; cuiusmodi sunt aues & ferę, & lapides pretiosi littoris maris, quę inuenientium & capientium fiunt: *c*, qualia sunt etiam quę aliquando fuerunt aliquorum, sed desierũt esse illorũ quorũ fuerunt, nec sunt effecta aliorũ; vt thesauri, de quibus plura statim. Quales item quæ à sũis dominis pro derelictis habentur *d*. Pro derelicta autem quis habere suã rem perditam præsumitur ex coniecturis, de quibus est, quod tacet, & non quęrit per se, vel per alium, in quod allegatur Feder. Senen. *e* sed ipse ibi aliquid vltra, mea sententia, requirit, quod infra *f* ponitur. Aut iacit libi um apertum in mare vel fluuium *g*, quamuis id faciat tempore tempestatis. Non tamen idem esset, si iacit eum clausum, saltem illo tempore *h*, & minus id quod vi fluminis fertur *i*.

a In 4. l. sent. dist. 15.
b In cap. 11. nu. 4. & specialius supra eod. ca. nu. 3. e parag. item lapilli, Instit. de rer. diuis. d l. falsus, parag. si factum ff. de furt. & l. interdum ff. de acq. poss. & parag. ff. Inst. de rer. diuis. e In cõs. 170. f Num. 176. g Gl. in dict. parag. si tactũ h l. qu. Ieuandæ. ff. ad l. Rho. de iact. i Arg. l. naujgia, C. de furcap. excommunicationis, de rapto. k Arg. c. cum tua. & ei adnot. de vsur. l In Enchir. de Orat. c. 7. nu. 54. & sup. eod. c. n. 95. & in Tract. de reditib. quæ. 3. monit. 25. nu. 3.

171 Quod si per debitam inquisitionẽ non apparet, quis perdidit, vel cuius est, pauperibus restituendũ est *k*. Et si inuentor est pauper, potest sibi totã, aut partem illius retinere, tanquam vnus ex eis, saltẽ ex cõsilio cõfessarij, per ea quę diximus alibi *l*. Caueat tamẽ, ne à sua ip sius cupiditate falsus, debitã inquisitionem

tionem omittat, & pauperiorem, quã sit, se sibi persuadeat *m*.

172 *Sexagesimoquarto* peccat, qui casu thesaurum aliquem occultũ in loco alieno inuenit, & dimidium domino non reddit, aut si data opera absq; facultate domini effodiens inuenit, & totũ non reddit saltẽ sui laboris mercede deducta, iuxta mentem glossę *n*. Pro cuius declaratione diximus, quod *thesaurus est pecunia sub terrã, vel alibi absc̃dita vetustiore tẽpore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla est memoria*: qui secũdum ius commune totus est eius, qui inuenit illum in eo, quod plene suum est, quoad dominium directum & vtile; & si casu inuenit in alieno, dimidium est eius, & dimidium domini loci vbi est inuentus. Sed si data opera inueniat in alieno, distinguendum videtur, an de consensu domini loci fuerit quęsitus, an sine illo; & priore casu totus cedet inuentori, posteriore vero totus domino loci, vt probat prædicta *l*. 1. & recte resoluit Syluest. *b*

173 Ex quo *sequitur primo*, quod creditor, qui thesaurum in domo, quã pignori habet, inuenit, & maritus qui inuenit in terra dotali vxoris, diuidere debet eum cum debitore, aut cum vxore, & etiam, qui in agro, aut domo, ad modicum tempus conductis, imo, & ad longum, nempe ad vitam, aut vitas, aut in emphyteusin perpetuam, vel ad decem annos, qui etiam longum tempus constituunt, vt mox dicitur; quia nullus horum est integer dominus *c*, & sic dimidium directo domino dare debet. Et è contrario, si inuentor habet dominium directum, dimidium dare debet habenti vtile, vt colligitur ex Bart. *d*

174 Dominium autem directum tantum dicitur habere is, qui proprietatem rei sine vsufructu habet; vt qui in emphyteusin perpetuam, aut ad vitam dedit, aut ad decem annos locauit. Dominium vero vtile tantum dicitur habere, qui sine proprietate habet ius fruendi re perpetuo, vel pro sua vita, aut plus, aut saltem pro decem annis, iuxta glossam *e*.

175 Sequitur *secundo* eum qui thesaurum in loco publico, aut sacro, siue religioso inuenit, partiri debere cum fisco, aut ciuitate, aut prælato Ecclesiæ, cuius est ille locus vbi est inuentus. Dixi supra, *secundum ius commune*; quoniam vbi aliæ sunt de hoc leges aut de aliis rebus inuentis, illæ seruandæ sunt, sed non est exspectanda sententia iudicis, vt recte monuit Caietanus *f*, quia licet ille non dicat, hæc restitutio non fit in pœnam, cuius soluendæ obligatio exigat sententiam *g*.

Sequitur *tertio*, quod aliquam pecuniã dispersam per agrum, aut in sæculo retro aliquẽ parietẽ, aut in aliquo eius foramine inueniens restituere tenetur, quia non est thesaurus, per supradicta, & tradit Bald. *h* Idem est de illo qui aliquã pecuniam metu belli occultatã, aut quo melius seruaretur, repositam inuenit, quia proprie nõ est thesaurus, de quo loquimur. Quare nullũ ius sibi acquirit qui eam inuenit, imo tenetur restituere illi qui absc̃odit, aut eius hæredib⁹ *i*, aut pauperibus; quod si nõ faciat,

m Arg. cap. quatuor 4. q. 3. Ioa. Maior in lib. sent. di. 15. qu. 2.

n Dist. cap. si quid 14. q. 5.

a l. numquam parag. thesaurus ff. de acquir. rer. domi. & melius in parag. thesauros. Instit. de rerum diuis. & melius in l. 1. C. de thesau. l. 10.

b In aurea Rosa. cas. 13.

c l. 2. ff. si ager vect. vel emph. peta. & l. si is, parag. fin ff. de acqui. rer. domi. & in l. in traxa ff. de procu. & parag. thesaur. Instit. de rer. diuis.

e Clem. 1. de reb. eccl. non alie. & alibi a ptr Decium cons. 204. & alias alibi.

f 2. 2. qu. 66. art. 3.

g Iuxta g'lo. illam fag. c. fraternitas 12. q. 2.

h In rubr. de rerum diuis. i l. à tutore ff. de rei vendit.

i

faciat, mortifere p
rum temporis fluxi
quod prædium, si
thesaurum inuenit,
sciens in eis thesa
iuxta S. Th. c quicq
Sexagesimoquinto
diuinationibus, &
in suo, & quod inue
posse illum quousq
176 *Sexagesimosex*
delatum inuenit, &
retur pro derelicto
minum requireret,
beret, aut peteret à
quem illud faciat,
potest eum id pro
peccet *g*.

Auis autem &
pientis fit *k*, nisi vb
rauit, adiudicet.

De peccatis

177 *Fraus species d*
177 *Culpa quid &*
177 *Dolus quid &*
177 *Fallacia species*
178 *Casus fortuitus*
179 *De quo nemo n*
179 *Contractus ma*
180 *Contractus per*
181 *Deponens mut*
181 *Depositarius v*
181 *Depositarius s*
181 *Depositarius n*

177 AD cognosc
modata, m
præsupponimus pri
lo, an culpa, an casu
vel leuissima; ideo
que illorum. Defini
lum *b*, & S. Thom. c
Secundo, quod ex
breuiter, quod culp
tus actus, vt loquitur

faciat, mortifere peccat *a*, si ex coniecturis apparet non multum temporis fluxisse, ex quo posita sunt. Qui vero emit aliquod prædium, siue vrbanum, siue rusticum, in quo postea thesaurum inuenit, nil tenetur restituere venditori *b*, quamuis sciens in eis thesaurum esse emerit ab eo qui id ignorabat, iuxta S. Th. *c* quicquid Angel. dicat.

Sexagesimoquinto peccat, qui thesaurum arte magica, aut aliis diuinationibus, & modis illicitis quærit, quamuis id efficiat in suo, & quod inuenit, sit fisci *d*. Videtur tamen eum retinere posse illum quousque condemnetur, quia pœna est *e*.

176 *Sexagesimosexto*, qui trabem, aut aliquid aliud fluminis vi delatum inuenit, & sibi accipit, nisi esset tale, vt iure præsumeretur pro derelicto esse habitum *f*; & si in suo id inueniens dominum requireret, vt illud inde auferret, aut pro derelicto haberet, aut peteret à iudice, vt constitueret ei terminum, intra quem illud faciat, & dominus nil horum curet, satis præsumi potest eum id pro derelicto habere, quo sibi retinendo non peccet *g*.

Auis autem & fera in laqueo etiam alieno inuenta accipientis fit *h*, nisi vbi contraria consuetudo ei, qui laqueum parauit, adiudicet.

a Vt sen. gl. dicti parag. thesaurus, Inst. de rer. diuis.
b Dicta l. 2 tutore, vbi supra.
c 2. 2. qu. 66. art. 5.
d l. vnica C. de thesaur. lib. 10.
e Arg. gl. fin. c. fraternitas 12. qu. 2.
f Arg. l. qui leuand. ff. ad l. Rhod. de iact. Gab. in 4. li. sen. d. 15 q. 8. sub fin.
g Arg. dict. l. qui leuandæ cū ei adnot. h l. in laqueū ff. de acquir. rer. dom. parag. illud quæritum Inst. de rer. diuis.
i Ioa. Maior. in 4. lib. sen. di. 15. q. 10.

De peccatis circa contractus, & primo circa depositum.

177 *Fraus species doli.*
177 *Culpa quid & quotuplex*, 178.
177 *Dolus quid & quotuplex.*
177 *Fallacia species doli.*
178 *Casus fortuitus quid, & idem vni casus, alteri non.*
179 *De quo nemo nisi tribus casibus tenetur.*
179 *Contractus magis obligat eum cuius gratia fit.*
180 *Contractus per quosdam transit dominium, & per quosdam non.*
181 *Deponens mutuabile cum facultate vtendi, &c.*
181 *Depositarius vt peccat non reddendo vel vtendo.*
181 *Depositarius se offerens non ad plus tenetur: nisi, &c.*
181 *Depositarius ne dolo teneatur pactum, non valet.*

177 AD cognoscendum peccata, quæ circa deposita, commodata, mutuata, pignorata, & locata committuntur præsupponimus *primum*, quod plurimum interest, an quid dolo, an culpa, an casu pereat, vel peius fiat, & an culpa lata, leui, vel leuissima; ideoque definiendum esse, quid sit vnumquodque illorum. Definiuntur autem à Panormitano *a* post Bartolum *b*, & S. Thom. *c*

Secundo, quod ex mente omnium prædictorum dici potest breuiter, quod culpa generaliter sumpta, *est voluntaria inordinatio actus*, vt loquitur S. Thom. *aut deuiatio à bono*, vt Bartolus: & quia

a In cap. 1. de commod. & fin. de sponsa.
b In l. quod Nerua. ff. de pos. cū notat. ibi, & alibi sæpe per nostros doctores.
c 1. par. q. 48. art. 5. & 6. & 1. 2 q. 21. art. 2. & 1. 2. qu. 118. art. 8.

quia inordinatio, siue deuiatio volũtaria aliquando fit studiose, siue de industria, & aliquando inconsiderate, ideo culpa diuiditur in dolum, & in culpã simplicem. Dolus autem est *machinatio seu circumuentio ad decipiendum seu fallendũ alium adhibita*. Dolus autem est duplex. Alter qui fit verbis, & vocatur fallacia. Alter qui factis tantum, & vocatur fraus, vt ait S. Th. e Iterum dolus diuiditur in verum & præsumptum, vt aiunt Bart. & Panor. nam licet dolus non possit probari, nisi per confessionem partis, vel coniecturas, quoad forum exterius *f*; tamen quando signa sunt manifesta, dicimus dolum verum; quando secundo dicimus dolum præsumptum. Verbi gratia, librum cõmodatum reliquisti noctu in platea à furibus frequentata, & est perditus, diceris apud homines vero dolo, eo fine vt perderetur, ibi posuisse; si autem eundem librum reliquisti in platea interdiu, diceris dolo præsumpto reliquisse apud eosdẽ; licet fieri possit, vt neutro casu corã Deo dolo feceris; vel quod in posteriore casu dolose feceris, & non in priore. Et dolum verum appellauit Bart. latissimam culpam, dolum præsumptum latiorem culpã.

178 Ex quibus *infertur primo*, frequẽtissime fieri, quod qui vere coram Deo non est in dolo, præsumatur esse in eo corã hominibus *g*. *Secundo*, fraudem esse speciem doli generaliter sumpti *h*. *Tertio*, quod omnis dolus est culpa, & ita quod promittẽs indemnitatem alicui de culpa commissa per famulum, tenetur de furto eo dolose admisso, vt aiunt Bart. & Panor. communiter recepti *i*. Culpa vero simplex differt à dolo, quod ille scienter & studiose fit, hæc vero ignoranter, vel negligẽter: & ita est triplex, lata, leuis, leuissima. Lata est, *quã regulariter omnes cõmuniter vitant*; qualis est eius qui extra domum, aut in scamno librum sibi commodatum relinquit. Leuis vero, *quam regulariter homines diligentes suæ professionis euitant*; qualis est eius, qui librum aliquem in suo cubiculo, ostio tamen aperto, relinquit. Leuissima, *quam homines diligentissimi vitare solent*; qualis est eius, qui librum commodatum intra cubiculũ relinquit, quod clauce obseruauit, non tamen manu, an bene obseratum esset, tentauit, iuxta communem opinionem in prædicto capite. & casus fortuitus est *inopinatæ rei euentus, qui præuideri non potest, etiam per diligentissimum*. Casu autem fortuito fit, quod sine vllo dolo & culpa eius, de quo agitur, contingit; qualia sunt quę cõtingunt per bellum inopinatum, furtum latronum, terræmotum, gelu, grãdines, fulmina, & alia similia *a*. Monemus autem quod alij non monent, quod aliquis euentus dici potest casus fortuitus respectu vnius, & non respectu alterius: vt incendium domus, respectu eius qui incendit, dolo aut culpa dicetur factum; at respectu passi damnum suorum bonorum, aut alienorum per illud, qui nullatenus fuit eius conscius, casus fortuitus.

179 *Tertio*, quod regulariter nemo tenetur de dãno quod casu fortuito cõtingit, nisi in tribus casibus. *Primus*, quãdo culpa præcedit;

d l. ff. de dolo, gl. in rescin. lib. 6. & In di. ar. 8.

f Iuxta glo. c. 2. de renunt. li. 6 & in l. dolum, C. de dolo.

g Arg. c. tua, de sponsi. cum ei adnor.

h Iuxt. l. ins gentium, parag. sed si fraudandi adiuncta gl. ff. de pactis.

i Vbi supra.

a l. quæ fortuitis, C. de pignor. actio.

præcedit; vt qui equum sibi vsque ad Bononiam commodatum duxit ad Mediolanum, & post Bononiæ transitum, incidit in latrones, qui ei rapiunt illum. *Secundus*, cum mora pręcedit, & fit deterior, aut perit aliter, quam periisset apud commodantem *b*. *Tertius*, cum fit pactum, quod quamuis casu fortuito amitteretur, ei, qui recepit, pereat *c*.

Quarto præsupponimus, quod quando aliquis contractus in fauorem, & vtilitatem solum alterius contrahentium fit, ille regulariter tenetur de dolo, & lata, leui, & leuissima: alter autem non nisi de dolo, & lata culpa. Et si in fauorem & vtilitatem vtriusque fit, vterque tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & non de leuissima, nec de casu fortuito *d*.

180 *Quinto* præsupponimus, quod aliqui sunt contractus, per quos dominium rei de vno in alium non transfertur, & aliqui per quos transfertur. De numero non transferentium est contractus depositi, per quem sola custodia rei alteri committitur *e*, & regulariter fit in fauorem eius, qui deponit, & cõmendat. Et contractus commodati, per quem conceditur vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur *f*; vt commodatio gratuita mulæ, libri, vestis, & id genus aliorum, & regulariter fit in fauorem accipientis, & contractus locati & conducti, per quem vsus alicuius rei, quę vsu non consumitur, pretio conceditur *g*; qualis est concessio non gratuita vsus domus, prędii, mulę, equi & id genus aliorum. Et contractus pignoris, per quem debitor creditori aliquid in cautionem pignorat *h*. De numero vero transferentium dominium sunt emptio, & venditio *i*, permutatio, donatio, & mutuum, per quod gratis creduntur res quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, & vsu consumuntur *k*; qualia sunt pecunia numerata, panis, vinum, & oleum.

181 *Sexto*, quod depositum prędictarũ rerum in numero, pondere, & mensura consistentiũ, facta facultate depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuũ, simul ac depositarius incipit eis vti *a*.

Sexagesimoseptimo peccat, qui deponit rem in numero, pondere, vel mensura consistentem, cum facultate vt ea vtatur, pacto facto, aut intentione principali, vt aliquid lucri inde ei redeat: quia per proxime dicta in effectu mutuat, sperans inde principaliter lucrum, quod esse peccatum *b* patebit. Idem de depositario, qui depositum deponenti petenti reddere nõ vult *c*, nisi cum deponens in suum damnum, aut alienum repeteret; vt quum furens deponens arma, ea ad se, vel alium lędendum repetit *d*. Et nisi quando bona deponentis publicata, siue confiscata sunt: quia tunc depositum fisco reddendum est *e*. Et nisi quando latro apud eum, à quo furatus erat deponeret *f*.

Sexagesimooctauo peccat, qui depositarius depositum amissum dolo, vel lata culpa eius, de quibus supra *g*, reddere non vult *h*, quãuis nõ, si culpa leui sit amissum; quia regulariter depositũ gratia solius deponẽtis fit, & per contractũ alterius tãtũ partis

gratia

b Per supra d. num 80.
c Dict. c. 1. & l. in rebus ff. ca. & l. 1. C. eo. & l. 1. parag. is ff. de act. & obli.
d l. contract. ff. de reg. iur. cum late adnot. ibi per Decium.
e l. 1. & l. licet. ff. depos.
f Ca. 1. cum ei adnot. de commod. & toto tit. ff. cõmod.
g Toto tit. ff. & C. de locat. & in Decret. eod. tit.
h l. 1. ff. & C. de pig. & eo. tit. In Decretal. 1. ff. & C. de contralte. empt.
k l. 2. parag. appellat. ff. de reb. cred.
a l. Quintus ff. depos. & clarius in licerti condictio parag. fin. cum l. seq. ff. de reb. cred.
b Infra nu. 206.
c Cap. bona fides, de depos.
d Capit. ne quis 12. q. 2.
e Dicta l. bona fides.
f Per eadẽ l.
g Eod. cap. n. 177.
h l. 1. parag. vlt. ff. deposit.

gratia factum altera pars de culpa leui non tenetur, per supra-
i Eod cap.n. præced. dicta *i*. Vnde si ob custodiam aliquam mercedem accipit, te-
nebitur, si sua culpa, quamuis leui, amittatur, non autem si le-
k Per prædicta nu.179. uissima vel casu fortuito, nisi præcesserit mora in restituendo,
vel pactum, quod ad id eum obligaret *k*, licet non valeret pa-
l Ca. ex parte de consuet. & l. conueniri ff. de pact. dotal. ctum, ne depositarius de dolo teneatur, quia id materiam &
occasionem peccandi præberet, quod non licet *l*. Et etiam
quando gratia depositarij depositum factũ est, tenetur de cul-
pa leui. Et etiam quãdo ipse se obtulit custodem, ob quod qui
depositum, alteri diligentiori committere omisit, iuxta commu-
m Ca. 4. n. 9. & seq. nem. Cuius contrarium tenuimus supra *m* sequuti Decium *n*;
n In d. reg. contractus. nisi quando se ob suam vtilitatem obtulit, & non quo grati-
ficaretur deponenti, aut operam suam ei nauaret.

Sexagesimonono, qui depositarius deposito contra voluntatem
o Eod. ca. nu. 203. deponentis vtitur, vt de vtente pignore infra *o* dicemus.

De peccatis circa commodatum.

182 *Commodans vt peccat ante tempus repetens.*
183 *Commodatarius vt peccat non reddens aut vtens, &c.* & 184.
185 *Commodatarius remittens per nuntium non reddentem.*
186 *Impensæ quæ, & quomodo commodatario soluendæ.*
186 *Commodatum à mutuo in eius redditione longe differt, & seq.*

182 *Septuagesimo* peccat, qui commodans commodatum an-
te tempus constitutum à commodatario contra eius
voluntatem, & cum eius damno notabili repetit, cum obliga-
a l. in cõmodato parag. licet ff. cõmod. & c. 1. de cõmod. tione restituendi *a*, nisi commodans tantundem damni pate-
retur, si non repeteret, secundum Angel. *b* quod saluat quoad
b Verb. commodatum parag. 4. sorum conscientiæ, Syluester, quando commodatarius alio re-
medio sibi, quo illud damnum vitaret, prospicere potuisset,
quamuis illud commodatum sibi non fuisset; sed nostro iudi-
c In d. c. 1. de commod. & in d. l. in reb. cio, in vtroq; foro peccat, qui commodat, & ante tẽpus reuo-
cat, quia textus indistincte loquũtur *c*; nec vlla ratio in vno fo-
ro potius, quam in alio concludit. Et quia licet quis (cæteris
d Cap. si non licet 23. q. 5 & l. 1. ff. de pact. cap qualiter eo. tit. paribus) sibi magis, quã alteri obligetur *d*, in proposito cætera
non sunt paria, quia commodãs sua voluntate proprię rei vsũ
alteri concedit, & suam fidẽ seruare tenetur *e*. Sed si res ad cer-
tũ vsum, & ad certum tempus commodata non fuit, sed quo-
usq; cõmodanti placeret, (quod precariũ vocatur) cũ libuerit,
repetere potest, nisi quando absq; causa, & cum dãno alterius
f Verb. precarium qu. 1. repeteret; quia tunc dolo id facere videretur, iuxta Syluest. *f*
183 *Septuagesimoprimo*, qui cõmodatarius ad prefinitũ tẽpus nõ
reddit, aut deteri⁹ factũ sua culpa, etiã leuissima reddit, quo cõ-
g Arg. c. 1. de commod cũ ei adnot. modãs non fuit contẽtus *g*. Idẽ si commodatarius in aliũ vsum,
quã concessum, commodato vtitur, aut diutius, quã conuenis-
sent, cum damno notabili commodãtis, & est obligatus ad re-
stituẽdum illud damnum, & rem commodatam; quãuis dete-
rior

rior fieret casu fortuito, quia furtum committit *h*, & omnis fur est in mora *i*, & casus fortuitus ei, qui est in mora, nocet, vt supra *k* dictum est. Non tamen est fur, nec peccat, si probabiliter credit eum, qui commodauit, cõtentum fore eo quod ipse fecisset, & ideo illud fecit *l*. Nec tenetur de damno commodatarius, sine cuius culpa res commodata periit, aut deterior est effecta solo vsu, ad quem commodata fuit *m*, imo saltem in foro conscientiæ, restituere non tenetur commodatum, quod periit, aut deterius effectum est alio vsu, si certum est eodem modo peritorum, aut deterius effectum iri, si tempore competenti commodanti restitutum fuisset, nisi id quod commodantis ob moram interfuit, Angelus *n*.

h l. qui inuenta, ff. de furt. & parag. placuit. fin. ff. de oblig. quæ ex deli. i l. si vt certo ff. commod. i l. in re furtiua, ff. de cõdict. fur. k Eod. ca. num. 1-9. l l. qui rem. ff. de furt. m l. si commodauero ff. commod. n Verb. commodatum, parag. 14.

184 Ex quo *sequitur*, peccare commodatarium, qui rem sibi commodatam, cum domini damno notabili alteri cõmodat *o*. Et qui commodatum sui tantum gratia accipit, vt regulariter accipi solet, si sua culpa etiam leuissima amittatur, restituere tenetur. Sed si accipit ob causam, & vtilitatem eius, qui commodat, quemadmodum vxor ornamenta & vestes, quas maritus, aut amicus commodat, recipit, quo ornatior ad eum accedat, non nisi ad damnum dolo, aut culpa lata datum tenetur. Et si vtriusque gratia commodatur, vt commodans vasa argentea, & alia similia ad splendide aliquem dominum, vel amicum communem excipiendum, tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum: sed non ad id quod leuissima datum est *a*. Quamquam Sotus *b* recenter contra omnes dicit, se credere commodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quæ ad mortalem in foro conscientiæ non peruenit. Sed communis tenenda est: quia hæc obligatio non tam descendit ex peccato, quam ex natura contractus.

o l. qui vas parag. si ergo ff. de furt.

a l. cõtractus ff. de reg iu. ca. cum ei adnot. per Pano. & alios de commod. b Lib. 5. q. 7. art. 3. de iu & iur.

185 *Septuagesimotertio* peccat, qui misit commodatum, pignus, depositum, aut locatum per nuntium non habitum pro fideli, & amittitur dolo, aut culpa eius, & non vult soluere *c*. Sed non si misit per nuntium communiter pro fideli habitum *d*; quia ea, quæ pereunt, regulariter suo domino pereunt, & quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt sunt domus, bestiæ, & similia, quorum dominiũ non transit in accipiẽtem, manent & sunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant, & ita quomodocunque pereant, eisdem pereunt, nisi dolus, pactum, culpa, aut mora præcedat, quorum nihil interuenit in missione rei commodatæ per nuntium communiter ad illam ferendam pro fideli habitum.

c Arg. ca. significante, de pignor. Batt. in l. eum, q. ff commod. d l. qui argẽtũ, ff. cõmod. & Barthol. vbi supra.

186 Quãuis contrarium sit dicendum de rebus mutuatis; puta pecunia numerata, pane, vino, oleo, & id genus aliis, quę vsu consumuntur, quia dominium eorum transit in accipientem, & ideo licet per nuntium fidelem, & diligentẽ mittantur, si actu non peruenerint ad eos, quibus mittuntur, & nuntius non fuit electus per eos, nõ liberatus mittens, iuxta communem *e*.

e In l. incendium. C. si cert. pet. & l. quod te ff. eod. & d. cap. significante.

Septuagesimoquarto, qui cõmodatarius rem sibi commodatam non vult restituere, nisi solutis prius impensis, quas ipse iure facere tenetur; quales sunt victus & curationes exigui pretij *f*; quamuis pro compensatione alterius debiti liquidi retinere posset *g*, & etiam pignus magnarum impensarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inuestigationem, aut alia similia factarum *h*.

f In rebus, parag. possunt ff. commod. Bart. in l. diuortio parag. impendia. ff. sol. matr.

g Iux. cõmu. arg. à contrario l. fin. C. de compens. & cap. 2. de depos.

h Dicto parag possunt. & Bart. vbi supra.

De peccatis circa locata & conducta.

187 *Locator non reddens pensionem pro re locata perdita, & seq.*
188 *Sterilitas, & fertilitas quæ, & quãdo minuant pensionẽ. & 191*
189 *Sterilitas non dat remissionem his casibus & seq.*
190 *Pensio emphyteusis duplex, & quæ minuitur.*
192 *Emphyteusis quæ perditur biennio non soluendo.*
193 *Locator in quatuor casibus potest auferre rem locatam & nu. 194.*
195 *Locans domum in malos vsus, vel dolium vitiosum & nu. 194.*
195 *Castitatis seruandæ hæc vera remedia.*
195 *Meretricum permissio vt licita, & domus eis vt locanda, & an id expediat.*
195 *Permissio peccati nulla cum participatione lucri licita.*
195 *Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea vt liceat.*
195 *Tributum meretricum tamquam fœdum ab Anastasio sublatũ.*
196 *Dolia, & alia vasa vitiosa, sciens, vendens, aut locans.*
197 *Operarius, qui non laborat iuste conductori.*
198 *Conductor non soluens, vel damnificans, nu. 199.*
199 *Conductor partiarius, non partiens domino locanti arbores.*

187 SEptuagesimoquinto, qui locat aliquid, & pensione accepta ob crimen commissum sua bona perdit, & non vult reddere pensionem saltem pro rata temporis conducto-

a l. fi fundus ff. loco.

ri, qui eo non potuit, vt conuenit, vti, iuxta legem *a*, quæ vna cum glossa & communi sententia probat, locatorem teneri ad reddendam conductori totam pensionem, vel partem pro rata temporis, siue fundus publicetur ob maleficium, siue detur militibus: licet non teneatur soluere illi interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, eo quod non fuit vius toto illo tempore, ad quod conduxit. Idem de locatore, qui compellit ad soluendam integram pensionem domus locatæ conductorem eam relinquere coactum ob pestem, & aliam iustam causam superuenientem ante definitum tempus; quia solum pro tempore, quo ea vti potuit, soluere tenetur *b*. Idem de locatore qui non vult deducere partem agricolæ debitam, propter sterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni precedentis, nec sequentis compensare potest *c*, quamuis ad id non teneatur eo solo, quod fructus iam percepti damnificentur, sum-

b Ca. propter sterilitatem. cum ei adnot de locat.

c Dict. cap. propter de loca. l. ex cõducto parag. si vis, ff. locat.

surripiantur, aut pereant, quia id sterilitas dici non potest. Idē de quolibet locatore, & conductore, qui non seruat vel non vult seruare leges locationis & cōductionis expressas, vel tacitas, quę colligūtur ex infrascriptis sex notabilibus. *Primo*, quod iuxta leges Lusitaniæ Catholicæ fidei propagatricis consultissimas, præfatę remissioni locus non est: quia per illas, ad tollēdas mille difficultates circa hoc occurrētes, sapienter statutum est *e*, quod agricola nullam pensionem soluat, quādo nulli fructus exstiterint, & quando aliqui fuerint, quamuis pauci sint, integram soluat, aut omnes fructus domino relinquat, de illis semente deducta, si est prædium ab eodem satum, aliàs nihil. Diximus, *Remissioni*, quia compensationi anni fertilis cum sterili ibi etiam, vt in aliis regnis iuri communi locus est *a*.

188 *Secundo*, quod sterilitas fortuita est, quæ contingit ex insolito calore, frigore, tempestate, terræmotu, magna illuuione, locustis, bruchis, & id genus alijs, quæ absque aliqua culpa agricolæ euēniunt *b*. Et quamquam multæ sunt opiniones circa definitionem sterilitatis prædictę; omnibus tamen perpensis, ea vere proprior videtur, quę definit esse illam, quam conuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio regionis probat, & quod cessantibus his eligatur illa Bartoli *c*, scilicet, quæ est tanta, vt ex tribus partibus, quæ communiter colligi solent, vix duæ tantum colligantur; vt si solēt colligi quindecim modij frumenti, & non colliguntur nisi decem, quo casu si prædium erat conductum tribus scutis, duo soluantur.

189 Quamquam item aliqui dicant, quod tūc sterilitas vnius anni compensanda est cum fertilitate alterius, cum in dicto precedenti anno, aut sequenti duplo plus solito colligatur. Verius tamen videtur sufficere, vt colligatur tantum, quantum pacto aut consuetudine ad id constitutum est, aut plus solito tertia parte, quia ad sterilitatem sufficit, vt tertia partę minus solito colligatur. Et in hoc nulla est differentia an pensio sit soluenda in pecunia numerata, an alia quauis re *d*.

190 *Tertio*, quod hęc remissio locum non habet, cum locator & conductor sunt socij partiarij, tam lucri quam damni *e*. Nec quādo sterilitas ex vitio, aut tenuitate agri, in quo multa herba vel zizaniæ sementē suffocant; quia hoc negligentiæ agricolæ imputatur, qui eas nō exstirpat, quod etiam Sylucst. *f* recte adnotat. Neque in pensionibus rerū, quę in longum tempus, scilicet, in decē, vel plures annos, aut in vnam, vel plures vitas, aut in perpetuum conducūtur & locantur, etiāsi maior pars rei sic ad longum tempus locatæ pereat, etiam casu fortuito, modo non tota *g*; quod verum est, quando exigua pensio exsoluitur potius ad recognitionem dominij directi, quam ad solutionem fructuum; secus autem, quando ita fructibus respondet, quod tantum, aut parum minus soluitur, quam si ad modicum tempus conduceretur; tunc enim prædicta remissio faciēdae est,

a Vt eod. tit. 61. cauetur.

b Prædicto parag. si vis.

c In d. parag. si vis. & Ioan. And. ind. ca. propter.

d l. damnum C. de locat.

e Lib. 4 ord. tit. 61.

d Arg. l. illud ff. ad l. Aquil. & cap. 2 de transpræla.

e Iuxt gloss. receptam in d. c. propter.

f Verb. locat. qu. 12.

g l. 1. C. de iure emphy.

quia emphyteuta, siue cõductor nõ soluit pensionem, tam ad recognitionẽ dominij directi, quam in fructuum cõpensationem, quæ cõmunis opinio est, quam refert, & sequitur Iason.*h*

h In l.1.C. de iure emphy.nu.20.

191 *Quarto*, quod pensio prouentus, aut merces locationis nõ sunt augẽdę propter fertilitatẽ quę euenit ex eo quod fructus per conductoris industriã exercuerint; quia sua industria eidẽ nõ debet esse dãno, nec etiã quãdo ex fœcunditate prędij euenit, sed sic quãdo casu fortuito contingit, vt si res locata fuit molendinũ, ex quo conductor cõmuniter percipere quinquaginta solet, & quia reliqua molẽdina vicina destructa sunt, hoc anno centum percipit, pro rata pẽsio augeri debet, sicut ob sterilitatẽ casu fortuito eueniẽtẽ diminui solet, secundum Panormit.*a* & Syluest.*b* quia contrariorum eadẽ est disciplina.*c*

a In dict. cap. propter.
b Verb. locat qu. 14.
c Cap. hospi. 32 dist. l. 10. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

192 *Quinto*, quod qui aliquam rem propriam Ecclesiæ in emphyteusin temporariã, aut perpetuã habet, & per duos annos pensionem soluere cessat, ipso facto eã perdit *d*, nisi celeritate solutionis mora purgetur, quę purgatur, si ante citationem vel statim post eã sine alia dilatione soluit, iuxta Innoc. & Ioan. And.*e* & Bald *f* quãuis glossa & Cardinalis *g* arbitrio iudicis relinquant, quod verius videtur. Sed si prædium est alterius personæ priuatæ, non amittitur ob non solutionẽ, ante trium annorũ lapsum, sed moram purgare non potest propter maius temporis spatium, quod ad eã faciendã datur *h*. Sed si dominus prædij debet emphyteutæ tantũ, quantũ sibi debetur, non perdit propter compensationem, quæ solutionis vim habet *i*.

d Ca potuit, de locat.
e In dict. cap. potuit.
f Tit. de locat.
g In dict. ca. potuit.
h l. fin. C. de iur. emph.
i Arg ca. fin. de depos. vbi Pan. & alii.

193 *Sexto*, quod qui domum suam in certum tempus locauit, ante prędinitum tempus ab ea colonum, vel inquilinũm amouere potest in quatuor casibus *k*. *Primus*, quando in longum tempus, scilicet, in decem, aut ad minimum in quinque annos locatum fuit, & in duobus primis annis pensionem non soluit, aut quando in minus tempus locauit, & die præstituto non soluit, nec celeriter satisfacit *l*. *Secundus*, cum ad suam habitationem propter aliquam necessitatem superuenientẽ ea opus habet *m*, si tamen commode aliter sibi prouidere potest, non dicetur necessitatem habere. Quæ tamen superuenire potest locanti, qui aliam domum non habet, quando locat, quidquid dicat Sylvester *n*, vt si tunc cum alio degebat, & postea vxorem duxit, & cum ea separatim ipsi viuendum est.

k Cap. propter parag. 1. cum glo. de loca.
l Eadem C. de locat. & d. ca. propter parag. 1.
m Dicta l. eadem, & d. ca. propter. parag. 1.
n Verbo locat. q. 9.

194 *Tertius*, quando domus indiget refectione, qua tẽpore locationis nõ indigebat *o*. Sed in hoc, & prędicti casu pensionẽ pro rata tẽporis, pro qua auferetur, deducere debet *p*. *Quartus*, quãdo cõductor abutitur ea, etiã absq; dãno illius, recipiendo meretrices, desides quosq;, & lenones, & id genus nihili homines, & tũc nihil ei de pensione remittere tenetur, aut male ea vtitur, & cũ dãno illius in cubicula sues introducendo, arbores cędendo, agrũ idoneo tẽpore nõ colendo, quo casu de pẽsione remittere pro rata debet, & potest in iudicio damna petere *q*.

o Dict. cap. propter.
p Dict. c. propter. parag. 1.
q Panorm. & Ioan. de Imola in dict. cap. propter.

195 *Septu-*

195 *Septuagesimo sexto* peccat, qui suam domum, aut aliam rem locauit ei, quem putabat ea ad peccatum mortale abusurum; vt qui arma locat ei quem putat interficere, aut iniuste alium percutere velle, aut locat domum suam ad vsuras in ea exercendas; quia auxilium ad peccandum mortaliter præbet *b*.

Ad noue hoc in loco quęsita respondimus multa, quorum summa est. *Primo*, quod licet potestati publicę permittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices, secundum August. *c* relatum à S. Tho. communiter recepto *d*, dicente, quod vt Deus permittit aliqua mala, quo maiora vitentur, vel maiora bona sequantur, ita potestas humana imitata eum id facere potest.

Respondimus *secũdo*, quod non licet permittere lupanaria, eo modo, quo alicubi permittuntur, videlicet cõstituendo eis patronos, & locando domos carius quã locarentur honestis, eo quod magis lucrantur quam illæ, & recipiendo aliquã turpis lucri partem; quia hic modus continet participationem lucri obuenientis ex peccato: & vt erudite dixit Caieta. *e* nulla permissio peccati est licita cum participatione lucri procedentis.

Tertio, quod non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare; quia legem, & consuetudinem iustam transgreditur *f*.

Quarto, difficile defendi posse, quod nõ peccat mortaliter, qui facit, vel locat domũ meretrici ad meretricandum, etiam in ea parte ciuitatis, in qua permittitur habitare *g*. Tũ quia nõ licet locare domum vsurario ad exercendũ fœnus *g*. Tum quia nullatenus licet dare occasionẽ peccãdi iuuando, per resolutionẽ positã supra *h*. Tum quia, quamuis possit potestas publica permittere meretrices, consultores, & adiutores earũ, & accedentes ad eas, nõ tamẽ potest efficere, quod illę & hi nõ peccent, & negari nõ potest, eum qui facit, vel locat domum meretrici ad meretricandum iuuare ipsam ad illud. Tum quia fundamẽta, quibus cõtrariũ *i* defendimus, soluũtur, cõcedendo *primo* quod licet cuiq; vti iure rem suã locandi licite, nõ tamen illicite. *Secundo*, quod quamuis liceat locare domum ei, quẽ credit aliquo modo in ea peccaturum ad alium finem quã peccãdi, & ad exercendã artem, cuius exercitiũ non habet peccatũ inseparabiliter admixtũ, non tamen ad finem peccandi, nec cõsequenter ad exercendã artem cuius exercitiũ habet in se peccatũ inseparabiliter admixtũ; & ita quãuis liceat locare domũ peccatoribus, puta cõcubinario, aleatori, peierãti & id genꝰ aliis non excõmunicatis, ad viuendũ honeste, etiamsi credantur peccaturi, nõ tamen ex eo cõsequitur, quod liceat locare meretrici domũ ad viuẽdũ meretricãdo, & exercendo artẽ, cuius exercitium inseparabiliter habet peccatum admixtum, quia id nulla humana potestate potest fieri licitum, cum sit contra legem naturalem & diuinã *a*, licet iusta de causa permitti possit. Contrariũ tamen sine scrupulo affirmat Ioannes Maior. *b* Pro

b Arg. c. fi. de iniur. & ca. 1. de offi. dele.

c In lib. de ordine.

d 2. 2. qu. 10. art. 11.

e Supradicto art. 11.

f Contra ca. quæ contra mores. 8. di

g Ca. 1. vsur. li. 6.

h Eod. c. 14. num. 35.

i In di. c. 22.

a Arg. c. sunt quidã, 25. q. 1

b In 4. l. dist. 25. q. 35.

quo facit, quod id seruat cõsuetudo totius fere orbis Christiani. Et quod prędictũ dictum Augustini ab omnibus receptum, vix potest exsequi sine domorũ locatione. Et quod in hac vrbe, sciẽte & patiente Papa, locantur, & semper consueuerũt locari domus meretricibus. Et confessarij absoluũt, & semper absoluerunt locatores earum sine proposito abstinendi à tali locatione. Et quod ad cõtraria, quę vrgentissima sunt, respõderi potest, procedere in eis, qui locãt eo fine principali, vel minus principali, vt meretricentur, non autẽ in eis qui locant illis ad viuendum tantũ, cum displicentia corã Deo vera meretricij, & artis meretricandi. Et quod hoc significare videtur ius Canonicũ c, quatenus vetat locari domos vsurarijs ad fœnus exercẽdum, & quatenus non vetat locari indigenis, sed tãtum alienigenis: quamuis replicari possit, probari quidem ibi, quod permittitur locatio vsurariis indigenis ad fœnus exercẽdũ in foro exteriori, nõ tamen quod liceat in interiori, de quo agimus.

c Dist. c. 1. de vsur. li. 6.

Quinto, quod magis expediret nõ permittere: *Primo*, quidem quoddifficile est defẽdere, quod liceat eis facere vel locare domos, in quibus meretricẽtur, vt dictũ est, & quod raro locãtur ad tã purũ finem viuẽdi, quod non misceatur aliquis finis saltẽ minus principalis meretricandi, vel de lucro participãdi. *Secãdo*, quod multi pueri incipiũt hac occasione prius peccare, quã alioquin inciperent. *Tertio*, quod libido nõ extinguitur, necfrænatur, imo accenditur eius vsu secundum Magist. d addito malæ inclinationi sensualitatis malo habitu; quia duo vincula fortiora sunt vno. e *Quarto*, quod castitatis habitu resistendi illi malæ inclinationi refrẽnatur illa, & nõ lupanari resistentię illi resistenti. *Quinto*, quod finis per eã prętensus, puta ne honestæ solicitentur, non attingitur: viri enim prudentes aiunt eos, qui ad eas solicitándas sunt apti, nõ adire meretrices; imo postquã male sunt eis assueti, tanto magis honestas solicitant, quo maiore impetu naturę & vitij feruntur. *Sexto*, quod ipsemet noui pueros castissimos venientes ad Academias ex terris, vbi nõest eiusmodi occasio fornicandi, ob eã, quę in illis se offerebat, animas, studia, & corpora ipsa cõtagio infecta perdere. *Septimo*, quod meretrices ipsę posteaquam desinunt esse ad illud turpe lucrum aptę, mille malorum instrumenta fiunt. *Octauo*, quod mares maiore vigore sunt ad resistendũ libidini quã fœminęa. Et fœminis nusquã hac permissione succurritur. *Nono*, quod verũ remedium cõtra libidinẽ est, ardens amor castitatis, vitatio eius perdendæ occasionis, vigilantia ad resistendum cõiũcta cum abstinentia, sobrietate, & labore assiduo, super omnia gratia diuina; quorum omnium contraria lupanaria requirũt.

d Lib. 2. d. 24. e Cap. 1. de treug. & pace.

f Ca. indignatur, 32. qu. 6.

Ex his sequitur *primo*, pessimam esse permissionem, qua Caupones intra domos suas, vel in tuguriolis contiguis permittunt meretrices, qnò plures eo diuertant, quia non fit auctoritate publica, & est ei mixta participatio.

Secundò,

Secundò, esse peccatum mortale quærere lucrum, vel tributũ ex meretricio, & fœdis meretricum opera, & lucro: quare non immerito Nicephorus *b* huiusmodi lucrum, & tributum appellat vectigal, & portorium impurum, detestabile, absurdum, Deoque inuisum, feris quibusque barbaris indignum, & execrandum piaculum: summisque laudibus effert Anastasium, quod imperiali magnificẽtia illud omnino sustulit, quod tamẽ Platina in vita Pontiani tribuit Alexandro. Cuius rei me isthęc recognoscentẽ, admonuit præcellens doctor Cęsar Costa, non solum vtriusque iuris peritia, sed & historiæ atque politioris literaturę cognitione præclarus, nuper à S. D. N. Gregorio XIII. in Referendariorum numerum cooptatus; cum antea fuisset sapientię Romanę Gymnasta percelebris, & post hęc scripta, fereque dimidium huius operis typis excusum, antequam hic locus excuderetur, ad amplissimum amplissimę Capuæ, Vrbis olim æmulę, ab eodem Gregorio vt eruditissimo, ita in eruditissimos quosque propensissimo, Archiepiscopatum euectus.

b Lib. 16. ca. 20. hist. eccl.

196 *Septuagesimoseptimo*, qui dolia, vel alia vasa vitiosa scienter nõ patefacto vitio, locat, aut ignorãs eorũ vitium, pro integris vendit, ob quod vinum effusum est, aut damnificatum & dãnũ vini & interesse soluere non vult *c*; quamuis secus sit, saltem quoad forum conscientię, si ignorans vitium simpliciter locauit, dicens conductori, nescire se illa esse vitiosa, & ideo dispiceret, an essent talia *d*. Quod ipsum est dicendum de omnibus aliis vitiosis, ex quibus damnum sequi potest; qualis est equus, qui aquam ingressus in eam procidit, & vestiũ iacturã affert *e*.

c l. sed adãdes parag. si quis ff. locat. d Aug. verb. locat. parag. 24. & Sylu. eodem verb. q. 18.

e Syluest. vbi supra.

197 *Septuagesimooctauo* peccat operarius, qui conductus salario diario fideliter non laborat, ob quod conductor notabiliter damnificatur, cum obligatione damnum ad arbitrium boni viri satisfaciendi *a*. Idem si promisit se diario pro altero laboraturum, & dolo, aut sua culpa, id non præstiterit, vel non vult conductori damnum ob id acceptum satisfacere, cum obligatione restituendi *b*; secus tamen si eum casus fortuitus impedit *c*, & si est paratus ad præstandum, sed culpa conductoris non præstat, diarium ei persoluendum est, & etiãsi præstare omisit ob casum fortuitum ex persona conductoris contingentem, quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset, reperisset *d*, alias non in foro conscientię; quæ tamen limitatio nobis non videtur iure probari.

a l. 1. ff. locat.

b Arg. l. fi. ff. ad l. Rho. de iact. & d. l. sed addes parag. cum quidam. c. l. si vna cum quidam. ff. locat.

d Sylu. verb. locati, qu. 18.

198 *Septuagesimonono*, qui pensionẽ rei conductæ eius domino non soluit, eo quod ea non vtitur, quia non vult, aut quia ob aliquem casum fortuitum, ex parte ipsius contingẽtẽ non potest, cum obligatione restituẽdi *e*; quod limitant Angelus *f*, & Sylu. *g* procedere quãdo dominus, eo quod eã illi locauit alteri locare omisit, alias nõ, saltẽ in foro cõsciẽtię. Sed nec hæc limitatio, nostro iudicio, iure probatur; & aduertendum, quod in illa quæstione, An merces locationis, & quælibet alia pẽsio

e Glos. in d. l. si vno. parag item cum quidam.

f Verb. locat. parag. 15.

g vbi supra.

sit soluenda in principio, vel fine anni, resolutio glossarum h ponitur in illis duobus senariis.

Annua si debes, tunc inspicies caput anni.
Anno si debes, in fine teneberis anni.

Circa quod varij variè loquuntur: sed tenendum est, quod in primis conuentio partiũ est attendenda, & ea deficiente, consuetudo regionis, & eis deficientibus regulariter soluenda est in fine anni quando vnica solutio est facienda, & tempus ponitur causa differendæ solutionis, vt resoluit Iason post alios i. Dixi, *Regulariter*: & quia aliud est faciendum, quando ex causa propter quam datur, & ex persona, cui datur, & aliis circunstantiis aliud conijcitur, vt Panormit. cum communi tenet k.

199 *Octuagesimo*, qui dolo, lata culpa, vel leui, sua vel suorum, infert notabile damnum rei conductæ, & non vult illud satisfacere l; secus tamen est, si infertur ab alio, cui ipse resistere nõ potest, aut non tenetur, aut casu fortuito, quem nec culpa, nec mora eius præcessit, per dicta m.

Octuagesimoprimo, qui colonus partiarius locauit alicui prædium rusticum, aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta, & omnes fructus earum percipit, aut eas cædit, aut alius odio exorto ipsius dolo, vel culpa eas cædit, aut earum fructus dissipat, & non vult restituere domino suam partem, vel damnum a.

h In l. penu Instit. de inutil. stipu. & in l. C. de quando dies lega. eod.

i In l. qui hoc anno, ff. de verbo obligat.

k In d. c. Propter de loca. & in c. peruenit, de arr.

l Gloss. in l. si quis fundus parag. Celsus & l. si merces, parag. qui dolo, ff.

m Eod cap. num. 179.

a Iux. l. fructus ff. de vsufru. del si merces, parag. culpa, ff. locat.

De peccatis circa iura, & tributa Regia, & publica.

200 *Tributa & iura regia qui non soluit vt peccat.*
201 *Tributa sine auctoritate imponens, aut exigens vt peccat.*
201 *Iurium illicite impositorum exactor vt peccat.*
201 *Clericos qui grauantes gabellis excommunicantur.*
202 *Episcopi inquirant, an clerici gabellis grauentur.*
202 *Gabellæ rerum, quas homines ad suam necessitatem ferunt.*
202 *Gabellas ob merces debens sic verum pandat.*

200 *Octuagesimosecundo* peccat, qui tributa, & iura iuste auctoritate Pontificia, Regia, aut alia publica consuetudine immemorabili imposita non soluit, cum obligatione restituendi b, quod plane procedit in iuribus debitis ob prædia, aut alia ad eorum statum pertinentia, aut alia via iusta impositis, cum intentione obligãdi ad mortale, aut per iustos cõtractus locationis, aut alios cum illis initos. Et etiam quando per aliam legem, vel iussionem iustã imponuntur, nisi habuerint intentionem tacitam, vel expressam impediendi obligationem ad pœnam æternam per impositionem alterius temporalis, vt infra c dicetur, & d olim diximus, & nuper latius e.

b Iuxt. Hostiensem in ma. de pœni. & remis. & communem.

c Cap. 13. à num. 36.

d In rub. de pœnit.

e In cõmen. cap. fraternitas, 12. q. 2.

201 *Octuage-*

201 *Octuagesimotertio* peccat, qui absque auctoritate Pontificia, aut Regia, aliquod tributum subditis imponit, cum obligatione restituendi; quędam enim rapina est *f*, & excommunicatur per bullam *cœnæ*, cuius tenor ponetur infra *g*; idem de illo, qui exigit tributa aliqua aperte illicita, aut sciens talia esse, cum obligatione restituēdi *h*, & etiam si dubitat, an sint licita, vel non, & sua sponte iniussus, ad id se offert: secus tamen si iussu superioris facit, qua obedientia in dubio excusat, modo *i* virtute obedientiæ prius dubietatem illam ex animo pellat, & licitum esse credat, eo quod pro tali à superiore habetur, vt in cap. *si quis autem k* noue declaramus.

Octuagesimoquarto, qui gabellas, & vectigalia licite laicis imposita, quæ nec Ecclesia, nec Ecclesiasticæ personæ debent, exigit ab eis, & est excommunicatus ipso facto *l*, non obstante contraria consuetudine, nisi quando inueherent, aut emerent ad negotiandum, & mercaturam exercendam, aut haberent facultatem à Papa ad illa ab eis exigendum *a*.

202 Rogatus à multis, vt hāc decisionem amplificē, facta mētione gubernatorū laicorum, qui frequentissime imponūt superindicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & alijs id genus ad victū, & vestitū spectantibus, quę Itali vocāt Gabellas, Hispani Sissas, Galli Tallias, & Gabellas, & eaperinde petūt, aut peti iubent, vel permittūt ab Ecclesiasticis personis, quæ ad ea soluenda non obligantur, ac à laicis. Eorum itē, qui vectigalia & gabellas imponūt pro facultate vehēdi, exportādi, & importādi currus, mulos, & alia iumenta vacua, vel onusta, & perinde petūt, iubēt, aut permittunt peti ab Ecclesiasticis, atque laicis, quamuis id, quod vehunt, importāt, vel asportant, sit de eorum patrimonijs, aut prouētibus Ecclesiasticis, & in suos vsus conuertendū. Rogatus, inquam, hoc, plurima possem hic addere, quę gratia breuitatis omitto, cōtētus admonere. *Primo*, eos grauissime in his peccare, qui Deū immunitatēque Ecclesiasticā offēdere, censurasq; horrendas, etiam bullæ *cœnæ Domini* incurrere, multos canones famosos infringēdo, in quibus sunt cap. *bene quidem b*, ca. *Ecclesia c*, cap. *aduersis d*, cap. *nouerint e*, cap. *quamquam f*. *Secundo* quod glossa singularis *g* dixit, quod iudicio sui auctoris tota Italia ob hęc est interdicta, & quod de aliis prouinciis qui earum facta norūt, testificētur, quod profecto auditu horrendum est. *Tertio*, quod attestamur sępius à nobis, & nostris famulis satis multa huiusmodi vectigalia in multis regnis exacta fuisse. Ideoq; iure vereri, ne Deus omnipotēs in dies magis & magis iratus, cōsultores Principū, & Rerūpubl. de prędictis canonibus parū curantes, & Principes, ac Respubl. nimiū illis credentes, & exactores soli auaritię inhiantes grauissime tandem castiget. *Quarto* demirari me, quod cū tot has censuras incurrant, tā pauci tamen confessarij locorum, vbi hæc aguntur, eas pro dignitate ęstimēt, & eas

f Panor. in c. super quibusdam de verbo signifi.
g Cap. 27. à num. 55.
h arg. c. 11. ad Rom. & c. 1. de offi. deleg. & per dicta sup. ca. 11. num. 15.
i Cap. quid culpatur. 23. qu. 1.
k De pœn. di. 7. nu. 114.
l Ca. quāquā de censi. li. 6.
a Gabr. in 4. li. sen di. 15.
b 96. dist.
c De constit.
d De immu. Eccles.
e De sent. excommun.
f De censib. lib. 6.
g Clemen. præsenti. de censib.

incurrentibus absolutionem denegent, & tam pauci Episcopi, qui excommunicatas, & interdictas personas, & terras, vbi hęc fiunt, iubentur, & permittuntur, denuntient: cum præceptum eis sit à Conci. Vienn. *h* vt sub pœna pec. mortalis id faciant postquam de eo ipsis constiterit; quod tamen facile constare potest, quamuis parte vocata, & audita id fieri debeat. *i* Quanquā etiā testor multos populos Italię, & gubernatores, & exactores eorum, annis quibus ego sacræ Pœnitentiariæ seruio, à summo Pœnitentiario S.D.N. petijsse absolutiones à censuris ob hæc incursis, restitutione promissa, parata, vel facta, quos vtinam aliorum regnorū populi & rectores imitarentur. Amen.

h Dict. cle. præsenti.

i Per gl. memorabile eiusdem cle. verb. constiterit.

An autem iura illa, quæ Hispani vocāt cochlearia & sedilia, quę soluūtur ex granis in forū importatis, & aliqua eius parte ad vendēdum depositis, & alię id genus gabellę, quę in multis regni Castellę locis tā à clericis, quā laicis, vt audio persoluuntur, licite à clericis exigātur, ijs, qui earū conditiones melius, quā nos norūt, delegam*. Addo, quod portoria, & alia tributa Regia & publica nō sunt soluenda de ijs, quæ quis ad suam, & suæ familię necessitatē secū portat, iuxta ius cōmune; nec cōsuetudo cōtraria valet, secūdū Angel. *a* Sed cōtra tenet S. Antoninus *b*; quod verius est, & quotidianus vsus cōprobat, & bene; quia cō suetudo potest inducere id omne quod lex, *c* & certum est hoc lege statui posse, vt etiam idem S. Antoninus ait.

a Verb. podagium, parag. 3 b In 2. part. c. 14.

c Cad. fin. de consuetud. & l. 2. C. quæ sit longa cōsuet.

Octuagesimoquinto, qui debitor gabellæ, cui publicanus, siue conductor gabellarum defert iuramentū, aut remittit eius cōsciētię, vt veritatem pretij, aut quantitatis merciū, quas defert dicat, & acceptat, & nō plene eā manifestat, cum obligatione restituendi; *d* quod est verū etiā retenta opinione *e*, quæ habet, quod regulariter, qui fraudat legē tēporali pœna munitam, nō incidit in spiritualē ęternam. Non tenetur autem id iurare, & in onus suæ cōscientiæ recipere, quia satisfacit dicendo, se paratum soluere quæcunque se debere publicanus monstrabit,

d Medina, C. de restit. qu. 23. sub fin. e De qua infra. cap. 23. à n. 36.

De peccatis circa pignora.

203 *Pignoris qualis vsus peccatum.*
203 *Pignoris fructus capere quando vsura.*
204 *Pignus cum pacto commissorio capere an liceat.*
204 *Pignus vendere an liceat, & quo ordine.*
205 *Pignore vendito minoris, vel maioris debito, &c.*
205 *Pignorans ornamenta Ecclesiastica vt peccet.*

203 *Octuagesimosexto* peccat, qui creditor vtitur pignore ęs notabili damno debitoris, absque eius voluntate expressa, vel tacita, & nullā habens causam verisimiliter credēdi dominum id æquo animo laturum, & est furtum, *f* & si cum eius voluntate expressa, aut tacita vtatur, vsuram admittit, *g* nisi sit

f l. si pignor. ff. de fur. Panor. in cap. 2. de depos. g De quo infra, nn. 217.

sit vsus, qui gratis inter amicos concedi solet, qualis est libri iuxta S. Thom. *b* idem de creditore, qui dolo, aut lata culpa, aut leui pignus perire, aut notabiliter damnificari consentit, vel non vult resarcire damnum: *c* secus autem, si culpa leuissima id contigit, & secus si casu fortuito, modo mora non præcedat, nec pactum, quo pignus quocunque modo periret, debitori periret. *d*

204 Idē de creditore paciscente cum debitore, quod non soluēte ad certū tempus pignus sibi cedat, aut ne post certū idem redimi possit; *e* nisi quando nō in lucrum creditoris, sed in pœnam debitoris fit pactū, vt pro vendito iusto pretio habeatur, quod sentit Panor. *f* & S. Anton. *g* & Sylu. *h* Idem de creditore, qui expresse paciscitur, vt pignus venderetur, non soluto intra certum tempus debito, & priusquam venderet, debitori non notificaret: *i* nisi etiam cōuenerit, ne notificatio esset necessaria. *k* Et licet de pignore non vendendo pactum sit, trina tamen monitione facta, vt luat illud, vendi potest, modo inter monitiones, seu denuntiationes ipsas triduū interijciatur. Si autem nulla facta fuit mētio de vendendo, vel nō vendēdo, vnica denuntiatio sufficit, quò transactis duobus annis propria auctoritate vendere possit, *l* non autem prius sine auctoritate iudicis.

205 Et si creditor bona fide pignus minoris, quam sibi deberetur, vendit, reliquum à debitore petere potest, quemadmodum etiam si pluris vendit restituere tenetur. *m* Et quamdiu debitor aliquid, etiam solum quadrantem debet, creditor totum pignus retinere potest, quoad ille solutus fuerit. *n* Potest etiam creditor pignus à debitore ad tempus præfinitum non soluente, alteri pignorare: *o* potest etiam impensas iustas bona fide in pignus factas repetere, vt si erat ager, in eius cultum; si erat animal, in pastum factas; *p* tenetur tamen ad cōputandum in sortem fructus ex pignore perceptos, deductis impensis quas in eorum collectionem aut conseruationem fecit. *q*

Octuagesimoseptimo peccat, qui vasa sacra, libros, vestimēta, & ornamenta Ecclesiastica pignorat *r*, nisi fecerit id ex magna necessitate, puta redemptionis captiuorum, subuentionis pauperum, & aliorum operum Ecclesiæ multùm necessariorum *s*.

b 2.2.qu.78. art.1.ad 6.
c Gloss.in l. si credito C. de pignor.actis.
d parag.fin. insti.quibus modis re cōtrah. obligat. & l. quæ fortuitis, C. de pignor.actio. e l.fin.C.de pact.pign.& c.significante de pignor.
f In c.significauit.
g 2.part.tit. 5.cap.7.
h In aurea Rosa, casu 28.
i l.si conuenerit ff.de pign actio. Angel.pignus parag.7.
k Gloss.in c. l.si conuenerit l.fi.C.de iure dom.impetran.& Angel.vbi supra Syl.ver.pig. q.16.
m Ang.vbi supra parag.8.
n l. quamdiu C. de distrac. pignor.
o l.1.& 2.C. si pign.dec.
p l.seruus, ff. de pig.act.
q S.Anton. 2. part.tit.1.c. 15.parag.3.
r l.sanctimus C.de sacrosanct.Eccl. ea.1.de pig.
s Arg.d.1 de pign. & c. aurum.12. qu.2.

De peccato vsuræ circa mutua.

206 *Vsura quid, duplex, vera, & palliata.*
206 *Mutuum duplex, verum & palliatum, & differt à commodato.*
207 *Vsura & peccatum vsuræ diuersa.*
207 *Vsura vtraque pagina speciatim vetita, eam probans hæreticus.*
208 *Peccatum vsuræ duplex, sed neutrum vsura mentalis.*
208 *Vsura lege ciuili vetita, sed valde clam exercita.*
209 *Vsuram centesimæ quæ, & quando licita fuit.*
209 *Intentio secundaria nec vsuram nec simoniam facit.*

210 Vsura

210 *Vsura est lucrum ob dilationem solutionis.*
210 *Vendere pluris ob dilationem, aut minoris ob anticipationem, & 228.*
211 *Interesse quid, quotuplex, & quod peti potest.*
212 *Interesse lucri cessantis petitur sine his conditionibus.*
213 *Montes Pietatis liciti contra Caietanum & Sotum.*
213 *Dotis ob solutionem dilatam quid lucri capere liceat.*

DIcturus de peccato vsurę circa mutua, huic loco ad id opportuno, iuxta promissionem in prefatione factã, inferã summam eorum quæ in Comment. de vsuris a scripseram, adscrutandũ fundamenta, quibus soluerentur dubia quædã, quæ anno 1554. soluere iusserat mihi Vlyssiponæ Serenissimus ille maximus Cardinalis tituli Sanctorum quatuor Coronatorum omnium virtutum heroicarũ panegyri, rerum diuinarũ & humanarũ eximia cognitione comitata, & inclytus infãs Portugallię, Henricus, tũc frater glorioſę memoriæ Regis Ioannis eius nomine III. & postmodũ regni Lusitani moderator grauissimus, patruus obseruantissimus & obseruandissimus, Regis Don Sebastiani, huius nominis primi, iuuenis quidẽ, sed pacis & belli gestis pro ætate Christianissimi & glorioſissimi, & gerendorum spe admirabilis. De quibus nunc lachrymis obortis nihil aliud dicere licet, quã quod ipse Rex dicitur cecidisse fortissimus, pugnans contra Sarracenos in Africa, quãuis sint, qui dicant adhuc esse in viuis, quia corpus eius omniũ, qui prælio aderant, magnitudine insignissimum numquam inuentũ est. Et quod Cardinalis præfatus eius patruus in Regẽ assumptus, & Regia Cardinalitiaq; dignitate glorioſissimus, pro regno terreno, & temporali, quod nõ dimittebat omnino pacatum, susceptus fuit regnum pacatissimum, ęternumque Cœlorum.

a Cap. 1. 14. qu. 3.

206 Summa ergo illius Cõmentarij est, quod cõtinet viginti duo notabilia. In quorũ quatuor primis habetur, quod quãuis hoc verbum *vsura* prima sui significatione significet vsum cuiuslibet rei, iuxta illud Marci Tullij pro Rabirio, *Vsurã huius loci*, &c. tamen iuxta significationem quam in hac materia cõmuniter habet, significat lucrum proueniens ex cõtractu mutui, & Græcis dicitur Τόκος, id est partus, quasi à mutuo partũ, & Hæbręis dicitur נשך *Neßchec*, id est, morsus, quo mutuans mutuatariũ mordet, vt quidã recentiores scripserunt. Et quod contractus mutui differt à contractu cõmodati; quia per hunc non transfertur dominium rei cõmodatę, per illum autem sic rei mutuo datę, vt dictum est supra a. Licet cõueniant in hoc, quod vterq; debet esse gratuitus b, & quod mutuum verũ reperitur in solis rebus, quę vsu cõsumuntur, & in pondere, numero & mensura cõsistunt, puta pecunia numerata, vino, oleo, pane, tritico, & id genus alijs quę vsu cõsumuntur c. Dixi *verũ mutuũ*; quia velatũ, siue palliatum, etiam in alijs rebus, & contractibus

a Num. 18.
b Iuxta glo. recept. in cap. 1. de cõmod. & Instit. quibus mod. re contr. oblig. in princip.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tractibus inuenitur. Mutuum enim palliatum est, quod secundum suam formam apertam, & verba cõtrahentium est alius contractus quam mutui: secundum vero formam latentem, & mentem contrahentium veram, vel præsumptam, est mutuum quale est omnis cõtractus alius à mutuo, in quo quis minoris iusto precio infimo, siue medio, quærit aliquid propter anticipatam solutionem, & contra, quo quis vendit alij pretio maiore iusto supremo propter dilatam solutionem *d*: qui enim emit 10. rem ad minus pretio infimo valentem 12. ob anticipatam solutionem, in effectu videtur mutuare pretium, quod dat, & illud minus iusto pretio quod dare deberet, accipere pro vsura; qui vero cõtra vendit rem valẽtem ad summum, & pretio rigoroso 10. pro 12. ob dilatam solutionem, videtur mutuare pretium rei, quam vendit accipiendo illud plus iusto pretio quo res vendita valet pro vsuris, vt in prædictis iuribus probatur. Quod autem pretium sit infimum, quod medium, & quod supremum, traditur infra *e*. Vnde licet omnis vsura in solo contractu mutui versetur, quia tamen contractus mutui est duplex, verus & palliatus, ita duplex est vsura, vera, quæ in vero mutuo, & velata seu palliata quæ in mutuo palliato versatur.

d Cap. in vsur. & c. ad audientiam] de empt. & ca. illo vos de pign. cum eis adnotat.

e Ca. 25. ñ 78.

207 In quinto & sexto notabili habetur. *Primo*, quod aliud est peccatum vsuræ, & aliud vsura; quia peccatum vsuræ est accipere vel velle lucrum vsurarium: Vsura vero est, *lucrũ pecunia æstimabile suapte natura, quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur*. Dixi *lucrũ*, pro genere, & *pecunia æstimabile*, ad differentiam lucri nõ æstimabilis pecunia; quale est spirituale meriti & gratiæ, quod fit quando & quomodo, & cur oportet apud Deum, iuxta illud *f*: *Iucũdus homo qui miseretur & cõmodat siue mutuat*. Et illud Euangelij *a*: *Centuplum accipietis &c.* Quod proprie non est vsura, licet aliquando metaphoricõs sic dicatur *b*. Et ita mutuare quem, vt præsentetur, vel eligatur ad beneficium, vel vt illud sibi cõferatur, nõ est proprie peccatum vsuræ, licet sit peccatum simoniæ, quæ est grauior vsura. Dixi, *Suapte natura*, ad differentiam lucri, quasi spiritualis virtutis & amicitiæ, quod mutuando quæritur, & nõ est vsura, quia suapte natura nõ est pecunia æstimabile; licet multi pluris æstimarent amicitiam, quam mutuando aliquibus quærunt, quam pecuniam, quæ ex eo ab vsurario quæritur. Dixi, *Principaliter*, quia licita est intentio minus principalis quærendi aliquid pecunia æstimabile, vt infra dicitur. Dixi, *Vi mutui*, ad differentiam eius, quod ratione veri interesse lucri cessantis, vel damni emergentis accipitur, quia illud non est vsura *c*. Dixi, *Veri vel palliati*, ad includendum lucrum quod quæritur ex mutuo palliato, de quo supra *d*.

f Psalm. 111
a Matth. 19.
b Luc. 19. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1.

c Iuxt. gloss. sing. & receptam ca. conquestus, de vsur. facit c. 2. & ca. sulubriter eod. tit.

d Num. proximo.

Habetur *secundo*, quod vsura est illicitũ lucrum, & velle vel accipere illã peccatum mortale, adeo quidẽ vt cõtrarium asserere sit hæresis *e*, & nõ solum iure humano, sed etiam naturali & diuino veteris & noui testamenti prohibita *f*: nam prohibetur

e Clem. 1. de vsur.

f Cap. quia, & ca. super eod. de vsur.

betur hoc septimo pręcepto decalogi: *Non furtum facies* g, quo omnis rei illicita vsurpatio, qualis est vsura, prohibetur; h quod est pręceptum vtriusque testamenti, & quod specialiter prohibetur in nouo, per illud i: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, contra impium Molinæum, & pium Sotum, ex Vrbano k, per quę etiam ratio eorum confutatur. Et quod ius diuinum noui testamenti specialiter prohibet non solum mutuationem cum pacto expresso, aut tacito reddendi plus aliquid mutuato, sed etiam mutuationem sine pacto aliquo cum intentione principali, vt plus aliquid re mutuata restituatur l.

g Exod. 20.
h Ca. pœnale. 14. q. 5.
i Luc. 6.
k In c. consuluit, eod. tit. & Conc. Lateranens. sub Leon X. & ex aliis.
l Per c. 1. 24. qu. 6. & alia in dicto notab. 6. ducta.

208 In septimo notabili, & duobus sequētibus habetur, quod sicut omne peccatū aliud ab vsuræ peccato est duplex, mētale tantum, quod est voluntas peccādi absque verbo, vel opere, & mētale & reale, quod est voluntas peccādi verbo, vel opere secuto; ita peccatū vsurę est duplex, mentale tantum, *quod est voluntas lucrandi vsuram opere non secuto*; & mentale & reale, *quod est voluntas eam lucrandi opere subsecuto*. Et quod vsura mentalis differt à peccato mentali vsuræ, quia non est *voluntas quærendi lucrum, sed lucrum ipsum ex mutuo dato, intentione principali quærendi illud, sine vllo pacto expresso, vel tacito*; de qua intelligendi sunt disputātes: An vsura mētalis obliget ad restitutionē: nam de peccato vsurę mentali tantum nulla est dubitatio; quia sicut nullū aliud peccatum mentale tantū obligat ad restitutionē, ita nec peccatum vsurę mentale tantum. Sed disputant, An lucrū quęsitum ex mutuo, intētione principali ob illud dato, obliget ad illam. ita quod pręter peccatum vsurę mentale tantum, & vsurę mentale, & reale, est vsura mentalis definita supra esse *lucrū, &c.* quæ non dicitur mentalis, quia lucrum nō sit secutum; sed quia sola intentio mentalis fuit causa principalis quærendi illud, quę hacten⁹ (quod sciā) nullibi sunt ita declarata. Et quod nunc etiam legibus sęcularibus Regum Christianorum est expresse prohibita vsura, & implicitè à tempore Iustiniani Imperatoris, secundum cōmunem, de qua Ioan. Andr a. Et ita nullus Christianus eam clare exercet, sed verendum, ne aliqui velatè, siue palliate maiorem, quam vmquā exerceant: nam maxima, quæ olim permittebatur, erat centesima, quę centum mēsibus ipsam sortem exęquat, ita vt quoquo mense sors vnū pariat, & duodecim in anno, vt copiose ostendit Bart. Socin b. cui cōcordāt Budæus, & Alciatus in locis ibi citatis, & alij alibi: & eatātum in pecunia traiectitia, sortis periculum in se suscipiente, in alia verò mercatoribus, duę partes centesimę, hoc est, octo pro centum in anno, & aliis non negotiantibus dimidia centesimæ, hoc est, sex pro cētum in anno, & nobilibus tertia pars, id est, quatuor in anno pro centum. Et nunc aliqui velatè siue palliatè accipiunt tam grandes, vt interdum sors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias, quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt, & ita triginta & amplius in anno

a In Mercur. reg. peccabūt de reg. iur. l. 6
b In l. si hæres. parag itē ff. ad l. falcid.

in anno pro centum. Item antea ex vsuris vsurę non capiebantur c, at nunc cambiorum cambia corraduntur.

c Vt nullo C. de vsur. & l. placuit ff. eodem.

209 In decimo & vndecimo notabilib. habetur, quòd intētio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendā vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, cōtra impium Molinęum; nō autem minus principalis, cōtra Sotum d. Tum quia id tenēt glos. & Innoc. e à plerisq; omnib⁹ Theologis & Canonistis recepti. Tum quia cap. *si officia f*, & cap. *quid proderit g* probant, licitum esse Eccleſię, & prelato seruire cum spe secundaria, licet nō principali, aliquod beneficium obtinendi. Tum quia quam plurima sunt, in quę quamuis nō liceat intēdere principaliter, licet tamen minus principaliter. Verbi gratia, non licet dicere Missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas; minus principaliter tamē sic, iuxta glossam singularem *h*. Nō licet etiam principaliter seruire Deo intuitu remunerationis terrenę, sed minus principaliter sic, iuxta illud: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem*. Adeo quod Conci. Trident. *b* definiuit cōtrarium esse hęreticum. Tum per alia ibi latius adducta: ita quod licet nullum, neque principale, neque minus principale lucrum tanquā iure debitum ex mutuo expectari possit, potest tamen tanquā antidotale, & remuneratorium de gratia, & nō de iustitia debitū. Ibi etiam cum communi asseruimus, quod tam principaliter, quam secundario possumus sperare lucrum amicitiæ & gratitudinis ex mutuo; & tam principaliter, quam secundario lucrū pecuniarium ex illa amicitia & gratitudine, sed nō nisi minus principaliter, & secundario lucrum pecuniæ ratione mutui. Et cōsequenter, quod qui postquam principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, illam intentionem mutat in intentionem minus principaliter accipiendi, si postea gratis datum accipiat, nō est vsurarius, vt recte dicit Angelus *c*. Et ita nō sunt vsurarij omnes, qui cum spe lucri mutuant, sine qua nō mutuarent; quia potest esse finis eorum principalis amicitia, vel amor Dei, & virtutis, & lucrum minus principalis. Nam vt aliquis finis sit principalis alicuius actus, non sufficit quod ille non fieret sine illo, sed oportet, quod pluris vel tanti æstimetur, ac alius finis, propter quem ille fit, vt late probamus *d*, & supra proxime tetigimus. Neque etiam peccat, qui non mutuat principaliter ob lucrum, bona fide aliquid accipiendo à mutuatario, existimans id sibi amanter, & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quam ob timorem, ne pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur, quamuis si postea, id intelligeret, teneretur ad restitutionem illius, secundum Sanctum Antoninum *e*, & Caietanū *f*. Contra verò, si dum sibi dabatur, existimabat non dari sibi libera voluntate, sed coacta, accipiendo quidem peccat, etiamsi à principio sola charitate mutuasset *g*.

b Et recep. in cap. 1. de cler. non resid. l. 6 a Psal. 118. b Sess. 6. can. 31.

c Verb. vsur.

d In d. c. cum minist. n. 37.

e 2. par. tit. 1. cap. 7. parag. 6 f 2. 2. qu. 78. art. 1. g Laur in c. ialubriter, de vsu. & S. Antonin. vbi supra.

Addidi-

Addimus & ibidem, quod ex qualitate rei datæ, ex lucro, vel iactura dantis, & ex eo, quod in tali casu virtus gratitudinis poscit, probus pœnitens, & prudens cõfessarius cõijcere possunt, an datum vltra sortem dicatur datum libera, an coacta voluntate. Diximus etiam illum, qui eo quod à suo debitore debitum recuperare cõmode nõ potest, mutuat illi pecuniam, vt sibi hac via alterum tantũ, quantũ sibi debetur recipiat, non peccare, quia nihil ab eo accipit vi mutui, Ioa. Maior. *b* Adiecimus tamen hoc casu cauendum esse debitori per chirographi debiti redditionẽ, vel per schedulã solutionis eius, ne postea ipse vel eius hæres iterum illud petant, vel accipiant spõte solutum, per ea quę dicta sunt in simili supra *a*. Nõ peccat etiam, qui accipit aliquid ob iustam mercedem laboris sui vel famuli numerandi magnam pecuniæ summam; quia non vi mutui, sed laboris numerandi accipit, neq; qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe absenti *b*.

210 In duodecimo notabili & duobus sequentibus cõtinetur, quod qui emit, permutat, aut cõducit minoris iusto pretio infimo ob anticipatã solutionẽ, est vsurarius. Et è cõtrario omnis, qui vẽdit, permutat, aut locat maioris iusto pretio maximo, sine rigoroso ob dilationẽ solutionis, per rationẽ supra positã. Et quod in hoc sępe videtur peccare, qui emũt, vel cõducunt reditus Episcopatuũ, & beneficiorũ, Magistratuũ, Prouinciarũ, dominiorum oppidorum, tributorũ, vendibilium, exactiones & alios census Regũ, Episcoporum, beneficiariorũ, & aliorum priuatorũ necessitate pressorũ, multo minori iusto pretio infimo, ob solutionem anticipatã vnius anni, & minori ob duorũ, & multo minori ob trium. Et contra, qui vendunt, aut locant aromata, cinnamomum, piper, &c. pannum, sericũ, lanas, aulea, libros, papyrũ, & alia similia, boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora iis, qui eorum indigent ad sustentandum, vel quærendũ prẽsentem pecuniam ex eis protinus reuendendis minoris iusto pretio. Vendunt, inquam, vel locãt maioris iusto pretio rigido, & summo propter dilationem solutionis, & tanto plus addunt pretio, quanto solutionis dies longior fuerit. Dixi, *propter dilationẽ, vel anticipationẽ*; quia secus si id fieret propter bellũ, pestem, vel inopiam victus, vel pecuniæ prẽsentis. Monemus item ibidẽ cauere sibi debere Ecclesiasticos, & sęculares prædiuites, qui agros colonis suis pluris iusto pretio rigido locant propter dilationem solutionis suorum debitorũ, aut propter mutuationem tritici ad serẽdum, & victus, aut pecuniæ ad alia necessaria, cum lõga solutionis dilatione, quibus rebus fatigãt eos supra modum, adigentes ad viuendum miserius, quã si eorum essent mãcipia; & eos etiam qui reditus suos, quam maximo possunt pretio locãt in auctionib⁹ publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus & donariis incrementorum, quę Hispani vocãt *Palas*, & dilationibus solutionum, cogentes illos

h In 4. libr. sent. dist. 15. q. 29. in prin.

a Eod. cap. num. 113.

b Idem Ioa. Maior. vbi supra.

c Num. 206.

illos facere renunti
nostram ętatem pa
ne, quod per huiusm
obligationes, minu
nec habita ratione,
in causa, vt conduct
in vendendis eis, vt
quibus, ni vtantur,
211 In decimoqui
citur, *esse damnum em*
tessatur, secundum, gl
accipitur pro, *Vel*, &
fieri: eo quod non
cet damni emergen
mergentis *c*: Habeo
mendum ęstate triti
quia ad prędstitutum
duplo carius emi,
damnum accepi. E
mercator, habeo pe
gotiandum, eas tibi
quod ob id facere c

Et quod inter omn
ob mutuũ peti posse
uendo præcessit *d*. S
git, mutuum tamen
tatis, aut cuiusuis al

Tertio, cum à princi
tribus casibus non sc
principio conuenire
da est ex verisimili il
ctus Sotus scripsit *f*,
strictius restringere sit conat
materia cambiorum
g, vt ibi dicam. Et
quis spõte sine vi mu
rerum frugiferarum
à negotiatione & fru
cre interesse lucri ce
nam Innocentius te
dat, & sequitur, proc
munis est, opinionẽ
& firmiter tenendam
quas ipse pro sua ad
dũmodo omnis dol
non tamquam res ac
quę impediri multis

illos facere renuntiationes ab omni iure alienas, quales ante nostram ætatem paucissimas Hispania vidit: nulla habita ratione, quod per huiusmodi submissiones, & ad casus fortuitos obligationes, minuitur iustum alioqui pretium conductionis: nec habita ratione, quod locantes tam excessiuo pretio sunt in causa, vt conductores vtantur mendacijs, & malis artibus in vendendis eis, vt pretium, quod soluunt, ex eis corradant, quibus, ni vtantur, impossibile est illud corradere.

211 In decimoquinto habetur, quod interesse generaliter dicitur, *esse damnum emergens, & lucrum cessans; eo quod aliquid fieri cessatur*, secundum, glossam *a*. In qua definitione coniūctio, *Et*, accipitur pro, *Vel*, & verbum, *Fieri*, prout comprehendit, Non fieri: eo quod non facere sit facere *b*. Et quod est duplex; scilicet damni emergentis, & lucri cessantis. Exemplum damni emergentis *c*: Habeo pecunias ad reficiendum domum, vel emendum ætate triticum, aut fœnum, & eas mutuo tibi, quas quia ad præstitutum diem non soluisti, domus corruit, triticū duplo carius emi, pecora fame interiere, aut aliquod simile damnum accepi. Exemplum interesse lucri cessantis: Sum mercator, habeo pecunias quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi mutuo, & die præfixo non restituis, lucrū, quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

a In verb. possib. l. 11. C. d. sent. quæ pro eo quod int. prof.

b l. si moræ ff. solut. matri & gl. l. 2. recepta in prin. ff. de verb. oblig.

c Secundum eandem gl. d. l. 1.

Et quod inter omnes conuenit, vtrumq; horum contingens ob mutuū peti posse tribus casibus, *primo*, quando mora in soluendo præcessit *d. Secūdo*, cum id ante, aut post moram contingit, mutuum tamen datum fuit per aliquam vim Regis, Ciuitatis, aut cuiusuis alius. De quo tamen acrius tractatur infra *e*. *Tertio*, cum à principio conuenit de soluendo damno: quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiam à principio conuenire [illegible] quę vltra sortē sibi rependenda est ex verisimili ill[illegible]mni, aut lucri, vt late prædictus Sotus scripsit *f*, quamuis magis, quam alij hanc materiam restringere sit conatus: quod postremū hodie non procedit in materia cambiorum, per extrauagant. Pij V. transcriptam infra *g*, vt ibi dicam. Et quod tota difficultas sita est in casu, quo quis spōte sine vi mutuat pecunias expositas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni, ob quarum mutuationē cesset à negotiatione & frugiferorū emptione, an is possit capere licite interesse lucri cessantis contingētis ante moram & culpā; nam Innocentius tenet, quod non *h*, quē prædictus Sotus laudat, & sequitur; protestatus tamen, quod contrariā, quæ communis est, opinionē ne[illegible]at, quam etiam laudandam esse, & firmiter renendam i[illegible]imus 14. rationibus, refellendo quas ipse pro sua adduxit. Quę tamē conclusio intelligēda est, dūmodo omnis dolus, & fraus palliandi vsuras absit, & modo non tamquam res acquisita, sed tamquam res in spe posita, & quę impediri multis modis potest, æstimetur, etiā in contracti-

d Glos. celebris in cap. conquestus de vsur. & alia multa ibi citata.

e Eod. num. 302.

f Lib. 6. q. 1. ar. 3. de iust. & iur.

g Eod. cap. n. 300.

h In cap. si de vsur.

i In præfatione not. 3.

bus, in quibus etiam hodie licet à principio cõuenire (in cambijs enim hodie, vt proxime dixi, nõ licet) maxime si mutuetur res cum pacto de resarciẽdo illo, quoniã interesse lucri cessantis nõ debetur magis, quã interesse extra rem damni emergẽtis *a*. At hoc regulariter nõ debetur, nisi pacto precedente *b*. Ergo neq; illud *c*. Et quod pecunia mercatoris negotiationi exposita, vel alteri⁹ emptioni frugiferę rei destinata, pluris valet quã altera tanta aliorum, & etiam ipsius, illi nõ ita exposita *d*. Et ita etiam triticum satum, vel sationi destinatum, valet pluris, quã alterum tantum absolute cõsideratum. Et quod quãuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandũ inest, absolute considerata eius pretiũ non plus augeat, quã sine illa; considerata tamen in eo, qui scit & vult vti ea ad iustè lucrandũ, facit vt plutis valeat; sicut facultas generãdi, quę est in tritico, absolute cõsiderata nõ efficit, vt plus valeat, considerata tamẽ in eo, qui illud non satũ habet, aut sationi præparatũ, aliud simile ad seminandum non habens, facit vt pluris æstimetur ad effectũ, vt vendere, & etiã mutuare cari⁹ possit, & qui furto illud sustulerit, plusquã alteri restituere teneatur. Et quod qui habet aliquid, quod cõmuniter, nec sibi, nec alijs pluris quã 10. valet, pluris illud alteri vẽdere non potest, quãuis illi multo plus valeat; tamẽ si sibi pluris valet, recte id vendere potest eo pretio, quod sibi valet, accipiẽdo pre eo tanto plus, quãto sibi plus valet, iuxta S. Thomã *e* & Sotum *f* receptos. Et quod sicut operarius potest accipere pretium operarum suarum, quas omisit ad preces alterius, qui eas soluere promisit, sic & mercator lucrũ, quod ad preces mũtuatarij omisit propter promissionem de resarciẽdo interesse, 212 In *decimosexto* notabili, & tribus sequentibus continetur, quod non sunt necessariæ tot conditiones ad iuste capiendum interesse lucri cessantis ex mutuo, quot Conrardus *g* & quidã alij alibi requirũt, licet aliquot earum sic. *Prima* enim est, vt hic lucrandi modus non tantũ sibi placeat, quantũ negotiationis, quod tenet etiam Syluester *h*; quæ tamen non est necessaria, nã iustum & iniustum non in bonitate, aut prauitate animorũ & intentionum, sed in rerum & operũ externorum æqualitate, & inæqualitate consistit *i*. Vnde & recte ait idem Sotus *k* nihil referre an mutuãs sit rogatus, & quæsitus à mutuatario, an vltro mutuet, modo quod ad iustitiã commutatiuã pertinet, seruetur. *Secunda*, quod interesse sit verũ, quæ necessaria est *a*. *Tertia*, quod mutuatio, vel nõ solutio sit causa amissionis lucri, secũdum omnes, qualis non est secundum Caietanum & Medinã, *b* quando mutuans pecuniã habet aliam qua negotietur. Quæ tamen limitatio non procedit, si aliã pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neq; negotiationi committere vellet, quod prudentię est. *Quarta*, vt dandis vsuris non sit assuetus, quia ex tali cõsuetudine præsumeretur voluntas exercendi vsuram: quę tamen conditio non procedit in so-

ro con-

a Secundum Bartho. & cõm. in d. l. 1. *b* l. si sterilis parag. cũ per venditorem ff. de actio. empt.
c Arg. l. illud ff. ad l. Aquil.
d Arg. l. 3. sub fin. ff de eo quod certo loco, & tradit. Caie. 2. 2. q. 78. art. 2. quod antea sensit Scot. in 4. li. sent. dist. 15. qu. 3.
e 2. 2. qu. 77. art. 1.
f In 4. lib. sent. dist. 15. qu. 2.
g In q. 3. de contract.
h Verb. vsur. q. 19.
i Arist. 2. & 5. Ethic. & D. Tho. 2. 2. qu. 58. ar. 10. & q. 59 art. 2.
k Lib. 6. qu. 12. 3. de iust. & iur.
a Iuxt. mentẽ gloss. & omnium in d. c. conquestus.
b Vbi supra.

ro conscientiæ, in q
potest, vt quis in alij
recipiat interesse pri
fuisset. Quod in ma
extrauagantem Pij V
non egeat extremẽ
ex præcepto subuen
poterit soluat, per di
donare. *Septima*, vt m
rarij apud simplices,
similitudinẽ, cũ omn
quamuis ad euitand
tamen ad euitandã v
sola iniustitia nascitu
scandali, quod est co
cipalis mutuãdi sit s
aut bonorum proxi
prima per dicta in e
neq; paciscatur totu
sed solum tãtum qua
quod nec hoc nunc i
prędictam extrauaga
qui cogitur soluere p
mutuatarius suus no
ab eo recipere illud q
damni accepti ob ve
valerent, aut emptio
statо die debitum ei
sed ratione interesse
promissio de soluend
Ibidẽ etiam contin
iuste ratione interesse
sunt negotiari, nec re
se, neq; illi mercatore
& non maiori, & alia
qui multas pecunias
bus suo proposito su
quia nullũ interesse v
autem qui suas, vel a
atque alijs tradunt i
liquo lucro, aliqua ra
213 In notabili *vigesi*
tes Pietatis erecti m
ietanum *b* & Sotum
tis eorum rationibus
putat aliquam quant
dũ quotannis pauper

ro conscientiæ, in quo veritas præualet pręsumptioni *c*, & fieri potest, vt quis in alijs vsurarius sit, & in hoc non. *Quinta*, vt non recipiat interesse prius quã cõstet quod verisimiliter lucratus fuisset. Quod in materia cãbiorum videtur hodie statutũ per extrauagantem Pij V. transcriptã infra *d*. *Sexta*, vt mutuatarius non egeat extremè: quę nõ videtur necessaria; quia nõ tenetur ex præcepto subuenire illi gratis, imò satisfacit mutuãdo, vt cũ poterit soluat, per dicta supra *e*, & mutuare sine interesse, esset donare. *Septima*, vt mutuans ob hoc non incurrat infamiã vsurarij apud simplices, æstimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinẽ, cũ omnis species mali fugienda sit *f*: quæ cõditio quamuis ad euitandum peccatum scandali necessaria sit; non tamen ad euitandã vsuram, & obligationẽ restituendi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per dicta supra *g*; quale non est peccatũ scandali, quod est contra charitatem *h*. *Octaua*, quod causa principalis mutuãdi sit subsidium necessitatis vitę, salutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamẽ nõ est magis necessaria, quã prima per dicta in ea, licet sit honestissima. *Nona*, vt nõ capiat, neq; paciscatur totum interesse quod verisimiliter expectatur, sed solum tãtum quantũ valet illa verisimilis exspectatio: imo, quod nec hoc nunc in cambijs fieri possit videtur probari per prędictam extrauagantẽ, vt ibi dicam. Et quod consequenter, qui cogitur soluere pœnã, vel interesse creditori suo, eo quod mutuatarius suus non soluit ei mutuum stato die, licitè potest ab eo recipere illud quod sic soluit, & etiam compensationem damni accepti ob venditionem rerum suarum minoris, quam valerent, aut emptionem tritici, & vini cariori precio, eo quod stato die debitum ei non soluit: quia nõ accipit ratione mutui, sed ratione interesse damni emergentis, secundũ omnes, etiãsi promissio de soluendo eiusmodi damno non præcesserit *i*.

Ibidẽ etiam continetur, quod non possint quidquam capere iuste ratione interesse lucri cessantis ij, qui nolunt, vel nõ possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuãt ad interesse, neq; illi mercatores, qui certa pecunię summa negotiantur, & non maiori, & aliam quã habent ad interesse mutuant, neq; qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficiẽtibus reliquas pro interesse mutuãt: quia nullũ interesse verũ prętendere possunt per prędicta. An autem qui suas, vel aliorum grãdes pecuniarum summas alijs atque alijs tradunt in vnis nundinis soluendas in alijs cum aliquo lucro, aliqua ratione defendi possint, dicetur infra *a*.

213 In notabili *vigesimo*, & duobus seqq. continetur, quod mõtes Pietatis erecti modo infradicto, sunt liciti, quod contra Caietanum *b* & Sotum *c* probatur efficacissimis argumentis, dilutis eorum rationibus. Modus vero est hic. Aliquis opulẽtus deputat aliquam quantitatem tritici, vel pecuniarum ad mutuãdũ quotannis pauperibus, pignoribus ab eis acceptis, quo pro

c Cap. eod. in spons.

d Num. 300.

e Eod. c. n. 6.

f 1. ad The. 9. & l. cum ab omni de vita & honesta. cler.

g Eod. n. 6.

h S. Tho. 2. 2. quæ. 43. in princ.

i Arg. l. nam is ff. de in lit. iur. & l. Iulianus in prin. ff. de actio empt.

a Num. 297.

b Tom. 2. Opusculorum, tract. 6. de Mont. Pietatis.

c Cap. 6 de iust. & iur. q. 2. art. 6.

quantitate accepta, & pro tempore, quo ea non soluerint, exiguum aliquid singulis mensibus soluant pro victu, & salario eorum, qui habebunt curam dictum triticum aut pecuniam custodiendi, mutuandi, recuperandi, restituendi pignora tempore opportuno.

Et quod gener licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in securitatem soluendę dotis *d*; quia non capit eos vi mutui veri, vel palliati, sed alia ratione, quæ à varijs varia redditur, vt monstrat prædictus Couarruuias *e*; sed nulla satisfacit per ea, quibus breuissime confutamus ibidem communem, & aliam Anan. & aliam Medinę, & aliam Soti, & aliam Fortunij olim à nobis probatam, subdentes aliam genuinam fundatam in donatione tacita dotantis, & tradentis pignus, quę colligitur ex multis in donatione concurrentibus, quę ibi insinuantur. Ex qua intulimus quatuor; *Primum*, quemlibet maritum, quamuis non sit gener eius qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, non computando eos in dotem promissam; nisi cōtrarium exprimatur, quamlibet longū tempus solutioni dotis pręfigatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, licet solutio differretur accepto pignore. *Secundum*, posse maritum pacisci cum eo, qui dotem promisit, & non soluit, vt quoad soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij pendat tantum, quātum aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere posset, quod Panorm. *f* & alij multi relati per Couarr. *g* & etiam Sotus tenent, quidquid Ioan. Lup. *h* dicat. *Tertium*, verum esse, quod insinuauit Sotus *a*: maritum scilicet, qui dotem recipit, & hęredes eius in casu diuortij teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quę salua manente dote, dari possunt, quoad illi ea persoluatur. *Quartū*, quod iuste obseruari possunt statuta terrarum, vt qui dotem promittit, quoad soluat, & maritus, & ipsius hæredes, quoad dotem viduę, aut separatę reddant, certum quid ex centum in singulos annos pendant.

d Per c. salubriter, de vsur. & l. pater ff. de dol. mal.
e In c. 1. li. 3. variarum Resol.
f Dicto c. salubriter.
g Vbi supra.
h In repet. 1. per vestras not. 6. de donat. int. vir. & vxor.
a Lib 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur.

Qui peccant peccatum vsuræ circa mutua.

214 *Mutuum qui non soluit æque bonum, & stato die, vt peccat.*
214 *Vsuram qui credit non esse peccatum mortale, hæreticus.*
214 *Vsura circumspecte definita, & declarata.*
214 *Vsurarius confiteatur quoties voluit fœnerari.*
215 *Vsura quando mutuare proposita pœna, &c.*
216 *Pignoris industrius culti fructum retinere an vsura.*
217 *Pignoris fructus quando bene capiantur, cum pacto commissorio.*
217 *Fundi pignorati fructus qui bene capiantur, & seqq.*
219 *Vsura an sit mutuare rem vt reddatur cum pluris valebit.*
220 *Vsura vt sit mutuare, vt molat in suo molendino, & seqq.*
222 *Donare licet, vt reddat duplum, si moriatur intra tale tempus.*

223 Mutuare

223 *Mutuare Regi vt officium conferat, peccatum.*
223 *Medico mutuare vt medeatur gratis an liceat.*
224 *Mutuare, aut vendere granum pro grano vt liceat.*
225 *Debitum granum qui non petit, donec pluris valeat.*
226 *Mutuans pecuniam argenteam pro aurea, vel è contrario.*
227 *Emens triticum, vinum aut oleum, quod elegerit.*
228 *Pretium iustum triplex; imum, medium, summum.*
229 *Vendere quis tenetur minus quam emit.*
230 *Emens ab eo, quem credit eam non habere, & statim locat.*
231 *Emens minoris debita lege post soluenda, & seq.*
233 *Mutuans mutuo accepta pro vsura ob illa promissa, & seq.*
234 *Census vt restituendus.*
234 *Extrauagantis Pij V. editæ super censibus tenor, & seq.*
239 *Mutuans sub vsura pro re pauperi danda, vel pro iniuria remittenda.*
239 *Vendere, vt plus Maio valebit sit contentus medio eius, quod toto valebit, & seq.*
241 *Vendens alicui quod re vendendum est, & emens illud.*
242 *Deponens pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi.*
242 *Vsura in deponendo, & depositario accipiendo.*
243 *Vendens equum maioris quam valet, licet post tantum valeat.*
244 *Vsura est soluere famulis alicuius, vt post auctarium capiat.*
245 *Vsura est soluere ante diem statutum ob lucrum.*
246 *Vsuram iuratam non soluere quando peccatum.*
247 *Actio, & passio eiusdem rei dantur contrariæ, bona, & mala.*

214 *Octuagesimoseptimo* peccat mortaliter, qui res mutuatas non soluit stato die in rebus eiusdem generis, & bonitatis: nisi impotentia, vel consensus expressus, vel tacitus creditoris excuset, aut alia supradicta *a*. Peccat præterea, qui mutuat aliquid ob lucrum notabile pecunia æstimabile, conuentum expresse, aut tacite, aut principaliter speratum cum obligatione restituendi: nisi antequam recipiat, pœniteat, per dicta *b*. Et notandum vsurario non sufficere, vt confiteatur, quoties ad vsuram dederit; quia oportet vt dicat, si scit, quoties secum animo deliberato dare constituit. Et si distincte ignorat numerum verum, dicat verisimilem, plus minusue; vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt dictum est *c*, & in specie Ioannes Maio *d*. Idem si à principio sine spe principali lucri mutuauit ex sola charitate, & postea illam concepit, & poposcit illud, per ibidem dicta. Idem de illo, qui non vult proferre diem solutionis debiti absque aliquo lucro; nisi pro suo vero interesse accipiat, per prędicta.

a Num. 54.
b Sup. eod. n. 209.
c In c. 6 n. 15. supra eod.
d In 4. l. sent. di. 15. q. 29.

215 *Octuagesimooctauo* peccat, qui mutuat apposita pœna nisi intra diē statam soluerit ei, quem iam à principio credebat ad eam diem soluere nō posse, cum obligatione restituēdi, secundum

dum Scotum,& communem e. Idem si pœnam exigit ab eo, qui sine sua culpa per impotentiam eam non soluit;quia regulariter vbi non est culpa, pœna esse non debet f. Idem si soluta parte debiti totam pœnam exigit,saltem quando obligatio est diuisibilis g. Sed non si pœnam posuit, vt timore eam incurrendi soluat,præsertim optãdo potius solutionem, quam pœnæ incursionem h.

216 *Octuagesimonono*,qui creditor vtitur fructu,vel vsu pignoris sibi traditi cum pacto non computãdi illum in sortem,in quã est computanda omnis commoditas quam ex eo percipit deductis impensis legitimis, vt supra i dictum est. Quę deductio est in causa quod vsuram non committat, qui tantum in pignore impendit, quantum vtilitatis ex eo percipit. Nec consequenter,qui equum paruę vtilitatis in pignus accipit cũ onere alendi eum. Neque qui domum egentem tanta,vel maiori impensa refectionis,quam pensiq eius valeat. Non tamen putamus esse tutum illud Soti *a*,quod non tenetur in partem solutionis accipere fructus collectos ex pignore,quos debitor non colligebat,nec colligere cogitabat. Tum quia sufficit esse fructus bonorum debitoris, & eos nullo iusto titulo à creditore retineri posse. Tum quia alioquin dicendũ esset creditorem, qui solerti industria tẽr tantos fructus colligeret, quam debitor cogitabat, eum ad restituendum quod amplius collegisset non teneri,quod palam est absurdum.

217 *Nonagesimo*, qui mutuator accipit pignus cum pacto legis commissorię, scilicet, vt nisi ad præfixum diem redimatur, sit venditum,addendo,quod omnes fructus,aut pars eorum,quę vsque ad eum diẽ caperentur,essent sui *b*. Secus tamen,si prædicti fructus manerent debitoris, vel in sortem, vel interesse computarentur:quia pactum legis commissoriæ appositum in pœnam sine fraude vsurarum valet,& etiam appositum,vt lapso die luendi pignus esset venditum iusto pretio *c*, quę sunt de mente Panorum.*d* & S.Antonini *e*,& Syluest.*f* Secus item est, si dominus directus in pignus accipiat prędium feudale *g*. Quod ipsum dixit de domino directo accipiẽte in pignus prædium emphyteuticum *h*,quem sequimur:quamuis dubitet Ioann. And.*i* & eisdem Barbat.*k* contradicat: modo tria concurrant,quæ etiam in feudo concurrere debent.

218 *Primum*,quod nihil aliud debitũ ex contractu emphyteutico prẽter fructus accipiat. *Secundum*, vt illud prędium non sit effectum melius,seu melioratum ab emphyteuta,iuxta Syluestrum*l*. Quod verum est quoad partem fructuum qui ex melioratione capiuntur,& non quoad alios,qui sine illa perciperentur. *Tertium*, quod emphyteuta dominium vtile emphyteusis gratis,aut fere gratis obtinuerit, vt cõmuniter feudatarius solet obtinere:nã siue ille,siue feudatarius ad obtinenda sua vtilia dominia magnã summam pecunię soluit, nõ potest capere fructus

ã In 4.l.sent. d.15.

¶ Cap.2.de constit.

g Cap.suam enm glos.& communi, de pœn.

h Dicto c.sua §.si Pact. quo pœn. C. de pact.

§ Eod.c.n.25 & 26.

a Lib. 6.q.2. a.2.de iust. & iur.

b Cap.significauit cum ei adnotat.de pignor.

c l.si fundus parag.fin.ff. de pigno.

d In d.ea.significauit.

e Ti.1.c.7.

f In Rosa aurea cas.18.

g Cap.conquestus c.1. de vsur.ad. ãunct.gl.fin.

h Mol.in c. x.de feud.

i In cap.1.de vsur.

k In d.c.1.de feud.

l Verb. feudare q.30.

fructus sibi, salte
uenda longe min
sequũtur Angelus
ex fructibus retin
minus vtilis direc
219 *Nonagesimopr*
mutuabile, eo pa
creditur eius preti
seruaturus, cum o
ex mutuo; secus s
minoris esset vali
seruaturus erat, &
bitori non adimit
220 *Nonagesimosec*
pacto,vel intẽtion
in sua taberna em
dio laboret, iuxta
tione liberare, &
uis Sylueſter e dic
iã si mutuatarius,
commodum acq
molendino mole
cant Angel.Rose
laborandi in tali
quamuis non ten
quam ob illud ce
bligatione in futu
satisfacere.Idem
bi vendat suum tr
221 Dixi,*Cum pa*
pacto vel intenti
ex gratitudine fa
Nonagesimotert
nem proficiscẽti
per ipsũ dato ei a
tuo, lucratur ob
dum communen
nerint vt mutua
non ex mutuo,s
securitatis est lici
num receptum,v
222 *Nonagesimoq*
tuatarius intra c
ret duplũ redder
soluendi duplum
absque fraude,q
duplum reddat;

fructus sibi, saltem quando pensio, sine responsio pro eis soluenda longe minor est fructuum valore, iuxta communē, quā sequūtur Angelus *m*, Syluester *n*, Ioan. Maior. *o* Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iusto dominus vtilis directo dedit *p*.

m Verbo feudatarius parag. 33.
n Exo. q. 1.
o In 4. sent. di. 15 q 31.
p Arg. l. quæ de rota ff. de rei vendic. c. pastoralis parag. item cū tutum, de offi. deleg.

219 *Nonagesimoprimo* peccat, qui mutuat triticum, aut aliquid mutuabile, eo pacto vt sibi reddatur, tēpore quo verisimiliter creditur eius pretium auctum iri, & ipse vsque ad illud nō erat seruaturus, cum obligatione restituēdi *a*, quia lucratur aliquid ex mutuo; secus si verisimiliter dubitabat, an tunc pluris, aut minoris esset valiturum. Secus item, si ad illud vsque tempus seruaturus erat, & libertatem soluendi intra illud tempus debitori non adimit *b*.

a Ca. in ciuit. c. nauiganti, de vsuris.
b Ang. verb. vsur. parag. 16.

220 *Nonagesimosecūdo* peccat, qui mutuat aliquid mutuabile cū pacto, vel intētione principali, vt in suo molendino molat, aut in sua taberna emat, aut ad suam scholā veniat, aut in suo prędio laboret, iuxta mētem Panor. *c* & debet eum ab illa obligatione liberare, & pro illa iudicio boni viri satisfacere *d*; quamuis Syluester *e* dicat, vt tribuat pauperibus. Quod procedit, etiā si mutuatarius, nil aliud ob hoc perdat, nec mutuatori aliud commodum acquiratur, quam quod ille sit obligatus in suo molendino molere, aut in sua taberna emere, &c. quidquid dicant Angel. Rosel. & Adrian. *f* quia illa obligatio molendi, aut laborandi in tali loco est lucrum pecunia æstimabile: & ideo quamuis non teneatur quidquam ex pretio, aut vtilitate iusta, quam ob illud cepit, restituere, tenetur tamen eum ab illa obligatione in futurum liberare, & pro pretio, iudicio boni viri, satisfacere. Idem dicendum est de mutuante cum pacto, vt sibi vendat suum triticum, vinum, aut lanam etiam iusto pretio.

c In cap. fi de vsur.
d Caieta. in summa verbo vsur. exteriore cas. 8.
e Verb. vsura 1. qu. 7.
f In 4. de rest. Gab. in 4. lib. sent. dist. 15. q. 11. ar. 3. in pri. Ioan. Maio. in cod. 4. d. 25. qu. 25.
g Eod. n. 208. & in specie dixit Syluc. verb. vsura 1. qu. 7.

221 Dixi, *Cum pacto vel intentione principali*; quia mutuare cum pacto vel intentione minus principali, quod mutuatarius illa ex gratitudine faciet, non est vsura per dicta supra *g*.

h Cap. nauiganti de vsu.
i In d. c. nauiganti.

Nonagesimotertio, qui mutuat in Flādriam, aut in aliam regionem proficiscēti cum pacto, vt sic dixerim, vt assecuraret illud per ipsū dato ei assecurationis pretio, etiā iusto *h*; quia ex mutuo, lucratur obligationem assecurandi cum ab ipso, secundum communem *i*. Secus si libere mutuauit, & postea conuenerint vt mutuator assecuraret certo aliquo pretio; quia id non ex mutuo, sed ex assecuratione lucratur, *k* qui contractus securitatis est licitus, & Reipubl. vtilis, secundum S. Antoninum receptum, vt dicetur infra *l*.

k Caietan. in summa verb. vsura exterior. cap. 12. & Ioa. 1. Maior. in d. 4. l. sent. dist. 15. q. 4. arg. 3. S. Ant. 1. part. tit. 1. c. 6. parag. 46.
l Eod. c. nu. 282.

222 *Nonagesimoquarto*, qui mutuat aliquid cum pacto, vt si mutuatarius intra certum tempus moreretur, liber esset, & si viueret duplū redderet, quia ex mutuo lucratur illam obligationē soluendi duplum, quamuis dubiam *m*: secus si donaret gratis, absque fraude, quo donatarius, si vsque ad tale tempus vixerit, duplum reddat; quia nullum ibi mutuum interuenit, sed est

m Syluest. verb. vsur. 5. q. 38.

contractus innominatus, do, vt mihi des *d*.

223 *Nonagesimoquinto* peccat, qui Regi, vel magnari mutuat cum pacto, vel intentione principali, vt sibi conferat aliquod officium pecunia æstimabile, licet id quod tali officio lucratus est, restituere nō teneatur: secus, si principaliter mutuat, vt eius amicitiam sibi comparet, cum spe secundaria, & minus principali, quod sibi illud officium conferret, per dicta supra *a*. Idem de eo, qui alicui mutuat cum pacto, vt eum iuuet, pro se deprecetur, vt doceat, vt scribat, aut aliud quid simile pecunia æstimabile faciat. Idem de eo qui medico mutuat cum pacto, vt sibi medeatur, siue sit alius medicus, qui sibi possit mederi, siue non, quidquid distinguat Medina *b*. Idem de illo, qui mutuat alteri cum pacto, vt ille sibi mutuet alia vice alterum tantum, secundum glossam *c*: quidquid dicat Adrianus *d*; nisi quādo solum obligat per pactum ad id, ad quod iure naturali gratitudinis obligatur, secundum aliam glossam *e*.

224 *Nonagesimosexto* peccat, qui mutuat alicui triticum vetus cum pacto, vt alterum tantum recens sibi restituat, sciens recens melius, & maioris pretij fore, quam suum tempore mutui, & solutionis, per supradictā, & per dictum Sylueſtri *f*; maxime si libertatem soluendi, quādo libuerit, adimit, & obligationem restituendi recens imponit. Secus tamen si principaliter mutuat, ne suum corrumpatur, & valet, aut valebit tātū, vel pluris tempore mutui, vel solutionis, quam recens sibi soluendum; siue quia est maior penuria eiusmodi tritici, quando mutuo datur: siue quia siccius est recenti, & ideo ex hoc plus quā ex altero capit mensura: siue quia eius substantia est melior. Imo non peccaret, qui faceret pactum, vt plus tritici recentis, quam datum est reddatur, modo verisimiliter nō valeat pluris illud plus recens restituēdum, quam vetus, cum mutuatur, vel cum mutuans illud est vēditurus: quia in hoc nihil lucratur ex mutuo qui mutuat, nec qui accipit, perdit quidquam, iuxta cōmunem *g*: quamuis mutuator videt damnum quod ei ex corruptione tritici euenire posset, quod iuste velle potest absque damno mutuatarij, vt recte Sylu. *h* insinuat; quia non etiam est vsura tempore caritatis annonę triticum æstimatū pretio, quo tunc venditur mutuare cum pacto, vt tempore solutionis reddatur triticum pretio, quo tunc valebit; quia in effectu est vendere triticum, & dilationem solutionis cōcedere, iuxta omnium mentem *i*; nisi per leges iustas effet prohibita eiusmodi tritici anticipata emptio, vt est prohibita per leges Castellę tritici anticipata emptio ad reuendendum, & etiam pro sua domo, nisi pretio quo viginti dies ante, & viginti post sacrum diem S. Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci, vbi emit *a*.

225 *Nonagesimoseptimo*, qui, quod sibi debetur, non vult recipere vsque ad tempus, quo eius pretiū crescat, cum debitor illud tempus expectare non teneatur: quia vult lucrari impensam, quam

a l. natura. ff. de præscr. verbis.

b Eodem c. n. 809.

b In Cod. de rescis.

c Sing. quæ est secunda c. 214. qu. 3.

d In 4. de rescis.

e Quæst. 1. eiusdem cap.

f Verb. vsu. 1. q. 15.

g In d. c. naturam. & c. in Ciuit. de vsu. h Ver. vsur. 1. q. 15.

i Iud. ca. in Ciuit. de vsur. S. Anton. 2 p. 2. c. 7. parag. 13.

a l. 13. & l. 14 Regum Madritij anno 1528. editarū.

quam in custodiendo faceret,& periculum amissionis vitaret. Idem de illo qui alteri mutuat cum pacto,vt tali tempore, & non ante restituat; aut in alio loco extra illum, in quo iure tenetur,reddat *b*; quia illam obligationem, quę pecunia ęstimabilis est,vltra sortem lucratur.Non tamen peccat, qui non petit triticum,quod sibi debetur,vsque ad annum,aut tempus,in quo carius erit,nisi directe, aut indirecte debitoris solutionē impediat;vt(nostro iudicio)impedit diues,qui nolens,vt pauper Augusto anni fertilis soluat,prędicit ei, vt illo tritico ad suam vtilitatem vtatur,& nullo pudore afficiatur,eo quod nō soluit. Ad quas fraudes vitandas prudenter statutum est in Lusitania,vt qui triticum mutuo datū ante diem S. Marię Aug. non petierit,non possit petere vsque ad sequentem annum.

b Anton.vbi supra.

226 *Nonagesimooctauo* peccat,qui pecuniam argenteā mutuat, vt aurea ei soluatur,si ideo hoc faciat,vt in ęstimatione lucretur; quānis bene possit pecuniam argenteam aurea,& auream argentea emere & vendere,& etiam lucrū aliquod moderatū accipere *d*,quianō lucratur ex mutuo,sed ex permutatione,emptione vel venditione,sicut etiam ex cōmodatione pecuniæ,vt pignori detur ad ostentationem diuitiarum, quo aptius vxorē ducat,aut ob alium similē finem; quia ad huiusmodi fines etiā pecunia numerata cōmodari potest *e*,& tradit Sotus receptus *f*.

c Hostien.in summa de vsur.parag.an aliquo sub finem.
d Caiet.in sum.verb. vsur notab. 2.col.12.
e l.3.parag. fin.& l.seq. ff.commod.
f In 4.libro sen.dist.15.

227 *Nonagesimonono*,qui triticum,vinum, aut oleum, alicuius prędij ante messem, vel vindemiam minoris ob anticipatam solutionem emit,quam collecta sunt valitura *g*;secus tamen si ęquo pretio,licet minori ob periculū,si cui subijciuntur, emeret *h*.Nec interest,an ematur definite triticū talis agri,aut vinū talis vineę;aut cū facultate deligendi triticū talis agri,aut vinū talis vineę,vt libuerit,modò quod ęquum fuerit plus ob illā optionē soluat:& sic intelligēdū est quod Gab.*i* & alij scribūt.

g Panor. in c. nauig.nu.6. per illum tex. de vsur.
h l.fistulas.parag.frumenta ff.de contra. empr.
i In 4.libro sent.dist. 15. q.11.art.1.

228 Idē de eo,qui aliquid minoris iusto pretio,ob anticipatā solutionem emit,aut carius iusto pretio ob eandē dilatā vendit,vt dictum est supra *k*. Iustum pretium intelligo,siue sit infimum,siue medium,siue supremū, quia nō constat in indiuisibili;habet enim latitudinem,vt traditur infra *l*. Vnde quis iuste pannum,cuius pretium infimum est decem, & mediū decem cum medio,& supremum vndecim,emit decem,ob anticipatā vel prędentem solutionem,qui nō venderetur ei,nisi vndecim dilata solutione:& contra iuste vendit quis eūdem vndecim dilata solutione quem libenter venderet decem prędentibus.Qui vero emeret minoris anticipata solutione,vel maioris venderet dilata, peccaret cū vinculo restituēdi per supradicta *a*,per quę cōciliādi sunt doctores,qui sibi contrarj videntur.

k Num.200.
l Cap.23.a. num.72.
a Num.206.

229 Notandum tamen vnum, non solum decipi existimantē se iusto pretio suas merces vendere,quoties non pluris,quā emit,sūptibus,& moderato lucro numeratis vēdit, vt recte Sotus insinuauit *b*;quia fieri potest, vt sūptus eius sit immoderatus,

b Lib.6.n.31. de iust.& iur.

tus, aut quod deceptus fuerit carius emendo, aut quia abundantia eiusmodi mercium, quę confluxerint, illarum pretium diminuerint. Quare aliquando vendere debebit minoris, quã emit, quamuis dilata solutione vendat, si tunc vendere voluerit, & aliquando cum maiori lucro, quam solet, etiam præsenti pecunia vendere poterit: quia parum impendit, aut quia contingit emere minori pretio eiusmodi merces, vbi emit, quam quo detulit, imo ob inopiam augeturc.

c Arg. notata in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. & per Caiet. 2.2. q. 77. art. 1.

230 *Centesimo* peccatis, qui pecora, vel prędia emit ab eo, quę credit ea nõ habere, & statim certa pensione ea eidẽ locat, cum obligatione restituendi pẽsionẽ, quã ex re, quę nõ erat, cepe-rit *d*. Secus si probabiliter credebat illa eũ habere, & bona fide emit, nec tenetur restituere, etiã post cognitam veritatẽ id, quod ex ea insumpsit bona fide, imo neq; id, quod non insumpsit, & quo factus est ditior, si quãdo ea emit, volebat emere talia, & emit ab illo, eo quod ea obtulit vẽdẽda, & ideo non emit alia ab alio, & ita prosuo interesse potest retinere, iux. dict. sup. *e*

d Argu. l. 1. & notatur tit. ff. de condit. sine causa.

e Eod. c. nu. 211. Angel. verb. vsu. 1. parag. 71. Sylues. verb. vsur. 21. q. 6. Io Maior in 4. libr. dist. 15. q. 46.

231 *Cẽtesimoprimo* peccat, qui centũ soluenda à se, vel ab alio alteri in fine anni emit, vel redimit, soluendo in principio eius aliquid minus, puta 20. vel 30. ob anticipatam solutionem, & tenetur restituere, Gabr. *f* Caiet. *g* & latius Antoninus *h*, nisi id faceret, eo quod debitum non est liquidũ, aut quia labor impẽsę, aut periculum subeunda sunt in eis recuperandis, vel illa quibus emit, habet destinata negotiationi, aut frugiferorum emptioni, & ex qua verisimiliter illud min⁹, quod alteri soluit, lucraretur, præsertim si id facit rogatu venditoris, Medin. *i*

f In 4. libr. senten. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 4.

g In summa verb. vsur. notan. 2.

h 2. par. tit. 1. ca. 8. parag. 3. & 4.

i In C. de restit. q. 18. in fine.

Nobis tamen videtur verum id, quod Caieta. dixit *h*, & ante illũ, & alios Inno. cui nemo ibi cõtradicit *i*, videlicet iuste minoris emi posse debita, quę nõ sunt soluẽda vsq; ad annum secundum, vel tertium, vel decenniũ, &c. quã si præsenti die soluenda forent. Tũ quia minus est habere actionẽ, quam rẽ *a*, & alia quę cõgerit Dec. *b* Tum quia hoc nõ est mutuare, sed emere, & nõ emere nũmos sibi soluẽdos, sed ius, eos ab hinc ad aliquod tempus recuperandi. Tũ quia hocius, quod vno anno est inutile, minoris valet, quã si esset satis vtile. Per quod perclitatur id quod ipsemet Caiet. dixit *c*, scilicet eũ, qui debet cẽtum aureos in fine anni, non posse eorundem remissionem in principio anni minoris cẽtum emere: nam qua ratione potest tertius illã actionem emere, eadem poterit ipsemet, cõtra quẽ datur, redimere, quidquid in hoc Sotus dicat. Cuius tamen, & Caiet. opinio saluari potest, intelligendo de redemptione facta minoris ob solam solutionis anticipationẽ, vt in principio huius casus insinuauimus: & supradicta procedũt, quãdo ob alios prędecẽtes respectus minoris emũtur, cessãte omni fraude vsurarum. Et ad hanc concordiã reduci debet S. Tho. *d* relatus & probatus à S. Anton. *e* & late Angelus *f*, & latius Sylvest. *g* qui idem, quod Caietanus & Sotus sentire videntur; quę tamquã quotidia-

i Ad lectorẽ Florentinũ.

a 2. par. tit. 1. c. 8. parag. 4.

b Verb. vsur. 2. parag. 64.

c Verb. vsur. §. 9. 14.

quotidiana, & iurid
consequeretur diui
annum cum aliqua
quelã. Tum quia, vt
vsuraria, quę in eo
iuste vẽditui *h*; qual
233 *Centesimosecun*
lucro decem accipi
rum decem ratione
Maior. *i* Secus tame
damni, quod aliàs p
234 *Centesimotertio*
tarium, redimibiler
id requisitis, super
Lectorem in Hispa
hoc latino, excepto
lata fuit: quorum lo
numquam satis lau
pulsum in hęc verb

PIVS EP
SERVO
pe

CVm onus Apost
celebratos fuisse, c
non continentur intra li
bus statutos: verum eti
bus, propter ardentem c
festum contemptum pra
mur, saluti consulentes,
cientes, tam graui morb
deri.

235 *Hac igitur nostr*
ditum creari, constituiv
immobili habeatur, &
finibus designata sit.

Rursum, nisi vere iu
rio, & in actu celebrati
gro, iustoque pretio.

Solutiones quas vulg
duci prohibemus. Conu
sus fortuitos eum, qui
modo valere volumus.
pringens facultatem a
rem ipsam semper &

quotidiana, & iuridica notanda sunt. Non obstat, quod hinc consequeretur diuitem posse dare alteri centum soluenda post annum cum aliquanto auctario: quia respondetur negando sequelã. Tum quia, vt dictum est, hęc intelliguntur cessãte fraude vsuraria, quę in eo non cessat. Tũ quia actio, de qua loquimur, iuste vẽditui *h*, qualẽ nõ habet vẽdendam is, cui diues dat illa.

h l. 2. cum seq. ff. de hæred. vel act. vend.

233 *Centesimosecundo* peccat, qui centum mutuo ab aliquo pro lucro decem accipit, & eadem alteri peccanti pro lucro aliorum decem ratione mutui soluendorum mutuat, Ioannes Maior. *i* Secus tamen, si illa decem accipit ratione interesse damni, quod aliàs peteretur per supradicta *k*.

i In 4. libro sent. dict. 15. q. 9. art. 7. k Num. 211.

234 *Centesimotertio* qui emit censum perpetuum, vel temporarium, redimibilem, vel irredimibilem sine conditionibus ad id requisitis, super quarum numero, & veritate remisimus Lectorem in Hispano *l*. Cuius summam supra *m* retulimus in hoc latino, excepto illo notabili, cuius summa hic ex parte relata fuit: quorum loco subijcimus extrauagantem, quam ille numquam satis laudatus Pius V. post nostrum in Vrbem appulsum in hęc verba promulgauit.

l Adnot. 12. Commẽtarij ca. 14 q. 1. m Num. 223.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERpetuam rei memoriam.

CVm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos: verum etiam, quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, lethiferoque veneno salutari antidoto non mederi.

235 *Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.*

Rursum, nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio.

Solationes quas vulgo anticipatas appellant, fieri aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam; quia volumus eam ipsam semper & libere ac sine solutione laudemij, seu quinquagesima

simæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem exspectari.

236 Pacta continentia morosum census debitorem tenere ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Imo & censum augeri, & noue creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eũ spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent.

Postremo, census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire: sed etiam posse pro eodem pretio extingui; non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint.

Cum vero traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari, cui pretium dandum erit, & post denuntiam intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra, non obstantibus his, de quibus supra: idque obseruare mandamus etiam quod pluries ac pluries denuntiatum fuisset, nec vnquam effectus sequutus fuisset.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ob inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, contractusque sub alia forma post hoc celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita (illis propterea non obstantibus) quidquid vel expresse, vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contigit, à fisco volumus posse vindicari.

237 Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato, quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censura bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ, anno 1568. 14. Kalend. Febr.

Cui

Cui adnotamus aliqua in prædict. Comment. *a* noue recognito, quæ, ne Manuale nimium crescat, prætermittimus.

a C. 1, 15. q. 1.

238 *Centesimoquarto*, qui mutuat cum pacto, vt mutuatarius vltra sortem sibi reddendam det aliquid notabile alicui tertio, vel pauperibus: quia non licet vsuram lucrari etiam ad redimendos captiuos *b*. Secus tamen de mutuante, vt ei remittatur iniuria, non quidem per rationem, quam S. Antoninus & Syl. *c* reddunt, scilicet, quod vnicuique licet suam vexationem redimere *d*, quia illud de vexatione iniusta intelligitur: & vexatio, qua iniuria affectus, iniuriantem in iudicio vexat, non est injusta *e*. Quare nos hic notam addimus, scilicet, quod pœna iniuriæ non debetur in foro conscientiæ *a*. Et quod speciale est, vt pacto nudo tollatur ipso iure actio iniuriarum *b*, & quod non videtur tam quærere, quod requirit *c*. *quoniam* c quam à damno pœnę, quę non est ante sententiam alteri in conscientia debita, liberari. Quo fit, quod mutuare cum pacto, vt non solum iniuria remittatur, sed etiam damnum, quod affectus iniuria passus est, quodque sibi in conscientia debetur, est peccatum vsurę. Non peccat etiam, qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum, mutuat alteri cum pacto, vt soluat tantum quotannis, quantum fructus rei frugiferæ, quam emisset deductis impensis, quotannis valerent *d*. Non obstat quod quidam dicitur dixisse, quod illud pœnæ debitum est legale: quia non est tale ante sententiam, & ante fit mutuum.

b Cap. super eo de vsur.
c Verb. vsur. 1. q. 11.
d Cap. dilectus, 2. de simon.
e Iuxta glos. sing. recepta, c si quis contristatus 90. dist.
a Iuxta glos. sing. ca. fraternitas, 12, q. 2.
b L. si vnus, parag. pactus, ne peteret, ff. de pact. c. 14. q. 4.
d Per d. supra, nu. 212.

239 *Centesimoquinto* peccat, qui vendit triticum, vel aliquid aliud vno mense pro pretio maiore, quo valiturum est alio, ad quem vsque non est seruaturus; & tenetur ad restitutionem eius quod vltra pretium temporis venditionis accepetit, e quamuis posset illud mutuare vno mense vsque ad alium in quo verisimiliter plus valebit, vt reddatur æque bonum in illo, vel ante illum, vt recte Sotus adnotat. Dixi, *Non est seruaturus*, &c. alioqui enim secus tribus concurrentibus; *primum*, ne summum quo illo mense valiturum est pretium accipiat, sed medium. Ita quod si in vna parte eius valuit decem, & in alia quindecim, & in alia viginti, non nisi quindecim capiat, iuxta Alex *f*. *Secundum*, vt de pretio deducat tantum, quantum seruando diminutum fuisset iuxta expertorum iudicium. *Tertium*, vt deducat impensas, quas in seruando in illud vsque tempus facturus erat *g*. Nec obstat distinctio Caietani *h* magis difficilis, quam animabus vtilis: quia quidquid ille dicat, æquius est dicere, quod cap. *finale de vsur.* moderatur cap. *in ciuitate*, quam quod ille asserit.

e Cap. si de vsur, & ibi per omnes Aug. verb. vsur. parag. 34.
f In l. quod re. ff. si cer. pe.
g Maior vbi supra, q. 3. a. 2. q. 2. art. 2.

Male autem ex hoc loco infert quidam, dicere me nõ posse quẽ vendere rigoroso pretio iusto, soluendo tempore, ad quod vsque seruaturus erat, sed tãtũ moderato: quod ipse nullatenus sentio, sed longe aliud, scilicet, quod qui vẽdit rem pretio, quo valitura

valitura est aliquo tempore, ad quod vsque seruaturus erat: puta mense Maio non potest iuste accipere pretium maximum rigorosum, quo valebit aliquo die illius mensis, sed medium illius, quo valebit toto mense, collatis pretiis quibus valuit diuersis diebus illius. Ita quod si aliquo die valuit decem, alio 15. alio 20. debet esse contentus 15. Et si seruaturus erat vsque ad certam hebdomadam, & in eius diebus valuit multis pretijs, accipiet medium illorum. Et si vendidit pretio, quo valeret certo die vsque ad quem seruaturus erat, & in eius varijs horis valuit varijs pretijs, accipiat medium eorum.

240 *Centesimosexto* peccat, qui vendit aliquid dilata solutione in aliud tempus pretio maximo, quo valebit vsque ad illud *a*. Vbi tamen conclusimus non esse vsurarium pactum, vt sibi soluatur pretium medium minimi & maximi, quo ab emptionis tempore vsque ad tempus, in quo ille seruaturus erat, valeret, siue eius pretium cresceret, siue decresceret.

241 *Centesimoseptimo* peccat, qui aliquid ei qui pecunia indigebat, vēdidit cū pacto, aut volūtate principali, vt statim sibi minoris iusto pretio reuēdat, *b* secus si simpliciter vendidit pretio iusto, quāuis summo, & postea, quia emptor vult illud re vēdere, & non inuenit alium, qui emat, idē venditor iterum pretio iusto quāuis infimo & pio accipit, Angel. *c* De qua diuisione pretiorū, & aliquot alijs huc pertinētibus infra *d* dicetur. Vsus tamen huius determinationis licet iustę, lędere posset famam mercatoris, nisi fuerit cautus: & laudarē valde mercatorē, qui id faceret, quādo videret neminē alium velle dare pretium iustum etiam infimum, maxime si daret mediocre. Notandum etiā, quod vsuram admittit qui suas merces, quo lucraturū se sperabat, deportat, & dilata solutione, pluris iusto pretio etiā in summo vēdit, eo quod aliarū aduentu, adeo pretium decreuit, quod non solū non lucraretur, sed etiam perderet, si præsenti pecunia etiam summo pretio venderet, per supradicta.

242 *Centesimooctauo* peccat, qui cōmendat vel deponit pecuniam apud aliquem mercatorem, aut numulariū cū intentione principali, vt aliquod lucrum menstruum, vel annuū ei soluatur salua sorte: & tenetur acceptum restituere, quamuis non interueniat pactum, & quamuis appelletur depositum *e*. Nec ignorantia excusat. *f* Nec periculum perdendi illam, eo quod mercator, aut fugere aut decoquere potest. Tū quia illud lucrū non ob periculū, sed ob mutuum deposito palliatū accipitur. Tum quia illud periculū nō est considerabile per notata *g*. Secus tamē est, si absq; pacto & intentione principali prædictis, pręfatū depositū faceret, & acciperet à depositario gratis donante aliquid ob gratitudinē, eo quod ex pecunia deposita fuerit lucratus, etiamsi libentius suā pecuniam penes hunc gratū, quam penes alium depositam habeat. Et etiam depositarius illud det sperans, quod ob huiusmodi largitionē ab ipso pecuniam

a Hostien. in summa de vsur. parag. an aliquo versi. quid si vendas, & nos copiose super ca. in ciuitate, de vsur. diximus.
b Iuxt. tit. 13. Ordin. Regni Lusita.
c Verb. vsura, parag. 60.
d Cap. 23 nu. 78. & seq.
e Cap. consuluit, cum ei. adnotat. de vsur.
f Gloss. in c. plerique, 14. qu. 3.
g In d. cap. nauiganti, & cap. 11. fœneraueris, 14. q. 3.

niam suam non auferet, quia omnia hęc sunt gratuita *h*. Vsura tamen esset, si mercator illud daret tamquam ad id ob pretium, & vsum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet, aut speraret, & etiamsi principaliter ob hæc deponeret.

h Galat. 2. c. 78. art. 1.

243 *Centesimonono* qui equum, aut aliam rem omnium iudicio nō maioris pretij, quam quindecim aureorum ob dilatam solutionē viginti aureis vendit, cū obligatione restituendi quinque, licet postea propter mortuos alios equos 20. æstimetur *a*.

a Ioan. Maio. in 4. l. sent. dist. 15. q. 32.

244 Item de eo, qui cum Rege, vel alio, qui suis militibus, aut famulis mercedes & stipendia persoluere intra certum tempus tenetur, intra quod ob nummorum inopiam illis soluere non potest, paciscitur se illis soluturum, si à domino sibi plus aliquid eo quod soluerit, detur, vt decem pro centum *b*, nisi ratione veri interesse excusaretur: quāuis Rex, vel ille alius in suis literis dicat, se gratuitam donationem illius pluris facere.

b Arg. cap. in ciuitate de vsur.

245 Tum quia hoc in effectu est mutuare pecuniam, vt ad certum tempus eadem cum aliquo auctario soluatur. Tum quia illa donatio non est vera, cum non ex liberalitate, sed ex necessitate quęrendi pecuniam mutuam fiat *c*. Idem etiam de præfecto ratiociniorum, Quęstore, ęrario, aut soluendis stipendiis, & mercedibus, &c. obligato, si aliquid ab his, quibus soluere debebat, accipit, vt anticipet solutionem, per prędicta *d*, nisi verum esset interesse, aut iusta actionis emptio excusset.

c Med. de restitutione in quibus casibus licitum mutuanti, vltra sortem recipere, casu 3.

d In parag. præcedenti.

246 *Centesimodecimo*, qui mutui accepti vsuras soluere iurauit, & intra diem statutum non soluit, nec impetrauit absolutionem à iudice vel à parte: nam licet promissio soluendi vsuras non valeat, iuramentum tamen soluendi illas obligauit *e*, quamuis à iudice potest absolui *f*, & solutas repetere *g*.

e Ca. debitores de iureiurand.

f Cap. 1. eodem tit.

g Dict. cap. debitores. h 1. 2. q. 12. ar. 7. 8. & 9.

247 Nō obstat, quod soluens vsuras videtur peccare consentiendo peccato vsurarij; quia nō iurat, nec promittit soluere illas, quatenus earum acceptio est peccatum, sed quatenus est actus de se indifferēs, qui bono fine fieri potest virtuosus, iuxta doctrinam S. Tho. *h* qua eadem ratione acceptio sub vsuris à nolente mutuare, est licita: nam actio eiusdem rei potest esse bona, & passio mala: & contra passio bona & actio mala, iuxta illud glos. *i* de Christi passione, *Actio displicuit, passio grata fuit*.

i Cap. 1. de consecrat. vel alt. lib. 6. verb. sāgui.

De vsura in pactis de retrouendendo.

248 *Pactum de retrouendendo quid, quod iustum, & quod vsurarium. & minuit de pretio, sed fructus non adimit emenți, & n.* 249.

250 *Pœnitenti pro se, & contra se in foro conscientiæ creditur.*

248 *Centesimoundecimo* peccat mortaliter qui emit aliquid cū pacto de retrouēdēdo simulate, animo magis mutuandi, quam emendi, & vsuram cōmittit. Qui autem emit minoris

noris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum præfatum diminuit, peccat quidem peccatum iniustitiæ, sed non vsurę coram Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura secundum omnes. Pro quo notandū *primo*, quod pactum de retrouendendo est pactum *quo emptor promittit reuendere rem emptam venditori, quandocunque voluerit, vel intra certum tempus quod licitum est & diminuit de pretio* a.

Secundo, quod emptor non tenetur restituere fructus interim perceptos, nisi à tempore morę, quam cōmittit simul ac pretium illius loco & tempore congruo oblatum non accipit b. *Tertio*, quod iuste potest etiam statim locare venditor honesta pensione c. *Quarto*, quod ad iustitiam huius pacti concurrere debent aliqua. *Primum*, vt simulatio, saltem ex parte emptoris, absit, ita vt emptor vere & principaliter intendat emere. *Secundum*, ne fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quam emptio facta est d. *Tertium*, quod emptor faciat illud eo solo, vt placeat vēditori, & quod malit ne redimatur, & quod nō emeret, nisi putaret esse redimendum, quod tamen non est inridicum. Tum quia nullo iure vel ratione probatur: tum quia sępe contingit aliquem posse vere rem aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod minuit pretium eius, & non absque illo, quia non habet satis pecuniæ ad eam iusto pretio emendam sine illo pacto, sine quo pluris valet e. Tum quia multi nollent res aliquas emere, quas tamen rogatu amicorum, quos oportet eas vendere, emunt quidem vere cum prædicto pacto, sed sperantes eas redimendas, quas alioqui non emerent.

249 Nec etiam est necesse regulariter, quod alij dicunt, ne pactum fiat, quod vltra certum tempus id redimi non possit: quia perspicuum est posse fieri pactum de retrouendendo intra solum vnum annum, duos, tres, aut plures: quod in effectu est pactum, ne vltra illa tempora præfinita redimatur.

Dixi, *Regulariter*; quia post extrauag. Pij V. super censibus relatam supra *f*, in emptione census non liceret illud, quod est nouum & singulariter notādum. Non est etiam necesse, quod alij dicunt, ne emptor vsurę dare solitus sit, eo quod præsumeretur solitum facere g, quia licet ad sic præsumendum in foro exteriori iuuare posset, non tamen in foro conscientiæ, in quo cessat omnis præsumptio a

250 Nec etiā est necesse ne fiat pactum, vt ante duos, vel tres annos vēditor redimere nō possit, & postea sic; quia huiusmodi pactū est licitum, licet pluris valeat quod venditur cum hoc pacto, quam quod cum pacto quando libuerit redimendi, quāuis non quanti si absque aliquo pacto venderetur. Nec videtur verum illud Ioan. Maioris b, quod venditor grauat emptorem pacto, quando libuerit redimendi, nisi cōsentiat vt emptor aliquid capiat ratione sui interesse; quia quisque iure vtitur, nemini iniuriā facit c. Quamuis cōtra fraudatores, qui vendūt prædia

a Cap. cum Ioan. de fide instrum. & l. fundi partem ff. de cōtrah. empt. & l. si fundū, l. ff à tec. de pact. inter emp. & vend. & Leuit. 25. secundum Innoc. Hostien. Ioan. Ann. Pan & communem Canonistarum in c. ad nostrā de empt. & legistarum in d. l. si fundum & Cepol. de simul. contr. casu 2. & omnes Theologos in 4. lib. sent. d. 15. *

b l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & glo. recept. &c. illos vos, ver. percepti de Pignoribus.

c Dicta l. fundi partem ff. de cōtrahen. empt. & d. c. cum Ioan. de fide instr.

d Cap. illos vos de pign.

e Dicta l. fundi partē, ff. de contrahen. empt. & d. cap. cum Ioannes, cum suis adnotat.

f Num. 234.

g Argum. l. si quod nolit. parag. qui aſſiduā ff. de ædil. edic. a Cap. tua. de sponsa.

b In 4. l. sent. dist. 15. q. 43.

c Ca. cum ecclesia de elect. & l. iniuriarum parag. ff. de iniur.

non sata,& vindemiatas cum pacto redimendi intra annum, & solent redimere paulo ante messem,vel vindemiam,solutis impensis,lege Nauarrę cautum est, vt qui non redemerit ante Pascha,nō possit redimere nisi post messem, vel vindemiam. *Quinto*,quod hic non agimus de coniecturis ad præsumendum in foro contentioso eiusmodi emptorem habuisse intentionē magis mutuandi,quam emendi,& eiusmodi venditorem magis pignorandi,quam vendendi,siquidem de solo foro cōsciētiæ tractamus,in quo pœnitenti pro se,& contra se creditur.

De vsura in societate.

251 *Societas quid,& quæ licita,& vt ineunda num. seq.*
254 *Assecuratur vt sors & lucrum in societate,& 255.*
254 *Assecuratur vt capitale cum lucro,& 255.*
256 *Intell. nouus c. per vestras de donat. probant lucrum sine periculo.*
256 *Sorte salua qui lucratur in Gallia,& Italia.*
257 *Legare nummos,vt de reditu Missæ dicantur, an liceat.*
257 *Vsus fructus nummorum legatur,& vt sit perpetuus.*
258 *Vsura est dare ad lucrum salua sorte,vel non negotiatur.*
259 *Deponens pecunias in scriptura mutui,vel depositi peccat.*
260 *Societas in animalibus,& locatio eorum quæ licita,& 261.*

251 CEtesimoduodecimo peccat mortaliter contra hoc septimum præceptum,qui accipit notabile lucrum ex pecunia in societatem iniustam collata,vel maius quam debet ex collata in eam,quę iusta est secundum omnes. Societas autem est *conuentio plurium suam pecuniam,industriam,vel laborem conferentium ad lucrandum* d. Et ratio qua lucrum ex pecunia in societatem collata accipi potest,& non ex mutuata, est secundum Sanct. Thomam e,quod dominium rei mutuatę cum periculo in mutuatarium transfertur, non autem rei in societatem collatæ,imo manet periculo conferentis,sicut industria& labor periculo ea conferentium *a*.

252 Ad hoc autē vt societas iusta sit tria requirūtur. *Primum*, vt negotiatio licita sit *b*. *Secundū*, vt pecunia subiaceat periculo eam conferentis,hoc est,vt si pereat,tota illi pereat *c*. *Tertiū*,vt in omnibus iudicio prudentis ęqualitas seruetur,& pro quātitate partium collatarum lucrum diuidatur *d*, vt post alios Cai. e hoc exemplo declarauit: Vnus confert mille aureos, alius laborē suę personę eisdem æstimatum, alius suam industriam quingentis æstimatā,vt hæc societas licita & sancta sit, ex his omnibus vna sūma facienda est,& ex lucro,& iactura pro rata eius quod cōfert quisq; capere debet; vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur,duo singulos ducentos aureos caperent,& tertius centum. Sotus tamen *f* dixit non esse habendam rationem quantitatis pecuniæ quam quis in societatē confert,

d Dict. l. 1. & toto tit. ff. pro socio & Inst. & C. eod titul. ea. per vestras, de donat. inter vir.
e 2.2.q.78. a.2. ad 5.
a l. si tibi aream meam, ff. de præscrip. verb.
b Capit. per vestras, de donat. inter vir,& vxor.
c Sotus. cap. plerique 14. q.3.
d l. si nō fuerit, ff. pro socio.
e 2.2.q.78. art.2.
f lib.6.q.6. art.1. de iustit.& iur.

sed periculi, cui exponitur. Iustius tamen videtur contrarium. Tum quia id habetur in l. *si non fuerit* g. Tũ quia hoc nouum inuentum, quo adhuc nulli negotiatores vsi sunt. Tum quia lõge clarius & securius est dicere, societatem exequendam esse iudicio peritorum, qui æstiment pretium pecuniæ collatę cum conditione expressa aut tacita, vt in primis conferenti restituatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretium industriæ, & laboris ea conferentium absque aliqua spe quidquam pro illis referendi, nisi lucrũ adsit, quiq; simul considerent, nullã vsurę, nec iniustitiæ suspicionẽ esse, ex eo quod ei qui pecuniam cõfert, de consensu eius minus lucri quã par sit, detur, si est persona, quę donare potest. Per quod multæ societates iustificantur, quas aliquot prædiuites cum suis famulis, amicis, aut cognatis exiguę industrię contrahunt, quo eis fidem, honorem, & diuitias concilient, & conferendo in societatem magnas summas pecunię, solum ad dimidiã, aut tertiam, aut quartam lucri partem eos obligant, quamuis etiam defendi possent dicendo, potius esse locationes cũ salario incerto, quã societates.

g ff. pro socio. & parag. de illa Instit. de societ.

252 At si vnus pecuniam, & alius pecuniam & operã confert, vterque pecuniam quam contulit accipiet, & ex lucro, qui pecuniam & operam contulit, plusquam alius arbitrio mercatorum percipiet *h*. Quando autem alius pecuniam, alius operam, aut industriam in societatem confert, tota iactura pecunię erit eam conferentis, & tota laboris eius qui eum subijt, & industriæ eius, qui eam adhibuit, siue iactura in principio, siue in medio, siue in fine negotiationis fiat, iuxta Bartolum & Baldum *a*, S. Thomam *b*, quæ vera opinio est, maxime in foro conscientiæ, iuxta Angelum & Syluestrum *c*. Tum quia alioquin pars pecunię, ad quam soluendam alius teneretur, à periculo libera esset, quoad eum, qui contulit, & consequenter, quoad illam partem, esset mutuum & non societas.

h Angel. & Sylues. verb. societas.

a In l. 1. C. pro socio. b 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. c Verb. societas.

253 Tum quia si in fine societatis lucrum esset antequã diuidatur, qui pecuniã cõtulit, eam in primis accipere deberet. Tũ quia nõ liceret pacisci vt dimidiam, aut tertiã, aut quartã partẽ pecunię perditę alius, qui laborẽ aut industriam posuit, persoluat, quia nullam ex illa partem sumit, si nullum inueniatur lucrum finita societate, imo tota eam conferenti restituitur. Tũ quia, vt qui pecuniam contulit, eã perdit, sic qui laborẽ aut industriã adhibuit, ea perdit, quæ interdum tanti & pluris æstimantur, quam pecunia collata; nã tantus potest esse labor, & tanta industria, vt licitum sit pacisci, vt qui ea cõfert, duas partes ex lucro, & dominus pecuniæ vnam solam accipiat. Verum tamen est, quod si pecunia conferretur cum pacto, vt cõmunis esset, & communiter inter illos sicut lucrum diuideretur, iustũ esset vt pecunia perdita omnibus periret, secundum omnes *d*.

d Vbi sup.

254 Notandum, quod periculum pecunię collatę vitare potest eam cõferẽs, facta cum socio cõuentione, vt se faciat securum, siue vt

siue (vt aiunt) assecuret suscipiēdo in se periculū eius, cōstituto ei pretio illo securitatis, quo eū tertius assecuraret, aut vt tāto minus de lucro cōmuni accipiat; nā qua ratione tertius potest eū assecurare, eadē potest & socius, vt recte Sylvest. dixit e. Quę confirmantur ex eis, quę pridē respondimus Vlyssipone cōtra quandā maximi pōderis societatē iniquā, oblata alia iusta, quę colligi poterat ex Maiore f, & Caietano g, & Sylvestro h, videlicet, quod fierēt tres cōtractus. *Primus* societatis, in quā ali⁹ pecuniā, alius operā & industriā conferat. *Secūdus*, quo qui operā confert, assecuret alterius sortē iusto pretio accepto, aut altero tāto ex lucro remisso. *Tertius*, vt ad tollēdas suspiciones & molestias rationū, qui operā prestat, lucrū incertum lucro aliquo certo redimat, aut ex lucro verisimili, sed incerto tātūdē certi retineat. Pro quo facit efficaciter, quod nemo negat eū, qui cōfert aliquā pecuniam in societatem, posse assecurari de sorte, & de aliqua certa parte lucri ineūdo suos cōtractus assecurationis & lucri cū tertio, & qua ratione potest inire cū tertio, eadem etiam cum socio potest, cessante omni fraude, & simulatione.

255 Addo, quod possunt fieri eodem tempore, vt monstrat precitatus Ioan. Maior *a*, & non solum formaliter & explicite, sed etiam æquiualenter & implicite. Vt si quis negotiator publice protestaretur, se paratum ad accipiendam pecuniam à quocunque volente illi conferre illam in societatem, cum pacto de assecuratione sortis ad rationem 4. pro centum, & lucri certi 4. pro duodecim incerti lucri. Ita quod ex lucro incerto verisimili 12. ex centum accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor. Et postea alius sciens hanc protestationem, cōfert ei centum, dicens: Ego cōfero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti, iuxta protestationem tuā.

256 Pro quo, prēter prędicta vrget c. *per vestras b.* sic noue inductū: Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honesti onera matrimonij sustentet: & ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur, siquidem ob hoc iubeat illam à marito auferri, & ita videtur noluisse vt ad lucrum & dāmnum mercatori traderetur, quod erat eā periculo obijcere; voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera sustinēda. At hæc duo fieri non possunt sine assecuratione, & lucri incerti pro certo redemptione. Ergo Papa tacite voluit illa fieri.

257 Facit etiam, quod in multis Gallię locis, quādo in ea prælegebamus, audiuimus, & nūc in aliquot Italię partibus, & mōtibus idē seruari, quod Ecclesię, & viduę, & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur; quæ cōsuetudo defendi nullo modo potest, per intellectum, quem

e Verb. societas, 1. q. 2. dixit.
f In 4. li. sen. dist. 15. q. 49.
g In Tom. 1. Opusculor. tract. 31. respon. 11.
h Verbi. societas, 1. q. 1.
a Dicto 4. l. sen. dist. 15. q. 49.
b De donat. inter virum & vxor.

c Dict. cap. per vestras.

d Cap. super eod. de viur.

Ioan. Andreas & nonnulli alij *c* assignant, scilicet quod in fauorem Ecclesiarum, viduarum & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat, quia esset vsura, quę neque etiam ad redimēdos captiuos admitti potest *d*. Nec vllo alio modo defendi potest, quā dicendo, quod exordiū cœpit ab hoc societatis modo, qui fit cū securitate & redēptione prędictis, & continuata fuit vsq; ad illud tēpus. Ad quod coniiciendum facit quod vix tertiam partem lucri dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire posset, accipiebant: nam verisimile lucrum centū ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant nisi quatuor pro centum, quod significat illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. Pro quo facit etiam quod Caietanus scripsit *e*. Intelligimus tamen hoc cessante omni fraude & simulatione, & vt coram Deo formaliter, aut æquiualenter prędicti tres contractus veri sint. De quibus omnibus copiosius scripsimus in prædicto Cōmēt. *a* respondendo ad quędam Soti argumenta. Et quidem optarem, vt episcopi, vel saltem Pontifex Maxim. declararet prædictam consuetudinem esse iustam, eo quod presumendum sit quod in terris, in quibus à tempore immemoriali illa inoleuit, habuit originem huiusmodi licitam, & ita bona conscientia seruari posse, monitis præsertim deponentibus & depositariis, vt tres prædictos contractus faciant, vel habeāt pro factis. Pro quo facit, quod consuetudo immemorialis facit presumi titulum requisitum ad eius valorem *b*. Licitum est etiam pactum, in quo qui pecunia aliena negotiatur, omne lucrum domino illius tradit, & ei à domino certum quid, & ab omni periculo liberum pro labore, & industria soluitur, quia huiusmodi contractus non est societatis, sed locationis, & ideo si iactura eius dolo, vel culpa, aut illius ministrorum contingeret, satisfacere domino tenetur, quia gratia vtriusque fit, per dicta supra *c*.

e In dict. tomo, 1. Osculorum, Tractat. 31. respons. 11. a Cap. 1. 14. quæst. 3.

b Cap. super quibusdam de verb. sig. in 6. & l. hoc iure, parag. duētus aquæ ff. de aqua quoti. & æstiu.

c Rod. ca. nu. 179. Angel. & Syluest. vbi supra.

Ad quęsita hic de pecunia legata parocho, & beneficiario alicuius Ecclesię, vt perpetuo singulis mēsibus tot Missę pro legāte dicātur, quot ex lucro illi? ad rationē quinq; pro cētū quotānis dici poterūt? Respōdeo legatū esse licitū, quia licet legare vsumfructū pecunię *d*, & quia tale onus licite adijcitur *e*. Et quod expediret vt legatarij emerēt ea cēsum perpetuū irredimibilē ad rationē vnius pro viginti, si inuenirēt, & si irredimibilē nō inuenirent, aliqua prędia reditus annui quinq;, vel pluriū pro centū, & si nec ea, cēsum redimibilē, & si neque illum, cōferant illā alicui mercatori in iustā societatē, & quęrāt aliquē opulentū, qui sortem, & aliquod lucrum certū, quanto maius poterūt, assecuret pro parte lucri verisimilis, & incerti ad cosex illa societate prouēctura, & si nō inuenerint tertiū qui hoc faciat, curent id fieri ab eodem socio, cui illā in societatem cōtulerūt, per tres cōtractus initos modo supradicto *f*, & dicāt tot Missas annuas, quot dicendis illud sufficiat arbitrio Episcopi *g*.

d l. 1. & 3. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. e Arg. cap. significatum cum eis, quæ ibi adijcimus, de præb. f Nu. 256. g Arg. ca. nos quidem, de testam. & l. legatum, ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. & l. legatum, ff. de vsufruct. legat.

258 *Centesimodecimotertio* peccat, qui dat pecuniam in societatem ei, quem scit ea nō esse negotiaturū, vt militi, vel clerico indigentibus, in certum lucrū, quamuis tres prædicti contractus societatis, securitatis & redemptionis concurrerent, quia nō est vera, sed simulata societas, quę mutuū velat, siue palliat.

259 *Centesimodecimoquarto*, qui vere coram Deo pecuniam in societatem contulit in lucrum & damnum, sed à socio publicam mutui, aut depositi scripturam accepit, quia mentitus in periculum notabile suæ famę, & & bonorum proximi, quoniā posset voluntate mutata suam pecuniam depositam, vel mutuatam reposcere, quamuis periret. Quare, eiusmodi scripturā, si lucrū participare vult, rescindere debet: quamquam respondimus, hoc locū non habere in eo negotiatore, qui contra intentionem pecuniam conferentis pro honore suo scripturam mutui, aut depositi loco societatis concessit, modo illam conferens scripturam prædictam, quam cito commode potest rescindi faceret, & aliam societatis, si vellet, capere posset, & etiam pignora accipere pro securitate restituendæ sibi suæ pecunię, nisi amittatur, & etiam pacisci, ne tali, aut tali mercimonio, nec in tali, aut tali loco aut tempore, cum tali, aut tali homine negotietur, & si mercator rebus, aut loco, aut tempore, aut persona pacto exclusis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit, iuxta S. Ant. *a* Idem de eo, qui confert pecuniam in piscatum nauticum modo posito infra *b*.

260 *Centesimodecimoquinto* peccat, qui locat boues, mulas, aut alia animalia pensione iniusta notabiliter, de qua glossa *c*, aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare sine culpa sua, ob culpam domini, vel casum fortuitum contingentem circa eum vel animalia, iuxta ea, quæ *d* diximus, & glossa *e*. aut cogit ad æstimationem eorum post mortem, aut dānum naturale vel fortuitum sine dolo aut culpa leui eius euenies, quia hæc domini periculo subsunt *f*, nisi cū agricola paciscatur, vt periculum quocunque modo eueniret, esset cōmune vtrique, dato ei ob hoc iusto pretio, vel facta debita diminutione pensionis, quæ sine hoc pacto esset iusta *g*. Quin, & si absq; intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, si absque eius culpa damnum contingeret, ne durius boues exerceat, paciscitur, vt dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum spectet, non facta ob id aliqua pensionis diminutione, mortaliter peccat. Tū quia, qui eius voluntatem nesciūt, scandalizat, vt inquit S. Bernar. *h* Tum quia mori potest sine illius intentionis declaratione, aut mutare intētionē, & postea ipsius hæredes miserum agricolam vexare.

261 Licitū item est tradere animalia in societatem alteri, ea lege, vt lucrū sit cōmune, sed qui ea recipit, nil ex eo capiat, donec pretium eorum domino persoluatur, & postea sint cōmunia, modo ea, quę ante sortem recuperatā interierint, domino

a 2. par tit. 2. c. 7. parag. 32.
b Eod. c. nu. 282. & 285.
c In authen. perpetua C. de sacrosan. Eccles.
d Supra, nu. 199.
e l. si vnō, parag. item cum quidam ff. locat. fl. sed & si quis, parag. quæsitum, ff. si quis caut. stand. iud. co. l. de commod. ca. 1. de depo. Gabr. in 4. lib. sen. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 2. & Rosel. verb. vsura, 3. parag. 3.
f Arg. cap. cum Ioann. de fide instr.
g In suis contmē.

intereant, & non recipienti, iuxta S. Anto.a qui alios contraria tenentes conciliat. Circa quę b ponit regulã, per quam omnes casus decidũtur, scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta, quibus alicui sociorum, iudicio boni viri, notabile damnũ infertur, est illicita, & recte quidẽ; quia etiam omnis alia, in qua cõmoditatum partes nõ respõdent ex æquo partibus in societatem collatis, est illicita, per dicta supra c.

a 2. par. tit. 1. c. 7. parag. 39.
b In fine illius parag.
c Eod. c. n. 3.

De vsuræ participantibus, & eã nõ restituentibus.

262 *Vsuram qui suadet, aut sub ea petit, vt peccat.*
263 *Peccatum non est ad minus peccandum inducere.*
264 *Vsurario à non volente restituere qui accipit solutionem crediti in malos fines, vel impedit ne gratis mutuetur, & seq.*
265 *Pignus ab vsurario emptum restituendum.*
265 *Vsurarij bona non sunt obligata, & fiunt ementis.*
265 *Dominium rei quæsitæ per vsuras quærit vsurarius.*
265 *Dominium rei emptæ ab vsurario quærit emptor.*
265 *Vsurario rem datam vt vendicat qui dedit.*
266 *Accipiens rem notabilem ab vsurario quando restituet.*
267 *Vsuras pro alio exercens etiam famulus obligatur.*
267 *Proxeneta vsurarum qui peccat.*
268 *Vsurarij vxor quæ peccat viuendo de bonis sui mariti, & 269.*
270 *Vsuriariorum filij, & famuli qui peccant de bonis eorum viuendo.*
271 *Vsurarij gener recipiens ab eo dotem vt peccat.*
272 *Dotem ab vsurario datam retinendi remedium.*
273 *Vsura non est marito vsus pignoris pro dote dati, & 274.*
275 *Vsuras qui iudex iubet solui, aut non restitui, & aduocatus procurator, & testis qui ad id auxilium præbent, restituere tenentur, num. 277.*
278 *Vsurarium instrumentum faciens vt peccat.*
278 *Vsurarius vsuras & fructus pignoris restituat.*
279 *Vsurarium manifestum ante restitutionem absoluens peccat.*
279 *Vsurario manifesto nullum detur Sacramentum, nisi, & 280.*
279 *Vsurarij testamentum nullum nisi hæc præcedant.*
280 *Vsurarius quis manifestus, & à quo absoluendus, & nu. 281.*
282 *Piscatorum ac diuitum eiusmodi societas vsuraria, & 273.*
282 *Socius industriam adhibens quid de suo impendere debeat.*

262 CEntesimodecimosexto peccat mortaliter, qui inducit alium, vt sibi, aut alteri tertio det ad vsurã; quia peccato mortali consentire peccatum mortale est d; quanto magis ad illud inducere. Qui autem accipit ad vsuram ab eo, qui ad id est paratus, aut petit ab aliquo mutuum simpliciter, & quia alius nõ vult gratis mutuare, accipit sub vsuris, nõ peccat mortaliter, nisi ob finẽ mortalẽ accipiat; nec etiã venialiter, si ob

d Ca. 1. ad Ro. c. notum. 2. q. 1.

ob causam iustã
venialẽ, scilicet
gotiatione diuit
uiuat, iuxta men
Caietanus c exp
tum sit, non tam
tere aliquid quo
numquam licitu
sic ab eo mutuũ
ti, nec vellet sine
263 Constitutu
ducendo ad mu
tuare non vult, i
ximum ad pecca
cet, hoc est, poti
tat, quod licitum
peccaturum, qui
consideration
eum, vt gratis m
tur, propter ratio
264 *Centesimode*
merces ad res va
rem, & liberos n
quamuis non lo
mente (habita fi
vendit, quod Hi
dum de illo k: Et
rarium, in fines r
eo solutionem,
qui mutuat in m
dignus est cui nõ
re l, quod ad fori
casum, quo debi
265 *Centesimodec*
gratis, vt nõ mu
cõtractũ vsurariũ
De emente autẽ
nem vsurarium
secundum ment
dominium, nec
Alia vero, quę
dico primo verius
vsuris extortis, q
& ita tenẽt Ioa. A
ctum ibi à Pan. d
reprobante. *Secu*
transit in vsurari

ob causam iustã accipit, sed sic si absq; ea accipit, aut ob finem venialẽ, scilicet ob vanitatem & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulet, cum alias habeat vnde honeste viuat, iuxta mentem S. Tho. *a*, & nostrorum doctorum *b*, quos Caietanus *c* explicat. Quamuis igitur accipere ad vsuram licitum sit, non tamen petere vt sibi ad vsuram detur, quia est petere aliquid quod alius sine peccato facere non potest, quod numquam licitum fuit, iuxta S. Antoninum *d*, & Caieta. *e*, sed sic ab eo mutuũ petere. At si rogatus petat vsuras sibi promitti, nec vellet sine illis mutuare, potest sub ijs licite accipere.

263 Constitutus tamen in extrema necessitate non peccat inducendo ad mutuandum sibi sub vsuris eum, qui sine illis mutuare non vult, iuxta Innoc. receptum *f*; quia hoc non est proximum ad peccandum inducere, sed consulere, vt minus peccet, hoc est, potius peccatum vsurę, quam homicidij committat, quod licitum est *g*: verum etiam videtur S. Antonino *h* non peccaturum, qui mutuum ad vsuram ob ignorantiam, aut inconsiderationem peteret, aut quia scit frustra se rogaturum eum, vt gratis mutuet; quod tamen nobis securum non videtur, propter rationes quas modo tetigimus.

264 *Centesimodecimoseptimo* peccat, qui ad vsuram capit aliquas merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, & vxorem, & liberos notabiliter damnificando, vt insinuat Sotus *i*, quamuis non loquatur ille de capiente ad interesse, nec de emente (habita fide de pretio) merces, quas præsenti pecunia vendit, quod Hispani Mohatram vocant; idem tamen est dicẽdum de illo *k*: Et notandũ, quod qui mutuant ei, quẽ scit vsurarium, in fines malos, aut vanos, non potest licite capere ab eo solutionem, si, facta ea, vsuras restituere non posset, quia qui mutuat in malos fines non habẽti vnde sua debita soluat, dignus est cui nõ soluatur, si alijs debitoribus nõ potest soluere *l*, quod ad forũ conscientię videtur restringendum, vel ad casum, quo debita essent æque priuilegiata, per dicta supra *m*.

265 *Centesimodecimooctauo* peccat, qui suadet volenti mutuare gratis, vt nõ mutuet nisi ad vsuram, aut volenti contrahere, vt cõtractũ vsurariũ faciat, cũ obligatione restituendi in solidũ *n*. De emente autẽ pignus ab vsurario amissum ob non solutionem vsurarium perinde iudicandũ, ac de emente rẽ alienam, secundum mentem Scoti *a*; quia nec vsurarius videtur quęrere dominium, nec dominus pignoris perdere illud, iuxta dicta *b*.

Alia vero, quę hoc in loco in Hispano scripsimus declarãdo, *dico primo* verius esse, quod bona vsurarij nõ sunt obligata pro vsuris extortis, quia nullo iure probatur huiusmodi obligatio, & ita tenẽt Ioa. And. Pan. & cõmunis *c*, per illum textum inductum ibi à Pan. *d* contra gloss. quam etiam ibi Domin. & Fran. reprobante. *Secundo*, quod dominium rei per vsuras lucrifactæ transit in vsurariũ, secũdũ glossam *f* [illegible]põdentem illi capitulo

a 2.2 q. 78. ar. 4.
b In c. super eo de vsuris.
c In summa de verbo vsur. & 2.2. q. 78. art. 3.
d 1. par. tit. 1. c. 9. parag. 14.
e 2.2. qu. 78. ar. 4. & Tomo 1. Opusc. Tract. 31. responsione 13.
f In d. capit. super eod.
g Capit. si quod verius, 33. q. 2. Aug. verb. vsura, 2. parag. 2. Syl. eod. verb. vsura, 2. q. 1. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. & in d. respons. 13.
h Vbi supra.
i Lib. 6. q. 1. ar. 5. de iust. & iur.
k Ar. l. illud ff. ad legem Aquil. & ca. dudum, 1. de elect.
l Gab. in 4. sen. dist. 15. q. 11. Sylu. verb. vsura, 8. q. 7.
m Eod. cap. num. 52
n Sylu. verb. vsura 1. q. 2.
a In 4. libro sent. dist. 15.
b Supra ei. ca. an 203.
c In c. cum tu & in c. tua.
d De vsur.
e In vtroque cap. & in c. 2. eod. tit. li. 6.
f Cap. si quis vsuram, 14. q. 4.

contrarium significanti, quæ communiter ibi recipitur. *Tertio*, quod dominium rei venditæ per vsurarium, transit in emptorem, ita, quod non potest auferri ab eo, qui soluit vsuras pro earum restitutione, vt Panor. cum communi Modernorum tenet *g*. *Quarto* quod debitor potest recuperare rem, quam pro vsuris soluit vsurario, si penes eum est, imo & si penes alium titulo gratuito, saltem quum desunt vsurario bona ad restituendum *h*. Ex quo infertur, quod qui aliquid notabile accipit gratis ab vsurario in eadem specie, qua fuit datum illi, vel etiam in alia, si sciebat eius bona non sufficere ad vsuras restituendas, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter, si non vult restituere ijs, quibus vsurarius tenebatur *i*.

g In d. cap. cum in.

h Per l. si & me & Titiũ, ff. de reb. cred

i Iuxt. S. Ber. in suis contract. 4.

266 *Centesimodecimonono* peccat, qui institor, negotiorum gestor, tutor aut curator habens potestatem ad negotiandum, & dandum sub vsuris, & recuperandum eas, & etiam, qui nomine suorum principalium dedit ad vsuras, vel recuperauerit eas, cum obligatione restituendi, eis non restituentibus *k*, etiam si merus exequutor illius fuit, aut famulus, qui solum pecuniam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accipit, quamuis nulla vtilitas ex eo ipsi obueniret *l*, quidquid alij dicant, & etiam Syluester *m*. Quod tamen est restringendum ad famulos qui sciunt pecuniam, quam ferunt mutuam ad vsuram mitti, & quam recipiũt, pro solutione vsurę recipi, & non extendendum ad alios, qui id ignoranter faciunt, quamuis sciant suos principales aliquando vsurę dare solitos *n*.

k Arg. cap. sicut non suo, 46. di. & cap. ff. iniu. Sylu. qui alios refert, verb. vsura 7. q. 4.

l Per supra dicta eod. ca. nu. 18. & per determinata a Caietan. in summa & 2. 2 q. 62. ar. 7.

m In d. q. 4.

n Arg. cap. quid culpatur, 23. q. 5. c. 2. de const.

o Per dicta supra eod. num. 17.

267 Quibus addo, quod nũc interrogatus, An prędicti ministri teneantur restituere ante excussionẽ principalium: Respondi, quod sic, quia non censentur accessorij, vt fideiussores, sed vt principales delinquentes, & ita magis obligati, quã iubentes *o*. Idem de eo, qui est internuntius vsuræ ex parte vsurarij principaliter, vt lucrũ illi, & sibi vtilitatẽ cõparet, quales sunt cõmuniter proxenetæ, quos Itali *Sensales*, Hispani *Corredores* vocant. Quod est restringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vsuram, non autem ad eos, qui simpliciter rogarunt, vt daretur mutuum *a*. Dixi, *principaliter ex parte vsurarij*; quia si principaliter intercessit ex parte indigentis, rogans vsurarium paratum ex se ad mutuandum ad vsuram, vt illi mutuaret, nõ peccaret.

a R. Anton. 2. par tit. 11. c. 9. parag. 13.

268 *Centesimovigesimo* peccat vxor vsurarij, quę sciens maritum non habere amplius, quam ad restituendas vsuras extortas, viuit ex eius bonis, cum ex suis aut consanguineorum bonis, aut ex suo labore honeste viuere possit *b*. Quod, nostro iudicio, restringendum est ad eum, qui viuit de eisdem bonis vsura acquisitis quorũ dominiũ in vsurarium non transijt; qualia sunt pignora frugifera, & ad eam, quæ sumptuosius, quã eius statũ deceat, viuit; non tamen ad eam, quę solum impendit ea, quæ in eam, eo quod vxor eius est, & ob dotem allatam impendere tenetur maritus; quia tanto & plus obligatur maritus ad eam

b Iuxta Cardin. in clem. 1. q. 8. de vsur. & Inol. in eadem clem. nu. 55.

susten-

sustentandā, quam ad vsuras restituendū, quidquid *e* Syluester, *d* & alij dicant: neq; ad hoc necessariū est, quāuis sanctum, eā maritum tempore opportuno ad eas restituendū inducere, & Deum vt eum cōuertat precari; neq; amplius, quam alia vxor tenetur in prædictorum bonorum custodiā, cōseruationem, & & amplificationem incumbere, neque vt vsurarius res incertas restitutioni obnoxias retineat, & Episcopus cum ea, vt de illis rāquam pauper viuere possit dispenset; neq; vt sit in extrema necessitate, quidquid Sylu. *e* & alij dicant, quia nullo iure, neque, vlla ratione ea esse de necessitate iustitiæ probari potest.

269 Quod ipsum fere dicēdum est de vxore alterius cuiuslibet non habentis vltra ea, quę tenetur soluere, vel restituere *f*. Idē quoq; de liberis, qui aliter viuere non possunt, sed non de illis qui alijs inseruiēdo victum quærere possunt, nisi seruitia patri facta id mereātur, quia ad hos sustentādos pater nō tenetur *g*.

270 Idem etiam de famulis, qui sui victus impensam lucrātur, & de filijs, & famulis ignorantibus bona, quibus sustentantur, vsura parta fuisse. Et de merentibus tanta, quanta expendunt, & iniustum stipendium, afferendo vtilitatem rei familiari, laborando, effodiendo, aut aliquid domi efficiendo, aut eam administrando, modo nec eandem rem pro vsura solutam in stipendium accipiant *h*. Sed non est idem de his, siue filijs, siue famulis, quorum opera, quamuis sit licita, non tamen affert tantum vtilitatis rei familiari, quantum impensæ. Qualis est eorum, qui non nisi ad comitatum, aut mensam, aut alias res similes seruiunt, iuxta S. Bernardinum. Et multo minus ad res inutiles, vt ad alendos canes, accipitres, &c. *a*

271 *Centesimo vigesimo primo* peccat, qui capit dotē à socero vsurario, cuius bona soluēdis vsuris, quas debet, nō sufficiunt, sciēs id, aut debens scire; quod nostra sententia intelligitur nō solū quādo res ipsę vsura acquisitę in dotem dantur, & quando dos est extra modum; sed etiā quādo in pecunia, aut in alijs rebus, quarum dominiū ad vsurarium trāsfertur, moderata, & necessaria datur: quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare sine peccato potest: & quia vxor sine marito illā dotē restituere nō potest, si illa vult, & marit⁹ repugnat, maritus peccat & nō illa, modo statuat mortuo marito, aut quā citius poterit, restituere. Et cum maritus vult, & illa nō, vxor peccat, & nō maritus, qui tamē de tali dote participare nō debet. Etsi inter vtrumq; cōuenit de nō restituēdo, vterq; in statu damnationis versatur *b*.

272 Hoc tamē remedio vti possunt, si socer satis habet ad restituēdū res certas, & multas incertas debet; possunt enim petere ab Episcopo, vt adiudicet eis nō habētibus quo se sustētēt, illa bona dotalia, quę pauperib⁹ essent restituēda, iuxta dicta *c*. Quod autem diximus, vxorem absq; cōsensu, & licentia mariti sui vsuras restituere nō posse, intelligitur quando ex illarum restitutione scādalum sequitur, & non quando secreto absque

c Arg. l. assiduis, ff qui pot. in pign. hab

d Verb. vsura, 1. q. 2.

e Vbi supra.

f Arg. l. illud ff. ad legem Aquil. ca. dudum, 2. de elect.

g l. si quis à liberis, parag. sed si filius, ff. de lib. agnos.

h Gabr. in 4. lib. sen. dict. 15. q. 3.

a Aug. verbo, restitutio. 1. parag. 21.

b Cap. peccatum, de reg. iuris, li. 6.

c Supra eod. nu. 92. Angel. ver. restitutio. 1. parag. 10. & Syluest. ver. vsura 8. q. 5.

d Eod.n.153

eiusmodi scandalo id faceret, per supradicta *d*.

273 *Centesimovigesimosecundo* peccat socer, qui genero suo, cui dederat prędium frugiferum in pignus soluendæ dotis, mutuat tantum, quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat illud ad percipiendos ex eo fructus, quos ille potest percipere.

e De vsur.

274 Quia ratio, qua ca. *salubriter e*, quo hoc cõceditur genero, aut alteri matrimonio cõiuncto, non habet locũ in eo, qui tantundẽ mutuat ei, eo prędio in pignus accepto, quamuis gener bene potest socero, vel alij, qui liberaliter mutuauit, omneius, quod in pignus habet, liberaliter cõcedere, modo non faciat id principaliter ratione mutui, sed alia iusta, per dicta *f*: & quia id nullo iure prohibetur, quod etiam Sylu. ait *g*. Quæ autẽ sit illa ratio, & ad quas personas extendatur, tradimus noue supra *h*.

f supra eodem c. 703. g Verb. vsura, 3. q. 4.

h Eod. c. n. 213

i Arg. ca post miserabilem, &c. Michael, de vsur.

k Per dicta supra eod. c. 2. num. 17.

275 *Cẽtesimovigesimotertio* peccat iudex, qui vsurario vsuras adiudicat, aut eũ ad eas restituendas non cogit *i*. Idem de procuratore, & aduocato, qui iuuant in hoc vsurariũ, aut obuiant restitutionẽ earũ petenti, cũ obligatione restituendi in solidũ *k*.

176 Neq; excusantur, quod scripturę in superficie iustę viderentur, si cõsciẽtia dictabat esse factas pro vsuris, iuxta Hostiẽsem, vbi hoc non ait Innocentius, licet eũ ad id citet Sylues. *a*

a In d. cap. Michael.

Idem de notario publico faciente instrumentũ simulatũ, quod licet formaliter licitũ contractum contineat, vere tamen cõtinet vsurariũ, vt cum vere res pignoretur, scribit, quod venditur, vel pro centum decem datis, scripsit centum, vel è contrario, ita vt pro contractu iniusto, iustum describat, cum obligatione restituendi, nisi principalis restituat *b*, cum efficaciter socius damni inferendi fuerit. Quamuis si hoc in fauorem eius, qui mutuum accepit, fecit, quia indigebat, & vsurarius gratis mutuare nolebat, neque sub vsura cũ scriptura continente aperte illam, restituere non teneretur, licet mortaliter peccaret, & esset excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus simulatos facientes. Sicut nec esset ob scripturam apertam vsuram cõtinentem; quia per eam nec damnũ intulit, nec eius causa sufficiens fuit, cum ea, & qui accipit, & qui mutuum dedit æque vti possint, nisi eam faciat in locis, vbi ex statuto iniusto, aut iniqua cõsuetudine, qui mutuum ad vsuram accipiunt, ad eam soluendam cõpelluntur, quia tunc restituere tenetur per dicta supra, & per Sylu. *c* Certum est etiam Notariũ ad mercedem, quam pro labore scripturæ cõtractuũ vsuriorum accipit, restituendam non teneri, quamuis in eo peccet; quia suam mercedem accipiendo nõ peccat contra iustitiam, quæ solum imponit necessitatem restituendi, per dicta supra *d*.

b Per supra dicta eo. cap. n. 11. & 12.

c Verb. vsura 7. q. 7.

d Eodẽ n. 12. e Sylu. vbi supra, q. 90.

277 Idem de testibus eiusmodi instrumentorũ vsuriorum, quia eiusmodi cõtractus absq; testibus non valent *e*. Quę procedunt non solũ in teste, & notario sciente contractũ esse vsurariũ, sed etiam in dubitante, qui antequam dubietatem exuerit, testificatur, vel facit instrumentum vsurarium *f*, cũ late ibi à

f Arg. cap. 3. Eccle. & cap. dubium, de hæret. & ra. fi quis autem, de pœnit. dist. 7.

nobis

nobis traditis, quamuis aliquanto minus peccaret, per ea quę g scripsimus. Dixi, *Antequam dubietatem exueret*; quia si per opinionem alicuius doctoris solemnis fulcitam ratione illam exueret, posset id bona conscientia facere, per dicta *h*.

g Ibidem mer. 86.

h Ibidē n. 85

278 *Centesimovigesimoquarto* peccat, qui vsurarius nō restituit quod vltra sortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, vel quos percipere potuit. Nec excusat eū, quod mutuatarius multū eius pecunia lucrifaciat, contra impium Molinęū, quia nō ratione lucri mutuatarij, sed mutui eas recipit. Quodsi ipse nō restituerit, hęres eius tenebitur restituere, & si fuerint multi, quisq; pro sua parte tenebitur. Et si quis eorū nō habet vnde restituat, alius adid pro suę hęreditatis parte, quātū feret, obligabitur *a*. Imo, & legatarij, & donatarij, & qui gratuito acceperūt aliqua ab vsurario, tenebūtur restituere, si quę obuenerūt ad hęredes nō sufficiant, quatenus facti sunt locupletiores, per supradicta. Ad restituendū tamen, quod suo nomine pecunia vsuraria emit, non tenetur, iuxta Io. Maio. *b* & commun. *c*

a C. tua nos de vsura.

b In 4. libr. sent. dist. 15. qu. 38.

c In ca. cuncta. de vsur.

279 *Centesimovigesimoquinto* peccat sacerdos, qui vsurarij manifesti confessionem audit, vel eum absoluit, vel aliquod aliud Sacramentū ei ministrat, antequam vsuras, quoad poterit restituat, aut præstet cautionem de restituendo cum pignoribus, vel fideiussoribus, ijs, à quibus eas extorsit, si prędentes sint, alioqui ijs, qui eis acquirere possunt. Et si non sint tales, Episcopo, aut eius vicario, aut ipsius proprio parocho, coram personis fide dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mandato, ita vt in cautione exprimat veram summam debiti, si scitur, sin autem, arbitrio recipientis. Qui si scienter obligationem minorem debito receperit, ad restituendum residuum tenebitur. Et vsurario nolēti hoc facere nemo debet esse testis in testamēto, nec confessionem eius audire, nec ipse debet in loco sacro sepeliri, & eius testamentū ipso iure est nullum. Si vero pignora, vel fideiussores dare non potest, iuret se dare non posse: quę omnia continet cap. *quamquam d*, quinetiam is, qui eum in loco sacro sepeliret, nisi prius prædictis præstitis, excommunicatur *e*, vt infra dicetur. Quod si vsurarius in periculo mortis est, & vult prędicta præstare, sed non potest, à quolibet sacerdote eius cōfessio audiri potest, & absolui, & obtēta ab eo facultate Episcopo eius promissionem declarabit, vt si conualuerit, ipsum, & si moriatur, eius hæredes, ad restitutionem cōpellat *f*.

d De vsur. l. 6

e Per clem. de sepul.

280 Porro vsurarius manifestus dicitur, qui palā, & notorie ad vsuram mutuat, aut suas res ob dilatā solutionem carius iusto pretio rigido manifeste vendit. Et nō est necesse vt quibusuis petētibus tribuat, sicut aliqui dicunt, sed quod eius mutuatio, quando fit, sit manifesta *g*. Neque hoc requiritur, sed satis est, vt postea per sentētiā, aut alias, illud palā, & notorium fiat, secundū prędictū Anton. & citatos ab eo, quod iustius videtur.

f Arg. cap. si quis suadente 17 q. 4. & asserit Syluest. verb. restitutio, 6. q. 1

g Panor. & Anton. Burgens. in c. ad nostram de empt. & vend.

281 Per sacerdotem vero in hoc casu intelligimus non solum parochum,

patochum, sed etiam quemlibet confessarium potestatem audiendi sacram confessionem eius legitimam habentem *h*. Ceterum, qui alijs acquirunt, sunt liberi in patris potestate constituti, & serui proprij, aut bona fide possessi *i*. Notarius autē in hoc casu extraneo non acquirit, nisi illud mandato ordinarij faciat, secundum gloss. *a* quod intellige quoad effectum satisfaciendi præcepto Ecclesiæ in hoc casu; nam quoad alios acquireret ijs, quibus stipulatur, vt Perus. *b* recte declarauit.

282 *Centesimo vigesimosexto* peccat, qui confert aliquam pecuniam in societatem nautarum volentium ire piscatum in mare longinquum, & non habentium commeatum, & alia in id necessaria, eo pacto, vt tanta sibi lucri pars obueniret, quāta cuiuis alij nautarū, & vt euentus nauigationis sit illorum periculo: & quod ex lucro futuro primū prędicta pecunia ei soluatur: & si nullū fieret, vel adeo exiguū, vt non sufficeret ei soluendę, quisque pro sua rata illā soluat, nautę vero vacui maneant *c*. Tū quia, vt ait Bald. *d* socius qui nō est particeps pecuniæ in societatem collatę, non debet soluere aliquam partē eius in negotiatione perditę. Et is non communicauit suam pecuniam nautis, cuius iacturæ particeps esse voluit. Tum quia vult esse socius omnium lucri euentuum, at iacturæ non nisi vnius. Tum quia vult vt tota sua sors principalis sit sibi salua *e*.

283 Credimus tamen eū hanc conditionem adijcere posse, vt casu, quo tota pecunia, siue sors ab eo collata, aut eius pars amitteretur, nautę soluerent eam partem, quam de ea impenderent in impensas quas domi facerent; quia quum alius in societatem suam pecuniam, alius suam industriam & laborem confert, qui laborem & industriam confert, non debet de lucro deducere totas sui victus impensas, sed eas solas quas victra domesticas faceret *f*: & licet contrariū videatur verius Salicet *g*, & esset verum quando tale pactum non interueniret; non tamen esset, quando interueniret, quia pactum illud non est iniustum, cū illi nō obligentur ad sortē soluendā nisi pro ea parte, quam impendissent in impensas quas domi fecissent, in quo nulla inæqualitas in hac materia reprobata inuenitur *h*.

h Arg. clem. dudum de sepul. *i* parag. 1. & 2. Institut. per quas person. nobis acquir. *a* Dict. capi. quanquam, verb. mādatū *b* Dict. c. quāquam.

c Arg. glos. memorabilis & quæ latius ibi Bala. in l. 2. C. pro socio n. 6. quem sequitur Sasi. in parag. sequēs Institut. de actio. nu. 46. & eorum, quæ ait vterque Tho. 2. 2. q. 78. ar. 4. ad 5. *d* In dicto n. 6 *e* Conr. glos. receptam in l. si fuerit, ff. pro socio. *f* Iuxta Bald. in d. l. 1, n. 9. *g* In d. l. 1. *h* Arg. l. sed & si, parag. quod autem, 2. ff. de petit hæred. & l. cū duobus, parag. quidam Sigariam, ff. pro socio.

De vsura circa cambia.

284 *Mutuum quoduis cum pacto vt mutuans assecurat vsura.*
285 *Mutuum pecuniæ ab vno numeratæ assecurando eum absque pacto.*
285 *Assecuratio licita & vtilis.*
285 *Vsuras nauticas esse nunc vetitas quo sensu.*
285 *Vsura non est aliquid pro fideiussione accipere.*
286 *Cambium quid, & quid sit siccum, & est septuplex.*
287 *Pecunia eadem numerata plus alij valet.*
287 *Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia.*

287 Pecu-

287 *Pecuniæ finis peculiaris quis, & qui alij septem in quos locari potest pretio, licet non mutuari vel commodari.*

287 *Commutatio omnis æqualem valorem commutatorum requirit.*

287 *Cambium etiam pecuniæ pro pecunia vtriusque valorem æqualem requirit.*

287 *Permutatur id quod est pro eo quod nondum est.*

288 *Cambium primum per officium mutuandi licet, sed non est in vsu.*

288 *Cambium secundum per minutum licet etiam priuatis, etiam in Hispania.*

289 *Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi potest.*

290 *Cambium tertium per literas licet quatuor seruatis, & quod merces cambientis incerta.*

290 *Cambium tertium de vno loco ad alium valet, sed non de tempore ad tempus.*

291 *Cambium quartum translationis realis licet.*

291 *Pecunia vt merx est vendibilis, sed non vt est pretium.*

292 *Cambium quintum ratione interesse veri, sed non falsi lucri.*

293 *Cambium sextum per custodiam pecuniarum licet.*

293 *Campsor capit & reddit pecuniã dupliciter, re, & chirographo.*

293 *Deponens qui apud campsorem gratis custodientem vsurarius.*

294 *Cambium septimum præsenti pecunia pro absente licet, hoc seruato.*

294 *Contractus nominati & innominati in hoc pares.*

294 *Pecunia vna octo de causis plus valet, quam alia.*

295 *Pecunia pretium auctoritate priuata vt mutari potest.*

295 *Mutuans pecuniam alicubi quando plus recipere potest alibi.*

295 *Pecunia præsens tanto plus valet absente, quanto distantior, & num. 296.*

297 *Cambia vsitatæ pecuniæ minoris pro maiore vt liceant, nu. 298. & 299.*

300 *Bulla Pij V. de Cambijs, & quæ post non sint licita, 301.*

302 *Mutuare Regibus sub vsuris vt licitum.*

Centesimo vigesimo septimo peccat mortaliter contra hoc septimum præceptum, qui quærit lucrum notabile ex cãbiis siccis, vel realibus contra iura naturalia, diuina, vel humana iusta exercitis. Pro cuius & aliorum intellectu inseremus huic ad id opportuno loco summam Commentarij capit. *final. de vsur.* quod est vnum de quinque prædicto Manuali adiunctis, quorum summam huc pertinentium huius latini opportunis locis inserere in eius præfatione promisimus.

284 Summa igitur prędicti Cõmentarij huic loco opportuno inserẽda est, quod in primis quinque numeris habetur, quod principiũ illius capituli aliter intelligeretur à glossa, Hostien. Ioan. And. & aliis in illud cõmẽtantibus, aliter à Ioan. Maiore, Caietano

Caiet. Sylueſt. Med. & Soto in locis ibi citatis, quod ipſemet olim ſequutus fueram, & quod eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perſpicue monſtratur, licet ſit verus in ſe, videlicet, quod mutuare alicui pecuniã traijciendam per loca periculoſa, eo pacto, vt mutuatarius faciat eã aſſecurare à mutuante, accepto in id aliquo pretio, eſt pretiũ vſurę; quia vltra ſortem quæritur mutuãti obligatio, vt aſſecuretur ab eo pretio aliquo accepto. Et quod ſecundus intellectus eſt; quod mutuans pecuniam traijciendam per loca periculoſa, ſuſcipiendo periculum in ſe ob aliquod pretium, eſt cenſendus vſurarius. Cuius ſtatuendi ratio noua, & germana redditur, per quã monſtratur, non fuiſſe Gregorio animum reprehendendi aſſecurationes, quas quotidie in magnam Reip. vtilitatem fieri videmus; ſed neq; declarare quod mutuare cũ pacto, vt mutuatarius teneatur facere aſſecurare permutuantem, ſit vſura, quia hoc indubium erat & indignum, vt tanta opera declararetur, neq; fuiſſe animum decernendi eſſe vere peccatum vſurę, mutuare ſuſcipiendo periculum in ſe, & aſſecurando pretio iuſto ei, qui vere vult pecuniã per loca periculoſa traijcere, & vere vult eam ſibi aſſecurari iuſto pretio: quia hoc coram Deo, & in foro conſcientiæ licitum eſt, vt ibidem monſtratur; ſed fuit animus obuiandi quam plurimis vſuris palliatis quę fiebant mutuando cum aſſecuratione, ſuſcepto pro ea pretio quamplurimis, qui volentes ſibi mutuari, & non inuenientes qui gratis mutuarent, fingebant ſe velle traijcere pecuniam in alias terras, & velle ſibi eã aſſecurari, addito pretio iuſto, quo inuenirent mutuatores. Obuiauit autem inducẽdo pręſumptionem iuris, & de iure, qua qui hoc faceret, pręſumeretur vſurarius, & ita nõ dixit, eũ, qui hoc faceret, eſſe vſurariũ, ſed cenſendum, hoc eſt, ptęſumendũ eſſe vſurarium. Quæ prouiſio digna fuit ſanctitate & eruditione Gregorii noni, & firmatur ratione prędicta, per quã ſoluũtur argumẽta per quę prædicti, & etiam nos intellectum communem reliquimus.

285 In nu. 6. 7. & 8. habetur, quod confitenti ſe mutuaſſe pecunias alteri, earum ſecuritatẽ depoſcenti, quo eas mari, aut alijs periculoſis locis transferret, & ſine fraude ipſe eidẽ ſecuritatẽ præſtitit pretio, quo ab alio eam accepturus erat, nulla reſtitutio eſt pręcipiẽda à cõfeſſario. Et quod principio illius capit. ſolum eſt locus in mutuante pecuniam numeratam, quod multis fundamentis probatur. Et quod illud cõmuniter receptum, vſuras nauticas eſſe prohibitas per ius Põtificiũ prędictũ cap. intelligendum eſſe illas vetitas quoad forum exterius, ſi ob mutuum pecunię numeratę accipiantur: & etiã quoad interius, ſi propter pecunię, aut alterius rei mutuationẽ ſumuntur, ſed non ſi, & quatenus ob ſolã ſecuritatem prętitam recipiũtur, (nulla ratione habita, ſaltẽ principali, mutuationis certæ quantitatis) modo non accipiantur maiores, quam ab alio

tertio

tertio pro eadē securitate reciperētur: quę est noua & singularis resolutio. Et quod errat impius Molinęus in locis ibi citatis, asserens licere mutuāti accipere vsuras à diuite, quia prædictū *nauiganti*, habet nō licere vsuras accipere ab his, qui traiiciūt pecunias in partes vltra marinas causa negotiādi, quod palā est nō fieri à pauperibus. Et quod, quidquid Laurētius dubitet in loco ibi citato, fideiussor potest accipere aliquid pro fideiussione a; vbi hoc notat Bart. receptus, quū per supradicta assecurās possit pro securitate aliquid accipere, & fideiussor sit in effectu assecurator, & nō capit vi mutui, sed vi fideiussionis, modo cesset fraus, qualis esset, si nollē tibi mutuare, nisi mihi fideiussorē N. prestes, quocū cōueni, vt pro eo certū quid accipiat inter nos partiendū, aut quod liberatus à me fideiussione illud mihi tradat, aut nolens sine lucro mutuare, mitto te ad fratrē meum aut aliū, cui pecunias misi, qui tibi eas mutuet, cū pacto, vt ego pro te fideiubeā, & postea nolo fideiubere, nisi certa aliqua re mihi abs te data, quāuis teneri etiā posset his casibus, nō inesse vsurā, cū nihil vi mutui taciti, vel expressi accipiatur, sed solū vi alterius cōtractus longe differentis ab illo iuste illi appositi.

a l. hoc iure parag. 1. ff. de donat.

286 In 9. & 10. nu. continetur, quod *cambium proprie est commutatio vnius rei pro alia*, & quod diuiditur in cambium pecuniæ numeratę, & cambium aliarum rerum: quia multis de causis infra expressis alia pecunia plus valet vni, quam alia alteri; & è contrario. Et quod cambium, vt à vulgo vsurpatur, *est omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus, siue sit permutatio, siue emptio, siue depositum, siue quiuis alius*. Et diuiditur in reale, & siccum. Et quod cambium siccum, iuxta S. Antoninum, & alios Theologos ibi citatos, est *cambium fictum & non verum*, & sic accipitur in extrauag. Pij V. infra ad verbum, nu. 300. relata. Sed Laurentius in dicto Commen. citatus, qui ante omnes de hoc meminit, dicit, cambium siccum esse, *quo campsor prius dat, quam accipiat*, quod ipsum etiam Sylvest. ait a. Et quia dat antequam accipiat, dicitur siccum. Reale vero, contra, *quo campsor prius accipit pecuniam, quam dat*. Et quod aliæ diuisiones Caietani, Medinæ, Soti, & aliorum, non videntur vtiles. Et quod ex mente omnium potest vtiliter dici, septem esse genera cambiorum: *Primum* ratione officij mutuandi, quod non est in vsu. *Secundum*, per minutum, quo prędens pecunia pro præsenti cōmutatur. *Tertium*, per literas. *Quartum*, per translationem. *Quintum*, ob interesse. *Sextum*, pro custodia. *Septimum*, per commutationem pecuniæ præsentis pro absente.

a In verb. vsura. 4.

287 In nu. 11. & tribus seq. cōtinetur, quod *permutatio* est antiquior emptione, quę cœpit post inuentam pecuniam numeratā, & quod pecunia fuit inuenta, vt esset pretium, quo necessaria vitę emerentur, & vt rerum venaliū esset mēsura quędā publica. Et quod postea sequuta est permutatio pecunię pro pecunia, & ars cābiēdi, quę est ars negotiādi pecunijs vltro citroq;

dandis,

dādis & accipiendis. Et licet Aristot. nō sit visa licita, tamē ordinata ad quęrendā sustentationem, vel alium finem honestū, etiam Christianis licet ex mente S. Th. ibi citati & recepti. Et quod licet primus finis pecunię sit emptio & venditio, sunt tamen alij septem secundarij, in quos ea licitè vtimur, cābiendo, permutādo, opes ostentando, ornando, aspectu eius delectando, & iure siue succo eius medicādo. Et quod excepto mutuo & cōmodato licite præbens eam potest capere pretium pro eius vsu, qui autē mutuat, & fingit se locare in aliquē vsum prędictorum, in quo pro vsu eius aliquid accipiat, peccat corā Deo cordium scrutatore. Et quod in omnibus commercijs & contractibus iustitiæ cōmutatiuæ est seruanda æqualitas, ita quod tanti valeat acceptum, quanti datum, & è cōtrario secundum omnes ibi citatos, pręsertim Scotum *b*. Et ita sicut in emptione iusta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tāti vsus rei locatę, quāti pensio pro ea soluenda, & tāti equus dandus pro mula, quanti mula pro equo dāda. Et cōsequenter in cōmutatione, & cambio pecunię tanti debet valere danda, quāti accipiēda, & quod huic cōsequens est, quod nullo cābio, in quo pecunia pro pecunia datur, potest accipi aliquid vltra iustū valorem pecunię, quam dat ratione cambij, quatenus est permutatio, nisi adiūgatur alia iusta ratio accipiendi; quia si cābium aliarū rerum, quod est naturalius, antiquius, & magis necessariū, non est iustum, nisi seruata æqualitate valoris vtriusq; rei campsæ, à fortiori cambium pecuniæ pro pecunia non erit iustum non seruata æqualitate valoris vtriusque pecuniæ. Et quod qui dat nunc pecuniā pro alia maiore post vnū, vel duos vel plures menses reddēda, iniuste facit per prædicta, quia vult accipere rem maioris valoris pro re minoris via permutationis, imo secundum Hostien. ibi citatum admittit vsuram pessimam: & quod non est necesse ad iustitiā permutationis, quod Syluester & Sotus ibi citati aiūt, quod res accipienda per permutationem iam sit in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur, quia nullo iure id cauetur, neque vlla ratione ptobatur, imo contrarium ostenditur, eo quod res nondum nata emi, vendi, & promitti potest, per ibi citata.

b In 4. libr. sent. dist. 15. q. 2. art. 2.

288 In 15. nu. & tribus seqq. continetur, quod prędictum primum cambiū per officium licitum est: nam, quidquid alibi ibi citati dicant, posset constitui à Repub. officiū mutuandi egentibus cū salario de publico cōstituto, imo & præstituto aliquo paruo lucro reddendo à mutuatarijs vltra sortem pro labore officiarij, instar montium pietatis, quod ibi copiosè probatur.

In 19. & 20. nu. continetur, quod iustum est secundum cambium, vocatum vulgo *per minutū*, quo quis cambit præsentem pecuniā pro præsenti, puta nūmos minoris valoris, pro nūmis maioris, vel contra, puta quadrantes pro Iulijs, vel Iulios pro scutis, aut cōtra, modo fiat ex officio à Repub. in hoc moderato lucro

lucro instituto, se
etiā priuatis licer
cāpsori assignatu
singularis, labori
tum. Et quod lice
campsoris sibi au
tim vetitum priu
ne officij campso
expressis. Et quoc
riæ, vel alicuius si
publica lege ęstim
isto pluri, præsert
Medina, quāuis il
tio ad vsum suum
cogi possit ad dar
tum; propter tam
teresse iuste potes
affirmat. Et quod
plus lucri, quam si
quoties pecuniam
receptam comper
289 In num. 21.
cambium, vocatur
quia per illud virt
lium quemlibet re
pior, vt tradatur t
quo ipse dat licera
quod dicitur cam
quamuis etiam fie
forem. Et quod ad
litas valoris inter p
nibus contractibu
da est ęqualitas re
nium, præsertim S
Secundo, quod can
illa non crescit ex
virtute literarum, v
nia vel pars eius,
quo certum fiat lit
quod tota pecunia
lito; quia per dicta
nem solutionis iust
290 Quare qui mi
literas, quas vocāt
vocant crediti, nō p
mercedis excedāt;
cābire possint dila

lucro instituto, secundum plerosque omnes. Et quod credimus etiã priuatis licere accipere aliquid exiguum, minus quã quod cãpsori assignatur, nõ sola ratione cambij, sed alicuius interesse singularis, laboris, tædij, impedimenti, & aliarũ incommoditatum. Et quod licet in legibus Hispanię vetitũ sit, ne quis officiũ campsoris sibi auctoritate propria sumat non est tamen speciatim vetitum priuatis, ne cambiant priuatim occurrẽte occasione officij campsoris speciés, licet iuste vetari possit ex causis ibi expressis. Et quod habens aliquam monetã, que ratione materiæ, vel alicuius singularis interesse pluris saltẽ sibi valeat, quam publica lege ęstimetur, potest illam permutare pro alia, recepto isto pluri, præsertim in foro conscientiæ; quia quidquid dicat Medina, quãuis illa moneta æstimata sit à Republica certo pretio ad vsum suum principalem, qui est esse pretiũ, & licet nemo cogi possit ad dandum pro illa maius pretium quam constitutum; propter tamen alium secundarium vsum, & singulare interesse iuste potest aliquid amplius accipere, quod etiam Sotus affirmat. Et quod hoc cambium est iniustum, quoties campsor plus lucri, quam sit lege, vel consuetudine statutum, recipit, & quoties pecuniam adulterinam, prauam, fractam, aut vsu non receptam compermutanti tradit, aut eum in pretio decipit.

289 In num. 21. & aliis decem seq. continetur, quod tertium cambium, vocatum *per literas*, est iustum, & Reipub. necessariũ; quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium quemlibet remotum; virtute literarum quibus efficit campsor, vt tradatur tanta pecunia in alio loco, quanta ei datur, in quo ipse dat literas, & aliquid amplius pro iusta mercede. Et quod dicitur cambium per literas; quia communiter fit per eas, quamuis etiam fieri possit per nuntium, vel per ipsum campsorem. Et quod ad iustitiam requiritur, *primo*, vt seruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam, & accipiendam; quia in omnibus contractibus tam nominatis, quam innominatis seruanda est ęqualitas rerum commutatarum, iuxta prædictam omnium, præsertim Scoti, sententiam.

Secundo, quod campsor nõ accipiat plus iusta mercede, & quod illa non crescit ex eo solo quod tardius fit accipienda pecunia virtute literarum, vel eo quod à principio non traditur ei pecunia vel pars eius, sed exspectat solutionem vsque ad tempus, quo certum fiat literis satisfactum esse: neque decrescit ex eo quod tota pecunia statim soluatur, vel intra breuius tempus solito; quia per dicta supra *a*, propter anticipationem, vel dilationem solutionis iustum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

a Eodem c. num. 228.

290 Quare qui minoris cambiũt, accepta præsenti pecunia per literas, quas vocãt cãbij, quam dilata solutione per literas, quas vocant crediti, nõ possunt excusari, quod iustũ summum pretiũ mercedis excedãt; quamuis intra latitudinem iusti pretij pluris cãbire possint dilata solutione, quã statim facta, per dicta *b*. Ex c. 23. nu. 78.

b Eod. num. 239. & inf.

cusari, inquam, non possunt ratione mercedis huiusmodi cambij, licet ratione interesse veri aliquando forte excusari possint, iuxta infra dicenda. Et quod tertio requiritur quod cāpsor, qui dat pecunias soluendas in alijs quamlibet remotis locis, sciat vel probabiliter credat quod persona, cui eas dat, habeat pecunias vel fidem, & voluntatē satisfaciendi literis, quas de soluendis illis sibi tradit, quod satis probat prædicta Extrauag. relata infra *a*. Et quod alioqui vsuram iniquam admittit, & iniquiorē si eas tradit cum pacto, quod si non soluantur intra tres menses ibi cāpsori ab eis, ad quos remittitur solutio, soluatur infra sex menses Romæ cum lucro cambij, quod ibi erat soluendum, & lucro recambij Romæ soluendo. Addo nunc quarto esse necessarium, vt locus, in quo est soluenda pecunia, lōge distet à loco, in quo dantur literæ: alioqui enim esset cambium de tempore ad tempus, quod non licet, & non de loco ad locū, quod licet *b*.

a Num. 530.

b Vt ex eodē Comment. n. 67. colligitur & satis probatur prædicta extrau.

Et quod, attento solo iure naturali & diuino, eque iuste potest fieri hoc cambium per literas de Ciuitate vnius Regni ad aliam eiusdem, sicut ad aliam alterius Regni, quod & Sotus sibi contrarius in locis ibi citatis tenet; quamuis in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur, ad tollendas palliatas vsuras, inducēdo pręsumptionem earum; quod tamen cessante fraude, & fictione non ligaret in foro conscientiæ *c*, modo tanto minus lucri acciperet campsor, quanto minus interuallum inter vtramq; Ciuitatem interiaceret, quod multis rationibus ibi probatur. Imo & cōcluditur, quod iura illa particularia humana, quātum prosunt vno respectu, tātum obsunt altero. Et quod prædicta iura particularia deberent restringi ad cambia, in quibus campsor dat pecuniā in vno loco, & accipit literas de soluendo ei illā in alio, & nō extēdi ad illa, in quibus cāpsor prius recipit; quia per illa solet frequenter vsura palliari, per hæc autem non, imo multū cōmodari habentibus necessitatē transferendi pecuniā suā secure in alium locum. Et quod laudanda fuit lex bon. mem. Caroli V. qui præscripsit pretium moderatum, quo campsores suorū Regnorum cābirent; quæ tamen, iuxta id quod ibi præsagiuimus, non fuit vsu recepta: quamquam nihil aliud per eam fiebat, quā reductio mercedis cambientium ad quantitatem, in qua nos eā cognouimus etiam post annum 1530. quando rranslatio vnius ducati Salmantica Romā fiebat minoris grosso, siue dimidiato regali, quæ tamē nunc constat tribus fere Iulijs siue regalibus, & contra Roma Salmanticam fiebat vno Carolino, siue tribus quartis Iulij, siue regalis, & nunc constat fere quatuor Iulijs, quæ caristia nescio qua iustitia coram Deo defendi possit.

c Arg. c. tua & ca. 11. qui de sponsal. & ibi nota.

291 In num. 31. & duobus seq. continetur, quod licitum est quartum cambium *per translationem realem*, quod fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatum quęrendo pecuniam valētem minoris in aliqua Prouincia, quam in alia, eo quod ibi non recipitur, vel eius materia nō tanti

tanti ibi, quāti alibi æstimatur, aut quia est deformata, fracta, rasa, resecta, aut iniusti pōderis, & postea realiter transferendo in aliam vbi aliquo respectu pluris valet. Et quod pecunia emi, & vendi potest, quidquid aliqui dicant cū Soto, qui licet neget eā emi posse, concedit tamen posse permutari, non solum tamquā simplex metallum, sed etiam tamquam monetam, quæ octo rationibus pluris, vel minoris iusto pretio, lege & statuto valere potest, quæque considerata vt quędam merx est res vendibilis, & vt Sotus ait, campsibilis, licet non considerata vt pretium.

292 In num. 34. & seqq. continetur, quod licitum est quintum cambium, quo campsor *recipit aliquid vltra sortem veri interesse dāni emergentis, vel lucri cessantis*, quod incurrit campsor cessando ob id ab alio iusto cambio, vel mercimonio vt proximi necessitati cambiendo succurrat, cum pacto soluendi ei tantum, quantum fuisset aliter lucraturus, quia & mutuare sic liceret per dicta supra *a*. Dixi, *cessando*, quia secus esset, si non cessaret, vt mercator, qui quamuis mutuauerit vnam pecuniam, mercatur alia tantum, quantum mercaretur, si non mutuasset illam. Quibus addo nunc Pium V. *b* statuisse, ne à principio certum interesse præfigi possit in cambijs.

a Eod. c. nu. 212.

b Per extrau. g. infr. trā scriptam.

293 In nu. 36. & quatuor seq. continetur, quod licitum est etiam sextum cambium, *quo quis lucratur ob custodiā pecuniarū*, vt lucrātur argentarij, siue bancharij auctoritate publica constituti ad custodiendas pecunias, quas iudices iubent apud eos deponi, quasq; alij singuli deponunt, ea lege, vt habeant eas paratas ad reddendum simul ac petitæ fuerint, habeantq; librum rationum depositarum & redditarum, salua iusta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint, quia huiusmodi officium est vtile Reipub. & dignum salario publico, vel priuato. Et quod etiam auctoritate priuata fieri potest, vt aliquis habeat custodiam pecuniarum talium, vel talium personarū volentium prædicta lege siue pacto apud eos suas pecunias deponere, quia id in effectu est contractus locationis ex parte campsoris, vel depositarij, & cōductionis ex parte deponentium, quem iustum esse clamant omnes tituli de locat. & conduct. Et quod duobus modis fit depositio pecuniæ apud campsorem, scilicet numeratione, & traditione chirographorum acceptatorum ab eis pro pecunia numerata. Et quod duobus etiam modis fit redditio, scilicet numerando, & tradendo chirographos, quibus rogat alium campsorem, vt pro eo numeret. Et quod non est verum id quod Sotus, & aliqui mercatores dicunt, in Hispania campsori deberi quinque de mille, cum redditur in numero, cuicunque reddatur, & cum per chirographum nihil. Tum quia nulla talis lex est. Tum quia contra omnia iura est, quod alius à deponente ei teneatur soluere præfata quinque, quæ deponens debet ob custodiam, & prædictas rationes campsorum. Quæ quidem allegatio licet esset iustissima, mihi tamen aliquando capienti pecuniam

virtute chirographię lōginquo remissam partū profuit. Et quod nulla certa merces videatur esse prestituta prædictis campsoribus pro predicta custodia,& opera iure communi,neque particulari saltem Hispano:& ideo cessante conuentione definēda est boni viri arbitrio,pensatis pensandis. Quāquam video,quod in vrbe non solū non soluitur propter hoc banchariis,sed etiam habetur & agitur ab eis gratia deponētibus, eo quod lucrantur vtendo pecunia deposita in cābiendo,& negotiando,imo in aliquibus partibus Hispaniarū & Galliarū etiam gratia refertur reddendo 6. vel 7. pro cētum in anno, licet certū sit hos postremos vsuram committere,si ex pacto expresso,vel tacito ea accipiūt,& illos primos,si ex pacto custodiūt gratis pecunias depositas,& facultatē vtendi pecunia accipiunt pro salario custodiæ sibi alias debito,ea lege vt parati sint eas reddere simul ac petūtur:& vtrosq; obligatos esse soluere iustam mercedem,nisi post custoditā pecuniam gratis ea condonetur;quia,vt dictū est supra *a*, pecunia deposita, facta facultate depositario illa vtendi, mutuata cēsetur. Et ideo quidquid ob eius vsum vltra sortē ex pacto expresso,vel tacito accipitur,vsura est. Dixi, *post custoditā*,quia donatio antea facta vim pacti vsurarij haberet,vt ex se patet.

a Eod.c.n. 180.

294 In nu.41.& 11.seq.cōtinentur,quod etiam est licitum septimum cambium,quod fit *per cōmutationē præsentis pecuniæ pro absente*, & quod nil refert quoad hoc,an commutatio fiat per emptionem,quæ est contractus nominatus, aut per mutationem, vel per contractus do,vt des,vel facio,vt des,&c qui sunt innominati,quia licet cōtractus nominati ab innominatis differant quoad aliqua,quoad hoc tamen non differunt,vt dictū est supra *b*, quia sicut emptio,& vēditio reddūtur iniustę ex inæqualitate valoris mercis & pretij, & ex augmento pretij ob dilationē solutionis,& diminutionem eiusdem propter anticipationē solutionis,ita etiam permutatio,& cōtractus do,vt des,& alij innominati. Et quod ex hoc infertur nil referre,an contractus, quo campsor dat,vel accipit pecuniā in vno loco,vt det,vel accipiat eandē cū lucro in alio,appelletur emptio, vel vēditio, vt Caiet. ait,aut permutatio,vt Sot⁹,& aliquot alij,aut do,vt des,aut do, vt facias dare,vel facio dare,vt des,&c quod iuri propi⁹ videtur; eadē enim mensura iustitiæ eius,quocunq; nomine appelletur, metienda est. Et quod vt dictū est,secūdum S.Th.& receptam sententiam,pecunia etiam quatenus pecunia est,cōmutari potest,& ex eius cōmutatione negotiando lucrum queri. Et quod octo possunt esse in causa, quare vna moneta potest valere pluris,vel minoris,quam alia. *Primū* diuersitas metalli. *Secundum* diuersitas bonitatis eiusdem metalli. *Tertium* diuersitas formæ & ponderis. *Quartum*,diuersitas locorum. *Quintū*,reprobatio totalis,vel partialis. *Sextum*,temporis diuersitas. *Septimum*,copia,vel defectus. *Octauum*,absentia,vel præsentia. Et quod vna pecunia nūquam valet pluris, vel minoris ex eo, quod citius,vel tardius

b Eodem n. 187.

danda,

danda, vel accipienda sit, in quo grauiter multi mercatores, & mutuantes errasse videntur. Et quod, qui centum ducatos mutuat ad annum, si intra illud crescat eorum valor auctoritate publica, debent solui eidem totidem in fine anni, si eos eo vsque erat seruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur ei centum alij eiusdem metalli & formæ, siue maioris siue minoris in fine anni valerent, quidquid Sotus, cui respondetur ibi, scribat: imo, & si non erat seruaturus eos, neque fecit prædictum pactū, sed simpliciter mutuauit illos aureos in auro, secundum Bart. communiter receptum. Et quod sicut quælibet alia merx plus valet vbi est inopia eius, quam copia, ita nummus aureus pluris valet vbi est magna inopia auri, & argenteus vbi est magna inopia argenti: quia pecunia, vt prædiximus, quædam merx est. Pro quo vltra alia citamus legem in hoc singularem *a*.

a Quæ. 4 off. ff. de rebus quod certo loco.

295 In num. 53. & 14. seq. continetur, quod non obstat prædictis, quod auctoritate publica cōstitutum est pretium monetæ publicę, quod non potest mutari priuata, neq; quod aurei non valeant plures Iulios, vel Regales tempore inopię eorum, quam copiæ, quia id est verum eo respectu, quo est pretium, & quoad effectum cogendi quem ad accipiendū eos pro pluri: nō tamen eo respectu, quo sunt merx & cāpsibiles, siue commutabiles, & quoad effectum vendendi volenti eos quęrere, præsertim data eorum penuria, quod in Vrbe passim factitatur: nam, vt audio à fide dignis, licet pretiū scuti aurei statutum expresse à Principe sint vndecim Iulij, & tacite per consuetudinē ascenderit ad vndecim cum dimidiato, tamen propter penuriā solet commutari cū quærente scuta aurea in auro, additis vno, duobus, vel tribus obolis, siue baiocis, licet nemo cogetur illo pretio accipere. Et quod pretium pecuniæ in nundinis augetur ob multitudinē volentium accipere per viā cambij, & ob paucitatem volentium cābire, & è contrario, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinē volentium dare. Idem tamen limitādum esse ad multitudinem volētium dare, vel accipere per viam cambij liciti, sicuti aliarum mercium valor crescit per multitudinē volentiū eas iuste emere, nō autem per multitudinem volentium eas rapere vel furari. Et quod ducatus pluris valet in Lusitania, quam in Castella, & quod Marapetini Castellę equantur Reais Lusitaniæ. Et consequenter, quod mutuans centum ducatos in Lusitania iuste capere potest aliquid vltra centum in Castella, & è contrario mutuans centum in Castella, iniuste accipit centum integros in Lusitania, si alia ratio accipiendi, quā mutuinon interueniat. Et idem dicendum de aliis locis, in quorū altero minoris, vel pluris valet, quā in altero. Et sic, qui mutuat centum ducatos in Hispania noua, nō potest capere totidem integros in veteri, nec in Italia, & minus in Gallia, & Flādria, & quod pecunia præsens pluris valet ex se quā absens præsenti cæteris paribus, eo quod ex se requirit laborem, impensā & periculū in tra-

ducendo, secund. Cald. quod auctoritate Caiet. Sylvest. & Medinę, & rationibus firmis contra Sotum probauimus, licet per accidēs contingat vt sine labore & impensa ementis possit deferri absens; quia satis est quod ex se sine illis fieri nō possit. Et cōsequenter, quod recte consulit Card. *a* iustā fuisse emptionē, qua quidā Genuę centum ducatis presentibus emit centum, & sex existētes in Alexandria. Et quod eadē ratione sola lege naturali, & diuina attēta, posset quis iuste emere centum ducatis presentibus Medinę, centum & vnum existentes Hispali, quāuis sint Ciuitates eiusdē Regni Castellę. Et quodtāto minoris potest emi absens, quāto maior est distātia. Et cōsequenter quod aliquādo absētia efficit, quod ducatus absens valēs pluris in loco suo, quā præsens in loco suo, æqualis pretii sit in loco presenti minoris valoris, & aliquādo minoris, & aliquādo maioris iuxta distātiā locorū maiorem vel minorem vtriusq;, & iuxta differentiā maiorē valoris vnius, & valoris alterius, cuius exēpla ibi ponuntur. An autē sicut absentia pecunię minuit eius valorem, ita & prestatio eius absens, & futura post annum, vel aliud tēpus maius, vel minus futura minuat valorē eius, ita quod præstatio eius præsens valeat plus quā illa, magnę quęstionis videtur? Ad quā faciunt adducta supra ad probandum, quod debitū post aliquot tēpus potest emi iuste pretio minore presenti *a* 296 In nu. 68. & seq. quod in principalibus emporiis Hispaniæ, Galliæ, & Belgii habentur tres, vel quatuor nundinę certis temporis interuallis distinctæ. Et quod sunt aliqui, qui habent magnam quantitatem pecuniarum, quibus nullas merces emūt, sed in fine prædictarum nundinarum tradunt eas iisdem, quibus antea, vel aliis volentibus eas accipere soluendas in nundinis, in aliis Ciuitatibus eiusdem, vel aliorum Regnorum proxime futuris, cum aliquo certo, vel incerto lucro, & in fine aliarum nundinarum recipiunt illam quantitatem cum illo lucro per se, vel per suos institores siue actores, & statim tradunt eas aliis, vel eisdem soluendas in nundinis, vel aliis terminis statis alterius Ciuitatis, & in fine illorum faciunt, quod in proxime prę: eritis. Et non solum conseruant suam pecuniam, sed etiam eius lucro viuunt & ditantur. Et quod non absre dubitatur an hoc genus cambij liceat.

Quibus nunc addo, esse huic dubio simile illud, in cuius solutione substitimus ante aliquot mēses, D. Emanuel à Sa. Doctor doctissimus, iuxta ac pijssimus, & ego, interrogati à quodā reuerēdissimo animarum salutis suę gentis sitienti Episcopo, An sit licitum illud genus cābiendi, quo tota Italia hodie formaliter, & reliquum orbis virtualiter vtitur, vt dicitur, nēpe, quod multi habentes pecuniā numeratam, & nolentes, vel non potentes vti arte mercādi, nec emere prędia, quorum reditu se sustētent, vtuntur arte cāpsoria in hunc modum, quod Genuę, vel alio in loco Italiæ, dant pro scuto Marchæ, quod valet Lugduni

a In consil. xx. de vsur.

a Supra eodem c. n. 130.

duni 67. soluendo
minus prout fuerit
& solutionē, nunq
tur, & accipiunt ab
dam tertios, qui ill
quiruisus dant illa
Genuæ, vel alibi in
vel incerto determ
soluta cum auctari
alijs nundinis prox
xaginta quinque v
sua cambia renoua
similitudo colligit
campsor dat pecun
aliquo auctario cer
est perneccssaria o
orbis Christiani co
breuissimam. Pro p
fectu mutuare, & a
nem tēporis, quod
infinitus est numer
viuunt; nam nō sol
exercēt, sed quam p
summates, etiam E
mendando suas pe
dicto modo negoti
pali, vt eis cedant p
quantitatibus à se
soluuntur, & comn
eos omnes, & eorur
vt ait Cald. *b* sine hu
extraneis Regnis c
297 Pro resolution
fendi, nisi per reduc
supradictarum, & q
secundam, neque ac
perpendere volent
di, quatenus eo mai
interiacet inter dat
teresse, quia id lucri
quod nullatenus lic
sunt saluari reducer
quæ datur in camb
rę, vel rebus frugife
re cessatur ab illis, s
uentur illa, quę in i
Extrauagans requi

duni 67. soluendo ibi in proximis nundinis 65, vel 66. plus, vel minus prout fuerit prolixius, vel breuius tempus interdationē, & solutionē, nunquam tamē dant 67. quia tunc nihil lucrarentur, & accipiunt ab his, quibus dant pecuniam, literas ad quosdam tertios, qui illa scuta in illis soluant sibi, vel actoribus suis, quirursus dant illa scuta sibi soluta eisdem, vel alijs, soluenda Genuæ, vel alibi in terminis ad id solitis, cum auctario certo, vel incerto determinando à deputatis in id, & mox illa scuta soluta cum auctario prædicto dant eisdem, vel alijs soluēda in alijs nundinis proximis Lugduni, dando vt prædictum est sexaginta quinque vel 66. &c. pro scuto Marchæ, & ita continuo sua cambia renouantes suas pecunias augent. Vtriusque dubij similitudo colligitur ex eo, quod in vtroque genere cambij campsor dat pecuniam alibi, & alio tempore soluendam cum aliquo auctario certo, vel incerto. Et quia vtriusque resolutio est perneccssaria omnibus omnium fere negotiatorum totius orbis Christiani confessariis, eam faciam, diuina ope, quam breuissimam. Pro parte negatiua facit, quod hi videntur in effectu mutuare, & accipere aliquid vltra sortem propter dilationem tēporis, quod est vsura *a*. Pro affirmatiua vero facit, quod infinitus est numerus Christianorum honestorum, qui hac arte viuunt; nam nō solum mercatores, & campsores, qui eam palā exercēt, sed quam plurimi alij diuites, infimates, mediocres, & summates, etiam Ecclesiastici, vtuntur ea, deponendo, seu cōmendando suas pecunias campsoribus, vel mercatoribus prædicto modo negotiantibus cum pacto, vel intentione principali, vt eis cedant partes incertæ, vel certæ lucri incerti, pro quantitatibus à se commendatis: qui omnes confitentur, absoluuntur, & communicant quotannis, & temerarium videtur eos omnes, & eorum confessarios damnare. Facit item, quod vt ait Cald. *b* sine huiusmodi cambiis omnia commercia cum extraneis Regnis cessarent, & propria pauperiora fierent.

a Ca. in Ciuitate, de vsur. cum citatis supra cod. n. 210.

b In distin. consil.

297 Pro resolutione igitur eorum dico *primo*, non posse illa defendi, nisi per reductionē ad aliquam septē specierum cambij supradictarum, & quod non possunt reduci ad primā, neq; ad secundam, neque ad quartam, neque ad sextam, vt palam est id perpendere volenti. *Secundo*, quod nullatenus possunt illa defēdi, quatenus eo maius auctarium accipiunt, quo plus tēporis interiacet inter dationem & solutionem, nisi ratione veri interesse, quia id lucri fit ratione dilationis tēporis ad soluendū, quod nullatenus licet, vt prædictum est *c*. *Tertio* dico, quod possunt saluari reducendo ad tertium & quintum, modo pecunia quæ datur in cambium alibi soluenda sit destinata mercaturę, vel rebus frugiferis emēdis, ita quod causa principalis, quare cessatur ab illis, sit illius datio ad cambium: modo item seruentur illa, quę in illis seruanda esse supra diximus, & prædicta Extrauagans requirit. *Quarto* dico, quod etiam defēdi possunt,

c Supra eod. cap. nu. 210.

quatenus reduci possunt ad septimũ, quo pecunia absens maior emitur, vel cõmutatur præsenti minori, vel datur pro ea; quia vt *d* dictũ est, pecunia absens suapte natura minus valet, quã præsens eam vendenti, commutãti, vel alias danti. Oportet autem quod in eis seruentur illa, quæ in illa specie cãbij seruanda esse diximus, & cõsequenter aduertant, an eadem pecunia in eo loco distãti valeat pluris, quam in præsenti, & collato illo pluri cum minori, quo propter absentiã valet, reducant ad æqualitatem, quę, vt prædictum est *a*, in omni commutatione quocunq; nomine censeatur, lege ipsa naturali & diuina requiritur. Quare si eadem pecunia pluris valet Lugduni, quã Metinę, carius debet emi Metinę, quam eadẽ pecunia existens Metinæ emenda esset Lugduni, & è contrario. Quo forte iustificantur cambia illa, quæ passim fiunt à Metina Vlyssipponem, & Vlyssippone Metinam; licet enim tam distet Vlyssippo à Metina, quã Metina ab Vlyspone, longe tamen minoris emitur Metinæ ducatus existens Vlyssippone, quã ducatus exsistens Metinæ ematur Vlyssippone: quia idem ducatus pluris valet Vlyssippone, quam Metinæ.

d Supra nu. 294.

n Supra eodem num. 287.

298 Aduertant item, quod sicut necessarium est ad iustificãdam emptionem, cõmutationem, vel dationem, vt sit actualiter, vel virtualiter vera merx venditoris, quæ ematur, vel commutetur, vt præsupponunt l. 1. & 2. *b* ita etiam oportet ad iustificationem huiusmodi cambij per reductionem ad septimum, vt accipiens pecuniam præsentem, & vendens, vel cõmutans pro illa absentem, habeat illam in loco solutionis saltem virtualiter, & quod dans præsentem, vere velit illam absentem emere, vel cum illa commutare; alioqui esset ficta emptio, & mutuum palliatum, & consequenter vsurarium & illicitum, per dicta supra *c*.

b ff. de contrahen. em. & parag. pretiũ cum seq. Inst.

c Eod. cap. ium. 230.

299 Dixi, *saltem virtualiter*; quia sufficit, quod habeat eam sub credito, ita quod certo sciat, vel saltem probabiliter credat, quod tradet eam is, ad quem destinantur literæ.

Aduertant etiã, quod sicut emens rem aliam absentem minoris, quam valeat cõmuni æstimatione notabiliter, etiam detracto eo, quo minus valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem in foro cõscientię illius partis notabilis, quę ad iustum pretium requiritur; ita etiam cãpsor, qui præsenti pecunia emit absentẽ, notabiliter minoris, quam valeat cõmuni æstimatione propter illam absentiã, etiam detracto, quo minoris valet propter absentiã, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionẽ illius partis notabilis, quæ ad iustũ pretium requiritur. Et cõsequenter, qui cambiens dat pecuniã minoris valoris pro pecunia maioris valoris soluenda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eã ibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionẽ, quia virtualiter vsuram cõmittit. Nec ad excusationẽ sufficit quod ignoret eum illam habere, vel non habere, sed oportet, vt sciat, vel probabiliter credat eã habere; quia ignorãtia etiam facti eius, quod oportet scire, nõ excusat *a*; qualis est hæc *b*.

m 1. q. 4. parag. notandum.

h Arg. cap. in nouit. cum glos.

Quinto,

Quinto, quod tam in his duobus generibus cãbiendi, quam in aliis debent seruari contenta in extrauag. Pij V. quę sic habet.

300 *PIVS Episcopus, &c. In eam pro nostro pastorali officio curam diligenter incumbimus*: & infra. *Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca ij, qui pecuniã recipiunt, literas quidem suas cambij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt transacto tempore, vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ siue depositi, siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur, sed & in ipsis cambijs, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur) campsores præstitutum solutionis terminum lucro, & tacita vel expressa conditione recepto, seu etiam tantummodo promisso differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiant, districtius prohibemus.*

Porro, ad tollendas quoque in cambijs, quãtum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque fœneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, siue à principio, siue alias, certum & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci, neque realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi vero non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis siue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca destinata solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo. Kalend. Feb. Pont. nostri anno sexto.

301 Nota *primo* ex hac Extrauag. id, quod dixi *c*, scilicet, sola & omnia cambia ficta simulata hic appellari sicca, & omnia & sola vera, realia, quod colligitur ex verb. *sicca*, adiuncto verbo, *& ita finguntur*, & verbo *realia*, & toto orationis contextu: & ita non damnat omnia cambia, in quibus campsor dat prius quam accipiat, licet omnia illa appellentur sicca, secundum Laurentium *a*.

c Supra num 288.

Nota *secundo* ex versiculo, *vt contrahentes, &c.* ad iustitiam cambij per literas requiri illud tertium, & quartum, quæ supra *b* diximus esse necessaria, videlicet quod campsor sciat, vel probabiliter credat, eum cui dat pecunias, posse soluere vbi promittit, & quod literæ dentur ad alium locum distantem.

a Supra relatum in n. 293 *b* Num. 285. & 297.

Nota *tertio*, quod est vsura nomine cambij personata illud lucrum

crum, quod capiunt campsores nomine cambij, vel recambij à debitoribus propter dilationem, quam concedunt eis vsque ad proximas nundinas, quod etiam probat cap. *consuluit* c. Sed non adeo clare, quod est limitandum saltem quoad forum conscientiæ, quando pro vero interesse id caperet, per proxime dicta d, & prius supra e.

c De vsur.

d Nu. 297.

e Eodem tamen 239.

Nota *quarto*, quod licet iure communi licuisset ante hanc Extrauag. conuenire à principio, vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimili, vt certum quid solueretur, adeo quod dixit Med. *f* soluendum esse interesse verisimile conuentum à principio, licet in fine appareat nullum futurum fuisse, cui consentit Sotus *g*: post eam tamen non licet in hac materia cambiorum, licet in aliis sic, quum à iure antiquo non recedatur plusquam exprimitur *h*, quod tamen limitandum est quoad forum conscientiæ, quando certificatio esset æqua coram Deo, quia hęc lex, vt ex ea patet, fundatur quoad hoc in pręsumptione, cui non est locus in illo foro *i*. An autem idem sit in mutuo quod in cambijs, dubitari posset, & disputando vtraque pars defendi. Sed quia hæc lex in hoc est exorbitans à iure communi, iustior videtur pars negatiua.

f In C. de rescit. fol. 132.

g Libro 6 q. 1. art. 3. de iust. & iur.

h I præcipimus, C. de appel.

i Cap. tua & si is qui desponsal. cum eis adnotat.

Nota *quinto*, quod non possunt exerçeri cambia, nisi quoad proximas nundinas, vel proximos terminos ad soluendū cambia prefigi consuetos; quod tamen arbitror limitandū esse quoad effectum carius cambiendi, ad secūdas, vel tertias nundinas, quam ad proximas. Non enim videtur Pius prohibere ne maior dilatio detur debitori sine vllo maiori campsoris lucro *k*.

k Arg. l. quod minore, C. de l. 1. & c. quod ob gratiam, de regular. lib. 6.

Nota *sexto*, quod per hęc solui potest quæstio quotidiana, quā sępe in Vrbe fuimus interrogati, An liceat vni Hispano dare alteri Romę centum scuta pro centum soluendis ab eo in Hispania cum aliquo augmento? Ad quam breuiter respōdemus, *primo*, quod non per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum, vel ad emendum aliquid frugiferum, quia nullum verum tale interesse prętendere potest, per proxime dicta *a*. *Secundo*, quod non potest etiam per viam emptionis & cōmutationis rei prętentis cum re absente, si ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in Hispania, per supradicta. *b Tertio*, quod potest per viam emptionis, vel cōmutationis rei prętentis cum absente, si alter vere habet illa scuta, quę vēdit in Hispania formaliter, vel virtualiter in reditibus beneficij, vel aliorū bonorū, vel in tali credito, quod probabiliter creditor per literas eius destinatas ad aliquem cognatum, vel amicū tradenda esse ea ibi, per supradicta *c*. Idque duplici ratione. *Prima*, ratione absentię, ob quā valet minus. *Secunda*, ratione valoris, quia plus valent hic centū, quam ibi totidem. *Quarto*, quod licet etiā per viam mutui, prępposito quod eadē pecunia valet hic plus quam ibi, imo, & si non valeret plus, facta facultate mutuatario soluendi in Vrbe, aut si malit in partibus cum cambio, quo traductio

a Num. 297.

b Eodem n. 298.

c Eodē n. 298

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ductio illorũ in Vrbem cõstabit, quia hoc casu nil videtur capi vltra sortẽ, nisi ad summũ interesse damni emergẽtis, præsertim si, qui dat, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in Vrbe.

Non obstat decisio illa S. Anton. *d* quod vsuram committit, qui campsor Romę dat alteri centum ad agendum sua negotia soluenda Parisijs intra octo menses cum auctario quinque vel octo, quem sequitur Syluest. *e* & Gregorius Lopez *f*. Tum quia loquitur de mutuante, vel de illo, qui sola ratione dilationis datæ ad soluendum accipit aliquid vltra sortem, quod colligitur ex dilatione octo mensium, & ex eo, quod eadem pecunia plus valet Parisijs, quam Romæ, quod numquam licet *g*. Supradicta vero procedunt in illis, qui alia ratione, quam mutui, vel dilationis accipiunt plus, puta ratione emptionis rei, quæ minus valet ob absentiam, vel ob locum, in quo est, vel ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.

d 2 par. tit. 1. c. 7. parag. 30

e Ver. vsur. 4. q. 13. f l. 31. 5. par. tit. 11.

g Per cap. in Ciuitate, de vsur. & ex. ad nostram de empt.

Nota *octauo*, quod id, quod vulgo dicitur, scuta & ducatos, quibus vtuntur mercatores & campsores in nundinis cambiẽdo esse maioris pretij, & diuersos ab illis, quibus vtuntur in emendis rebus necessarijs & mercibus, non est intelligendum, quod ipsi mercatores augent, vel minuunt pretium eorum, vel quod apud eos pluris valent, sed quod ducatus, vel scutum cum auctario, quod soluendum est pro eo alio remittendo, vel aliunde remisso, valet pluris, & quod quantum debeat esse illud auctarium arbitrantur ipsi tamquam boni viri, & in arte periti, attenta varia variorum locorum distantia, & maiore copia, vel penuria pecuniæ campsibilis, & merito: quia res indefinitæ arbitrio boni viri sunt finiendæ *a*. Vnde non omnes ducati cum auctario suo, quibus vtuntur in cambiendo, sunt eiusdẽ pretij, sed varij, & maioris & minoris iuxta varietatem locorũ, ad quę, vel vnde remittuntur soluendi, & ita non sunt damnandi, tamquam fictitij, vt aliqui, quos in prędicto Commentario sequuti fuimus, damnant.

a l. 1. ff. de iure delib. c. de causis, de offic. deleg.

30 Defendere autem illos, qui mutuant sub vsuris Regibus, &c. aliquo modo eos cogentibus, non videtur facile. Tũ quia id iure naturali est peccatũ, vt dictum est *b*, quale ob nulla mala vitanda admittẽdum est *c*. Tum quia pro nulla re licet mẽtiri *d*, & mentiri, & ad vsuram dare parificari videntur *e*. Tũ quia saltem multi eorũ ratione interesse non possunt illas accipere, quia pecuniam quam mutuant, non habent paratã ad exercẽdã mercaturam, nec ad prędia, & census emendos, vt satis definit Sotus *f*. Tum quia ratione cambii non videntur posse accipere, quia non est licitum cambire cum lucro in loco ad eũdẽ, neque in nundinas secundas, vel tertias, per prędicta: & Reges capiunt mutuũ non soluendum vere in locis extra sua dominia sitis, licet fingant illud in suis literis, & omnia cãbia ficta reprobantur, Tũ quia, vt audio, capiunt illas pecunias cum promissione soluẽdi auctariũ ad rationẽ 5. 8. aut 10. pro 100. in anno, quod

b Supra nu. 211.

c Cap. itane & c. tolerabilius 32. q. 5.

d Gloss. iuncta textu recepta in c. si aliquid 32. qu. 4.

e In c. super eod. de vsur.

f Lib. 6. q. 1. ar. 4. de iust. & iur.

quod ad nullum genus cambij licíti reducitur. Tum denique quia difficile est reducere huiusmodi lucrum ad lucrum cambij septimæ speciei, & ad nullum alium iustum potest reduci. Quare consulendum videtur viris pecuniosis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere prædia, vel census, etiamsi non mutuarent, vt sine vllo temporali auctario gratis principaliter mutuent suas pecunias prædictis Regibus pro spirituali virtutis & meriti, sperantes minus principaliter aliquam remunerationem antidoralem, aut certe emant ab eis census iusto pretio cum pacto redimendi constitutos super reditibus publicis illarum, vel illarum ciuitatum, vel statuum; habentibus vero pecunias destinatas ad lucra prędicta mutuent sub interesse verisimili lucri cessantis.

De octauo præcepto Decalogi, Non sis falsus testis.

CAPVT XVIII.

1 *Præceptum octauum quid principaliter, & quid secundario prohibeat.*
2 *Testans ignotum esse verum vt peccat.*
3 *Peccatum verborum septuplex, & præcipue ex intentione iudicandum, & num. 4.*
4 *Mendacium quid, quotuplex, & quod mortale, etiam in iudicio.*
5 *Miracula falsa, & vitam sanctorum fictam prædicans.*
6 *Promissio quæ obligat ad mortale, late.*
7 *Deliberatio quæ ad obligationem sufficit.*
8 *Simulatio, & Hypocrisis mendacia factorum, & quæ mortales.*
9 *Iudicium temerarium quid, & crebro parit mendacium.*
10 *Contumelia, conuitium, & improperium quid.*
11 *Honor quid, & quæ inhonoratio mortalis.*
12 *Correctio iusta quæ contumelia carere debet.*
13 *Susurratio quid, quæ mortalis, differt à detractione, & contumelia, & seqq.*
15 *Derisio quid, quæ blasphemia, & quæ mortalis, num. 16.*

PRo fundamento dicendorum in hoc cap. præsupponimus *primo* ex mente S. Tho. recepta *a*, quod hoc præcepto principaliter prohibetur latio falsi testimonij iudicialis, & vericelatio, & secundario omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum, quæ fit mentiendo, inhonorando, susurrando, deridendo, maledicendo, detrahendo. De quibus omnibus quo ordine proposita sunt dicetur,

a 2.2.q.122. art.5. ad 2. & Iatius Alex. Halens. in 3. part.q.1.

Secundo presupponimus, quod omnis significatio huiusmodi est saltem peccatū veniale, per tradita supra *b*. Tum quia est iniuria

b Exclud.7.

iuria verborum, &
autem est omnis
nocendi in bonis
noceat; & illa qua
ita nocendi sine t
debendo per illan
cumenti dari, alia
mentem S. Thom
Primo igitur pec
qui facit aliquid e
nium ob tria est p
tur per cap. 1. f p
est mortalis g. Ob
notabilis, alias nc
2 Ad noue auter
verū, nescíens esse
neatur restituere i
deō nō teneri (lic
bitatis, vt ei confi
rito credi possit, q
feciſſe a, alioqui s
tium credere deb
Secundo peccat,
c, Os quod mētitur, o
venialiter peccare
ficatio falsi, vel puta
quod additur e de
sentiam mendaci
mentem eiusdem
virtuti, quæ appe
mandum dicta &
mus, iuxta S. Tho
rum similium, sig
ras, non est mend
non significatur
3 Diuiditur aut
significatur ver u
ficatur falsum pu
sum putatum falſ
iocosum, quo ran
mini nocet, & ali
à Religioso, aut a
iuramento firme
nimo nō abstine
cōscientiam, qua
vtrumq; Thomā
bus, corporalibu

iuria verborum, & quęcunq; talis est saltem venialis. Mortalis autem est omnis & sola illa, quæ fit animo notabiliter iniuste nocendi in bonis spiritualibus, aut temporariis, quamuis non noceat; & illa quæ fit nocendo notabiliter, aut dando causam ita nocendi sine tali animo, aduertendo tamen, aut aduertere debendo per illam notabiliter noceri, aut causam notabilis nocumenti dari, alias non, quamuis iniuria grauissima sit, iuxta mentem S. Thomæ *c* declaratam vtrobique per Caietanum.

c Vbi supra & q. 73. ar. 2.

Primo igitur peccat mortaliter contra hoc præceptum testis, qui facit aliquid ex septem positis infra *d*: nam falsum testimonium ob tria est peccatum mortale, iuxta S. Th. *e* quod probatur per cap. 1. *f* puta ob iuramenti violationē, quę fere semper est mortalis *g*. Ob iniustitiam, quæ etiam est mortalis, quum est notabilis, alias non, per supradicta *h*: ob perniciem mendacij.

d Cap. 25. n. 39.
e 2. 2. q. 98. art. 4.
f De crimi. falsi.
g Per supra dict. in c. 12.
h In c. 11. n. 1

2 Ad noue autem hic quæsitum, An testis testatus aliquid esse verū, nesciens esse tale, sed credens cuipiam illud affirmanti, teneatur restituere illud, quod ob id cōdemnatus soluit: Respondeo nō teneri (licet peccet grauiter) si affirmans esset tātę probitatis, vt ei confitenti, cōmunicanti, & Christianè viuenti merito credi possit, quia iuste credere potest, se nemini iniustitiam feciſſe *a*, alioqui sic: & etiam si cōtrarium rescierit, qui contrarium credere debet; nam in claris non est locus coniecturis *b*.

a Arg. gl. sf. singularis 1. Titio fundus ff. de condit. & demonst. ornatæ a Felyn. in c. cum contingat. de rescript.
b 1. continui parag. cumitaq ff. de verb. obl.

Secundo peccat, qui mentitur notabiliter nocendo, iuxta illud *c*, *Os quod mētitur, occidit animā*. Dixi, *notabiliter*; quia alioqui solum venialiter peccaret per supradicta. Mendacium autem *est significatio falsi, vel putati falsi pro vero*, secundum August. *d* nam illud quod additur *e* de animo fallendi, non est necessarium ad essentiam mendacij, sed ad maiorem eius grauitatem, secundum mentem eiusdem ibidem, & omnium, & ita est actus contrarius virtuti, quæ appellatur veritas *e*, quę dirigit ita nos ad conformandum dicta & facta nostra, vt vera dicamus, & fidem seruemus, iuxta S. Tho. *f* Narratio autem fabularum Æsopi, aut aliarum similium, significando expresse, aut tacite eas non esse veras, non est mendacium, vt recte Caietanus *g* insinuauit: quia non significatur per eas falsum pro vero.

c Sapient. 1.
d In c. homines 22. q. 2.
e In parag. ille sub cap. beatus eadem caus. & q.
f 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5.
g In dicta q. 110. art. 1.

3 Diuiditur autem mendacium, *primo* in formale tantum, quo significatur verum putatum falsum, materiale tantū, quo significatur falsum putatum verum, & mixtum, quo significatur falsum putatum falsum, vt declarat S. Thom. *h* *Secundo* diuiditur in iocosum, quo tantum delectatio quęritur: Officiosum, quod nemini nocet, & alicui prodest: quę duo nō sunt mortalia, etiamsi à Religioso, aut ab alio cuiusuis status perfectionis dicātur: nisi iuramento firmentur, aut cū magno scandalo dicantur, aut animo nō abstinendi ab eis: quamuis essent mortalia, aut contra cōscientiam, quæ illa esse peccata mortalia dictaret, secundum vtrumq; Thomā *i*. Pernitiosum, quod alicui in rebus spiritualibus, corporalibus, aut temporarijs nocet, & est mortale, quando dicitur

h Vbi supra. art. 1.
i In eadem 2. 2. q. 100. art. 3. & 4.

do dicitur cū intētione notabiliter nocēdi, aut notabiliter nocet. Ad quas tres ſpecies reducuntur illę octo, quas S. Aug. poſuit *k*, quarū quęlibet ſuo genere eſt mala, etiā ſecundū Ariſto. *l* quia eſt inordinatus actus, vt ſupra dictū eſt, & ita non poteſt dici abſque peccato, ſaltem veniali, etiam pro vita, vel anima alicuius ſeruanda *m*, vt ait etiam S. Thom. *n* qui *o* ſenſit, omne mēdacium iudiciale, etiam leue eſſe mortale: quod verum eſſe de mēdacio rei ad iudiciū pertinentis, & non alterius dixit ibi Caiet. & ſentit alibi *p*. Nos tamen aſſeruimus *q* quod mendacium de re leui, etiam pertinēte ad iudicium, non eſt mortale, cōſentiente doctiſſimo, nec minus Chriſtiano doctore Magiſtro Fratre Martino à Ledeſma profeſſore huius noſtrę Academię Conimbricenſis celeberrimo, qui gloria, & magnū decus eſt illuſtriſſimi Ordinis Dominicani: quod ipſū fecimus *a*, poſtquam legimus Sotum de ratione tegendi ſecreti, vbi *b* idem tenet, concludendo, nullum mendacium eſſe mortale, eo ſolo, quod in iudicio exteriori, vel interiori dicatur, quod extra illud dictum, tale non eſſet: nec per conſequens quando non eſt notabiliter dānoſum, nec iuratum, ſed tātū eſſe veniale, vt etiā infra *c* repetemus. Ita quod per ſolā circumſtantiam iudicii, niſi alia concurrant, non fit mortale. Per quod ceſſat oppoſitio cuiuſdam docti fundata in alio noſtro dicto infra *d*, ſcilicet reū mortaliter peccare, negando veritatem iudici competenti iuſte interrogāti, qui tamē non peccaret negando extra iudiciū alteri: quia ibi prēter circumſtantiam iudicii concurrunt ſaltē duę alię, ſcilicet, iuramentum, ſub quo reſpondet reus, & quod lex diuina & humana obligant dicere verum, quando iudex cōpetens iuſte interrogat, iuxta S. Thomā receptum *e*, & probatur tit. *de interrog. actio.* & quod fit notabile damnum accuſatori *f*, aut Reipub. cui notabiliter intereſt crimina puniri *g*.

4 *Tertio* peccat, qui mētitur in materia fidei ſacrę Scripturę, vel morū, quia de ſua natura eſt notabiliter pernitioſum, iuxta S. Tho *h* quod ibi limitat Caietanus, non procedere quādo id fit per ſolum multiloquiū, vel aliàs ſine animo & periculo nocēdi notabiliter, & perſuadendi aliquod falſum alicui. Vnde infertur, nō eſſe mortale allegare falſō in pulpito, vel in cathedra, dicēdo tale quid eſſe in illo, vel illo c. vel lege, quod eſt in alio, aut tribuere Auguſt. Hierony. Bart. vel aliis, quod alius dicit.

5 1 *Quarto* peccat, qui concionando falſum miraculum, ſciens tale eſſe, narrat: aut data opera vitam alicuius Sancti aliter, quā ſit, fingit, iuxta Caietanum *i*, quia eſt pernitioſum notabiliter, quoniam ex parte dicentis fides & exiſtimatio miraculis Chriſti, & eius ſanctorum adimitur.

Quinto peccat, qui promiſſionem obligantē ad mortale non adimplet eo modo, quo debet *k*, quia ſpecies mēdacii notabiliter pernitioſi eſt talem fidem & promiſſionem nō adimplere.

6. Porro promiſſio quę obligat ad mortale, *eſt omnis vera, deliberata,*

k In ca. primum 22. q. 2.
l In 4. Ethi.
m Cap. ſuper eo de vſur. & in d. c. primū.
n Vbi ſupra art. 3.
o In q. 69. a. 1
p In dicta q. 110. art. 4.
q In c. fratres n. 27. de pœnit. 5.
a In repet. ca. inter verba 21. qu. 3.
b Membro. 2. qu. 7.
c Cap. 21. n. 37
d Eodem n. 37.
e In 2. 2. q. 69. art. 1. & q. 70. art. 1.
f Cap. quiſquis 7. q. 2.
g Cap. vt famæ, de ſent. excommun. & l. ita vulnerarus, ad l. Aquil.
h In d. q. 110. art. 4.
i Vbi ſupra.
k Cap. iuramenti 22. q. 5 &c. 1. de pact.

berata, & voluntaria, etiam nuda, rei licitæ, possibilis, & notabilis, quã mutatio rerum status non eneruauit. Dixi, *Omnis*; vt non solum comprehenderet promissionem factam Deo, quale est votum, de quo supra *l*, sed etiam homini, etiam hosti *m*, & non solum expressam, sed etiam tacitam *a*. Dixi, *Vera*; ad excludendam fictam, quę fit animo non obligandi, vt sentit S. Thom. *b* Quamuis peccet significando habere animum se obligandi, quem non habet, etiam mortaliter, si alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere, per prædicta.

Ex quo infertur, nõ obligare promissionẽ, cuius causa principalis nõ est vera, si ei, qui promisit, nõ erat animus se obligandi absq; ea; nec refert quoad forũ conscientię, vtrũ causa exprimatur, aut taceatur: quia opinio Collect. & Pan. *c* qui expressionẽ causę requirunt, intelligitur in foro exteriori, in quo absq; ea animus obligandi nõ præsumitur, vt recte insinuauit Sylu. *d* nõ autem in foro conscientię, in quo soli veritati standum est *e*.

7 Dixi, *Deliberata*; quia facta absq; deliberatione ad id necessaria non obligat, per ea quæ supra *f* de voto dicta sunt. Ex quo colligi potest, quod illa deliberatio sufficit, & requiritur, quæ sufficit, & requiritur ad votum. Dixi, *Voluntaria*; quia metu, aut dolo extorta non sufficit in conscientia: nisi adsit iuramentum, iuxta S. Tho. *g* nec etiam in foro exteriori: quia quãuis regulariter actori actio detur; reo tamen exceptio conceditur *h*. Dixi etiam, *Nuda*; quia iure naturali, diuino & canonico etiam illa obligat *i*. Dixi, *Rei licitæ*; quia illicitæ non obligat *k*. Dixi, *Possibilis*; quia promissio rei impossibilis nõ obligat *l*. Dixi, *Notabilis*; quia cum furtum rei nõ notabilis non sit peccatum mortale, licet veniale sit, vt supra dictũ est *m*; à fortiori nec violatio promissę rei exiguę erit mortalis, quãuis venialis sit: quæ autem res sit notabilis supra dictum est *n*. Per quod à mortali excusãtur, qui promittunt alicuius nomine salutem alicui se dicturos, aut alia mandata parui momenti ad aliquem perlaturos, & postea non perferunt. Et qui precationem Angelicam, & alia similia parua pollicentur, etiamsi iuramento, aut voto idipsum cõfirmassent, secundum eos, quos in hac tiaductione sequimur *o*.

Dixi, *quam mutatio rerum status non eneruauit*; quia tali mutatione superueniente non obligat, iuxta Senecam *lib. de benefic.* approbatum per S. Thomam *p*: Vt si is, cui promisi ensem, insanierit *q*. Vel si quã promisi ducere, fornicata fuerit *r*. Vel si quod tempore promissionis erat licitum, fiat illicitum *s*. Vel si altera pars eam remittat, vel pro sua parte non impleat id cuius causa promissio facta est *t*. Dixi, *Cuius causa, &c.* quia si alicui absolute aliquid promiseris, sine respectu rei ab eo promissę; cõtra, ille aliquid tibi promiserit sine respectu rei à te illi promissę nõ liberaberis ab obligatione ex eo quod tibi nõ satisfaciat; nec cõtra

a l. Ca. 12. n. 14. m Cap. nouit. 23. qu. 1. a l. Iabeo. & l. item quia ff. de pact. b 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5. & facit c. humanæ 22. q. 5. & l. obligationũ 1. ff. de actio. c In ca. 1. de don. & in c. si cautio. de fid. instr. d Verb. pactũ qu. 4. e Cap. humanæ aures 2. 2. q. 4. & c. tua de sponsa. f Ca. 12. n. 24. & 26. g 2. 2. q. 89. a. 7 h l. 2 C. de inutil. stipu. & l. ad inuidiã C. de his quæ vi. i Cap. 1. de pact. & l. 1. ff. eod. tradi. inno. in ca. nouit. de iud. & Fel. in procemio Gregoriano n. 25. & in c. quæ in ecclesiarũ, de constit. n. 55. post Bart. in extrauag. ad reprimendã verb. denuntiationem. k Ca. in tualis 22. qu. 4. l l. impossibilium ff. de reg. iur. c. nemo ad impossibile, eod. tit. li 6. m Cap. 17. nu 3. n Cap. 17. n. 4 o In d. c. 11. iureiur. n. 10. & 40. p 2. 2 q 110. art. 3 ad 5. q Ca. ne quis 2. 2. qu. 2. r Cap. quemadmodum, de vbi gl. s Arg. cap.

Quicunque lis. t l. cum proponas, C. de pact. s. peruenit 2. de iureiur.

a Iuxta notata in d.c. peruenit, & dicta l. cum proponas.

b Iuxta glos. fing. cap. significasti 2. de homicid.

c Super glo. d.c. quemadmodum.

d 2.2.qu.11.

e In summa verb. Hypocrisis.

f 2.part.de Hypocrisi.

g Vbi supra.

h Rom.3.c. neque c.denique 14.q.5

i Supra c.17. num.107.

k 1.ad Cor. 4.l.4.

l 2.2.q.66.a.6

illè ex eo, quod tu illi non satisfacias *a*. Quæ non sunt intelligenda de qualibet mutatione, sed de illa quam si promittens præcogitasset, non promisisset, cui fides habenda est in foro conscientiæ *b*, & etiam exteriori, si iudicio prudentis viri consideratis negotij circumstantijs nequaquam promisisset, si illud præcogitasset, qua de re copiosius *c* scripsimus.

8 *Sexto* peccat mortaliter, qui factis rem aliquam falsam pro vera in damnum notabile alterius significat, vt qui vult apparere bonus, aut facit quo appareat talis, nolens esse talis, quia est mendacium pernitiosum: nam mendacium dicitur etiam in factis, qualis est simulatio qua significamus esse, quod non est, & hypocrisis, qua significatur bonus qui non est talis, iuxta mentem S. Augustini, & Isidori explicatam per S. Th. *d* asserentem, paria esse factis, aut verbis mentiri: facere autem aliquid quo quis appareat bonus, quum non sit, sine notabili alterius damno solum est veniale, sed facere opera quibus bonus appareat, cum non sit, sine intentione ostendendi se bonum, non est etiã veniale, iuxta mentem omnium, quam recte Caietanus explicat *e*, nisi collimetur illud in aliquem finem malum, puta, vt aliquas hæreses doceat, aut aliquam dignitatem ecclesiasticã, aut temporariam, qua indignus est, consequatur, aut nisi in tali simulatione suum vltimum finem constituat, iuxta Alex. *f* & Caietanum *g*. Peccat etiam, saltem venialiter, qui vult bonus videri, cum non sit, etiam si id ad ædificationem proximi referat: quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant *h*. Ad noue hic quæsitum, scilicet, An peccet, qui fingit se talem genere, conditione, gradu, &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera? Respondimus, quod sic, per dicta *i*.

9 *Septimo*, qui per leuia, & minus idonea indicia, aut signa, in iudicio, aut extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnum notabile, vel quod peccat mortaliter, aut est in peccato mortali: quia est mendacium mentale pernitiosum contra illud *k*: *Nolite ante tempus iudicare*, secundum mentem S. Thomæ *l*. Qualis est, qui damnat peccati mortalis aliquem bonæ existimationis, aut incognitum, eo solo quod videat eum cum muliere secreto loquentem, vel eo quod videat aliquem comedere mane, aut sæpe in die ieiunij ex præcepto, quia forte causam non ieiunandi habet; aut eo quod vidit aliquem non ita familiariter atque solebat cum aliquo versari, aut leuem aliquam iram ostendere; quia non omne odium, & omnis indignatio mortifera est, vt supra dixim⁹ *a*: & alij similes, qui firmiter facile iudicant alios occidisse, vel furatos fuisse.

a Cap.24. n.19.

10 *Octauo* peccat, qui alicuius honorem notabiliter intendit lædere, vel lædit, aut causam dat lædendi per contumeliam, conuitium, vel improperium, secundum S. Thomam *b*, iuxta cuius mentem *contumelia* est *significatio alicuius mali culpæ facta præsenti* vt appellando furem.

b 2.2.q.72. art.2.

Pro quo facit l. 1. c. *Conuitium* vero, *significatio facta præsenti alicuius mali culpæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ:* vt appellando furem vel cæcum *d*: *Improperium* autem est *significatio beneficii tempore necessitatis ei collati*: quamuis hæc nomina frequenter confundantur.

c ff. de iniur.

d l. si non conuit. C. de iniur.

11 Quæ tria sunt contraria honori: quoniam honor est *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ, maxime virtutis*, secundum S. Thomam *e*, de quo nos latius *f*.

e 1.2.q.2. ar. 2. & melius, 2.2.q.63.a.3.

Dixi, *Lædere intendit*, &c. quia si huiusmodi significatio fieret causa iustę castigationis, aut correctionis, non esset peccatum: nam Christus appellauit discipulos stultos *g*, & Apostolus Galatas insensatos *h*.

f In d. repet. c. in verba, n. q.3. conclu. 3 & seq.

g Lucæ vlt.

h Ad Gal. 3.

12 Dixi, *Iuste*, videlicet cum causa principalis eius est correctio, & non ira: quia si hęc esset causa principalis, graue peccatum foret, & frequenter mortale, vt ait Syluester *i*: cui addo *primo* S. Thomam dicere *k* quod quamuis hoc absque peccato fieri possit, fit tamen rarissime, vbi ait Caietanus numquam id fieri posse, nisi quando specialiter Spiritus sanctus inspirat, dicente Cicerone *l*, *Omnis animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet. Secundo*, quod vt absque peccato fiat, etiam propter correctionem, oportet vt solum significetur vitium, cuius correctio prętenditur; alioqui enim esset mentiri, & sic peccaretur *m*. *Tertio*, eum qui contumeliam alteri facit, animo eum infamandi, pręter peccatum contumeliæ etiam detractionis committere, & non sufficere confiteri, quod alteri dixerit contumeliam, sed oportet confiteri, quod eam dixit, & intentione eum infamandi, vt ibi supra *n* diximus.

i Verb. contumelia.

k In eodem art. 2.

l 1. Offic.

m Cap. primum, 22. q. 2.

13 *Nono* peccat, qui bonam amicitiam aliquotum intendit notabiliter lędere, vel lædit, aut dat causam lędendi per susurrationem, animaduertens, vel animaduertere debens, se id facere, per dicta *o*. Susurratio autem est *significatio inordinata mali culpæ alienæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ alteri facta, per quam seritur discordia, vel causa discordandi inter eos*, secundum S. Thomam *p*, secundum quem ibidem eo differt à contumelia, quæ lædit honorem, & à detractione, quę famam, quod hæc lędit amicitiã: & est grauissimum peccatum, secundum eundem ibidem, & non debet absolui, donec, quoad eius fieri poterit, illos inter se reconciliet; aut si id præstare non potest, damnis inde sequutis iudicio boni viri satisfaciat, iuxta summam Rosel. *a* nostro tamen iudicio absoluendus est, modo firmiter hoc facere proponat, per dicta supra *b*.

n Nu. 456.

o Supr. nu. 2.

p 2.2.q.74. art. 2.

a Ver. inuidia, parag. 6.

b Cap. proximo, nu. 59.

14 Dixi, *Bonam amicitiam*; quia sanctũ est (iuxta illud *c*. *Non veni mittere pacem, sed gladium*) tollere malam: qualis est concubinariorum: qualis erat Iudęorum contra S. Paulum *d*. Dixi, *Notabiliter*; quia exigua lęsio non est mortalis, per supradicta *e*. Dixi, *Per susurrationem*, quia si fieret per ordinatam significationem, non esset peccatum, per ea quæ dicta sunt de bona amicitia: & de

c Matt. 10.

d Acto. 23.

e Eod. nu. 2.

f Lib. 5. q. 5. de iust. & iu.

tali necessario est intelligendum id quod ait Sotus *f*, dicens licitum esse vni minuere de amicitia duorum, quo cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo absque illa diminutione non potest: & id quod subdit non esse scilicet plusquam veniale minuere amicitiam aliquorum, nulla inter eos inimicitia inducta, necessario etiam est intelligendum de diminutione, quę non ledit notabiliter: quia neminem excusat à mortali lædentem alium notabiliter propter vtilitatem suam vel alienā *g*.

g Cap. forte & c. denique 14. q. 5. & c. non est putanda, 1. q. 1.

15 *Decimo* peccat, qui notabilem erubescentiam, vel animi perturbationem per derisionem intendit inijcere alicui, vel inijcit, aut dat causam illius, aduertens, vel aduerrere debens se id facere, per prædicta *h*. Derisio autē est *significatio inordinata mali, culpæ, aut pœnæ, vel defectus naturæ ad inijciendam erubescentiam*, secundum S. Thomam receptum *i*, secundum quem eundem eo maior derisio est, quo maior est qui deridetur, & minus debet derideri. Quare maxima est Dei, Sanctorum, & rerum ei sacrarum, sed *k* hæc etiam est blasphemia, vt ait Caietanus *l*. Proxima huic est derisio parentum *m*, & huic proxima bonorum iustorum *n*.

h Num. 2. 2. 2. q. 73. art. 1. & 2.

k Psal. 27. l In dict. a. 2. m Prou. 30. n Ioan. 12.

16 Derisio etiam aliorum qualificata vt supra, est mortalis, secundum omnes: in quam sæpe Aulici incidunt, qui sine vlla miseratione eo magis aliquē derident, quo magis erubescit. Dixi, *Inordinata*; quia ordinata, vt iocosa, de exiguo aliquo malo alterius, vt paruo rubore suffundatur, est actus virtutis Eutrapelię, quem S. Tho. *o* iucunditatem vertit, & inclinat ad recte vtendū iudicijs. Venialis autem quando parū excedit modus. Mortalis vero inducit magnā & notabilē perturbationem, iuxta omniū sententiā. Differt autē ab alijs verborū peccatis: quia eius finis est, vt quis turbetur & erubescat, secundum S. Thomam *a*.

o 2. 2. quæ. 168. art. 2.

a In d. q. 75. art. 1. b Ca. 12. nu. 20. & infra c 23. nu. 117. c Vbi supra. qua. 76.

Vndecimo peccat, qui maledicit, &c. vt supra in secūdo præcepto *b*, dictum est, hoc addito, quod maledictio non accipitur hic pro maledicto, sed pro imprecatione mali, iuxta S. Thomam *c*.

De detractione siue murmuratione.

17 *Bonis in quinque honorarijs nocens vt peccat.*
17 *Detractio quid, quotuplex, & quæ mortalis, &* 18. 21. *&* 22.
19 *Fama quid, vt hic accipitur, & quotuplex.*
20 *Famæ damnum notabile quid &* 21. 22. 23.
24 *Detractor quod falsum imponens peccat mortaliter, &* 25.
26 *Detractor, qui secretum detegit, peccat mortaliter, &* 27.
28 *Prodigalitas etiam famæ regulariter non est mortalis.*
29 *Detractor qui suum crimen detegit etiam tortus.*
30 *Detractor non est accusator, aut alias iuste crimen detegens, & seq.*
34 *Detrahit qui inuentor libelli famosi illum legens nu.* 34. *&* 35.
36 *Detractor quis audiens, vel referens mala, vel bona tacens, nume.* 37. *&* 38.

37 *Detractor quis iudex inquirens, interrogans, vel iubens denunciari, vel visitans, aut procurans occulta scire, nu.* 39.40. *& 41.*
42 *Restituere famam, vel alias compensare læsor, & hæres tenentur, & seqq.*
44 *Famam non læsam tentans eam lædere non restituat, etiam si &c.*
45 *Fama læsa mendacio aliter quam læsa vero restituenda.*
46 *Famæ restitutio condonari etiam iuste potest, nisi &c.*
46 *Debitum condonat is cui principaliter debetur.*
47 *Famæ ablatio an compensetur ablatione reciproca.*
47 *Famæ debitum non tam facile tollitur, ac actio iniuriarum.*
47 *Famæ restitutio excusatur vitæ, vel salutis periculo, & oblivione, & num.* 48. *& seqq.*
49 *Reus negans quis non infamat accusantem.*
50 *Famam qualis relator mali non restituit.*

17 DVodecimo peccat mortaliter, qui alicuius aliquod quinque bonorum honorabilium, scilicet laudis, honoris, famę, glorię, & reuerentię, quę infra *a* definientur, notabiliter intendit lædere, vel lædit, aut dat causam lędendi: quod frequēter fit per detractionem, secundum S. Thomam, *b* secundum quem ibidem, & latius tradita per nos *c* Detractio siue murmuratio, vel infamatio, quę pro eadem re hic sumuntur, definiri potest esse *significatio alicuius mali cuiuspiam hominis non canonizati inordinata, expressa siue directa & tacita, siue indirecta, qua læditur, vel periclitatur eius fama, vel gloria.*

a Capit. 23. num. 9.
b 2.2.q.73. art. 2.
c In repet. c. inter verba, 11.q.3. concl. 6.

18 Dixi, *Significatio*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio, & cum omnibus alijs verborum peccatis supradictis. Dixi, *Alicuius mali*, ad comprehendendum omne malum culpę, pœnæ, & defectus naturę, & etiam diminutionem boni. Dixi, *Cuiuspiam & non alterius*, per statim dicenda. Dixi, *Hominis non canonizati*: quia infamatio famæ & glorię Dei, Angelorum & Sanctorum, imo & creaturæ irrationalis, quatenus est creatura Dei quoad eius naturam, non est detractio, sed blasphemia, siue id fiat ad inhonorandum, siue infamandum, siue iocādum, & deridendum, secundū mentem S. Thomę *d*, licet Angeli & canonizati nostri proximi sint, iuxta S. Augustinū de doct. Christiana, relatum à S. Thom. *e* Dixi, *Inordinata*, quia nō est mala, imo bona significatio iuridica, vt dicit S. Antoninus *f*. Dixi, *Expressa siue directa*, ad includendam illam, qua directe significatur malum aliquod. Dixi, *tacita vel indirecta*, ad includendam illam, qua dicendo bonum significatur malum; qualis est illa, qua quis dicendo quod monachus est robustus, rubicundus, pinguis, artis venandi & equitandi valde peritus, significat tacitè, quod carni magis, quam spiritui seruit. Dixi, *Læditur*, & non *tollitur*, ad includendam læsionem partis famę. Dixi, *Aut periclitatur*, ad includendam significationem mali, qua non læditur fama, sed est causa sufficiens lædendi ex parte significantis, vt quum

d 2.2.q.73.a. 3. & qua. 13. art. 1.
e 2.2.q.25. art. 10.
f 2.part.tit. 8.cap.4.in prine.

significatur malum alicui non credenti illud propter suam virtutem, vel vilitatem dicentis, vel auctoritatem fide dignioris ei contradicentis. Dixi, *Fama vel gloria*; quia significatio mali, quatenus tollit honorem, non est detractio, sed cõtumelia, vt supra.

g Eod nu. 1. h 5. par. tit. 2. c. 4. parag. 11. versic. primo modo. i 2. 2. q. 73. art. 2. k Vbi supra & inf. nu. 29.

g Non addidi tamen, vt S. Thomas & Antoninus, & communis, verbum, *Aliena*; quia non solum est detractor, qui alium, sed etiam qui se ipsum infamat, vt idem Sanctus Antoninus dixit *h*, & sentit Caietanus *i*, dicentes, peccare eos, qui seipsos infamant: quamuis metu tormentorum id faciant: quod tamẽ *k* moderamur. Nõ etiam addidi, *Secreto*, vt prędicti: quia quamuis regulariter detractio in absentia fiat, potest tamen fieri in præsentia, vt sæpe fit: nam qui alteri prȩsenti malum significat, quo eum infamet, quamuis id (vt communis dicit) sit contumelia, quatenus tollit honorem, est tamen etiam detractio, quatenus famam tollit, vt idem S. Antoninus vbi supra explicauit, & probatur per illud *a*:

a Ethic. 5.

Qui furatur vt adulteretur, per se loquendo, magis adulter est quam fur.

19 Porro fama, vt hic accipitur pro bona tantum, est *existimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum vsum*. Dixi, *Existimatio*, pro genere, vt non solum comprehendat opinionem communem, sed etiam particularem & singularem vnius, vel alterius, per infra dicenda. Dixi, *qua putatur*; ad includendam existimationem, qua quis putatur habere aliquod bonum, quod non habet, vel non tantum, quantum putatur habere. Dixi, *bonus*; propter existimationem, qua putatur habere virtutes Theologales, vel morales. Dixi, *Vel habilis*; &c. ad includendum existimationem qua quis putatur habere prudẽtiam, & alias virtutes intellectuales, & literas, artes, sagacitatem, industriam, habitudinem, vires, vel alias dotes animi, vel corporis inditas, vel quȩsitas.

20 Vnde sequitur, quod fama est duplex. Altera, qua quis putatur esse bonus moraliter. Altera, qua putatur vtilis ad aliquẽ finem. Quamuis autem præfata quinque honorabilia differant inter se quoad alia, vt traditur *b*, quoad materiam tamen pœnitendi, & confitendi parum differunt: & ideo quidquid hic de lædente famam dicitur, intelligi potest de lędente alia. Famę vero & aliorum quatuor bonorum honorabilium damnum est duplex, Leue & Notabile. Leue est, quod non est notabile. Notabile autem damnum, *quod est causa, vt infamato aliquod bonum notabile animæ, corporis, vel pecuniarum auferatur, aut putetur tali bono indignus*, quod apẽrte sentit Caiet. *c* quamuis non ita explicet. Bonum autem notabile animæ, corporis aut honoris dicitur, *quod viro prudenti, & bono tale videbitur, consideratis circumstantijs personæ, loci, temporis, & alijs*: *d* quamuis supra *e* visi fuerimus determinare quantitatem damni notabilis pecuniarij.

b In dicto c. 23. num. 9.

c 2. 2. qu. 73. art. 2. d Argu. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis de offic. deleg. e Cap. primo num. 3.

21 Detractio porro diuiditur primo in septem species, secundum Alex.

dum Alex. Alensem *f*, & S. Thomam *g*. Et tres secundum Scotum *h* Sed, vt *i* diximus, reducuntur ad duas, quæ sunt significatio mali falsi, & mali veri secreti. *Secundo* diuiditur in formalem tantum, & materialem tantū, & formalem & materialē simul, vt *k* mendacium diuisimus. Formalis tantum est, *quæ fit animo lædendi, & non lædit*. Materialis tantum est *quæ lædit, & non fit animo lædendi*. Formalis, & Materialis simul est, *quæ fit animo lædendi, & lædit*. Porro quælibet detractio suo genere est peccatū mortale: quia lōge maius bonum est talis fama, quam pecunia *a*. Et læsio pecuniæ, qualis est furtū, est suo genere mortale, vt dictū est *b*: ergo & detractio. Dixi, *Famæ morum*; quia secus est de detractione famę aliorum donorum, vt mox dicetur. Est autem mortale quoties fit animo famam proximi notabiliter lędendi, aut absque tali animo eam notabiliter lædit, aut dat causam eiusmodi læsionis, aduertens aut aduertere debens probabiliter ex suo dicto aut facto tale damnum inferri, vel illatum iri. Veniale tantum est, quoties fit animo lędendi parum, aut sine malo animo parum nocet, aut notabiliter, sed ignoranter, vel sciens, vel inaduertenter, quum non teneretur aduertere *c*.

22 *Decimotertio* peccat mortaliter, qui peccatū falsum mortale alteri imponit: quia per hoc bona fama morum alicuius notabiliter læditur, nisi per aliquam circūstantiā damnum famę notabile, & periculum eius probabile excusetur. Dixi, *Peccatum*; quia detegere falsos defectus naturales: puta, quod est luscus, claudus, mācus, gibbosus, ignarus, & alia huiusmodi, quę non pertinent ad bonam famā morum, non est suo genere, nec regulariter mortale, vt prędictum est, quia id de se non infert damnū notabile famę, nec dat illi causam, vt vbi supra probamus. Dixi, *Mortale*; quia imponere, vel detegere veniale nō est de se mortale, quia de se non infert damnū famę notabile, per proxime dicta. Dixi, *De se*; quia per accidens potest esse mortale: vt cū ex impositione, vel detectione venialiū cuiuspiā fama notabiliter lędi tur. Vnde quidquid aliqui dicant, inter impositionē, & detectionem venialium & mortalium hoc interest, quod horū detectio nō infert de se dānum notabile, illorū vero sic: & ita nōnumquam hæc est mortalis, & illa venialis. Et consequenter nō est vsquequaque verū illud S. Antonini *d*, & Syluestri *e*, scilicet, detractionem, quę generalibus verbis sua natura tam mortalia, quam venialia comprehendentibus fit, non esse mortale: quia imo est, quando cū dāno notabili aut magno eius periculo fit, aut corā eiusmodi personis, de quibus credi potest, eos tā maculas mortales, quā veniales concepturos esse: nisi expresse aut tacite nō nisi de solis venialibus verba fieri admoneātur. Dixi, *Falsum*; quia lōge rarius excusatur à mortali qui imponit falsum mortale, quā qui detegit verū mortale, vt mox dicā. Per falsum autem intelligo etiam verum putatū falsum, quæ est detractio formalis tantum, quæ quoad detegentem est perinde malū, ac sit falsum

f 2. part. qu 146. memb 1. subb. fin.
g 2.2. q. 73. a. 3. ad 3.
h In 4. libro sent. dist. 15. q. 4.
i Vbi supra.
k supr eod. num. 2.
a Prou. 22. & Eccl. 41.
b Sup. cap. proximo, nu. 2. & seqq.
c Arg. ca. 2. de constit. parag. notandum. 1. q. 4. sub c. turbatur.
d In 2. part. tit. 2. c. 4. in princ.
e Verb. detractio parag. 2.

a Arg. c. homines, 22. q. 2

si falsum esset *a*. Dixi, *Alteri*; quia imponere sibi non est mortale regulariter, & de se. *b*

b Vbi infra, n. 27. dicetur

25 *Decimoquarto* peccat, qui imponit peccata venialia falsa, aut defectus naturales, vel pœnæ falsos cum talibus circumstantijs, quod inferunt damnum famæ notabile, vt ex proxime dictis colligitur. Noui quemdam virum insigniter eruditum & probum, ab adipiscendo egregio quodam munere impeditum per culpas veniales vanitatis & iracundiæ falsas: & quendam alium per defectus generis, visus, & virium naturalium falsos, ab amicitia valde vtili, & honorabili repulsum, per quod proxime dicta confirmantur.

26 *Decimoquinto* peccat, qui peccatum verum mortale secretum alterius detegit inordinate: nisi aliqua circumstantia excuset à mortali: quia licet longe grauius peccet ratione falsitatis, qui falsum imponit, quam qui verum secretum detegit; ex parte tamen nocumenti famę pares sunt, quod sufficit ad hoc, vt detractio sit mortalis, per dicta *c*. Dixi, *Secretum*; quia detegere notoria facti, vel iuris, vel famosa sine mala intentione nocendi, non est peccatum saltem mortale: quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent: nec in regione vbi deteguntur, scirentur: vt si quis in Lusitania diceret, illum, vel illum in Castella fustibus ictum fuisse, etiamsi ille sit in Lusitania præsens, & ab ijs quibus dicitur cognoscatur: vt copiose *d* probauimus quatuor fundamentis, & trium contrariorum solutionibus muniuimus, & sentit Caietanus *e*, & ante illum Ioan. Maior. *f* Addidi, *Notoria iuris*; quia quę contra ordinem iuris diuulgata fuerunt, propter infamiam diuulgari non possunt in eo loco ad quem illa non peruenit, Sotus *g*. Eidem dicendum de detectione illorum, quę cito diuulganda sunt, facta ei, qui ea cito cogniturus est, iuxta S. Thom. *h* quem ibi retulimus.

c Supr. cod. ca. num. 2.

d In dicta rep. c. Tomo 2. Opusculor. tract. 31. respons. 9.

e Dist. 21. q. 2

f Lib. 5. q. 10. nu. 2. de iust. & iure.

g In 3. libro sent. dist. 19. q. 2. a. 3. ad 1. & 2.

h In 3. libro

27 Dixi, *Alterius*; quia detegere propria peccata vera, & secreta, & imponere sibi falsa, suo genere, & regulariter non est nisi veniale: quamuis per illud notabiliter fama lædatur aut omnino amittatur, vt magister Sotus *i* explicuit, & multo ante Adrianus *k* sensit, quem ille non citat.

i Lib. de ratione tegẽdi secret. vel detegendi. memb. 1. q. 3.

k In 4. de restit. q. 35. & Quolib. 11. pag. 170.

28 Quia prodigalitas regulariter non est peccatum mortale, vt sentit S. Tho. *l* & detectio proprij peccati, non est iniustitia, sed prodigalitas famæ, iuxta glo. memorabilẽ *m*, & per alia quę adduximus alibi, vbi conciliando cũ hac opinione cõtraria Caietani diximus, illam defendi posse, quando ex ipsius infamia dãnũ animę, aut vitę proprię, aut alienę, aut honoris, aut bonorũ alienorũ sequitur. Animę propriæ, vt quando indigens notabiliter fama ad se honeste continendũ eam prodigit. Dixi, *Animæ alienæ*; vt qui pro iusto habitus, hæreses, aut alia turpissima sua delicta detegit, quod probabile est fore causã, vt alij in eadẽ incidãt. Dixi, *Vitæ propriæ*; vt qui crimẽ aliquod detegit, ob quod eiusdẽ, aut alicuius mẽbri iacturã mereatur. Dixi, *Infamiæ alienæ*; vt qui

l 2. 2. q. 120. art. 2. & 3.

m In Proœmio Gregoriano verb. prodig.

vt qui monachus, aut monialis seipsum infamant peccatis, quę ipsorum ordini, aut monasterio notabilem infamiam inferunt. Dixi, *Bonorum alienorum*; vt quum is, cuius opera ad sui gubernationem Respubl. indiget, ob illam se facit ad id ineptum. In quibus quatuor casibus nemo neget, esse peccatum mortale seipsum infamare: quia præiudicat alteri, vel sibi in his, quę iure renuntiare non potest, qualis est salus animę, & ad illam necessaria *a*. Qualis est etiam vita, & amissio membri, & corporis *b*. Aliorum vero præfatorum communis, & nostra opinio procedat regulariter extra hos quatuor casus: quamquam hæc conciliatio omnino vtrorumque mentibus non congruit: quæ omnia limitantur procedere, quum non peieratur: quia omne periurium suo genere est mortale, vt dictum est supra *c*.

29 Ex quibus sequitur à fortiori, regulariter non esse mortale de se confiteri crimina falsa, aut vera occulta ob metũ tormentorũ, cum facere illud sponte non sit tale. Est tamen mortale in quatuor casibus proxime dictis, nisi cũ aliquod tale detegit persuasus torquendũ esse, donec confiteatur, aut vitam amittat, vt singulariter & noue dixit Sotus *d*, quia in eo casu, vt ille ait, nõ tam mortis suæ dat causam, quam vna morte multas redimit, quem *e* sequuti fuimus, quamuis nunc displiceat: nisi quando certus esset per alias coniecturas, quã per minas iudicis, quod vsq; ad mortẽ torquebitur, vt quia solitus est iudex sæuire ita torquendo. Tum quia negare non possumus, hoc esse causam suæ occisioni præbere, quod nemini licet *f*. Tum quia scire non potest veram iudicis volũtatẽ esse adeo firmatam: quamuis eã verbis iratis explicet: interdum enim iudices fingere solent.

30 Dixi *Inordinate*; quia qui iuridice id facit, non peccat, vt qui iuste accusat, imo meretur, alijs circumstantijs in id necessarijs concurrentibus, vt S. Antoninus *g* tenet, & nos *h* copiose probamus, quãuis priuatæ vtilitatis causa accusat, nec secreta monitio præcedat, vt ibidẽ probauimus post Adrianum *i* & Sotum, *k* quidquid Syluester *l*, & Caietanus *m* dicant: quia iuste detegit; nisi odio, aut vindictæ immoderatæ appetitu id fiat.

31 Idem dicendum de eo, qui sine accusatione, absque tamen mortifera intẽtione detegit peccata vera aliorum secreta, quãdo & quomodo sua detectio Reip. cõuenit, quo ea puniat, aut caueat, ne proximus dãnum spirituale aut temporarium accipiat. Vt qui denuntiat hæreticum, ne corrũpat: proditorem, ne prodat: lepra, aut peste laborantem aut alio morbo contagioso, ne suo morbo alios inficiat: inhabilem, ne ordinetur, aut ei beneficium conferatur, aut ne indignus ad hęreditatẽ admittatur: latronem, ne furetur: periurum, ne suo falso testimonio noceat: aut adulterum & homicidã, vt ab alijs caueatur, & alios similes assuetos, & ad nocendũ præparatos: de quibus alibi *a* diximus: quia hoc nõ fit inordinate: quoniam iure conceditur *b*, & consequenter potest quis latronem, & furta eius occulta detegere

a Ca. iurauit. cum ei adnotat. per alios & etiam per nos, de prob. c. tene. de re iudic.
b l. non tantum, ff. de appel. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. ca. contigit. 1. de sent. excomm. gl. sing. l. pactũ inter hæredem, ff. de pact.
c Vt dictum est supra, ca. 12. num. 3.
d De ratione teg. & dete. memb. 3. qu. finali.
e Vbi supra.
f Cap. si non licet, 23. q. 5.
g 2. par. ti. 8. c. 4. ante, parag.
h Vbi supra.
i In 4. de Corr. frater. col. 17. verbo ad 2.
k In dicto li. de ratio. teg. membr. 2. q. 5 pag. 10.
l Verb. accusatio, q. 3.
m 2. 2. q. 73. art. 7.

a Vbi supra à n. 854. vsque ad num. 855.
b l. si quidẽ, c. de iniur. l. si quis, & l. eũ qui, ff. eodem cum additis vbi supra n. 848.

ad euitanda damna Reipub. & priuatorum, etiam sine correctione fraterna, si per eam non speratur correctio, alias non, nisi præuia illa, si de illis specialiter & iuridice interrogatus non fuerit, iuxta Ioan. Maiorem c.

c In 4. libro sent. dist. 25. q. 2.

d S. Thom. 2. 2. q. 70. a. 1.

e Vbi supra, num. 702.

f Prou. 24.

g Lib. 5 q. 7. art. 1. de iust. & iur.

h Vbi supra num. 698.

32 Vnde non peccat, qui causa vitandi damnum corporale, aut spirituale innocentis crimen alterius detegit: nam Paulus sciēs Ioannem equum futatum fuisse, cuius Petrus falso accusatur, & iniuste condemnabitur, nisi Paulus peccatum secretum Ioānis detegat, si ob id Petrus liberādus fuerit, detegere tenetur *d*, & latius tradimus *e* per illud *f*: *Erue eos, qui ad mortem deducuntur*: & alia, quod postea tenuit Sotus *g*. Sic etiam non peccat, qui vt testis corā suo iudice & superiore delicta & defectus proximi detegit: quia hoc non detegit inordinate, vt late *h* probauimus. Nec qui sua delicta, culpas, & defectus suo iudici, & superiori confitetur, quando, cur & quomodo iure diuino & humano

i Vbi supra. potest aut debet: quia hoc non est detegere inordinate, vt *i* copiose probo, multa peculiaria de hac re attingendo.

33 Dixi, *Nisi aliqua circumstantia excuset à mortali*; tunc enim non esset peccatum, aut nō nisi veniale. Vtcum quis peccata mortalia eius, qui se de illis iactare solet absque intentione eū lædēdi

k Vbi supra. detegit, quia eius fama saltem notabiliter non læditur, vt *k* diximus: & qui absque intentione lędendi detegit personæ, quæ non oberit, & forte proderit: qualis est is, cui dicere perinde est, ac nulli dicere; quales etiam parentes & alij, qui credūtur nullatenus nocituri, nec publicaturi *l*. Quare illud Caietani *m*, detectio mali parenti facta non est peccatum, limitandum est, nisi

l Cap. hoc videtur 12. q. 5.

m 2. 2. q. 73. a. 2. huiusmodi peccatum esset, & eiusmodi parens, vt detectio facta ei plus, vel æque noceret filio, quam facta aliis.

34 *Decimosexto* peccat, qui inuenit scriptum, in quo aliquis sua peccata ad memoriā suę confessionis scripserat, & ea diuulgat; nisi essent talia peccata, quorū euulgatio parum famę noceret. Idem de illo, qui legit, etiā si nō diuulget schedulam, in cuius principio scriptū erat: Memoriale meorū peccatorū, aut aliud simile, quod scire teneretur eius auctorē nolle ea ab alio legi, vt

n Tuc. sacerdos, de pœn. d. 7. n. 8. & 9. *a* diximus: quia licet forte non inueniat notabiliter lędentia, dat tamen iustam lædendi causam, quod sufficit, per prædicta.

35 *Decimoseptimo* peccat, qui libellum famosum componit, in illo peccata aliena falsa aut vera occulta scribens, & in publicum proijcit, quo legatur, aut talem libellum inuenit, & non rupit, sed diuulgauit *b*.

b 5. q. 1. c. 1. & 2. l. 1. C. de lib. fam.

36 *Decimooctauo*, qui peccata aliena vera, vel falsa audita ab alijs aliter quam audiuit, augendo illa, vel certitudinem illorum notabiliter alijs refert, quia perinde facit, ac si tamquā à se visa

c Arg. c. dudū 3. de elect. referret: & ita idem est iudicandū de vtroq; *c*. Dixi, *Aliter &c.* quia alioqui non peccaret, saltē mortaliter, si alias non intendit famā eius notabiliter lędere, nec lędit, nec dat causam iustā læsioni, & nō affirmat illud verū esse, nec scire, sed solum audisse,

nec ali-

nec aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi interueniat: puta auctoritas personę cum additione aliquorum rē certiorē facientium, quibus probabilis causa credendi audientibus præbeatur, vt *d* dictū est. Dixi, *Absque animo notabiliter lædendi*; quia ille non solum hoc, sed quodlibet aliud colloquium facit mortale, per dicta supra *e*, quamuis adderet se non credere.

37 *Decimonono* peccat, qui audit detrahentem mortaliter, assentiendo, vel non resistēdo, quum id facere deberet: nam qui audit detrahētē, plus & minus æque atque ille peccare potest, & etiam mereri: qui enim audit incitando alium, & interrogando quo diceret, potest plus, quā qui dicit, peccare, iuxta Adrianū *f*, per decretū Vrbani *g*, quod tamen nō loquitur de eo, qui audit & est causa mali, sed de eo, qui malum non esse defendit: & ob id melius probant duo capitula S. Augustini *h*, vt *i* diximus: qui autē audit, nec præbendo ad id causam, nec impediendo eo se delectans, tantum, quantum, qui dixit, ceteris paribus, peccat, iuxta S. Tho. *k* Qui tamen audit sine assensu & delectatione, quod ita detrahatur, licet non contradicat ob verecundiam, aut aliā nō prauam rationem humanam, non peccat mortaliter nisi in tribus casibus, iuxta S. Thomam *a*. *Primus*, si est superior, puta, iudex, parēs, aut magister, qui resistere tenetur. *Secundus*, si aduertit ex eo magnum damnum dicenti, vel alteri euenturum vltra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. *Tertius*, quando fama eius, cui detrahitur, notabiliter læditur, vt *b* post S. Antoninum, & Caietanum *c* probauimus: qui vero resistit verbis, aut gestu tristi, aut alijs signis ad illud idoneis, regulariter meretur, vt ibidem addimus.

Vigesimo peccat, qui interrogatus de vita, & moribus alicuius, vel alias cū teneretur ad notificādas virtutes illius, tacet eas cū eius notabili dāno boni quæsiti, vel quęrēdi, per supradicta.

38 *Vigesimoprimo* peccat, qui iudex inquirit specialiter, vel per viā inquisitionis procedit contra aliquem, nulla præcedente infamia, quia intendit lædere famā illius, aut lædit, aut dat causā læsioni inordinatæ cōtra iura, quæ prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquē iusta infamia non præuia *d*. Nec sufficit, quod sciat esse duos, aut tres testes, quibus eius delictū probari possit *e*, & à fortiori minus, quod sint aliqua indicia, & *f* euidenter probauimus *g*, quod Sotus *h*, & Caieta. non satis diligenter aduerterunt propter dictū quoddā S. Tho. non bene intellectū, vt ibi declaramus. Dixi, *Specialiter*; quia generaliter inquirere potest, nulla persona, nec vllo delicto expresso *k*. Dixi etiam, *Per viam inquisitionis*; quia per viam accusationis legitimæ potest, vt supra dictum est. Sufficit autē, quod delictum sit notorium, licet delinquens sit occultus, ad hoc, vt quæri de eo possit generaliter, sed non vt quæratur nominatim, an ille, aut ille id fecerit, & ibi cōtra prædictos cum Innoc. communiter recepto diximus, & latius, & neruosius Cō. rubricæ *l*.

d In dist. rege nu. 450.
e Eod. c. n. 1.
f Quolib. 11. quæst. 2.
g Capit. qui aliorū, 24. q. 5
h Cap. ille c. qui exigit, 12 q. 5.
i Vbi supra.
k 2. 2. q. 15. art. 4.
a Iu d. q. 75. art. 4.
b Vbi supra n. 548. & 549.
c Verb. detractio.
d Cap. super his & c. qualiter & quādo, 2. de accus.
e Per ca. inquisitionis eod. tit.
f Vbi supra.
g Num. 580.
h De ratio. reg. memb. 2. q. 6. vers. at vero, & clarius paulo post, verbo tertium dubium.
12. 2. q. 69. 2. 2
k l. congruit ff. de offic. præsi. & c. 1. de offic. ordin.
l De iudic. à num. 77.

39 *Vigesimosecundo*, qui iudex interrogat reum post confessum delictum de socio, aut auxilium præbente, si adhuc erat occultus, extra casus infrascriptos, in quibus id facere licet, eadem ratione qua supra. Idem eadem ratione de reo, qui socios occultos indicat extra casus prædictos, vt *m* diximus.

Vigesimotertio peccat, qui Prouisor, Vicarius, aut Officialis generaliter omnibus subditis præcipit, vt qui viderunt, aut audierunt talem delinquentem, denuntient, secundū Sotū *n*, ratione supradicta: quia id est contra ius, per quod subditi non tenētur denuntiare delinquentē, vt eum puniat, sed vt damnum, quod fecit restituat, quod potest restitui absq; eius denūtiatione. Oppositum tamen melius visum fuit *a*, & idem nunc videtur, tum quia talia mandata generalia intelligenda sunt secundum ius *b*, & intelligenda sunt salua fraterna correctione: & consequenter quando ea est necessaria, iuxta S. Thom. *c* cōmuniter receptū, hoc est, si fur, aut læsor secreto admonitus noluerit restituere.

Tum quia vsum ferendi eiusmodi mandata recepisse videtur Ecclesia. Tum quia Caieta. *d* dixit non peccare iudicem interrogando reum iam confessum suum delictum de socijs generaliter, quando sunt tales, de quorum alijs potest interrogare, de aliis non, si eius intentio non sit interrogare, nisi de illis, de quibus iure potest & debet. Tum quia illic affatim eius fundamētis respondimus, quamuis fateamur, melius fore, vt iubeat sola illa, quæ sunt notoria, vel publica per famam denuntiari *e*.

40 *Vigesimoquarto* peccat qui Prælatus, Iudex, Visitator, aut quius alius priuatus procurat, aut vult noscere peccata secreta alicuius, à quo, quando, cur & vbi non debet, aut qui cōpellit carcere detentum ad statim iurandū se dicturū verum in omnibus de quibus interrogatus fuerit, & interrogat particulariter de omnibus & singulis casus partibus ob quem carcere detinetur ratione supradicta, & hi plus peccāt, quam qui audiunt simpliciter detractionem mortalē cū assensu, quoniam illi sunt tāta, vel maior causa detractionis, quam qui cū simplici assensu audiunt detractionem mortalem; & supra dictū est, peccare mortaliter eum, qui cum assensu detractionem mortalem audit.

m vbi supra, num. 585.

n vbi supra, pag. fin.

a In d. rep. conclus. 6. b l. si procurator, ff. de condict. indeb. c. causam quæst. de rescript. c 2. 2. qu. 33. art. 1. ad 1. d Tomo 1. Opusc. Tra. 31. respons. 5. ad 1.

e Iuxta cap. qualiter, & quando, 1. cū ei adnōt. de accusat.

f In repet. c. inter ver. 11. q. 3. concl. 4. g In c. quisquis, 5. q. 1. h Prouer. 21. & Eccles. 41. cum aliis relatis vbi supra nu. 218. i Cap. peccatum, de reg. lib. 6. cap. fures aliena, 14. q. 6. k 2. 2. q. 62. ar. 1. l 2. part. tit. 9. c. 2. parag. 3 m In 4. lib. sent. dist. 15. n In summa de pœnis vers. quid de accusatore.

Fama quomodo restituatur, aut condonetur.

41 *Vigesimoquinto* peccat, qui non vult restituere damnum famę notabile datum iniuste à se, vel ab eo, cuius hæres est, alteri illud non condonanti, si nulla causa excusat; quia damnum famæ necessario restituendum est, vt late *f*. probamus. Tū per textum memorabilem *g*. Tum quia bonum famæ maius est, quam bonum pecuniarium *h*, & damnum boni pecuniarij necessario est restituendum *i*. Ergo & damnum famæ, vt tenent S. Thom. *k* S. Antoninus *l*, & communis, S. Thomas, Richardus & alij *m*, & Hostiensis *n*. Vnde licet abūdantia boni pecuniarij

cuniarij ei, cui de
tem statim excuse
imo ad restituend
probat. Quin c
num peccatum, h
cat, sic ad restituti
bat, & S. Thomas
hoc Palud. *a* fine
43 Imo & qui o
stituere non pote
curit, aut manum
gem diuinam *b* re
Nec infamans exc
eo quod in alijs d
iuxta eundem *c*,
quod infamatus s
falsitatem eius,
eorum apud quos
opinione, eo quo
Adrianum *f*. Quo
sequimur, quia ei
tuendum damnu
tus manst, sed no
Porro addo *prim*
Respublica damn
nem famę suæ, qu
h, & S. Thomam *i*,
positam vbi supra
Addo *secundo*, q
rante infamia, non
tum prudenti & b
quod nostro iudici
di, & non de dam
44 Dixi, *Damnum*
dari non potuit, v
lens nocere, noxa n
restituere, per sæpe
quos animo infam
ctam, quæstum, au
opinionem non co
tur restituere fama
vt Adrianus deter
Addo *tertio*, quo
aliū, alterius famā
les multos in Curiis
45 Addo *quarto*, qu
bet eā restituere, a

cuniarij ei,cui debetur, interdum debitorem à restituendo, saltem statim excuset, abundantia tamen bonę famę non item, imo ad restituendam eam magis obligat, vt recte Ioan. Maior o probat. Quin etiam sicut qui notabiliter famam lęsit per vnum peccatum,habentem alia notoria peccata mortaliter peccat,sic ad restitutionem damni tenetur,vt recte Adrianus p probat,& S.Thomas q sentit,perpendens id Caietan. quidquid in hoc Palud. a fine senserit.

43 Imo & qui ob vitę periculum,aut alias rationes famam restituere non potest,eam compensare tenetur, vt qui alium percurit,aut manum abscindit,quam restituere nō potest, iuxta legem diuinam b renouatam c, & declaratam ibi per Doctores d. Nec infamans excusatur saltem quando mentiendo infamauit, eo quod in alijs duplo,vel triplo magis eiusdem famam augeat, iuxta eundem e, vt ibi supra diximus. Nec etiam excusatur, eo quod infamatus se ab infamia liberauerit suis optimis factis, falsitatem eius, quod sibi impositum fuit,docens ,aut abolita eorum apud quos infamatus fuit mala,quam ipsi conceperunt, opinione, eo quod vanitatem detrahentis intellexissent, iuxta Adrianum f. Quod quamuis g sequuti fuimus,nunc tamen non sequimur, quia eius rationes solum probant teneri ad restituendum damnum,quod infamatus accepit, quamdiu infamatus mansit,sed non ad famę iam recuperatę restitutionem.

Porro addo *primo*, quod infamatus, quando ex sua infamia Respublica damnum capit, tenetur ad procurandam restitutionem famę suæ,quando est persona publica,iuxta S.Gregorium h,& S.Thomam i,& declarationem cuiusdam dicti S.Augustini k positam vbi supra l.

Addo *secundo*, quod damnum acceptum à male infamato durante infamia,non est integre restituendum,sed tantum, quantum prudenti & bono viro visum fuerit, secundum Sotum m, quod nostro iudicio intelligendum est de damno boni quęrendi,& non de damno boni iam quæsiti n.

44 Dixi,*Damnum datum*,quia volitum,& non datum,eo quod dari non potuit, vel pœnituit, non est restituendum , quia volens nocere,noxa non sequuta peccat quidem, sed non tenetur restituere, per sæpe dicta o. Vnde qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi eum,etiam per inuidiam,odium,vindictam,quæstum,aut aliam rationem iniustam,si illi ob id malam opinionem non conceperunt,nec bonam amiserunt,non tenetur restituere famam,quia eam non abstulit, licet in eo peccet, vt Adrianus determinauit,quem sequimur p.

Addo *tertio*,quod tenetur restituere,qui immodice laudando aliū, alterius famā notabiliter extenuat,secundū eundē q, quales multos in Curiis,aulis,scholis, imo & religionib⁹ reperias r.

45 Addo *quarto*,quod qui famam alienam mentiendo læsit,debet eā restituere,asserēdo se fuisse mentitū, aut saltē dixisse falsum,

o In dicta d. 15.q.16.
p Quod.l.11. q.2.a.9.73. art.1.
a In 4.d. 19.
b Exod.22.
c Per ca.1. & de iniur.
d Et l. ex hac ff. ad quadr. pau.S.Tho. 2.2.q.62. ar. 2.& in 4.re- ceptus ab alijs,dist.15. q.1. art.6.
e In 4. libro sent. de restit.q.14.
f In dicta q. 34.
g Vbi supra num.881.
h Homil.9. super Ezechiel.
i 2.2.q.72. art.3.
k In ca.nolo, 12.q.1.& ca. non sunt audiēdi,11.q.3.
l Num.268.
m lib.4.q.6. art.3. de iust. & iur.
n Arg.c.fi. de iniur.
o In c.præced. & vbi supra n.685.
p Quod.11. literæ Ro.
q Vbi supr. num.773.
r In dicto Quolibet. col.penul.

sum, imo & testes adducere, si opus fuerit, quo eis dissuadeat, quibus contrarium persuasit, secundum Sotum *a*. Quorum postremum durum videtur nobis putantibus satis esse iurare si alias ei non crederetur. Tum quia maiorem causam dat credendi reuocationem iurando eam, quam dederat credendi falsum, quod eis sine iuramento dixerat. Tum quia numquam fuit in vsu. Tum quia testibus tunc demum ad summum esset opus, quum esset suspicio illum ad reuocationem precibus vel pretio, & non conscientia inductum.

Addo *quinto*, quod etiam infamans detegendo delictum verũ occultum restituere tenetur iuxta S. Thomã *b* communiter receptũ, non quidẽ asserendo se falsum dixisse, sed male loquutũ fuisse: quod non sufficere dixit Hostiensis *c*. Et ideo Ioan. Maior *d* asserit oportere, & satis esse ita dicere: Quando tale delictũ de tali dixi, illud verum existimabam, sed adhibita postea diligentia inueni me præue loquutũ. Qui modus licet aptior sit, quia nullum mendaciũ continet, neque ex eo tam facile, atque ex communi colligi potest verũ esse id, quod male dictum fuit, non tamen videtur tutus quoad viros prudẽtes & doctos, apud quos præstaret restituere laudando sæpius virtutes, quas habet, eis persuadendo, vt pro tali habeant, nulla mentione facta mali antea per eum detecti, licet vere, iuxta Caietanum *e*.

46 Addo *sexto*, dicere Sotũm *f*, eum, qui verum dicendo infamat, non teneri ad tantã restitutionem, ad quantam qui mentiendo id facit. Quod nõ videtur nobis tutũ; quia licet plus peccet, non tamen plus nocet. At restitutio, cũ actus sit iustitię, vt *g* dictũ fuit, potius respicit nocumentum, quam modum nocendi. Dixi, *Ab eo cuius hæres est*; quia hęres detractoris non solũ in iudicio exteriori, sed etiam in interiori tenetur restituere, secũdum Adrian. *h* id efficaciter probantẽ & asserentẽ, ita mortaliter peccare hæredẽ, qui prædictam cõpensationem pro defuncto nõ facit, ac si nõ solueret alia debita. Dixi, *Condonanti*; quia obligatio restituẽdæ famæ ab infamato cõdonari potest, vt sentit S. Antoninus: & eũ non referens illud exprimit Adrianus *k*, & post hunc Sotus *l*. Tum quia potest quis dãnum suorũ bonorum condonare regulariter, secund. gloss. receptã *m*; & fama est de bonis nostris. Tũ quia potest quis remittere quod sibi debetur in casibus à iure nõ prohibitis, ex quibus hic non est *n*. Cõtrarium tamen tenet Caietanus *o*, & Ioan. Maior. Ad quorum fundamenta respõderi potest, *primo*, concedendo peccatũ esse se ipsum sine causa infamare, & etiam interdum infamiam cõdonare, sed negando ex hoc casu sequi eius remissionẽ non valere, quia etiã interdũ peccat, quia amittit sua bona, aut debitũ remittit *a*, eius tamen remissio valet, si aliud nõ obstat. *Secũdo*, quod damnum infamiæ principaliter tãgit infamatũ, & minus principaliter bonum publicum, & sufficit condonatio eius ad quem dãnum principaliter pertinet *b*, cum adductis ibi late per

Hippol.

a Lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur.

b 2. 2. q. 62. a. 2. & in 4. lib. sent. dist. 25. q. 2. a. 5. ad 2.

c In d. verb. quid de accusatione.

d In d. dist. 25. qu. 16.

e 2. 2. q. 72. art. 3.

f Lib. 4. q. 7. art. 3. de iust. & iur.

g Supra cap. 17. num. 6.

h Quolib. 11 i 2. part. tit. 2 c. 1. parag. 3.

k In 4. de restit. q. 33. Quolib. 11.

l De ratione teg. vel de leg. secr. mẽbr. 1. qu. 3.

m Verb. restituat, cap. peccatum, de regu. iur. li. 6. m Cap. statutum parag. si quid adiuncta gloss. de reser. l. 6. et sigit. de censi. 50. l. per totũ ab speciali.

o 2. 2. q. 73. a. 2. & in summa verb.

p In d. dist. 25. q. 16.

a Cap. quod dicam 4. q. 4. Archi. in c. sicut hi, 47. dist. b Ca. quamuis pactum iunctæ gloss. de pact. lib. 6 gloss. l. de vno de re iudic.

Hippol. nam si mille modij tritici mihi ab aliquo comburãtur, non solum mihi, sed etiam ciuitati damnum fit, & pauperibus, qui sibi de eo prouidere de emptione, aut eleemosyna potuissent; sed quia ad me solũ principaliter pertinent, & ad ciuitatẽ & pauperes minus principaliter, mea sola condonatio comburentẽ illos liberat, vt copiosius *c* diximus. Opinio tamen Maioris & Caietani posset habere locũ in illis quatuor casibus, in quibus supra *d* dictũ est peccare mortaliter eũ, qui sese infamat. Per quæ respondetur ad noue quæsitum, quod non solum potest condonari aliquando famæ restitutio, ad hoc vt condonatio valeat, sed etiam ad hoc, vt condonatio sit iusta, & meritoria, quando scilicet fit iusta de causa, & alijs circumstantijs concurrentibus, cum quibus etiam alterius debiti remissio est meritoria *e*. Dixi, *Alteri*; quia nemo tenetur eam sibi restituere, nisi in prędictis quatuor casibus in quibus remissio famæ non valet, & detractio est peccatum mortale.

c Vbi supra. n. 878. & 885

d Num. 28.

e Iuxt gloss. c peccatum de reg. iur. lib. 6.

47 Ad *primum* noue hic quæsitum, An qui se mutuo infamarũt per compensationẽ à restituendo excusentur: Respondeo negatiue. Tum quia non videtur esse locus in hoc compensationi per dicta Panor. post alios *f*. Tum quia damnum illi illatum per reciprocã infamiam non tollitur, sicut debitum vnius per debitum reciprocũ alterius *g*. Ad *secundum*, quod condonatio infamiæ factæ petenti generaliter veniã omnium detractionũ excusat restitutionẽ earũ, ad quas verisimilis intentio cõdonantis extenditur, & non aliarũ *h*. Ad *tertium*, quod infamatus conuersando familiariter cum infamante videtur quidem remittere iniuriam *i*, non tamen obligationem restituendi sibi famã, quã abstulit: sicut nec alius creditor per conuersationem cũ debitore remittit debitum *k*. Dixi, *Cessante causa*; quia sunt aliquot causæ ab hac restitutione excusantes *l*, è quibus est iustus timor mortis & salutis, quamuis teneatur ad resarciendum damnum alia via; quia quatuor sunt bonorum ordines, videlicet, animæ, corporis, famę aut honoris, & pecunię, & bona primi ordinis sunt potiora bonis secundi, & secundi potiora tertij, & tertij potiora quarti, vt tractauimus: & nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quamuis sic cum iactura bonorum eiusdẽ, aut inferioris ordinis, vt singulariter Caietanus *a* determinauit. Cuius determinationẽ in hac traductione *b* defendimus aduersum Sotum *c*.

f In c. bona fides, de depos.

g l. 1. ff. de compensat.

h In Arg. l. cum Aquil. ff de transa. & l. non solũ parag. 2. ff. de iniur.

i l. cum de indebito, ff. de prob.

k l In d. reper. conclus. 4. & seq.

a 2. 2. q. 62. a. 6. ad 3. & in paruis Opusculis l. 37. resp. 14.

b Supra cap. proximo, n. 89 & seq.

c Lib. 4. q. 6. ar. 3 de iust. & iure.

Ad dubium autẽ, quod videtur hoc consequi, An hic, qui suo mẽdacio fuit causa, vt alius perderet maxima bona, excusaretur à restituendo, si restitutis eis perderet locum bonoris, quẽ habebat in populo ratione diuitiarum: Respondeo concedendo sequelam, quoad talem restitutiouem, quæ non posset fieri sine tantę falsitatis detectione, non autem quoad aliam *d*. Porro ex eisdem causis est tãta obliuio dictę infamationis, vt perinde sit, ac si numquam dictum fuisset, secundum S. Antoninũ *e*, ne pro

d Iuxta cap. officii de pœn. & remiss. supra c. 19. num. 45. declaratum.

restitutio.

restitutione famæ reuocatio infamię fiat, quãuis mea sententia resarcire deberet iudicio boni viri, pecunia, beneficiis, aut laudibus damnum, si quod à tempore illatæ infamiæ vsq; ad eiusdẽ obliuionem fuerit passus. Dixi, *Ac si nũquam dictũ fuisset*; quia si qua eius memoria restat, restitui debet. Tum quia singulariter Caietanus *f* determinauit, eum, qui adolescẽs falso apud æquales iactauit se cum tali puella rem habuisse, & postea senex illius peccati & dãni, quod proximo intulit, recordatus est, apud eosdem mendaciũ reuocare teneri. Tum quia difficile est certo scire, id in perpetuam obliuionem venisse, cum quod quis vno die non meminit, altero die recordetur. Tum quia interdum tanto firmius credimus, quanto quis detractionem, quã fecit post tot annos, & post tam frequentem confessionem, ac communionẽ non curat reuocare. Adde, quod Caietanus sentit huic moderationi non esse locum, nisi in detectore veri secreti, nam secundũ ipsum impositor falsi tenetur ad restitutionem, nõ obstante obliuione: quod durum nobis videtur: deberet enim sufficere saltem quærere ab eo apud quem id imposuit, num alicuius delicti, quod de tali dixisset, meminisset? & si responderet negatiue, eum rogaret, ne ob aliquod suum delictum eum peiorẽ putaret, testans sine aliqua expressione falsum sibi dixisse.

c 2.part.tit.8 c.2.parag.3. f In 2.2. qu. 62.a.2.ad 2.

48 Ex eisdem est etiam diuulgatio eius, quod male detectum fuit, facta alia via, quamuis teneretur restituere damnum, interiecto tempore à tempore infamiæ vsque ad diuulgationem acceptum, vt singulariter sentit Adrianus *g*, & nos probamus *h*. Dixi, *Iuste*, ad significandum, quod sicut nullus lædens iuste famam alterius, vel suam peccat, ita nec tenetur ad restitutionẽ; non autem ad significandum, quod omnis, qui detrahit iniuste, ad id tenetur; excusatur enim ob prędictas causas, & quoties non dedit iustam causam credendi, vel non fuit ei adhibita fides, vel læsio fuit parua.

g In 4 de restit. q.33. h Vbi supra à nu 619. & à num. 864.

49 Vnde non obligatur accusatus de vero crimine secreto, ad restituendum famam, quam accusator amisit, eo quod illud nõ probauerit, si illud confiteri non tenebatur, quamuis negando peccaret. Nec etiamsi confiteri tenebatur, si non respondet accusatorem calumniari, sed decipi. Nec quãuis respondeat calũniari, si sibi non credatur, eo quod iudices, & alij credunt, accusatorem (quamuis intentum probare non potuerit) cõtra suam conscientiam non accusasse, vt pulchre hęc omnia Caietanus *a* probauit. Et contraria communis *b* & aliorum *c* procedere potest in accusato, qui ad confitendum crimen obligatus non solum illud negat, sed etiam affirmat suam accusationem calumniosã esse, & id persuadet, quidquid Caietanus *d* de hac re subtiliter magis, quam secure disputet. Ad noue hic quęsitũ respõdeo, eum, qui ad pœnam debita minorem à iudice dãnatur, eo quod negat veritatem, quã tenebatur confiteri, non obligari in conscientię foro ad subeundam eam ad quam damnatus fuisset confes-

a 2.2. q.62. art. 2. ad 2. b Richard. Scoti, & aliorum, dist 15. art.5.q.1.& Scoti.q.4. a.3. c In aliis quæstionibus ibidem. d Vbi supra.

confessa veritate, quia in eo non tenetur ad pœnam, donec à iudice damnetur e. Dixi, *ad pœnam*, quia debitum, & interesse citra condemnationem, imo & post iniquam absolutionem debetur *f*.

e Iuxta glos. receptam in ca. fraternitas, 12. q. 2. & S. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 3. pro quibus text. in parag. in hac sub c. fine, 33. q. 2.

f Inno. cum communi in c. quia vtrique, de immun. Eccles.

30 Nec ité obligatur, qui delicta aliena à se audita otiose, absq; tamen affirmatione solum refert, quamuis audientes ea credãt, secundum Adrianum *g*, & Syluestrum *h*, quia nõ dat eis iustam causam credendi, nisi circumstantia personæ, vel alia eam iustã efficeret, & nisi referens existimet, aut existimare debeat, quod audientes ea ita credent, perinde, ac si affirmaret, per rationes positas *i*, nec qui stulte refert delictum scientibus illud, quamuis tunc de illo non cogitent. Nec quando, qui dicit, adeo leuis est, & qui audiunt, adeo graues, vt eius dicto nihilo moueãtur. Nec quando is, in quem dicitur, adeo vilis est, & absque aliqua fama in illa materia, vt nullam notabilem iacturam faciat *k*. Nec qui peccatum alienũ cum tali sui auctoris pœnitentia refert, vt absque aliqua infamia eum honoret. Nec qui solam occasionem remotam infamiæ præbuit: vt qui ioco quandam monialem interrogauit, Cur filium suum ad fores Ecclesiæ, aut xenodochij exponi fecisset? & illa apud Deum, & homines valde quæritans apud aliquos in prauam suspicionem venit. Nec etiam iuxta Sotum *l*, detractor conspicuus, & dignitate antecedens, restituere tenetur famam alicuius hominis infimę sortis, quia, vt ipse ait, eum excusat pretiosæ famæ amissio, quam in eiusmodi restitutione faceret, vt à restituendo aliquo exiguo bono quis excusatur ob magnam iacturam suorum, quam ob id faceret. Quod vt nouum, ita videtur durum in praxin deductum, nisi alia iusta compensatio fieret, aut obtineretur condonatio.

g Vbi supra, eod. ti. sub §. h Verb. detractio, q. 4. i In dicta cõclus. 4. k Iuxta Adrian. in dict. Quolib. 11.

l Lib. 4. qu. 6. art. 3. de iust. & iur.

De detectione siue reuelatione secreti.

51 *Secretum confessionis non reuelandum, etiam metu mortis, nisi vno casu.*

52 *Secretum quid, & quotuplex & cuius detectio mortalis.*

53 *Epistolæ clausæ quæ apertio mortalis.*

54 *Secreta pernitiosa reuelanda, non autem alia, etiam metu.*

55 *Confessio quæ multis videtur, & non est Sacramentalis.*

56 *Correctio fraterna quando non necessaria.*

56 *Fama proximi seruanda, quando aliter ipsa potest seruari.*

57 *Reus quis confitendo crimen non peccat.*

57 *Reus quis consortes tegere, aut detegere debet.*

58 *Confessarius quos reos se, & consortes reuelare iubebit.*

59 *Iudex qui reum de se, & consortibus interrogando, & torquendo peccat.*

60 *Secretum nulli nexium, etiam iudici iubenti non reuelandum.*

61 *Reuelatio mali proprij, & neglectus famæ quæ mortalis.*

62 *Secreti promissi detectio peior, quam non promissi.*

51 *Vigesimosexto* peccat confessarius, vel quiuis alius, qui detegit aliquod peccatum, quod iuste, aut iniuste medio confessionis Sacramentalis didicit (quamuis sit veniale) absq; facultate iusta de causa à pœnitente facta. Et consequenter etiã interpres confitentis lingua confessario ignota. Et laicus, cui aliquis in extrema necessitate confitetur, & doctor, à quo consilium de confessis petitur. Et qui se confessarium finxit, quo alicuius peccata nosceret, etiam si tormentis adactus, & quamlibet maximo metu mortis id fecerit; quia omnes isti obligantur ad subeundum potius mille mortes, quam id facere, vt prædidus Doctor *a* dixit, & nos ante ipsum copiose *b* scripsimus.

a Lib. de ratione teg. memb. 3. qu fin.

52 Pro cuius, & aliorum declaratione dico *primo*, quod secretum in genere definiri potest *esse id, quod à nemine, vel à tam paucis scitur, quod neque est famosum, neque notorium*, ex mente S. Thom. *c* & eiusdem, & Scoti *d*, & Caietani *e*.

b In c. sacerdotes, de pœn dist. 6. à n. 116 vsque ad nu. 193. & post ipsum in di. repet. conclus. 6.

c 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2.

d In 4. libr. sent. dist. 21. ibi recept.

e 2. 2. q. 11. art. 3.

Dico *secundo*, quod diuiditur in secretum, quod de se ab vno solo sciri potest: quales sunt soli, & omnes actus interiores animę hominis; & in secretum, quod de se à plurimis sciri potest: quale est omne occultũ cuius detectio noceret animę, corpori, honori, vel famę, vel fortunis alicuius *a*. *Secũda* est, cuius celatio à sciẽte expresse, vel tacite promissa est. Tacite promittitur, cum id colligitur ex modo dicendi secreto, nulla de celando expressa promissione facta, vt doctor subtilis *b* sentit. *Tertia*, ad quam celandam lex diuina positiua confessionis Sacramentalis obligat *c*. Tale est omne peccatum Sacramentali confessione detectum.

a Ca. si peccauerit, 2 q. 1. & notatur in c. qualiter, & quando, 1. de accus.

b Vbi supra.

c De qua supra ca. 8. n. 3.

Dico *tertio*, quod *prima* species secreti præcipitur illa lege naturali generali de nõ nocẽdo proximi animę, corpori, honori, vel famę, aut fortunis, quę decerpitur ex septẽ præceptis secũdæ tabulę Decalogi *d*, quæ probãt non esse nocendũ proximo aliquo modo. *Secunda* vero prohibetur lege naturali de præstãdis promissis *e*. *Tertia* vero etiam per legem diuinam positiuã de seruando secreto cõfessionis, & ideo tam obligat, quam alię duę, quia obligat quotquot illud directe, aut indirecte sciũt sub pœna peccati mortalis in omnibus casibus, vno solo excepto, scilicet quando pœnitens iusta de causa illius detegendi facultatẽ facit, vt *f* late probauimus. Et secunda magis obligat, quam prima, quia obligat in omnibus casibus, in quib⁹ prima, & aliquot alijs: nam qui promisit seruare secretum, ex quo seruato graue dãnum alteri non infertur, nõ debet detegere illud, etiam præcipiente superiore. At prima species non æque obligat: quod enim quis scit aliter, quam per secreti cõmissionem, tenetur reuelare superiore præcipiente, etiãsi ex eo seruato nullus læderetur, secundum S. Thomam. *g* Verum est tamen quod promissio seruandi secreti parui momenti non obligat, nisi ad summũ

d Exod. 20.

e l. 1. ff. de pact.

f In d. ca. 8. diximus, & in d. c. sacerdos, à num. 30.

g 2. 2. q. 70. art. 1. ad 3.

ad venia-

ad veniale, vt recte Caietanus dixit *h*. sicut nec secretum de occultis parui momenti, & venialibus obligat ad maius. Nō enim magis peccatur detegendo risum tuum immoderatum veniale secreto mihi dictum, quam si risum eundem secreto à te sumum detegerem, secundum eundem.

h In dicto art. 1.

Dico *quarto*, quod omnis detectio peccati confessione Sacramentali decreti, aut per eius medium scitu, est peccatum mortale, excepto casu prędicto, siue illud secretum sit, siue publicum, siue graue, siue leue, secundum omnes: Quamuis interdum sit mortale triplici ratione: vt cum peccatū detectum est occultū, & graue, quia eius celatio est tacite promissa. Interdum duplici: vt cum est publicum, & leue. Interdum vero vna tantum: vt cū est leue per prędicta: veluti quādo peccatū confessum est parui momenti, aut publicum, tunc enim non est peccatum mortale, nisi per legem diuinam & canonicam, quamuis sit veniale ob eius secretum tacite à confessario promissum. Vnde videtur, quod confessarius, qui reuelaret peccatum graue, teneretur cōfiteri circumstantiam prædicti duplicis, vel triplicis vinculi, si adesset, per prædicta supra *a*.

a Cap. 6.

Dico *quinto*, quod detectio secreti aliarum duarum specierum est mortalis, nisi fiat in casu à iure permisso, aut res sit tam parui pōderis, quod eius detectio nemini notabiliter noceat, & absq; intētione notabiliter nocendi fiat: quia quamuis id obuiet legi naturali prædictæ de non nocendo, nec reuelādo malo secreto, vel secreto commisso, propter tamen paruitatem damni desinit esse mortalis, sicut mēdacium etiam est contra illam, & non est mortale, nisi sit notabiliter nocens, vt dictum est supra *b*. Et furtum paruę rei contra legem quidem naturalem est, non est tamē mortale, per prędicta *d*. Ratio autem, quare detectio peccati, etiam leuis confessi sit mortalis, est quia licet per eā parum lædatur proximus, plurimum tamen lædit ur Sacramentum confessionis, & publica vtilitas, quatenus retrahit pœnitentes à cōfitendo, ne confessa peccata publicentur, quæ colligitur ex iure Canonico. *e* Oportet autem vt sciatur secretum esse parui ponderis ad hoc vt eius detectio non sit mortalis, quia si probabiliter dubitetur, an sit grauis ponderis, mortalis esset *f*.

b Eodem n. 2 c l. 1. ff. de furt.

d Supra c. proximo n. 8.

e Ex ca. si diligēti, & notatis ibi de foro comp.

f Arg. cap. si quis autem, de pœn. dist. 7. & eorum quæ ibi lata tradimus.

33 Vigesimoseptimo peccat mortaliter, qui referat, aut legit literas obseratas, aut scripturas alienas, quę in secreto obseruabantur, animo lædendi aliquem notabiliter, vel lædendo, aut aduertēs, vel aduertere debens quod inde posset notabile damnū sequi, per prædicta *g*, nisi ex consensu expresso, aut tacito eius, à quo, vel cui mittūtur, id faciat, aut de auctoritate legitima *h*: vt tempore belli Prefecti finitimis hostium locis eas referant: Prælatus item, & prelata eas, quæ suis monachis, aut ab eis mittuntur *i*. Peccat autem, sed non nisi venialiter, qui aperit sine consensu, imprudenter, putans eas ad se missas, aut ob curiositatem, sine vlla intentione nocendi notabiliter, & sine vllo nocumento

g Sup. eod. c. nu. 2.

h Argu. l. iusto, ff. de acquis. posse.

i Ca. non dicatis, 32. q. 5.

notabili, aut periculo probabili eius inferendi, sola causa sciẽdi noua, vel captãdi risum ex barbara compositione, aut ex elegãti voluptate, quia id non est cõtra charitatem Dei, nec proximi necessario habendam; peccaret tamẽ mortaliter, si id faceret cũ prędicta intẽtione, vel prędicto nocumento aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocẽdi, quia est falsarius *k*, & quia vtitur re aliena cõtra voluntatem domini, & ita admittit furtum *a*, per alias rationes, quas scripsimus alibi *b*. Nec obstat, quod hęc ratio videtur idem concludere in casu proxime prędmisso, quia in illo paruitas, vel (vt ita dixerim) nullitas damni excusat à mortali, vt in quacumque alterius prędcepti materia, iuxta dicta *c*. Adde his illud quotidianum S. Antonini *d* singulariter asserẽtis, inimicũ mittẽtis, vel eius, cui mittitur, epistolam absque aliquo peccato referare posse, si per illam aliquod damnum sibi parari iuste timet: quod videtur habere locum etiam quãdo probabiliter timetur datum iri per eam aliquod damnum iniustum alteri, & quo illud impediat illam referat *e*, cauendo tamen, quoad eius fieri poterit, ne cui vllum damnum iniustum inferatur *f*.

54 *Vigesimo octauo*, qui secreta in iniustam aliorũ perniciem non vergentia Ciuitatis, concilij, aut exercitus ad eorum magnum damnum reuelat, etiamsi metu tormẽtorum, aut amissionis vitæ id faciat, per prædicta. Vnde sequitur Hispanũ à Gallo in bello captum quantalibet tormentorum vi torqueatur, non posse salua conscientia secreta iusta exercitus Hispani. ad ipsius conseruationem necessaria detegere, nec contra, Gallum Hispanis secreta exercitus Gallicani, nec illum, qui delictum alienum secretum violẽter sciuit, vt idem prædictus doctor singulariter affirmat, quamuis hoc, & quod de secretorum testium litigãtium detectione nullis tormentis facienda dixit, moderãda nobis videntur, vt solum procedant in damno irreparabili, vt quia mors vel mutilatio membri sequeretur, non autem quãdo sola pœna pecuniaria, vel alia ex illis, quę facile à detegẽte reparari potest, timetur, vt ibidem innuimus. Dixi, *in iniustã aliorum perniciem non vergentia*; nam talia reuelari possunt, exemplo illius prudentissimi, & fidelissimi Chussai, qui consilia Absalonis pessima Dauidem admonuit *g*, & Elisęi, qui iniqua secreta Regis Syrię Israëlis Regi denuntiauit *h*: non enim peccat, imo bono fungitur officio, qui denuntiat cui, quando, & quomodo oportet, peccatores, peccata, & stratagemata dãnosa Reipub. aut proximo, quia hoc iure potest, & debet fieri, vt latius *i* probauimus per varia iura *k*, de quibus est cap. *præterea l*, quatenus habet eum, qui scit aliquem rem habuisse cum consanguinea eius, quam vult ducere, teneri denuntiare, quo iniustum matrimonium, & peccata, quæ ex eo orirentur, impediantur. Quæ etiam procedunt in presbytero: potest enim etiam ille proditiones, homicidia, & alia delicta parata denũtiare absque periculo irregularitatis ob id incurrendæ, modo protestetur se id solum facere ad cauenda mala,

k Vt sit glo. approbata, c. cum olim de offi. dele. *a* l. 2. ff. de furt. parag. placuit, Inst. de obligat. quæ ex delict. *b* In d. c. sacerdos. *c* In c. 11. n. 4. d 1. par. tit. 1. c. 22. parag. 5. *e* Arg. ca. non in inferenda & eorũ, quæ ibid. conferimus. 23. q. 5. *f* Arg. c. cum cessante de appellat.

g 2. Reg. c. 17. *h* 4. Reg. c. 6. *i* In d. c. sacerdos, nu. 14. & seqq.

k Per c. nõ in inferenda 23. q. 3. & parag. 1. dist. 83. cap. quantæ, de sent. excom. & c. ipsa pietas, 23. q. 4. & alia 1. l. 2. de sponsa.

mala, quę imminent, vt sine sanguinis effusionis pœna impediantur, vt pulchre Caietanus *a* probat *b*, licet protestatio solum videatur necessaria quoad forum exterius, per dicenda *c*: Presbytero, inquam, etiam iurato seruare, & non detegere illa secreta, secundum Innoc. receptum *d*, modo illa aliter, quam per confessionem Sacramētalem nouerit: per eam enim solam cognita in nullo mundi casu detegi possunt, iuxta communem, & veram opinionem, quam copiosè *e* probauimus, excepto vno, de quo ibi, & supra *f* diximus.

a 2. 2. q. 33. art. 7.
b pro quo 16. c. Episcopus, ne cleric. vel monach. li. 6. & c. prælatis, de homic. eod. l.
c Infra c. 27. num. 226.
d In c qualiter, 1. de accusat. Panor. in c. delicto de excess. prælat. & alios alibi.
e In d. c. sacerdos, à nu. 116 ad 151.
f Proxime, n. 51. & c. 8. nu. 17.

55 Dixi, *Sacramentalem*; quia oportet esse talem, per quam pœnitens verè confiteatur peccata sua: nō enim sufficit dicere: *Hoc tibi dico in confessione*, iuxta Innoc. Panor. & communem *g*, etiamsi genibus flexis, & signo crucis fronte signata id fiat, absque proposito confitendi peccata, & absolutionem accipiēdi: quia talis detectio non est Sacramentalis, nec maiori secreti vinculo obligat, quam aliud extra cōfessionem detectum, vt recte determinat Sotus *h*, & ante ipsum clarius, & firmius Caietanus *i*, quem ille non refert: cuius rei ignorantia multi grauiter errant, & eis, quibus detegunt, ingerunt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denūtiandis fertur excommunicatio, vel vt testes coram iudice sistuntur, vel vrgentur necessitate denuntiandi, eo quod sunt Reipubl. aut proximo pernitiosa.

g In c. omnis de pœn. & remiss.
h Vbi supra memb. 2. q. 74. art. 1.
i 2. 2. q. 70. art. 1.

56 Aduertendum tamen, quod detectio peccati occulti, etiā alteri pernitiosi, non licet, nisi fraterna correctione præmissa, iuxta illud *k*: *Si peccauerit in te frater tuus l*: præsertim si ea sciens probabiliter credit suis precibus, & admonitione secreta illa impeditum iri, secundum S. Tho. *m* receptum communiter. Dixi, *probabiliter credit*; alioqui enim posset, & deberet statim iudici denūtiare. Ex quo sequitur in proditionibus contra Rempub. paratis, & hæresibus ad docendum alios directis raro fraternā admonitionē secretam necessariā esse: raro enim quis probabiliter credere potest, proditionem & hęresim sola mōnitione omnino cessaturas. Aduertendū item, quod tunc demum oportēt denūtiare personas & delicta, quādo ad occurrēdum imminentibus malis id esset necesse: quia si sufficeret generalis admonitio, quod aliqua mala parātur, nō esset faciēda declaratio specialis, & si sufficeret sola specialis delictorū, nō esset facienda personarum, vt S. Thomas *n* determinauit, & nos latius scripsimus, vbi multis rationibus probauimus seruandam esse famā proximi, quoties sine illius detrimento eius animæ mederi possumus. Aduertendū itē, quod sicut bene facit, qui fraterna correctione præmissa bono animo crimen occultū Ecclesię denuntiat (quia quamuis sit qui defendat, correctionē fraternam non esse lege diuina speciali pręceptam, nemo tamen ferè est, qui neget, eam lege generali caritatis præceptā,) ita qui malo animo id facit, verus coram Deo detractor est, secundum S. Thom. *a*

k Matth. 18.
l Relatum in c. si peccauerit, 2. q. 1. & in c. nouit. de iudic.
m 2. 2. q. 33. art. 7.
n Quodlib. 12. art. 12. In d. c. sacerdos, num. 14. & seqq.
a Vbi supra art. 12.

57 *Vigesimonono* peccat, qui reus secundum iuris ordinem interro-

interrogatus sua delicta secreta grauia non confitetur, & contra qui confitetur illa contra iuris ordinem interrogatus, secundum mentem omnium. Dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem semper, & solũ, quando tria concurrunt. *Primum*, quod iudex interrogans sit competens. *Secundum*, quod delictum sit probatum plene, vel saltem semiplene, hoc est saltem per vnum testem omni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollentia, vel per infamiam plene probatam. *Tertium*, quod sit notificata illi huiusmodi probatio, vt sciat, in quo statu est, vt colligitur ex S. Thoma *b*, & Caiet *c*. eum pulchre declarante, quos *d* etiam latius muniuimus per multa capita *e*, quibus probatur, neminem se debere prodere: & quemlibet sciẽtem se iam proditum per semiplenam probationem debere iudici pręcipienti, vt fateatur, parere.

58 *Trigesimo*, qui reos consortes suos occultos nõ detegit in casibus, in quibus id facere debet, aut contra detegit, in quibus nõ deber. Regulariter autẽ non debet, nisi solum in casibus expressis *f*, de quibus est crimẽ falsæ monetę *g*, & maleficij *h*, proditionis *i*, & hęresis *k*. Quibus addo, quod rei, qui contra se confessi sunt, etiam non interrogati, debent declarare socios, quos iuste credunt præteritorum non pœnitere, imo paratos esse ad noua cum magno damno publico, aut priuato committenda, nec per Euangelicam correctionem correctum iri: quales sunt regulariter latrones, nummorum falsarij, hæretici, stryges, fascinatores, & alij similes *l*. Quinimo confessarij eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denuntient, vt particulariter dixit Sotus *m*, quod, si non fecerint, nostra sententia, ita peccant hi non admonendo, & absoluendo, ac illi non denuntiando: absoluunt enim impœnitentes contra ius diuinum, & humanum *n*.

59 *Trigesimoprimo* peccat iudex, qui interrogat reum de seipso, vel de consortibus suis præter iuris ordinẽ, quia iniuste dat causam notabilis infamię proximi, dum extra potestatem suam inquirit *o*: idem si contra omittit interrogare, cum debet secundũ eundem iuris ordinem, quia præiudicat notabiliter Reipub. cuius interest delicta puniri *a*. Quis autem ille sit iuris ordo secũdum quem debet, vel non debet interrogare reum de se, in pręcedenti modo peccandi dictum est. De consortibus autem non debet interrogare nisi in casibus à iure expressis, & in illis non nominatim, an sint illi, aut illi, sed generatim, an sint aliqui, & quod doceat reũ, si videt eũ nescire, aut facit facultatẽ ei consulendi cõfessarium an teneatur, & quos reuelare: alioquin enim non auderem excusare illum à peccato mortali, præsertim si id faciat persuasus iustum esse per fas, aut nefas detegere crimina, & quocunq; modo seueri iudicis, atque executoris famam sibi comparare *b*, cogendo reos ad bene vel male detegendum omnes suos socios, etiam iam coram Deo emendatos, etiamsi nulla fama, neque indicium sit contra illos. Et minus excusare aude-

rem

b 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.
c Ibidem.
d Vbi supra.
e Per c. quando, versic. nõ tibi dico, vt te prodas, de pœ. dist. 1. & c. si omnia, 6 q. 1. & c. 2. de maior. & obed. & c 2. de conf. & alia.
f Et not. in c. 2. de confes. l. 1. C. de custod. & exhib. reor. l. fi. ff. ad exhib. l. latrone, l diuus. Adri. ff. de custod. & exhib. l. prouinciarum C. de ferijs, & l. 4. parag. mandatis, ff. ad l. Iul. pecul.
g l. 1. C. de fals. monet.
h l. fina. C. de malefac. & malef.
i l. pen. & h. C. de leg. Iul. maiest.
k Ca. in fidei fauorem de hæretic. li. 6.
l Per dicta in dicta repet. c. inter verba conclus. 6.
m De rat. reg. memb 2. q. 6. pag. 17.
n Cap. pœ. 1. & 2. de pœn. dist. 3. c. peccati venial. de reg. iur. li. 9. & cap legatur. 24. q. 2.
o Contra l. fin. ff. de iur. omn. iud & c. 2. de const. li. 6.
a Ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & cap. vt fama, de sent. excom.
b Contra l. respiciẽdum, ff. de pœnis.

rem eum, qui tormentis cogit reos ad reuelãdum ſocios, etiã in caſibus in quibus interrogare permittitur, quando nulla fama, neq; indiciũ, nec præſumptio legitima dictat eos habere ſocios, vt recte Salycer *c* concludit. Neque eos, qui in Caſtella, & Italia torquent reos de ſuis delictis conuictos teſtibus, vt confiteãtur, quo beneficiũ appellationis amittant, contra cõmunem Theologorum & Iuriſperitorum ſententiam: niſi cum adeo clare sũt conuicti, quod in conſcientia tenentur confiteri, & iuſte Iudex præſumet ob ſolam malitiam differendi iuſtitiam eos pernegare, vt late *d* ſcripſimus, limitando communem in hoc caſu.

c In l. final. qu. 2. C. de accuſat.

d In dict. rep. ca. inter verba, concl. 6.

60 *Trigeſimoſecundo* peccat, qui peccatum ſibi ſecreto communicatum, quod non vergit in graue damnum alterius, etiam iudice competenti præcipiente reuelat, ſecundum S. Thomam *e*. Imo etiam quando vergit in damnum alterius, ſi alia via poteſt illud excuſari: quin & quando alia via excuſari non poteſt, id ſolum eſt detegendum, quod remedio eſt neceſſarium: nam dictum S. Bonauenturæ, qui contrarium videri poteſt alicui ſentire, reducendum eſt ad prædicta.

e 2.2. q. 68. art. 2.

61 *Trigeſimotertio* peccat Epiſcopus, aut alius prælatus, aut publica perſona ad aliorum ſaluti prouidendum conſtituta, quæ ſeipſum infamat, aut ſe notabiliter infamantibus nõ reſiſtit, aut modeſte ſuæ famę reſtitutionem non petit, ſecundum S. Tho *f*. licet alij religioſi, quibus ſola propriæ ſalutis cura eſt, iuſte poſſint ferre patiẽter, quatenus eos tangit, niſi caritas Dei, aut proximi contrarium requirat. Magis enim quãdoque prodeſt proximis alacris patiẽtia falſę infamię, quam eius contradictio, nec ob id propriam famã negligunt, cum eam Deo offerant, vt ſentit S. Thomas *a*. Dixi *niſi caritas, &c.* quia ſicut quinis religioſus licite curam de ſua fama habere poteſt, & eam tueri, ita ſi degit inter perſonas ad ſe imitandum paratas, ſecus faciendo peccaret grauiter *b*, & à fortiori ſi ſeipſum infamat.

f Quolib. 10. art. 13.

a Vbi ſup. & explic. Cale. in ſum. verbo famam propriam.

b Iux. gl. receptam in c. ſemel Chriſtus, de conſ. diſt. 2. per d. c. nolite, & c. non ſunt audiendi. 11. qu. 3.

Trigeſimoquarto peccat, qui interrogatus iuridice in viſitationi *b* de peccatis publicis, aut ſatis generaliter de peccatis, nulla expreſſione facta de occultis, aut iniuſte facta expreſſione de illis, reuelat occulta, ſiue ipſi fuerint ſecreto detecta, ſiue ipſe viderit ea ſecreto fieri, ſi non erant præparationes ad alijs nocendũ, aut ſi denuntiat quę probare nõ poteſt, iuxta illud: *Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commiſſum e*: quod quatuor decretis, & alijs confirmamus *f*. Tum quia quamuis iuret ſe dicturum quod ſcit, vere reſpõdere poteſt ſe illa neſcire abſque periurij metu, intelligẽdo intra ſe, illud ſe non ita ſcire vt detegere teneatur *g*, quid quid dicat Geneſius à Sepulueda, & Sotus, quod neruoſius poſtea confirmauit *h*. Tum quia qui iurat dicere quidquid ſcit, intelligitur iurare dicere quod licite poteſt, & non amplius *i*.

c Arg. c. ſi nõ licet, 23. q. 5.

d Prou. 11.

e Relatum in ca. qui ambulant, 5. q. 5. S. Tho. 2.2. qu. 70. art 2.

f In repet. c. inter verba, 11. q. 3. cõc. 6.

g Henric. de Gandauo quolib. 9. in prin. Adrianus in 4. de correc. frater. parag. Hoſtiensis, col. 6.

h In c. humanæ aures 22 q. 5.

i Arg. ca. 1. de iureiur. li. 6.

61 *Trigeſimoquinto* peccat, qui ſecretum ſibi commiſſum diuul. gat, aduertẽs, aut aduertere debens inde ſecuturum alterius norabile damnum, aut notabilem diſcordiam, licet nõ ſit expreſſe

l ſi procurat. ff. de condict. indebito.

rogatus, nec promiſerit ſecretum, etiamſi erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen eius ſecretum promiſit, & poterat ſubeſſe aliqua ratio, ob quã illud roganti notabiliter conueniebat celari. Quamuis ſolum ſit venialis detectio ſecreti, quam conſtat nemini notabiliter nocituram, vt recte Caietanus *k* reſoluit per ſupradicta *l*.

k 2.2. q. 70. art. 1.
l Et in c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. ad nu. 30.

De nono præcepto: Non concupiſces vxorem proximi tui.

CAPVT XIX.

1 *Amari ſe velle amore mortali, mortale.*

1 CONtra hoc præceptum eiſdem modis peccatur, quibus contra ſextum: quia vtroq; eadem explicite, vel implicite prohibentur. Quare modis peccandi contra ſextum *m* ſolum addimus, quod peccat mortaliter, qui, vel quę deliberate cupit, vel gaudet amari amore libidinoſo mortali ab alio, vel alia, quamuis non ſic amet, quia conſentit peccato mortali ſuo, vel alieno, iuxta dicta *n*: vbi dictum eſt quando voluntas, vel conſenſus in proprium, vel alienum peccatum, & delectatio moroſa ſint mortales.

m Poſitis in cap. 16.

n Sup. c. 11. num. 11.

De decimo præcepto: Non concupiſces rem proximi tui: Et de conſilijs Euangelicis.

CAPVT XX.

1 *Concupiſcentia inordinata rei notabilis mortalis eſt.*
2 *Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.*
3 *Ludus cauſa principali lucrandi negotiatio, & communiter mala, num. 4.*
5 *Ludens ludo vetito ſibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ob impotente donare, vel coacto, vel dolo, mortaliter peccat, & 12.*
6 *Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.*
7 *Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum prohibitus.*
7 *Ludus omnis etiam induſtriæ principaliter ob lucrum, ſaltem venialis, & 8.*
9 *Ludus aleæ rei notabilis clerico ſacrato & mon. mortalis, & 10.*
11 *Ludus de ſe nullus laico mortalis, & quis ei glorioſus.*
13 *Ludere quis dicatur coactus.*
14 *Ludi ſpectator clericus magis peccat quam laicus.*
15 *Ludentium ſuſceptores, &c. vt peccant.*
16 *Peccantium miniſtri quando peccant.*

17 Ludens

17 *Ludens dissimulans peritiam, fallens, & non monens, vt peccat.*
17 *Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc, &c.*
17 *Iurans soluere perdita quid faciet.*
18 *Promissio reciproca, siue scommessa, vel apuesta quæ licita.*
18 *Ludo quæsita non restituenda, nisi &c. & num.* 19.

1 CONtra hoc decimum præceptum peccat mortaliter, *primo*, quicumque inordinate contra iustitiã concupiscit aliquid notabile. Dixi, *Inordinate*, quia qui concupiscit ordinate per emptionem, per mutationem, hæreditatem, aut alium iustum titulum, non peccat. Dixi, *contra iustitiam, & notabile*, quia qui concupiscit inordinate contra solam liberalitatem, vel parum contra iustitiam, solum venialiter peccat, per cirata *a*, iuxta mentem S. Thomæ *b* explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic solum agimus de transgressione huius præcepti per ludum, & iocum, quia de alijs *c* actum est, pauca de illis præmittimus.

a In add. & c. quãdo de cõsec. dist. 1. & supra in c. 17. nu. 4. & c. 17. num. 2.
b 2. 2. q. 59. a. 4. & qu. 168. art. 3.
c Sup. c. 17. a 4. Ethic. b 2. 2. q. 168. art. 2.

2 *Primo*, quod ludus & iocus est *actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem*, secundum Arist. *a* & S. Tho. *b* Dixi, *principaliter*, quia qui magis fit ob lucrum, vel alium finem quã ob animi recreationem non est propriè iocus, nec ludus, sed actus alterius virtutis, vel vitij, qui cũ fit factis, appellatur ludus, cum autem verbis, iocus. Et est duplex, bonus & malus. Bonus est, *qui fit ad honestam animi recreationem sine vlla mala circumstantia*, ex quo frequentato generatur habitus, & consuetudo honestè ludendi, & iocandi, qui est virtus, quam Aristot. *c* Eutrapeliam vocat. Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema, excessus & defectus interiacet *d*, ita hæc interiacet inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abstinendi, vt *e* probat Sanctus Thomas: longe tamen frequentius peccatur per excessum, quam defectum: quia ludo & ioco æquè parce condienda est vita, ac sale cibi, iuxta Cicer. *f* receptum.

c Vbi supra.
d Iuxt. eundē, & glo. singu. in parag. hæc quæ. de pœn. d. 2 sub c. charitas 3.
e In d. q. 168. art. 3. & 4.
f 1. Offic.

Secundo præmittimus, quod ludus & iocus malus est, qui lege vetatur, vel circumstantia mala vestitur; vt plurimum autem, & suo genere est venialis: quis autem sit mortalis infra dicetur. *g*

g Num 4.

3 *Tertio* præmittimus, quod ludus exercitus principaliter animo lucrandi potius est negotiatio, quam ludus, vt ex supradicta definitione colligitur: quæ negotiatio fere semper mala est. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dandũ, vt ait Aristoteles. Tũ quia per eam quis assuescit bonis aleę subijciendis, & multum temporis terere. Tum quia est occasio vt coniuges, liberi, & famuli paruifaciant damna bonorum, & custodiam eorum, cum maritum, fratrem, aut herum vno aleæ iactu tantam bonorum iacturam facere videant. Tum quia pauciſſimi, aut nulli per eam ditescunt, imo per eandē multa mala & vitia imbibuntur, vt Hostiensis admonet. Dixi *h*, *fere*, quia finis prouidēdi necessitati cum probabili credulitate lucrandi à diuite, vel

h In sum. de excess. præl.

preces, aut iussus amici, aut superioris diutius, possent quandoq; huiusmodi ludum, & negotiationem honestare *i*.

i Hoc eorum quæ ait S. Tho. de mercatura. 2. 2. q. 77. art. 4. & 2. 2. q. 168. art. 3. & in summa, verbo ludus.

Quarto præmittimus, quod ludus non sit mortalis ex sola circumstãtia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam notabile, ab eo, qui donare potest, vt probat Caietanus *k*: neq; etiã ex nimio & ardenti ludendi appetitu, nisi cum extenditur ad aliquius legis, quæ obligat ad mortale, violationem. Qualis est eorũ, qui noctes in dies, & dies in noctes vertẽtes, missas præceptas omittunt, aut subeunt periculum amissionis bonorum, sine quibus nequeũt sustentare vxores, liberos, ac reliquam familiã sustentãdam de præcepto, aut debita statuto tempore soluere, aut putantur inepti ad munera bellica, & ciuilia Reipub. eis ad illa notabiliter egentis & timentis, ne pecuniam ad ea necessariam eis datam ludo perdãt, simul & deplorantis eorum vicem, quod cũ sint alias rebus egregie agendis apti, ob hãc vnam rem ad id reputantur inepti. Neque etiam ex circumstantia loci sacri, quia nullo id iure cauetur, nisi cum specialiter talis in eo ludus prohibetur, qualis est comœdia rerũ prophanarum *a*, aut nisi fiat cum notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ *b*. Imo sine vllo peccato, & cum merito potest quis in eo ob honestam causam ludere, puta quod infirmus, qui illic est, recreatur, quo otiũ pellatur, aut solatium capiãt milites, cui eum tempore belli custodiunt, quamuis sine vlla iusta causa id ibi facere sit saltem veniale, iuxta Caietan c. Neque ex circumstantia personæ: nam sine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus interdum etiam talis & chartis lusorijs ludere potest ob honestã causam, puta ad excitãdum, vel recreandum socium ęgrotum ea re indigẽtem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem, de qua infra *d*. Neq; ex circumstantia temporis: quia quamuis peccatũ sit totum diem festum in ludis præsertim operosis consumere, quales sunt ludus pilę, prelij vmbratilis, & similes, mortale tamen non est, nisi missa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur. Neq; ex eo, quod potius fortuna, & euentu, quã industria nitatur, nisi alioqui lege prohibeatur: quia imo ludus, qui in quantum talis ad relaxationem animi fit, tanto aptior est, quanto magis fortunæ, quam arti & industrię nititur, quia intentionem animi magis remittit, & ita contra vulgi opinionem omnium ineptissimus est ludus latrunculorum, quem Itali Scacchorum, Hispani vero Axedrez, & Galli Eschez vocãt, quia is minus, quam alij animum relaxat, quamuis magis licet quam aliquot alij qui lege prohibentur *e*.

a Cæterum decorem de vita & honest. b Cap. decre. parag. ellent. de immun. eccl. lib. 6.

c In d. quæ 168. art. 3.

d Num 6.

e Iure. gloss. receptam in authen. interdicimus, c. de epis. & cler. & gl. c. clerici vbi Panor. & alij, de vita, & honesta. cler.

f De vita & honest. cler. & ea decet, parag. cessent, de immun. eccl. lib. 6.

g Sess. 4. parag. fin.

4 *Secundo* peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui ludit cũ irreuerentia notabili Dei, vel dictis, & factis in se mortalibus, vel mortali circumstantia vestitis. Dixi, *Irreuerentia Dei*, ob cap. *cum decore f*. & Concil. Trid. *g* quod grauissime in hæc fere verba prohibuit: *Mandat & præcipit sancta synodus, ne de cætero quisquam vllis sacræ Scripturæ locis vtatur ad scurrilia, fabulosa, vana,*

adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiã famosos. Dixi, *vel dictis, &c.* ad includendos ludos impudicos, & alios de se mortiferos *b* Dixi, *vel mortali circumstantia vestitis*; ad includendos ludos, qui fiunt cum notabili scandalo, aut cum notabili alterius nocumento, vel periculo eius probabili *a*, & ad excludendos ludos, qui fiunt cũ circumstantijs animi principaliter lucrandi, nimietatis ardoris & aniditatis ludendi, sacri loci, temporis vel personę sine prædicto scandalo, & nocumento, & periculo, & trãsgressione alterius legis ad mortale obligantis: hi enim licet, vt plurimum, sint mali, non tamen sunt ob hoc mortales, per proxime dicta.

h Arg. ea. nec solo 35 qu. 5. & 1. ad 5. Tho. 2. 2. qu. 154. art. 4.

a Arg. c. nihil de præsc. & c. 1. de tornea. & c. ad audientiam de homic.

5 *Tertio* peccat mortaliter quicumque ludit rem notabilem ludo prohibito sibi lege obligante ad mortale, vel ludo licito cum eo, qui donare non potest, vel à potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, *notabilẽ*; quia paruitas excusat à mortali, vt suprà dictum est *b*, & alias sępe Dixi, *ludo prohibito sibi*; quia multis prohibetur aliquis ludus, qui non prohibetur alijs: nam multis interdicuntur voto, iuramento, aut statutis Collegiorum & Cœnobiorum aliqua genera ludorum, quæ alijs non ita vetantur.

b Ca. 11. n. 4.

c Cap. episco. 31. di. & l. 1. ff. de aleæ lusu. & aleat. & authalearum vsus, c. de relig. & sumt. func. & c. clerici, de vita, & honest. cler.

6 Dixi, *lege obligante, &c.* qualis an sit vlla humana iuris communis quæri potest? & responderi *primo*, lege obligante, saltem ad veniale, prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nititur casu & fortuna, quam industria & arte, quo luditur ob lucrũ principaliter, per iura citata *c*, quibus omnibus, tam laicis, quam clericis interdicitur ludus aleæ in vniuersum.

d Per d. authen. interdicimus, c. de episc. & cle. & parag. interdicimus, authen. de epis. coll. 5. vnde illa sumitur.

7 Per quam significatur omnis ludus principalius nitens sorte, aut casu, quam industria, & arte ex mente [illegible] de quibus est ludus ad tabulas *d*, qui licet multum nitatur industria, magis tamen fortuna: de quibus videntur etiam esse ludi chartarum lusortarum, quorum aliqui magna quidem industria nituntur, sed maiori fortuna. Dixi, *quo luditur ob lucrum principaliter, &c.* ad excludendum eum, quo potius causa honestæ recreationis, quam lucri paruo tempore luditur, vt quo à prandio, vel cœna luditur causa solatij, nullius rei pecuniariæ lucro proposito, vel solũ alicuius esculenti, vel poculenti, quod bis lucri factum semel soluatur, vel spirituali lucro precum aliquarum pro vincente à victo dicendarum. Tum quia id permittitur *e*. Tum quia ratio legis quę tales ludos vetat, est frænare auaritiam, quæ cessat in prędictis, & consequenter ipsa lex *f*.

e Contra e. si de verbo, signi fit. legata inutiliter ff. de alim. leg.

f Iunc. l. adigere, parag. quamuis, ff. de iur. patr. & ca. suggest. & c. meminimus de appel. & theoriam Panormi. super eis positam, & receptam.

8 *Secundo* dico, quod simili lege prohibetur etiã ludus industria & arte potius, quàm fortuna nitens, quo ęque, vel principalius luditur causa lucrandi quàm relaxandi animum. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinatę sit vsus in alium fere semper contrarium; quia ludus ad honestam animi recreationem inuentus vertitur in negotiationem turpẽ, tandemq; intendentem, & fatigantem ipsum *a*. Tum quia dicta

a Arg. ca. nihil de præsc. & c. 1. de tornea. & c. ad audientiam de homic.

authentica alearum, permittens quatuor genera ludorum industria & arte magis quam fortuna nitentium, vetat ne præmium maius, quam vnius solidi proponatur vincenti, tacite perhibes,

b l. 1. §. f. de alea. lusu. ne principaliter auaritiæ causa ludatur, etiam ludo permisso, tacite etiam limitas legem aliam *b* quę permittit ludi pecunia saliendo, currendo, luctando, &c. qui sunt ludi magis industria, quā fortuna nitentes, ad pecuniam vnius tantum solidi.

9 *Tertio* dico, quod lege etiam ad mortale obligante prohibētur monachi, & clerici beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti, ludere huiusmodi ludis aleæ, siue fortunę illicitis, notabilem quantitatem, præsertim de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum. Tum quia prædictam iustam legem canonicam

c c. 1. 35. di. & c. inter dilectos de excess. prælat. transgrediuntur. Tum quia præfata capita *c* iubent clericum ob aleę lusum deponi ab officio, vel beneficio, quod mortalem culpam præsupponit *d*. Et ita hoc Ioannes Maior, Adrianus, & Caietanus *e* significant. Tum quia in profanum, & malum vsum

d Arg. c. non asseramus.
e Vbi supra.
f In tract. de reditib. eccl. q. 2. mon. 20. reditibus in pium dicatis vtuntur, contra illa multa quæ citauimus *f*. Tum quia Concil. Tridentinum *g* præcipit seruari iura

g Sess. 25. c. 1. de reform. ante illud per Papas, & alia Concilia super ludo, & luxu clericorum statuta.

10 Dixi, *Præsertim de fructibus beneficiorum*; quia idem puto, quoad peccatum, licet nō quoad restitutionem, de his qui ludunt de bonis patrimonialibus: nam ratione solius ordinis, & professionis interdicuntur eis huiusmodi ludi. Canones enim prædicti sine vlla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis huiusmodi lusus, vt videre est in eis fundatis in illo dicto Apostoli *h*

h 2. Tim. 2. i In c. clerici de vi. & honest. cleric. & ius c. 1. & 2. de postul. *Nemo militans Deo, &c.* Dixi, *Beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti*, ad significandum, quod de alijs idem, quod de laicis est cēsendum, per doctrinam Panor. communiter receptam *i*.

11 *Quarto* dico, quod non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis lusum, etiam principaliter ob lucrum, etiam magnum. Tum quia prodigalitas eorum de se non est mortalis, vt

k 2. 2. qu. 185. art. 7. S. Thomas receptus ait *k*, & supra *l* est significatum. Tum quia

l Goddm n. 1. non videtur in hoc submitti prędictis canonibus. Tum quia leges prædictæ seculares super hoc latę non videntur obligare ad mortale: siue quia intentio legislatorū non fuit illa, iuxta dicenda *m*: siue quia quod ad hunc effectum non videntur receptę, cū

m Infra t. 23. in omnibus mundi partibus cuiusque ordinis laicos videamus magnam pecuniarū summam, & maximam eorum partē principaliter propter lucrum ludere, & à confessarijs sine proposito numquā ita ludēdi absolui, quod facere nequirent, si in eo mortaliter peccarent *a*: siue quia leges illæ non tractant de materia

a Cap. pœn. 1. & 2. de pœn. dist. 3. iustitiæ, sed temperantiæ, vel modestiæ, quę vt plurimum solum ad veniale obligāt. Dixi, *lege humana*; quia secus esset quoties ratione loci, temporis, personæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & sacra, vel de curandis rebus publicis, vel priuatis suis, vel proximi, vel soluē-

dis de-

dis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Equidem licet nō ausim dicere, eos tam forti lege humana teneri, audeo tamē orare omnes præsertim illustres, vt secum reputent, se grauiter, saltem venialiter peccare, turpemque negotiationē exercere *b*, lucrūq; quod in eis sit, turpe ab omnibus appellari, & sæpissime esse restituendum *c*: & eo maiorem apud virtutis studiosos infamiam incurrere, quo cum sint maiores, maius scādalum præbent *d*. Ideoque sine proposito ab eis perpetuo abstinendi non posse sine graui pudore ad sanctissimum Eucharistiæ sacramētum accedere, eoque maiorem gloriam apud Deū, & homines adepturos, quo cum minore pecuniæ lucro, sola vel pene sola vincendi gloria proposita, pro palmario in signum victoriæ ad iucundam pugnam pro magnitudine sua amicos allicerent.

b Per dicta num. 2. & 3.
c Vt infra dicetur.
d Cap. præcipue, 11. q. 3.

Quinto dico, ad discernēda prædicta toties quem principaliter ob lucrum ludere, quoties tanti, aut pluris lucrum facit, quam animi recreationem. Dixi, *Tanti aut pluris*; quia sufficit vt tāti faciat illud, ac animi recreationem, per ea quæ pridem diximus *e*: Non autem dixi vt Syluester *f*, qui non luderet, nisi lucrum proponeretur; quia vt aliquid sit finis principalis alicuius actus, nō sufficit vt sit causa sine qua ille non fieret, vt ibi dixi, proposito euidenti exemplo de clerico, qui ad preces matutinas non surgeret, nisi lucrifaceret distributiones, neq; missam faceret, nisi quam vocant pitātiam speraret, tamen maioris facit illa, quam quod propter illa datur. Et ita potest quis ludere principaliter recreationis causa, quamuis nō luderet nisi lucrum expectaret. Suam ergo quisque in loco conscientiam consulat.

e In c. inter verba, 11. q. 3. & in Enchirid. de orat. & hor. canonicis, ca. 6. n. 14. & in eius addit. & nuper in cōment. c. cum minist. 23. q. 5. num. 73.
f Verb. ludus, q. 2. parag. 6.

12 Dixi, *vel ludo licito cum eo qui donare non potest*; quia qui cum tali rem notabilem ludit, siue sit clericus, siue laicus, peccat mortaliter, secundum omnes: eiusmodi est stultus, puer, mācipium, filius, qui adhuc in patris potestate est prodigus, coniux, moniales, monachus, & similes, secūdum Ioan. Andr. Cald. & communem: iustum tamē videtur id quod Sotus *b* insinuat, scilicet filium etiam sub patris potestate constitutū, qui de ipsius licentia in scholis studet, aut in Curia versatur, licite posse de suo cōmeatu quatuor, aut quinque decentum, quę dantur ei ludo impendere. Cui addo idem dicendum de religioso, qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, modo id honestæ recreationis causa faciat; quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem facere videntur *c*: non placet tamen id quod ille addit, nempe huiusmodi filiū non posse à collusore plura lucrari, quā collusor ab ipso. Tum quia omnes communiter contrarium præsupponunt. Tum quia non est textus, neque ratio quę concludat pauperem aliquem honesto loco natum, & etiam plebeiū, & mendicum non posse amplius lucrari à diuite, quam dives ab ipso. Tum quia c. *si qua de rebus d*, & parag. *pupillus e*, probant contractum cum pupillo, aut Ecclesia factum valere in alterius præiudicium, quamuis in eorum non valeat. Tum quia iniuriā pati potest,

a In d. c. cleric. 2.
b Lib. 4. q. 5. art. 1. de iust. & iur.
c Arg. glos. clem. 2. de vit. & hon. verb. cōuertendū, & eorum, quæ late scripsimus in c. cum ad monasterium de stat. mon.
d 12. qu. 2. §
e Inst. de inutil stip.

ti potest, qui eam facere nequit. Tum quia amissa facultate faciendi, & perdendi facultas patiendi; & lucrādi non amittitur g, quamuis eius opinio procedere posset in eo, qui falso dicēdo se facultatē habere donandi, & perdendi, allicit alium ad lusum h.

13 Dixi, *vel à coacto, &c.* Tum quia metus, dolus, & fraus omnē contractū, quamlibet alioqui licitum, ita inficiunt, vt sit irritus, vel irritandus i. Per coactionem autem intelligo non leuem & consuetam inuitationem, & inductionem, sed tam quæ fit iusto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cum eiusmodi exprobratione, vt inuitatus, & rogatus si non luderet, vel à ludo discederet, vilis & abiectus reputaretur, secūdum mentem eorundem, quos etiam Sotus k sequitur, quod quotidianum est.

14 *Quarto* peccat clericus, vel monachus, qui ludum mortaliter malum spectat l, si multo tempore spectat, secus si paruo m. Idē si ludo delectatur venialiter malo, ita quod etiāsi mortalis esset eo delectaretur n, quia facientes & consentientes, &c. o Idem si eius presentia est causa quod ludo mortali ludatur p, aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet q. Dixi, *Clericus, &c.* quia laicus, qui non est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solum industria, & arte ludentium, non peccat, secundum mentem omnium.

15 *Quinto* peccat, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, & cādelas, aut alia in ludum necessaria a, per quę probatur peccare qui consentit peccato, præsertim cooperando, iubendo, mandando, inuitando, vel inducendo, quod expresse, vel tacite, directè, vel indirecte facit huiusmodi susceptor. Et quia grauiter contra hoc vrget quidam doctus, dubitans b an idem tenuerim, addo, me idem etiam nunc tenere, idq; confirmo per tres leges priores c, quibus graues pœnæ statuuntur contra eiusmodi susceptores.

16 Et ad inconuenientia, quę ipse hinc infert, respondeti potest per ea quæ supra d respondi pro locantibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, vbi permittūtur habitare, & per ea quæ Caietan subtiliter distinguit e pro dantibus cœnam pro ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra f, per illa enim defendi potest non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinā ad se ornandum, neque ministrantes mensis Sybariticis prælatorum, neque opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes, modo id sine vllo consensu in peccatum faciant, quoniam non inducunt, neque iuuant directe ad illud, susceptores autem prędicti tacite, imo vt plurimum expresse inuitant, & iuuant directe, vel quasi, ad huiusmodi ludos mortales, & consentiunt eis. Et ad id, quod insinuat, si non hunc, alium susceptūrum eos, respondeo per id, quod dixi supra g, contra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem, & contra seruum occidētem, quem alij conserui erant occisuri.

17 *Sexto*

g Per d. l. it. lud.
h Arg. l. 12. C. si minor. maior se esse dixe.
i Cap. Abbas, cum glos. de his quæ vi & toto tit. ff. quod met. caus. & de dolo, & trad. vterque Tho. 2.2. q. 32. art. 7. ad 2.
k Lib. 4. q. 4. art. 2. de iust. & iur.
l Ca. clerici, 2. de vita & honest. cleri. & authe. c. interdicit, n. 9 C. de epis. & cler.
m Per dicta sup. c. 11. n. 4.
n Gab. in 4. l. sent. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 3.
o Ad Rom. 1. & ca. 1. de offic. deleg.
p Arg. gl. singu. clem. Archiepisco. de privileg.
q Angel. ver. indos. parag. e.
a Arg. c. err. 2. 5. dist. & dictorum in d. c. 11. vbi supra. & c. 17. 2 nu. 17.
b In cap. 17. c. ff. de alex. lusu, & aleat.
c Capit. 17. nu. 195.
d t. 2. q. 148. art. 5. sub. fin.
e Ca. 21. n. 25.
f Cap. 17. à num. 28.
g Cap. 17. à num. 28.

17 *Sexto* peccat, qui dissimulando peritiam magnam, quam habet in ludendo pila, vel alio eiusmodi ludo attrahit alium longe imperitiorem ad ludendum, aut falsis talis, vel chartis vtitur, legeve ludi cum notabili damno collusoris transgreditur, quia vtitur dolo & fraude, de quibus supra. Idem de eo, qui ludit nō apposita pecunia cum iuramento de soluendo quod perdidit, & non soluit *h*.

h Arg. ca. debitores, de iureiur. vt Medin. vbi supr. late probat.

Per quę respondeo ad noue quæsita: Ad prima quidem tria, quod peccat mortaliter, qui scienter ait, se habere plura puncta quam habeat, quo lucretur, & qui aduertit collusorem errore calculi dicere se pauciora habere, quo perdit, & non monet, & qui accipit, priorem locum, quem manum appellant, quia primus decipit, secundus accipit quod iā alter lucratus est, tertius, quia surripitius aptius lucrandi collusori, quamuis non teneretur restituere quantum ob id lucraretur, sed quantum illud ius prioris loci valet: sicut qui lædit messem, non tenetur restituere, quantum illa in area redderet, sed quanti æstimaretur in herba: quę tria tunc, & tantum procedunt, cum damnum notabile infertur, per supradicta.

a S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. & supra c. 17. n. 27.

Ad *quartum* respondeo, quod inspector ludi non peccat contra legem iustitię, eo quod non admonet ludentem errare, computando, vel non capiendo priorem locum, si id non promisit. Et ita quamuis aliquando peccaret contra legem charitatis, non tamen tenetur restituere, ad id enim sola lex iustitiæ obligat, per dicta supra *b*.

b Cap. 17 n. 12. & infra c. 24. n. 5.

Ad *quintum*, quod ludens sub fide sua non iurata, non peccat in regnis Hispanię non soluendo, quia diuę memorię Carolus V. in Comitijs Mantuæ Carpentanię, siue Madritij anno 1518. vetuit, ne luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis, qualis est pilæ simul irritas declarando quascumq; promissiones, obligationes, & fidei iussiones, quę ad id præstarētur. Quod ipsum esse seruandum etiā in alijs regnis iure communi asseruit Adrianus, quod efficaciter videtur probare prefatus Datus (qui quum superiora excuderentur solū quidem erat Reuerendiss. Segobiēsis, nunc autem est Consilij Hispaniarum Maximi Præses *d*) licet contra renuerit idem Adrianus *e*, & Castrensis *f*. Nihil tamen prædictus Præses ait de iurante soluere, sicut nos hic egeramus de solo promittente. Nunc autem aimus, teneri ad soluendum iurantem, vt prædiximus, posse tamē repetere soluta instar solū promittētis soluere vsuras, qui eas nō tenetur soluere, nisi iuraverit, & tunc solutas repetere potest *g*. & quod vt iurās soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, qua obtēta non tenebitur soluere *h*, ita iurans soluere in ludo perdita potest petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.

c In 4. de restit. q. 12.

d Iu ca. peccatum, de regiur. l. 6. parag. 4. n. 8.

e Vbi supr. q. 22.

f De lege posnali. d. 2 c. 2. corollar. 3.

g Cap. debitores de iureiur.

h Cap. 1. de iureiur.

18 *Septimo* peccat, qui facit rei notabilis sponsionem, quę Italis Scomessa, Hispanis Apuesta, Gallis Gagemēt dicitur, per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euētum

incertum

incertum præteritum, vel futurum, certo sciens à se assertũ esse verũ, & id dissimulat, vt alium ad sponsionem inducat, quia dolo, de quo supra, in damnum notabile proximi vtitur: qui enim sine dolo eam facit, nõ peccat, quia talis sponsio nulli legi iustitię est contraria, imo est consona *i*, licet vt plurimum obuiet liberalitati. Neque obstat quod Ioan. Maior *k*, & Adrianus *l* contrarium significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit. Tum quia non dicunt eos, qui sic volũt lucrari, mortaliter peccare, sed absolute peccare, quod etiã nos cum Caietano quasi fatemur, dicentes id fere semper esse liberalitati contrarium, & ita lucrum sordidum.

19 *Octauo* peccat, qui lucratur aliquid notabile ludo, etiam licito ab eo, qui non potest donare, vel à coacto & grauiter attracto, aut dolo, vel fraudulenter, vt prædictum est, & nõ vult illud restituere, secundum omnes. Dixi, *Ab eo, &c.* quia secundũ veriorem opinionem, quidquid dicat Panorm. *a* & Gabr. *b* nemo lucrifacta in ludo, etiã illicito, ab eo, qui donare potest ea, quæ perdit absque metu, dolo, & fraude, tenetur restituere de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterq; Thomas *c*, & explicant Ioan. Maior, & Adrianus *d*, & Caietanus. *e* Tum quia nihil accipit contra iustitiam, cum nõ accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tum quia neq; quod sponsionibus sine fraude lucrifit, neque quod emptionibus & venditionibus in diebus festis aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessario restituendũ, quia non obstante illo peccato valent *f*.

Adde, quod qui teneretur restituere lucrifacta in ludo abvno, non potest compensare cum perditis cum alio, nec è contrario: cum perditis vero cum vno non potest cõpensare lucrifacta ab eodem non solum durante eodem ludo ad cuius vsq; finem nihil censetur lucrifactum, sed etiam in diuersis ludis, etiamsi alij sint liciti, & alij illiciti, siue vterque sit habilis ad donandum, sint habilis, siue alter habilis, alter inhabilis, quamuis de rigore iuris in hoc vltimo contrariũ dici possit, sed sequimur Sylvest. *g* hoc tenentem ex equitate, saltem quoad forum conscientiæ, licet arbitror neminem, qui fallis talis, aut chartis, aut alias dolo & fraude lucratur ab alio, compẽsare posse cum iuste lucrifactis ab eodem: non enim videtur iustum vt compensentur cum iuste perditis, quo casu procedat opinio contraria. Addo ité, quod etiam ministri & inspectores, quibus ludentes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere quando lucrans ad id tenetur, alias non *h*.

§ l. cũ ad præsens, ff. de reb. cred. & à Titio, ff. de verb. obl. per quam hoc notant Paulus & Alex. ib. approbat per Iaſ. & citati per eum ibi & in d. l. cũ ad præsẽs & In 4. l. sent. d. 15. q. 15. & seqq.

‖ In 4. l. de rest. q. de ludo.

a In d. l. clerici, & in ca. quia plerique de imm. eccl.

b Vbi supra. c 2. 2. q. 32. art. 17 ad 1.

d Vbi supra.

e In summa verb. ludus.

f Iuxta glos. sing. in ca. dicet. parag. cessent de imm. eccl. 6.

g Verb. ludas, q. 19.

h Gabr. in 4. dist. 15. q. 13. dub. 8. in fine

De consilijs Euangelicis.

20 *Consilia spernens, vel non implens quando peccat mortaliter.*

21 *Consilia Christi præparatione animi seruanda.*

21 Consi-

21 *Consultum à Christo statum non esse tam bonum, ac contrarium asserere, hæresis.*
21 *Consilium contra Christi an peccet monachus caritate annonæ gaudens.*
22 *Caritate annonæ gaudens quis non peccat.*
23 *Peccatum quod non est omne in Deum potest referri.*

20 COntra consilia Euangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum nō implet, vel proposit non implere, etiā tempore quo fierent præcepta, vel ait, non esse de se, & absolute meliora, quam contraria, vel non licere illa vouere, vel vota seruare *a*. Dixi, *Per contemptum*, quia regulariter omissio simplex implementi eorum alio tempore, quā prædicto, licet *b*. Contemnit autem vere nō omnis, qui non implet, sed qui principaliter ideo nō implet, quia ea parui facit, id enim est verus contemptus, iuxta Sanct. Thomā *c*, declaratum *d* bene per Caietanum, & confuse per Felinum *e*, & fere ad verbum per Archid. *f* & clarius per nos infra. *g* Dixi, *Verum*, quia quoad forum conscientiæ non sufficit præsumptus *h*, licet in multis casibus citatis *i* per Felinum præsumatur.

a Iuxt gloss. sing. recept. in c. quis autem, 10. dist. declaratā ibi. per Do. & per Felyn. ante & post. a. lios late in c. 1. de const. b parag. fin. 4. dist. & parag. quod præcipitur, 14 di. 11.
c 2. 2. q. 186. art. 9.
d Ibid.
e In c. cū quidā de iur. in.
f In c. quicūque 81. dict.
g Cap. 25. nu. 40.
h Cap. tua, de sponsa.
i Vbi supra.

21 Dixi, *Proponit, &c.* quia consilia seruanda sunt præparatione animi, secundum August. relatum à Gratiano *k*, & à S. Thoma *l*, & alibi sæpe, hoc est proposito actuali vel virtuali adimplēdi ea, in quibus casibus de necessitate salutis existunt, vt ibidē de martyrio declarat. Dixi, *Vel ait, &c.* quia qui affirmat, statum coniugalem ex se esse æque bonum, vel præstantiorem cœlibatu, aut secularem religioso, non solum peccat, sed est hæreticus, per scripta S. Thomæ *m*; quia aduersatur illi *n*, *Si vis perfectus, &c.* Dixi, *De se & absolutè*; quia dicere secundum quid, & alicui conuenientiorem esse vitam coniugalem, quam cœlibem, & laicam, quam clericalem, non solum non est hæresis, sed catholicum, & probatum à Paulo *o*.

k In c. paratius 23. q. 1.
l 2. 2 3. 124. art. 3 ad 1.
m 2. 2. qui 152 art. 4. & q. 184. D. Matt. 19.
o 1. ad Cor. 7. vt ibi docet D. Thom.

22 Ad quæsitum hic, An religiosus, qui ad tria consilia Christi, castitatis, paupertatis, & obedientię se astrinxit, possit iuste gaudere, quod pretium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus suo Abbati pro suo annuo victu, cum facultate vendendi eos, cum placuerit, conceditur propter sterilitatem anni, vel aliam causam: Respōdetur posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmēto ad suam, & suorum sustentationem applicatorum *p*. Tum quia quoad administrationem honestam reditus Ecclesiastici secularis & regularis æquiparantur, iuxta dictum singulare Cardinalis *q*. Tum quia de omni eo, quod non est malum culpę, potest quis bono aliquo fine gaudere, quia omne tale potest in Deum referri, vt resoluit Caietanus *r*.

p Arg. c. 2. de statu monac.
q In clem. 2. de vit. & honest. cler.
r 1. 2. q. 100. art. 10. & q. 8. art. 3. ad 1.

23 Et caritas tritici non est malū culpę, sed pœnæ *a*, & ita potest quis gaudere caritate, quanten⁹ per eā luxuriātes victu, vestitu,

a Ca. non omnis, 5. q. 5.

&c.

& venereis refrenantur,& socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tum quia potest quis gaudere de augmento pietij, non gaudendo, imo dolendo de causa eius, vt gaudemus de passione Christi, quatenus nos redemit,& dolemus quatenus eam intulerunt Iudæi, & nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio eius sibi collato, dolens de morte patrui,& filius gaudet de bonis obuenientibus ei per mortem patris,plerans illam plurimum. Tum quia licite potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, vt mortem tyranni,quo Respub.pace fruatur,Turcarum Principis,quo Christiani tranquillentur, vt *b* dictum fuit post Alexãdrum, S. Thomam, & clarius Sotum, quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici,vel gaudere, quod illa euenerit principaliter,vt carius vendatur, peccatum est.

b Supra, c. 25. n. 10.

De quinque præceptis Ecclesiæ principalibus, & primo de Missa audienda festis diebus.

CAPVT XXI.

1 *Missam vnam totam non audiens sine vesperis vt peccat.*
2 *Missæ quæ pars notabilis, & quæ tantum die festo audienda necessario.*
3 *Missæ omittendæ quæ causæ iustæ, & an interdictum.*
4 *Missa ab audienda quæ vidua excusatur, vel laudatur.*
5 *Missa an audienda in parochia.*
6 *Missam audire sine attentione debita non sufficit, & 8.*
7 *Missi ab audienda excusatus an teneatur supplere, &c.*
9 *Missa ad audienda quæ familia, vel menstruosa excusatur.*
10 *Missam tangentes plurimi errores.*
10 *Missæ & diuinorum cantui nulla lasciua & prophana miscenda.*
10 *Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia prophana.*

1 PRæcepta principalia Ecclesiæ sunt quinque. *Primum*, de Missa audienda festis diebus. *Secundum*,de ieiunando certis diebus: *Tertium*,de soluendis decimis. *Quartum*, de confitendo semel in anno. *Quintum*,de communicando saltem in Paschate.

Contra horum primum peccat mortaliter, *primo*, quicunque discretus Missam integrã die festo sine iusta causa non audit *a*, etiamsi absq; vero contemptu per solam negligentiam id facere omittit: quod recte Syluest. *b* probat, quidquid post Richardũ *c* Angelus dicat *d*. Dixi, *Quicumq;*; quia quilibet cuiuscumq; sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel, senex mas vel fœmina

a Cap. missas & cap. omnes fideles de cõsecrat. dist. 1. D. Verb. miss. 3. q. 2.
c In quolib. 1. q. 19.
d Verb. fe. parag. 4.

mina, laicus, vel clericus, aut monachus, liber, aut seruus, eam audire tenetur, secundum communem, quam tenent Richard. *e* & Cardin. *f* Anton. *g* Dixi, *Discretus*, ad excludendum discretione carentem, quales sunt infans & stultus *h*. Dixi, *Missam*; quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiam vesperas, licet multi iure particulari voti, iuramenti, statuti, beneficij, religionis, vel consuetudinis præscripte ad id teneantur: qualis consuetudo videri potest introducta in tota fere Gallia, Nauarra, & aliquot oppidis Castellę, & Lusitanię, licet paucis: quod arbitror fuisse in causa cur Paludanus *i* dixit teneri omnes ad audiendum vesperas die festo. Credo tamen prædictas consuetudines non obligare ad mortalem culpam, sed solum ad venialem. Tum quia longe laxius audiuntur vesperę, quam Missæ. Tum quia pauci se accusare videntur de illarum auditionis omissione tamquam de mortali, & pauciores confitentur eam.

e Vbi supra
f In d. capi. missas.
g 2. par. tit. 9. c. 10 parag. 1.
h Arg. c. omnis de pœn. & remiss. & clemen. 1. de homic.
i In 4. distin.

2 Dixi etiam *Missam*, & non missas: quia nemo ad plures missas die festo audiendas obligatur etiã in die Natiuitatis Domini (licet in eo ab eodẽ tres dici possint) preter eos, qui voto, pœnitẽtia, aut statuto, aut pacto, ad plures audiendas tenẽtur: quia id nulla lege cauetur, & ideo nulli est imponendũ *k*. Dixi, *Integram*, quia non sufficit audire defectam aliqua parte notabili *l*. Notabilis autem pars definienda videtur arbitrio prudentis, cũ à iure nõ definiatur *m*, & apparet talis ea, quæ protẽditur ab Introitu vsque ad Epistolã, & Graduale inclusiue, vt diximus *n*, simul addẽtes, quod ex vna particula principij & finis potest cõstitui vna notabilis pars. Et quod legẽdo per se post Missã partem omissam, saltẽ, quę non esset notabilis, vel audiendo lectã ab alio, satisfaceret, iuxta auctorẽ Margar. Confess. vt etiam satisfacit, qui dimidium vnius Missæ, & alterũ dimidiũ omissum alterius audit *o*. Et quod licet nonnullis videatur nõ satisfacere huic præcepto eos, qui ante benedictionem exeũt, per prędictũ c. *Missas*, quod antea exire vetat, contra tamen putamus, quoad effectum euitandi mortalem culpam, nisi cum partem notabilẽ omittũt; quia paruitas in omni materia excusat à mortali, iuxta citata *a*. Dixi, *Festo*, quia nemo vllo alio die hoc præcepto tenetur, etiã clericus vel monachus, imo neq; episcopus, quia ea *fin*. *b* quod maxime ipsum obligare posset, non dicit eũ teneri, sed non decere vt vllo die illam omittat, Nullo inquam, alio die, etiam ieiunij & Quadragesimæ, quoniam ea. *solent c*, quod maxime in contrarium vrget, sublatum est dissuetudine, aut intelligendum est de consilio, vt etiam notãt Rosel. *d* & Syluester *e*, quamuis plurimum deceat vt audiat eam quicunque id commode facere potest tempore tam sancto, tamque sacris D. N. Iesu Christi, qui in ea realiter offertur mysterijs dedicato.

k I. illam, C. ce collat. c. consuluistis, qu. 4.
l Per dictum c. missas, ibi Totas.
m Argu. l. 1. ff. de iure deab.
n In Enchirid. de Orat. c. 10. nu. 43.
o Ioannes Maior in 4. l. sent. d. 45. q. 8.
a Supra c. 18. num. 4.
b De priuil. lib. 6.
c De consec. dist. 1.
d Verb. missas parag. 13.
e Verb. missa, 2 q. 1. parag. dicitur tertio.

3 Diximus, *Sine iusta causa*, quia cum ea licite secundum omnes omittitur: qualis est illa, ob quã non potest audire absque graui

damno animę, corporis, honoris, bonorū proprioru, vel proximi *f*: qualem habent etiam excommunicati & interdicti, licet absolutionē procurare neglexerint, quamuis enim illam, quam consequi possunt, negligendo procurare, peccent, non tamen peccant non audiendo Missam, quam iure nequeunt audire *g*.

f Argum. l. Nepos procu. ff. de verbo sign. g Arg. c. quia diuersitatem decōcet præb. de elect.

Nec obstat ca. fin. *h* quatenus habet, non potētibus eligere sine licētia, nec procurantibus eā, currere tempus electioni præfixum, quia est diuersa ratio, vt ibidem vtrobique notatur. Talē habent etiam infirmus & eius minister, qui sine salutis dāno eā audire nequeunt. Nutrices item, quę sine periculo non possunt relinquere eos, quos lactant. Illi etiam, quibus est impedimēto aliquod graue negotium, & qui ratione sui officij exire prohibētur: quales sunt aliqui arcium custodes, & domini, & eorum consultores, qui tempore Missę negotijs moram nō patiētibus impediuntur. Iter facientes quoque qui audiendo Missā socios necessarios amitterent. Et pauperes, qui carent vestibus, sine quibus absque notabili pudore eam audire non valent, secundum cōmunem, quam Sylvest. *i* explicat, quāuis nō adeo aperte: Interdictum autem generale non excusat eū, qui iure cōmuni, aut priuilegio speciali eam illius tempore audire potest: de quibus sunt clerici etiam primæ tonsurę, secundum opinionē Ioa. And. *k* receptam per totam Hispaniam, sed non per Gallia, quæ contrariam Archid. tempore nostro seruabat.

h Vbi supra, qu. 1.

k In c. fin. de sent. excommunic. lib. 6.

4 Vidua item, quę iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se cōtinēs eam non audit per dimidiatū, vel integrū mēsem, sed nō quę per plures menses, vel annū non audit, Sylvester *l*, quod ipsum tenet S. Ant. *m* Sed cōtra seruatinsignis quędam Hispanię prouincia, in qua nobiliores viduę toto vno anno de consuetudine domi se continent, & non audiunt eam.

l Vbi supra. m In 2. part. tit. 9. cap. 1. parag. 2.

Rogatus aurē dicere, An id liceat: Dico *primo* difficile defendi posse eiusmodi cōsuetudinē non valere, modo ad alia nō egrediantur. Tū quia prędicti fatentur valere cōsuetudinē continēdi se sic quindecim, vel triginta diebus, & eadē ratione coguntur probare consuetudinem cōtinendi se per 40. 50. 60. & 100. dies, & consequenter per sex mēses & annū totum, cum lex de audienda semel in anno missa, aut in duobus, aut sex mensibus, non sit magis naturalis, vel diuina positiua, quā lex de audiēda semel intra quindecim, vel triginta dies. Tū quia negari nō potest, posse ferri legē, quæ aliqua iusta de causa præceptum hoc relaxaret aliquibus ad semeltre, vel annū, & consequenter concedendū est idem fieri posse consuetudine, cū quidquid induci potest humana lege, possit & consuetudine *a*: hęc causa videtur iusta in terris, in quibus facile de viduis male præsumitur.

a l. de quibus ff. de leg. &c. si de consuet. l. venditor, parag. si constat. ff. commun. præd.

Secundo dico, laude dignā futuram viduam, quę hac consuetudine posthabita, imitaretur nobiles illas & glorioſas Martham, & Magdalenā Lazari sancti sorores in eo, quod vt illæ non obstante luctu, quo fratrē recens mortuum lugebant, egressæ fuerunt ad

runt ad excipiendum Dominum Iesum adhuc mortalē, ita ipsa exiret ad videndum eum iā immortalem, & glorioſiſſimum in ſacramento exſtantem, & exorādum, vt ſicut Lazarum è ſepulcro eduxit, ſic ſui mariti animā à Purgatorio (ſi eſt in illo) educat. Et dignior haberetur illa, quę imitaretur viduas illarum regionū, quę vadūt ad eccleſiā ſingulis totius primi anni viduitatis diebus exoraturę Deum pro ſuis maritis, & in medio miſſę panem & ceram pro illis oblaturę. Illa item, quę imitaretur altiſſimos eoſdemq; potentiſſimos, & Chriſtianiſſimos Luſitanię Reges noſtros Ioannem huius nominis tertium, & Catharinam huius nominis primam, quos admirabilis cultus & amoris erga Deum exemplo vidimus audire publicē miſſam pontificalē, & veſperas cū concione die Epiphanię, anni 1554. quierat tertius dies à lamentabiliſſimo illo funere Principis, imo Principū floris eorū vnici filij, & omnium Regnorum & ſtatuum ſuorum vnici hæredis, recentique matrimonio coniuncti incōparabili Principi Ioannæ illius numquam ſatis laudati Caroli V. filiæ, & glorioſiſſimi Philippi II. Regis Catholici ſorori, Ioānæ, inquā, illi Principi & Dominę noſtrę, quæ in illo lamētabili caſu, præſertim in diſſimulanda morte, quā clandeſtine nouerat, quæ ei prægnāti miris modis occultabatur, ne eſſet cauſa aborſus, admirabilem & inauditā Regij animi erga Deum religionē, erga coniugē amorem, erga ſoceros pietatem, erga omnes magnanimitatē, prudentiam & conſtantiam adhuc adoleſcens, totis viginti diebus ab eius morte, ad ſuum vſque feliciſſimum partū monſtrauit Religionē quidem, quod ſola in cubiculo ſecretiori diuinæ voluntati ſuam omnino ſubijciens, ne ab orando pro tanto cōiuge tanta perturbatio eā retraheret, præſentiæ diuinæ contemplatione illam mitigabat. Amorem vero erga coniugē, quod quocūq; tēporis momento vacabat, in profuſiſſimas ac inexplebiles ſoluebatur lachrymas. Pietatē erga ſoceros, quod ipſius verbo, geſtu, & habitu ſummum ſuum dolorē de tanti & tam dilecti filij morte cōceptum, pro maximo nepotis habendi deſiderio diſſimulantibus, ſe conformabat, diſſimulando cōtra omnem coniugalem affectum ſummū illū, quo excruciabatur, dolorem ex omnium dilectiſſimi morte manantē, & redundātem, & nulli vel cariſſimę miniſtrę illum aperiendo, & ſocerōſimul, vel ſingulatim ad ſe conſolandū frequenter aduentantes eiſdem vultu, & geſtibus, quos gerebant excipiēdo, & ridentibus, feſtaque veſte ornatis arridēdo, feſtaque ſe veſte ornando, nulla interim de tanto Principe, tantoq; coniuge apud eos, vel vllos alios facta mentione, etiam intra ſuum ſecretiſſimū cubile, intra quod clauſum nullis lacrymis, nullis ad Deū precibus parcebat, donec ſoceri moniti quod ſe ſine vlla tamē voce querula fere interimebat, accederent conſolaturi eam, quæ vultu ſpem ſimulans altum premebat cordedolorem: quę omnia nūquam nec viſa, nec lecta, nec audita fuiſſe arbitror ante illam,

cui maximo, eodemque diuino sapientiæ, consilij, fortitudinis, & pietatis dono donata fuerunt.

Tertio dico, quod episcopus regionis, vbi talis cõsuetudo seruatur, rẽ se dignam faciet, si suis suorumq; parochorum cõcionibus suaserit populo suo, vt illa penitus aboleatur, aut saltẽ ad octo, vel quindecim dies restringatur, vel id de illius cõsensu in synodo statuatur. Nõ enim ausim asserere, quidquid alij dicant, posse ipsũ ex abrupto suo præcepto eã iuste laicis inuitis tollere. Caueant autẽ prędictę viduę, ne suam intra domum inclusionem ob vanam mundi gloriam principaliter patiantur, cum eã in suorum, suique mariti peccatorum pœnitentiam offerre debeãt, nõ minus, imo plusquam in Ecclesia pro eis orando. Cauent item, ne illud extendant vltra suæ conditionis viduas *a*.

a Arg c. quæ contra mores 8. de arg. cap. voluit 33. q. 5

5 Excusatur etiã nupta, quę sine magno mariti scãdalo missæ interesse nõ potest. Nõ dixi tamen, *In sua parochia*; quia satisfacit audiendo extra illam etiam in aliquo oratorio, vel sacello, modo id nõ faciat ob cõtemptum eius, vel parochi *b*. Ex quo ibi à contrario sensu Panormit. id colligit, siue id faciat iusta de causa, puta quia proprius parochus est cõcubinarius, excommunicatus, denuntiatus, aut suspensus ab ordinibus, aut vt deuotius ibi audiat, aut illic simul audiat missam & cõcionem, aut vtiliorem cõcionem, siue sine illa, modo sine cõtemptu prędicto. Tũ per prędictum ca. 2. Tum quia cõsuetudo generalis tolerata id videtur habere, adeo quidem, quod secundum Syluestrũ *c* Episcopus suis subditis contrarium præcipere nõ potest, quia cõsuetudo est generalis, & vt episcopus nõ potest tollere, nec restringere ius commune *d*, sic nec generalem totius orbis consuetudinem, quæ vim eandem habet *e*, & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla *f*, secundum S. Antoninum & Syluestrum *g*. Tum quia Leo X. in breui cõtento in supplemento priuil. *h* præter alia sic statuit. *Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio sacerdote parochiali, in ecclesiis fratrum ordinum Mendicantium dominicis, & alijs festiuis diebus missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis pœnamve propterea incurrere.*

b Cap. 2. de paroch.

c Vbi supra, q. 4.

d Arg. c. inferior, 21. distinct.

e l. de quibus ff. de leg.

f Arg c. 1. de sent. & re iudic.

g Vbi supra q. 5.

h Conc. 9.

Nec obstat Concil. Trid. *i* quatenus habet, teneri quem ad audiendam cõcionem in parochia sua, si cõmode potest: quia non agit de missa, sed de cõcione. Nõ obstat etiam decretũ *k*, quatenus habet, vt episcopi moneant populum, vt frequenter, saltem Dominicis & solemnioribus festis ad suas parochias accedant, quia nõ ait vt iubeant, neq; eos teneri, sed solum vt moneant, quod nõ inducit necessitatem *l*. Obstat tamen fortiter id quod ibi subditur, posse scilicet episcopũ auctoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna, nisi respõdeatur nõ videri debere opportunum, vt cum scandalo tot laicorum, & monachorum tam generalis cõsuetudo, quã etiã in vrbe seruari videmus, tollatur, præsertim

i Sess. 24. c. 4. de reform.

k De obseruandis, & euitandis in celebrat. miss. sess. 22.

l parag. final. 4. distin. & parag. quod præcipitur, 14. q. 1.

præsertim quod felic. rec. Pius V. in Bulla *motus proprij* lata mense Iulio, 1567. declarauit, audientes missas festis diebus in monasterijs Mendicantium satisfacere huic præcepto. Cuius Bullæ tenor cum moderatione, quam ipsemet dicitur concepisse, si publicetur interea ponetur in fine cap. 27.

6 *Secundo* peccat mortaliter, qui missam quidē die festo audit, sed intendit animum ijs, quę attentioni necessario debitę repugnant, in aliqua eius parte notabili colloquendo, pingendo, scribendo, dormiendo, & alia huiusmodi faciendo, secundum mentem Angeli *a*, Syluestri *b*, Caietani *c*.

Non tamen est tenendum illud S. Antonini *d*, scilicet, eum, qui Ecclesiam adit principaliter ad videndū, aut alloquendum fœminam pulchram, aut ob aliud quoduis illicitū, non satisfacere huic præcepto. Tū quia potest quis malo fine Ecclesiam adire, & bene in ea missam audire. Tum quia præsupponit opere malo, præsertim mortali nō posse adimpleri præceptum, quod esse falsum late probamus *e*, & tangimus supra *f*. Et quāuis nonnulli dicāt peccare mortaliter eum, qui iusta de causa die festo ab audienda missa excusatur, si nulla prece, saltē mentali, id supplet, qua Deum tamquam dominum & creatorem reuereatur, & super omnia diligat, quod sentit Scot. *g* & Angel. *h* moti eo, quod omnis Christianus iure diuino tempore aliquo ad orādum sub pœna peccati mortalis tenetur, vt diximus *i*, & quod hoc Ecclesia fieri decreuit Dominicis, & festis diebus, quando missa auditur: nō tamen videtur hoc tenendum. Tū quia iustū impedimentū ab obligatione præcepti de missa audienda nos eximit. Tum per adducta ab Adriano *k* & supra à nobis *l*. Tū quia licet dilectio Dei super omnia sit finis huiusmodi præcepti, vt ipsi dicunt, non tamen eo præcipitur, quia finis præcepti non est in præcepto, vt post S. Thom. *m* latius tradidimus alibi *n*.

8 *Tertio* peccat, qui audiens missam ex præcepto priuatas, vel publicas preces ita recitat, vt missę auditioni necessariam attētionē nō adhibeat, secundum omnes. Nec quoad hoc refert, an preces sint debitę iure cōmuni, voto, pœnitētia, vel alias, an vero voluntariæ: nam quidquid dicant Angel. *o* Gabriel, Maior, Caiet. & alij multi, quos in d. Enchirid *p* citauimus, vera resolutio est, quam ibi dedimus, scilicet, posse quem eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, aut alijs votis, iuratis, vel in pœnitentiā iniunctis, modo non adeo vni rei intendat, vt alteri necessariam attentionem adimat, quod fieri potest, cū nemo teneatur ex præcepto audire, & minus intelligere verba facientis, quia satis est vel exōgnquo missanti adesse, & surgēdo, genua flectēdo, vel alias actualiter, vel virtualiter exoptare, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, à Deo exaudiatur, quod facile facere potest, etiā horis canonicis necessariā attentionem adhibendo, præsertim quando horas, & preces prædictas tunc tēporis recitat, quo

a Verb. feriæ, parag. 41.
b Verb. missa q. 6.
c In summa Verbo festorum violatio
d Vbi supra.
e In Ench. de Orat. cap. 20. num. 29.
f Ca. 11. n. 17
g In 3. l. sen. dist. 9. & 17. q. vnica.
h Verb. feriæ parag. 46.
i Vbi supra c. 3. num 5.
k In 4. de satisf. q quæritur, sub fin.
l Ca. 13. n. 2.
m 1. 2. q. 108. art 3 & 19.
n In tractatu de reditibus ecclesiasticis q. 1. monit. 61. num. 3.
o Verb. feriæ, parag. 42.
p Cap. 19. n. 179.

tat, quo nec audire, nec intelligere sacerdotem potest, vel quia longius abest, vel quia submisse & secreto sacerdos loquitur, vel audiens surdus est, vel ob alia similia. Quare contrariæ opinioni locus est, quoad melius esse, vel cum alteri rei attentio necessario debita subtrahitur, adeo quod si eam neutri rei adhiberet, neutri satisfaceret, iuxta illud glossæ a:

a l. Nemo. C. de accus.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque.

Quarto peccat dominus, pater, vel herus, qui notabiliter negligendo, vel in opera, quæ differri poterant, occupando seruum, filium, vel famulum, est causa, ne die festo missam audiat b. Nec ferenda videtur consuetudo illa, qua nobiles puellæ numquam ad missam, nec concionem antequam nubant egrediuntur, maxime si ad alia nuptiarum, vel ludorum festa ducantur, aut fenestræ eis permittantur. Quamuis excusentur, si à parentibus prohibeantur, Angelus c & Syluest. d sed non illi, nisi saltem aliquot solemnioribus festis missas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adolescens excusatur, mater etiam, quæ ad illam custodiendam domi remanet, excusabitur e. Ad nouc hic quæsitum respondemus fœminas non excusari ab audienda missa die festo ob menstrua, quæ illis contingunt, nisi debilitas alia in id sufficiens eis accedat f.

b Arg. c. duo. 23. q. 4 & c. fin. de ipsur.

c Verb. feriæ parag. 41.

d Verb mis. q. 2.

e Arg. c. accessorium, de reg. iur. l. 6. cum ritatis.

f Arg. c. d eius, 5. dist. & ca. de puric. post partum.

Quinto peccat mortaliter, qui dicit non offerri in missa idem sacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentũ, vt definit Concil. Trid. g aut in missa nõ offerri verũ & propriũ sacrificiũ, aut quod offerri in ea sacrificium non est aliud, quam nobis Christum ad manducandũ dari h. Aut Christum non fecisse sacerdotes Apostolos per illa verba, *Hoc facite, &c.* i Aut missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, nõ autem propitiatorium, vel solum prodesse sumenti: neq; pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere k. Aut blasphemiã irrogari Christi sacrificio in cruce peracto per missæ sacrificiũ, aut illi per hoc derogari l. Aut impostura esse missas celebrare in honorẽ sanctorũ, & pro illorũ intercessione apud Deum obtinẽda m. Aut canonem missæ errores cõtinere n. Aut cærimonias, & vestes missæ esse malas. Aut missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter cõmunicat, illicitas esse. Aut quod nihil submissa voce dicẽdum sit in missa. Aut lingua tantum vulgari eam celebrari debere. Aut aquã nõ miscendam esse vino in calice offerendo o. Aut nõ esse optimum omnium pro animabus purgatorij suffragium p.

g Sess. 22. c. 1.

h Ibidẽ c. non

i Canon. 2.

k Canon. 3.

l Canon. 4.

m Canon. 5.

n Canon. 6.

o Canon. 7.

p Canon. 8.

q Canon. 9.

Idem Concil. r iussit vt iubeant episcopi, ne fiat vlla cõuentio super dicendarum missarum mercede, neq; in missis nouis offeratur quidquã magis coacte, quam spõte. Et quod nulla missa dicatur extra Ecclesiam, aut oratorium, quod nõ subiaceat visitationi ordinarij. Et quod nullus presbyter notorie criminosus

b in eodem Concil. sess. 25. in princ.

r Sess. 22. in Decret. de obseru. & euit. in celeb. miss.

eam dicat,

eam dicat, nec diuinis officiis interſit. Et quod nulla cantio laſciua, vel profana miſceatur cantui, etiam organico, nec in ea fiant ceremoniæ inuſitatę, nec cum ſuperſtitioſo candelarum numero. Et quod non fiant in Eccleſia actiones, & colloquia vana, vel profana, deambulationes, ſtrepitus, clamores. Idem concilium *d* iubet ordinariis, vt moneant teneri parochianos ire ad audiendam concionem in ſuis parochiis, quoties commode potuerint.

d Seſſ. 24. c. 24. de refor.

De ſecundo præcepto Eccleſiæ: De ieiunando.

11 *Ieiunia determinantia ius naturale omnia iuris humani, & 12.*
13 *Ieiunium non frangit potus, nec medicina, nec prægustatio.*
14 *Ieiunium bina comeſtio, & collatio matutina frangit.*
15 *Ieiunijs qui cibi vetiti.*
16 *Ieiunio à ſeruando triplex cauſa quos excuſet.*
17 *Ieiunio liberat bonum etiam mercede ſic exercitum.*
18 *Ieiunium quæ peregrinatio, & cum vxore diſcordia tollit, & 19.*
20 *Ieiunium quæ cauſa tantum putatiua & dubia tollit.*
21 *Ieiunia circa etiam epiſcopus, & alij prælati ſic diſpenſant, & 22.*
22 *Præceptum Eccleſiæ totum, aut pro parte, qua poteſt, ſeruandum.*
23 *Ieiunio non omnis ſolutus poteſt edere carnes.*
24 *Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccat, & 25.*
25 *Peccatum quando non eſt inuitare ad actum qui peccatum eſt.*
26 *Ieiunij die quis miniſtrans cibos peccet.*
27 *Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur.*
27 *Ieiunium frangit præueniens horam, ſed non veſperas, aut nonam.*
27 *Ieiunet famulus, ſed nemo die Dominica.*

11 CONtra hoc ſecundum præceptum Eccleſiæ de ieiunando peccat mortaliter, *primo*, qui qualemcumque cibum quocumque tempore ſumit, credens eius eſu ſe deiectum iri carnis aliqua grandi tentatione: quia frangit ius naturale, quo quis tenetur tali caſu à tali cibo abſtinere, ſiue ieiunare, ex mẽte S. Thomæ recepti *a*. Quod caſtitatis cultores, & eius cõtemptores alta mente reponant. Dixi, *Deiectum iri*, quia non ſufficit credere ſe tentatum iri, etiam grauiter, modo ſperet gratia Dei non ſe conſenſurum illi, iuxta dicta ſupra *b*.

a 2 2 q. 147. art. 3.

b Cap. 16. n. 7. & 8.

Secundo peccat, qui die ieiunij præcepti ab Eccleſia à media nocte in mediam noctem veſcitur pluries, quam ſemel tãtum, vel cibis vetitis, ſine cauſſa iuſta, vera, vel putatiua, aut diſpenſatione, quod áſſerit S. Thomas *c*, & Caiet. *d* efficaciter probat, & S. Thomas cum communi *e*, & Inno. cum communi *f*. Nec obſtat, quod nulla lex pontificia, vel conciliaris ſtatuat ieiunia per verba præceptiua: quia tota Eccleſia id pro præcepto accepit, vt ſignificat S. Hieronymus *g*, & S. Apollonius *h*.

c Vbi ſupra.
d Ibidem.
e In 4 libro ſent. diſt. 15.
f In rub. de obſer. ieiun
g In ca. vtinam. 76. diſt.
h In c. ieiun. de conſ. di. 3.

Dixi, *Die ieiunij præcepti*: Tum ad excludendū tantum consultum. Tum ad significādū esse aliquos dies ad id designatos, scilicet, totam Quadragesimam, & quemlibet eius diem, & Quatuor anni Tempora, quæ ex tota 76. dist. colligitur esse Feriam Quartam, Sextam, & Sabbathum immediate sequentes Pentecosten, Exaltationē Crucis, S. Lucię, & diem Cinerū, iuxta illud vulgatū, *Post. Pen. Cru. Lu. Ci.* id est post Pentecosten, post Crucē, post Luciam, & post Cineres: & dies vigiliarum à iure cōmuni aut particulari præceptarū. Porro Leo X. in quodā Breui misso ad Legatum Hispaniæ statuit, vt anno, quo Vigilia S. Ioānis incideret in diem corporis Christi, pridie illius ieiunetur, scilicet feria quarta, & non quinta illi sacra. An vero vouens ieiunare omni feria sexta, vel sabbatho, possit vesci carne, & nō ieiunare die Natalis Domini tali die incidente: Respondeo, quod non *i*.

i Per c. hn. de obseru. ieiun.

12 Dixi, *Ab ecclesia*, ad significandum omnia ieiunia Christianorū esse instituta iure humano, & nulla diuino, nec naturali, vel positiuo: nā etsi Quadragesimæ ieiuniū antiquitate & forte præfiguratione pręstet, arctiusq; sit ob id seruādū, iuxta S. Thomam *k*, & nonnulli, de quibus est ille Frāciscanus, vir plane pius & eloquens Tholosas, qui encomium Quadragesimæ aduersus Lutheranos scripsit, iuris diuini illud esse asserāt; vere tamē iuris humani est, secundum communem, quam confirmauimus *l*.

k Vbi supra. art. hn.

l In ca. Quadragesima, de consec. dist. 1. m l. more Romano, ff. de ferijs.

Dixi, *A media nocte, &c.* quia ieiunium Ecclesiasticum à media nocte priori in mediam sequentem durat, iuxta definitionem *m*, secundum omnium sententiam, nam cap. *de esu carnium n*, quod contrarium significare videri alicui potest, de consilio loquitur *o*, vt ibidem diximus *p*.

n De consec. di. 5.

o Iuxta glo. suam.

13 Dixi, *Vescitur*; quia licet bibere sæpius vinum, aut aquam inter vescendum, & mane & vespere, iuxta S. Thomam receptū, pulchra ratione id asserentem, quamuis ad sustentandum & famem sedandum biberet, quidquid aliqui sine textu & ratione ad id idonea dicant. Esto, quod venialiter peccaret, qui cœpta & nondum finita digestione biberet, non quidem quod ieiunium frangat, sed quia actum inordinatum agit, nisi iusta causa, puta charitatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis eum excusaret, vt etiam Caietanus ait *a*.

p In d. q. 147 art. 6.

q In d. art. 6.

Dixi etiā *Vescitur*, ad excludendos eos, qui aliquid pręsumunt causa medicinę, aut causa pręgustandi cibos dominorum, vel infirmorū, quibus inseruiunt, etiam mane, & etiam si cibi prægustandi sint oua, vel carnes, & etiā in Quadragesima, quia non sumunt illud in cibum, sed in medicinā vel vt ex debito officio suis dominis seruiant, propter quod nec soluunt ieiunium, nec excusantur ab eo. Id quod idē est dicendū de ijs, quos inter comedēdū legere oportet, quia possunt pręsumere aliquid cœna in finem lectionis dilata, secundum omnes. Et idem de ijs, qui vespertino symbolo, seu collatione, die, qua ieiunāt, vtūtur, comedendo aliquid solius fructus, vel panis, vel vtriusque, iuxta

morem

morem regionis, modo ne tantum sumatur, vt ieiunium defraudetur, non tantum *c* ne potus noceat, quod etiam nulla exstante consuetudine fieri potest, sed etiamsi ad sustentandā naturam edatur, & quamuis non bibatur, iuxta mentem Innocent. & Panor. & communis *d*, explicatam à Caietano *e*, & melius alibi *f*, & nos probauimus *g*, ea præsertim ratione, quod cum omnia ieiunia sint, vt prædiximus, iure humano inducta, possunt consuetudine rationabili præscripta duriora, vel blandiora fieri *h*, quidquid aliqui dicant.

14 Non licet tamen vti mane collatione vsitata vesperi, & prādium in vesperum differre, iuxta Caietanum *i*. Et merito, quia illa non fit medicinę causa, nec fieri potest ratione vllius consuetudinis, quia nullibi est talis: & consuetudo, quæ contra ius est, non est amplificanda *k*, quamuis causa medicinæ, debilitatis complexionis, vel necessitatis aliqua necessaria agendi iuste id fieri posset.

Dixi, *Pluries quam semel*; quia vnica commestio est de essentia ieiunij, nisi quatenus consuetudo aliquam paruam permittit. Quare qui facta cœna de mensa surrexit, voluntate amplius nō comedendi, & postea redit ad eam, & comedit, videtur frangere ieiuniū, secundū Archidiaconum *l*. Pro cuius opinione faciūt ea, quę de iteratione actus diximus late supra *a*. Quod idem videtur de illo, qui facta meridie cœna sub noctem symbolo, seu collatione notabiliter immoderate vtitur (quod frequenter fit in vigilia Natalis Domini, præsertim in Lusitania, vbi multa ex saccharo confecta & condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium) & admittit veram cœnam nomine collationis tectam seu palliatam *b*. Sola autem secunda comestio peccatū est, non autem tertia, neque quarta, vel vlterior; quia illa sola ieiuniū frangit, secundum Durādum *c*, quē sequuntur recte Angelus *d*, & Syluester *e*, quidquid disputet Ioan. Maior *f*, modo in tertia, vel vlteriore non edantur cibi vetiti: quia quoties quis edit illos, toties mortaliter peccat, secundum omnes.

15 Dixi, *Vel cibis vetitis*; quia etiam vnica illorum comestione frangitur ieiunium, secundum omnes. Sunt autem cibi vetiti carnes, quales non sunt limaces *g*, oua item & lacticinia in Quadragesima *h*, in alijs autem temporibus solū carnes iure cōmuni, vt sentit S. Tho. *i* quāuis nemo id satis declaret: quod in orbe seruari videmus: tametsi in Hispania, & bona parte Galliarum omnia exæquentur. In omnibus tamē ieiunijs seruanda est cōsuetudo quadraginta annorum comedēdi oua & lacticinia *k*, licet in orbe nouo, & terris noue repertis, & alijs, in quibus nōdū est talis cōsuetudo, seruandum sit præfatum ius commune.

16 Dixi, *Sine causa iusta*; quia illa secundum omnes excusat. Omnis autem iusta reducitur ad vnam ex tribus, scilicet impotentiam, necessitatem, & maius bonum, secundum S. Thomam *l* explicatum à Caietano *m*.

c Vt ait Innoc. in d. rubric.
d In d. tub. de obseru. ieiun.
e In summa verbo ieiunium.
f 2. 2. q. 147. art. 6.
g In d. c. solent. de consecr. d. 1.
h Arg. c. fi. de consuet.
i Vbi supra.
k Ca. ad audientiam, de decimis, &c. odia. de regul. iu. li. 6.
l In cap. non licet, de consecr. dist. 1.
a C. 6. nu. 16.
b Arg. cap. 8. iuncta gl. de consuet. l. 6.
c In 4. libro sent. dist. 26.
d Vbi supra parag. 22.
e Verb. ieiunium, q. 8. dicto 4.
f In dict. dist. 15. q. 6.
g Maior supra.
h Cap. denique 4. dist.
i Vbi supra art. fin.
k Arg. ca. fin. de consuetu. & l. 2. C. qua sit longa consuetudo.
l Vbi supra ar. 4.
m In summa verb. ieiunium, c. 3.

Prima, scilicet impotentia eximit ab hac lege pueros vsque ad 21. annum; *n* expedit tamē eis ieiunio assuescere, & ob aliquam vrgentem necessitatem ad id compelli possunt. *o* Hæc eadē eximit senes sexagenarios, secundum communem, licet S. Thom. nihil de hoc dicat, & merito, quia *p* alij alijs citius fiūt ad id impotentes, & ideo arbitrio prudentis, aut superioris id relinquēdum est *q* Et quidem gratia Deo, octuagesimum annum agens perinde possum ieiunare ac cum agerem sexagesimum, imo & quinquagesimum. Eadem etiam mulieres grauidas, & nutrices excusat, quippe quas non solum sibi, sed etiam alijs edere oportet, & ita vna comestio eis non sufficit, *r* imo peccarent, nisi ita robustę essent, vt vna comestione sibi & infātibus sufficere possent. *s* Eadem etiam excusat pauperes non valentes quęrere sibi cibum ad vnicam comestionem sufficientem, non tamen alios. *t* Eadem excusat infirmos non valentes, vel non debentes simul tantū comedere quātū eorū saluti sufficiat. Eos itē, qui tā infirma sunt cōplexione, vt vacuo stomacho capitis dolorē, vel vertiginē patiantur, aut tota nocte calere, vel dormire nequeant. *a*

Secunda causa, scilicet necessitas, excusat quem à ieiunando, quoties oportet facere ipsum aliquid impatibile illi ad vitę, aut sui status decori conseruationem necessariam, aut ad vitandum damnum aliquod notabile, aut lucrandum aliquid quod saro lucrifieri potest. Et omnis alia necessitas quę à festo seruando excusat. *b* Non tamen illa sola, nostro iudicio, excusat. Excusatur enim à ieiunio faber ferrarius, carpentarius, agricola, & quilibet alius operarius, qui aliter quam assiduo suo labore non potest se, aut suam familiam sustentare, aut collocare suas filias, aut studijs filiorum necessaria suppeditare, nec sibi, nec suis ad cultum decentem necessaria comparare, *c* qui tamen ab obseruandis festis non excusarentur. Vnde sequitur illud Eugenij IV. non tam priuilegium esse, quam iuris communis declarationem, opifices scilicet, suas artes exercentes, aut colonos, colendis, serendisque agris, aut alijs operam dantes, siue sint diuites, siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri, & à confessarijs absolui posse, consulendo illis vt in eleemosynis aliisque pijs operibus occupentur, *d* quia nullus eorum, qui operi laborioso incumbunt, vt plurimum tam diues est, qui suo labore ad aliquid ex prædictis non indigeat. Et à fortiori excusatur, qui ieiunando non potest ad suam, aut aliorum salutem spiritualem, vel corporalem necessaria efficere, veluti concionari ex officio, aut obedientia, verbo, aut scripto docere, aut confessiones audire *e*. Eadem causa excusat eos, qui ieiunando, suo officio, vt par est, fungi nequeunt, quia vt ieiunium opera necessitatis non impedit, sic nec obligationis, & consequenter excusatur magnum iter facturus, saltem pedes, & maritus qui vxori suæ reddere debitum aliter non potest, & vxor quæ ieiunando marito satis placere nequit.

n Secundum eundem S. Th. ibidem.
o Arg. cap. 3. Iona.
p Vt ibi ait Caiet.
q Arg. l. 1. ff. de iure deli. & de causis, de offic. del.
r Gab. in 4. dist. 6. a. 1.
s Caiet. in d. ar. 4.
t Palud. in 4. dist. 15. q. 4. a. 2. conclus. 5.
a Caietan. vbi supra.
b Vt ibi sup. addit Caiet. pro quo facit cap. licet, de feriis.
c Vt ait idem vbi supra. ar. 3.
d Rosel. verb. ieiunium, parag. 19. Sylu. ad verb. q. 3.
e Secundum Caiet. vbi supra. ar. 3. & in summa verb. ieiunium cap. 1.

17 Tertia

17 *Tertia* causa, scilicet maius bonum excusat eos, qui non possunt ieiunando sanctioribus & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunando vacarent *f*: qualia sunt opera misericordiæ spiritualia & corporalia, quę suapte natura sunt actus misericordiæ, quę est virtus præstantior abstinentia, cuius actus est ieiunium, iuxta Caietanū *g*: qui tamen, & Syluester limitant hoc procedere in eis tantum, qui sine aliqua mercede ob solam charitatem faciunt, & non in alijs, qui ob mercedem id faciūt absque alia ad id obligatione voti, obedientiæ, aut beneficij: quod verum est, cum id faciūt principaliter, vt se à ieiunio excusent *a*: nam si principaliter causa se sustentandi, vel misericordiæ, vel cultus Dei, & minus principaliter propter mercedem id facerēt, ab eo excusarentur: quoniam id quod principaliter intenditur debet attendi *b*.

f Arg.ca. non mediocriter, de cons.d. dist.6.

g Vbi supra art.2.

a Arg.l.& qui data opera, ff.de quibus can.maior.

b l.si quis nec causam, ff de reb.cred. & alia quæ supra c.17. n. 208. adducuntur.

18 Vnde sequitur, solam peregrinationem voluntariā non esse iustam causam excusandi, nisi cum propter personę auctoritatē aliorum deuotionem auget peregrinando, & ieiunādo peregrinari nequit, aut cum ardor deuotionis, ex quo procedit, efficit, vt salubrior sit animæ peregrinatio, quam ieiunium *c*.

c Iux. Caiet. 2.2.q.147.a.2 & in sum. verb.ieiunium cas.3.

Dixi, *Voluntaria*; quia secus esset quando est vota, præcepta, vel iniuncta in pœnitentiam, & differri non potest, eo quod tempus implendi accedit, & socij qui tunc ad id se offerunt necessarij, postea deerunt *d*. Si autem vtrumque commode facere potest, non excusatur, vt recte adnotat Syluester *e*. Quod si quis dubitat, an opus pium & voluntarium, quod intendit, excuset ab obligatione ieiunandi, consulat superiorem, qui secularibus est episcopus, & monachis prælatus, si facile potest adiri, alioqui proepiscopus, vel parochus, quorum dicto adquiescat, secundum Caietanum *f*.

d Iux.Gab.in 4.di.15.q.3.a. 1.

e Verb.ieiunium,q.9.parag.4.

f Vbi supra.

19 Excusatur etiam vxor à ieiunijs voluntarie votis, si maritus repugnat *g*, nō autem quoad ieiunia Ecclesię, nisi cum ex ipsius ieiunio inter ipsam & maritum notabilis discordia, aut odiū, aut scādalum, rixa, percussio, aut blasphemia consequeretur *h*; quia Deo gratius est conseruare pacē, & impedire prędicta mala quā ieiunare, secundum eūdem, dicentem in alia opera pia eiusmodi ieiunia auctoritate superioris commutari debere, quod magis esse consilij, quam præcepti nobis per prędicta videtur.

g Ca.manifestum, & ca. nol.33 q.8.

h Iux. Sylu. vbi sup.

20 Dixi, *Sine causa vera vel putatiua*; quia si quis bona fide credit sibi iustam ad non ieiunādum causam esse, & ob id non ieiunat, non peccat, saltem mortaliter, secundum Paludanum *i*, S. Antoninum, & alios *k*. Illi tamen, qui dubitat, an sine notabili damno suæ salutis ieiunare possit, cōfessarius consulere debet, vt experiatur: & si per id cognouerit esse sibi notabiliter nociuum, iuste à ieiunando cessare poterit: & si adhuc dubitauerit, ad superiorē pro dispensatione confugiat: qui vero hoc noluerit facere, non est absoluendus: quia non est satis contritus, cum videatur nolle parere Ecclesiæ *l*. Qui autem non potest ieiunare totā Quadragesimam

i In 4.l.sen. d.15 q.4.a.1. k 2.part.tit.6. c.2.parag.ante Sylu.verb. ieiunium, q. 8.& Caiet. in summa eod. verb.& in 2. 2.q.147.a.3.

l Iux.S.Anto. in decis.quarum quæst. pro quo facit capit.ad audientiam de homic. & ca. iuuenis de spons.

gesimam,sed potest bis vel ter in hebdomada, tenetur id facere,eoque satisfacit præcepto,ita Caietanus *m*.

m In summa ieiun. ex cui. & 2.2.q.147. art.6.

21 Dixi,*Aut sine dispensatione*,quia illa excusat,secundum omnes:solus autem Papa circa ieiunia generalia dispensat absolute,ne quis ieiunij lege teneatur,vel non illis , aut illis diebus *a*. Singulariter tamen cũ illo,aut illo iusta de causa,ne illo aut illo die ieiunet,etiam episcopus videtur posse dispensare,imo & eo absente parochus,& quilibet prælatus cum suis religiosis,iuxta S.Thomam *b*,quem *c* Caietanus sequitur . Tum quia licet hoc iure expresso probari nequiret , satis tamen necessitatibus quotidie occurrentibus persuadetur . Tum quia tam frequenter sedes Apostolica consuli non potest. Tum quia videtur receptum consuetudine,quæ iurisdictionem dare potest *d*.

a Arg. clem. ne Romani, de elect.c. ex insinuatione de app.

b In 4.di. 11. q 3.a.2 & in dicta q.147.

c Ibidem.

d Ca. cũ contingat de foro compet. &c.duo simul,de of. ord.

22 Ex quo infert Caietanus *e*,non debere prælatos relinquere suę conscientię subditos petentes ab ipsis dispensationem vt liceat eis cœnare aliqua de causa in die ieiunij , aut ante horam comedere,quia potius debent eis compati, & benigne dispensando à suis scrupulis liberare,aut ieiunium in aliud pium opus commutare.Notandum tamen secundum eundem , quod dispensatus,vt comedat die ieiunij pluries,quam semel, non videtur dispensatus vt carnes comedat:neque dispensatus,vt comedendo carnes possit ieiunare,videtur dispensatus , vt possit bis eas comedere:nec dispensatus,vt ante horam iustam prandeat, videtur à ieiunando liberatus:nec necessitas , aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio,videtur excusare ab omni parte illius:ieiunare enim prout potest,tenetur: quia , vt ille ait *f*, præceptum Ecclesiæ licet totum seruari non possit, seruandum tamen est quoad illam partem , quoad quam seruari potest *g*. Notandum item,quod non excusatur quis à ieiunio propter eleemosynam,in quo multi absque textu & ratione errant,quia debitor vnius rei soluendo aliam non liberatur *h*.

e Dict. art. 4.

f In dict. 4. 147.art.7.

g Pro quo aptus text. in c cum dilecti,de dolo & contu. cum citatis à glo. & doctoribus ibi.

h l.cum, & l. manifestũ,c. de solut.

23 *Tertio* peccat mortaliter,qui iusta de causa excusatus à ieiunando,cum sustentari possit escis ieiunio cõgruis,carne,ouis, aut lacticinijs vescitur,iuxta S. Antoninum receptum *i*, & probatur ratione posita sub finem *k*.

i 2.part.tit.7. cap.2.§.7.

k Num. proximo.

24 *Quarto* peccat,qui ad cœnam inuitat eum,quem nescit non esse à ieiunio exemptum,& probabiliter credit,aut dubitat ob illam inuitationem ieiunium fracturum, quod alias seruaturus esset: quia dat causam propinquã peccandi mortaliter, secũdũ Caietanũ *l*,dicentem hoc non procedere in eo , qui scit inuitatum alibi esse cœnaturum:quam limitationẽ tenuimus primũ hic,& postea contrarium in quadam additione vulgari lingua scripta per multas rationes. Nunc vero alta mente re perpensa, credimus posse saluari eam secundũ mentem eius in eo, qui ex causa iusta inuitat paratum cœnare,puta vrbanitatis,vel amicæ hospitalitatis,ad cœnandum secum,in quantum cœna est actus sustentandi naturam,& de se bonus vel indifferens, nullatenus

l 2.2.q.147. ar.4.

con-

consentiendo in eum, quatenus est fractio ieiunij.

25 Credimus enim licere inuitare, & prouocare iusta de causa, alium, ad aliquem actum suo genere bonum, vel indifferentem, nullatenus cõsentiendo in eum, quatenus sit male, vt est malus. Tum quia Deus ipse inuitat, imo iuuat ad agendum aliqua, quę sunt peccata, quatenus sunt entia, quia quatenus sunt talia, sunt ab eo, per quē omnia facta sunt *a*, vt dictū est supra *b*. Tum quia licet gaudere de eo, quod est peccatū, alia ratione, quā quia est tale. De occisione enim Christi gaudemus, qua parte est nostra redēptio, & dolemus, qua parte fuit grauissimū peccatū, iuxta illud glossæ *c*: *Actio displicuit, passio grata fuit*. & de occisione tyrāni gaudemus, qua parte est liberatio populi, licet alia ratione sit peccatum. Tum quia licet egenti mutuū petere simpliciter ab vsurario, qui scitur nō esse mutuaturus sine vsuris, imo & accipere sub eis non consentiendo in dationē, quatenus est mala. Tū quia licet parochiano petere, & accipere à suo parocho Sacramēta, in quibus dandis ille peccat, & creditur peccare, vt dictum est supra *d*. Tum quia licet locare meretrici domū, in qua creditur meretricatura, sitā in ea parte vrbis, in qua meretricari permittitur, vt dictum est *e*. Tum quia licet vendere, aut dare peccatoribus nō excommunicatis necessaria, & vtilia ad sustentationē, licet illa directa ad peccandū, vt ipsi dirigunt, sint peccatum *f*, imo & oportet id facere, etiā excōmunicatis extreme egentibus, imo & infidelibus volētibus infideliter viuere, secūdū omnes *g*. Tum quia licet petere à Gentili, Iudæo, vel Sarraceno, vt confirmet iuramento contractum, licet sciatur, vel creditur superstitiosè, & cum peccato iuraturus *h*. Tum quia Beatus Laurent. dixit Decio tyranno, *Assatum est iam, versa, & manduca*, cum tamen illa versio esset peccatum ex parte assantis. Et multi martyres prouocarunt tyrannos ad sui occisionem, quæ tamen ex parte eorum erat peccatum. Quin & S. Andreas Apostolus prouocauit ad sui crucifixionem, & in eius protractionē, resistendo ne deponeretur, quum tamen vtraque tā crucifixio, quam eius protractio esset grande peccatum. Et rationibus in contrarium adductis responderi potest, eas procedere in eo, qui sine iusta causa inuitat, vel consentit in actum cœnandi, vel cū causa quatenus est peccatum, vel est causa ob quam ieiunium illius diei frangitur. Per quæ omnia declarantur dicta *a*, quę ad hanc resolutionem sunt reducenda.

26 *Quarto* peccat qui pater familias, œconomus, tabernarius, hospes, aut caupo, mane aut vespere diebus ieiuniorū suis filijs, famulis, aut alijs, quorum curā gerit, cibos ministrat, aut ijs, qui suam tabernam, aut cauponā adeunt, propinat eos cibos, quibus illos ieiunium soluturos sine causa credit, aut saltē dubitat, aut dubitare debet: quia quāuis fortassis non sit causa principij peccati, est tamen causa actus, per quem peccatū exequitur, secundū Caietanum *b*, aut continuationis illius, & ita peccato

con-

a Ioan. 1.
b Prælud.

c Cap. 2. de consecr. eccl. vel altar. li. 6

d Cap. 14. n. 16.
e Supr. c. 17. num. 196.

f Cap. audi denique, & c. mensam 11. qu. 3.
g Per cap. pasce, 86. dist. h Cap. monuet, 22. q. 2.

a In dd. nnms. 26. & 31. & sub cap 20. num. 20.

b 2. 2. q. 147. art 4.

consentit & cooperatur, vt Ioan. Maior *c* tradit, non autem si satis apparet eos non teneri ad ieiunandum, eo quod sunt iter facientes, adolescentes, senes, infirmi, grauidæ, aut nutrices: aut probabiliter credit habere aliquam causam occultam legitimã non ieiunandi, & illis occulte ministrat, aut saltem sine scandalo alicuius. Ad quę reducenda sunt, quę tanto apparatu ait Gabr. *d* Resoluens tamẽ tabernarios & caupones, qui parati sunt ministrare cibos in die ieiunij quibuscunque petentibus, nulla admonitione de ieiunio facta, nullaque ratione habita, an habeãt iustam causam non ieiunandi, an peccent, aut non, mortaliter peccare, quod ex prædictis sequitur.

27 *Quinto* peccat mortaliter, qui in diebus ieiuniorum cibos vetitos ministrat sine dispensatione legitima, nec consuetudine id permittente. *e*

Sexto peccat, qui mane comedit in die ieiunij per talem ignorantiam, vel incogitantiam, quæ à violando ieiunio excusat, & ob id non ieiunat, quia non obstante tali esu perinde poterat ieiunare, ac si nihil comedisset, & hora consueta vesci *f*. Dixi, *Talem*; quia secus est si est eiusmodi, quæ à violando nõ excusaret, eo quod iam fractum ieiunium reparare non potest illo die, & alio non tenetur, secundũ omnes *g*, quidquid dicit Paludanus *h*, vt qui vno die preces horarias omittit, non tenetur altero die recitare, vt late diximus *i*.

Septimo peccat, qui notabiliter absque iusta causa horam comedendi in loco consuetam preuenit *k*, quia ieiunium frangit, quod probat Caiet. *l* quidquid dicat Angelus. *m* Secus si iusta de causa id facit, vt quia non vacabit hora consueta comedere, siue ob iter arripiendum, siue ob hospites, siue ob aliam honestã causam. *n* Licet autem pro libito proferre horã, modo sine superstitione fiat, iuxta S. Anton. *o* ab omnibus receptum. Nec frangunt ieiunium, qui ante vesperas Quadragesimę comedunt, vel aliis ieiuniorũ diebus ante nonam recitatã, quamuis officijs diuinis addicti id facere sine iusta causa non debent, iuxta S. Anton. *a*

Octauo peccat, qui compellit famulos ad ieiunandũ obligatos in diebus ieiunij ad opera illi impatibilia, quæ commode in alium diem differri possunt. *b* Id quod item dicendum est de eo, qui ieiunat diebus Dominicis, quia superstitiose credit in illis ieiunandum esse contra consuetudinem Christianam *c*, secus si ieiunet ob salutem suam, studium, domãdam carnem, aut alios bonos fines, imo meretur *d*.

c In 4. d. 15. q. 4.
d In 4. li. sent d. 16. q. 3. a. 3. dub. 6.
e Gab. vbi sup
f Palud. in 4. d. 15. q. 4. a. 5.
g Arg. c. 2. de obseru. ieiun.
h Vbi supra
i In Enchir. de Orat. cap. nemi. n. 32. & Angelus vbi sup. parag. 3. & 4.
k Iux. glo. ca. vnum, parag. alias, verb. ieiunantib 25 di. & Palud. 4. d. 15. q. 4. a. 4
l 2. 2. q. 147. ar. 7.
m Verb. ieiunium, parag. 2
n Iux. Inno. in rubric. de obseru. ieiu. & Sylues. vbi supra q. 1. di. & 3. & Gab. in 4. dist. 16. quæ. 3. a. 7. & Ang. ver. ieiun. parag. 2.
o 2. par. tit. 6. c. 2. parag. eod
a Vbi sup. & Cai. vbi sup. dicto art. 7.
b Palud. in 4. d. 15 q. 4. a. 2. & Gab. ibid. q 3 ar. 1. nota. 4.
c Cap si quis presbyter 33. a. & iux. S. Th. in 4. d. 15. q. 3. art. 3.
d Arg. cap. veniam. 76. di. quod ibid. & in c si quis presbyter tradit verque Cardinal.

De tertio præcepto Ecclesiæ: De soluendis decimis.

28 *Decimæ quoad quotam iuris humani, quoad sustentationem diuini, & ita quoad illam tolluntur consuetudine, & non quoad hanc num.* 30.

29 *Decimæ*

29 *Decima triplex, prædialis, personalis, & mixta.*
30 *Decimam insolitam non imperat Papa.*
31 *Decima personalis in quo à prædiali differt, & non soluitur.*
31 *Decima soluenda non deducta impensa, nec semine, &c.*
32 *Decimas debens, vel impediens ante restitutionem non absoluatur.*
32 *Primitiæ vt decimæ soluendæ.*

28 Contra hoc pręceptum de soluendis decimis peccat mortaliter, *primo*, qui decimam Ecclesiasticam iure debitam non soluit integre cui debet, secundum omnes *e*, & illa multa quæ Innoc. communiter receptus citat *f*, pro quorum intellectu dico, *primo*, quod lex illa vetus *g* repetita in multis locis ab Innoc. *h* qua vndecim tribus Israël iubebantur soluere duodecimę Leuitarum diuino cultui addictę decimam omnium fructuum erat lex iudicialis quoad quotam: quamuis quoad congruã sustentationem, quæ debebatur ei, eo quod erat dicata, & seruiebat diuino cultui, erat moralis, & naturalis deducta ex illa generali, *Dignus est mercenarius mercede sua i*, secundum S. Thom. *k* declaratum ibi pulchre per Caiet. & late probauimus alibi *l*: quamuis Innoc. *m* & Glossa *n* recepta ab omnibus fere nostris, præsertim à Petro Rauen. in fine sui compendij, teneant, decimas etiam quoad quotam iure diuino deberi *o*. Sed male, quia certum est eam non deberi lege naturali, cum illa nullum ante Moysem, nec post eum ante Christum, alios, quam Hebræos ligauerit, quod fecisset, si esset lex naturalis, *a* & consequenter erat iudicialis, vel cæremonialis, quas non solum est verum, sed de fide, cessasse à passo Christo *b*. Vnde Ioannes Maior *c* ait contrarium esse hęresin, licet Canonistæ illud tenentes non debeant censeri hæretici, & *d* speciatim consulat prædictum Rauennatem mordicus insequentem Innocentium, eo quod eorum dicta consequitur præcepta iudicialis legis veteris non expirasse, quod est hęresis. Nec obstat dictus parag. *ille*: quia intelligendus est de lege, quę diuina esse solebat: aut de lege diuina veteri, quæ nouæ humanæ exemplo fuit, sicut dixit Caietanus *e*.

29 *Secundo* dico, triplicem esse decimam; Prædialem, personalem, & mixtam. Prædialis est, quæ prouenit ex fructibus prędiorum: tritico scilicet, vino, oleo, &c. Personalis est, decima lucri ex sola industria, aut labore personę quęsiti: quale est lucrum mercedis, mercis, officij, venationis, &c. *f* Mixta est, quæ partim ex prædijs, & partim ex industria capitur: qualis est fœtuum pecudum, & pullorum auium. Et ita hæc lex Ecclesię est generalior quam Vetus, quæ solam decimam prædialem, aut mixtam soluere iubebat.

30 Dixi, *Ecclesiasticam*, ad includendam triplicem decimã supradictam. Dixi, *iure debitam*, ad excludendũ eam, quę consuetudine, vel conuentione rationabili non debetur, quod fere tota

Italia

e Perc. decimæ, c. reuertimini, 16. q. 1
f In rubr. de decim. alias in c. fin. de paroch. illi proximo.
g Exod. 22.
h Vbi supra.
i Lucæ 10.
k Quolib. 2. art. 8. & quolib. 6. art. 10. & 2. 2. q. 87. art. 1.
l In repet. c. ius natural. 1. d. & in c. 1. de deci. l. 6 & in repet. c. ad hæc, de præbend. notat. 1. 8. dicto.
m Vbi supra.
n Ca. 1. de decim. l. 6.
o Per cap. in aliquibus parag. ille de decim. & alia quæ ibi allegat gloss.
a Arg. cap. ius gentium 1. distin. & prin. 5. dist.
b parag. sen. 4. dist. & c. 1. de purific. post part.
c In 3. l. sen. dist. 37. in q. 36. col. 2.
d Col. ante penul. & seq.
e In d. art. 1. & facit in simili, cap. cum esset de test. & ad c. Quadragesimæ de consecr. dist. 5 apte respondet in col. penult.
f Ca. ad Apostolicæ, & capastoralis, cũ gloss. & eis Adnotat. de decimis.

Italia seruat, & bene quidem, quia quum, vt prædictum est, decima non debeatur quoad quotam iure diuino, potest illa diminui vel tolli, modo congrua sustentatio iure naturali debita relinquatur ministris Ecclesiasticis *g*.

g Arg. cap. fi. de consuet. & l. 2. C. quæ sit lõga consuet.

Ex quibus sequitur *primo*, quod qui soluit minorem partem, quam decimam, vel decimam de vnis fructibus, & de alijs non, modo soluat totam partem consueram, & de omnibus fructibus decimari consuetis, satisfacit: modo suam parochus congruam sustentationem habeat, per prædicta, etiam in duobus casibus de quibus Panor. *h* quem sequitur Angel. *i* quorum quidem prior est, quando Papa soluere iuberet: quia retenta opinione prædicta Theologorũ supra efficaci ratione comprobata, eius modi iussus absque noua causa non esset iustus, & ab eo supplicari posset *k*. Posterior vero est quando ministri Ecclesiæ necessitate pressi decimas peterent: nam & in hoc casu non esset soluenda quota decima præcise, sed plus vel minus, vel tantum prout congrua sustentatio plus minus, vel tantum requireret: quia hoc iure naturæ, cui humana consuetudo derogare nequit, debetur: illa vero humano, cui consuetudo derogat *a*.

h In c. à nobis, de decim. i Verb. decima, parag. 2. k Iuxta cap. fi quando de rescript.

a Cap. fin. de cõsuet. vt dictum cum supra, nu. 28.

31 Sequitur *secundo*, idem dicendum de personalibus quod de alijs, videlicet quod non debentur, vbi est consuetudo legitime præscripta non soluendi eas: qualis est fere nostra ætate in toto orbe Christiano, exceptis salariorum famulorum & famularum aliquarum regionum Hispaniæ. Inter has enim, & alias hoc solum interest quod eæ nũquam fuerunt debitæ iure diuino, etiam veteri, illæ vero sic Hebræis tantum: & quod in his deducuntur impensæ, & solum lucrum decimatur: in alijs non item per notata *b*, id tamen est certum de lucro illicito, quod est restituendum, non esse soluendam decimam personalem: de alio vero sic, modo non sit per notorium peccatum quæsitum; ex tali enim lucro non est accipienda, ne illud approbari videatur, iuxta glossam communiter receptam *c*.

b In c. ad Apostolicæ, ca. non est r. ex transmissa, parag. pastoralis, de animis. c In d. ca. ex transmissa. d Contra ca. tus nobis, & ca. non est, de decim. e Ioan. Maior, vbi sup. f Arg. ea certificari, de sepul. & cap. ea re de iure jur. g Cap statuimus, & c. veniens, de trãsact cum eis adnotat. h In sess. 25. c. 12 de ref. i Arg. eorum quæ dicta sunt supra c. 17. num. 56. k Cap peccatum de regul iuris, lib. 6. restituatur.

Secundo peccat, qui soluit quidem decimam iure debitam, sed deducit prius impensas sationis, aut collectionis fructuum, aut semen satum, aut pensionem, quam domino prædij soluit *d*, aut decima partem peiorem: quia licet non debeatur optima, deberur tamen mediocris *e*.

Tertio peccat, qui soluit quidem omnes decimas debitas, sed non vbi, quando, vel quibus, iure, vel consuetudine legitima debet *f*, nisi legitimo pacto inter Ecclesiasticos, & laicos excutetur *g*.

32 Quibus addo quod Cõcil. Trid. *h* sic præcipit, *Qui decimas, aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc eximine, nisi plena restitutione secuta absoluantur:* quod intelligimus de ijs, qui restituere possunt antequam sacrosanctum corpus Domini sumere debeant aut moriantur. Condonatio vero facta ab eo, cui debetur, sufficeret ex mente glossę solemnis *k*. Nec refert, an diues

an diues sit qui debet, an pauper, vt recte significat Ioan. Maior *l*, quidquid sentiat S. Anton. *m* nisi quo beneficiarius condonando diuiti, quod pauperibus est erogandum, & diues accipiendo, quod illis erat dandum, peccare possent, & teneri ad restitutionem, iuxta ea quæ diximus. *n*

Quarto peccat, qui primitias iure, vel consuetudine legitima debitas non soluit, vbi, quando, & quibus debet *o*; & concionator religiosus, vel confessarius qui dehortatur, aut auertit à solutione decimarum, est etiam excommunicatus, iuxta dicta infra.

l Vbi supra. m 2. par tit. 4 c. 3. parag 7.
n In tract. de reditibus, ecclesiast. q. 1. monte 22. & 61. cit. supra cap. 17. nu. 94. & specialius in cano non liceat, 12 q. 2 parag. 1. num 5.
o Iuxta cap. 1. & ibi. notata de decimis, & tradit S. Thomas 2. qu. 86. p. ca. 3. num. 145.

De quarto præcepto Ecclesiæ: De semel in anno confitendo.

33 *Confessio omnium mortalium intra annum per seipsum necessaria: & interdum ante Quadragesimam: venialium vero vtilis tantũ: nisi, &c. & seq.*
37 *Confitendo qui mentiens, vel nolens integre fateri peccat mortaliter, & seq.*
40 *Confessio talis, qualis eius finis, & quis principalis.*
41 *Confitens, qui laico, vel qui confessionem iterans peccat mortaliter, & 42.*
43 *Pœnitentiam iniunctam qui non implens peccat mortaliter.*
44 *Confessarij dictum qui reuelans peccat mortaliter.*

33 CONtra hoc præceptũ de semel in anno cõfitendo peccat mortaliter *primo*, qui non confitetur iam habens discretionem, & potest omnia sua peccata mortalia semel in anno, cui debet, confiteri *a*. Et quamuis omittere vno anno confessionem non sit nisi vnum peccatum mortale *b*, tamen, quoties quis proponit non confiteri toto anno, toties peccat, iuxta omniũ sententiam. Quid autem sit confessio (de qua loquimur) sacramentalis, & quæ sexdecim conditiones, quas requirit, cum quatuor notabilibus, actum est supra *c*.

Dixi, *habens discretionẽ*, ad excludendos eos, qui ea carẽt *d*: eam autem videtur habere puer, qui ob malefactum verecũdatur, & bonum discernit à malo, & interrogatus, an liceat innocentem interficere? aliena inuadere? superiori maledicere? & alia huiusmodi, negatiue respondet. Et interrogatus: an bonũ sit esurienti panem porrigere? adire Ecclesias? affirmatiue respõdet. Sed nõ omnes eodem tempore eã consequuntur, quod diligenter cõsiderare debent ij, quibus illi subduntur *e*. Porro decens est cõsuetudo, vt vno, aut altero anno prius incipiant confiteri, quã communicent, quo maiori cum reuerentia id faciant *f*.

34 Dixi *potest*; quia si copiam confessarij non habet, aut est excommunicatus, & non negligit procurare absolutionem, aut ex consilio confessarij in longius tempus confessionem differt,

a Cap. omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiss.
b Vt significat glo. singula. in summa de pœnit. dist. 5.
c Cap. 2.
d Dist. cap. omnis.
e Argu. cap. duo ista nomina, 25. q. 4.
f Maior. in 4 lib. sent. dist. 17. q. 2.

g Arg. e quia diuersitatem d. concessio, præben. & tradit S. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 8.

aut alias impeditur, non peccat *g*.

Dixi, *peccata mortalia*, quia hoc præceptum non includit venialia, etiamsi mixta sint mortalibus, iuxta gloss. in cap. *omnis*, receptam ibi *h*, & probatam per Conc. Trid. *i* nisi quando dubitatur an sint mortalia *k*, aut tanto affectu est in illa, quod timet se per ea in mortale inducendum, nisi fortiter frænet illa confitendo, iuxta S. Bonauent. *a* Quibus consequens est, posse quem si velit, confesso vno veniali peccato alterum tacere *b*. Vtile tamen est carenti mortali sæpius venialia confiteri: quia per id augetur gratia, pœna purgatorij minuitur, & propositum numquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi diminuitur *c*. Dixi, *semel in anno, & omnia*, propter ea quæ dicta fuerunt.

h Et in 4. li. sent. dist. 16. per omnes.

i Sess. 14. canon. 5.

k arg. ca. si quis autem de pœn. d. 7.

a In dict. 4. li. sent. dist. 16. sub fin.

b Io. Maior, & alii vbi supra.

35 *Secundo* peccat mortaliter, qui non confitetur, etiam extra Quadragesimam, occurrente casu in quo ad id obligatur. Quinque autem casus attigimus, quibus prædictus Ioan. Maior. addit alium, in quo quis nouit se memoriam omnium totius anni peccatorum in Quadragesima minime habiturum, quod videtur vtile, sed non necessarium. Tum quia fere omnes in anni decursu toties peccamus, vt veri numeri in Quadragesima non meminerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est asserenda obligatio *f*. Tum quia Conc. Florent. citatum à nobis, cui Trident. consentit *h*, tantum obligat ad confitenda peccata, quorum meminimus: in quod tamen adhibenda est mediocris diligentia, quam ibi determinauimus, sed non illa noua, quam Maior sine textu, & ratione necessariam excogitauit, quaque scrupulis onerari possent pœnitentes.

c Sylu. verbo confessio, 1. q. 4 parag. 3.

d In d. c. 2.

e In d. c. 2. n. 6. & duob. seqq.

f parag consideremus autheo. de trict. & remis. col. 3. & c. consuluisti 2. q. 5.

g In c. fratres de pœ. d. 3. num. 66.

h Vbi supra cap. 5.

Tertio peccat, qui non iterat confessionem in quibus casibus iteranda est, supra *i* positis, sciens, aut scire debens se ad illud teneri, iuxta mentem omnium.

i Cap. 9.

36 *Quarto*, qui confiteri potest ore proprio per semetipsum, & non vult id facere, nisi tantũ per scriptum, vel nuntium ob segnitiem, aut pudorem *k*. Dixi *potest*; quia qui per seipsum confiteri nequit, nõ tenetur ad cõfitendũ per alium, nec per scriptũ, nec etiam per interpretẽ. Si tamen id faceret, valeret confessio, & absolutio quæ scripta mitteretur, secundũ Paludanũ *l*, & clarius Adrianum *m*, quos secuti fuimus *n*, & nunc etiã sequimur, quamuis aliqui cõtradicant. Tũ quia illa quę per interpretem fit, semper fuit, & est in vsu Ecclesiæ, & eam, quæ per scriptũ à præsente pœnitente fit, probat glossa *o*. Tũ quia falsum est de ratione intrinseca confessionis esse, vt sit secreta. Conc. enim Trid. *p* expresse ait, posse etiã fieri eã publice, licet nemo ad id teneatur: & si id esset verũ, cõfessio, quam tertius insidiose audiret, nihil valeret. Tum quia dictum cap. *quem pœnitet*, habens non esse faciendã per scriptũ, intelligi debet, quando verbo cõmode fieri potest, ne contradicat prædicto c. *qualis*: quod secũdũ vnum intellectũ glossa habet eam per scripturam fieri posse. Tum

k Cap. quem pœnitet. de pœn. dist. 1.

l In 4. libro sent. dist. 17. q. 1. art. 1.

m In 4. de confes. q. 1.

n In c. quem pœnit. de pœn. dist. 1.

o Cap. qualis, 30. q. 5.

p In dicta sessio. 14. canon. 5.

se Tum quia hæc opinio misericordiam Dei, virtutem sacramenti pœnitentiæ & deuotionem pœnitentium auget: & opposita retrahit à confitendo alienæ linguæ homines, & mutos scientes scribere, & ægrotos in domum parochi ægrotantis migrare nequeuntes, quod retigimus *a*.

a In dicto c. quem pœn. de pœn. dist. 1. nu. 4.

37 *Quinto* peccat mortaliter, qui mentitur in confessione, affirmando, aut negando aliquod mortale, nisi affirmaret absq; animo sacerdotē decipiendi, putans se sancte posse nimis accusare *b*. Dixi, *mortale*; quia si solū affirmaret, vel negaret falso tantum veniale, non peccaret mortaliter, siue proposuisset illud confiteri, siue non, quidquid dicat Caietanus *c*: quia mendaciū solo eo quod in iudicio interiori confessionis, aut exteriori dicatur non est mortale, quamuis sit de re quę ad iudicium, in quo illud fit, pertineat, nisi fit iuratum, aut notabiliter pernitiosum *d*. Dixi, *eo solo*, quia vt scripsimus, potest esse peccatum, quando quis nullum aliud verum confiteretur: non quidem quia est mendacium, sed quia irreuerentiam sacramento facit non subiiciendo materiam ad illius exercitium sufficientem: qualis non est peccatum falsum, licet veniale verum sit.

b Vt diximus in d. ca. fratres, nu. 37. & 2. 2. q. 6. a. 5.

c 2. 2. q. 6. a. 5.

d Vt diximus in c. fratres de pœn. d. 1. n. 18. & in c. inter verba, n. 735. & sup. c. 18. n. 7. q. 2.

38 Et quod dictum est de veniali, est dicendum de mortali alias legitime confesso, cum neutrius confessio sit necessaria, & vtriusque sit sufficiens materia sacramenti, secundum communem Catholicorum. Vnde sequitur non peccare mortaliter, vt *f* diximus, confitentem negantem se admisisse peccatum mortale alias legitime confessum.

f In d. c. 2. q. 4.

39 *Sexto* peccat, qui inter confitendum proponit non confiteri aliquod peccatum mortale si confessarius non interroget: quod agnoscens confessarius procurare debet, vt eum pœniteat peccati nolendi confiteri integre *g*.

g contra præ in c. omnis & conc. Ploc. & Triden. sess. 14. c. 5.

40 *Septimo* peccat, qui confitetur ob finem mortaliter malum: puta, ad consequēdū aditum faciendi aliquid quod esset mortale, aut ob vanam mortalem gloriam: quia omnis actus, cuius finis mortalis est, ipse quoque talis est *h*. Dixi, *mortaliter malum*; quia confiteri ob finem venialē, non est mortale: quamuis enim eximius vir illic Angel. *i* teneat, cōcionari, Missam celebrare, & alia principaliter diuino cultui dedicata facere propter honorē, aut inanem gloriam, esse mortale, contrarium tamen tenendū est, vt latissime *k* demōstrauimus. Addimus autem, quod vt aliquis dicatur cōfiteri principaliter, ne notetur, aut infametur in populo, aut ob metum apparitoris siue Metini, aut pœnæ, non satis est quod alias nō confiteretur, sed oportet, vt id æque, aut pluris quam confessionem & absolutionem faciat, quod pauci faciunt, quamuis multi non confiterentur, nisi aliquo respectu prędictorū, aut alio simili temporario in id mouerentur, per ea quę in locis supradictis diximus, præsertim *a* disputando de causa principali, & minus principali actus humani. Vnde sequitur non peccare mortaliter eos, qui ne suam existimationē

h Cap. cum minister. 23. q. 5. cum iis quæ late adducimus ei.

i Verb. varia gloria, parag. 1.

k In rep. c. inter verba 11. quæst. 3. concl. 4.

a In d. cap. cum minus, nu. 43.

honestam amittant, confessario cuidam familiari suo confitentur omnia sua peccata, etiam obscœna, & postea alteri probo & graui solum leuiora, quod de se nō est malum, & si finis venialis fuerit, peccatum veniale erit, & si mortalis, mortale, & si bonus, qualis frequenter est, sanctus & probus, imo interdum necessarius, quidquid dicat Syluester *b*, & alij, quorum dictum ad distinctionem dicti nostri reduci potest.

b Verb. confes. 1. q. 7.

41 *Octauo* peccat, qui confitetur laico, vel clerico non presbytero absque necessitate, cum possit confiteri presbytero, aut cū necessitate, animo accipiendi ab eo absolutionem sacramētalē, aut detegendo peccata mortalia secreta imprudēter, iuxta Scotum, & communem *c*, & Card. Turrec. *d* quod *e* diximus, intelligendum esse solum de eo, qui confitetur peccata, quibus absq; peccato mortali se infamare non potest, & de eo, qui scit absolutionem sacramentalem, datam à laico, etiam in vltima necessitate, esse sacrilegium, & esse graue peccatum interdum seipsum infamare, etiam ad veniam à Deo obtinendam, non autem de eo, qui bona fide credens (licet per ignorantiā iuris) licitum esse, hoc fecit, eo quod communiter id inter imperitos licitum existimatur: quod tamen falsum est, iuxta omnes *f*.

c In 4. libr. senten. dist. 24. q. 1.
d In rapitu. quem pœnitet, de pœn. dist. 1.
e Sicut in c. 1. de pœn. di. 6. an 7. vsque ad 83. & in repet. d. cap. inter verba concl. 4.
f In dict. 4. l. senten. d. 17.

Nono peccat, qui confessus laico tempore necessitatis peccata mortalia, non confitetur eadem postea, cui debet tempore quo confiteri tenetur, iuxta omnes *g*, qui ad confitendum ea non secus tenetur, quam si nullatenus confessus ea fuisset *h*.

g In 4. di. 17. & c omnis de pœn. & remiss.
h Vt diximus in di. c. 2 de pœn. dist. 6. num. 83.

42 *Decimo* peccat, qui peccatorum semel bene factam confessionem iterat secūdo, tertio, & sępius propter scrupulos, cū periculo desipiendi ob nimiam de re tristi cogitationem, aut cum scandalo notabili confessarij, aut notabili infamia tertij *i*. Dixi, *cum periculo & scandalo*; quia non videtur plusquam veniale id facere sine illis, licet sit veniale, quia procurāda est tranquillitas animę & cōscientię, quā eiusmodi scrupulosa repetitio diminuit, & ideo semel cōfessus, & absolutus cōuenienter iuxta iudicium docti confessarij, quiescere debet, imo, & credere, se cōfessum fuisse illa, quę postea occurrent, quę nescit, an fuerit cōfessus, vel non, sed habet probabilē causam credendi se illa cōfessū, quia ob hoc nullo se periculo subiicit, eo quod certo nesciat, se illa cōfessum nō fuisse, morbus enim, quo laborat, excusat eū, & facit, vt pro certo habere debeat, quod alius recte cōpositus pro dubio reputare deberet, eo quod passio inordinata timoris iudicij cōstantiā ei adimit, & tot dubia phantasia excitat, vt ad timendū nūquam se bene confessum inducat, & non sine magna molestia phantasię motus sedare possit, per quod multa pericula tā corporis, quam animæ incurruntur, & multa vtrijusque opera bona impediūtur, vt recte post alios cōsiderat Caietanus *a*, addens idē dicendum de ijs, qui iterant confessiones, nō quia sunt scrupulosi, sed quia numquā proponūt omnino integre cōfiteri, vt debēt, quia mortaliter peccant, non quia iterant

i Vt diximus in di. c. inter verba, 11. q. 3. num 729. & in c2 fin. de pœni. dist. 5. nu 130. & aliquid in c. 1. n. 98. & 99. de pœni. d. 1.

a In summ. verb. confess.

iterant(eũ ad id teneantur)sed quia non bene iterant,& magnã ireuerẽtiam tanto sacramento faciũt,contra ea,quę ait S Tho. b Verum est etiã,quod quãuis nemo ad confessionẽ peccatorum semel bene factam iterandam teneatur,sanctum tamen & iterũ ea confiteri,si deuotionis causa,cũ quieta conscientia,& sine tædio cõfessariorum,& aliorum bonorum operũ impedimento fiat:quia quamuis per primam cõtritionem,& cõfessionem remissa fuerit eorũ culpa,frequenter tamen nõ remittitur tota pæna temporaria hic,vel in purgatorio subeunda,in quam ęterna mutata fuit,quę per secundam,tertiam,& quartam confessionem tollitur,aut diminuitur,tam ratione verecundię,qua pœnitens confessione afficitur,quã ratione virtutis sacramentalis absolutionis,quę non solum largitur,aut auget gratiã,sed etiam diminuit,& tollit pœnã supradictã, iuxta illud S. Augustin. *c Quanto pluribus confitetur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis*, quem ita ibi intelligimus,& sic intelligendus est iuxta Panormit.*d*

b 2.2.q.99. art.3.

c In capitu. quem pœni. de pœn.d.1.

d In cap.ati. parag.de adulter.vero, de iudic.

43 *Vndecimo* peccat,qui pœnitentiam sibi à confessario impositam,& à se acceptatã in satisfactionem specialem suorũ peccatorum mortalium,non implet,cum illius meminit, & eã implere posit.Dixi, *acceptatam*; quia non cogitur pœnitens eã acceptare,nisi vt infra *e* dicetur:sed acceptatã implere tenetur, vt latius alijs *f* diximus.Tũ quia quidquid dicat Caietanus *g*, maiorem vim habet sentẽtia confessarij in foro ipsius,quam alterius iudicis in foro exteriori,quę tamen acceptata ad implemẽtum sui obligat sub pœna mortalis *h*.Tum quia in dubio hęc est communis intentio cõfessariorum,& pœnitentiũ,& innititur illo Buãgelij:*Quorum retinueritis, &c.a* Dixi, *præceptã*;quia consulta tantum nec ad mortale nec ad veniale obligat *b*.Dixi *in satisfactionem*;quia quę imponitur in monitionẽ eius,ad quod tenetur:puta,vt singulis annis confiteatur & communicet,& quod debet restituat,ad nouũ peccatum non obligat,quia regulariter expressio eius,quod tacite inest,nihil operatur *c*,nec qui declarat statuit *d*.Dixi,*mortaliũ*;quia quę ob veniale imponitur, non obligat ad mortale cõmuniter,nisi contemptus interuenerit.

e In 4.l.sen. dist.11 q.3. a.3. col.6. & latius Adriã. in 4.de confess.dub.10. col.1.

f In c.1 parag.ponat se de pœn.d.3. nu.13.

g In 2.q.de satisfa&.

h Cap.2.de maior.& obe.

a Ioan.20.

b parag fin.45 d.& c.fi.14. q.1.

c Cap.significasti,de ele. & Iare Felin. in ca. ad audientiam,2. de rescript. vbi gloss.

d l.hæredes palam.parag. sed & si nota. ff de testam.

44 *Duodecimo* peccat, qui post confessionem reuelat aliquid à confessario sibi dictum,consultum , vel præceptum in detrimentum notabile vitæ,salutis, famæ, aut bonorum eius probabiliter redundans,iuxta Paludanum *e*.

De quinto præcepto Ecclesiæ: De communicando in Paschate.

45 *Communicandum in Pascha,aut ante,vel post octo dies,nisi,&c.*
45 *Communicet quam citius poterit non communicans in Paschate.*
45 *Obligatio quæ lapsu termini implendi præceptum finiatur.*

46 *Communicat quis scienter in mortali, & ob id peccat.*
47 *Gratia in diuina se esse nemo scit, & quis pie credit esse in ea.*
48 *Communicare bene quis censura ligatus potest.*
49 *Communio confessionem actualem mortalium prærequirit, nisi, &c.*
50 *Communionis omissio ob odium quæ mortalis.*
51 *Communionem quæ copula, vel pollutio licita, vel illicita impedit.*
51 *Communicans alienum parochianum peccat, nisi, &c.*
53 *Communio quo esu, vel potu eodem die præsumpto impeditur.*
54 *Communicans, vel celebrans pluries quam semel in die, peccat.*
55 *Communio quando ob peccatum occultum male, & ob publicum recte denegatur & 56.*
57 *Communionem non procurans eis, quorum curam gerit, quam peccet.*
58 *Communicare non licet paruulis, nec alijs sub vtraque specie nisi celebrando.*
59 *Communicare qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat, & deceat.*

45 CONtra hoc præceptum quintũ peccat mortaliter *primo* qui non cõmunicat in Pascha *a*, nec ante, vel post octo dies, iuxta declarationem Eugenij IIII. quam ignorauerunt Panormita. & alij *b*, & S. Anton. *c* sed eam inter alios citauit Ioan. Maior *d*, nisi de licentia proprij sacerdotis in aliquot plures dies differat *e*, & nisi sit excommunicatus, interdictus, aut suspensus à cõmunione, & nequeat absolui per impotentiam facti, aut iuris, aut ob aliud impedimentũ: quale est illud occultũ, quo impeditur à faciendo, quod requirit absolutio *f*. In quo casu patienter perferendo censuram, & pœnã Ecclesiæ, potius meretur, modo pro viribus procuret habilitatẽ ad absolutionẽ censurę, & peccatorum, sanctamque communionem, secũdum omnes, quod recte explicat Gab. *g* Vbi autẽ est cõsuetudo legitima, & præscripta satisfaciendi huic præcepto, communicando quolibet Quadragesimę die, qualis est in nostra Conimbrica, & multis alijs locis, sufficeret cõformare se illi, vt diximus *h*. Hortamur tamen, ne quis statim à prima confessione in annũ integrũ dilata communicet, sed exspectet aliquandiu, & postea denuo confessis ea, quæ in memoriam redierint, & interea peccauerit, mundius ad illam purissimam, sanctissimamque mensam accedat. Et quãuis D. Antoninus, *i* quem Sylvest. *k* sequitur, & etiam Medina *l*, teneat, eum qui in Pascha resurrectionis nõ cõmunicauit, non teneri sub pœna noui peccati ad communicandum vsque ad alterum Pascha, quod ipsum dicunt S. Antoninus *m*, & Sylvester de cõfessione, contradicente in hoc Medina *n*, nobis tamen contrarium videtur in vtroque verius. Tũ quia si, vt Medina dicit, qui intra vnum annum non confitetur, ante finem

a Cap. omnis de pœnit. & remiss.
b In d. cap. omnis.
c In 2. part. tit. 9. c. 9.
d In 4. l. sen. dist. 17. q. 2.
e Dict. cap. omnis.
f Vt in casu cap. inquisitioni cum ei adnotat. de sen. excom.
g Serm. 21. de Eucha.
h In cap. considereret, de pœ. dist. 5. parag. caueat. n. 2.
i 2. par. tit. 9. c. 9. parag. 3.
k Ver. Eucharistia 3. q. 15.
l In C. de pœ. dum de confess. tractat.
m Vbi supra.
n Vbi supra.

finem alterius anni confiteri tenetur: eo quod prędictū cap. *omnis*, confessionem semel in anno pręcipit, eadē ratione, qui non cōmunicauit in Pascha tenebitur ad communicandum ante finem alterius anni, cum idem ca. communionem semel in anno præcipiat: nam prædictum cap. præcipiendo communicare in Pascha, duo in effectu pręcipit, scilicet, communicare semel in anno, & cōmunicare in Pascha: & licet lapso Paschate nō possit impleri alterum de communicando in ipso, potest tamē alterū de cōmunicando semel in anno, vt in simili dicitur *o*. de citato ad comparendum certo die Romæ, qui si nō potest comparere illo die, tenetur comparere quātocyus post illum poterit *p*. Tū quia licet quando tēpus ad finiendā obligationem pręfinitur, eo lapso ea finiatur *a*, quando tamen pręfinitur ad dilatandam solutionem, non finitur per lapsum ipsius, imo vegetior efficitur *b*, vbi hoc adnotat Panormit. *c* cōmuniter receptus: at terminus Paschæ in prędicto c. *præstitutus*, non præfinitur ad finiendā obligationem, sed ad dilatandam debiti solutionē, & declarādum eam fieri posse intra annum citra culpam & pœnam. Tū quia non obstat eorum fundamentum, quod pręceptū de ieiunando illo, vel illo die, & de singulo: quoquo die recitādis horis canonicis elapso die non obligant ad ieiunandum, aut recitandum alio die: quia vt singulariter melius, quam alij dixit Petrus de Ancha *d* relatus per nos *e*, illa ieiunia, & illas horas pręcipit Ecclesia tāquā onus illis diebus annexum, quod in istis duobus pręcepris confessionis, & cōmunionis non facit, quibus determinat tēpus confitendi & cōmunicandi à iure diuino indeterminatū, intra quod ei satisfaciamus: & sic quāuis obligatio illo die cōmunicandi, eodem elapso cesset, obligatio tamē communicandi intra annū nō cessat, quin manet, vt quātocyus poterit satisfiat, cū annus tacite pręfixus fuerit pro dilatione puta satisfactionis, & communicatio in die Paschę pro onere illius diei.

46 *Secundo* peccat mortaliter, qui cōmunicat credens, aut credere debēs, se mortalis culpę reū *f*: idem de eo, qui cōmunicat cum proposito non seruandi legem aliquā ad mortale obligantem, aut redeundi ad concubinā relictam, aut ad aliud quodpiā mortale iā confessum post Pascha, aut non restituēdi alienum, aut non deponendi odium, vel rancorem mortiferum, & c. idem de illo, qui de peccato præterito mortali ob vtilitatē inde acceptam delectatur, quamuis ad illud redire amplius nolit: qualis est, qui delectatur vsura, mēdacio, fraude, vel furto, eo quod per ea bona sibi quęsiuit, aut fornicatione, aut adulterio, ex quibus suscepit liberos, quos impense amat: quia quoties hoc animo deliberato facit, mortaliter peccat, quamuis proponat numquā ad ea redire, licet sine peccato posset gaudere de ijs, & alijs per quodcunque peccatum quæsitis restitutioni non subiectis, modo eum pœniteat peccatorum, aut saltem non placeant illa sibi, neque quod per ea quæsita sic quęsita fuerint *g*, quod

o In ca. cum dilecti, de dol. & cont.
p Cui concord. l. Celsus, ff. de recept. arbitr. cum citat, vtrobique.
a Cap. sicut de spons.
b Per d. c. cū dilecti.
c Num. 12.
d In c. 3. de celeb. Miss. num. 29.
e In Enchirid. de Orat. & hor. Canon. c. cap. 10. nu. 55.
f 1. ad Corint. 13.
g Vt in dist. 6. inter verba, 11. q. 3. con. l. 4. & in addit. ca. quando diximus, citando alios.

clare resoluit Ioan. Maior *h*. Licet enim cuiuis delectari de quibusque bonis effectis malarum causarum, modo eis, qua parte malæ sunt, nõ delectetur. Ille etiam credit, aut credere debet, se mortalis culpę reum, qui ex ignorãtia affectata, siue procurata id ignorat, quia delectatur se nescire illa esse peccata, vel ea nõ meminisse, ne ad confitendum illa teneatur, imo, & qui id facit ex ignorantia crassa, qua laborat, qui ad id sciendũ, an sit peccatum, vel recordandum an fuerit, non vtitur diligentia, qua communiter suę cõditionis homines vtuntur, iuxta Scotum, & cõmunẽ *a*: ille tamen nõ credit, nec credere tenetur, se esse mortalis culpę reum, ad communicandum, absque nouo peccato, qui debita diligentia in recordando & consulendo doctos adhibita nullius mortalis culpæ conscius est, siue quia talem non meminit, siue quia ignorat esse mortalem, aut se non satis contritum esse. Is enim deuote ac reuerenter cõmunicans non peccat noue, etiãsi vere sit culpę mortalis reus, quin interdũ virtute tãti sacramẽti veniã cõsequitur, dũ eius calore fit de attrito contritus, secundum S. Thomam communiter receptum *b*: nõ enim est necesse ad recte communicãdum scire se in gratia Dei esse.

47 Tum quia hoc non nisi reuelatione speciali diuina sciri potest *c*. Tum quia sufficit probabiliter credere se in illa esse, quod facere potest, qui se cõtritum esse probabiliter credit: & ille se contritũ esse probabiliter credere potest, qui vere Deo dicere potest tria, quę ponit Ioann. Gers. *d* Quorum primum est, *Domine omnium peccatorum meorum, saltem mortalium, ex animo me pœnitet, & propono ad ea numquam amplius redire, & ab alijs in posterum cauere.* Secundum, *propono ea omnia, Domine, tempore congruo confiteri.* Tertium, *hæc principaliter facio, & faciam tui amare, & quia tuam immensam maiestatem, & bonitatem offendi, debens eam honorare super omnia, & amare.*

48 *Tertio* peccat mortaliter, qui communicat contra prohibitionem Ecclesię, eo quod est excommunicatus, interdictus, aut suspensus à communione, per proxime dicta: nisi quando huiusmodi censurę in se nullę essent, per ea quę late diximus *e*, aut iniuste coram Deo, & secreto communicaret, aut in terris vbi id ignoratur, iuxta ea quę *f* post Felin. & alios *g* scripsimus.

49 *Quarto* peccat, qui habens copiam confitendi communicat ante cõfessionem actualem omnium peccatorum mortalium numquam antea legitime confessorum, & ante eorum absolutionem, quamuis veram de eis contritionem habeat, iuxta S. Thomam *h*, Scotum & alios *i*, & glossam singularem ab omnibus nostris receptam *k*, quamuis Caietanus *l*, quẽ sequitur Armilla oppositum teneat. Cuius opinionem, & fundamenta euidenter refutauimus *m*, quamque Trid. Concil. reiecit. *a* Dixi, *habens copiam*; quia secus, si eam non haberet, vt illa glossa singularis dixit, quam non habet, qui sine scandalo confiteri nequit: vt qui in altari inchoata iam missa alicuius peccati non cõfessi recordatur,

k In 4. lib. sent. dist. 14. qu. 3. art. 2.

a In 4. lib. sen. dist. 9. & in ca. quotidie de cõsecrat. dist. 2.

b In 3. part. q. 79. art. 3.

c Capit fin. de purgat. canone.

d In suo opere tripartito.

e In repet. c. eum contingat de rescript. in 2. remedio contra executorẽ Apostolicũ, num. 4.

f In ca. penult. de sent. excom.

g In c. fin. de testibus cogen.

h 3. part. q. 80 a. 4. & in 5. d. 17. q. 3. art. 1. q. 4.

i In 4. di. 9.

k In cap. de homine, de celeb. Miss.

l In summa verb. communio, & 1. ad Cor. 11. & in d. ar. 4.

m In gloss. summa de pœn. dist 5. n. 13. & seq.

z Cap. sess 31. 6. & can. 11.

recordatur, cui sufficit contritio de illo, cum proposito confitẽdi ad missam prosequendam. Idem de illo, qui iam venit cum alijs ad communionem suscipiendam, & peccati alicuius non confessi recordatur, & non potest illud decenter ante illam confiteri, nec à communicando absque sui nota abstinere: potest enim communicare cum proposito illud confitendi, secundum Sotum *b*, & Syluestrum *c*.

50 *Quinto* peccat, qui omittit communionem, ad quam tenetur, propter odium, vel voluntatem non parcendi, aut nõ restituẽdi, aut nõ faciendi aliud, ad quod sub mortali reatu tenetur, is enim noue peccat, quia nemini malitia sua debet prodesse *d*.

51 *Sexto* peccat, qui intra vnum diem naturalem, post habitam copulam carnalẽ, aut pollutionem illicitam, etiam contritus, & confessus communicat, quod *e* late olim suasimus, protestati nullum esse textũ, vel rationem necessario id probantem, quod multis prudẽtibus cõfessarijs visum fuit durum. Quare prętermissis quibusdã, quę hic super hoc addidimus, affirmamus idẽ, quod in postrema additione affirmauimus, nempe hoc de rigore iuris non procedere, quamuis multa pro eo faciãt: imo quod vera contritione, puraque confessione pręcedente, & nullo cõtẽptu, nec distractione notabili, nec alio quod obstet interueniente, potest celebrare, & cõmunicare humiliter, secundũ Paludanum *f*, Syluestrum *g*. Minus autem procederet in eo, qui post pollutionem inter dormiendum absque peccato mortali habitam, (quamuis ex causa mortali contingeret) communicaret, aut celebraret, cõfessus illam causam, iuxta ea, quæ ibi post alios multos diximus. Et minus in eo, qui ex necessitate, aut ex officio proprio, aut alterius, necessario ab ipso præstando celebrat, aut ducitur magna deuotione, iuxta S. Thomam, & communem *h*, & nos diximus *i*. Et licet coniugati intra diem, quo debito coniugali satisfecerint, communicare de honestate non deberent, non tamen peccant, saltem plus quam venialiter, communicando, iuxta communem, quam tenet Caietanus *k*. Nec etiam si intra diem, quo communicauerunt, debitum coniugale reddunt, secundum Albertum Magnum *l*.

52 *Septimo* peccat, qui hanc sanctam communionem percipit ab eo, qui nõ erat proprius parochus, nec superior absq; eiusdẽ licentia expressa, vel tacita, aut priuilegio, etiã extra Quadragesimã, aut Pascha, etiam in articulo mortis *a*, etiamsi sit religiosus, per dictum Syluestrum *b*, contra alios, nisi ignorãtia excusetur, & qui absque tali licentia ministrat, si est religiosus, excommunicatus est *c*. verũtamen Leo decimus concessit cuilibet sacerdoti ordinis Minorum, vt quouis anni die sacrosanctũ Domini corpus secularibus ministrare possit, excepto solo die Pascha tis *d*, & consequẽter Dominicanis, & reliquis omnibus, qui eius priuilegijs vtuntur, quod etiã scimus concessum esse particulariter, & merito Patribus Illustriss. Societatis Iesu, in aud. ẽdis con-

b In 4. di. 9.
c Verb. Eucharistia 2. q. 7. d

a Cap. 1. vers sic. nos igitur de postulat. prælat. & l. itaque fullo, ff. de furt.
e In cap. 1. de pœni. d. 6.

f In 4. di. 9.
g Verb. Eucharistia. 3. qu. 12.

h In 4. lib. sent. dist. 9. 6. in 5 par. q. 80. art. 7.
i In d. cap. 1.
k In summa verb. communio sacrament.
l Arg. ca. vir cum propria, 33. q. 4.

a Iuxt. Card. clem. 1. de priuileg. q. 12
b Verb. excommun. 15. q. 5.
c Dict. clem. 1. de priuil. de qua iustr. c. 27. nu. 191.
d Vt habetur in suppl. priuileg. Apostolo. concess. 190.

dis confessionibus, & communicandis confessis exercitatissimis. Et quamuis ob aliquã quibusdam videri possit hanc exceptionem die Paschatis resurrectionis intelligendam esse de omni communione qua huic præcepto satisfit nobis tamẽ intelligenda videtur de sola communione die Paschæ, siue fiat ad satisfaciendum præcepto, siue non: quia prædictus Leo Papa satis id declarat in prædicta concessione attentis verbis, quę addit simili Nicolai V. concessioni 149. e Nec condemnaremus eum, qui acciperet, aut qui sanctissimum Sacramentum ministraret, quando eiusmodi essent personæ, tempus, & causa, vt iudicio boni viri credi possit parochum eo contentum fore, si intelligeret, propter tacitam quandam facultatem quæ ex hoc oriri videtur, per ea quæ in simili casu dicta sunt supra f.

e In monumentis ordinis Minorum secundo impressis.

f In 69. n. 5.

53 *Octauo* peccat, qui communicat, aut celebrat post cibi, aut potus ex proposito sumptionem eodem die, elapsa iam media nocte, cum valet, aut ita ægrotat vt commode possit differre in sequentem diem, quãuis per modum medicinæ, aut ipsam medicinam sumeret g. Dixi, *ex proposito*, quia deglutire reliquias cibi diei præcedentis dentibus insertas, aut aliquam aquæ guttam, aut particulam alterius rei lauando os, aut gustando ius, vinum, aut aliud simile, absque proposito edendi, tamquam saliuam, non impedit communionem, nec celebrationem, quia non est proprie sumere cibum, vel potum.

g Cap. liquido, &c. sacrã, cum eis adnot. de consec. dist. 2.

Dixi etiam, *eodem die elapsa media nocte*, quia prius sumptum nõ impedit, quamuis prope mediam noctem cœnet, & postea nõ dormiat, nec digerat, iuxta communem, quam h confirmauimus, licet aliqui contradicant i, quod tamen non probat, vt ibi alias diximus. Licet qui ex cœna noctis præcedentis mentem conturbatam sentit, communicare ex consilio non debeat, iuxta S. Thom. k quamuis communicando non peccet mortaliter. Dixi, *cum valet*, quia infirmus sequentem diem exspectare commode non valens communicare potest, sed non celebrare, etiam ad ministrandum infirmo, nec ad vitandum scandalum, etiam iussu prælati inferioris Papæ, iuxta communem.

h In d. c. liquido.
i Per cap. si constiterit de accusat.
k 3. pa. q. 80. art. 8. ad 5.

54 *Nono* peccat, qui pluries eodem die communicat, vel celebrat a, nisi in certis casibus. Nõ peccat tamẽ sacerdos qui ob infirmitatem, vel alias non celebrando communicat sine stola, & superpellicio, quamuis ea, *Ecclesiast.* b hoc significet, secundum Angelũ c, vere enim id non intẽdit, vt recte innuit Syluester d, quia solum loquitur de sacerdote communicante celebrando, loquitur enim de sumente corpus & sanguinem, & qui non celebrando communicant, non percipiunt sanguinem sub specie vini, vt sentit glossa recepta e, & definit Concil. Triden. f

a Cap. sufficit de cõsec. dist. 1. c. consuluisti de celebr. miss.
b 23 dist.
c Verb. sacerdos, parag. 4.
d Verb. sacerdos, q. 4.
e In c. comperimus, de consec. d. 2.
f Sess. 21. cap. 2.

55 *Decimo* peccat parochus, qui communionem subdito, siue secreto, siue publice petenti, tempore quo iure cõmunicare tenetur, denegat propter peccatũ mortale occultum quod in cõfessione audiuit, à quo illum nõ absoluit, eo quod nõ satis eius

pœniteret.

pœniteret. Tum quia id est detractio, & detectio peccati occulti. Tum quia est reuelatione peccati sibi confessi *g*, vt diximus. Dixi, *occultum*, quia ob publicum, & notorium potest & debet negare: nam meretricibus, & vsurarijs, & quibuslibet alijs peccatoribus notorijs, quantumlibet suorum peccatorum eos pœniteat, & sanctissime confiteantur, non est publice communio ministranda (quamuis sic in secreto) donec publice pœnitentiã agant, aut parochus ab ipsis facta sibi facultate publice denuntiet iam eos pœnitere, & confessos esse, aut ex ipsorum bona cõuersatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione cõstet, vt qui ipsorum prauis exemplis offensi fuere, eorũdẽ emẽdatione ædificentur, iuxta S. Bonauent. & Palud. *h*, & nos *i*.

g In c. sacerdos, de pœ. d. 6. n. 34. & supra c. 8.

h In 4. dist. 9. q. 4. col. 3. & 4.

Notorium appellamus, quod est manifestum per sententiam, vel per confessionem in iure, vel euidentiam rei, quę nulla tergiuersatione celari potest, *k* & nõ aliud, licet duobus, tribus, aut pluribus testibus probari possit, vt *l* late tradit Anton. receptus à Panor. & alijs. Dixi, *quod in confessione audiuit*; quia si alio modo extra eam intellexit, licet denegare publice non possit illã tali tempore petenti, potest tamen eã secrete denegare secrete petenti, quamuis debito tempore petat: quia nec detrahit, nec detegit peccatum occultũ, nec reuelat cõfessionẽ sibi factam. Dixi, *tempore quo iure, &c.* quia in alio non solum non potest denegare, sed etiam debet, cum nec ipse ad præbendum, nec ille ad petendum teneatur, iuxta sententiam prædictorum *m*.

i In cap. 1. in princ. nu. 9. & seq. & in cap. sacerdos n. 63. & 101. de pœn. d. 6.

k Cap. fin. de hab. cleri. & muli. & c. fin. iuncta glos. de temp. ord.

l In c. vestra de ca. habit. cler.

m Vbi supra, & quæ supr. diximus.

57 *Vndecimo* peccat, qui pater, tutor, curator, aut herus, negligit notabiliter procurare, vt sui liberi, pupilli, minores, aut famuli domi suæ viuentes, & ad communionem obligati cõmunicent tẽpore debito, maxime si sciat, aut scire debeat illos non communicaturos, nisi à se moneantur *a*. Diximus, *ad id obligati*; quia secus est de alijs: quales sunt pueri, qui secundũ honestam consuetudinem aliquanto tardius cõmunicant, quam cõfiteantur ob reuerentiam tãti sacramenti: illa enim consuetudo præceptum *b* quoad hoc limitat, aut certe declarat: quin dici etiam potest eandem etiam declarasse præceptum diuinũ de cõmunicando, iuxta illud: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis, &c.* vt nec in articulo mortis teneantur communicare vsque ad ætatem, in qua sani tenerentur, quãquã eo cõsilio tunc cõmunicarent, nisi valde puerili iudicio essent: quin etiam cum prædicto Card. addimus, prædictos, qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem exspectant, non peccare, donec moneantur, quamuis eorum curam gerentes tardius æquo monendo peccant, qui si dubitauerint, consulere debent eorum confessarios, & eorum consilium sequi.

a Arg. c. duo 23. q. 4.

b Prædict. c. omnis de pœ & remiss. c Ioan. 6.

58 *Duodecimo* peccat, qui laicus, vel clericus non celebrando communicat sub vtraque specie *d*: & melius Conci. Trid. *e* dãnat eũ, qui dixerit Christi fideles præcepto diuino teneri ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sub vtraque specie panis, & vini

d Vt sentiã gl. 2. parag. comperimus, de consecr. d. 2.

e Sess. 25. quod in cap. 2. & in can. 1.

& vini sumendum,& *f* hæreticum esse, qui dixerit, Ecclesiam errasse statuendo, vt laici & clerici non conficientes sacramentum sub specie tantum panis communicent,& *g* definit hæreticum esse,qui dixerit totum,& integrum Christum sub vna tãtũ specie non sumi,& *h* damnat eos, qui asserunt paruulos vsu rationis carentes ad hanc sanctam communionem obligari.

59 *Decimotertio* peccat monachus S. Benedicti, qui non communicat semel in mense *i*,& monialis cuiusuis ordinis, quę idẽ non fecerit *k*, quotidie autem communicare, vel celebrare proculdubio de se licitũ est,& melius est quam contrarium, quamuis aliqua circumstãtia fieri possit, vt hoc sit melius illo peraccidens, iuxta mentem S. August. *l*& affirmat S. Thom. *m* quare qui experitur per quotidianã celebrationem, aut communionem deuotionis feruorem in se erga Deum augeri,& reuerentiam erga sanctũ Sacramentum non minui, faciat hoc quotidie, sin minus abstineat aliquando, quo deuotius atque religiosus id faciat, iuxta eundem S. Thomam *n*. Adde, quod olim omnes, qui intererant missę, communicabãt *o*, & postea etiam laici saltem ter, scilicet in Pascha, Pẽtecoste, Natalique Domini *a*,& D. August. omnes ad cõmunicandũ, saltem singulis dominicis cohortatur *b*. Certe honorabiliores viri& fœminę saltẽ quater, scilicet tribus prędictis diebus,& in festo Omnium sanctorũ id facere de honestate deberent,& horum religiosores singulis mẽsibus instar monachorum,& monialium prędictarũ, quamquã ad satisfaciendum huic præcepto sufficit regulariter semel in tempore Paschali communicare *c*. An autem sacramentum Eucharistiæ sit dandum damnato ad mortem, dicetur infra *d*.

f Ca.2.& canon.2.
g In cap.3. canon 3.
h In cap.4. & canon.4.
i Clem.ne in agro.parag. sane de statu monac.
k Conc Trid. sess.25 ca.10. de regul.
l In ca. quotidie de consecr.dist.2.
m In 5.par.q 80.arg.10.& in 4.dist.12.
n in 4.libr. sent.dist.12.
o Cap.per tract.de cõsecrat.di.5.
a Cap.& si nõ frequentius, eo.dist.
b in d.l.
c Per d.e.omnis.
d Ca.25.n.23.

De septem sacramentis Ecclesiæ in genere.

CAPVT XXII.

1 *Sacramentum quid,& vt gratiam ex opere operato confert.*
2 *Sacramenta septem, tria non iterabilia, quatuor autem sic.*
2 *Sacramenta circa septem vndecim errores Tridenti damnati.*
2 *Sacramentis alia sunt de essentia eorum, alia de præcepto.*
3 *Sacramento non credens, vt debet, ea dans, aut sumens in mortali peccat.*
4 *Sacramenta sumens ab excommunicato, &c. & dans, vel sumens in mortali,& inuitans malum ad dandum,& inhonorans ea verbo, aut facto, vt peccat.*

1 Dicturus de Sacramentis sola cõfessarijs & pœnitentibus necessaria, prætermitto *primo*, quod verbum Sacramentum, primo significat secretum, iuxta illud: *e Sacramentum regis abscondere bonum est. Secundo*, iuramentum *f*. *Tertio*, signũ rei sacræ, vt accipitur in hac materia. Sed quia duplex est signum

e Tob.12.
f Authent. sacramenta puberum, C. in aduersus, venditio.

signum, vnum quod tantum significat, alterum vero, quod significat, & facit rem significatam, quomodo acceptū varie definitur à Magist. & alijs *h*, Ioan. Andr. & alijs *i*, breuissime vero definiri potest ex mente Augustini *k*, vt ibi diximus, *quod est signum sacræ rei*. Dixi, *signū*, pro genere, quia omne Sacramentum est signum, non cōtra omne signū Sacramentū. Dixi item, *signū*, intelligendo de sensibili, quia quodlibet verū Sacramentum est aliquod quinque sensuū sensibile ex mēte Augustini *l*, intelligendo itē de signo efficaci seu effectiuo, quia quodlibet illorū efficit, saltem instrumentaliter, gratiam, quā significat, secundū S. Thom. *m* licet Scotus & alij sequaces aliter dicāt, pro S. Thoma tamen vrget Conc. Trid. *n* Dixi, *rei sacræ*, ad differentiam aliorum signorum alia significantiū, & operantium: qualia sunt signa Zodiaci. Intelligendo item, per rem sacram, gratiam Dei sacram, & sanctificantem, quā quodlibet Sacramentum significat & producit. Cui definitioni cōsonat illa Augustini, *Inuisibilis gratiæ visibilis forma a*, cum illa additione Magist. *b Cuius similitudinem gerit, & causa existit*: quia perinde est, ac si dixisset, Signū visibile, siue sensibile effectiuū rei sacrę, quę est gratia inuisibilis: nam dicere, quod Sacramentū est visibilis forma, est dicere, quod est signum visibile, seu sensibile: & dicere, quod gerit similitudinem gratię, est dicere, quod per quandā similitudinem significat illā: & dicere, cuius causa existit, est dicere, quod efficit eam. Itaque interrogatus, quid est Sacramentum? breuiter & secure respōdere potest, *quod est rei sacræ signum* (intelligēdo per rē sacrā gratiam, & per signū, signum sensibile aliquo quinque sensuum) *efficiens instrumentaliter gratiam, quam significat*. Dixi, *instrumentaliter*, quia solus Deus potest creare principaliter gratiā, iuxta S. Thomā per omnes receptū *c*, & ideo ipse solus potest instituere Sacramentū, vt definit Conc. Trid. mox referendum. Itaq; Sacramenta ab alijs operibus differunt in eo, quod ipsa conferunt gratiam ex opere operato, vt habet prædictum Cōc. *d* alia vero tantum ex opere operantis, hoc est, vnum quodque Sacramentum per virtutem, & institutionem diuinā aliquā determinatam à Deo gratiam in anima suscipientis, etiam iudicij expertis, & nec mereri, nec peccare valētis, instrumētaliter producit, modo mortalis peccati obicem nō ponat, & ita omnibus parem gratiam Sacramentalem conferunt: quamuis præter illā Deus illud suscipienti aliam maiorem, vel minorem gratiā pro maiori, vel minori merito, & effectu suscipientis conferat.

2 *Secundo* presupponimus, quod septem sunt Sacramenta nouę legis, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Matrimonium, & Ordo, iuxta gloss. singularem *e*, & doctrinam communem *f*, probatam pridem per Cōc. Floren. & nuper per Trident. *g* quorum tria iterari nequeunt, id est nec dari, neque prodesse possunt, nisi semel, scilicet Baptismus, Confirmatio, Ordo; alia vero quatuor sic.

Tertio

g Cap. signū de consecr. di. 2.
h In 4. libr. sen. dist. 1.
i In rub. de Sacrament. non iteran.
k In c. sacrificiū, de consecr. di. 2.
l Io. c. detrahen 1. q. 1. & melius in d. c. sacrificium ibi, visibilis forma.
m 3 part. q. 62. art. 1.
n Canon. 8. sess. 7.
a Relata in d. c. sacrificiū.
b In 4. lib. sent. dist. 1.
c 2. 2. q. 1. a. 8
d Canon. 8.
e Capit. vltimens, de trāsact.
f In 4. di. 1. & in d. rub. de sacramen. non iteran.
g Sess. 7. ex. nou. 1.

Tertio præsupponimus, quod Conc. *h* declarauit hęreticũ dicere esse plura aut pauciora, quã septem nouę legis Sacramẽta, aut aliquod eorum non esse proprie Sacramentũ *i*, aut à Sacramentis antiquę legis non nisi cærimonijs differre *k*, aut nullum eorũ aliqua ratione esse alio dignius *l*, aut nõ esse omnia necessaria, sed aliquod eorũ superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint *a*, aut solum significare, & non continere gratiam, aut eam rite accipientibus non semper ex opere operato conferre *b*, aut quod horũ tria, scilicet, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, non imprimant characterem in anima, & signum quoddam indelebile, propter quod ea iterari non possunt, aut ab omnibus Christianis administrari omnibus posse *d*, aut non requiri in conficiendis Sacramentis intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia *e*, aut quod peccato mortali ministri Sacramenti confectio, aut collatio fiat nulla *f*, aut ritus Ecclesię omitti, aut mutari per quemlibet prælatum posse *g*:

h Trid. sess. 7. canon. 1.
i Ibidem.
k Canon 2.
l Canon. 3.
a Canon. 4.
b Cano. 5. 6. 7. & 8.
c Canon. 6.
d Canon. 10.
e Canon. 11.
f Canon. 12.
g Canon. 13.

Quarto præsupponimus, quod quodlibet Sacramentum constat duobus. Quorum alterum est velut materia substantialis: Alterum velut forma substantialis, quæ sunt de essentia, & necessitate Sacramenti, sine quibus omnino est nullum. Requirit etiam alia, quę sunt de necessitate præcepti, non autẽ de necessitate Sacramenti, id est, quod peccatur conficiendo sine illis, sed Sacramentum est validum: vt in Baptismo aqua est materia substantialis, & inuocatio sanctissimæ Trinitatis forma substantialis, sine quibus nil valet: verba vero illa, *Ego*, & *Amẽ*, in forma posita sunt tantum de necessitate prẽcepti, id est, peccatur baptizando sine illis, sed baptismus valet. *h*

h Cap. 1. cum ei adnota. de baptism.

3 Circa vero præfata sacramenta in genere peccat mortaliter *primo*, qui credit aliquid ex damnatis per prędictum Con. Trid. sciens, vel debens scire id esse damnatum, & est hæreticus *i*, & excommunicatus, si verbo, vel scripto id expressit, per bullam cœnę Domini, de qua infra *k*.

i Per ca. ad abolendã, de hæret. & per prædict. 13. canones.
k Ca. 27. n. 6.

Secundo peccat, qui credens, vel credere debens se reum mortalis culpę, ministrat, saltem solemniter, aliquod sacramentum, vel suscipit, nisi ita se credat attritũ, quod adiũcto calore sacramenti fiat contritus, vt diximus latius *l*: quãuis Baptismus minorem attritionem, quã alia requirit, per dicta supra *m*. Nec excusatur, vt quidã putant, subita ministrandi, aut accipiendi sacramẽti necessitate, veluti si mortifero vulnere ictus baptismũ à sacerdote imparato deposcit: quia quamuis hoc aliquem prętextum habere possit, iuxta opinionẽ eorum, qui dicunt cuiqs peccato mortali propriũ dolorẽ esse adhibendũ, quod vno momento fieri non potest, nullo tamen prętextu nititur, veram sequẽdo opinionem, quam tenuimus *n*, scilicet sufficere generalẽ quendã, qui omnia comprehendat, quod puncto tẽporis præstari potest. Quare sacerdos administraturus sacramentum aliquod quantumlibet imparatus inueniatur, debitã de omnibus

l In gloss. summa de pœ. dist. 5. n. 33. per c. ij. lud. 65. dist. eap per Esaiam. 1. q. 1. ibi, Tale, & ibi Omnia sacramenta.
m Ca. 1. n. 36.
n Sup. c. 1. n. 24.

suis peccatis mortalibus contritionem habere potest, vel attritionem, qua se probabiliter contritum esse credat. Et quamuis ad alia sacramenta hoc satis sit, ad celebrationem tamen, aut communionem præter contritionem confessio actualis peccatorum requiritur, vt supra dictum est *a*.

a Ca. 21. n. 48

4 *Tertio* peccat, qui suscipit aliquod sacramentum à sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius administratione suspenso, & denuntiato pro tali, vel à notorio concubinario, excepto Baptismo, & communione tempore necessitatis. Quis autem sit concubinarius notorius, dictum est supra *b*.

b Ca. 16. n. 24

Quarto peccat, qui citra necessitatem inuitat ad sacrificandū, aut ad dandum alteri sacramentum, quem probabiliter credit existere in peccato mortali occulto, aut publico, & sine debita de eo pœnitentia illud facturum, ita vt sit causa cur id faciat alias non facturus, vt supra dictum est *c*.

c Cap. 11. nu. 12. & seq.

Quinto, qui verbo, aut facto, notabilem irreuerentiam alicui sacramento facit, secundum S. Thomam *d*.

d 3. 2. q. 99. art. 3.

De Sacramento Baptismi.

5 *Baptismus quid, quotuplex, & quæ illi substantialia.*
6 *Baptismi errores Tridenti damnati.*
6 *Baptismum ministrans, vel suscipiens in mortali, peccat.*
6 *Obstetrix ignorans formam baptizandi peccat.*
7 *Baptismus à quocumque collatus valet.*
7 *Baptismus sine concursu materiæ, formæ, & intentionis non valet.*
7 *Baptizans chrismate veteri, vel non subditum, vt peccat.*

5 SAcramentū Baptismi est *Sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti cum debita intentione abluitur*. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia, & *Aquæ naturalis*, ad significandum quod hæc est eius essentialis materia, nec sufficit alia aqua artificialis, vt rosacea, secundum omnes *e*, quod definiuit Concil. Trident. *f*. Dixi, *Qua vnus ab alio abluitur*; quia nemo à seipso baptizari potest *g*. Dixi, *In nomine Patris, &c.* quia inuocatio expressa totius sanctissimæ Trinitatis est de necessitate huius sacramenti *h*. Vnde forma Baptismi in Ecclesia Romana est hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen i*, quamquā illa verba, *Ego*, & *Amen*, non sunt de essentia sacramenti, sed de necessitate præcepti *a*. An autem contraueniat substantiæ, vel tantum præcepto, qui baptizat solum dicens: *In nomine sanctissimæ Trinitatis*, aut *Christi*, tangit glossa *b*, & late tractamus *c*. Quo fit, vt solus Baptismus aquæ sit proprie Baptismus, sanguinis autem, qui fit per martyrium; & flaminis, qui per pœnitentiam sine copia baptizandi solum metaphoricè *d*.

e In 4. libr. sent. dist. 3.
f Sess. 7. can. 2.
g Cap. debitum de Baptismo.
h Cap. multi de consecr. dist. 4.
i Cap. 1. de Baptism.
a Vt declaratur sup. n. 2.
b In dict. c. multi.
c In repet. c. a quodam, dist. ead.
d Iuxt cap. baptismi, de consec. dist. 4. & cap. debitum, de Baptism. de S. Tho. 3. par. q. 66. art. 11.
e In d. sess. 7. per 14. ca. su. per Baptismo confectos.

6 Porro Concilium Tridentinū *e* damnauit eum, qui dixerit

Baptismum

f Canon.1. g Canon.2. h Canon.3. Baptismum Ioannis fuisse tantæ virtutis, quantæ Christi *f*. Aut aquam naturalem non esse necessariã *g*. Aut quod Ecclesia Romana non doceat veram Baptismi doctrinam *h*. Aut nõ valere, qui ministratur per infidelem, etiam cum intentione faciendi, quod prętendit Ecclesia *i*. Aut nõ esse ad salutem necessariũ *k*. Aut non posse baptizatum amittere gratiam, si vult credere *l*. Aut non obligari ad vllam aliam legem, quam credendi *m*. Aut quod per eum tolluntur vota post ipsum emissa *n*. Aut per memoriam eius condonari, vel venialia fieri peccata post eũ admissa *o* Aut esse rebaptizandum apostatam ad fidẽ reuersum *p*. Aut neminem baptizandum ante ætatem qua Christus fuit baptizatus. Aut paruulos non esse baptizandos, vel postquam adoleuerint esse rebaptizandos *q*.

i Canon.4. k Canon.5. l Canon.6. m Can.7.& 8. n Canon.9. o Canon.10. p Canon. 12.

q Canon. 13. & 14.

Interrogatus autem Romæ de vltimis finibus Hispaniæ, An infans, qui baptizatus sine solemnitate moritur, antequam illa suppleatur, possit in loco sacro sepeliri: Respondi non solum posse, sed debere. Tum quia Hostien. *r* affirmat, puerum extractum de ventre matris sepeliendum esse in loco sacro. Tum quia standum est regulæ, nisi probetur exceptio *s*, & regula est, quod omnis Christianus debet in loco sacro sepeliri: & constat huiusmodi puerum esse Christianum charactere Christianismi insignitum *t*, & nullo iure speciali prohibetur.

r In summa de consec. eccles. parag. & an sit. s L. primæ, ff. de regu. iur. & gl. in l. omnis definitio, eod. tit. lib. 6. t Per cap. quemadmodum, 23. q. 6.

Ad aliam item quæstionem, An debeat sepeliri cum solemnitate crucis, & luminarium instar aliorum infantium baptizatorum solemniter: Respondeo affirmatiue, ea ratione insolubili, quod is tam Christianus est, quam illi, & tantũ gratię sacramẽtalis habet ac illi, per dicta supra *u*, quia exorcismus, & alia, quæ fiunt in baptismo solemni, non sunt de necessitate sacramenti, sed solum præcepti, secundum omnes.

u Eod. nu. 2.

Circa baptismum peccat mortaliter *primo*, qui credit aliquid de prædictis 14 damnatis per prædictum Concil. Trid. credens, vel credere debens, ea esse damnata, & est hęreticus, imo & excommunicatus, si verbo, vel scripto id expressit, per prędictam bullam cœnæ Domini.

Secundo, qui baptizat, aut permittit se baptizari bis, & est irregularis *a*, de qua latius infra *b*.

a Cã qui his & c. eos, de consec. di. 4. b Cap 27. n. 246.

Tertio, qui est in causa, aut in notabili culpa, vt aliquis sine baptismo moriatur, aut renuit dare Baptismum petenti in articulo mortis, cum nullus eo aptior ipsum baptizare velit *c*.

c Dict. c. quicumque & arg. c. pasce 86. d.

Quarto, qui baptizat in peccato mortali, aut baptizatur impœnitens, pea dicta supra *d*.

d Eod. nu. 2.

Quinto, quæ obstetricis officio fungens debitam baptizandi formam ignorat, Paludanus *e*, & S. Antoninus *f*.

e In 4. li. sen. di. 5. q. 2. f 3. par. tit. 14 cap. 13.

7 *Sexto* peccat, qui cum non sit presbyter, baptizat absque necessitate *g*, imo & presbyter, qui baptizat citra necessitatẽ sine exorcismo, & aliis solemnitatibus debitis, vel cũ illis extra Ecclesiam, præterquam principum filios *h*. Et clericus qui coram presbytero

g Dict. cap. constat. h Clemen. 1. de baptis.

presbytero baptizat solemniter est irregularis *i*. Non est autem necessitas recens infantis natiuitas, vt nonnulli male putant, qui infantes recens natos sine solemnitate baptizari faciunt grauiter peccantes. Verum est tamen quod Baptismus collatus à quocunque, siue mare, siue fœmina, siue fideli, siue infideli, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, valet *k*, etiam si baptizans eum pro ludicro habeat, iuxta Innoc. *l* Peccat autem laicus qui (etiam in necessitate) baptizat præsente clerico, & clericus minor presente presbytero, & mulier præsente viro, & infidelis præsente fideli, nisi aptior sit excommunicatus aut alio modo impeditus, iuxta communem *m*.

Septimo peccat, qui baptizat sine forma & materia essentiali Baptismi supra positis, aut sine intentione actuali, aut virtuali faciẽdi quod Ecclesia prætendit, nequidquam talis Baptismus valet, & iterandus est, iuxta notata per Innoc. & omnes *n*, Et idem de eo, qui durante prolatione verborum substantialium Baptismi, non tangit aqua, sed solum ante, vel post illam *o*, vbi hoc sentit Cardi. S. Xisti, & S. Thom. *p* vbi id satis exprimit Caiet. & magis Ioan Maior. *q* quin & glossa *r* dixit: oportere ablutionem concurrere cum verbis, in vltimo instanti prolationis eorum, quod tamen non est verum, per rationes Caietani *s*.

Octauo peccat, qui vngit baptizatum chrismate præcedentis anni citra casum necessitatis *t*. Idem de illo, qui absque iusta necessitate baptizat alterius parochianum, sine facultate sui parochi, vel Episcopi, aut eius Vicarij *u*. Non tamen ipso facto est excommunicatus, quãuis sit religiosus, sicut foret ob administrationem aliquorũ aliorum sacramentorum *x*, de quo infra *y*. Adde, quod ad hoc, vt aliquis sit vere baptizat⁹ sufficit, quod quãtulacunq; pars eius tãgatur aqua quãlibet modica *a*, cuius ratio tam pulchre redditur à S. Tho. *b* Et diximus nos *c*. Quo fit, vt recte faciant illi, qui cũ difficile mulier parit infantẽ & timetur de eius morte, antequam totus exeat, procurant baptizare illũ fundẽdo aquam in partem quam iam peperit, & apparet foris.

i Caplt. 1. de cler. nõ ord. minist.
k Ca. quicunque c. à quodam c. constat. 2. mulier. de consecr. dist. 4.
l In d. c. cubitum.
m In dicto c.
n In d. c. 1. de Baptism.
o Cap. detrahe. 1. q. 1.
p 3 par. q. 60. art. 10. & qu. 66. arg. 8.
q In qu. 2. 2. q. 1. art. 4.
r Dict. ca. detrahe.
s Tomo 1. Opusculor. Tract. 18. qu. de collatione ordinum.
t Cap. 11 quis de oleo, de consecr. ar. 4. c. quoniam, de sent. excom. libr. 6.
u Ca. interdicimus, 16 q. 1.
x Clem. 1. de priuileg.
y Cap. 27. nu. 101. & seq.
a Arg. c. quomquemquam, de consecr. di. 4.
b 3 par. q. 66. art. 7. & 8. art. 11. & in 4. d. 6. art. 1. qu. 1.
c In c. vulgaris, num. 3. de pœn. di. 8.

De Sacramento Confirmationis.

8 *Confirmatio quid, & quod est vere & proprie sacramentum.*
8 *Confirmationis minister ordinarius Episcopus, & quando presbyter.*
9 *Confirmando sic, vel sic peccat Episcopus.*
9 *Confirmans existens in mortali peccato, vel amittens ob contemptum vt peccat.*
9 *Confirmatio Patronum requirit, & ordinem præcedit.*

8 COnfirmatio aliàs vocatur manus impositio *d*, & ex mente Magistri, & omnium *e*, & vtriusque Thomæ *f*, & nostrorum *g*, definiri potest, esse *sacramentum Vnctionis chris-*

d Ca. 1. parag. per frontis, de sacr. vnct.
e In 1. libr. sent. dist. 7.
f 3. par. q. 72.
g In rub. de sacram. non iteran.

matis consecrati, quo Episcopus frontem baptizati inungit sub certa verborum forma.

Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Chrismatis*, ad designãdum materiam eius, quę est chrisma, quod conficitur ex oleo balsamo. *h* Balsamum autem non est de necessitate sacramenti, quod efficaciter probat Caietanus, *i* est tamen de necessitate præcepti. *k* Dixi, *Consecrati*, quia licet benedictio, vel consecratio aquæ non sit de necessitate sacramenti Baptismi, consecratio tamen chrismatis, vel olei est de necessitate sacramenti Confirmationis, per rationem S. Thomę recepti. *l* Dixi, *Episcopus*, ad designandum ministrum qui necessario debet esse Episcopus *m*. Quamuis ex dispositione Apostolica possit esse presbyter, de qua intelligendum est cap. *peruenit n*, vt paucis multa resoluẽs definit Caietanus *o*. Dixi, *Frontem*, ad differẽtiam Baptismi, in quo vertex capitis inungitur *p*. Cuius diuersitatis ratio adducitur à sancto Thom *q* Dixi, *Baptizati*, quia character confirmationis de necessitate præsupponit characterem Baptismi *r*: Ille enim est ianua omniũ sacramentorum *s*. S. Thomas receptus *t*. Dixi, *Certa*, &c. ad designandum formam eius, quæ est, *Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* Cum cuius formę prolatione debet concurrere vnctio *v*. Cuius conuenientiam assignat S. Thom. *a* hoc enim sacramento baptizatus fit miles Christi, ad constanter confitendum eum, & fortiter pugnandum contra eius inimicos, *b* & ita signatur cruce, quę est signum Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur à Concil. Trid. quod *c* declarat hæreticum, qui dixerit, Confirmationem non esse verum sacramentum, aut nullam ei virtutem inesse, aut eius ordinarium ministrum non esse solum Episcopum: vbi ponderandum est quod ait ordinarium, significans posse esse delegatum dispensatione Apostolica, vt prædictum est.

9 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter, *primo*, qui non existens Episcopus ministrat illud, vel existens Episcopus vngit oleo non consecrato, vel non confecto ex balsamo, vel non seruata prædicta forma, per supradicta.

Secundo, qui suscipit illud credens, vel credere debens, se mortalis culpæ reum esse, per dicta supra *d*.

Tertio, qui per contemptum non curat se, suamque familiam confirmari *e*. Dixi, *Per contemptum*, quia sola negligentia tantum esset venialis, cum non videatur vlli præcepto contraria, vt ait Scotus *f*. Contemnere autem videtur, qui potens sumere commode omittit, secundum Paludanum *g*, quod verum est quoad præsumptionem fori exterioris, quæ in interiori cessat *h*, in quo ille vere contemnit, qui ideo principaliter omittit quod parui facit, per ea quę dicit S. Thomas *i*, vbi id pulchre explicat Caietanus & Archidiaconus *k*, quem sequitur Dominicus *l*.

Quarto, peccat, qui patitur se sine patrino confirmari, credens, aut cre-

h Dict. ca. 1. de sac. vnct.
i supra S. Thom. in d. qu. 72. per t. 1. de sac. non iterau.
k Ca. 1. de sac. vng.
l Vbi supra art. 1.
m Ca. quanto de consuet. & communis vbi supra.
n 95. dist.
o Vbi supra art. 8.
p Di. c. 1. de sacra. vnct.
q Vbi supr. art. 6.
r Cap. nouissime, de confecr. dist. 5.
s Ca veniens de presby. e. non baptis.
t Vbi supra art. 6.
v Vt sup. co. n. 7. est dicta de bapt.
a Ibid. art. 4.
b Cap. 1. de consec. di. 1
c Sess. 7. de confirmat. trib. Canon.

d Mod. nu. 6.
e Arg. c. 1. de consecr. di. 5.
f In dicta.
g In dicta dist. 7.
h Ca. tua de sponsi.
i 2. 2. q. 186. art. 9.
k In cap. quicunque 21. di.
l In ca. nullus 55. dist.

ullt credere debens, quod licet hoc non sit de substantia sacramenti, est tamen de præcepto.

Quinto, peccat, qui non se facit confirmari ante omnem ordinationem *m*. Conc. Trid. de reform. nullam tamen per hoc censuram incurri aliquoties respondi. Tum quia eius omissionis negligentia non est mortalis, vt dictum est. Tum quia nullo iure id cauetur: nam nec prędictum Concilium addit aliam pœnam, quam quod non admittatur quis, etiam ad primam tonsuram ante confirmationem. Tum quia licet character ordinis de necessitate sacramenti requirat characterem Baptismi, non tamen requirit characterem Confirmationis. Quin opinamur cū Soto *n*, peccare quidem, sed non mortaliter, suscipientem vel ministrantem, etiam scienter ordinem ante confirmationem, modo id sine contemptu fiat.

m cap. 4. sess. 23.

n In d. dist. 24 qu. 1. art. 4. sub fin.

De Sacramento Eucharistiæ.

1o *Eucharistiæ sacramentum polyonymum, & quid.*
1o *Eucharistiæ circa sacramentum errores.*
1o *Communio quod non requirat confessionem, disputare malum.*

1o SAcramentum hoc Eucharistiæ polyonymum, siue multinomium est. Vocatur enim Græce Eucharistia, hoc est, bona gratia: quia vt Magister ait, *a*, Iesum Christum, qui est omnis gratiæ fons & origo, continet: Hostia item, Sacrificium, Communio, Sacramentum altaris, & viaticum, ob eas rationes, quas reddit S. Thomas *b*, & paulo latius nos reddimus *c*. Definiri autem potest ex mente Magistri, & S. Thom. & aliorum omniū *d*, esse sacramentum, *quod sub specie panis & vini, vel alterius eorum verum corpus & sanguinem Iesu Christi continet*. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia. In quibus aduertendum quod vno eodemque modo existunt corpus & sanguis sub vtraque specie: sanguis enim vtrobique existit intra eius glorioſi corporis venas, & vtrobique corpus sic continens eum, quamuis sub specie panis contineatur corpus virtute verborum sacramenti, & sanguis per concomitantiam eius, & contra, sub specie vini continetur sanguis virtute verborum sacramenti, & corpus per concomitantiam, secundum S. Thomam receptum *e*.

a In 4. libr. sen. dist. 8.
b In 3. parte q 73. art. 4.
c In addi. c. quando, de consec. di. 1. n. 131 seqq.
d Vbi supra.
e In 3. par. 76. art. 1. & 2.

Circa materiam huius sacramenti peccat mortaliter *primo*, qui non credit definita Tridenti vndecim canonibus à Conc. *f* credens, aut credere debens, ea esse definita ab Ecclesia, & prędicto concilio, & si verbo vel scripto id exprimit, est excōmunicatus per prædictam bullam cœnę. Definiuit autem concilium, hęreticum esse dicere verum Christi corpus, & sanguinem eius non contineri realiter in hoc sacramento, vnita eius diuinitate, sed solum in signo, & figura *g*. Aut aliquid substantiæ panis aut vini remanere in eo post consecrationem, licet eorum accidentia maneant *h*. Aut sub qualibet specie, tam vini, quam panis, &

f Sess. 13.
g Canon. 2.
h Cap. 2.

qualibet parte separata ab alia, non contineri totum corpus
i Canon. 3. Christi *i*. Aut licet quando ministratur aut sumitur sit in eo, non
k Canon. 4. tamen esse ibi post, nec ante sumptionē nec in reliquiis eius *k*.
l Canon. 5. Aut principalem eius fructum esse peccatorum condonationem *l*. Aut non esse adorandum Latria, siue debita Deo adoratione, dum est in sacramento. Aut non esse faciendum peculiare illius festum, neque deferendum in supplicationibus, siue
a Canon. 6. processionibus, neque populo proponēdum adorandum *a*. Aut
b Canon 7. non licere seruare illud in sacrario, neque deferre ad infirmos *b*.
c Canon. 8. Aut in communione non sumi realiter Christum totum *c*. Aut Christianos etiam discretos, non teneri communicare semel in
d Canon 9. anno *d*. Aut presbyterum non posse seipsum communicare *e*.
e Canon. 10. Aut solam fidem sufficere ad bene communicandum *f*.
f Canon. 11. *Secundo* peccat, & est excommunicatus, qui etiam disputando defendit opinionem habentem, licere contrito ante actualem
g Præfato ca- confessionem mortalis culpæ communicare *g*.
non. 11.

De Sacramento Pœnitentiæ.

II *Pœnitentia quid, & quot, & quæ partes eius.*
II *Pœnitentiæ circa sacramentum multa definita Tridenti.*
II *Pœnitentiam in mortali sumens, vel ab eo qui est in illo, vt peccat.*

II POenitere quid sit, & an vox pœnitentia sit Latina, & quod pœnitentia est duplex virtus, & sacramentum, & alia ijs
h In prælud. annexa, præmissa sunt supra *h*, & ex mente ibi citatorum sacra-
10. mentum pœnitentię est *sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum, & confitentem legitime sua peccata, cum iusto dolore, & proposito satisfaciendi absoluit ab eis*. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua vero pro differentia, quę tangunt tres partes integrales eius, scilicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem,
i In d. prælu. quæ sunt quædam eius materia, de quibus est dictum *i* generatim, &
k In tribus *k* singulatim.
cap. primis.
l Sess. 14. Circa hoc sacramentū peccat, *primo* qui credit, non esse vere definita à Trid. Concil. *l* aut dubitat de veritate eorum, credēs, aut credere debens, ea esse ab Ecclesia, & concilio definita, & si verbo, aut scripto id exprimit, est excommunicatus per bullam Cœnæ prędictam. Definita vero vbi supra sunt hęc: Quod pœnitentia semper fuit necessaria ad veniā peccati mortalis. Quod sacramentum pœnitentię nunquam fuit ante aduentū Christi, nec ante mortem & resurrectionē eius. Quod postea nil prodest nondum baptizato. Quod Christus principaliter instituit illud per illa verba, *Quorum remiseritis, &c.* per quæ eadem fuit data potestas reconciliandi Deo eos, qui post baptismum mortaliter peccant. Definit item, esse hæreticum dicere, sacramentū pœnitentiæ non esse vere ac proprie sacramentum institutum ad re-
m Canon. 1. conciliādum Deo peccantes mortaliter post baptismum *m*. Aut

vnum

vnum & idem esse sacramentū baptismi & pœnitentię, & ideo pœnitentiā non recte appellari secundam post naufragiū tabulam *a*, quia, vt idem Concilium subijcit, materia & forma eorū est diuersa, & non oporteat, vt minister Baptismi sit iudex, sicut minister Pœnitētię. Et quia sacramentū Pœnitentię nil prodest nō baptizato, nec Baptismus relapso post eū in mortale. Et cōtra Baptismus prodest non baptizato, & Pœnitentia lapso post Baptismum in mortale, &c. Aut verba illa: *Quorum remiseritis*, &c. non esse intelligenda de potestate remittēdi peccata *b*. Aut ad perfectam pœnitentiam non requiri Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quasi materiam & partes eius *c*. Aut dicere, alium, quam episcopum, vel presbyterum absoluēdi potestatem habere *d*. Aut eosdem, si mali sunt eum, perdere. Aut esse iudices ad absoluendum confessum, sed ad declarandū eum absolutum *e*. Admoneo lectorem non excerpere me omnia contenta in canonibus prædictæ sessionis: quia ea, quę pertinent peculiariter ad Contritionem, excerpta fuerunt supra *f*, & quæ ad Confessionem *g*, & quæ ad Satisfactionem, supra *h*.

Secundo peccat, qui absque Contritione, vel iusta attritione peccatorum suorum, aut absque proposito ab eis abstinendi, aut restituendi debita, aut existens excommunicatus ante absolutionem ab excommunicatione, absolutionem sacramentalem procurat, aut vult absolui ab aliquo non presbytero, aut ab excommunicato denuntiato, aut suspenso, aut si citra necessitatem à parocho alieno, vel à suo notorio peccatore, vel quum scit esse in mortali, & Pœnitentiam non acturum ante absolutionem, per supradicta *i*.

a Ca. 2. & can. 2.
b canon. 2.
c canon. 4.
d cap. 5. & canon. 10.
e Ca. 6. & can. 9.
f In cap. 2.
g cap. 2.
h cap. 3.
i In dict. tribus, cap. & in c. 9. n. 5. cum seq. & in c. 11. n. 12.

De Sacramento extremæ vnctionis.

12 *Extrema vnctio quid, & an vnctio cum verbis concurrat.*
13 *Extrema vnctio quas partes tangat, & quibus sit verbis, & quare morbo, & non violenter morituris datur, n.* 14.
15 *Extremæ vnctionis de sacramento multæ veritates Tridentinæ.*
16 *Extremæ vnctionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis.*

12 SAcramentum extremæ vnctionis est *sacramentum quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, certa verba cum debita intentione proferendo k.*

k C. 1. de sacra. vnct. adiunctio notatis ibi, & in 4. sen. di. 23.

Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Presbyter*, ad designandum neminem alium posse illud ministrare, vt definiuit Conc. infra citatum. Dixi, *Vngit*, ad designandum actum ministrandi qui consistit in vngendo, & fieri debet durante verborum prolatione, aut ante prolationis principium, vt in simili dictum est *a* de baptizante *b*, & de confirmante *c*, & de ordine dicitur infra *d*.

a Supr. eod. b Num. 7. c Num. 8. d Num. 17.

13 Dixi, *Certas partes*: vnctio enim debet fieri in oculis, naribus, auribus, ore, manibus, pedibus, & renibus. Dixi, *Infirmi, &c.* ad designandum cui sit ministrandũ hoc sacramentum: non enim sufficit vt sit in quouis probabili mortis periculo, in quali est morte dãnatus; præliũ ingressus, mari & tẽpestate iactatus, neque quęlibet infirmitas sufficit, sed oportet vt sit talis quę probabile mortis periculũ minetur, secundũ omnes. Cuilibet tamẽ eiusmodi infirmo est ministrandũ, etiamsi iã sit amens & phreneticus, si absq; irreuerentia sacramẽti id fieri possit, & potuerit ante pecca[illegible] antequã insaniret, expresse, aut tacite petierit illud, aut si [illegible]eminisset, petiturus fuisset, nec in peccato mortali notorio insanierit, quãuis sint, qui ętatem pubertatis requirant, imo & si dubitatur, an sit mortuus, administrari potest sub conditione si non est mortuus, non tamen iam aperte mortuo, nec incœpta ministratio perficiẽda est, si antea moriatur. Dixi, *Oleo sacro*, ad designandum materiam, quæ est oleum oliuarum per Episcopum consecratum. Dixi, *Certa, &c.* ad designandum eius formam, quæ iuxta Conc. Flor. est hęc: quãdo oculi infirmo vnguntur, *Per istam sacram vnctionem, & per suam piissimã misericordiã indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum.* Quando aures, dicendum est, *per auditum*: quando nares; *per odoratum*: quãdo os; *per oris vitium*: quando manus; *per tactum*: quando pedes; *per incessum*: quando renes; *per ardorem libidinis*: quamuis multæ Ecclesiæ vtantur istis verbis: *Et per sanctissimam benedictionem*, loco horum, *Per suam piissimam misericordiam*, nec nocet, per mox dicenda, diuersitas verborum in eundem scopum tendẽtium. Quæ fere omnia probantur per illa *e*: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei*: nam per verbũ, *Infirmatur*, probantur dicta de infirmo vngendo, & per verbum, *Presbyteros*, dicta de ministro, & per verba, *Vngit, & oleo*, dicta de vsu & materia, & præterea per verbũ, *Alleuiabit*, probatur hoc sacramentum cõferre salutem corporis, quando spirituali infirmo expedit: & per illa verba, *Et si in peccatis sit, &c.* per hoc sacramentũ peccata remitti. Et quia non exprimuntur mortalia, nec venialia, intelligẽda sunt de omnibus, si reliqua ad id necessaria concurrant *a*. Vnde licet secũdum communem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quo fieri potest vt aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & vnctus eo saluaretur: fieri enim potest vt aliquis sua peccata confiteri nõ possit, aut quamuis posset, nõ censet illud necessariũ ei, quia est iam cõfessus, sine tamen cõtritione, vel attritione ad remissionẽ sufficienti, & postea tanta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamẽ calore adiuncto sufficeret, iuxta opinionem S. Thomæ *b* communiter acceptam, scilicet per virtutem sacramenti aliquem ex attrito contritum

e Iacob. 5.

a Arg. ca. solitæ de maioris. & obe. & c. si Romanorum, 19. di.

b 3. par. q. 59. art. 6.

contritum fieri, iuxta dicta suprà *c*. Quare magnæ curæ nobis huius sacramenti susceptio esse debet, vt morientes beati semper viuamus, Amen. *c* Cap. 1. nu. 40. & 41.

14 Porro ratio cur morbo, vel senio, & non alio modo morienti administratur, est quia sic morientis iudicium & constantia valde turbatur corporis & sensuum omnium imbecillitate *d*. Quin & dæmon acrius eum illa hora, quam quauis alia omnium peccatorum repræsentatione, & spectris horrendis affligit. Quod vsu venire ijs non solet, quibus vita violenter eripitur, quia moriuntur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi repręsentationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis ac huic ista vnctio. *d* Ca. nullus cum his quæ ibi scripsimus, de pœn. dist. 7.

15 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter *primo*, qui credit non esse vera definita super eo à sacro Conc. Trid. *e* aut dubitat de eorum veritate, credens, aut credere debens ea esse ab Ecclesia & Cõcilio definita, & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommunicatus per sępe dictam bullam cœnę. Definitum vero est ibi, hæreticum esse, dicere extremam vnctionem non esse vere, & proprie sacramentum institutum ab ipsomet Domino nostro Iesu Christo, & promulgatum à Diuo Iacobo *f*. Aut non cõferre gratiam, sicut alia: aut non remittere peccata, nec alleuiare infirmum, aut iam cessasse, quasi olim tantũ fuerit gratia curationũ *g*. Aut ritum eius, quem obseruat Ecclesia Romana, repugnare sententię beati Iacobi, ideoque eum posse iuste mutari & contemni *h*: aut D. Iacobum per presbyteros intellexisse seniores populi, & non tãtùm sacerdotes, ideoque posse per alios quam Episcopos, & sacerdotes ministrari *i*. Nemo tamen inferat ex his non posse alias Ecclesias alia vti verborum æquipollentium forma: quia licet ipsemet Dominus illud instituerit, verba tamen formaliter, quibus est ministrandum, non præscripsit. Adeo quod D. Ambrosius verbo indicatiuo, *Vngo te*, &c. vteretur, quæ communis est sententia profunde fundata à Paludano *a*, per quod tollitur dubium à longinquo nobis propositum. *e* Sess. 14. *f* Canon. 1. *g* Canon. 2. *h* Canon. 3. *i* Canon 4. *a* In dist. dist. 25.

16 Secundo peccat, qui ægrotus, vel senex constitutus in articulo mortis non petit hoc sacramentum per contemptum, iuxta omnes *b*. Idem si non petit filio, seruo, famulo, pupillo, aut alij suæ curæ commisso, per supradicta in simili *c*.

Tertio peccat, qui accipit credens, aut credere debens se mortalis culpæ reum sine confessione, vel contritione, vel tali attritione, quæ calore huius sacramenti vim contritionis attingeret, per supra dicta *d*. *b* In 4. dist 23 *c* Ca. 21. nu. 5 7arg. cap. duo. 23. q. 4. *d* Eod. c. n. 25

De Sacramento Ordinis.

17 *Ordo in genere quid, & quis ecclesiasticus, & quid ordo sacramentum.*

18 *Ordo Theologis septuplex, Canonistis nouemplex, nobis octuplex.*

18 *Ordinis circa sacramentum errores Tridenti damnati.*
18 *Ordinatus ab Episcopo titulari, vel contra Prælati voluntatem ne peccat.*
18 *Episcopus ordinans alienum aut suum sine titulo, vt peccet.*
18 *Ordinatus non renuntiet, nec alienet titulum, nisi sic, &c.*

17 ORdo generaliter & proprie sumptus auctore Augustin. *e* *est parium, dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio*, quomodo capitur in c. *ad hoc f*, & in rubrica iuris *g*. & qua personę præstant rebus, ideo hominum ordo præstantior est ordine rerum *h*. Et quia inter homines Deo sacri, siue spirituales præstant alijs *i*, ideo per Antonomasiam appellatione ordinis simpliciter prolati intelligitur ecclesiasticus, sicut appellatione iuris Ciuilis, Romanū, & Apostoli, Paulus *k*. & definitur à Thoma VValdensi *l*, *esse sacramenta ministrantium habitudo legitima cuique ratione ministerij sui conueniens*, hinc dicitur ordo Prædicatorum & Minorum. In hac tamen materia accipitur pro sacra ordinatione & actu, quo homines in Ecclesiasticum ordinē cooptantur, vt colligitur ex Conc. Trident. *m* & potius secūdum mentem, quā verba Magistri, & aliorum *n*, & glossæ *o* potest definiri, *esse sacramentum quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id administrandi*. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differētia. Porro materia ordinis est traditio rei sensibilis, vt libri, vel calicis, quæ & acceptio, seu tactus earum debent concurrere cum prolatione verborum formę, ita vt durante ea fiant: quoniam si ante, vel post fierent, ordinatio esset nulla, vt late demonstrat Caietanus *a*, & supra dictum est in simili *b*, & de Confirmatione *c*, & de extrema vnctione *d*. Quod fundatur multis, in quibus est cap. *fin.* *e* quod ipsum tamen in contrarium fortiter retorqueri potest, quatenus habet supplendū, & non iterandum: sed respondendum illud esse referendum ad manus impositionem, & non ad tactum, quorum duorum prius meminit, illa enim non est de substantia sacramenti, vt tactus, seu acceptio, quod recte post alios declarat Sotus *f*. Forma vero est prolatio verborum, quę pro varietate ordinum sunt varia, sicut & res traditæ sunt diuersæ. Conueniunt tamen in significando traditionem, & acceptionem sacramento substantialem.

Dixi, *Character*, ad designandum, quod character & potestas, quę traditur, non sunt sacramentum, sed effectus eius. Vnde definitiones eorum, quæ habent hoc sacramentum esse characterem, siue signaculum, & potestatem, debent censeri datæ per effectum, & non per genus, & differentiam, vt illa August. *Fides est credere, quod non vides*. Et illa Azon. *g* *Appellatio est rescissio sententiæ, &c.*

18 Dixi, *Consecrandi, &c.* ad distinguendum ordinem presbyterij ab alijs. Ordines autem sunt nouem secundum Canonistas *h*, quibus constituuntur Tonsuratus, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acoly-

e Lib. 19. de Ciuit. Dei, ca. 13.
f 89. dist.
g De ordi. cognit. & ff. de decre. ab ord. fac.
h l. 2. ff de stat homic.
i Ca. solitæ, de maior, & obed.
k parag. ins ciuile, iuncta gloss. Inst. de iure natur.
l Lib. 2. de sacrament. cap. 216.
m Sess. 23. ca. non. 3.
n In 4. li. sen. di. 24.
o In summa, 32. di.
a In Tract. ad. in Coll. ordin.
b De Baptis. mo num. 7.
c Nu n. 8.
d Num. 12.
e De Sacrament. non iteran.
f In d. di. 24 q. 1. art. 4.
g In Rubr. de appell.
h in c. cum contingat de ætat. & qualit. per illum text. & per cap. cleros. 21. d. c. pes sonis, 25. dist.

Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & Episcopus. Quamuis secundum communem Theologorum *i* solum sint septem, dicentium, primam tonsuram, & Episcopatum non esse ordines, sed officia. Quorum quatuor maiores dicuntur sacri, non quidem quod omnes non sint sacri, sed quia eis est annexum votum solemne castitatis, non vt essentiale, sed accidentarium ex statuto Ecclesiastico *k*.

i In d.di. 24.

k Cap. nulli. 38. d. c. decernimus, 33. & d.c.de voto lib.6.

Circa hoc sacramentum peccat mortaliter *primo*, qui credit non esse vera definita super eo à dicto Conc. Trid. *l* aut de eorũ veritate dubitat, & si verbo, vel scripto exprimat, est excõmunicatus per bullam Cœnæ supra sæpe citatam. Definiuit autem Concilium hæreticum esse eum, qui dixerit, non esse in nouo testamẽto Sacerdotium visibile, vel externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verũ corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi: sed officiũ tantum, & nudum ministerium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes *m*. Aut præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur *n*. Aut ordinem, siue sacram Ordinationem non esse vere & proprie sacramentum à Christo Domino nostro institutum, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum ecclesiasticarum imperitis. Aut esse tãtum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei, & sacramẽtorum *a*. Aut per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere, *Accipe Spiritum sanctum*. Aut per eam non imprimi characterẽ, vel qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse *b*. Aut sacram Vnctionem, qua Ecclesia in sacra Ordinatione vtitur, non tantum nõ requiri, sed contemnendam & pernitiosam esse, similiter & alias Ordinis cærimonias *c*. Aut in Ecclesia Catholica non esse hierarchiã diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, Presbyteris, & Ministris *d*. Aut Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos, sine populi vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse. Aut eos, qui nec ab ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramenti ministros *e*. Aut Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, ac veros Episcopos, sed figmentum humanum *f*.

l Sess. 23.

m canon.1.

n canon.2.

a canon.3.

b canon.4.

c canon. 5.

d canon.6.

e canon.7.

f canon.8.

Porro aduertendum est, quod prædictum Concilium nõ definit vtra opinio Theologorum, vel Canonistarum de ordinum numero sit tenenda, quod sperabamus quando hæc scripsimus, licet *g* canonistis videatur aliqua ex parte fauere.

g Canon.2.3. 4. & 7.

Quare probabilis videtur vtraque: Mea tamẽ, cui videtur astipulari Medina *h*, salua saniori, est, quatuor Ordines, siue ordinationes,

h De cont. sacer. li. 2. c. 12. & 45.

tiones, scilicet tres maiores, & Episcopatū, esse vere & proprie sacramentum, cui prædicta definitio conuenit, alios autem potius esse sacramentalia. Et ita quoad Episcopatum recedo à cōmuni Theologorum, per ca. 1. *i* quæ expresse ponunt quatuor sacros Ordines: & per prædictum 7. can. quibus ego bona fide nescirem respōdere. Quoad quatuor vero minores, & primam tonsuram recedo à Canonistis. Tum per rationes Caietani *k*. Tum quia non est eis adiunctum votum castitatis solemne. Tū quia durum videtur damnare omnes qui accipiunt eos non præmissa confessione, vel saltem contritione sufficienti, quorū infinitus videtur esse numerus, quod tamen necesse esset facere, si essent sacramenta vera gratiam conferentia ex opere operato, per dicta supra *l*. Tum quia conferunt eos etiā Abbates *m*.

Secundo, peccat, qui credens, vel credere debens se mortalis culpæ reum, Episcopatum vel alium Ordinem sacrum suscipit, secundum omnes, non autem qui alios, secundum eos, qui negant vera esse sacramenta, quos sequimur.

Tertio, qui cōtrauenit nouis statutis Conc. Trid. quod *a* statuit, vt qui se procurat ordinari ab Episcopo titulari absque licētia sui Episcopi, etiamsi sit illius familiaris, & continuus cōmēsalis, & in loco nullius dīœcesis, vel exempto, suspēsus sit ab exequutione ordinum, quousque suo Prælato visum fuerit: Episcopus vero titularis ab exercitio Pontificalium per annum. Et *b* quod Episcopus ordinare potest eum, qui fuit familiaris eius per triēnium, si beneficium statim re ipsa, & sine fraude illi conferat. Et *c* quod nemo promoueatur ad ordines cōtra voluntatē sui prælati, etiāsi prohibeatur promoueri ob occultum crimen, & extraiudicialiter, quod ei, quia suis ordinibus, gradibus, aut dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspēsus, non suffragetur vlla licētia de promouendo, aut ad priores ordines, gradus, aut dignitates antea consequutus, restitutio, contra proprij prælati voluntatē. Et *d* quod Episcopus potest suspendere ad tēpus sibi visum suū subditum ordinarium quacunque auctoritate, absque suo præcedēti examine, si eū inueniat inhabilem. Et *e* quod Episcopus, aut alij sui ministri pro collatione quorumcūque ordinū, pro literis dimissorijs, aut pro sigillo nil quidquam etiam sponte oblatum accipiant. Et notarij pro scriptura, si eis nullum salarū pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantum vnius aurei partē accipere possint. Et *f* quod nō cōcedat dimissorias, nisi prius examinatis & approbatis. Et *g* quod nemo ordinetur, nisi prius legitime constet eum beneficiū Ecclesiasticū ad victū sufficiens pacifice possidere. Et quod illud beneficiū resignare nequeat, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, eaque resignatio non admittatur, nisi constet aliunde posse commode viuere, & aliter facta sit nulla. Et quod patrimonium, vel pensionem obtinentes promoueri posthac nequeant, nisi quos Episcopus iudicarit necessarios, vel vtiles, constit-

i Iuncta gl. 32. dist. & allegata in ca. *k* In tract. de modo & rit. ordin. susc.

j Eod. ca. n. 2. *m* Cap. quoniam, 69. d. capit. cū contingat, cum ei adnotac. per Innoc. Host. Ant. & alios, de ætat. & qualit.

a In sess. 14. cap. 2. de reform.

b Sess. 21. ca. 3. de reform.

c Sess. 14. c. 1. de reforma.

d Ibid. c. 3.

e Sess. 13. ca. 2. de reform.

f Sess. 23. c. 3. de reform

g Sess 21. c. 2. de reform.

constituto prius, quoad patrimonium illud, vel pensio satis sunt eis ad vitam honeste sustentandam, & illa sine licentia episcopi alienare nequeant donec beneficium sufficiens adipiscantur, aut aliunde habeant vnde honeste viuere valeant.

Quarto peccat, qui contrauenit illis præceptis, vel prohibitis, quæ continentur infra *h*. Alij modi peccandi ratione Ordinis colligi possunt ex his quę de matrimonio infra *i* dicentur, & de indigna perceptione & administratione *k*.

h Bap. 25. n. 69. & seqq. i Eod. cap. num. 52. k Cap. 25. num. 70.

De Sacramento Matrimonij.

19 *Matrimonium quatenus sacramentum, quid, & quale est apud infideles.*
20 *Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide.*
20 *Matrimonij materia, & forma quæ, cum exemplis.*
20 *Matrimonium indissolubile regulariter sic in totum, sic in partem soluitur.*
22 *Diuertere ob quæ potest, vel debet coniux à coniuge.*
23 *Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum, licitè tamen petit.*
23 *Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti.*
23 *Debitum in foro animæ non debetur adulteranti.*
24 *Adulterantis coniux quando religionem ingredi potest.*
25 *Sponsalia quid, & quibus modis soluuntur, & num. seq.*
28 *Sponsalia omnia ipso iure soluuntur per causam notoriam.*
28 *Sponsalia duobus modis transeunt in matrimonium.*
29 *Matrimonij, & sponsalia contrahendi quæ ætas legitima.*
29 *Matrimonium regulariter omnis iustæ ætatis, & iudicij contrahere potest.*
30 *Matrimonij impedimenta quot, & quæ dirimant, & quæ non, num. 31.*

19 PRęsupponimus *primo*, quod sacramentum matrimonij est *sacramentum, quo sit maris & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens a*. Dixi, *Sacramentum*, pro genere. Nec obstat, quod matrimonium est inter infideles non baptizatos, qui non sunt capaces sacramentorum, quorum ianua est Baptismus *b*, quia apud eos non est matrimonium quatenus est sacramentum, sed tantum quatenus est contractus, & prædicta definitione definitur solum sacramentum matrimonij, siue matrimonium, quatenus est sacramentum. Dixi, *Maris & fœminæ*, ad differentiam sacramenti Baptismi & Pœnitentiæ, quibus fit quędam coniunctio inter Deum & animam metaphorice *c*. Dixi, *Coniunctio*, intelligendo potius vnionem animorum, quam corporum, vt glossæ declarant in iuribus supradictis, & est textus *d*. Dixi, *Indiuiduam*; quia est insolubile, hoc est, non potest, nisi morte naturali regulariter solui, nec sic coniuncti possunt alijs

a Vt colligitur ex l. 1. ff. de ritu nupt. & princ. Instit. de pat. potest. & ex Mag. & alium in 4. l. sent. d. 26. & in rub. de spons. & matrim. b Ca. veniens, de presbyte. non baptis. c Iuxta cap. debitum, & adnot. de bigamis. d In l. nuptias, ff. de reg. iu. & in cap. sufficiat, 27. q. 2.

alijs altero viuente coniungi,& vterque alteri debet fidem seruare, & debitum coniugale reddere, & se mutuo in administranda re familiari iuuare, & neuter eorum sine alterius consensu continentiam promittere potest.

20 Ex quo infertur, Matrimonium Christianorum gratiã conferre ex opere operato,nisi obexponatur iuxta cõmunẽ *a*,contra glossam *b*,& nõnullos eam male approbantes, quia ex prædicta definitione patet illud esse sacramẽtum, cuius proprium est ex opere operato gratiam conferre *c*,quod approbauit Cõc. Trid.*d* mox citandum, post quod non solum pro falso, id quod ait illa glossa,sed etiam pro hæretico habendum est,& cauẽda, aut certe caute legẽda sunt ea,quę scribit Magist. Canus *e*. Addo hic omnia,quæ dicẽtur in hac materia de viris, intelligẽda esse de fœminis, & è contrario,nisi quatenus aliud expressũ fuerit.

Secundo præsuppono,quod quamuis diuersi de materia & forma huius sacramenti sentiant,præsertim Adrianus *f*,planius tamen videtur, quod consensus expressus & legitimus personarum ad contrahendum idonearum,siue expressus consensus ad coniungendum sit materia,& verba,aut alia signa,& interdum taciturnitas,quibus ille exprimitur,sint forma;quatenus exprimunt consensum:vt materia stipulationis,quæ interrogatione, & responsione conueniente fit,est consensus,& verba sunt forma *g*, quamuis ad stipulationem necessaria sunt verba,& non sufficit nutus aut signa,neque scriptura *h*,ad matrimonium autem sic *i*, imo interdum auditio, & taciturnitas sine contradictione:vt quando pater contrahit pro filia præsente, & audiente, tacente,& non contradicente *k*, pro quo aptus tex ibi,& in c.*l* Illa vero verba & signa sufficiunt, & requiruntur, quibus significatur statim vna cum dicto,vel signo,alterum alteri sui corporis potestatem tradere,iuxta omnium sententiam,qualia sunt illa: *Ego te in meam vxorem accepto.* Et, *Ego te in maritum meum accipio m*,& alia eis æquipollentia:vt,*Consentio in te tamquam in meum, vel meam coniugem*, &, *Ab hoc tempore te pro mea vxore, vel marito habebo*,aut, *Volo,vt sis mea vxor, vel maritus n*,nil enim refert quid de æquipollentibus fiat *o*.

21 *Tertio* præsuppono,quod matrimonium interdum diuiditur in totum,etiam quoad vinculum,& interdum quoad torum & habitationem tantum;& interdum quoad torum tantum:nã diuiditur in totum, ante quam sit consummatũ copula carnali, per professionem solemnem religionis approbatæ *p*,quod esse de fide definiuit Concil. Trid. *q* Diuiditur etiam ante consummationem per dispensationem Papę iusta de causa factã, secũdum glossam singulariẽ *r*, receptam ob omnibus pũris Canonistis, & à Theologis canonũ peritis cõtra puros Theologos exceptо Caietano*s*. Quorum opinio adeo seruatur, quod etiã ter vel quater ad petitiones cõsilio meo, antequam in vrbe venissem, oblatas, fœ. record. Paulus III. & Pius IIII. per suas dispen-

sationes

a In rub. de sponſ. & in 4. li. ſen. di. 26.
b Cap. quid quid, 1. q. 1.
c Vbi ſupra eo. nu. 1. dictum eſt.
d Seſſ. 7. canon. 6.
e Lib. 2. de Theologicis, ca. 5.
f In 4. de matrim, q. 1.
g Il. 1. in pri. & parag. 1. ff. de verbo oblig. cum ei addotat.
h Per dict. li. 1.
i Cap. cum apud. & cap. tua de ſponſ.
k Iuxt. glo. communiter recept. in cap. honorantur, 32. q. 2. l. parag. porro, de ſponſ. impub. li. 4. in Ca. ſi inter ſponſ.
n Ca. ex parte de ſponſ.
o l. fin. ff. man. c. licet. de teſtam.
p Cap. ex publico de conuerſ. coniug. cap. commiſſum, de ſponſal.
q Seſſ. 24. canon. 6.
r In dicto ca. ex publico.
ſ In Tomo primo Opuſ. tractat. 28.

fationes dissoluerunt quædam matrimonia omnino clandestine contracta, nondum consummata, in remedium animarum, alioquin probabiliter periturarum. Quod attestor, ne quis sequutus Sotum *a* contra Caietanum vnum scrupulum ingerat ijs, qui eiusmodi sanctissima gratia fruuntur, vel post hac fruentur: nam & post eum Michael à Medina *b* Caietanum, & communem est sequutus.

a li. 7. de iust. & iur.

b Lib. 5. de sacro. Host. continentia.

Diuiditur etiam matrimonium contractum inter infideles etiá post cõsummationẽ, si altera pars eorum ad fidem Catholicam conuertatur, & altera noluerit ei cohabitare sine contumelia Creatoris, & sine nisu ad peruertendam, vel inducendam eam in mortale *c*: quia, vt dictum est, non est inter eos sacramẽtum, sed contractus tantum. Diuiditur autem quoad thorum & cohabitationem, & non quoad vinculum, propter fornicationẽ iudicis auctoritate, iuxta illud *d*: *Quicunque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem &c.* *e* & etiam propter sæuitiam coniugis, & ob aliquas alias causas *f*. Diuiditur autem quoad thorum tantum, ob fornicationem per solam euangelij auctoritatem, siue alia iudicis sententia, secundum communem, & glossam *g*.

c cap. gaudemus de diuers.

d Luc. 19.

e Relatum in c. dixit dominus, 32 q. 1. & c. dominus rad. caut. q. 5.

f Notatas super tex. sing. c. litteras, parag. fin. de testi. spol.

g Ca. nosse, 32. q. 1.

22 Circa quę alias hic addidi *primo*, posse coniugem, Catholicum, vel Catholicam discedere à cohabitatione coniugis Lutherani, vel Lutheranæ ad suam hæresin inducentis *h*, non tamen nouæ contrahere.

h Per ca. 2. de diuor.

Secundo idem esse dicendum de coniuge, qui, vel quę à suo, vel sua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi *i*.

i Palud. in 4. li. sen. d. 39. q. 1. col pu.

Tertio, respondisse nos cuidam nuptæ posse illam recedere à suo marito adeo laxo animo, & nimium fidenti, quod inducebat in domum suam quosdam amicos parum pudicos, quibus, vel aliquo eorum cũ ea relictis exibat domo, & illi modo directe, modo indirecte, modo verbis, modo tactu, inducebant eã in aliquod peccatum cordis, & in grãde periculum operis, & rogatus ab ea ne id faceret, negligebat. Tũ quia eiusmodi maritus, saltẽ indirecte inducebat eam ad peccandũ. Tum quia nõ tenebatur ei conuiuere cum periculo mortis corporalis volenti eam occidere, vel venenare, siue intoxicare *k*, ad quod reducẽdũ est cap. 2. l. à fortiori nõ tenebatur cõuiuere illi sub tanto periculo mortis spiritualis, quæ tanto grauior est corporali, quanto anima præstat corpori *m*. Tum quia vxor potest discedere à marito iure, nolẽte à furando cessare, Paludanus *a*. Tum quia nõ obstat, neminem posse cogi ad peccandum *b*, quia nõ potest etiã cogi ad apostatãdum, potest tamẽ discedere à consorte & in apostasiam inducente *c*. Tum quia fere casus est in hoc l. *si lenones d*.

k Ca. ille, 32. q. 1. & c. præcimus, 32 q. 1.

a Vbi supra. parag 1. 15. qu.

c Per dictum ca. 2 de diu.

d c. de epis. audien. & in c. discretionẽ iuncta gloss. de ea, qui cogn. consang. vxor suæ.

Quarto, coniugem à coniuge recedere nõ posse propter morbum, quem alij Gallicum, alij appellant Neapolitanum *e*, quia non potest etiam ob morbum leprę, qui est æque cõtagiosus *f*.

e Arg. de sin. vxorem, &c. horrendus 32. q. 5. & Alex. in l. si cũ dotem parag. si maritus 8. solu. matrim.

f Cap. 1. & 2. de coniug. leprof.

Quinto, quod coniux à coniuge non potest ob amentiam discedere,

dere, nisi probabile mortis periculum induceret, per prędicta, quod dolens respondi cuidam amico religionem intrare volenti, eo quod vxor furere cœperat, quia commode poterat eam à se offendendo arcere.

Sexto, non peccare vxorem eo quod non discedit à marito adultero, etiam in adulterio perseuerante, neque eo quod ei reddat, vel petat debitum, etiamsi publice adulteretur, modo idei non placeat (quod fere semper contingit) & probabiliter arbitretur eum non destituturum ab eo, licet ipsa debitum ei neget. Imo nec maritus peccaret idem faciendo cum vxore adultera, si discipleret ei adulterium, & pensatis personarum, loci, temporis, alijsque circumstantijs fieret probabile eam non posse ab adulterando arceri sine maximo scandalo, & damno publico, vel priuato. Per quod limitanda sunt cap. *si vir.* [g] 23 *Septimo*, quod coniux adulterās non potest exigere debitum à consorte innocēte tamquam iure debitum, sed potest petere tanquā licitum, siue publicum, siue occultum sit adulterium, & siue coniux innocēs sciat, siue nescíat illud: quia licet adulterans ipso iure perdat ius exigendi, non tamē perdit ius rogādi vt concedat illud, si voluerit, eo quod vinculū matrimonij durat non obstante adulterio, quod esse de fide prędictum Conciliū [h] declarauit, & facit illud licitū, cum nullo iure naturali, diuino, vel humano prohibeatur: nā licet Dominus in euangelio [i] cōcedat innocenti facultatem negandi debitū, non tamē negat potestatē reddendi illud, si voluerit, nec adultero facultatē petēdi tamquam rem licitam, licet non debitam. Quibus est consequens, posse coniugem innocentem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate, iuxta illud: *Frangenti fidem fides frangatur eidem* [k], quæ breuis declaratio est mentis Caietani [l].

Octauo, quod coniux innocens etiamsi cœpit negare debitum adulteranti, & postea adulteretur, tenetur ei reddere, quia per compensationem tollitur, quoad potestatem negandi, hoc crimen [a]: quod confessarij magnopere aduertere debent ad præcipiendum multis maritis, qui recedunt à toris vxorum propter pręsumptum, vel verum adulterium, & se copulant alijs, vt ipsi redeant ad eas, hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus, aut certe concipiant propositum efficax reddendi illud [b].

Nono, quod non obstant prædictis iura [c], quatenus habent, non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate, nisi adulteriū sit notorium, quia illa intelligenda sunt quoad forum exterius, non autem quoad interius, de quo agimus. Per quę declaranda est glossa [d].

24 *Decimo*, quod interrogatus, an qui ante Conc. Trid. clam cōtraxit, & consummauit matrimonium, & postea petitus in matritum coram iudice, à quo, quia negauit contractum, & deerant testes, fuit absolutus, & cōiux nupsit alteri, posset ingredi religio-

[g] De adult. & cap. 32. q. 1.

[h] Vbi supra. [i] Matth. 5. & Luc. 16.

[k] l. cum proponas, C. de pact. e. peruenit, de iureiur.

[l] In Tomo 1. Opusculorū, tractat. 31. Resp. 4.

[a] Cap. intelleximus de adul.

[b] Arg. cap. peccatum, de reg. iur. l. 6. cum similibus

[c] Cap. significasti, & c. porro, de diuor.

[d] c. 1. 32. q. 1.

religionem: Respondi non posse. Tum quia nulla religionum, quæ non sit militaris, admittet eum, si verum fateatur, sine licentia debita vxoris, quam in hoc casu illa dare nequit remanens in seculo, præsertim in illo malo statu. Nec obstat Agathosa *f*, quatenus habet maritum, cuius vxor fornicata est, posse religionem ingredi: quia id intelligendum est de illo, qui non dedit vxori causam saltem propinquam adulterandi, vt declarat Panormit. communiter receptus *g*, qualem videtur dedisse cōsulens. Tum quia, si moreretur is, cui illa nupsit, teneretur eam accipere, etiamsi professionem fecisset *h*.

25 *Quarto*, principaliter præsuppono, quod sponsalia non sunt matrimonium, sed promissio eius *i*, quod intelligendum est de promissione mutua siue reciproca, quia licet alterius tantum sufficiat ad se obligandum, non tamen sufficit ad sponsalia efficienda, nisi altera quoque pars tacite, aut expresse idem alteri promittat, secundum omnes. Arrhæ autem & iuramentum non sunt necessaria, licet illis firmiora fiant.

Porro sponsalia non sunt vt matrimonium insolubilia, nam multis modis dissoluuntur. *Primo*, per partium remissionem, etiamsi sint iurata, secundum communem *k*, etiamsi principaliter iurata sunt propter Deum: vt cum quis iurat se matrimonium contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei & eleemosynam *l*. Tum quia Deus recipit illud in vtilitatem partis: ideo ipsa potest ei renunciare *m*. Tum quia alioqui iuramentum in fauorem eius factum posset ei ob varios respectus præiudicare *n*, licet oppositum teneant Innoc. & Panor. *o* & Sylu. *p* quorum opinionis color per prædicta tollitur.

26 *Secundo*, per alterius in religionem ingressum *a*, & cum alia potest alter sponsalia contrahere, etiam antequā professionē emittat *b*, cuius opinio probabilior est contraria, quam quidam tenēt ea ratione, quod nouitiatus est iusta causa discedendi ab spōsalibus: eo quod dedit causam, vt ioco, & serio, animo irato, & pacato possit improperari ei, quod fuit religiosus, & inconstās, & alia quę materiam possunt præstare ringendi coniunctis inter se, & cum alijs exteris. Et quod contrariū tenētes concedūt sufficere nouitiatū aliquorum mensiū absque professione.

Tertio, per alterius matrimonij verbis de præsenti contractū etiā copula nondum sequuta, per sponsalia item de futuro copula cū affectu maritali sequuta *c*. Dixi, *affectu maritali*, quia sine hoc prima sponsalia, quoad Deum, non dirimuntur, quamuis sic quoad Ecclesiam, secundum iura antiqua, secundum quæ sponsalia transibant in matrimonium per solam copulā carnalē, quod sublatum est per Conc. Trid. vt dicetur infra *d*: concurrente autem hoc prima sponsalia non dirimuntur, nisi secunda esset cognata, vel affinis primæ ex coitu licito intra gradū prohibitum. Dixi, *Nisi secunda esset cognata, vel affinis, ex coitu licito intra gradum prohibitum*; nam si talis esset, neutram in vxorem ducere posset,

e Ca. cum sit e. sane, c. coniugatus, de diuers. coniug.
f 27. q. 2.
g In d.c. discretionem, numer. 8.
h iuxta prædictum cap. Agathosa.
i l. 1. ff de sponsa. S. Tho. & omnes, in 4. d. 27.
k Ca. præter. c. 1. de sponsa. Iux. Card. ibidem.
l ibidem.
m Arg cap. quamuis pactum de pactis, li. 6.
n Contra l. quod fauore c de leg. & c. quod ob gratiam, de regiur. lib. 6.
o In d.c. præterea.
p Ver. sponsalia, q. 9.
a In d.cap. ex publice & c. veniens, quā clerici. vel vouen.
b Syl. verb. sponsalia q. 10.
c Ca. sicut ex literis, de sponsal.
d Eod. n. 28. & c. 15. num. 144.

posset secundum dicta iura antiqua. Non quidem primam, propter impedimentum affinitatis ex illa copula ortum. Non secundam, propter impedimētum publicæ honestatis ex primis spōsalibus quoad ipsum natum, iuxta notata *e*. Dixi, *copula sequuta*; quia præcedens etiam secundum iura antiqua non sufficeret *f*, quidquid quidam recentiores leuiter dixerint.

Quarto, per alterutrius ad aliam regionem migrationem absque causa probabili, aut cum illa, sed iudex certum tempus redeundi præfiniuit, & intra illud non redijt, quę prefinitio est necessaria iuxta ius canonicum, cui est in hac re standum, quod tēpus non prefiniuit *g*, non tamen iuxta ciuile, licet illud, cui non est stādum tempus prefiniat, *h* præscribit enim quod absens in eadem prouincia expectetur duobus annis: & si in alia, tribus, vt tradit S. Anton *i*. & Sylvest *k* quod procedit etiam sponsalibus iuratis, secundum Panor. *l*.

27 *Quinto*, per superuenientem affinitatem ex eo, quod altera pars rem habuit cum cognato, vel cognata intra gradum prohibitum, alterius partis, priusquam copulam maritalem cum sua sponsa, vel sponso haberet *m*.

Sexto, per absolutionem factam à iudice, eo quod contraxit illa intra pubertatis annos, & perueniens ad illos antequam eis consentiat expresse, vel tacite petit ab eis absolui *a*. Si tamē ambo, vel alter eorum esset minor septem annis, sponsalia essent adeo nulla, vt ex illis nullum impedimētum publicæ honestatis oriretur: & ita alteruter eorum cum cognata vel cognato alterius matrimonium contrahere posset *b*.

Septimo, per lapsum temporis præstituti ad matrimonium de præsenti contrahendum: nam per illum is, per quem non stetit, quominus fieret, liberatur, & alteri pœnitentia irroganda est propter fidem violatam *c*.

Octauo, per superuenientiam lepre, paralysis, aut alius morbi contagiosi, aut amissionis oculi, nasi, aut alius notabilis deformitatis *d*.

Nono per superuenientem fornicationem alterius *e*, siue voluntariam, siue coactam *f*. Alterius inquam, nam per suam nolente parte, quę innocens est, non sunt dissoluendag. Dixi, *superuenientem*, quia per precedentem non sunt dissoluenda, nisi tempore contractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum nosceretur, secundum omnes: quæ maxime procedunt in fornicatione spirituali, quæ fit per hæresin, aut apostasiam *h*.

Decimo, per votum castitatis præcedens illa *i*: quamuis sequēs non dissoluat: quia alter in alterius prejudicium vouere nequit, excepto voto religionis, quod etiam post contractum matrimonium facere, & implere potest *k*, quo casu tenebitur religionem intrare, iuxta Paludanum receptum *l*: qui autem promisit alicui non ducere aliam, quam illam, non tenetur ducere illam, licet aliam licite ducere nequeat, secundum eundem Paludanum

e In cap. is, qui de sponsalibus.
f Ca. veniens 2. de sponsalibus, vbi Panorm. Præpos. & communis.
g Ca. de illis, de sponſ.
h In l. spe, ff. de sponſa, & l. 2. C. de repud.
i 3 par. tit. 1. c. 18 parag. 1.
k Vbi supra. q. 1. parag. 4.
l Dict. cap. de illis.
m Ca. veniēs de eo qui cognō. consang. vxor. suæ,
a Cap. a nobis, & c. de illis, 1. de spōs. impu.
b Cap. literas de desponſ. impu. & ca. 1. eod. tit. li. 6.
c Ca. sicut ex literis, de sponsal. cum ei adnotat.
d Cap. literas de coniug. leprof. & ca. quemadmodum de iur. iur.
e dicta cap. quemadmodum.
f Iuxt. gloſ. sam, recepta ibidem ver bo ocAtos.
g Arg. ca. 2. de translat. prælat.
h ca. non solum 28 qu. 1.
i cap. rursus qui clerici, vel vouen.
k Vt supra dictum est.
l In 4. dist. 27. qu. 1. art. 1.

danum *m*, & Adrianum *n* dicentem, neque communem opinionem esse contra hoc, neque sequendam, si esset, quamuis eam sequatur (sed male, nostra sententia) Syluester *o*.

Vndecimo, per superuenientem inimicitiam capitalem, ob quã dissolui possunt, iuxta Hostiensem *p*.

Duodecimo, per omissionem implementi eius, quod promissũ est, siue voluntariam, siue inuoluntariam, vt quum dos promissa non præstatur, secundum Ioan. Andream *q*: & cũ sponsa certam dotẽ spõso nõ promittit, videtur omnia sua bona promittere, secundum glossam *r* receptam per citatos à Couarruuia *s*, adeo, quod si post spõsalia pauperior fiat, ita nõ possit omnia, quę tunc habebat tradere, non tenetur eam spõsus ducere.

Decimotertio, per famam impedimenti ad contrahendum inter eos canonice *t*. *Decimoquarto*, per susceptionem ordinis sacri *a*, iuxta Anton. *b* quem sequitur Prępos. *c* quamuis per eum Matrimonium de pręsenti non dissoluatur *d*. *Decimoquinto*, per superuenientem cognationem legalem *e*. *Decimosexto*, per morum alterutrius contrahentium asperitatem, secundum Pano. *f* *Decimoseptimo*, per aliquid noue superueniens, quod si pręcessisset, non fuissent contracta, secundum mentem S. Thomęg, ad quem alij quinque casus, quos Præpositus *h* ponit, redigi possunt.

28 Notandum tamen est secundum Hostiensem *i* & Ioann. Andream receptos *k*, sponsalia in casibus prędictis regulariter ipso iure non dirimi, & ideo auctoritate iudicis Ecclesiastici dirimenda esse. Et ita, qui absque tali auctoritate cum alia contraheret, grauiter peccare videretur *l*, quamuis non mortaliter, iuxta Syluestrum *m*, sicut nec venialiter in casibus, in quibus ipso iure dissoluuntur, scilicet quando alter eorum religionem ingreditur, aut ipso facto cum alia verbis de pręsenti cõtrahit, aut notorie fornicatus est, & alijs casibus, quos Prępos. ponit *n*, quin, & generaliter dici potest, quod in nullo casu, in quo causa dissoluendi sponsalia est manifesta, tam quoad veritatem, quam quoad iustitiam, prędicta Ecclesiæ auctoritas requiritur: quia tales ab iure absoluuntur, Syluester *o*, & idem quando spõsalia sunt clandestina: quia tunc scandalum cessat.

E contrario vero sponsalia duobus modis in Matrimonium de præsenti transeunt. *Primo*, per copulã carnalem subsequutam vxorio affectu, id est, cum intentione Matrimonium consummandi: nam si habeatur fornicario affectu, id est, sine intentione se cognoscendi tamquam maritus & vxor, sed tanquã soluti à matrimonij vinculo, non est matrimonium corã Deo, sed coram Ecclesia sic, iuxta communẽ *p*, quidquid dicat Hostien. *q* secundum antiqua iura, quę quo modo post Cõc. Trid. cessent ponitur infra *r*. *Secundo* per declarationẽ consensus de pręsẽti verbis aut aliquo aperto signo factã, & nõ alias, quãtũlibet simul habitent, aut sponsus eã in domũ traducat, & oscula,

m Vbi sup.
n In qu. de matrimonio q. 2.
o Verb. matrim 2. q. 10.
p In summa de spons. parag. si ob rationem in c. 2 q. 4 & c. requir. de sponsal.
q In cap. de illis, de condict. apposit.
r In mulier bona ff. de iur. iur.
s 2. part. ca. 5. num. 4. in Epitom.
t Ca. cum in tua, de sponsal.
a Arg. extrauag. antiquæ de voto.
b In rub. de desponsat.
c In cap. de illis, de spõs.
d Dict. extrauag. antiquæ.
e De qua infra eo d. cap. num. 44.
f In ca. veniens, qui cler. vel vouen.
g In 4. libro sent. dist. 27.
h In d. ca. de illis.
i In d. parag. fin.
k In d. cap. de illis.
l Cap. si duo pueri, de desponsat. impub. & cap. seculares, 33. q. 2.
m Verb. spõsalia, q. 11. parag. vltimo.
n In d. ca. in illis, col. fin.
o Verbo spõsalia, q. 11.
p In cap. de qui, desponsat.
q Ibidem.
r Cap. 2. col. 144.

& amplexus interueniant, & quamuis copula tentetur. *s*

29 *Quinto* præsuppono, quod ætas legitime contrahendi Matrimonium in masculis est 14. annorum completorũ, & in fœminis duodecim, etiam completorum; & ad sponsalia contrahenda septem in vtrisque: quamuis si potentia supplet ętatem, contrahere prius possunt, quæ tamen vsque ad illam ętatem non præsumitur *t*.

Sexto, quod omnis vtriusque sexus ętate legitima & iusto iudicio pręditus potest Matrimonium contrahere, nisi specialiter prohibeatur, vel aliquod impedimentum interueniat inter cõtrahere volentes *a*. Dixi, *iusto iudicio*; quia amens tempore amentiæ non potest *b*.

s Cap. fin. de sponsal. & Aretinus in consilio 144. ex facto.
t Ca. puberes de desponsat. impub. & c. 1. parag. idem quoque cod. tit. l. 6. adiũctis glossis & cõmuni doctorum.
a Cap. item apud de spõsa.
b Cap. dilectus, de sponsal.

De impedimentis Matrimonij in genere.

30 IMpedimentum Matrimonij secundum S. Thomã & communem *c*, est duplex. Alterum impediens, & dirimens: alterum impediens tantum. Dicitur autem impediens & dirimens, eo quod facit, vt impediti non solum contrahendo peccent, sed etiam vt ipsum Matrimonium contractum nõ valeat: non autem eo quod dissoluat Matrimonium legitime cõtractũ ante illius impedimentum, quia nullum tale est. Impedimenta vero huius generis sunt duodecim, contenta his versibus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis.

c In 4. lib. sent. dist. 34.

31 Impedimentum vero impediens tantum dicitur, quod impedit, & non dirimit, id est, facit, quod peccent, qui ita impediti contrahunt, sed Matrimonium contractum valet. Impedimenta vero huius generis sunt duo.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri.

Ad quæ quidem duo reducuntur alia omnia, licet specialiter dictis versibus non contineantur, quę infra tangentur.

De impedimentis dirimentibus erroris, personę, & conditionis.

32 *Error multiplex, personæ, conditionis, fortunæ, & aliarum qualitatum, & 33.*
33 *Error personæ, vel conditionis seruilis annihilat Matrimonium.*
33 *Matrimonio ab erroneo qua auctoritate receditur.*
34 *Matrimonio seruorum consentiens dominus liberat eos, & an vendere possit eos, & arcere à debito reddendo.*
34 *Matrimonium contrahens seruus an dominum vxori præferet.*
34 *Error personæ & conditionis dirimunt, sed non alij.*

32 Primum

32 PRimum impedimentum dirimens Matrimoniũ est error personę. Est autẽ error personę credere de vna persona quod sit alia, vt quod sit libera, cum sit serua, vel quod sit filius talis Regis, Ducis, Comitis, aut alterius, cuius non est. Dixi, *talis*; quia si credatur indeterminate, quod est filius Regis, aut Ducis, nobilis, aut diuitis, non est error personæ, sed fortunæ, aut qualitatis, nec etiam si credatur filius talis Regis, aut Ducis, si talis Regis, & talis filij cognitio non habeatur *a*: error etiã personę est, credere, quod sit primogenitus alicuius, cum non sit, & propter spem, quam habet illum in paternis bonis successurum, ei nubit tamquam primogenito, iuxta Cald. *b* & Hostien. *c* Ang. *d* nisi absolute consentiret in eum præsentem: quia tunc Matrimonium valeret, quamuis crederet alium esse, iuxta mẽtem Sanct. Thomę, & communis *e*.

Itaque *primo* ob hoc impedimentum peccat, qui procurat, vt Matrimonium, vel sponsalia à se, vel ab alio per errorem contrahantur, quæ alias non contraherentur *f*, & probatur per dicta S. Thomæ *g*, & Matrimonium sic cõtractum nihil valet, si fuerit error personæ, vel conditionis seruilis, secus si solum fortunæ, aut alius qualitas *h*: qualis est credere de paupere, quod est diues, de plebeio, quod est nobilis, de infami, quod est bonæ famę, de corrupta, quod est virgo *i*.

33 *Secundum* impedimentum dirimens Matrimonium est error conditionis seruilis, quo quis credit seruum esse liberum: nam Matrimonium contractum à libero cum serua quam putabat esse liberam, vel è contrario, contractum à libera cum seruo, quem putabat esse liberum, nihil valet: licet contractũ cum libero, vel libera ab eo, vel ab ea, qui, vel quę credit esse seruum, vel ancillam valeat *k*, & tradit S. Thomas, & cõmunis *l*, & Angel. *m* & communis *n*, & si Matrimonium erroneũ fuerit clandestinum propria auctoritate se separare potest quoad torũ & cohabitationem: sed si est in facie Ecclesię contractum, quoad thorũ se separare potest, sed non quoad cohabitationẽ, nisi per sententiam Ecclesiæ *o*, quod procedit etiã si dominus post Matrimonium eam manumiserit ipso iure, & cum ea libera facta copulam coniugalẽ habuerit, quia talis copula habita est virtute primi cõsensus, qui nullus fuit *p*: si tamen postquam resciuit esse seruam, consensit in eam saltem per copulam vxorio affectu habitam, Matrimonium fiet validum, secundum iura antiqua, licet non post Conc. Trident. vt dictum est supra *q*: si autẽ liber Matrimonium ignoranter contrahit cũ serua, & nihilominus eam vult pro vxore habere, & illa nõ vult, nõ est Matrimonium, sed coget illam Ecclesia, vt consentiat in illud, iuxta glossam *r*, quod est verũ, si illa nondũ legitime alteri nupserit: quæ glossa addit, quod dominus tradẽs suam ancillam tamquã liberam libero credenti eam esse talẽ, manumittere illã videtur. Quæ omnia sunt intelligenda etiam de libera contrahente

a Rof. verb. impediment. 2. & Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 1. parag. 5.
b In ca. 2. de coniu. seruo.
c In summa d Verb. Matrimonium impedimen. 4. 5.
e In 4. libro sen. dist. 30.
f Ang. ver. matrimoniũ, 3. impedimẽto parag. 16.
g De dolo. 2. 2 q. 55 ar. 4.
h Cap. 1. 29. q. 1.
i Ca. 1. para. error. ca. q. 1.
k 29. q. 2. para. in ita sub c. si quis lib.
l In 4. l. sen. dist. 30. ar. 1.
m Verb. matrimonium impedimen. 4. para 16.
n In c. propos fuit, de coniug. seruor.
o Arg. cap. porro, & ca. significat de diuor.
p Rof. verb. impedimentum, 32.
q Eod. n. 25. & 28. cap. ad nostrum de coniug. serua. ca. fœminam c. si quis ingenuus, 29. q. 2.
r Cap. fin. de coniug. seruo.

cum seruo. Et Dominus, qui consentit Matrimonio sui serui, aut seruæ, & locum ad reddendum debitum non concedit peccat: quia quamuis seruus contrahens Matrimonium inuito domino ad ei obsequendum magis, quam ad debitum reddendū teneatur: si tamen eo consentiente contrahit, ad illud magis, quam ad hoc tenetur, & quamuis Dominus post matrimoniū, etiam suo consensu contractum eum vendere possit, non tamē in tam remotas regiones, vt vsus Matrimonij ei impediatur, iuxta communem *b*, & S. Thomam *c*, licet honestum esset ne ad tam remotas venderet etiam dum contra voluntatem eius cōtraheret, quamuis ad id sub pœna mortalis peccati non tenetur, iuxta communem *d*, saltem quando commode in vicinas vendere non posset.

b In c.1. de cōiug. seru.
c In 4. di. 36.
d In d. c. 1.

Errores autem aliarum qualitatum, vtpote fortunarum, nobilitatis, virginitatis, fortunę, & reliquarum non dirimunt: quia id nullo iure cauetur: imo contrarium *e*, & diximus supra.

e Cap. 1. 29. q. 1. & iis ita, sub 32. ii quis liber. eod. q.

De impedimentis dirimentibus voti, & cognationis spiritualis.

35 *Votum solemne castitatis impedit & dirimit Matrimonium.*

35 *Votum post solemne contrahens nulliter contrahit, & excommunicatur.*

36 *Cognatio spiritualis tam Baptismi, quam Confirmationis quid, & ad quos Tridenti restricta, num.* 37.

37 *Patrini sunt solum hodie, qui designantur, & quot designandi, num.* 38.

39 *Patrinus an fiat omnis tangens cum nemo designatur.*

39 *Cognatio spiritualis non nascitur ex solemnitate supplente baptismum, &* 40.

35 TErtium impedimentum dirimens Matrimoniū est votum solemne castitatis, quod celebratur professione expressa, vel tacita religionis approbatæ, vel sacri ordinis susceptione, vt dictum est supra *f*, post quod qui contrahit peccat mortaliter *g*, & est excommunicatus *h*. De voto autem simplici dicetur infra *i*.

f Ca. 22. n. 32.
g Cap. 1 de voto lib. 6. extrauag. 1. de voto. fol. 22.
h Clem. 1. de consang. & affinit.
i Eod. c. n. 73.

36 *Quartum* impedimentum dirimens Matrimoniū est impedimentum cognationis: quę est triplex, carnalis, spiritualis, & legalis. Cognatio spiritualis quę matrimoniū impedit, & dirimit (nam de non dirimente infra eodem, n. 71. agemus) *est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur per Baptismi, & Confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati, vel confirmati*, iuxta mentem omnium *a*, quę olim secundum iura antiqua erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas, secūdum dictam glossam receptam. Paternitas est, quę contra-

a In rub. de cogn. spirit. S. Thom. & communis. in 4. lib. sen. dist. 30. & gl. ac communis in d. c. 1 89. Sixt. lib. 6.

contrahitur inter baptizantem (qui locum patris tenet, siue sit clericus, siue laicus, vir aut fœmina) & baptizatum: & inter baptizatum, & patrinum, qui locum matris tenet, siue sit vnus, siue plures, siue vir, siue fœmina. *b* Compaternitas est, quæ contrahitur inter patrem & matrem baptizati ex vna parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, & vel patrinos, qui ex sacro fonte suscipiunt, si sunt baptizati, quamuis sint schismatici, aut hæretici, & alias non: quia non sunt eius capaces, iuxta S. Thom. & Richardum *c*, quidquid alij dicant: neque etiam inter baptizantē, & patrinos baptizati. Fraternitas est cognatio inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrinorum, etiam non legitimos, & etiam habitos post baptismum. Dixi, *olim secundum iura*; quia hodie cessat fraternitas, & aliqua ex parte compaternitas, per conc. Trident. *d*

b Ca. quamuis de cogn. spirit. lib. 6.

c In 4. libro sen. dist. 42. art. 1. q. 3.

37 Quare loco multorum, quæ hic in vulgari dixi, & nūc cessant, subijcio tenorem illius cap. quod sic habet: *Sancta synodus statuit, vt vnus tantum sine vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ipsum & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, scisciteur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illam suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Ea quoque cognatio, quæ confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.*

d Sess. 24. & 2. de reform. matrim.

38 Per hoc nouum statutum cessat quęstio, an multi, & quot possint esse patrini? & an inter fratres baptizati, & omnes filios, vel quos patrinorum, vel baptizantis sit hoc impedimentum: & an inter baptizatum, & filios adoptiuos patrinorum, & baptizantis, & an inter baptizatum, & vxorem vel concubinam, vel maritum patrini, vel matrinæ, vel baptizantis, & an cognatio transeat per actionē, vel passionem in coniugem vel concubinam, ante vel post cognitam: & an omnes suscipientes, respondentes, vel tangentes baptizatum, vel qui eorū sint patrini, vel matrinę, quoniam tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quę est inter patrinum & baptizatum, patrem & matrem baptizati: & inter baptizantem & baptizatum, & patrē & matrē baptizati: ita quod nulla est hodie fraternitas, aut cōfraternitas: nulla item compaternitas inter baptizantem & patrinos: nulla item inter baptizatum, & coniuges, & cōcubinos, vel cōcubinas prędictorū, & minus inter ipsosmet patrinos. Et ideo

sine peccato possunt esse patrini maritus & vxor. Nulla item inter respondentes, tangentes, & alios, & nisi sint ad id designati: quamuis videatur relinqui dubium, an quando nulli designantur in patrinos, per culpam parochi, vel alterius in necessitate baptizantis, soli & omnes tangentes baptizatum fiant cognati iuxta ius antiquum: quod verius videtur, quum à iure antiquo non sit recedendum, nisi quoad recepta in nouo *a*, & Concilium videtur loqui quando designantur aliqui patrini, quod ipsum dicendum videtur, quando plures, quam vnus, vel duo designantur, & admittuntur, omnes scilicet cognatos fieri, quia multa fieri prohibentur, quę facta tenent *b*, in quod facit doctrina Bart. communiter recepti *c*.

40 Notanda tamen sunt tria. *Primum*, errare illos, qui cum puer in domo baptizatur propter necessitatem sine solemnitate, & postea cum ea in Ecclesia exorcizatur, & vngitur chrismate, credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem, & non ex priori cum contra se res habeat: quia posterior actus non est Sacramentum, sed sacramentale, per quod nec character imprimitur, nec cõfertur gratia ex opere operato: licet sit actus catechismi & exorcismi, ex quo alia cognatio minor impediens, & non dirimens nascitur *d*, de qua infra *e*. Ob quod multum expediret vt parochus non solum faceret ea quę Concilium prędictum iussit, sed etiam in tali supplemento scriberet illum actum supplendi non fuisse baptismum, sed tantum catechismum cum exorcismo.

Secundum, cognationem spiritualem Matrimonio iam contracto superuenientem non dissoluere illud: sed tantum exactionẽ debiti coniugalis impedire, vt supra *f* dictum est.

Tertium, quod eodem modo est restricta cognatio, quæ nascitur ex Confirmatione, quo quę nascitur ex Baptismo, per prędictum Conc. supra relatum, & ita totum cap. *a* limitatur per illud. Adde quod non baptizatus non potest esse patrinus, neque contrahere hanc cognationem *b*, baptizatus autem etiam si sit hæreticus, sic *c*.

Interrogatus autem dudum, an pater baptizans in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione possit contrahere Matrimonium cum illius matre: Respondi non posse: quia regula iuris habet, cognationem spiritualem impedientem, & dirimentem contrahi inter baptizantem, & parentes baptizati *d*: à qua non excipitur, nisi baptizans filium suum, & coniugis suæ, vel sui, cum qua, vel quo iam contraxit Matrimonium *e*, ea ratione, quod per actum bonum non debet præiudicari Matrimonio sancto antea contracto, quæ cessat in contrahendo, de quali quærebatur, per quod videntur solui argumenta quæ in contrarium adducit Sotus *f*, qui tamen non fuit ausus tenero contrarium, nec etiam Paludanus.

De im-

a l. Præcipimus, C. de appell.

b Capit. 1. de Matri. contract. contra interdictum eccl. & c. 1. de cler. per sal. procu.

c In l. prætor ait n. 3. ff. de noui operis nunt.

d Ca. per Catechismum de cognat. spiritu. li. 6. & Eod. c. n. 72.

e Capi. 18. num. 34.

a De cogna. spirit. lib. 6.

b S. Tho. in 4. d. 42. q. 1. a. 3.

c Sot. & Syl. verb Matrimonium, q. 8.

d Capit. 1. de cognat. spirit lib 6.

e Per ea ad limina, 32. q. 2.

f In 4. dist. 42. art. 2.

De impedimẽto cognationis carnalis, & affinitatis.

41 *Consanguinitas quid, & impedit, & dirimit intra quartum gradum.*

42 *Affinitas quid, & quantum restricta per Concil. Trid.*

43 *Copula carnalis perfecta quid, & quæ gignit affinitatem.*

41 COgnatio autem carnalis seu consanguinitas, *est propinquitas duarum personarum, eo quod vna ex altera, vel ambæ ex eadem descendunt*, secundum glossam receptam *g*, pater enim & filius sunt consanguinei, quia vnus ab alio descendit: duo item fratres, quia ambo à tertio descendunt.

42 Affinitas vero est, *propinquitas duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit*, secundum glossam receptam *h*, in qua re copula illicita, & licita sunt pares *i*, modo sit perfecta, quæ est illa, per quam semen viri in vas fœminę naturale ad generandum mittitur *k*, & non sufficit saltem coram Deo violatio virginitatis, nec quælibet alia turpitudo, iuxta glossam receptam, & ita non sufficit actus sodomiticus, iuxta mentem S. Thomæ, & communem *m*, quam Paludanus & S. Anton. *n* explicant.

43 Ex quibus sequitur *primo* consanguineos, vel affines intra quartum gradum nõ posse Matrimonium licite cõtrahere, nec contractũ valet *o*, sed prædictum Concilium *p* limitauit impedimentũ affinitatis ex illicita copula natum, ad primũ, & secũdum gradum tantum, statuens in vlterioribus gradibus Matrimonium post eã contractum non dirimi, licet contextus illius non addat, illud non impedire, sed tantum non dirimere: & ideo potuisset aliquis dicere, quod licet Matrimonium contractum per affines ex copula illicita tertij & quarti gradus valeat, peccare tamen cõtrahentes sine dispensatione: quia à lege veteri non discedimus, nisi quatenus per nouam exprimitur *a*: tamen Pius V. motu proprio super hoc edito contrarium declarauit *b*, scilicet dictam affinitatem nec dirimere, nec impedire.

Sequitur *secundo*, huiusmodi contrahentes non solum peccare, sed etiam excommunicatos esse, sicut sunt consanguinei *c*, nisi excuset ignorantia, de quo infra *d*, qui vero cõtrahũt tantum sponsalia intra quartum gradum, peccant quidem, sed non sunt excõmunicati, nisi copula sequatur, & ea sequuta sic, iuxta communem, secundum iura antiqua, per quæ sponsalia transibant in Matrimonium per copulam carnalem sequutam: non tamen hodie post Conc. Trid. *e* quę tamen secundum iura antiqua non procedebant, quoad forum conscientię, nisi in eo, qui vxorio affectu copulam habuerat, alias enim in illo foro nõ esset verum Matrimonium, iuxta omnes *f*, ex quibus infertur, quod huiusmodi impediti contrahentes ante legitimam ętatẽ

g In arbore consanguini. lib. 6.
h In arbore affinitatis.
i Cap. discretionem, de eo qui cogn. cõs. vxo. suæ.
k Ca. Extraordinar. 35. q. 3.
l In d. c. extraordinar.
m In 4. lib. sen. dist. 41. n. 3. par. tit. 1. capi. 12.
o Capit. non debet, de cõsang. & affinit.
p Sess. 24. c. 4. de refor. Matr.
a l. præcipimus C. de appell.
b In extrauag. ad Romanum Iaee anno 1566.
c Clem. 1. de consang. & affin.
d Capit. 27. num 141.
e Vt dictum est supra nu. 25. & 28.
f In c. 1. qui de spons.

non sunt excommunicati: quia in effectu sponsalia tantum de futuro contrahunt *g*: idem de contrahentibus credentibus se cognatos, si vere non sunt: nam peccant mortaliter, & non valet Matrimonium, si credebant illud non valere, alias sic, vt recte Sylvester resoluit *h*. Quod autem dictum est de viro cõtrahente cum muliere, idem censetur dictum de illa contrahente cum illo.

g Ca. 1. parag. 2. de spõs. l. 6

h In verb. Matrimon. num. 7. q. 13. parag. 5.

De impedimento cognationis legalis.

44 *Cognatio legalis quid, quotuplex, & quousque impedit, & dirimit, num. 45.*

44 COgnatio vero legalis, *est propinquitas ex adoptione alicuius in filium prouenies*, secundum mentem prædictorum: & est triplex. *Prima* est ascendentium, aut descendentium, scilicet adoptantis, & adoptati, & descendentium eius, quæ nec dissolutione adoptationis, nec emancipatione tollitur *k*. *Secunda* quasi transuersalis, scilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali existente in potestate patris, & non alias *l*. *Tertia* est, quædam legalis affinitas, scilicet inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quę durat perpetuo, sicut prima *a*. Porro quęlibet harum cognationum impedit, & dirimit Matrimonium, iuxta glossam & communem *b*, licet aliqui contradicant quoad cognationem transuersalem.

i Post glo. c. 2. de cognat. legal.
k Ca. ita diligere, 30. q. 3. & parag. ergo Inst. de adoptionibus
l Cap. 1. de cog. legal. l. qui per adoptionem ff. adopt.
a l. adoptiuus, ff. de ritu nupt.
b In d. c. 1. & in 4. lib. sent. d. 42.

45 Ex quibus *sequitur*, inter adoptantem & adoptiui matrem hanc cognationem non contrahi, & quod adoptans aliquã in filiam suam non potest cũ illa, nec aliqua eius descendente intra quartum gradum Matrimonium contrahere: quia sunt tanquam ascendentes & descendentes. Itẽ, quod non potest cõtrahere cum vxore filij adoptiui eo mortuo, nec filius adoptiuus cum vxore adoptantis eo mortuo: quia est cognatio tertiæ speciei: quamuis sic cum eius matre, etiam filio viuente: quia inter illos nulla cognatio intercedit. Sequitur item, quod adoptiuus cum filia naturali adoptantis hoc viuente, & illa in eius potestate manente, Matrimoniũ contrahere non potest, sed sic patre mortuo, aut filia emancipata, aut si est illegitima, aut ipse est iam emancipatus: quia hæc cognatio his modis soluitur, secundum omnes *c*.

Inter prędictas vero tres cognationes hoc interest, quod consanguinei, si contrahant inter se Matrimonium intra quartum gradum non solum peccant *d*, sed etiam sunt excommunicati, *e* sicut & de affinibus infra dicemus. Cognati autem spiritualiter, vel legaliter, licet peccent, non tamen sunt excommunicati, sicut nec consanguinei sola sponsalia de futuro contrahentes, iuxta glossam receptam *f*.

c Vbi supra. *d* Ca. nõ debet, de consanguin. & affinit.
e Clem. 1. de consang. & affinit.
f In dicta Clement. 1.

De impe-

De impedimento criminis, aut delicti.

46 *Matrimonium quæ occisio, & quod adulterium impedit, & dirimit, & 47.*

46 QVintum impedimentum est crimen. Pro cuius notitia notandum, duo esse crimina, quę matrimonium impediunt, & dirimunt, ad quæ reducuntur illa tria S. Thom. communiter recepti *g*. Alterum est occisio coniugis alicuius causa contrahendi cum eius coniuge, quæ facta vtroque machinante perpetuo impedit, etiamsi aliter infidelis esset, & ad eius conuersionem procurandam patrata fuisset *h*, facta vero, altero tãtum machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat *i*. Dixi, *causa contrahendi*; quia occisio alio fine facta non sufficit *k*, neque ratihabitio occisionis suo nomine factę: quamuis sic iussio, aut consilium, iuxta glossas receptas *l*.

Alterum crimen est adulterari scienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo. Dixi, *adulterari*; quia si non erat vere coniux, licet putaretur talis, non impedit *a*, impedit tamen si sit verum, quamuis sit solutum, quoad thorum, vel cohabitationem *b*. Dixi etiam, *adulterari*; quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus sine adulterio sufficit *c*. Dixi, *scienter*; quia si vterque probabiliter ignorat, possunt matrimonium contrahere, simul atque mortuus fuerit, qui impediebat: & si alter tantum ignorat, in eius arbitrio est, sublato impedimento denuo matrimonium contrahere, vel non *d*, donec sciens cum tertia contraxerit, & modo ignorans non resciuerit ante mortem impedientis, aut postquam rescient, non habuerit copulam.

47 Notandum item, quod vt matrimonium inter ignorantem impedimentum, & scientem valere incipiat, non sufficit cessatio impedimenti, & consensus nouus scientis: quia oportet, vt etiam ignorans denuo in illum consentiat, postquam ei notum fuerit interuenisse impedimentum, per quod illud matrimoniũ non valuit, & fiat ei iusta libertas ad renuendum, si voluerit, secundum Innocentium *e*, & Scotum *f*. Satis tamen videntur hęc ei notificari, & dari libertas, quando certior fit matrimonium nil valuisse, ob aliquod impedimentum in genere, & quod non cogitur ad denuo contrahendum, quamuis non exprimatur speciatim impedimentum, ob quod primum matrimonium non valuerit, neque à domo sui mariti in maiorem libertatem deducatur: quin, & pręstat id facere quoties non conuenit, vt illud speciatim nouerit, satis enim esset tũc dicere gratiosè suspicor te non esse maritum meum, aut vxorem meam aliqua de causa, ideo rogo te plurimum causa tranquillitatis meæ conscientiæ & consolationis, vt si, & quatenus opus fuerit, denuo nos pro coniugibus habeamus, secundum mentem Caietani,

g Vbi sup. & di. 39. in expos. litera.
h Ca. laudabilem, de cõuers. infid.
i Cap. super eo, de eo qui dux in matrimon. iux. Ioan. And. per Panor. & communem receptum ibidem.
k Dict. cap. laudabilem.
l In capit. si quis viuente 32. q. 1. & in ca. 1. de conuers. infid.
a Ca. significauit. de eo qui dux. in matrim.
b Ca. significasti & ca. ex literis, eod. tit.
c Dict. ca. significauit, & cap. 1. 31. q. 1.
d Ca. 1. eod. tit.
e In fi. ca. 1. de eo, qui dux. in matrimon.
f In 4. libro sent. dist. 35.
g 2. Tom. opusculo tract. 12. de matrimo. q. 2. & in sum. verb. Matrimoniũ pa. 3.

De impedimento dirimente infidelitatis.

48 *Matrimonium quæ infidelitas impedit, quousque dirimit.*
49 *Matrimonium, quod inter infideles nullum, & quod annullandum.*

48 SExtum impedimentum dirimens matrimonium est infidelitas. Matrimonium etenim contractum à fideli cũ infideli nondum baptizato, nullum est, etiamsi sit catechumenus, hoc est, in fide Christiana instructus, & velit baptizari *h*: nam licet, vt supra dictum est, matrimoniũ inter infideles esse possit, quatenus est cõtractus *i*, non tamen quatenus est Sacramentum *a*, nec etiam vt contractus valet, si contra leges eorum fiat, & multo minus quando contra leges naturales, vt fit, quoties cum pluribus, quam cum vna contrahitur *b*.

49 Notandum tamen, quod matrimonium infidelium non diuiditur, eo quod alter eorum ad fidem conuertatur, licet cõuersus licite se separare possit, quoad cohabitationem à nõ cõuerso nolente conuerti: quamuis melius faceret conuiuendo ei quousque spes aliqua cõuersionis esset: tamen cum alia matrimonium contrahere viuente infideli non potest, nisi cum ipse nollet habitare cũ ea absque contumelia creatoris, & sine studio peruertendi eam, aut in peccatum mortale inducẽdi; quod procedit etiã in infidelibus, qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modo secũdum leges eorũ matrimonia essent valida *c*, imo, & si infidelis antequam matrimonium cõtrahat, conuertatur, illum recipere tenetur *d*, siue dicamus per cõuersionem matrimonium dirimi, sicut sensit Panormitanus, *e* siue per secundum, ad quod contrahendum prędicta faciũt facultatem, vt melius dixit S. Thomas *g*. Dixi supra, *cum infideli nõdum baptizata*; quia contractum cum fideli hæretica, vel schismatica valet, licet contrahendo peccet, iuxta gloss. receptam *h*, & & Sanctum Thomam, & alios *i*. Sed contrahens cum non baptizata peccat, & non valet matrimonium: quamuis iam sit catechumena, vt dictum est supra.

h Cap. esue. vbi glo. 28. q. 1.
i Cap. gaudemus, de diuort. & cap. deinde, 20. dist.
a Arg. ca. veniens, de presbyt. non Baptis.
b arg. ca. fin. de diuor. & c. de infidelibus dé conslug. & affinit.
c Dict. cap. gaudemus.
d Per cap. gaudemus, de diuort.
e Dict. cap. quanto, & d. e. gaudemus.
f Dict. cap. quanto.
g In 4. libro sent. dist. 39.
h In ca. non oportet, 28. q. 1.
i In. dicta dist. 39.

De impedimento dirimente violentiæ, vel metus.

50 *Matrimonium metu iusto contractum, imo & consummatum nullũ.*
51 *Metus qui iustus noue definitus, & declaratus.*

50 SEptimum impedimentum dirimens matrimonium, est violentiæ, vel metus; pro cuius declaratione pręmitto *primo*, quod quamuis omnes contractus facti per metum regulã;

regulariter valeant, secundum glossam, & cõmunem *k*, licet noster Fortunius Garcia oppositum tenuerit *l*, & quamuis Sacramenta, in quibus character imprimitur, sicut in Baptismo *m*, etiam valeant: contractus tamen, & Sacramentum matrimonij per metum contracta nil valent *n*, quia ita Ecclesia decreuit, ob multa, quæ Panorm. & alij tradunt, quæ tamen sola sine statuto Ecclesię vix sufficerent.

51 Prætermitto *secundo*, quod non quilibet metus ad hoc sufficit, sed requiritur iustus, qui cadit in virum constantem *p*, qui definitur à S. Tho. communiter recepto, etiam à Soto *a* esse ille, *quo minus malum maioris euitãdi causa eligitur*, vt olim diximus *b*, & late tradit Couarruuias *c*.

Contra quam definitionem occurrũt hoc in loco in Manuali sermone Hispano scripto, quædam: *primum*, quod minor timor est iustus mulieri quam viro, iuxta glossam singularem, & à plurimis laudatam *d*, quæ non esset vera, si hac definitione perpenderetur.

Secundum, quod vera & communis sententia habet, iustum metum iudicis, vel prudentis arbitrio esse definiẽdũ, secundũ glosã *e* & prędicta definitio satis cõcludit esse à iure definitũ.

Tertium, quod communis Panor. Præpos. & aliorum multorum habet contra Hostien. *f* quod qui matrimoniũ metu mortis contractũ, metu quoq; mortis consummat, nõ videtur matrimonium validũ facere, & quidem ratione irrefragabili, scilicet, quod essentia matrimonij est, vt consensus sit liber *g*, secũdũ omnes: & cum consensus directus in matrimonium metu mortis extortus, nõ sit satis liber, à fortiori cõsensus indirectus, & per quandam consequutionem resultans, ex copula eodem mortis metu extorta, non erit satis liber, qui tamen secundum definitionem prędictam non potest dici iustus, quippe, quod non eligitur minus malum ad euitandum maius: imo maius malum, scilicet peccatum mortale ad euitandam mortem corporalem, quæ est malum minus eo *h*.

Quartum, quod nihil male venialiter factum posset dici iusto metu factum, quum omnis culpa etiam venialis, sit maius malũ omni alio malo, quod nõ est peccatũ, secundum Panor. *i* & omnes Theologos, & Canonistas, & sentit gloss. *k* quod tamen etiam Sotus, qui definitionem prędictam sequitur *l*, satis negat.

Quintum, quod ōmnis rectus iudex iudicabit metum iustum mortis, mutilationis esse iustum absolute sine consideratione, an per illum liberetur à maiore malo, vel minore *m*, & etiam metum ablationis omnium bonorum, vel maioris partis eorũ, saltem si magna sunt *n*: & merito, quia vita quędam sunt, iuxta glossam receptam iuncto textu *o*.

Sextum, quod etiam omnis rectus iudex considerabit in alio alius generis metu, non solũ malum ipsum obiectum, sed etiã circumstantias fortitudinis, vel fragilitatis, non solum sexus,

vt dixit

k In cap. abbas, de his, quæ vi.
l De vi fin. illat. 21.
m c. maiores, parag. item quæritur de Bapt.
n Ca. veniens 1. c. cũ locũ, de sponsal. & rex. irrefragabilis in ca. significauit, de eo, qui duxit in mat.
o In d. cap. cum locum.
p l. metum, ff. quod met. caus.
a Ibid. in 4. lib. sen. d. 29. art. 8.
b In d. cap. cum locum.
c In epit. 4. 1. part. ca. 4. parag. 1. an. 10. & in 2. pare. ca. 3. parag. 4.
d In d. cap. cum locum.
e In capitu. cũ dilectus, de his quæ vi.
f In c. consultationi, de sponsa.
g Per d. c. cũ locum.
h Iux. c. itaque cũ citatis in eo, 32. q. 5.
i In c. sacris, quod me. caus.
k In c. si aliquid, 22. q. 4.
l In d. q. 29. art. 3.
m l. 1. & 2. ff. quod met. causa. Ca. 1. de rest spol. lib. 6.
o In l. 2 duocat. C. de aduocat. diuers. iud. & probatur per l. ille quidem cum suis concord. ff. quod metus causa, & ca. cum dilectus adiuncta glos. de his, quæ vi. metus causa.

vt dixit prędicta gloss. sed etiam ætatis, innatę magnitudinis, vel paruitatis animi, aliorumque accidentium metum passi: ita quod eiusdem mali obiecti metū in alio iudicabit iustum, in alio vanum, non considerando, an metum passus liberatur à maiori malo, an à minori.

Septimum, quod ad reddendum actū inefficacem coram Deo sufficit quilibet timor, etiam minor iusto, modo sit causa, sine qua non, saltē principalis eius, vt dictū est *a*, & probatur efficaciter: quia leges constituentes discrimen inter alium & alium metum, se fundant super præsumptione, quæ prę sumunt alium esse causam actus, alium vero nō: & lex fundata in prę sumptione non habet locum coram Deo, si veritas ei non respondet *b*.

Octauum, quod quoad hunc effectum necessario recedendum est à definitione S. Thomę cōmuniter recepta, licet obseruanda sit plurimum quoad effectū excusandi à culpa: facit itē glossa singularis *c*, quatenus notat ex illo capite metum reuerentialem, annullare votum pueri vouentis in religionem, etiā quoad forum exterius, cui tamen non conuenit prædicta definitio.

Nonum, quod licet suscipiens ordinem sacrum metu iusto, verum characterem ordinis suscipiat *d*, non autem obligatur voto continentiæ illi annexo *e*, tradit S. Thomas *f*, in specie Angelus, & ita timor, qui non est iustus ad annullandum Sacramentum, est iustus ad annullandum votum. Per quæ nuper respōdimus, non obligari ad preces horarias, & à bellis iustis abstinentiam, quę illi sunt annexę, filium cuiusdā maximi Principis, qui maximo reuerētiali metu patris infantis, & patrui Regis, diaconatū accepit, iunctis quæ concurrebant circūstantijs: per quæ omnia dicendū est, definitionē prę fatam iusti timoris à nemine, quod sciam improbatam, nec limitatam esse necessario limitandam: quibus est cōsequens, quod licet metu mortis, quo testis falsum deponit, non dicatur iustus secundum definitionem S. Thomę, nec cōsequenter excusetur à peccato, erit tamē iustus, quoad infirmandum eius testimonium, & quoad excusandum eū à pœna saltē ordinaria, secundum definitionem prædictæ glossę cōmuniter receptæ: idque ipsum omnino dicendum de scriba, qui metu mortis fecit instrumentum vel testamentū, id est, peccare quidem, sed instrumentum, vel testamentum esse restituendū. Id etiam ipsum omnino dicendum est de eo, qui matrimoniū metu mortis cōtractum metu quoque cōsummat, scilicet peccare quidē, sed non præstare consensum satis liberum quo matrimonium valeat: porro iustus metus non solū annihilat matrimoniū eius, qui ob illum fingit se consentire, sed & eius, qui vere consentit, secundū S. Thomam, & cōmunem *a*, quidquid Cardinalis incaute ibi dicat: secundū quos omnes si pars coacta postea libere cōsentiat, saltem tacite altera in sua voluntate perseuerante, firmatur matrimonium: quin & ad id cogi potest volente parte coacta *b*, & si sponte habeat copulā, videtur tacitę consens

a Sup. c. 17. nu. 36. post Adr. & alios ibi citatos.

b Cap. is qui & cap. tus, de sponsi. cum eis adnot.

c Cap. præsens, 20. q. 3.

d Arg. cap. maiores, item quæritur, de Baptismo.

e Arg. c. 1. de his, quæ vi. f 2. 2. q. 88. art. 12.

g Verb. ord. 3 q. parag. 4. quæ. 18.

a In dd. dist. 29. & d. cap. cum locum, & intra abbas, de his quæ vi.

b Per cap. ad id, & ibi notata de spōs.

teconsentire quoad forum exterius: non tamen quoad interius, nisi vere consentiat *e*.

e Arg. ca. tua de spon.

De impedimento dirimente ordinis.

52 *Ordo sacer cur impedit, & dirimit matrimonium, &c.*

52 OCtauum impedimentum dirimens matrimonium est ordo sacer: nullus enim sponte initiatus aliquo ex prędictis quatuor sacris ordinibus, potest contrahere matrimoniū, & si contrahat non valet: quia eis est annexum votum solemne castitatis, quod impedit matrimonium & dirimit *d*, ad quod votum eos suscipiens obligatur, quamuis eius propositum non sit illud seruare, nec ad id se obligare. Nec obstat, quod nemo cogitur vouere *e*, quia Ecclesia neminem ad ordines sacros cogit, sed solum statuit, vt qui eos suscipit, sit ad matrimoniū inhabilis. Et sic qui voluntarie ordinatur, volūtarie illā inhabilitatem incurrit, iuxta Scot. *f* & si contrahat illud, est excommunicatus *g*, de qua infra *h*, & an sit irregularis dicetur ibidem. Dixi, *sponte*; quia secus, si iusto metu initiaretur, iuxta dicta supra *i*. Porro coniugatus, qui ordinē sacrū suscipit inscia aut inuita sua vxore, non solum peccat cum suscipit, sed etiam postea cum debitum coniugale exigit: & idē si reddit illud susceptis ordinibus ex illius consensu legitimo *k*: non est tamen legitimus, nisi ipsa religionē ingrediatur, vel nisi sit senex, & castitatē vouerat *l*.

d Cap. 1. dē Cler. coniu. & c. 1. & cap. si quis eorū &c. erubescant. 32. dist.
e cz. integritas 31. q. 1.
f In 4. dist. 37. q.
g Cum prima de consanguin. & affi.
h Cap. 27.
i Eod. n. 51.
k Palud. in 4. d. 37. q. 1. col. 2.
l cap. Agathesa 27. q. 2. 2. Tho. receptus in d. dist. 37. a. 2.

De impedimento dirimente secundarum nuptiarum.

53 *Matrimonium contrahens cum secunda, viuente prima clam ducta, vt peccat, & quid aget fama mortis prioris audita, & seq.*
53 *Filius Matrimonij putatiui qui legitimus.*
54 *Matrimonium contrahens secundo, putans mortuam primam, quid aget.*
55 *Dubius, credens, & sciens, in hoc pares.*
56 *Matrimonium contractum à credente illud non valere, an valeat.*

53 NOnum impedimentum dirimens matrimoniū, est matrimoniū prędecēs, quod dirimit sequens: nullus enim potest contrahere cum alia, viuente prima, etiam nondum cognita, & clandestine ducta, ita tamen, quod valuisset matrimonium, & etiamsi iam prima alteri nupserit, & liberos ex eo susceperit (quod proh dolor frequenter contingebat ante Concil. Triden.) & peccat, nec absolui potest, saltē sine firmo proposito nō cognoscendi secundam *a*, nec vlla regionis absentia, nec temporis

a Tol. lib. 6. cap. 12. n. 1. Nauar. in Manual. cap. 22. n. 75. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 9. n. 1. Bonac. de matrim. q. 3. p. 1. n. 1. Reginald. lib. 24. n. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 9. c. 2. n. 1. Lessius lib. 2. c. 9. dub. 1. n. 1. Lugo de sacram. disp. 20. n. 1. Laym. lib. 5. tract. 10. c. 1. n. 1. Castropal. tom. 3. tract. 3. d. 2. p. 1. n. 1. Pal. tom. 4. tract. 6. d. 1. p. 1. n. 1. Ioan. Sanch. in 4. d. 28. q. 1. a. 1. n. 1. Ioan. de Salas tom. 1. tract. 6. d. 1. n. 1. Valent. tom. 4. d. 1. q. 1. p. 1. n. 1. Vasq. tom. 3. d. 1. c. 1. n. 1. Ioan. de Rada tom. 1. d. 1. c. 1. n. 1. Ioan. de Torres tom. 1. d. 1. c. 1. n. 1. Ioan. de Ledesma tom. 1. d. 1. c. 1. n. 1. Ioan. de Lugo tom. 1. d. 1. c. 1. n. 1. Ioan. de Salas

temporis longinquitas in hoc prodest, nisi denuo contrahat cũ illa post habitam de morte illius notitiam, ad quam habendã sufficeret fama, si in longinquum profectus fuit, secundum Anton. *b* cui contradicit Panorm. ibidem sed recte defendit eum Syluester *c*, aut si erat senex, aut prælium ingressus, non apparuit, de qua re litetas accepit ab his, qui eidem interfuerunt, iuxta glossam receptam *d*: quoniam si fama orta ex horum aliquo ad eum peruenisset, posset denuo contrahere cum secunda, & sine peccato cum ea rem habere: porro filij ex ea ignorante primum matrimonium suscepti legitime forent *e*.

54 Illa item peccat, nec absolui potest, quæ contrahit cum secundo, credens probabiliter suum primum maritum mortuum esse, & postea ob nuntium de eius vita acceptum credens, vel debens credere illum viuere, petit debitũ coniugale, aut reddit secundo, si tamen dubitat, potest & debet reddere, sed nõ petere, iuxta communem probatam *f*, contra quod tamen grauiter vrget, quod sicut qui facit aliquid, quod credit esse mortale, mortaliter peccat *g*, ita qui facit aliquid, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat *h*, vt late probamus *i*, super quo multa dicit Adrianus *k*, sed non satisfacit, vt ibidem demonstramus, vbi diuina ope noue respondimus id, quod eruditis in Hispania placuit, concedendo scilicet, quod non debet reddere dubitando, sed credendo, & quod potest credere mortuum, quoad effectum reddendi, & non quoad effectum petendi, eo quod potest quis vno tempore ob quædam motiua credere aliquid ad vnum effectum, & alio ob alia contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum. Et ità quando rationes dubitandi adeo graues sunt, vt iudicio prudentis neutram partem credere debeat, nec petere, nec reddere debitum debet, & quando adeo leues, vt vtramque partem credere possit, & reddere, & petere, dubietate sublata potest, & quando sunt mediocres, & tales, vt ob eas in præiudicium alterius non sit credendum, sed in suum sic, reddet credendo ad hunc effectum mortuum esse, & non petet dubitando de illo quoad hunc effectum: & si certo intellexerit eũ viuere, relinquere debet secundum, & redire ad primum: alias enim adulteraretur *a*, & primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior facta cũ secũdo rem habuerit *b*. Hęc quę dicta sunt de vxore nubente secundo, censeantur dicta de marito ducente secundam.

56 Peccat item ille, ac illa, qui, vel quę credens suam vxorẽ, vel suum maritum viuere, cum re vera mortua, vel mortuus esset, matrimonium cum alia, vel alio contrahit, nec valet matrimonium, si dum contrahit, credit illud non fore validum, quia non consentit legitime in matrimonium: secus si credit matrimonium valere, licet credat contrahendo peccare mortaliter, vt recte Syluester *c* explicuit, declarando conformes esse opiniones, quæ contrariæ videbantur.

b In cap. in præsentia de sponsa.
c Verb. matrimoniũ, 8. q. 14. ver. 4/
d In c. quoniã frequentur, vt lite non contest.
e Per cap. ex tenore, iũcta gloss. communiter recepta qui alij sint legit.
f Per cap. dominus de secund. nup.
g Cap. per tuas, 2. de finem c fin. de præscri.
h Arg. ca. dubius, de hæret.
i In c. si quis autem de pœ. d. 7 n. 85. cum seq. & infra, nu 81.
k In quolibet. 2.
l Vt ibi copiose demonstramus.

a Dict. cap. dominus adiuncto inquisitio de sen. commu.
b Cap cum per bellicam.

c Verb. matrimonium, n. c. 13. parag. 83

De impedimento iustitiæ publicæ honestatis.

57 *Impedimentum publicæ honestatis quid, & quam restrictũ Tridenti.*
58 *Matrimonium, vel sponsalia à parentibus contracta, quæ valent.*
58 *Sponsalia inualida etiam publica non impediunt matrimonium vllũ.*

57 Decimũ impedimentũ dirimens matrimoniũ est, iustitiæ publicę honestatis, quod definitur esse *impedimentum ab Ecclesia inductum, dirimens matrimonium contractum inter sponsum, aut maritum & omnes cognatos sponsæ suæ, aut mariti intra gradum prohibitum*, iuxta mentem nostrorum *d*, & S. Thom. & alios *e*, sciendum est tamen, quod copula carnalis ad hoc impedimentum non est necessaria, licet illa interueniente aliud impedimentum affinitatis nascatur *f*, nec erat necesse iure antiquo, vt sponsalia, aut matrimoniũ iure valerent, quia sufficiebat pure fuisse contracta sine defectu consensus *g*, vel sub conditione, sequuta illius purificatione, & impediebat vsque ad quartum gradum: nunc autem iure nouo Concil. Trid. *h* nulla sponsalia inualida producunt hoc impedimentum, neque valida vltra primum gradum, matrimonium autem etiam inualidum per verba de præsenti contractum producere hoc impedimentum, & consequenter differre in hoc à sponsalibus per verba de futuro contractis declarauit Pius Quintus *i*, quamuis etiam hodie quod de sponsalibus dicitur, dici potest de matrimonio cõtracto per verba de præsenti inter impuberes, quia illud resoluitur in sponsalia de futuro *a*.

Ex quibus sequitur *primo*, quod qui primum contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimoniũ cũ cognata eius, priorem debet accipere, quia matrimonium cum secunda propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis nullum fuit. Et si cũ secunda rem habuit, neutram habere potest, non secundam, propter hoc impedimentum, non priorem, propter affinitatis impedimentum, secundum omnes *b*.

58 Sequitur *secundo*, quod hoc impedimentum hodie non nascitur ex sponsalibus, vel matrimonijs contractis inter consanguineos, aut affines inter gradum prohibitum, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso, quia sunt inualida, licet olim nasceretur, quia nõ erant inualida ex defectu consensus. Sed nec olim, nec hodie nascitur ex sponsalibus à parentibus factis, siue filij legitimę ętatis sint, siue non: nisi expresse, aut tacite consentiant, aut nisi sint præsentes sine contradictione, vel nisi absentes in id, postquam eis innotuit, consenserint *c*.

Sequitur *tertio* quod illud Paludani *d* commendatum à nobis hic in Manuali Hispano, scilicet ex sponsalibus, & matrimoniis inualide & clandestine cõtractis non nasci hoc impedimẽtum, quoad forum cõscientiæ, non esse adeo commendandũ: quoniam

d In d.ca. ad audientiam, & c. sponsam e In 4. libr. sen. d.q. f De quo in

g Cap. 1. de spons. lib. 6. h Sess. 24. & 3. de reform matrim.

i In extrauagant. ad Romanum lata anno 1566. a Per c. 1. parag. 2. de desp. imp. lib. 6.

b In c. literæ de desponsat. impub. & ca. ex literis de eo qui cognat. consang. vx.

c Ca. 1. parag. porro, de desponsat. impub. lib. 1. d In 4. dist. 27 q. 1. ar. 5. & per c. tua de sponsa. & c. 1. eo. tit. l. 6 cum ibi adnotat.

quoniam hodie, etiam ex publice contractis, si sunt inualida, nō nascitur, sed quoad matrimonium sic *f*. Et etiam quoad sponsalia, quę Conc. præcesserunt *g*, quoniam hodie, etiam ex publice contractis, si sunt inualida, non nascitur, quamuis quoad ea, quæ præcesserunt Concilium, prodesse possit.

f Per dict. Extrauag. Pij V.

g Arg. cap. fin. de const.

De impedimento dirimente impotentiæ.

59 *Impedimentum impotentiæ quid, & dirimit, quid facit sit impeditus, & 60.*

59 DVodecimum impedimentum dirimens matrimonium est impotentia coëundi. Est autem impotentia impediens matrimonium, *impedimentum perpetuum naturale aut accidentale ad copulam naturalem perfectam*, iuxta mentem S. Thomæ *h*, & S. Antonini *i*. Dixi, *Perpetuum*, quia temporariū non sufficit *k*. Illud autem est perpetuum, quod sine miraculo, aut sine probabili periculo animæ, aut corporis tolli non potest *l*.

h In 4. lib 5. sent. dist. 34. 3. par. tit. 1. cap. 12.

k Cap. fraternitatis, de frig. & malef.

l Dict. cap. fraternitatis

Dixi, *Naturale, aut accidentale*, ad significandum ex duabus causis hoc oriri, scilicet, naturali, quę significatur per verbū *frigidis*, *a* & accidentali, quæ per verbum *maleficiatis*: quoniam ad impedimentum frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri, quæ copulam impediunt, & ad maleficium, siue fascinationem quodlibet accidentale, quod ex abscissione, castratione, vel alio artificio nascitur. Dixi, *Ad copulam naturalem perfectam*, quia non sufficit impotentia generandi, quæ in senibus, aut alijs sua natura, aut arte sterilibus inuenitur, iuxta glossam receptam *b*. Porro hoc impedimentum est impediens, & dirimens *c*.

a Posium in rub. de frig. & malef.

b Cap. quod sedem de frig. & malef.

c Cap. 1. & 3. de frig. & malef.

60 Vnde sequitur, non esse verum illud, quod dicunt Paludd & S. Antoninus *e*, quod qui potens matrimonium contrahit cum impotente, sciens impotentem esse, non potest se separare ab illa contra eius voluntatem, eo quod est verum matrimonium, & sibi debet imputare contrahens cum impotente: quia fundamentum eorum falsum est, cum inter eos nullum verum matrimonium sit, annihilante illud hoc impedimento, quod est impediens & dirimens, quod etiam insinuat Syluester *f*, quamuis idem *g* contrarium dicat. Ex quo subinfertur, eum id scientem non posse vti tali matrimonio ad delectationem carnalem, quamuis illi tanquam frater & soror conuuere possint, vt sensit Cælestinus, & eius glossa *h*: licet qui vere maritus est, & non potest habere copulam carnalem perfectam, vt quia nō potest fundere semen, licite potest niti, & vti vxore, ad habendam eam, secundum Caietanum *i*, & diximus *k*.

d In d. 34. quæst. 2.

e 2. part. tit. 1. c. 12. parag. 3.

f Verb. matrimonium, 9. q. 16. sub fin.

g In eadem parag. 2.

h In c. laudabilem, de frig. & malef.

i 2. 2. quæst. 114. art. 1. col. 5.

k In ca. consideret. de pœnit. dist. 5. num. 48.

De impe-

De impedimentis impedientibus, & non dirimentibus matrimonium in specie, & primùm de impedimento conditionis.

61 *Conditio quid, & quotuplex in matrimonio, quæ suspendit, quæ annihilat, quæ reijcitur, & quo differt à causa, modo & demonstratione, & 62.*
63 *Conditio si N. voluerit, an eo semel renuente, vel tacente impleatur.*
64 *Matrimonium conditionale solui per purum ante conditionem impletam, & 65.*
66 *Conditio non omnis impleta quoad Ecclesiam impletur.*
67 *Conditio quæ matrimonium purum reddit.*

61 PRimum impedimentum impediens, & non dirimens est conditio. Est autem conditio, vt hic sumitur, *suspensio alicuius dispositionis, quousque aliquid futurum fiat*, ex mente glossę *a*, quidquid verba eius, & verba Bart. *b* sonent, & denotatur per hanc coniunctionem (*si*) vel aliud æquipollens ex mente eorundem, veluti, *Duco te, vel ducam te in vxorem, si illud, aut illud euenerit.*

a In rub. ff. de condi. & demonst.
b In l. eius dem tit.
c Iux. glos. recep. in ca. fin. de con. appos.

62 Conditionum autem in matrimonijs tria sunt genera *c*. *Primum* est earum, quæ sunt turpes, & contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, *Si curaueris non concipere*, quæ est contra bonum generationis, & illa, *Si aliam ditiorem aut nobiliorem non inuenero*, quæ est contra bonũ indiuiduitatis, & illa, *Si victum ex adulterio quæsieris*, quę est contra bonum fidei. Quæ omnes annihilant matrimonium *d*.

d Ca. aliquando & c. solet. 32. quæ. 2. d. c. final.

Secundum earum, quæ sunt turpes, aut factu impossibiles, sed non contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, *Si furatus fueris, Si occideris, Si cælum digito tetigeris*, quæ non annihilant, sed pro non appositis in fauorem matrimoniorum habentur, & matrimonia, in quibus illę ponuntur, censentur absque aliqua conditione contracta.

Tertium earum, quę sunt honestæ, qualis est illa, *Si pater meus voluerit, Si tanta dos detur*, quæ si sunt veræ conditiones, matrimonium suspendunt, quousque impleantur *e*, modo ponantur à principio, & suspensiue: secus enim si à principio resolutiue, vel post contractum suspensiue *f*, iuxta intellectum Vincent. quem Panor. & cõmunis probant, & modo ambæ partes illis expresse consentiant, aut tacite, altera eas exprimente, & altera tacente, secundũ Adrianũ *g*, quamuis Inno *h* requirat expressum vtriusque partis consensum, absque tamen sufficienti fundamento, nal. Dixi, *Si sunt veræ conditiones*, quales non sunt de re præterita, aut præsenti: veluti illa, *Si N. mortuus est, aut si viuit*, non suspendit, quia non est vera conditio, imo statim, si est falsa, matrimonium

e Ca. de illis c. super eo. & c. per tuas, de cond. appos.
f Capit. 1. de cond. appos.
g In 4. de matr. q. 4. colu. 13. & 14.
h In d. c. fin.

nullum est: si vera, statim valet *i*: & eadem ratione causa in illo posita non suspendit, secundum gloss. *k* vt cum dicitur, *Matrimonium tecum contraho, quia talem rem fecisti*, nec modus, vt cum dicitur, *Contraho tecum matrimonium, vt talem rem facias*, nec demõstratio, veluti, *Matrimonium tecum contraho mercatore, aut domino talis rei*. Et quamuis hæc tria, scilicet causa, modus, & demonstratio numquam suspendant, annihilant tamen quando sunt contra substantiam, aut bonum matrimonij *l*, aut personę errorem inducunt, de quo supra *m*.

63 Ex quibus sequitur *primo*, quod qui matrimonium cõtrahit cum conditione, *Si pater meus voluerit*, nõ esse matrimonium antequam pater consentiat, & quod simulatque consenserit, matrimonium esse incipit, si contrahentes ad eius vsque cõsensum in illa voluntate permaneant *a*, & patrę renuente, omnino esse desinit. Magnæ tamen quæstionis est, An confirmetur per consensum eius, postquam semel cõtradixerit præstitum: pro negatiua enim parte facit, quod primus eius actus videatur attendẽdus *b*: verius tamen videtur confirmari, si quousque ille consentiat contrahentium consensus duret, alias non iuxta Card. *c* & Syluestrum *d*. Non minoris autem quæstionis est, quãdo pater tacet non contradicendo, nec consentiendo expresse. Nobis placet opinio Syluestri *e*, quatenus ait, confirmari si per signa colligitur tacere, eo quod ei placeat, & infirmari si colligitur tacere, eo quod displiceat: nõ autem quatenus ait cẽsendum ideo in dubio tacere, quod placeat: quia id videtur esse contra regulam, *Is qui tacet non fatetur, nec negare videtur f*, & contra aliã quæ habet, *facta non præsumi, nisi probentur g*, quas non video quoad hunc casum iure limitatas.

64 Sequitur *secundo*, quod si tempore quo apponitur conditio pater est mortuus, & filius ignorat, statim non valet matrimonium, quia conditio non potest impleri, cum mortuus nec consentire, nec dissentire possit *h*. Si autem scit patrem esse mortuũ pro non apposita (quia impossibilis) habenda est, & consequẽter censendum matrimonium valere *i*.

Tertio sequitur, quod si ante conditionem impletam altera partium voluntate mutata cõtrahit cum alia absolute, illud matrimonium valebit, licet post illud contractum conditio impleatur *k*, quia in his, quæ ex voluntate solius disponentis pendent, implementum conditionis non retrotrahitur ad tempus dispositionis *l*, sed impleta conditione, antequam contrahat cum secunda, perfectum est matrimonium, & ideo cogi potest ab Ecclesia recipere primam *m*.

65 *Quarto* sequitur, referre multum, an quis dicat, *contraho tecum matrimonium, si permiseris coitum*, an, *contraham tecum matrimonium si permiseris coitum*, vt insinuat Syluester post alios *n*, quia in priori casu statim fit matrimonium, si intelligit de fornicario coitu, quia conditio est turpis, & habetur pro non apposita: & si intelligat

i l. illa institutio ff. de cond. inst. l. cum ad præses cum seq. ff. si cer. per. & parag. conditiones. Inst. de verbo obligat.
k In rubr. & Barto in l. 1. ff de cond. & demonst.
l Dict. c. fin. de con. appos.
m Eod. ca. n. 31. & seq.
a Cap. super eo, & ca. per tuas de con. appos.
b Arg. l. boues parag. hoc sermone, ff. de verbo. signifi.
c In d. c. super eo.
d Verb matrimonium, 3. q. 4.
e Vbi supra.
f Lib. 6.
g Ca. cum in iure. de offic. de leg.
h Capit. si gratiose, de rescr. li. 6.
i Ros. verb. Matrim. 5. parag. 9. & Syluest. verbo Matrim. 4.
k Argu. 1. ca. super eo, &c. si pro te de restri. l. 6.
l Iuxta glos. recep. in d. c. si pro te.
m Dict. cap. super eo in textu, & in glossa.
n Vbi sup.

intelligat de vxorio, simul ac coierit, est perfectum quoad Deũ, & Ecclesiam, quia impleta est conditio, sub qua fuit contractũ. In posteriori autem, si intelligit de coitu fornicario, conditio habetur pro non apposita, & sic manent sponsalia pura, & consequenter copula carnali subsequuta fit matrimonium pręsumptum quoad Ecclesiam, secũdum iura antiqua, vt mox dicetur: quoad Deum autem non, nisi copula esset vxoria: si autem intelligit de coitu licito sunt sponsalia conditionalia, quæ sequuta copula purificantur, quoad Deum, & Ecclesiam, & transeunt in matrimonium pręsumptum quoad Ecclesiam, quoad Deum autem fiunt de conditionalibus absoluta, & purificata per conditionis implementum, sed non matrimonium, nisi consensus matrimonialis suspendens actum, vt dictum est, ab vtraque parte addatur, vt est addendus post sponsalia pura, per quæ mens obscura Syluestri declaratur: sed quum prædicta sponsalia non possint purificari, nisi per licitum coitum, & ille non posset haberi, nisi sit matrimonialis, necesse est consequenter dicere, illa non purificari per illam copulam: aut certe per eam transire illa in verum matrimonium coram Deo, quod nobis videtur verum & firmum secundum iura antiqua, licet non secundum nouum Tridentinum, secundum quod non potest fieri matrimonium nisi pręsente parocho, & duobus vel tribus testibus, vt dicetur iusta *a*, & tactum est supra *b*, & dicetur infra *c*.

66 *Quinto* sequitur, quod per hęc verba (*tecum contraho, si te virginem inuenero*) intelligendo per inspectionem honestarum fœminarum, est matrimonium conditionale, quia est vera conditio, quippe quæ est de re futura, & honesta, & intelligendo de inuentione per copulam carnalem, est purum matrimonium quoad Ecclesiam, quia talis conditio, eo quod sit turpis habenda est pro non apposita. Et eadem ratione, per illa verba, (*contraham tecum, si te per copulam virginem inuenero*) contrahuntur pura sponsalia. Et per illa *Contraham tecum, si te virginem per honestas fœminas inuenero*, contrahuntur sponsalia conditionalia, quoad Ecclesiam, quamquam quoad Deum in nullo casu matrimonium contrahitur, aut sponsalia ante adimpletam conditionem, si vere coram eo, fuit animus suspendendi vsque ad implementum illius *d*.

67 *Sexto* demum sequitur, quod matrimonium cõtractum per illa verba, *Duco te in vxorem, si cras Solorietur*, vel per alia, quæ conditionem necessario euenturam importent, esse purum & non conditionale apud Ecclesiam, secundum S. Thomam, & Bonauenturam *e*, Host. Card. & Panorm *f*. contra glossam ibi, & alios illam male approbantes, quamuis quoad Deum, & in foro conscientię non sit tale, si vere fuit animus suspendendi actum vsque ad solis ortum.

a Eod. cap. nu. 69.
b Eod. cap. num. 28.
c Cap. 25. num. 44.
d Arg. cap. tua, & cap. is qui, cum eis annot. de sponsal.
e In 4. dist. 28. q. 3.
f In cap. per tuas de condit. appos.

De impedimento interdicti,& feriarum.

68 *Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris contrahens, vt peccat.*

69 *Matrimonia clandestina quæ hodie nulla, cum alijs Tridenti statutis.*

70 *Ecclesiæ facies quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiam cum causa non contrahitur.*

71 *Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum.*

68 SEcundum impedimentum impediens, sed non dirimens matrimonium est interdicti & feriarum: vt cum alicui, ne contrahat matrimonium cum aliqua ob aliquod impedimentum Episcopus, Iudex, aut parochus interdicit, donec constet non subesse illud impedimentum, quod opponitur *a*, secundum Paludanum *b*, quidquid dicat Angelus *c*. Valet tamen matrimonium sic contractum, si vere non suberat impedimentum, licet peccat contrahendo, sicut & peccat, qui contrahit matrimonium per verba de præsenti clandestine sine iusta causa, aut publice sine trina denuntiatione prius in Ecclesia facta, quo qui impedimentum inter eos esse sciunt, indicent illud *d*, & est excommunicatus, non quidem iure communi, sed Episcopali, quale in plerisque omnibus Episcopatibus Hispaniæ est.

a Per tit. de matrim. contract. contra interdict.

b In 4.di.38 qu.1 col.1.

c Vt refert Sylvest. verbo Matrimon 7.q.1.

d Ca cum inhibitio de cleri. desponsat. & per omnes in 4.d.28 q.1 col.3 &4.

69 Et quia multa circa hoc statuit Concil. Tridentum *e*, substituam hic aliqua eius, quibusdam sublatis, quæ in vulgari huic loco inserueram.

e Sess.24.c.1. de reform. Matrimonij.

Primum est errare dicentes, quod matrimonia clandestina contracta ante illud concilium, non valent, vel quod filius non potest contrahere matrimonium sine consensu parentum, vel quod parentes possunt illud irritare.

Secundum, quod matrimonia clandestina etsi contracta valeant, contrahere tamen illa detestabile est.

Tertium, quod ob causas ibi expressas statuit in hæc verba: *Sancta Synodus præcipit, vt in posterum antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto vel dicat: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusque Prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta,*

dimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio Sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & annullat.

Quartum, quod, Quicunque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, etiam prætextu immemorialis consuetudinis, maneat suspensus, donec ab ordinario eius, qui coniungere debebat, absoluatur.

Quintum, quod, Parochus habeat librum, in quo coniugum & testium nomina, diemque, & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.

Sextum, quod, Prædicta Synodus hortatur coniuges, vt antequam contrahant, vel saltem triduo matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pie accedant.

Septimum, quod, Si quæ prouinciæ alijs vltra prædictas laudabilibus consuetudinibus & ceremonijs hac in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat.

Octauum, quod, Hoc decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die prima publicationis in eadem parochia factæ numerandos.

Aduertendum circa hæc *primo*, quod concilium non annullat omnia matrimonia clandestina, sed solum illa, quæ fiunt sine præsentia parochi, vel alius sacerdotis facultatem in id ab eo, vel ab ordinario habentis, & sine duobus, vel tribus testibus. Præterea, quod nil expresse decernit de matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, sine sacerdotis proprij, vel alius præsētia. Et quod non valeat, vrget versiculus, *qui aliter*. Et contra, quod valeat facit, quod videtur intelligendus de contrahentibus clandestinè.

2o Aduertendum *secundo*, quod facies Ecclesiæ alibi dicitur ianua Ecclesiæ, vt in Lusitania, alibi ipsa Ecclesia, vt in Belgio, alibi præsentia multorum, secundum Maior. *a* vt in bona parte Hispaniæ, & vbi est talis consuetudo, ad hoc vt dicatur contrahi in facie Ecclesiæ, sufficit præsentia cognatorum & vicinorum, & idoneus testium numerus, iuxta Pan. communiter receptum *b*. Nunc autem per prædictum concilium supra proxime relatum videtur contrahi satis in facie Ecclesiæ, si trina denuntiatione præmissa contrahatur coram parocho, vel eius locum tenente, & duobus, vel tribus testibus.

a In 4. di. 24. qu. 1.

b In d. ca. eum inhibitent.

Tertio aduertendum, quod si cõtraheretur coram parocho & testibus non præmissa trina denuntiatione, vel non omissa legitime, valeret quidem matrimonium, sed diceretur clandestinum, quoad alios effectus, quam annullationis matrimonij: quia

quoad illos non videtur derogari iuri antiquo, à quo non est recedendum vltra quam recedit nouum *a*. Aduertendum *quarto*, quod hodie etiam cum iusta causa non valebit clam sine parocho, & testibus contractum, licet antea iuste potuisse contrahi diximus, hic sequuti Caietanum *b*. Id enim videtur sentire concilium, qua parte facit facultatem Episcopo relaxãdi prædictas denuntiationes, quando ei videbitur conueniens: non tamẽ facit ei facultatem remittendi præsentiam parochi & testium. Sed (quod valde notandum est) fœc. rec. Pius V. declarauit, non esse illos necessarios in contrahendo denuo matrimonio, ab ijs, qui illud publice cum denuntiatione sufficiente contraxerunt: sed propter aliquod impedimẽtum occultum est nullum, quo sublato oportet, vt denuo cõtrahatur, quod fieri posse sine vlla parochi & testium præsentia, antequam ad Vrbem veniremus respondimus. Qua declaratione facrum Pœnitẽtiariæ Prætorium frequenter vtitur. Aduertendum *quinto*, quod licet sufficiens causa relaxandi denuntiationes sit, quod nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescentula matrimoniũ contrahere velit, aut quod timeat consanguineos, iuxta Paludanũ *e* & S. Antonium, *d* non tamen sufficiunt ad hoc, vt Episcopus relaxet solemnitatem adhibendi parochum & testes, vt satis colligitur ex tenore Concilij. Aduertendum *sexto*, expresse determinari à prædicto Concilio, Episcopum posse dispensare circa prędictas denuntiationes, quod antea non fuimus ausi confiteri, nisi in terris, vbi id fieri consueuit.

71 Circa hoc peccat mortaliter, qui temporibus ab Ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam solemniter sponsam traducit, sed non, si solum sponsalia, vel matrimonium de præsenti contrahit *f*, quia sola benedictio, & traductio solemnis prohibetur, iuxta mentem S. Thomæ, & Paludani *g*.

Tempora vero prohibita iure antiquo sunt ab Aduentu vsq; ad Epiphaniam, à Septuagesima ad Pascha, & eius octauam, & à tribus Litaniarum, siue Rogationum diebus ad septimum diẽ Pentecostes *h*. Concil. autem Trid. *i* restrinxit hęc tempora, in hæc verba: *Ab aduentu D. N. Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vsque in octauam Paschatis inclusiue, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in alijs vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.* Consummare autem matrimonium per copulam absque solemnitate nuptiarum, & absque traductione solemni in domum nullo tempore prohibetur, iuxta Caietanum *a*, quem sequimur, quamuis Paludanus *b*, & S. Antoninus *c*, & quidam alij sine ratione necessaria teneant peccare, sed solum prima vice.

De im-

a l. præcipimus C. de appellat.
b In Opusc. Tom. 1. tract. 12. q. 2.
c In 4. di. 28. q. 2. col. 4. d 3. par. tit. 1. c. 16. parag. 5.
d Cap. capellanus, de eã. non oportet, cum tribus seq. 33. q. 4
e iuxta glos. recep. in d. c. capellanus, per illũ text.
f In 4. di 32. Caietan. in summa verb. Nuptiarum peccata Sylu. verb. nupt. peccata & verb. Matrimonio 7. q. 2.
g Dict. cap. capellanus.
h Sess. 24. cap. 10. de refor. matrim.
a In summa verb. matrimonium.
b In 4. dist. 32. & Ros. verb. impedimentum, 23. parag. 3.
c 3. part. tit. 8. cap. 17.

De impedimento sponsalium, & catechismi.

72 *Cognatio ex catechismo non dirimit, & an restricta Tridenti.*
72 *Lex super metiente trahitur ad mensum si est eadem ratio.*

72 TErtium impedimentum impediens, sed non dirimēs matrimonium, est quod nascitur ex sponsalibus antea contractis: omnis enim qui post contracta sponsalia cum vna, sine iusta causa cōtrahit cum alia matrimonium, aut sponsalia, peccat mortaliter secundum omnes, & venialiter, sed grauiter, si cum iusta causa id facit ante facultatem ei à iudice concessam, vt supra *d* diximus: Matrimonium tamen contractum valet, quia hoc impedimentum solum est impediens, & non dirimēs, vt dictum est supra.

d Eod. cap. nū. 27.

Quartum impedimentum est cognatio spiritualis, nata ex catechismo *e*. Catechismus autē *est instructio baptizandi solemniter à Sacerdote facta, antequam baptizetur, de articulis nostræ fidei catholicæ Romanæ credendis f.* Ex qua instructione nascitur cognatio spiritualis inter easdem personas inter quas ex baptismo, de qua supra, *g* sed non est tanti effectus, quia hæc impedit matrimonium, & non dirimit *h*, illa vero vtrumque facit.

e Cap. per catechismum de cogn. spirit. lib. 6.
f Capit. ante baptismum, de consecr. dist. 4.
g Eod. cap. nu. 36.
h Dict. c. per catechismū.

Ad quæstionem autem, An hęc cognatio censeatur restricta per prędictum Concil. sicut illa quæ nascitur ex baptismo & confirmatione: Respondeo affirmatiue arg. gloss. solen. *i* quatenus habet per illud c. fuisse sublata quędam genera publicę honestatis, eo quod fuerunt sublata similia genera affinitatis. Ex qua colligit ibi Prępos. vnum, quod mea sentētia, vt ibi alias dixi, non colligitur, sed sic aliud nostro proposito conuenientius, quod colligit Domin *k*. Nempe, quod cum duo sic se habent, quod alterum est metiens, alterum mensum, lex corrigens, vel limitans metiens censetur corrigere, vel limitare mensum, si eadem ratio militat in vtroque. At constat, quod cognatio spiritualis, quæ ex baptismo oritur, metitur eam, quæ ex confirmatione & catechismo nascitur, & ita concilium limitans illam videtur hanc quoque limitasse.

i In cap., non debet, de cōs. & affinit.
k Inf. c. 1. de temp. ordin. lib. 6. col. 3. vers. sed fallit quinto, & Francus col. 3 vers. fallit quarto.

De impedimento voti simplicis, iuramenti, & consuetudinis.

73 *Votum simplex castitatis non dirimit matrimonium, & quatenus seruandum.*

73 QVintum impedimentum impediens tantum, est votum simplex Castitatis. Omnis enim qui post votum simplex castitatis emissum matrimonium aut sponsalia contrahit, peccat, etiamsi votum esset limitatum ad tempus non-

dum lapsum, matrimonium tamen valet *a*, etiamsi vterque voluisset, secundum communem, & etiam glossam *b*, quidquid ei imponatur, & etiamsi contraheret animo ingrediendi religionem post contractum, secundum Richardum *c*, Rosellam *d*, & S. Antoninum *e*. Debet tamen seruare votum, qua parte potest, sine præiudicio alterius, & ita petere non potest debitum post consummatum matrimonium, nisi vt dicitur supra *f*, nec reddere priusquam consummet, quia ante religionem intrare potest, *g* nec matrimonium mortua prima vxore denuo cõtrahere potest, iuxta S. Thomam, & communem *h*, & Archid *i*. etiamsi iurasset contrahere, quia tale iuramẽtum non liberat à voto, imo per illud redditur illicitum, & non seruãdum *k*. Peccat item, qui matrimonium cum ea, quam castitatem vouisse sciebat, contrahit *l*, matrimonium tamen valet.

An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votum simplex castitatis emisit, an valeret matrimonium si contraheret illud, respondit valere, dubium est: nam Host. tenet quod sic, & aliqui alij, quod non: sed conciliari possunt, dicendo opinionem Host. intelligi, quando tali personę, & tali tempore, loco, & modo respondetur, vt voti violandi occasio detur, & contrarium, quãdo tali & tali modo respondetur, quod nulla talis occasio datur, quamuis eam ille ex bono responso arripiat, vt recte sentit Syluester *m*. Idem quod dictum est de voto, videtur dicendum de iuramento *n*, & de consuetudine, quæ induceret simile impedimentum, ex mente glossę *o*. Cuius exemplum de filijs duorum compatrum antea hic positum omitto, quia sublatum est hodie per Concilium Tridentinum relatum supra eodem.

a Ca. 2. 27. di.
b In capit. si quis votum, 27. qu. 1.
c In 4 di. 38.
d Verb. votũ, parag. 9.
e 3. par. n. 1. c. 16. & Syluest. verb. Matr. 7. qu. 5. parag. 2.
f Cap. 16. nu. 30.
g Cap. ex publico de conuers. coniug.
h In 4. di. 38.
i In ca. de 60. 30. q. 1.
k Ca. non est obligatorium de reg. iuris, li. 6.
l Iuxta glos. fing. in cap. nõ nouimus, 27. qu. 2.
m Ver. matrimonium, 7. q. 4. parag. 9.
n Arg. c. debitores, de iureiur.
o Ca. super eo de cogn. spirit.

De reliquis impedimentis non dirimentibus.

74 *Matrimonium impediunt, sed non dirimunt septem delicta, & quæ sint illa.*
74 *Vxoricidium, & mariticidium impediunt matrimonium.*
74 *Pœna vnius correlatiui extenditur ad aliud, si eadem est ratio.*
74 *Raptus vt impedit matrimonium.*
74 *Filij proprij susceptio quæ impedit matrimonium.*
74 *Presbytericidium vt impedit matrimonium.*
74 *Pœnitentia solemnis vt impedit matrimonium.*
74 *Incestus tam cum cognata, quam affini impedit matrimonium, sed Episcopus dispensat. & 75.*
76 *Matrimonium ficte contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur deceptio.*
77 *Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat.*
78 *Protestatio contraria facto inualida, & quæ nocet matrimonio.*
79 *Matrmonij contraria facto inualida, & quæ nocet matrimonio.*
79 *Matrimonij contractus qui ob finem malum mortalis, vel venialis.*

80 Ma-

80 *Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus.*
81 *Matrimonij contractus in excommunicatione, vel mortali, est peccatum, sed valet.*
82 *Matrimonij vsum impedit scientia nullitatis eius superueniens.*
83 *Matrimonij impedimentum non denuntians, vt peccat, & vt id facere debeat.*
83 *Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest.*
83 *Iulius Anto. Sanctorius Cardinalis S. Seuerinæ laudatus.*
83 *Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittenda copula.*
83 *Nuptiæ primæ benedicendæ, secundæ non item.*

74 SExtum impedimentum nō dirimens est incestus *a*, de quo latius dicetur infra *b*.

Septimum, vxoricidium *c*, quamuis Syluester dicat nullo iure probari idem esse de (vt ita dicam) mariticidio: sequimur tamē Paludanum, qui oppositum affirmat *d*.

Non obstat, quod pœna non debet extendi vltra suum casum, quoniam fallit in illis correlatiuis, in quibus eadem ratio idem suadet, secūdum Pan. *f*. ita hoc resoluentem, & eadem, imo maior ratio suadet idem in vxore, quod in marito: quod etiam Sotus *g* tenet, licet huic argumento non respondeat.

Octauum impedimentum est raptus sponsæ alterius *h*, quod tamē per Concilium Tridentin. *i* factum est dirimens, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit, in hæc verba: *Decernit Sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, nihilominus raptor ipse ac omnes consilium, auxilium, & fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniúmque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.*

Nonum, proprij filij de fonte susceptio animo ne vxor debitum exigere à se possit *a*.

Decimum, est presbytericidium *b*: quamuis Pan *c*. dicat, id locum non habere quousque in iudicio conuincatur.

Vndecimum, impedimentum est pœnitentia solemnis iniuncta & facta *d*.

Duodecimum, matrimonium scienter cum moniali contractū *e*. Quoniam vero super impedimento incestus magna fuit disputatio in sacro Pœnitentię prętorio, quum ei summa prudentia, miraque dexteritate tanquam summus Pœnitentiarius pręsidebat Cardinalis Alciatus Illustriss. idemque omniuga disciplinarum encyclopædia clarissimus: An omnis incestus hoc impedimentum pareret, his quę aliàs hic dixi, substituo primùm, plerosque omnes iuris diuini & humani peritos stricte ac propriè

a Cap. 1. & 2. &c. transmissa, de eo qui cognō. cōsan. vxor. suæ.
b Num. 75.
c Cap. admonere, 33. q. 2.
d Dict. di. 34.
e Ca. pœna, & de pœn. d. 1.
f In proem. Greg. & alios citatos ibi per Fely.
g In d. 37.
h Cap. statutum 27. 6. 2.
i Sess. 24. ca. 6.

a Cap. de eo, 30. q. 1.
b Dī. ca. qui presbyterum de pœn. & remiss.
c Vbi supra.
d Cap. de his c. antiqui 33. qu. 2.
e Ca. si ergo, qu. 27. q. 1.

appellare incestum solum coitum cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito *f*. *Secundum* inter omnes conuenire, ex omni incestu oriri impedimentum affinitatis impediens & dirimens. *Tertium* inter omnes etiam cōuenire ex incestu cum affine durante matrimonio admisso oriri impedimentū impediens matrimonium contrahēdum cum quacumque alia *g*. *Quartum* plerosque omnes Theologos tenere, ex incestu cum consanguinea oriri quidem impedimentum affinitatis, nullum tamen aliud, siue ante, siue post matrimonium contractū admittatur, in quibus est S. Thom *h* communiter receptus, & Scotus *i*, S. Antoninus *k*, Syluester *l*, quos etiam sequitur Couarruuias *m*. Tum quia videtur eis nullo iure id caueri, cum prædicta capitula solum agant de incestu cum affine. Tum quia, vt ait Richard. non videtur hoc inductum ob grauitatem criminis, sed ob iniuriam, quæ fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis.

Contrarium vero tenent plerique omnes Canonistę cum Pan. & Præpos. *n* quos hic ego sequutus fui cum Ange. *o* Tum quia vt ibi dixi, id stylus curiæ seruat, dum dispensando, vt cōsanguinei, qui se incestu polluerunt, contrahant inter se matrimoniū, apponit clausulam, vt superstes sine spe coniugij maneat. Tum quod cap. *si duo a* habet, *consanguineos matrimonio iunctos separari debere, & posse cum alijs contrahere*, si iuuenes sunt significando, vt ait glossa, indigere dispensatione, si scienter se coniunxerunt, quæ tamen propter iuuentutem dari potest. Tum quod cap *fin b* de consanguineis concubinarijs, ait, *si alter eorum morte præuentus fuerit, alter quamdiu viuit grauiter pœniteat, & sine spe coniugij maneat.* Tum per cap. *de incestis c*, ibi *Incestuosos nullo nomine coniugij deputandos.* Tum quia ratio, quæ ex contextu multorum cap. 35. causæ colligitur, quare multo plus insistitur in eis ad declarandum incestuosum cum affine non debere contrahere, quam incestuosum cum consanguinea, videtur esse, quia de illo plus poterat dubitari, quam de hoc. Tum quia ratio prædicta Richardi est firma, cum incestus cum affine, nullo præcedente matrimonio, idem faciat. Nam cap. *si quis cum duabus d*, habet, quod cum duabus sororibus fornicatus non debet contrahere etiam cum alia nisi quædam concurrāt, ob quæ dispensetur: vt vbi ait glos. Tum per c *si quis cum matre & filia e*. Tum per c *qui propinquā f*, in quo Papa Fabianus ait, *Qui propinquam sanguinis vxorem ducunt, & separantur, non licebit eis quamdiu viuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare.*

75 Super hoc autem impedimentū dispensare potest, & debet Episcopus, si timeatur incontinentia *g*, & iuxta Paludanum *h*, & S. Anton. *i* quos sequimur contra Panor. & Prępo. tenentes *k*. Escopum non dispensare in incestu cum consanguinea, sed cum affine. Tū quia plurimi tenēt, vt diximus proxime, incestū cum cognata nullū inducere impedimētum. Tum quia iuribus prędictis permittitur dispensatio simpliciter. Quin addimus quod

stante

f Vt in tub. c de incest. nup. & alijs locis infra citandis.
g Per ca. 21. & 2. & ca transmissæ, de eo, qui cogno. consan. vxor.
h In 4. di. 34. q. 1. art. fin. 1 Dict. 37. ar. 2. sub fi.
k 3 par c. 15. parag. 4. tit. 1
l Verb matrim 7 Impedime. vlt.
m In epi. 4. capit. 6. in princ. n. 4.
n In di. c. 1. & 2. de eo qui cogn. consang. vxor.
o Verb. incestus, parag 5.
a 35. qu. 6.
b 35. qu. 8.
c 35. qu. 3.
d 35. qu. 8.
e 35. qu. 3.
f Ead. caus. & quæst.
g Cap. antiq. ca. in adolescentia. 33. q. 2. & cap. ex literis, 1. de eo qui cogn. cons. vxor.
h In 4. di. 34. qu. 1. col. 3.
i 3. par. tit. 1. c. 15 parag. 4.
k In d. c. 1.

stante consuetudine, quod ob nullum incestum dispensatio petatur, quando incontinentia timetur, etiam Episcopi dispensationem non esse necessariam, secundum Palud. S. Antoninum, & communem vbi supra, quidquid alij dicant. Imo addit Paludanus *l* hoc consuetudine seruari, cui credimus, ideo quod nunquam vidimus, neque audiuimus vllum incestuosum petere dispensationem à Papa, vel Episcopo, nisi ad contrahendum cum ea, cum qua incestum cōmisit, vel eius consanguinea ob affinitatē indè ortā, quam si S. D. N. sciret, iuberet forte, ne in dispēsationibus cum incestuosis apponeretur prędicta clausula, *vt superstes, &c.* An autem idem possit facere Episcopus in impedimento ex alijs delictis orto, dicitur infra *m*.

l Vbi supra, col. 4.

m Num. 86.

76 De contrahente autem animo ficto, vel inordinato, vel cōtra censuras, & reuerentiam sacramenti dicendum *primo*, peccare illum, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia ficte sine animo vere contrahendi, & non efficere quoad Deum, & forum conscientiæ matrimonium, quamuis copula sequatur, si postea vere in eam nō cōsensit, licet quoad Ecclesiam sit prefinitum secundum iura antiqua *a*, quam Sylu. declarat. *b* Sed non secundū ius nouum Concil. Trid. ex quo colligitur sponsalia non transire in matrimonium per solam copulam, vt dictum est supra *c*.

a Ca. Is, qui ca. tua de sponsal. & communis ibi.

Secundo dico, quod ad validandum tale matrimonium fictum non sufficeret cohabitatio cum ea tanquam propria vxore, etiamsi crederet sufficere propter confessarij, vel alterius auctoritatem, nisi coiret, aut cohabitaret animo denuo contrahendi cum illa, vt recte probat Syl. *d* quia per talem cohabitationē & copulam non vult denuo matrimonium contrahere, sed vti antea contracto: quæ limitatio Sylvest. licet iuridica sit, secundum antiqua iura prædicta, non tamen secundum ius nouum Conc. Trid. vt proxime dictum est.

b Verb. matrim. 4. q 8. c Eod. c. nu. 25. & 28.

d Vbi supr. qu. 1.

Tertio, quod ex hoc sequitur, quod valeret matrimoniū cū alia secundo contractum, antequā primum nouo consensu vtriusq; confirmaretur, & consequenter cū secunda cohabitare deberet, si absq; scādalo posset, Ang. *e* & Syl. *f* tamen obligatur sub pœna mortalis confirmare primum, antequā cum secunda cōtrahat. *g* quia tenetur verificare verba, quibus eam decipit, nisi tanta sit inæqualitas, vt illa præsumere debeat causa decipiēdi eā illum verba contractus dixisse, quo casu tamē tenetur restituere damnum famę, honoris, vel rei familiaris, si quod illa ex talibus verbis pateretur, secūdum S. Tho. *h* Porro ita decepta alteri nubere non potest, nisi quando probabiliter iudicio prudentis, & boni viri crederet, eum, qui decepit, verū dicere, asserendo se non habuisse animum contrahendi cum illa, sed tantum decipiēdi. Vir bonus autē & prudens id arbitrabitur, si statim post cōtractum id ei declarauit, & cum alia contraxit, aut religionem professus est. Et idem, si non statim id declarasset, postea tamen iuramento id firmat, & est alioqui fide dignus, & sæpe vel saltē semel in anno

e Vbi supr. parag. 28. f Vbi supr. qu. 8. g Mas. in 4. dist. 27. q. 1.

h In 4. di 28. vbi Palud. q. 1. pro quib. faciunt c. 1. & 2. de adulc. cū eis adnot.

anno confitetur, communicat, & bonorum cõsuetudine vtitur, aut si sint adeo dispares, vt non sit verisimile illum matrimoniũ cum illa vere cõtrahere voluisse, aut si sint alia eiusmodi indicia, & ille duxerit aliam, vel profiteatur religionẽ, alioqui enim nõ est tutum ei alteri nubere: quoniam sæpe diuites & nobiles, ob egregiam formam & honestatem, & alios fines matrimonium cum fœminis plebeis, & tenuis conditionis vere contrahunt. Quæ colliguntur ex Rosell. *i* & Syluestro k. Quibus addimus ordinis sacri susceptionem paris esse coniecturę quoad hoc, cuius est matrimonium secundum, aut religionis professio *a*.

i Verb. matrimonium, 4. parag 3.
k Verb. matrimonium. 4 q 9.
a Arg. ca. 1. de vot. lib. 6 & tradit. Adri. in 4 qu. 4. col. 5. de matrim.

77 *Quarto* dico, quod si illa cum secũdo contraxerit, ante vllam rationem credendi se fuisse deceptam, non debet, nec potest secundo debitum reddere, aut petere, si autem rationem iudicio boni viri & prudẽtis satis probabilẽ ad id credendum habuerit, poterit petere & reddere. At si eiusmodi rationem credẽndi nacta fuerit, quæ nõ sufficiat ad credẽdum in fauorẽ suum, sed ad euitãdum prę iudiciũ mariti sic, reddere debet, & nõ exigere. *b*

b Arg. ca. inquisitioni de sen. excom. & cap. dominus de secund. nupt. cum cõcordia illorũ nostra relata super eo cap. nn. 54. & 55.

78 *Quinto*, quod peccat, qui ficte contrahit matrimonium cum aliqua legitimis verbis, protestatus prius sine iusta causa per nulla verba, quæ diceret, esse sibi animum contrahendi cum ea, quamuis eam carnaliter cognosceret, & in foro exteriori pro matrimonio iudicaretur *c*: quia illa protestatio quæ facto cõtraria est, nil prodest *d*. Dixi, *Sine iusta causa*; quia si facit iusta de causa, puta ad scandalum aliquod notabile vitandum, non peccat, neque iudicaretur matrimonium in foro exteriori propter defectum consensus, secundum omnes *a*.

c Inn. glo. receptr. c. tua de sponsi.
d Ca. cum M. & ei ann. per omnes de consti.

79 *Sexto* dico peccare, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contrahit, puta ad liberius adulterandum, occidendum, &c. secundum omnes, quia quam malus est finis actus, tã malus est ille *f*, vbi late nuper hoc tractauimus. Et ideo nõ est plusquam veniale cõtrahere matrimonium ob finem solum venialiter malum. Nec contrahere principaliter propter carnis delectationem, aut pulchritudinem, aut diuitias, aut ob alium finẽ, qui de se non est mortalis, est mortale, est tamen veniale, quia illa non possunt esse finis actus matrimonij, & omnis actus directus in finem malum, vel principaliter in finem ineptum, est saltem venialis *g*. Nec contra sentit Paludanus *h*, quiquid dicat Angelus, vt recte ait Syluester *i*. Contrahere vero minus principaliter ob aliquod trium prędictorum, vel ob aliud temporale, modo principaliter contrahatur propter Deum, vel quia est licitum & honestum, nullum est peccatum. k

e Arg. c. 1. de his, quæ vi metusve caus.
f Ca. cum minister. 23. q. 5.
g Vt in di. ca. cum minister. n. 30 probauimus
h In 4. di. 31. qu. 3.
i Verb. matrimonium, 4. q. 4.
k Per ibidem script.

Septimo dicendum, quod quando de volontate contrahẽtium constat, non refert quoad Deum, & forum conscientiæ quibus verbis contrahentes vtantur, quia si fuerit vtriusque voluntas contrahendi de præsenti, fit matrimonium, si vero de futuro, sponsalia tantum *l*.

l Arg. cap. intelligentiade verb. sign. ca. tua, de ipõs. & ca. humanæ aures, 22. q. 5.

80 *Octauo*, quod quamuis conueniret vt amborum consensus

simul

simul eodem loco & tempore concurreret, non est tamen necessarium, quidquid dicat Panor *m*. sufficit enim vt altera pars prius, & in alio loco consentiat, & postea quouis temporis interuallo interiecto altera alibi assentiat, modo prior in suo consensu perduret, iuxta Hostie. & Ioan. And. *a* Quo fit, vt si altera pars vere & legitimè consensum præberet, altera autem falsè, quæ post 10. 20. vel plures dies, & mèses vere assentiret, permanente altera in suo consensu, verum matrimonium fieret. Consensus autem prioris tamdiu dicitur durare, quamdiu nō recedit ab eo *b* Dixi, *Legitime*; quia si aliquod impedimentum subesset, quo consensus prestitus redderetur illegitimus, oporteret vt impedimento sublato denuo ambo consentirent, perinde ac si nullo vnquam tempore contraxissent, per dicta supra *c*.

81 *Nono* dico, peccare illum, qui excommunicatus excommunicatione maiori vel minori, vel infectus peccato mortali, ante illius detestationem matrimonium contrahit, quia omnis excommunicatus etiam minori excommunicatione, à percipiēdo sacramento prohibetur *d*, & etiam mortali peccato infectus ante pœnitentiam *e*, valet tamen matrimonium *f*. Quare qui credit, aut probabiliter dubitat de excommunicatione, priusquam contrahat, quærat absolutionem *g*.

82 *Decimo*, peccare illum, qui post contractum matrimonium, sciens illud nō valuisse, habet rem cum coniuge *h*. Si autem dubitat, perpendendæ sunt rationes dubitandi, nam possunt esse tantę, vt credere teneatur, & perinde se debeat habere, ac si sciret, & tam paruæ, vt ad nullum effectum credere debeat, & tam mediocres. vt credere debeat ad effectum non exigendi, & non ad effectum reddendi *i*.

Vndecimo, quod non teneatur ad credendū subesse impedimētum, eo quod vnus testis etiā fide dignus & iuratus, & amicus, & proprius parochus id ei assereret, quia licet dictum vnius fide digni sufficiat vt iuste credere possit, secūdum glossam singularem *k* non tamen sufficit ad inducendum necessitatē credendi, ad id enim oportet esse duos *l*. Minus tenetur credere cōiugi etiam cum iuramento affirmanti, se numquam in illam consensisse *m*, quando cum illa contraxit, & præsumere potest mentiri nūc eum, qui se tunc mētitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum potest, durāte illa credulitate, quam tamen leuiter conceptā leuiter deponere potest, reuocāte coniuge suum dictum, vel habito illo pro mēdacio, pro quali haberet Ecclesia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Richardi *n*.

83 *Duodecimo*, qui iussus sub pœna excommunicationis, nō denuntiat impedimentum, quod scit subesse inter volentes cōtrahere *a*. Modus autem denuntiādi impedimentum saltem occultum, quod ex peccato nascitur, est, vt prius de illo secreto impedimēto moneat, vt ab illo matrimonio desistat, & si noluerit desistere, denuntiet superiori, aut alteri, qui impedire potest, quā-

uis pro-

m In ca. dilectus, de spo.

a Ca. ex literis, de sponſ.

b Mai. in 4. di. 27. q. 1.

c Eo. ca. n. 47.

d Ca. si celebra de cle. ex com. minist.

e Cap. illud 95. d. vt sup. eo. c. nu. 2. dictum est. Ange. verb. matrimonium, 2. parag. 2.

f Cap. significasti, de eo qui dux. in matri.

g Caietan in summa verb. matrimonij.

h Arg. ca. per tuas c. de Simonia & eorum quæ latius diximus in ca. si quis autem de pœ. dist. 5. nu. 98. cum seq.

i Iuxta dicta in d. c. si quis autem, & suo eod. c. nu. 54. & seq.

k in l. Titio fundus, ff de eod. & dem.

l Iuxt ca. cum à nobis, de testam.

m Arg. ca. per tuas de probat.

n In 4. di. 27. a. 1. q. 4. Ang. verb. matrimonium, 2. parag. 14 Syl. verb. matrimonium, 4. qu. 1.

a Arg. ca. 2. de maior. & obed.

uis probare non possit, quia ad impediendum matrimoniũ nõdum contractum testimoniũ vnius solius sufficit *b*, vt diximus, *c* contra Maiorem *d*: sed si satis intelligit ex sua denũtiatione magnum scãdalum sequuturum, quamuis probare possit, ad denũtiandum non tenetur, iuxta Adrianum *e*, vt latius diximus *f*.

Decimotertio, quod quãdo vnus solus, siue sit proprius sacerdos, siue alius quilibet, scit aliquos iuste ob iustam ignorantiam impedimenti cõiugatos, neutri parti dicere debet, etiãmsi ei fides sit habenda. Tum quia ex eo nullum commodum sequitur, & magnum incõmodum sequi potest, cum illi non peccent, & fortassis alteruter eorum hoc rescito vellet se cum scandalo alterius separare. Tum quia nemo tenetur alium suum errorem admonere, quando est error facti, vel iuris humani, quod regulariter à vulgo ignoratur, & nullum tertij præiudicium redundat *g*.

De Benedictione nuptiarum.

DE benedictione nuptiarum dicẽdum *primo*, peccare illũ, qui benedicit secundas nuptias solemni benedictione sacerdotali, quę intra missam fit, vel qui suscipit illã credens vel credere debens nõ debere benedici *h*. *Secundo*, dico decerpsisse me quędam de hac re ex parergo quodam notabili quod cõmunicauit mihi Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Iulius Antonius Sanctorius, tit. Sancti Bartholomęi in insula, Sanctę Seuerinę vulgo nuncupatus, libertate, animi eruditione, omnigenaque virtute, præsertim iustitia, cõstantia, zelo fidei, & sanctæ, sed Apostol. omnibus clarissimus, mihi vero cum multis alijs nomibus, tum etiam, quod magna pars fuerit, vt huius Enchiridij, siue Manualis traductionem ipse facerem, qua ignominiæ (quam alij nomini meo inussissent) obuiarem, obseruandissimus. Quorum *primum est*, nuptias primas benedicendas, vnde Concil. Trident. *k* hortatur contrahentes matrimonium ad benedictionem suscipiendam ante consummationem eius, vbi ponderandum est, quod hortatur, & non præcipit, per quod significat id esse de consilio, & ita non esse peccatum ante illam consummare, etiã prima vice, nec exigendo, nec reddendo, nec vbi est consuetudo benedicendi, nec vbi non est. Tum per rationes Caietan. *a* tum per §. finalem *b*, qui expresse habet id non esse peccatum, significãs nec veniale quidem esse, quidquid Caietanus absque necessaria ratione ibi dicat, modo id fiat sine contemptu. Omissio enim cum illo etiam mortalis esset: qualis est omissio cuiuslibet consilij Euangelici, iuxta glossam singularem *c*. *Secundum*, iure communi nullas secundas nuptias esse benedicendas *d*, cuius ratio nõ est illa, quam dat glossa illius, scilicet, quod sacramentum non debet iterari. Tum quia hæc benedictio est quid sacramentale, & non sacramentum per dicta supra *e*, Tum quia sacramenta non imprimentia characterem iterabilia sunt,

be. præterea, 2. de sponſ.
c In c. ſacerdos, n. 2. de pœ. di. 6.
d In 4. d. 21.
e In 4. de cõfeſ. q 5. dub. 7.
f In reper. c. inter verba, 11. q. 3.
g Arg. notato, in parag. notandum, 1. q. 4. & in c. ignorantia de reg. iur. l. 6. & eorum, quæ tradit Adria. in 4. de conf. q. 5. dub. 7. col. 3. & nos in d. c. ſi quis de Pœ. d. 7. n. 65. monſtrando veritatem intellectus. Inn. contra communẽ c. quia circa, de conſan. & affinit.
h Per c. primum & vlt. de ſecund. nupt.
i Ca noſtrates. & ca. ſpõſus, 30. qu. 5.
k Seſſ. 24. c. 1. de refor. matri.
a 1. Tomo tract. 3.
b Prædicti c. noſtrates.
c Cap. quis autem, 40. di.
d Cap. 1. & c. vir. de ſecun. nupt.
e Rod. 5. 1. & 4.

sunt, vt ibidem dicitur: nam & matrimonium quod sacramentū est, iteratur *f*, & etiam Extrema vnctio, quam verū sacramētum esse definit Cōc. Trid. relatum supra *g*, in quo gloss. c. *quidquid h*, & per Panor. damnata errauit, quatenus dixit in matrimonio non conferri gratiam. Est autē ratio solida, quā sentit Mag. post Ambros. *k* quod Ecclesia vetuit benedictionem hanc super illam personam reiterari, & quamuis alij alias rationes, cur id vetuerit tradant, nobis solidior videtur esse illa, quod dedecere videtur, vt benedictiones solemnes rerum & personarum, quales sunt cōsecratio Ecclesiæ, altaris, virginum, catechismus, exorcismus, ordinum, & aliæ similes iterentur, ne vilipendantur.

f Ca. aperiant 31. q. 1.
g eodem 15.
h 1. q. relata sup. num. 20.
i In rub. de spons. & vbique.
k In d. dist. 42. parag. fin.

Ex quo infertur, quod quidquid inuoluāt aliqui, numquā iure communi scripto, secundæ nuptiæ contractę ab vtraque parte, vel altera prius benedicta, sunt benedicendæ *l*. Tum quia si benedicerentur secundæ, reiteraretur benedictio super vtramque, vel super alteram. Non obstat opinio S Thomę *m* recepta per eius scholę viros doctissimos ibi, & alibi, excepto tamen Soto, qui forte ne contradiceret S. Thomę ibi non tetigit, qui debet reduci ad terminos glossę prædictæ, id est, quod habeat locum, vbi est consuetudo. Per eam enim induci potest, vt non solum cum virgo nubit viduo, quo casu ille loquitur, sed etiam cū virgo ducit viduam, vel cum vidua nubit viduo benedicatur, vel reiteretur benedictio, licet rationabilior sit cōsuetudo in primo membro, quam in secundo, & in secundo quam in tertio, quia hæc prohibitio iuris humani est, & sicut per legem, ita per consuetudinem contrariam tolli potest *n*. Nec obstat dicere, quod consuetudo in sacramentalibus non valet, quia quidquid dubitet Roch. cum citatis ab eo *o*, contrarium est verum, & probatur irrefragabiliter per cap. *de trina* iūcta gloss. *p* imo & cap. 2. *q* ibi, *nisi consuetudo antiqua*, & gloss. eiusdē, licet aliqui, tam illū quam illam incaute pro contraria parte *r* citent, & supra dictum est cōsuetudinem, qua alijs verbis alibi Extrema vnctio ministratur, esse seruandam, sicut & alijs verbis à Grecis & Latinis Baptismus ministratur, & alibi alijs verbis matrimonium per sacerdotes celebratur, & in ordinibus conferendis aliud alibi habet cōsuetudo extra substantialia. Infertur etiam, quod contrahentes primas nuptias, & ante benedictionem susceptam iterum contrahentes, debent benedici, quia ratio iterationis in eis cessat.

l Per tex. irrefragabilem in d. c. vir.
m In 4. dist. 42.
n l. de quibus ff. de le. c. fi. de consuet.
o In ca. fin. de consuet.
p De consec. dist. 4.
q De temp. ord.
r Eod. cap. num. 15.

Dispensare super impedimentis matrimonij quis possit.

84 *Matrimonij omne fere impedimentum legis humanæ, & cur Papa semper non tollit.*

85 *Matrimonij omnia impedimenta non dirimenta tollit Episcopus.*

85 *Impedimenta dirimentia an tollat consuetudo.*

85 Matri-

85 *Matrimonium clandestinum de licentia Episcopi hodie contrahitur.*
86 *Matrimonium impedimento sublato denuo contrahendum.*
86 *Dispensatio difficilius datur in contracto scienter, quam ad contrahendum.*
86 *Gratiam quæ taciturnitas annullat, & quæ expressio.*
87 *Dispensatio danda gratis cum aliqua trium causarum, alias non, nec cum ea in secundo, nisi cum Principibus.*

84 *Primo* dicendum, quod Papa in omnibus impedimẽtis matrimonij iure humano inductis dispensare potest a: qualia sunt omnia prædicta impedimenta tam dirimentia, quam non dirimentia, excepto impedimento consanguinitatis inter ascẽdentes & descendentes, & impedimẽto erroris, & iudicij, quod defectum consensus legitimi inducit, quem supplere Papa non potest, quippe qui est iuris naturalis & diuini, vt resoluimus b post illum glorioſum martyrem & Episcopum Ioan. Roffensem in cõsilio pro Regina Angliæ, quo defendit illã religione Christiana glorioſiſſimam Anglię Reginam D. Catharinam incomparabilem, incomparabilis Caroli V. amitam, & post alios antiquos, & recẽtiores, quos ad hoc ille copioſe adducit. Tum quia licet c aliquot impedimẽta lege diuina iudiciali, aut cęremoniali introducta fuerint, quia tamen illa nõ erat naturalis ceſſauit à Christo paſſo, ad quem vſque durabat d, & ita ſub lege gratiæ non ligat, vt diuina, ſed vt humana, renouata per ſacros canones. Tum quia ratio naturalis quę inerat ei, ob quam conueniebat eam ſtatui, non erat tanta, quæ ſola ſine vlla conſtitutione poſitiua diuina vel humana obligaret, & ita non conſtituebat ius naturale, vt fuſiùs declarauimus a, in quam concluſionem omnes fere orbis Christiani Academię conuenerunt, in caſu prędictæ reginę. Verum tamen eſt, quod Papa non ſolet diſpenſare in gradibus prohibitis b, niſi grauiſſima de cauſa, non quia non poteſt, ſed quia non expedit. In quam concluſionem conſtandum eſt, quidquid quamplurimi in plurimis locis ordinarijs, & extraordinarijs ſcripſerunt c: licet enim Papa diſpenſare poſſit ſuper prædictis omnibus impedimentis, ſuper matrimonio tamen legitime cõtracto & cõſummato non poteſt, iuxta illud d: *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet* e. Contractum autem & cõſummatum inter infideles quomodo diuidatur, vel diuidi poſſit, dictum eſt ſupra f, non autem dicitur conſummatum per copulam prędecentem illud, ſed per ſubſequentem, & ideirco antequam ſequatur, religionem ingredi poteſt g. De matrimonio autem, quod præſumebatur olim per copulam conſequutam ſponſalia, nihil dicimus hic, quia iure nouo Conc. Triden. h per ſolam copulam non tranſeunt ſponſalia in matrimonium, vt ſępe dictum eſt, præſertim ſupra i, & infra dicetur.

85 *Secundo* dicendum, quod Episcopus diſpenſare poteſt in impedimento à ſe aut ab inferiori ſuo inducto, ſi quod tale inueniretur,

a Arg. c. iuncta per mundum 9. &c. proponit. de conſ. ſubl. præb.

b In c. litteras de reſt. ſpoli.

c Leuit. 18.

d 2. di parag. fin. & ca. 1. de purif. poſt para.

a In rep. c. ad hæc not. 1. de præb.

b Dict. cap. 18. Leuit.

c Vt in di. ca. litteras demonſtrauimus

d Mat. 19.

e Relatum in c. gaudemus de diuor.

f Eo. c nu. 21. & 49.

g Ca. verum, de conuerſ. coniug.

h Seſſ. 24. c. 1. de reform.

i Eod. c. n. 25. & 28.

k Cap. 13. nu. 144.

ueniretur, imo etiam in impedimento incestus, vt supra *l* diximus, imo, & in omnibus alijs impedimentis, quæ impediunt, & non dirimunt, iuxta mentem Paludani *m*, & S. Antonini *n*, exceptis votis castitatis, & religionis, in quibus etiam ipse Papa, nō sine magna difficultate, & causa dispensat, & licet stricto iure communi, contrarium defendi posset, eo quod inferior legem superioris nec tollere, nec moderari potest *o*, & non videtur id concessum, nisi quoad impedimentum incestus, sequor tamen eos. Tum quia ex quadam æquitate, & rationis paritate hæc concessio extendi potest ad illa. Tum quia videtur, quod consuetudo non tantum id habeat, sed quod etiam nec à Papa, nec ab Episcopo petatur dispensatio, quando cum illo impedimēto aliud dirimens non concurrit: nondum enim adhuc in tanta ætate vidi, vel audiui id fieri. Totum autem de non nubendo non censetur votum castitatis, vt tenuimus supra *p*, & ita seruat sacræ Pœnitentiariæ prætorium, quidquid dicat Caietanus *q*, & ita in eo potest Episcopus dispensare, vt in prædicto prætorio aliquando responsum est.

l Eod. nu. 71 m In 4. d. 28. q. 2. n 3. par. tit. 1. c. 16 parag. 4.

o C. inferior 21. d. cle. ne. Romani, de elect.

p Ca. 12. n. 43 q Ibi cita. & ita.

Dubium autem, an Episcopus possit dispensare super matrimonio clandestine contrahendo, quod consuetudo fere vbique habebat sublatum est per prædictum Cōcilium supra relatum, quod expresse id concedit.

Tertio dicendum, quod Episcopus nō potest dispensare in aliquo impedimento, quod impedit & dirimit, secundum omnes, nisi quando impedimentum occultum est, & matrimoniū publicum & separatio magno scandalo foret, & ad Papam, aut eius Nuntium potestatem ad id habentem confugi non potest propter magnam pauperratem, aut alia legitima impedimenta, vt affirmant Angelus, & Syluest. quorum dictum primi euulgauimus Salmanticæ, & propter quorum sententiam demonstratam, sed non approbatam neque reprobatam à nobis, nonnulli Episcopi aliquoties dispensarunt, quam tamen tandem approbauimus per argumenta neruosa *a*

86 *Quarto* dicendum quod matrimonium: quod est ob aliquod impedimentum nullum, non incipit valere propter dispensationem Papæ superuenientem, etiam cohabitatione & copula subsequente: quia Papa non potest supplere consensum iure naturę requisitum *b*, vt tradit Panor. post Ioan. Andr. & ideo necessum est, vt denuo contrahatur, quod tamen clam contrahi potest modo tradito supra *d*.

a Inc. a. fi. parag. de adul. de iudic. sequuti Ioan. de Lign. & Panor. Ibid.

b Arg. parag. sed naturalia Inst. de iure natur gent. Ciu. & ap. ius naturale, 1. d.

c In cap. per venerabilem à nu. 12. qui filij sint leg.

d Eod. n. 47.

e Sess. 24. c. 5 de reform. matri.

Quinto dicendum est, quod licet olim facilius dispensabatur cum impeditis, qui iam etiam scienter contraxerant, & cōsummarant matrimouiū, hodie tamen iure Conc. Trident. *e* difficilius dispensatur, cuius ea de re verba sunt: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Idq; in eo magis locum habeat qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus*

fuerit, quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis, & infra. *Si vero solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit.* Ex quibus colligitur quod consummatio illiciti matrimonij, quę olim inclinabat Papam ad dispẽsandum, hodie retrahit, quia omnis expressio falsi mouentis Principem ad gratiam concedendam, nocet, non autem, quælibet taciturnitas veri idẽ facientis, sed solum ea, quę tacet verum, quod iura iubent exprimi, secũdum Rot. *f* pro quo facit optime lex. 2. *g* cui adde idem videri dicendum de tacẽte ita verum, quod æquipollẽter exprimit falsum, quia de ęquipollentibus idem est iudicium *h*: qua de re posuimus exemplum *i* de Monacho monito à Banchario, quod Papa non concedet ei gratiam transeundi ad regulam laxiorem, nisi nouerit eum habitu omisso apostatasse, qui dimisso eo, vno vel altero die, se præsentat Banchario, quo informet Papam de eius apostasia, vt moueatur ad concedendam ei illam gratiam: is enim licet expresse non exprimat falsum, tacite tamen sic, subindicando, quod non diuisit habitum, vt impetraret illam, sed ob alias causas, quibus multi temere dimittunt, & qui impetrat dispensationem contrahendi cum cognata, cum qua rem habuit tacto incestu, videtur æquipollenter tacite dicere, quod non commisit illum, & ita æquipollenter exprimit falsum, & consequenter gratia efficitur nulla.

f In nouit. decis. 32. de reseri. n. 5. & Bellum, deci. 698 & Felyn. vbi supra.
g C. de Episcop. audien. h l fin. ff. mã.
i In præleg. c. si quando, de reseri. ex cept. 4.
k Vbi supra.

87 *Sexto* dicendum, quod prędictum Concilium *a*, præter prædicta statuit alia, in hæc verba: *In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.*

Septimo dicendum, quod solas tres causas habet curia pro iustis, ad dispensandum etiam in quarto gradu, quę sunt defectus dotis competentis, extinctio magnę litis, & quod maior pars sibi parium suæ Ciuitatis, vel loci insignis, quẽ inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradũ, vel si est alius locus minor, si ipsa non habeat sufficientem dotem, ad nubendum extra illum. Dubium tamen est, an sufficiat defectus dotis competentis, ad contrahendum cum illo, qui eam poscit, an vero requiratur defectus ad contrahendum cum quolibet sibi pari, & videtur sufficere. Tum quia beneficium dicitur incompetens vni, licet alijs multis sit competens *b*: & non omnis dignus beneficio in genere, est dignus hoc vel illo, vt sentit vterque Thomas *c*, & pretium, quod communiter est iustum in vna prouincia, vel vno anno vnius rei, non est iustum eiusdem in aliquo particulari loco, vel mense, eiusdem prouinciæ, vel anni, vt dicitur infra *d*.

b Cap. cum adeo iuncta gloss. de reseript.
c 2. 2. q. 63. a. 2 d Cap. seq. num. 78.

De superbia,

De superbia, & septem peccatis capitalibus.

CAPVT XXIII.

1 *Virtus, vitium & habitus quid, & quotuplex.*
1 *Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus, siue ordinatus simpliciter, & quare nullus individuo indifferens, & quis ordinatus.*
2 *Virtutes in medio vitiorum, ideoque illis duplo pauciores.*
3 *Vitia capitalia, è quibus non est superbia, septem hoc verbo signata, num. 4.*

1 TRactaturi de septem capitalibus vitijs, & actibus eorum meminerimus *primo*, vt supra [a] dictum est, quod aliud est habitus, aliud actus siue actio & operatio, & quod habitus est *qualitas mentis, mouens eam ad actus similes illis, ex quibus producitur est*: & quod est duplex, bonus, qui est virtus, & mouet ad bonos actus, & malus, qui est vitium, & mouet ad malos, & [b] quod actus est duplex, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neque est bonus, neque malus, alius voluntarius & deliberatus, qui est triplex, bonus, malus, & indifferens, & quod bonus est triplex, ex obiecto tantum, vt ieiunare, & ex circūstantia tantū, vt loqui ad vtilitatē proximi, & ex vtroque, vt ieiunare ad obediēdū præcepto. Malus itē triplex, ex obiecto tantū, vt mētiri ad vtilitatem proximi, ex circūstantia tantū, vt ieiunare ob vanam gloriā, ex vtroque simul, vt mentiri ad perniciem proximi. Indifferentes autē, quales sunt innumeri, puta tacere, loqui, comedere, bibere, & similia, quæ de se nec sunt bona, nec mala, sed bene, & male fieri possunt, & tale indifferens non reperitur in individuo, iuxta doctrinā S. Thomę, quāe defendimus ea efficaciratione, quod si quis daretur, maxime esset, quia in nullum finem bonum, neque malum ordinaretur, sed is non est talis, quia esset otiosus, & consequenter malus, ex defectu circumstantiæ finis, licet ex obiecto esset indifferēs, & quod iuxta doctrinam Dionisij [d], quam potuit excerpere ex Arist. bonum, siue actus simpliciter bonus, & ordinatus siue meritum constat ex integra causa, id est ex cōcursu bonitatis obiecti, saltē iustificati, & circumstantiarum, tam finis, quā aliarum, personæ, loci, temporis, & c. Malum autem siue malus actus simpliciter, & peccatum ex quocunque defectu, siue obiecti non iustificabilis, vel non iustificati, siue finis, siue alicuius circumstantię. Dixi, *nō iustificabilis*; qualia sunt fornicari & mentiri, quæ nulla circumstantia possunt fieri iusta. Dixi, *nō iustificati*; quia frequenter obiectum actus boni simpliciter est obiectum de se malū, sed iustificatur per circumstantiam: qualis est occisio hominis, quæ cum sit de se mala, iustificatur tamen per culpā occidēdi, & legem id

[a] In Prælud. quinto.
[b] Ex prælud. 6.
[c] In d. prælud.
[d] 4. cap. de diuin. nom.

gem id præcipientem. Itaque in toto hoc capitulo per actũ bonum & ordinatum, intelligemus actum bonum vtroque modo tam ex obiecto, quam ex circumstantijs, qui est meritũ de congruo, vel de condigno, & per inordinatum, omnẽ actum ordinato contrarium, qui est peccatum saltem veniale. Idem per vitium, habitum malum, & per virtutem, habitum bonum.

2 *Secundo*, quod duplo plura sunt vitia, quam virtutes: quia cuique virtuti duo vitia opponuntur, alterum per excessum, alterum per defectum, in quorum medio virtus consistit, iuxta illud Horatij *a*: *Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum*, relatum à glossa *b*.

a Lib. 1. epist. 18. de sumptum ex Arist. 2. Ethic. b Ca. caritas, 3. part. g fi. de pœn. dist. 1. c 31. Not.

3 *Tertio*, quod septem vitia, quę vulgus septem peccata mortalia appellat, sunt septem vitia principalia, quæ S. Gregorius, *c* & alij aliter docẽtes capitalia appellant, non quia sunt peiora, neque etiam quia semper aut sæpius mortalia, quia aliqua regulariter sunt venialia, sicut infra dicetur: sed quia sunt fontes particulares, ex quibus alia multa dimanent: ex quorum numero non est superbia, iuxta S. Gregorium *d*, & S. Thomam *e*.

d Vbi supra. e 2. 2. quæst. 162. art. 8. & q. 132. art. 1.

4 Quinimo est horum septem, & aliorum omnium Regina, secundum eosdem (quamuis vulgus contra existimet) pro eorum faciliori memoria retinẽda hac voce (*Saligia*) vtens, intelligendo per literam S, Superbiam, per A, Auaritiam, per L. Luxuriã, per I primum, Iram, per G, Gulam, per I secũdum, Inuidiã, per A secundum, Acediam. Ad quod apertior esset vox Saligia, octosyllabon, per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia omnium vitiorum Regina, & per V, Vana gloria, quę est vnum ex septem vitijs capitalibus, & per alias sex prędicta alia sex, de quibus omnibus, & eorum execrandis filiabus ordine, quo proposita sunt, dicemus.

De Superbia Regina omnium vitiorum.

5 *Superbia quid, quotuplex, & eius etymon.*

5 *Superbia sola de se mortalis contemptum subiectionis Dei actu requirit.*

6 *Humilitas ad sui essentiam non requirit expressam ad Deum subiectionem.*

7 *Superbiæ quatuor species, quæ potius sunt eius effectus & interdum hæreses num. 8.*

5 SVperbia est plurimum vsitata & parum nota: nam multi putarunt eam esse omne vitium: quia illa est supergressio legis quę per omne vitium fit: Et alij ignorarunt discrimen inter eam ex vna parte, & ambitionem, præsumptionem, & vanam gloriam ex altera, adeo quod Maior *f* putauit, has esse species illius, quod est cõtra Augustinum *g* communiter receptum. Alij, in quibus videtur esse vterque Thomas communiter recepti

f In 2. di. 42. q. 1 6. g Libr. de nat. & gratia.

receptia, quos in Manuali Hispano sequuti fuimus, requiruntad eius essentiam actualem contemptum subijciendi se Deo, & legi eius, quod in præsentia non possum mihi persuadere, cum id (gratia Deo) pauci Christiani faciant, & vere omnes aliquo modo superbiamus. Quare *dicendum primo*, verbū *Superbire*, descendere à verb. *superco* interposito, b, causa euphonię, vnde superbia est quędam (vt ita dicam) superitio, & actus, *quo quis superit, seu supergreditur aliqua*: & ita superbia in genere significat omne, quod superit, seu superat, seu excelit alia, secun. glossam b vbi superbia pro dono superante, & excellente alia ponitur. Vnde licet verbum *superbus* sępius pro elato & fastuoso, & insolenti accipiatur, vt in illo Maronc.

a 2.2.q.162. art.5.

b Isai.ca.60.

c 3.AEne.

Stirpis Achilleæ fastus iuuenemque superbum.

Sæpe tamen pro nobili, excellenti, vel sublimi capitur, iuxta illud eiusdem d.

d 1.AEne.

Hinc populum late Regem, belloque superbum.

Et illud e.

e 3.AEne.

Ceciditque superbum Ilion.

Secundo dicendum quod superbia generaliter sumpta diuiditur in bonam & malā, quod adnotauit S. Thomas f: superbia vero mala in habitum superbię, & actū eius. Superbia habitus definiri potest esse *vitium mouens siue inclinans ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, quatenus est excellentia*. Dixi, *vitium*; pro genere, quia omnis superbia habitus est vitium, non contra omne vitium est superbia habitus: est enim speciale distinctum ab alijs, vt probe docet S. Tho. g Dixi, *appetitum*, includendo amorē & desiderium excellentię, vel gaudium, siue complacentiam de ea, ad notandum, quod est vitium voluntatis, & nō rationis, vt monstrat idem S. Thomas h. Dixi, *inordinatum*; ad includendum omnē, quo appetitur excellentia de re falsa, vel vera, seu mala, vel bona in nullum finem, vel malum, aut vanū relata, vel maior merita, & ad excludendum ordinatum, qualis est solus ille, quo appetitur excellentia de re vera, & bona, & in finem bonū directa, & non maior merita: illa enim non est actus superbiæ, sed modestię, qualis est appetitus excellētię meritę, siue debitę scientię, virtuti, viribus, & arti, quibus quis secundum rectam rationē alteri vult prestare, iuxta S. Thomam i. Dixi, *excellentiæ propriæ*; quia illa est obiectum actus eius, & nō addidi, *ad superādum alium*, quia id nō est necessariū: sufficit enim velle excellentiam propriam immeritam, vel meritam modo immerito sine actuali relatione prędferendi se proximo. Dixi, *quatenus est excellentia*; quia appetitus eius, quod re vera est excellētia quędam, sed non appetitur eo respectu, quod est talis, sed alio, non est superbia, sed aliud vitium, circa quidem honores, ambitio, circa potestates, præsumptio, circa gloriam, vana gloria, & circa alia aliud: hæc enim & id genus alia possunt considerari alio respectu, quam excellentię, licet in se sint veræ excellentiæ.

f vbi supra art.1.

g Vbi supra art.2.

h Ibidem a.3

i Vbi supra art.6.

6 Et ita ad essentiam superbiæ non requiritur actualis contemptus Dei, nec legis eius, nec renutus se subijciendi eis, nec despectus proximi, magis quam in alijs vitijs, quæ non inclinant immediate ad illa.

Nec obstat prædicta doctrina S. Thomæ, quia probe saluari potest in superbia quæ de se est peccatum mortale, non autem generaliter in omni superbia. Sic nec videtur verum illud Caietani, eũ, qui propriam excellentiã inordinate amat, sine actuali contẽptu diuinæ subiectionis, non esse formaliter, & directe superbum, est enim formaliter superbus, sed nõ illa superbia, quæ de se sit mortalis, & ita nõ omnis superbia directe auertit à Deo, sed sola supradicta, quam diximus esse de se mortalẽ, de qua intelligitur etiã glossa a allegata per S. Thomã, quatenus habet, superbiam ex se maius peccatũ esse omnibus alijs, quę omnia ideo tam accurate dixi, ne plurimi continua superbia laborãtes nos excusemus ab hoc vitio, dicentes, nos nullam excellentiam cupere cũ actuali contemptu subiectionis Dei & eius legis, cũ quo certe paucissimi Christiani eam cupiũt, & ne plurimos humiles sua laude priuemus, qui frequẽtissime actum humilitatis faciunt non se subijciendo expresse Deo, vel legi eius qualis tamen non esset ille, quia cum sit contrarius superbię, oporteret eum circumstari subiectione actuali, si superbia ei contraria requireret, & expressum contemptũ, & renutum huiusmodi subiectionis: quare sicuti humilitatis actus est subijcere sua bona naturalia minora bonis naturalibus maioribus alterius, & sua dona minora diuina maioribus donis diuinis alterius, & sua bona omnia naturalia diuinę gratię alterius, non se subijciendo expresse Deo, vel legi eius, imo sine vlla eorum memoria expressa, vt satis colligitur ex S. Thoma b, ita superbiæ actus est præponere quem sua naturalia bona minora maioribus naturę bonis alterius, & sua minora dona diuina maioribus diuinis alterius, & sua etiam bona naturę, gratię diuinę alterius, licet nõ faciat id cum expresso contemptu Dei, vel legis eius: & sicut renuere excellentiam, quia recta ratio id dictat, sine vlla actuali memoria Dei, est actus humilitatis, ita appetere excellentiam immeritam, sine vlla actuali memoria Dei, est actus superbiæ.

a Psal. 118.

b 2.2. q. 162. art. 1. licet in a. 2. aliud videatur sentire.

7 *Tertio dicendum*, quod species superbiæ sunt quatuor, secundum S. Gregorium a declaratum à S. Thoma b. *Prima* est putare habere à se ipso solo bona naturæ, qualia sunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo, &c. aut bona fortunæ, qualia sunt diuitię, honor, potentia, &c. aut bona spiritualia, qualia sunt gratia, scientia, prophetia, facundia ad prędicandũ, & legendũ, &c. quorum nulla habet à se ipso, sed omnia sunt ei data à Deo. *Secunda*, agnoscere quidẽ illa à Deo sibi data, non tamẽ gratis, sed ex iustitia, scilicet ieiuniorum, precum, eleemosynarum, & id genus aliorum. *Tertia*, arrogare sibi bona, quæ nõ habet, cuiuscunque ordinis illa sint. *Quarta*, cõtemnere alios inordinatę

a In lib. 23. Moral.

b Vbi supra, art. 4.

inordinate, aut velle, vt sibi submittantur, quamuis eum præcedant. Aduertendum tamen huiusmodi falsa iudicia nō esse immediatas species superbiæ, sed illius effectus: quia hæc consistunt in intellectu, & ratione, illa vero in voluntate, quæ illis infecta iudicium corrumpit, efficitque, vt falsum iudicet verum. Corrumpit, inquam, eo quod ipsius excellentia maior esset, si ita se res haberet: maius enim est ex se habere, quam ab alio, vel suis meritis, quam dono, vel magna, quam parua, vel maiora, quam alij, vt probe declarauit S. Thom. c

c Vbi supra. art. 4.

8 Circa quæ peccat mortaliter *primo*, qui appetit propriam excellentiam cum actuali contemptu diuinæ subiectionis, vel legis eius, aut cum voluntate se Deo præponendi, per dicta d.

d Num. 68.

Secundo, qui adeo amat propriam excellentiam, vt iudicet esse vera quatuor prædicta quę sunt falsa, vel aliquod illorum deliberate, aduertenter & in specie: quia quadamtenus, licet non actualiter, videtur contemnere subiectionem Dei, & legis eius. Dixi, *deliberate & aduertenter*, quia secus si id primo motu passionis, vel per incogitantiam ita iudicaret, secundum S. Thomam e communiter receptum. Dixi, *in specie*, quia credere id in genere deliberate & aduertenter, non est actus superbiæ, sed infidelitatis, secundum S. Thomam f.

e Vbi supra.

f In dicto a. 4

Tertio peccat, qui appetit inordinate excellentiam, vel de illa inordinate gaudet, aut lætatur, sine actuali quidem contemptu subiectionis Dei, & eius legis, sed cum notabili irreuerētia eius, vel damno proximi ex eo resultante, quia hoc mortale est, per supra sæpius dicta.

De vana gloria.

9 *Bona honoraria quot, & quæ, & appetere illa de se non malum.*
9 *Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia quid.*
10 *Gloria vana quid, quot, & quæ filiæ eius,* & 11. & 12.
11 *Præsumptio quid, & quæ mortalis,* & 14.
11 *Ambitio quid, & quæ mortalis,* & 15.
11 *Pertinacia quid, & quæ mortalis,* & 31.
11 *Discordia quid, & quæ mortalis,* & 33.
11 *Contentio quid, & quæ mortalis,* & 34.
13 *Laude falsa, vel alias inordinata gaudere non semper malum.*
13 *Finis aptus spiritualium nil temporale est,* & 15.
14 *Iurisdictionem alienam vsurpare mortale.*
14 *Gratiam, vel gloriam æternam suo arbitrio posse quæri, præsumptio.*
15 *Beneficia incompatibilia, vel plura, quorum vnum sufficit, non licent.*
15 *Beneficium appetendo quomodo quis peccat.*
16 *Iactantia filia prima vanæ gloriæ, quid, & quæ mortalis.*
17 *Inuentio nouitatum secunda filia vanæ gloriæ, quid, & quando mortalis,* & 18.

18 *Vestitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis, &* 19.
20 *Ornatus, fucus, fictio, & auctio pulchritudinis quæ mortalia.*
21 *Confessarius dubius, an confessa sint mortalia, quid faciet.*
22 *Ornans se vt in coniugem appetatur, vestiens veste incongrua sexui quis peccat.*
22 *Vestiens se habitu religioso quis mortaliter peccat, &* 23.
24 *Curiositas quid, & quod semper est peccatum, & quando tale, & seq.*
30 *Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris.*

9 PRimo præsuppono summatim quædam, quæ late tractaui alibi *a*, quod bona honoraria sunt quinque, scilicet, laus, honor, fama, gloria, & reuerentia: & quod laus est, *sermo elucidãs magnitudinem alicuius virtutis b*, & quod honor est, *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolutæ c*, & quod fama est *attestatio popularis de re aliqua d*, & quod gloria, *est clara cum laude notitia*, & quod reuerentia *est animi reputatio qua bonitas alterius magnifit*, & *e* quod hæc quinque conueniunt. *Primo*, quod frequenter alia pro aliis accipiuntur, *Secundo*, quod nullum eorum est virtus intellectualis vel moralis. *Tertio*, quod sunt maiora bonis pecuniarijs. *Quarto*, quod appetitus, vel contemptus horum quinque suapte natura neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferens: bonus quidem, quum est ordinatus, malus quum est inordinatus. *Quinto*, quod appetitus eorum, etiam inordinatus, regulariter est venialis, in quinque vero casibus mortalis, secundum communem, quos ibi *a* reduxi ad tres, scilicet cum habetur de malo mortifero, vel de alio, in quo finis vltimus constituitur, saltem ad effectum frangendi legem ad mortale obligantem, vel in finem aliquem mortalem referendo, & quod contemptus eorum inordinatus regulariter est venialis: mortalis autem, cum contemnitur laus de gratia Dei gratum faciente manans, vel in eo finis vltimus constituitur, quod nonnulli philosophi fecerunt, vel in finem mortaliter malum refertur.

Secundo præsuppono, quod appetitus & contemptus horum quinque ordinatus est, quo appetitur aliquod horum de re vera, & de se bona, vel indifferenti in finem bonum directa, non nimium, nec maius quam eius bonitati debetur, nec tanquam testimonium certum & diuinum, sed tamquam humanum incertum: & contra appetitus eorum inordinatus est ille quo appetitur aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferenti, in vanum, malum, aut nullum finem relata, vel de bona maius, quam eius bonitati debeatur, vel tanquam testimonium veritatis certum, vt diuinum, & plusquam humanum, vt *b* diximus ex mente S. Thomæ *c*, & Abulensis *d*.

10 *Tertio* præsuppono, quod vana gloria pro habitu malo, est *vitiosum inordinatum appetitum gloriæ*, secundum men-

a In c. inter verba 11. q. 3. concl. 4. & super in cã. minister. 23 q. 5. n. 47.
b Num. 47.
c Num. 48.
d Num. 48.
e Nu. 50. & 51
a Num. 56.
b In dicto 2. 9 *c* 2. 2. q. 14. arti. & de malo, q. 6.
d Super Matt. c. 6. q 3. ad. iunctis eis quæ idem S. Tho. dixit 2. 2. q. 132. art. 2. 4. & 9.

tem S. Thomę communiter recepti. e Dixi, *appetitum*, ea ratione, qua in definitione superbię f. Dixi, *inordinatũ*; quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi, *gloriæ*; ad differentiam superbiæ ambitionis, præsumptionis, & aliorum vitiorum, quę licet inclinent ad appetitum inordinatum aliquorum, quæ pariunt gloriam, non tamen immediate inclinant ad eius appetitum, nec ad alia, eo respectu, quo pariunt gloriam, sed alijs, vt supra dixi de superbia, & mox dicam de ambitione & præsumptione. Vana gloria vero pro actu est appetitus inordinatus gloriæ, per quem generatur & augetur vana gloria habitus ex quo vicissim generantur actus similes illis, ex quibus illa est nata.

e 2.2.q.131. ar.4.

f Sup.n.5.

11 *Quarto*, quod vana gloria est vitium capitale, & parens aliorum vitiorum, quę eius filiæ nuncupantur, quia illa vitia dicuntur esse filię alterius, quę se ad finem illius principalē dirigunt: & septem alia vitia sunt, quę ex se tendunt in manifestationem glorię, quę est finis illius, scilicet iactantia, *quæ inclinat ad declarandam inordinate verbo propriam excellentiam*, inuentio nouitatum, *inclinans ad ostendendam inordinate eandem veris factis, laude vera vel vana dignis*, Hypocrisis, *quæ ad idem falsis factis inclinat*, pertinacia, *ad inordinate ostentandum iudicium inclinans*, discordia, *inclinans ad inordinate ostendendum nostram voluntatem voluntati alterius præstare*, Contentio, *inclinans ad inordinate altercandum*, Inobedientia, *inclinans ad inordinate renuendum iussa, saltem quatenus iubentur.*

Quinto, quod præsumptio, & ambitio à vana gloria differūt, & non sunt eius filiæ, sed sociæ magnanimitati contrarię, secundum S. Thomam *a*. Præsumptio enim, *est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires, vel merita excedunt.* Ambitio vero, *vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.*

a Vbi supra.

12 Ex quibus infertur, quod peccat mortaliter *primo*, qui gloriam, laudem, aut famam appetit de re aliqua, quæ est peccatū mortale, puta ex duello, occisione, mutilatione, vel percussione iniustis, vel iustis in finem mortaliter malum directis: aut cōstituit vltimum finem in aliqua gloria famę, vel laude, vel pro ea adipiscenda, vel nō amittenda, proponit frangere aliquam legem ad peccatum mortale obligantem: vt faciunt mulier, quæ ne infametur, stupro consentit, & iudex, qui ne officiū perdat, vel vt aliud consequatur, iniuste iudicat: & concionator, qui ne pulpitum amittat, tacet vera de pręcepto dicenda, secundum omnes, vt *b* late dixi. Appetere autem gloriam inordinate de alijs, quæ non sunt peccata, aut non nisi venialia, nec directa in finem mortalem, aut non est peccatum, aut solum veniale.

b Vbi supra nu. 543. & seq.

13 *Secundo* peccat, qui se, vel alium laudat de aliqua re mortaliter mala, vel falsa, aut vera, & non mortaliter mala, causam tamen prębens probabilem & verisimilem dāni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, asserendo se, vel alium, bonum sacerdotem, bonum confessarium, bonum iudicem, bonum medicum,

bonum præceptorem, cum esset malus, aut certe non tã bonus, cum obligatione restituendi damni, si quod intulit c. Dixi, *damni notabilis*, quia alias tantum venialiter peccaret, vt dixi d.

c Arg. c. fin. de iniur. & l. qui occidit ff. ad legem Aquil.

d Vbi supra, num. 138.

Tertio peccat, qui falsè laudatus, sciens, & aduertens inde aliquod damnum notabile insequuturum, non contradicit, saltem quantum oportet, ad illi obuiandum, quãuis regulariter neque approbatio explicita, neque tacita falsæ laudis erit plusquam venialis, si fuerit de re bona, aut saltem nõ nisi venialiter mala, imo non est peccatum, sed virtus audire sine contradictione falsam laudem, modo ea non delectetur eo respectu, quo est falsa, vel laus, mendacium, aut adulatio, alioquin esset saltem veniale a, vnde, qui de aliqua virtute ad suum statum necessaria falsè laudatur: vt cum vxor occulte adultera de fidelitate laudatur, eam neque approbare, neque reijcere debet: imo neque peccat falsè laudatus, eo quod gaudeat laudari, non ob falsam laudem, sed quia per opinionem quam habeat alij de virtute suo statui necessaria euitatur scandalum, vt b diximus.

a Cap. primũ 2. 2. q. 2 super eod. de vsur.

b Vbi supra. num. 137.

Quarto peccat, qui res principaliter institutas ob honorẽ Dei & cultũ eius, & salutem animarum, principalius, vel æque principaliter ob vanam gloriam facit: quale est concionari, missam celebrare, precari, & id genus alia, secundum Abulensem e, & Angelum d, quod post alios e, efficaciter confutauimus f, dicentes solum esse veniale. Nullum autem peccatum, imo meritum est facere illa principaliter propter Deum, vel quia sunt honesta & sancta, & secundario, propter gloriam, vel laudem humanam in finem aptum relatam, per ibi dicta post S. Thomam g.

e Super Matth. c. 6. q. 3.

d Verb vana gloria.

e Vbi supra n. 147. relatos f f t i n d. c. cum minister, num. 63.

g 2. 2. q. 132.

14 *Quinto*, qui præsumit cum notabili irreuerentia Dei, vel damno notabili proximi spirituali vel corporali, honorario, vel pecuniario, exercere officium, nescius illud exercere, vtpote concionando, consulendo, medicando, vt nos post S. Thomam h latius tractauimus, quamuis non sit nisi veniale illud exercere absque irreuerentia, & damno notabili proximi.

h 2. 2. q. 117 in d. c. inter verba num. 100. cum seq.

Sexto peccat, qui aliena iurisdictione vtitur, aut sua extra suũ territorium i, vel absoluit à peccatis, à quibus non potest, aut dispensat, vel commutat vota sine auctoritate ad id sufficienti, secundum S. Antoninum k.

i S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 6.

k In 2. part. tit. 3. cap. 6. parag. 1.

Septimo, qui confidit se gloriam æternam sine meritis consequuturum, aut meritis sui liberi arbitrij, absque gratia Dei l: quamuis sperare, se (etiam de condigno) gloriam æternam cũ auxilio diuinæ gratiæ adepturum, est meritum, & actus spei virtutis Theologicæ, secundum S. Thomam receptum m.

l Ca. Solicenit cum duobus seq. de conf. dist. 4.

m 2. 2. q. 17. art. 1.

Octauo peccat, qui confidit gratia Dei se priuatum non iri, nec punitum, quantuscunque peccator sit, asserens paradisum hominum causa paratum, & non bestiarum, iuxta Richard. n

n In 3. d. 31.

Nono peccat, qui non abstinet ab occasione, qua semel peccauit mortaliter, associando, videndo, vel alloquendo aliquem, & postea non abstinet ab ea, secundum S. Antoninum o.

o Vbi supra.

Quod

Quod est verum, si propter suam inconstantiam, vel fragilitatem probabiliter putat se succubiturū: alioquin nō nisi vt plurimum venialiter, si aliqua de causa ad id redeat, vt diximus *a*.

15 *Decimo* peccat, qui ambit honorem de re, quę est peccatum mortale, aut ad committendum mortale, aut in eo vltimum finem ponit, aut ita appetit, vt malit mortale aliquod committere, quam eum amittere, vel non adipisci. Quod est frequens in ambientibus, præsertim per concursum, & oppositionem, cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, pręsentationes, nominationes ad illa, secundum omnes; quamuis alias regulariter appetitus inordinatus honoris non excedat metas culpæ venialis, vt latius dixi *b*.

Vndecimo peccat, qui appetit, vel accipit plura beneficia incōpatibilia, sine iusta dispensatione *c*, aut plura compatibilia, quā quę ad suam honestam sustentationem sufficiunt, iuxta gloss. singularem *d*, quæ in ius redacta videtur per sanctū Conc. Trid. *e* per quod videtur sublata moderatio Cardinalis *f*, quatenus inquit illam glossam procedere solū in eo, qui capit plura beneficia (quorum vnum ei sufficit) ad viuendum fastuosius, vel ad thesaurizandum, & non in eo, qui quęrit illa ad faciendum largiores eleemosynas, & alia opera largiora, quem sequuti fueramus *g*, sed postea *h* noue cōclusi, quod prędicta opinio Card. nō habet locū quoad hoc, vt quis plura beneficia (quorum vnum sufficit) possit obtinere sine dispēsatione, sed sic, quoad hoc, vt possit dispēsari iuste cū eo, qui non vt fastuosius viuat, vult illa, sed solum ad faciendum plura opera pia, in quę sola impendit reditus eorum, viuendo ex solo reditu beneficij sufficientis.

Duodecimo peccat, qui accipit beneficium Ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorē, aut vtilitatem temporariam, secundum S. Antoninum *i*. Quod limito procedere in eo, qui est eo indignus ob ignorantiam, vel alium defectum: nam supra *k* diximus, quod falsum est esse mortale facere ordinata ad cultum diuinum principaliter ob bona temporalia.

Decimotertio peccat, qui quærit officium aliquod, nesciens exercere illud, secundum S. Antoninum *l*. Quod non procedit in eo, qui quærit illud fide bona, & animo vtendi consilio peritorum, quando fuerit ei necesse, & credit se habiturum opportunitatem vtendi illo *m*, quod frequens est in omnibus oppidis & pagis, quibus iudices ignari iuris præficiuntur.

16 *Decimoquarto* peccat, qui per iactantiam, quæ filia primogenita vanæ glorię est, se, aut suos laudat cū irreuerentia notabili Dei, aut cum iniuria, vel scādalo proximi notabili, vt Phariseus, qui dixit *a*: *Non sum sicut cæteri hominum, nec sicut iste Publicanus*: aut cum notabili damno proximi: puta asserendo falso se, vel aliquem suorum esse magnum aduocatum, magnæ sanctitatis, &c. alias enim solum est veniale, iuxta S. Tho. receptum *b*, Alexandrum Alensem *c*.

a Vbi supra nu. 433. cum seq. & latius supra ca. 3. à num. 5.

b Vbi supra num. 340.

c Cap. de multa, de præb.

d Recept. in cap. dudum 2. de elect.

e Sess. 24. c. 17 de refor.

f In clem. gratiæ de rescript.

g In repet. cap. ad hæc de præb.

h In Ench. de Ora. c. 11. Miscel. 15.

i 2. par. tit. 3. cap. 5. parag. 4

k Eod. capit. num. 13.

l Vbi supra, parag. 5. & probat l. idē. iuris, parag. 1 ff. ad l. Aquil. & c. non est putanda, 1. q. 1.

m Argu. l. clari iuris, C. de iudic. & c. statutum parag. assessorē iuncto principio, de rescrip. lib. 6.

a Luc. 18.

b Vbi supra.

c 2. part. tit. de iactantia.

17 Deci-

17 *Decimo quinto* peccat, qui per inuentionem nouitatum, filiã secundã vanę glorię, adinuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, ludos, aut alia noua de se mortalia in finem mortalem directa: aut in iacturã notabilis cultus aut Dei, aut boni alieni publici, vel priuati, iuxta mentem omnium. Idẽ de illo, qui vestitu, aut ornatu, animo pelliciendi aliquem ad sui concupiscentiã mortalem, licet ea non sequatur, iuxta S. Thomam *d*: quia finis mortalis est, & ad minimum tam malus est actus, quã eius finis *e*. Idem item de illo qui ea se mẽte quouis ornatu ornat, vt non desisteret ab eo etiãsi vetaretur aliqua lege ad mortale obligante, ob vanam, quã de eo capit, delectationem. Tum quia contra charitatem Deo debitam facit, & cõsequenter peccat mortaliter *f*. Tum quia omne peccatum per eiusmodi complacentiam fit mortale: de tali enim complacentia, & non de qualibet alia debet intelligi illud B. Augustini *g Nullum peccatum*, inquit, *veniale est, quod non fiat criminale, dum placet.* Idem de illo, qui ob ornatum omittit adimplere præceptum, vt qui ob eum omittit missam die festo *h*.

d 2.2. quæst. 169 art 2.
e Cap. cum minister, 23. q. 5. & quæ ibi late dixi post eundem S. Th. recep. q. 10. a. 4. & 8
f S. Tho. 2.2. q. 24 art. 10. & 11.
g Relatum in c. vnum, para. criminis 25. dist.
h Cap. missas de consecra. dist. 1.

18 Nemo tamen peccat ornando se etiam splendide pro sui status decẽtia, & more regionis, modo id bono fine faciat: imo meretur, licet alius, vel alia ad eius cõcupiscentiam per accidẽs alliciatur *i*, solumq; venialiter peccat, qui etiamsi sit religiosus, vel religiosa, se moderate ornat, ob solam vanam leuitatem, ostentando suam pulchritudinem, & elegantem corporis habitudinem, & compositionem absque alio fine, vel circumstantia mortali, imo etiamsi notabiliter modum excedendo id faceret, vt egregie adnotauit Caieta. *k* & merito: quia licet id sit contra virtutem, non est tamen magis cõtra charitatem Dei, proximi, vel propriam, quam prodigalitas, quæ de se non est mortalis, vt infra dicetur, licet sit contra virtutem liberalitatis.

i Argu. cap. quisquis, 42. dist. cap. quæ cõtra mores, 2. dist.
k 2.2. q. 169. art. 2.

19 Nec mortaliter peccat, quãuis sic venialiter, qui cõtra morẽ se ornat, modo id non vetetur lege aliqua ad mortale obligante, nec consuetudine illi æquipollẽte: nec qui se ornat splẽdidius, quã status suus requirit, nisi id esset in causa non soluendi debita, vel nõ prębendi alimẽta cui præbere obligatur, etiãsi ob id alius ad mortaliter peccãdum moueatur: quia eiusmodi actus suapte natura vt plurimum ad solum veniale mouet, & ita qui ob id mortaliter peccat, sua prauitate motus sic peccat, ex mẽte Caiet. *a* quẽ sequimur: quamuis in hoc, & nonnullis alijs, de quibus statim dicetur, Syluester *b*, & nõnulli alij cõtradicãt: quia non satis, vt dixit Caietanus, naturã peccati mortalis perpenderunt: neque etiã fœminę mortaliter peccant ostentantes pectora nuda quo pulchriores videantur absque alia malaintẽtione mortali, secundũ eundem: quia id nullo iure naturali, diuino, aut humano, saltem ad mortale obligante, veratur: nihil enim aliud est hoc, quam pulchritudinem ostendere, quę quamuis summa esset, non tamen adeo incendit, vt ea, cui inest, dicatur pec-

a In d. q. 169 art. 2.
b Verb. ornatus.

tur peccare, eo quod alius per eam mortaliter peccet: quo ille ibidem neruose probat, & deduci potest ex his, quæ de occasione vitanda dicta sunt *c*: quamquam consuetudo hæc digna sit, vt à locis, in quibus est, paulatim extirpetur: vestire se tamen adeo tenui veste, vt pudenda transluceant, est mortale tam viro, quam fœminæ: quia eiusmodi nuditas per se ad luxuriam mortalem prouocat, quod non facit pectorum nuditas, quę per se solam pulchritudinis ostentationem recipit.

c In cap. 5. supra eod.

20 Non est tamen de se mortale, augere & fingere pulchritudinem maiorem, quam insit, ornatu & fuco: licet sit quædam species mendacij operis, nisi ob luxuriam, vel alium finem mortalem id fiat, secundum S. Thomam *d*, quamuis sit graue veniale, sicut diximus *e*, nisi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam iuxta eundem S. Thomam: nullum item est peccatum crinibus siue capillis alienis vti, ad commodum ornatum: sicut nec lana aliena, aut lino terræ vti ad se commode vestiendum: quia de similibus idem iudicandum *f*, quamuis esset peccatum veniale vti eis fingendo esse proprios, quippe, quod esset mendacium operis, iuxta dicta *g*.

d 2.2.q.169. art. 2. ad 5.
e In c. sucare. de consil. dist. 5.
f Cap. dudũ, 2 de elect. & l. illud ff. ad l. Aquil.
g In Cap. 18. supra nu. 3.

21 Et vt confessarius absoluere debet, quem videt, nõ nisi venialiter in hoc peccare: sic etiam absolutionem negare non debet ei, de quo intelligere nequit, an venialiter, an mortaliter peccet: quamuis persuaderi illi non possit, vt ab eo temperet, quia se mortaliter peccare non credit: nec persuadeat ei esse mortale, quod forte tale non est, ne postea id faciens, quamuis non sit mortale, peccet mortaliter, iuxta S. Anton. *h* Rosellam *i*, Syluestrum *k*. Nostro tamen iudicio cautius ageret resoluendo se prius per se, vel alios an sit mortale, nec ne, & postea impartiretur, aut negaret absolutionem *l*, per ea, per quæ diximus, peccare iudicem, qui iudicat, antequam dubietatem animi deponat: aut certe ei persuadeat antequam eum absoluat, vt proponat ab illo abstinere, si per viros idonea scientia, & conscientia pręditos mortale iudicetur: alioqui enim (ni esset valde doctus) non haberet sufficientem contritionem, aut attritionem.

h 2. par. tit. 4. cap. 3.
i Verb. ornatus, parag. 7.
k Eod. ver. qu. 9.
l In capit. si quis autem, de pœn. dist. 7. num. 13.

22 *Decimosexto* peccat mortaliter quæ monialis, vel inhabilis ad contrahendũ cũ aliquibus id scientibus, se illis conspiciendã offert, quo ab illis in vxorem sine iusta dispensatione expetatur: quia peccato mortali alieno consentit. Sed quæ ad nubẽdum est idonea licet nubere nolit, imo castitatem, aut religionis ingressum secreto vouerit, licite sui cõspectũ facere potest, & se ornare, & velle vt ab aliquibus in vxorẽ appetatur, quo in alijs rebus sibi, vel suis faueant, aut ob alium bonũ finem: quia id nullo iure diuino, vel humano prohibetur, & consequenter non dãnandum *a*. Nullatenus etiã peccat fœmina, quę veste virili se vestit, nec vir qui fœminea iusta de causa, veluti ne ab inimicis agnoscatur, aut quia alia veste caret, vel ob honestam sui, aut altetius oblectationem, secundũ S. Thomã *b*: neq; plusquam venialiter,

a Cap. consuluisti, 2. q. 4.
b 2.2.q. 169. art. 2. ad 3.

venialiter, si ob leuitatem id faciat, absque alio fine & circumstantia mortali, iuxta Caietanum c.

c Ibidem.

Decimoseptimo peccat, qui vestit se habitu religionis in opprobrium illius, aut vt eo ad turpia personatus siue laruatus, aut sine larua vtatur d, secus tamen si ad solam leuitatem, aut ad oblectationem, absque malo fine eo vtatur: modo nullum inde opprobrium notabile religioni, vel alicui proximo contingat.

d Arg. c. eum decorem, de vir. & honest. cler. & auth. de sanct. Episc. parag. fin col. 9.

23 Porro curiositas, quæ satis cognata videtur huic secundæ filiæ vanæ gloriæ, est *vitium mouens ad nimis, vel immoderate fugiendum*, ex mente S. Thomæ e, & semper est peccatum, saltem veniale f, siue quis ita scire velit per aliquem quinque sensuum exteriorum siue interiorum, siue per intellectum: quia est contraria virtuti studiositati, de qua S. Thom. g & rationi repugnat. Mortale vero tantum, quum aliqua circumstantia mortalis ei adiungitur, secundum eundem h, & Caietanum i: vt quum quis scire cupit aliquid transgrediendo aliquam legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, se, vel alium obijciendo periculo probabili perdendæ salutis animæ, vel corporis, vel proximum notabili damno honoris, vel fortunarum, per supradicta, & per dicenda k.

e 2. 2. q. 167. & S. Ant. 2. part. tit. 2. c. 7. parag. 2.

f Cap. nonne 3. d.

g 2. 2. q. 166.

h Dicta qu. 167. art. 1.

i In summa verb. curiositas.

k Cap. seq. de quinque sensibus.

25 Exempla quædam vtilia & quotidiana sunt de virgine, volente curiose nosse, quãta sit copulæ carnalis delectatio, quamuis eam experiri nolit: nam si eam experiri vellet, aliud peccatũ luxuriæ præter curiositatem committeret a: de illo item, qui vult scire alienum peccatum auscultando confessionem sacramentalem alteri factam b, & de illo, qui vt discat aliquid, missam præceptam omittit, aut maleficium aliquod conficit, aut diabolo se commendat, aut eum in magistrum ad discendum suscipit, per multa quæ diximus c.

a Caiet. 2. 2. q. 167. art. 2.

b Arg. cap. omnis, de pœn. & rem.

c In enchirid. de indi. not. 1. num. 12. & seq.

d Cap. sacerdotes, 39. dist.

26 Et de illo, qui cognitionem rerum officio suo necessariarum negligit, quo non necessarias cognoscat: vt parochus, qui ob studium poëtis, vel officij mechanici, ignorat res audiendis confessionibus, vel alijs agendis, officio suo necessarias d, vt diximus de illo qui vitia alterius inquirit animo eum notabiliter infamãdi: facere enim id bono animo, quo præclara imitemur, aut praua ex charitatis regula corrigamus, sine alia mala circumstantia, virtutis actus est f, quia id non est appetitus inordinatus, sed ordinatus.

e In Enchiridio, de Orat. c. 13. n. 175. & in 8 nouit. not. 2. n. 24. & num. 15.

f S. Thom. 2. 2. q. 167 a. 2. ad 4.

27 Exemplum item est de illo, qui appetit scire aliqua secreta ab eo, qui absque peccato mortali, non violando mortaliter legem naturalem, vel iuramentum, vel promissionem de secreto seruando, non potest ea illi reuelare, per dicta supra g.

g Cap. 12. n. 23. & c. 18. nu. 62.

28 Et de viro volente videre fœminam nudam, vel eius pudẽda: & de fœmina volente videre virum nudum, vel eius pudenda, credens, aut credere debens, ex illo aspectu tali loco, & tempore habito consensum iri actui, aut delectationi mortali, aut pollutionem sequuturam.

29 Et de

29 Et de illo, qui vt sciat quantam in castitate constantiam ipse & alia habeant, loquitur solus cum sola, tempore, & loco secreto, credens, aut credere debens, se causam fore, vt alteruter eorum alicui mortali saltem delectationis morosę consentiat.

30 Et de illo, qui legit, vel audit libros amorum, & gestorum lasciuorum, & luxuriosorum, credens, aut credere debens, se vel alium consensurum saltem alicui delectationi morosæ, iuxta mentem S. Isidori *h*, & S. Antonini *i*. Et certe è Repub. Christiana foret, ne libri Ouidij amatorij in scholis legerẽtur, nec Martialis, Iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plauti, Terentij, & alij eius generis, nisi purgati à locis libidinis incentiuis.

h Cap. ideo 37 dist.
i 2. Par. tit. 3. c. 7. parag. 3

31 Et consequenter etiam Celestina, liber vulgo adeo plausibilis, nisi magna ex parte purgatus: quin & reuocarentur in scholas Grammatices hymni, & orationes, quas collectas vocant, Homiliæ, & auctores Christiani egregie Latini, qui fere soli olim in eis prælegebantur, vt late diximus *k*, quo pueri simul cum literis pietatem imbiberent.

k In Enchi. de Ora. c. 19. num. 171. & seq.

32 *Decimooctauo* peccat, qui per Hypocrisin tertiã filiam vanæ glorię, modo dicto, vel *a* pertinaciã quartam filiam, inordinate suã opinionẽ defendit in ijs, quæ ad fidem Catholicam, & mores pertinent, contra cõmunẽ sensum doctorũ Ecclesiæ, aut in damnum iniustum proximi notabile: alias enim pertinacia est venialis, præsertim quãdo se cõtinet intra metas intellectus, credendo, & operãdo secundũ communem Ecclesiæ doctrinam *b*.

a Sup. c. 18. n. 8.
b Iux. Caie. in sum. verb. pertinacia.

33 *Decimonono* peccat, qui per discordiam inordinatam quintã filiã vanæ gloriæ, voluntati alterius non vult suam conformare circa doctrinã boni diuini, aut humani necessarij ad salutem propriã aut alienam, animæ, vel corporis, aut honoris, vel alterius boni proximi, secundum mentem S. Tho. *c* nam solum veniale est discordare sic in alijs, etiã sub pœna venialis tãtũ præceptis, neque etiã veniale in eis, in quibus etiam sub pœna venialis concordare nõ tenẽtur: vt nõ concordare roganti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiunẽt, &c. secundũ eosdem *d*.

c 2 2. q. 33. art. 1. & Caiera. in sum. verb. discordia.
d Vbi supra.

34 *Vigesimo*, qui per contentionem sextam filiam vanæ gloriæ, contra perspicuam veritatem altercatur circa pertinentia ad sanctã fidem Catholicã, aut ad salutem animæ, aut corporis necessaria: alias enim non peccat nisi venialiter, iuxta Caieta. *e*

e In summa verb contentio.

De inobedientia septima filia vanæ gloriæ.

35 *Obedientia, & inobedientia specialis, & generalis quid.*
35 *Inobedientia quæ mortalis, &* 36.
37 *Obediendum in quo non est superiori, &* 4. *seq.*
42 *Contemptus legis verus quid, & quis præsumptus.*
43 *Legis obligantis ad mortale, etiam receptæ, transgressionem quæ excusant, &* 44.

45 Igno-

45 *Ignorantia triplex, & quid vnaquæque illarum, & 46.*
47 *Ignorantia interdum excusat à pœna legis & ab ea.*
47 *Officium, vel artem sine peritia, & scientia exercens quis peccat?*
48 *Lex quæ humana obligat ad mortale, & seq.*
49 *Lex concepta verbo constitutiuo, & non præceptiuo, quid faciat.*
50 *Legis nullum vnicum verbum originario significatu signat mortale.*
51 *Leges multæ naturales ad solum veniale obligant.*
51 *Lex Ecclesiastica verbis præceptiuis, maxime istis vtens ad mortale obligat, secus de seculari, quæ tamen non tollit pœnam per aliam statutam & seq.*
56 *Lex pure pœnalis & mixta vt differant.*
57 *Pœna magna vt potest esse iusta sine culpa, & seq.*
62 *Vidua fornicata peccat fruendo re à marito relicta vt caste viuat.*
63 *Lex in parte recepta ad eam ligat.*
63 *Pœna exclusionis à collegio ipso iure incursa non tenetur quis in conscientia.*
64 *Commissum capitur iuste in conscientia, & etiam tacetur.*
65 *Laudemium soluere non tenetur donans, sed sic vendens.*
66 *Pœna etiam ipso iure imposita non debetur in conscientiæ foro, nisi, &c. num. 67.*
68 *Consuetudo optima legis interpres.*

35 DE inobedientia septima filia vanæ gloriæ *dicendum primo*, quod obedientia prout est specialis virtus, *est virtus inclinans ad faciendum, quod iubetur eo principaliter, quod iubetur.* Et contra inobedientia, prout est speciale vitium, *est vitium inclinãs ad non faciendum quod iubetur, eo principaliter quod iubetur,* vt singulariter tradit S. Tho. receptus *a*, ita quod ex duobus conficitur inobedientia specialis, scilicet ex non faciendo iussum, & ex animo non faciendi illud, eo principaliter, quod iubetur. Et è contrario obedientia, prout est virtus generalis, comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit quod iubetur, siue faciendo, siue omittendo: & inobedientia, prout est generale vitium, omnes actus omnium vitiorum, quibus non fit quod iubetur, siue faciendo, siue omittendo, secundum eundem vbi supra receptum. Et ita non est inobedientia non facere consultum, sed sic non facere iussum, etiamsi non obliget ad plusquam veniale, vt probat Caietan. *b*

a 2.2.q.104. art.2.

b In dicto art.2.

36 Est tamen hoc discrimen, quod nõ facere iussum obligans ad mortale, est mortale, quamuis non omittatur eo quod iubetur. Non facere autẽ quod ad solum veniale obligat, non nisi quãdo omittitur eo principaliter quod iubetur, quæ est inobedietia specialis, vt idem ibidẽ subtiliter declarat. Hoc præmisso dico, quod peccat, qui deliberate omittit facere quod sibi iubetur satis aperte à superiore, animo cũ obligandi ad mortale,

nesciens

nesciens id sibi ab eo iuberi non posse *c*. Dixi, *deliberate*; quia primus motus, quo renuitur iussus, solum est venialis, secundũ eundem S. Thom. *d* Dixi, *quod sibi iubetur*; quia omittere consultum non est de se vllum peccatum.

37 Dixi, *animo eum ad mortale obligandi*; quia alias non peccaret mortaliter. Dixi, *nesciens id sibi ab eo iuberi non posse*. Tum quia nõ oportet quod sciat id ab eo iuberi posse: satis enim est, vt dubitet de illo *a*, quãuis talẽ dubietatẽ deponere debet, priusquam faciat, credẽdo id posse sibi iuberi propter auctoritatẽ eius, ne faciendo contra conscientiã dubiam, peccet, per ea quę dixi *b*.

28 Si tamen crederet probabiliter superiorem per errorem iussisse, aut non iussurum fuisse, si veritatem nosset, non peccaret non parendo *c*. Tum quia multa sunt, ad quę superior subditum obligare non potest, secundum S. Tho. receptum *d*: quale est contrarium pręceptis superioris iubentis, scilicet Dei Papæ, Ecclesię, aut alterius *e*: quale illud, ad quod iubentis potestas non se extendit: vt sunt actus omnino interiores, quibus non est opus præceptis exterioribus implendis, vt post eundẽ ibidem dixi *f*: vt etiam sunt actus spirituales respectu superioris secularis *g*, & vt actus gubernandi ciuitatẽ respectu ducis exercitus *h*. Reuelatio item peccati omnino occulti *i*, & iteratio cõfessionis legitimæ respectu omnium, vt dictum est supra *k*.

39 Qualis etiam iussus, ne iubentis superiorẽ alloquatur: quales asperitatis religionis, ad quas nec expresse, nec tacite regula extenditur *l*, nisi in pœnam contumacię, vel alius delicti imponantur *m*. Qualia itẽ alia impertinentia ordini & regulę: vt sublatio paleę à terra, aut intuitio volatus auium diu continuatus, Syluester *n*. Non est tamen tale, id quod est contra regulam suam & ordinem, aut legem, ad quod prælatus dispensare potest: quia si iusta de causa id ei iuberet, parere deberet: vt si præciperet subdito, ne ieiunaret tali, aut tali die pręcepto per legẽ, aut regulam, eo quod credit probabiliter eum esse ad id impotẽtem: quamuis si sciret superiorẽ falli, nõ teneretur, per supradicta *o*, quicquid dicat Rosella *p*: quia magis oportet obedire Deo, quam hominibus *q*. Dixi, *Satis aperte*, quia sufficit vt iubeatur verbis claris, vel obscuris, satis id significantibus. Sufficit enim, vt intentio iubẽtis, quod ita voluit iubere, intelligatur *r*.

40 *Dicendum secundo*, peccare *primo*, qui transgreditur legẽ humanam iustam, promulgatam & receptam, & non abrogatam, obligantem ad mortale sine iusta ignorãtia id causante, aut alia iusta causa aut dispẽsatione valida, elapso tempore quod ad obligandum requiritur *s*. Dixi, *Legem humanam*, & non canonicam: quia etiam contra secularem potest mortaliter peccare, iuxta glos. receptam *a*, quamuis illa mihi hoc non dicat. Dixi, *Iustam*; quia iniusta non obligat: qualis est facta à nõ habente po-

c C. 2. de maior. & obiect. c. 8. q. 1.
d 2. 2. q. 105. a. 1. ad 1. & parag. fi. 3. dist. & Caiet. d. q. 104 art. 4.
a Cap. quod culpatur 23. c. q. 1.
b In c. si quis autem, de pœ. dist. 7. nu. 81. cum seq. & supr. c. 16. nu. 40. & seq.
c C. si quando, &c. pastoralis, de rescript.
d In dict. q. 104. art. 5. & in cap. 13. ad Rom.
e C. si dominus c. qui resist. 11. q. 3.
f In ca. cogitationis, de pœn. dist. 1.
g Ca. fin. de reb. Eccles. ca. Ecclesia, de const.
h l. Magisterij, C. de iurisd. omn. iud.
i Cap. erubescant, 32. dist.
k Cap. proximo, nu. 43. & c. 9. nu. 14. & seq.
l Cap. gesta. 74 dist.
m Cap. dilectus, 2 cap. quoniam, de simon.
n Verb. reli. q. 6.
o Syl. vbi sup.
p Verb. obedientia parag. 10.
q Act. 5. & dict. c. si dominus, 11. q. 3.
r Cap. intelligentia de verb sign. ca. rogo 11. q. 3. cap. dilectissimis, 13. Maior. & ola.

q. 1. Clem. 1. de testam. adiunctis gloss. & annot. per Felin. In cap. nam, de const. 8. Cap. 2. de cap. 1. 14. q. 1. a in c. quæ in ecclesiarum, de const. it.

testatem *b*, aut principaliter ob vtilitatem priuatam, non autē publicam, secundum S. Th. *c* aut cōtra diuinam, naturalem, aut supernaturalem *d*, & quæ subditis est inęqualis *e*. Dixi, *Promulgatam*; quoniam lex ante promulgationem non obligat *f*, quod recte defendit Decius *g*.

41 Dixi, *Receptā*; quia antequam recipiatur, saltem per maiorem partem vniuersitatis, cuius pars est transgressor, non ligat: quoniam promulgari videtur cū conditione, si recipiatur *saltem per maiorē partē*, vt singulariter dixit Dominicus *h* per recētiores receptus ibi *i*, & profundius Felinus *k*. Dixi, *Non abrogatam*; quoniā abrogata per aliam legem contrariam, aut per consuetudinem, nō obligat *l*. Dixi, *Quæ ad mortale obligat*; quia transgrediens eam quæ solum ad peccatum veniale obligat, venialiter tantum peccat *m*: qui autem solum consultoriā, vel exhortatoriam nec etiam venialiter peccat *n*, nisi faciat id ex contēptu *o*.

42 Dicitur autē transgredi legem ex contēptu quisquis principaliter mouetur ad id eo quod illā, vel illius auctoritatem parui facit: nō autē qui mouetur & inducitur ad id principaliter per iram, auaritiā, aut aliam causam etiā iniustam, secundū vtrumq; Tho. *p* & Archid. *q* & Dominic. *r* quantumlibet illud inuoluat Felinus *s*. Nec etiam ad id satis est consuetudo peccandi, iuxta S. Th. mētem *t*, quam optime, & dilucide declarat Caiet. quicquid dicat Richardus *u*, quem sequitur Angelus *x*: quia quāuis consuetudo multū faciat ad præsumendū prædictum contemptum in foro exteriori, nil tamen facit quoad interius, vbi sola veritas cōsideratur *y*, vt etiam illa glos. celebris *z* quę dicit, eū, qui sine iusta causa transgreditur, videri cōtemnere, intelligenda est in foro exteriori, nō interiori, per prędicta. Verum tamē est consuetudinem transgrediendi aliquam legem multum incitare ad contemnendam illam, ideoque ab ea cauendum est.

43 Dixi, *Sine iusta causa*; quia hæc semper à mortali excusat, iuxta mentem S. Thom. *a* Archid. *b* & Pan *c* Illa vero causa videtur iusta, propter quam legislator si pręsens foret, eum excusaret *d*, & etiam causa, quę bona fide pro iusta habetur, & ob quam, nisi talem eam iudicaret, contra legem nō faceret, à peccato mortali excusat, quamuis non à veniali, iuxta mentem Paludani *a*, & Syluestri *b*, quod singulariter explicat Caieta. *c*

44 Dixi, *Sine iusta dispensatione*; quia si est iusta, omnino excusat, *d* imo & si est iniusta, eo solo, quod sit data sine iusta causa, modo detur absq; surreptione per eum, qui sine causa iusta valide potest dispēsare, licet sic dispēsando peccet, excusat saltē à mortali, secundū omnes, licet quandoq; non à veniali, iuxta ea, quæ nuper scripsimus *e*. Dixi, *Elapso tempore*; quia constitutiones pōtificię, vel imperatorię non obligant, nisi post tempus in ipsis

b Arg. c. 2. de consti. li. 6. & l. fi. ff. de iuris. om. iud.
c 1. 2. q. 90. a. 3.
d Ca. erit autē lex. 4. dis.
e Ca. cū omnes de cōsti. & Panor. recep. in c. 1. eod. tit.
f Ca. in istis parag. lege, 4. di.
g In ca. 2. de constit.
h In dicto parag. leges.
i Et in ca. 2. de constit.
k In ca. 1. de treu. & pac. a num. 12.
l Cap. 1. de const. li. 6. & gl. & omnes in ca. eo. tit.
m Ca. vnum parag. criminis, 25. dist.
n parag. fi. 4. dis. & c. fi. 14. qu. 1.
o Iux. gl. singul. ca. quis autē, 10. dis. vt dictū est sup. c. 20. n. 2. p. 2. 2. q. 189. art. 9.
q In c. quicunque 81. d.
r In c. nullus 55. dist.
s In ca. cum quidē de iureiur. col. 3. & 4.
t 2. 2. q. 186. art. 9.
u In Quodli. 1. qu. 10.
x Verb. inobedientia, parag. 1. & ver. feriæ, parag. 42. & alibi sæpe.
y Ca. tua de sponsal. c. humanæ, 22. q. 5.
z In c. metropolitanum, 2. quæst. 7.
C. Per gl. sing. q. 2. 2. 2. q.

a 1. 2. q. 56. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 1. b In ca. vtinam 76 dist. c In rubric. de obser. eius & receptam l. tale pactum, parag. qui prouocauit, ff. de pact. a In 4. di. 15. q. 4. b Verb. iniuriā, 147. c. 3. d Ca. 1. de voc. & c. de multa, de præb. e In comm. c. nō liceat Papæ, 12. q. 2. parag. 4

præfixum,

præfixum, si quod pręfigatur, alias post duos menses ab ipsarũ promulgatione facta in prouincia *f*, iuxta opinionem cõmune, & veram Ant. quam tenuimus *g*. Quamuis lex inferiorum, quæ non præfigit tẽpus, simulatq; promulgatur, & scitur, liget, iuxta communem (& etiam Pontificia, & Imperatoria, si in illa dicatur, vt iam inde à principio obliget) quoad pœnam intrinsecã irritationis actus per eã prohibiti: nã quod pœnã extrinsecam semper iusta ignorantia excusat, etiam post quemcunque temporis lapsum, licet postea non ita præsumatur sicut antea *h*.

45 Dixi, *Sine ignorantia iusta causante illud*; quia vt excuset oportet quod sit iusta, & causa actus: est enim triplex pręfata ignorãtia: nẽpe, affectata, crassa, siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, qua quis ignorat quod scire tenetur, quia nõ vult scire, quo liberius absque suæ conscientię contradictione, vel alia de causa iniusta peccet, iuxta illud: *Noluit intelligere, vt bene ageret*: quę adeo nõ excusat, aut minuit peccatũ, vt etiã augeat ob circũstãtiã mali desiderij. Crassa vero siue supina est, qua quis ignorat id, quod cõmuniter omnes sui ordinis sciunt: quod cõtingit per culpã latam, de qua supra *k*, quę excusat à tanto, sed non à toto.

46 Iusta vero (quæ à Theologis inuincibilis, & à nostris probabilis appellatur) est, qua quis ignorat quod non oportet eũ scire *l*, & qua cõmuniter homines eiusdem ordinis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Thomam *m*: qualis est eius, qui petit consilium à viris habitis pro præditis scientia, & consciẽtia in id sufficienti, qui false illi consulunt *n*: & hæc omnino excusat, quando est causa actus: ignorãtia enim interdum est peccati causa, interdum non, sed eius comes. Est causa, quando actus non fieret, nisi ignoraretur. Est solum comes, quando peccaretur, etiamsi sciretur: & hęc numquam à culpa excusat: illa vero interdum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est.

47 Ex quo sequitur, quod non excusantur omnino prælati, medici, aduocati, & alij officiales, qui suas artes exercent sine iusta scientia, & notitia eorum, quę sua officia & munera præ requirunt: cum inde notabile damnum spirituale, aut corporale proximis euenturum probabiliter credi possit: quia eorum ignorantia non est iusta, cum sit eorum, quę sui ordinis homines communiter scire solent, & debent *a*.

Addo his, quod licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinam quoad eius dispositionem, & quatenus est talis: potest tamen esse iusta quoad pœnam humanitus statutam, si illa est excommunicationis, secundum Anton. *b* pro quo est casus *c*. Imo etiam si sit alia quælibet communiter non statuta eadem ratione, vt efficaciter defendimus *d* post S. Antoninum *e*, cui consentit Angelus *f*, & Syluester *g*, & Caietanus *h*. Quod maxime procedit in foro conscientiæ, quoad quod multos pios quis cõsolari potest, maxime in materia censurarum & irregularitatum.

f Anthe. vt fact. nouæ constitutiones, col. 5.
g In c. 2. de constit.
h Ca. præsumitur, de regul. iu. li. 6.
i Psal. 15. rola in c. adeo 37. diuin.
k Ca. 17. nu. 177.
l 1. q. 4 parag notandum
m Vbi supra. q. 76. art. 3.
n Arg. c. capellanus iũcta gloss. 2. de for. & eorum, quæ tradit Alex. consil. 1. col. 4. vol. 2. & S. Anto. 1. par. tit. 3. ca. 10. parag. 10.
a Per l. idem iuris, parag. 1 ff. ad leg. Aqui. & c. non est putanda, 2. q. 4.
b In c. à nobis, 1. de sen. excommun.
c In ca. 2. de consti. lib. 6.
d In ca. 2. de constit.
e 3. par tit. 24. c. 13. sub. fin.
f Verb. ignorãtia, parag. 4
g Ver. ignorantia, q. 8.
h 2. 2. q. 76. art. 3. col. 2.

Quæ lex humana obligat ad mortale.

48 EST tamen quæstio quam hoc in loco optaueramus vt definiretur à sacrosancto Conc. Trid. quod & optauerunt alij, in quibus fuerunt Caietanus *i*, & Henricus *k*. Quæ lex humana obligat ad mortale. Pro cuius aliquali explicatione dico *primo* iuxta doctrinam S. Thomę *l* communiter per Theologos, & Canonistas approbatam *m*, non solum leges diuinas, sed etiã humanas iustas, etiam quatenus sunt humanę, tam seculares, quam ecclesiasticas posse obligare, etiam in foro conscientiæ, ad peccatum veniale, imo & mortale *n*, & alia multa, quę nuper adduximus *o*, addendo, mutando, & detrahendo multa ijs, quæ Castrensis copiose scripsit in duobus libris *p*, in quorum priori *q* late hoc deducit. Quod ipsum etiam facere possunt statuta ciuitatum, iuxta glossam singularem *r* receptam quoad hoc: quamuis illa id mihi non satis dicat. Imo & de facto obligant ad mortale illę leges & statuta, quorum auctores intendũt per illa ad mortale obligare, iuxta communem, saltem si vt tales receptæ sunt: quod addo, propter 10. dictum infra positum.

49 *Secundo*, quod nullę leges, quarum latores id non intenderunt, obligant ad mortale. Tum quia nec vllæ diuinæ consultorię, etiam ad veniale obligant, iuxta S. Augustinum receptum, *s* & aliquot earum pręceptiuarum tantum ad veniale obligant, secundum Caietanum *t*. Tũ quia, vt dixit S. Thomas *u* receptus à Ioan. Andr. & alijs *x* statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, nec veniale, sed solum ad pœnam exteriorem: quia eorum auctores hanc vim illis tribuere noluerunt. Tum quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum *a*.

Tertio, quod non obligant ad mortale leges etiam canonicæ, quę nõ habent verba pręceptiua, vel prohibitiua, sed solum ordinariua, vel constitutiua, etiamsi sint imperatiui modi: qualia sunt illa: facite, dicite, faciant, dicant *b*, & alia similia, quæ iuxta communem intelligentiam non significant præceptũ, nec prohibitionẽ, iuxta S. Thomam communiter receptum *c*, probatũ à Panor. & communi *d*, licet Felinus *e* cõtra senserit *f*, cuius opinio procedit in illis, quę ponũtur in materia, quę de se ad mortale obligat, quia fundamẽta eius ad illa sola extendi videntur, & id sentit glossa recepta *g*. Quamuis tunc nõ tam obligat illa lex, quam alia, quę eiusmodi materiam talem fecit. Exemplũ in *c*, statuimus *h*, in quo verbum *statuere* importat pręceptum, eo quod ponitur in materia alias præcepta, scilicet trãsactionis iustę, quę pręcipitur seruari *i*. Ratio huius tertij dicti est, quia illa verba videntur significare, quod quãuis auctor eiusmodi legis habeat animũ, vt actus transgrediendi illam legem sit vitiosus, licet ante illã fuisset indifferens, & consequenter voluerit obligare ad veniale, quia vt minimũ tale est quilibet actus vitiosus: quia tamẽ non pręcepit, nec prohibet, videtur noluisse obligare ad mor-

i 2.2.q.126. art.5. col.4.
k De synod. 3.part.art.1. num.270.
l 1.2.q.69. art.5.
m In c.1.de constit.
n Per ca.13. ad Rom.
o In Comment. c.fraternitas, 12. q.2.
p De leg. pœn.
q Cap.4.
r Ca.quæ in Eccles.de constitut.
s Ca.vlt.14. q.1.
t Tomo 1. tract.25.q.1.
u 2.2.q.186. art.9.ad 1.
x In ca.relatum de cler. vel monach.
a l.non omnis ff.si cert. pet. l.in agris, ff.de acquir. rer. dom.
b Clem.exiui.parag.& quia de verbo signific.
c In dicto a.9.
d In ca.num. de constitut.
e ibid.
f Col.3.
g In clem.3. de testi.ver. exhortamur.
h De trans.
i Per ca.qualiter, de pact. & l.1.ff.eod.

ad mortale, iuxta singularem declarationem Caietan. *k*

59 *Quarto*, quod nullum est verbum Latinum, quod solum in aliqua lege positum sufficienter significet suo significatu originario mentē illius latoris fuisse, transgressorē obligare ad mortale, nec consequenter illa verba, *Teneatur, Debeat, Obligetur*, nec illa, *Præcipimus, Obligamus, Vetamus, Inhibemus, Mandamus, Prohibemus*. Tum quia sunt generalia, & tam apta ad inducendam obligationem ad culpam venialem quam ad mortalē *l*. Atque ideo in dubio intelligenda potius de culpa & pœna veniali, quam de mortali: cum leges, quæ recte possunt intelligi de pœna maiori & minori, in dubio de minori intelligendæ sint *m*.

51 Tum quia multæ leges etiam diuinæ, & naturales pręceptiuæ ad solū veniale obligant, vt probat Caiet. *n* qualis est lex de non mētiendo iocose, aut officiose sine dāno alterius: qualis item lex de non furando minima, de non ridendo immoderate: omnes enim hæ leges sunt præceptiuæ, earū tamen trāsgressio est solū venialis, secundum omnes Catholicos. Tū quia S. Thomas agens de præceptis charitatis *o*, & prudentiæ *p*, & iustitiæ *a*, & fortitudinis *b*, & temperantiæ *c*, ita comprehendit ea quæ obligant ad veniale, sicut quæ ad mortale: quod speciatim tradit Caiet. *d* & à Castro tacito eodem *e*, & nos nuper *f*.

52 Dixi, *De se, & suo originario significatu*: nam de accidentali, quē vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio Conciliorum, Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiua & prohibitiua posita in lege Ecclesiastica significant in dubio conditorem eius habere animum obligandi ad mortale, nisi aliud in ea positum contrariū iudicet per d. *clem. exiui g*, quæ habet, S. Frāciscū noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quod ad aliqua ex regula addidit verbum; *Præcipiens*, quod ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua non.

53 Et quāuis responderi posset, esse ibi speciale in hoc verbo, *Præcipio*, posito in ore tā magni Sancti, & auctoris tam sanctæ, & arctæ regulę, & ad subditos tantę perfectionis, & asperitatis: quāuis item forte expediret respondere, quo obligatio multarum legum Ecclesiasticarū antiquarum suo pristino statui obligandi restitueretur; quia tamē illa *clem.* dicit, quod ex significatione, & vi verbi pręceptiui nascitur eiusmodi obligatio, tutius esse cēseo quousq; aliter interpretetur sancta sedes Apostolica, sequi prædictos patres clarissimos, & consequenter concedēdū est vnū quod est satis durum populo Christiano, quod intentio cuiuslibet legislatoris Ecclesiastici, vtētis in sua lege verbo pręceptiuo, aut prohibitiuo, est obligare ad mortale, vt tenet cōmunis *h*, nisi per aliquod aliud verbū, aut signū exprimatur cōtrariū, aut significetur. Et à fortiori si ita dicat, *Arcte præcipimus*: *i* & adhuc à fortiori si ita, *In virtute sāctæ obediētiæ præcipimus*, *k* aut *sub obtestatione iudicij diuini l*, cum per eiusmodi additiones obli-

k 1.2.q.69. art.4. & d. opus 25.q.1.
l Arg. c.1. de despon. imp. & princip. regulæ S. Augu. & eorum, quæ habentur 6. ethic. de præcepto, quod sit actus prudentiæ.
m l. interpretatione, & l. si præses, ff. de pœn. & c. in pœnis, de regu. iur. l. 6.
n Vbi supra.
o 2.2. qu. 44.
p Quæst. 56.
a Quæst. 72.
b Quæst. 147.
c Quæst. 119.
d 2.2. quæst. 186. art. 9.
e Lib. 1. de leg. pœn. c. 5.
f In ca. fraternitas, 12. q. 2.
g parag. cum autem de verb. sig.
h In d. c. nā.
i Vt in clem. dudum de sepul. in prin.
k Glos. clemen. si dominu, parag. idcoque, de reliqu. & vene.
l Clemen. 1. de immun. eccles.

gationis incrementū significetur. Propter quod iustius nobis videtur, quod doctissimus Medina dicit *m*, quā dictum Castrēsis *n*, scilicet hoc verbū (*oportet*) in lege Canonica positū tantū obligare, quam illud (*debet*) aut (*obligatur*) quia vsus sacrorum canonum, & ipsorum interpretum ita communiter interpretatur *o*, & Fort. *p* à fortiori lex, quæ continet pœnam præsupponentem peccatum mortale, ad hoc obligat: quamuis verba præcipientia, & prohibentia non contineat: cum illa magis, quam prædicta verba animum ad mortale obligandi significet: nam qui vult aliquid, videtur velle aliud, sine quo id esse non potest. *q* Atque ideo ad mortale obligat lex, quæ præcipit, aut vetat aliquid sub pœna excommunicationis maioris, aut simpliciter sub pœna excommunicationis, quia de maiori intelligitur, siue addatur ipso iure, sine nō *a*: quia excommunicatio maior præsupponit peccatum mortale *b*, nisi prærequirat monitionem, iuxta Caietanum *c*, & Castrensem *d*. Nō est tamen idem de pœna suspensionis, interdicti, aut irregularitatis, quę aliquando sine culpa adhibetur *e*. Sed sic de ęternæ indignationis Dei, & S. Petri, & Pauli, aut alia simili, quæ solum in statu infelici peccati mortalis locum habet. Et idem dicendum est de lege, quæ continet has & alias coniunctim pœnas temporarias.

54 *Quinto*, ex hoc quarto dicto sequitur, quod leges seculares ad mortale nō obligāt eo solo, quod verba præceptiua, & prohibitiua contineant. Tū quia nec significatio & vis eorum originaria, nec accidentaria inducta per vsum seculārē, talem obligationem indicat. Cum manifestū sit, reges & iudices seculares numquam regulariter interpretatos fuisse ita, vt in eiusmodi legibus talis obligatio cōtineretur: quia principaliter pœnas tēporarias (quas infligere & tollere trāgressoribus possunt) respiciunt *f*, nō spirituales, quas nec infligere, nec tollere possunt etiā ministerialiter, vt Ecclesiastici *g*. Tum quia eadem ratione neq; etiam leges diuinæ obligationem ad mortale inducunt eo solo, quod per verba præceptiua ferantur, vt recte notauit Castrensis: *h* cum vsus iuris canonici sicut robur diuino non adimit *i*, ita etiam non addit, vt quatenus est diuinum, obliget magis quam ante illum obligaret *k*: atque ideo voluntas Dei an fuerit obligādi nos ad mortale, vel nō per suam legem in qua ponitur verbum præcipiens, & mandans, colligenda est ex declaratione Prophetarum, Apostolorum, summorum Pontificum, Cōciliorum, aut Doctorum sanctorum & sapientum, qui sua auctoritate, aut rationibus efficacibus illam eiusmodi esse persuadent *l*.

55 *Sexto*, quod quousque contrarium à sancta sede Apostolica declaretur, probabilius nobis videtur, leges humanas etiā præcipientes (præsertim seculares, quæ pœnam temporariam constituunt) in dubio ad æternā non obligare, quatenus sunt leges eius, qui cā pœnam statuit. Tum quia si hoc defendi iuste

posset

m In c. de pœn. tract. de ieiunio, col. 35.
n In d. ca 5. o Iux. glos. ca. 1. de rescript. lib. 6.
p In l. 1. ff. de iust. & iur.
q l. illud, ff. de aequ. hæred. c. præterea, de offic. deleg.
r Ca. penul. de sent. excommu.
a Caietan. in dict. art. 9.
b Ca. nemo, c. nullus 11. q. 1.
c Ibidem n. 338.
d Vbi sup. 5.
e Ca. si ciuitas & c. si sententia, de sent. excom. li. 6. & c. si quis viduam cum glos. 55. dist.
f Ca. facta 4 dist. & l. 1. ff. de iust. & iur.
g Ca. ipsi sacerdotes 1. qu. 1. c. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. vers. ipsi enim, & cap. quodcunque 24 q. 1.
h In dicto a. 5
i Cap. sicut quidam, 25. qu. 2 clem. nec Romani, de elect.
k Arg. c. cum inferior de maior. & obed. c inferior, 25. distinct.
l Ca. secundum 19. dist. ca, p. de libellis 20. dist. clemens, ad nostrum de hæret. cum eis annot & eorum, quæ not. S. Thom. quodlib. 6. art. 16.

posset,defendi deberet:quia conueniret,vt leges humanæ,quæ ad mortale obligarent,paucæ essent. Tũ quia multi Catholici, in quibus sunt Imol.*m* & Felinus *n*. & Cajet. *o* tenuerunt nullas leges,quamuis pœnas temporarias non statuant,quatenus sũt humanæ,ad mortale transgressorem sine contemptu, & scandalo obligare:licet nobis oppositum videatur,si constat legem esse iustam,& voluntatem legislatoris fuisse, eius simplicem transgressorẽ ad mortale obligare. Tum quia in dubio iudicare debemus legem esse minus pœnalem *a*. Tum quia qui de duobus propositis alterum affirmat,alterum negare videtur *b*. Et ita legislator qui ad pœnam æternam & temporariam potest obligare,hãc irrogando,illam excludere videtur,vt dixit Matt. Mathes. doctor doctissimus *c*. Tũ quia consuetudo antiqua ita videtur interpretata,præsertim leges seculares, de quarũ transgressione non consueuit fieri scrupulus conscientiæ, neque doctis,nec indoctis,neque pœnitentibus, nec confessarijs,neque alijs cuiusuis conditionis, ordinis, vel sexus hominibus, nisi cum per eas etiam lex diuina,naturalis,aut reuelata, aut canonica infringeretur. Tum quia gentiles legumlatores de pœna æterna nil curarunt:& paucissimi seculares ex Christianis reperiuntur,qui dicant suam intentionem,quando eas ferunt,aliam pœnam temporariam imponendo,esse ad æternam obligare, ad quam diuina vel naturalis non obligat.

36 Tum quia satis superque probat Castr. *d* legẽ pure pœnalẽ, hoc est legem quæ constituit pœnam absque aliqua prohibitione,ad aliquã culpam non obligare,quatenus est talis, vt dixerunt Henr. *e* & Angel. *f* & non est magna differentia realis inter hanc & illã quam idem mixtã appellat, quæ prohibet, & pœnã decernit,vt sentit Henr. & probat Sylvest. *g* qui profecto non erat dignus tanta reprehensione, quanta præfatus Alphõsus Castrens. eum reprehendit,eo quod distinctionem verbalẽ & puerilẽ appellasset,qua quãuis,sicut efficaciter ille probat, pœna non semper præsupponat culpam *h*,ideo licet qui constituit pœnam,non semper ad culpam obligare velle,nec præsupponere obligationẽ ad illam videatur, cõmuniter tamen sic,vt probauimus *i*. Regulariter enim ob culpam statuitur, quamuis interdũ ob solam causam *k*. & prędicti Henr. & Ang. & Sylvest. loquuntur de pœna constituta ob male commissum, vel omissum. Et sicut hac nostra consideratione colligit Syl. *l* vtramque legem ad culpam obligare,quia cũ altera obliget, & neutra ab altera in hoc differat,etiam altera dicetur obligare: ita nos cõtra colligimus quod cũ altera non obliget, & neutra in hoc ab altera differat,etiã altera non dicetur obligare: quę nostra collectio eo magis est recipienda,quã sua,quo mitior est,& magis pœnã minuit *m*. Dixi in hoc sexto dicto, *Pœnã temporariã*: quæ non præsupponit æternã,ad excludendã eã,quę imponit excõ-

m In reper. c. cũ contingat,de iureiuran. col. 17 n In c.n. 12. de sponsal. o In summa verbo clericus,parag. verum, & verb. ieiunium parag. quoad quartam. a Ca. in pœnis,de regu. iur. l. 6. & l. si præses, & l. interpretationes, ff. de pœnb. l. cũ præter, ff. de iudic. & c. nonne. de præsumpr. c Not. 78. d Lib. 1. c. 9. de leg. pœne Quod. libr. 3. q. 22. f In summa verbo inobediẽt. parag. 1. g Eod. verb. inobedient. parag. fin. h Cap. 1 de ligam. li. 6. c. 2. hæret. de hæreti. eod. lib. & l. quisquis, para. filij. C. ad l. Iuliã maie. i In cap. ita quorundã, ae Inda. not. 1. per illũ text. um ad iũcto c. quod olim eod. tit. k C. sine culpa, de reg. iur lib. 6. & c. 2. cum glos. de constit. l Vbi supra. m Arg. d. l si præses, ff. de pœn. & cap. pœna de pœnit. dis. 1.

munication em, aut aliam prędictarum, quas in 4. dicto diximus præsupponere culpā mortalē. Dixi etiam, *In dubio*, ad excludendas illas, in quibus vtraque pœna exprimitur, & eas, de quarū auctoris intentione cōstat, eum ad vtramque obligare voluisse per aliquam aliā legem, aut consuetudinem, aut per aliū modū legitimum. Dixi, *Quatenus sunt leges eius, qui solam temporariā posuit*; quia si sunt etiam leges aliorum qui ad mortale obligare voluerunt, ad illud obligabūt quatenus sunt tales, per quod respōdetur ad c. *perpetuo*, & c. *commissa a*, quæ pro singularibus citantur ad probandum oppositum prædictorū, scilicet, quod illa exprimunt vtrāque pœnā, & quod loquuntur de legibus pœnalibus, quæ pœnā, temporariā imponunt ei qui per transgressionem aliarū æternam incurrit, vt pridem post Decium *b* respondimus *c*: non enim intendimus dicere vnam legem, quæ pœnam temporariam imponit, tollere æternam per aliam statutam, præsertim quando sunt diuersorum Legumlatorum.

57 *Septimo*, quod sextū dictum præcedens locum habet etiam in legibus, quæ statuunt pœnam amissionis magnorū honorū, & etiam famæ, & alicuius membri, & vitæ: quia eadem ratio in istis, quæ in illis militat. Nec obstat, quod aliqui dicunt, eū, qui periculū magnæ iacturæ bonorum aut famæ subit, mortaliter peccare: id enim non est verū, vt diximus *d*, cum non adest alia circumstantia quæ mortale faciat. Nec etiam obstat, quod sæpe est mortale se periculo probabili amissionis vitæ, aut membri obijcere: & qui contra hanc legē facit, huic periculo se obijcit: quia aliud est dicere aliquē peccare, eo quod temere se tali periculo obijcit, quod est quintū Decalogi præceptū violare, & aliud dicere, eū peccare eo quod facit cōtra legem, quæ talē pœnam statuit: nam tanta cautione quis hanc legem violare potest, vt probabile pœnę ab ea cōstitutæ periculum nō incurrat.

58 Nec obstat dicere, quod ex hoc sequeretur, legem, quæ talē pœnam statueret, iniustam fore, eo quod adeo magnam pœnā statuit ob actū qui nō est peccatum mortale. Tum quia ad legis iustitiam satis est, vt præsumatur mortale in foro exteriori, quamuis tale nō sit in interiori. Et legislator præsumere potest, imo re vera præsumit, eū, qui sine iusta causa legē suam iustam violat, per cōtemptum legis, aut ipsius auctoris violare, iuxta glossam quæ ita intellecta est vera *e*, & cōcordat cōmunis, quod certum est peccatū mortale esse *f*. Tum quia non esset iniusta lex, in qua eius lator exprimeret, se nolle, vt illa sui transgressorē ad mortale sine dicto cōtēptu, & scandalo obliger, sed velle, vt qui sine iusta causa eam transgrediretur, præsumatur per cōtēptum id facere, & ob id pœnam illam incurrere, per dicta S. Tho. & Caiet. *a* & nostrorum *b*. Et consequenter etiam iusta erit lex quæ tacite hoc contineret, quod nostrum septimum dictum intendit, cum solum intendat, quod legislator, qui talem pœnam temporariam ob cōtemptum præsumptum exprimit,

videtur

a De elect. lib. 6.

b In ca. nam in 2. lectura de constit.

c In d. cap. perpetuo.

d In repet. c. inter verba, 21. q. 3.

e Ca. Metropolita. nu. 2. 9. 7.

f Per gloss. sing. cap. quis autem, 12. distin. argu. a fortiori.

a 2. 2. quæst. 186. artic. 9.

b In ca. relatum, ne clerici, vel monach.

videtur tacite æternam excludere ab eo, qui sine contemptu eam violat, quod etiam satis aperte sensit Ioan. Imola c, respondens ad multa argumenta, quæ aptius per hoc, quam per eius responsiones solui possunt. Per quod etiam soluuntur argumẽta, quæ pro contraria parte maiore verborum apparatu, quam neruorum robore adduxit vbi supra Castrensis, vt olim explicuimus d, & nuper in vrbe e. Ad quæ facit, quod aliquot exercituum ductores nostra ætate laudati sunt, eo quod ob minima furta, quæ de se non erant mortalia, aliquot milites ad disciplinam militarem conseruandum morte affecerunt.

c In c. cum contingat. colum. 7. de iureiur.

d In rubric. de pœnit.

e In d. cap. fraternitas.

Octauo, quod seruandum est id quod antiqua consuetudo declarauit de intentione legum humanarum, quousque à sede Apostolica aliter declaretur, quia optima est earum interpres *f*. 59 Et credimus quod consuetudo communis non solum plebeiorum & indoctorum, sed etiam nobiliũ & doctorum habet, non reputari peccata mortalia in foro interiori transgressiones legum pure humanarum aliquam pœnam tẽporariam continentiũ in foro exteriori: nisi sint tales, quę præsupponant peccatum mortale: vt transgressiones aliarum legũ diuinarum naturalium, aut supernaturalium. Nec transgressiones aliarũ legũ præcipientium non pœnalium, factas per ignorantiam non crassam, necaffectatam, aut optatam, sed per incuriam, aut obliuionem leuis culpæ, aut cum causa probabili vera, aut pro tali habita, bona fide sine dolo, aut credendo intentionẽ legislatoris non fuisse, ita obligare in tali casu: quod iuri consonare videtur, iuxta mentem S. Tho *g* quod non videtur contra mentem Archid. *h* nec Panor. *i* & aliorum à Felino relatorum *k*, si bene ponderentur: quin per hoc omnes fortasse conciliari possunt. 60 *Nono*, quod ex predictis elicienda est determinatio plurimarum & perplexarum quęstionum, quas passim interrogãtur docti ab ijs, qui important in regna, vel vrbes, vel exportant ab eis prohibita inferri, vel extrahi, vel permissa, non soluto vectigali & portorio, quæ Hispani *Alcauala*, *& Portazgo*, & *Sisa*, Itali, & Galli, *Gabella*, vel *Dogana*, & *Datio*, vocant. Qui item piscantur in fluminibus vetitis, aut montes, vel prata prohibita depascunt, aut cędunt ligna in syluis eis vetitis, & de aliis rebus similibus qui solam legem humanam, Ecclesiasticam, vel secularem pœnalem, vel non pœnalem violant.

f I. minime. ff. de leg. & cap. cum dilectus, de consuet.

g In 4. dist. q. 15. q. 3. & 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2.

Colle. in c. 1. de consi. Card. in ca. fina. de obseru. ieiun. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3.

h In c. vtinam. 76. di.

i In rub. de obseru. ieiu. col. fin.

k In cap. 1. de constit.

61 Per quę respondetur ad primum hic noue quæsitum, quod præsupposita opinione quod non peccat importans, aut exportans vetita, *peccat tamen* volendo ea defendere vi & armis, ne custodes ei auferãt illa: quia qui resistit iuste aggredienti, peccat, iuxta doctrinam Bar. receptam *a*. Dixi, *Vi, vel armis*, quia secus, si fuga, vel blãdis verbis, aut alio modo licito & honesto id faceret. Ad *secundum* autem noue quæsitum, quod prælatus imponens aliquam pœnã temporariam ipso iure incurrendã facienti aliquid, præsumitur excludere spiritualẽ *b*, etiamsi iuberet, ne confessa-

a In l. vt vim ff. de iust. & iur.

b Per dictũ 6

cõfessarius absolueret eũ, nisi præuia solutione: quia ille iussus potest operari effectus alios ab isto, & sic nõ erit inutilis *c*, imo etiã potest absolui auctoritate bullarũ Papæ ante solutionẽ *d*.

62 Ad *tertiũ* demũ quod vidua realiter fornicata nõ potest sana cõscientia retinere bona relicta sibi à marito ea conditione, vt caste viueret, per supradicta. Dixi, *realiter*; quia secus si tantũ mente, verbo, vel alio actu citra copulã lasciuo: quia nõ videtur hoc intendisse testator, cuius voluntas est primum attendẽda *e*.

Decimo, quod sicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, vt paulo ante dictũ est *f*, ita lex in vna sola parte recepta quoad illam solum obligat *g*. quo fit, vt aliquot leges obligent ad suã dispositionem principalem, & non quoad pœnam: quia quoad illam sunt receptę, & non quoad hanc, & aliquot quoad vnam partem pœnę, & non quoad aliam. Exemplum de extrauag. 2. *h* quam definitiue pronũtiauimus olim Salmanticę in illius diœcesi receptam esse quoad suam dispositionem, & pœnã intrinsecam annulationis locationis factę vltra triennium, nõ autem quoad extrinsecam excommunicationis, & consequenter fieri posset, quod aliqua lex humana, etiã Ecclesiastica ligaret quoad pœnam exteriorẽ, & non quoad interiorem, licet eius lator vtrãque ponere intendisset, si quoad hanc non esset recepta, & quoad illam sic: sicut & quęlibet fundata in pręsumptione ligat in foro exteriori, & nõ interiori, quoties veritas pręsumptioni est contraria *i*. Equidem optarem multas leges pure humanas, siue pœnales, siue non pœnales, esse hoc modo, vel alio cõsuetudinis, vel declarationis, saltem mentalis, earum latorũ, quoad pœnas spirituales, & forum conscientiæ derogatas: quin etiam cuperem, vt omnes legislatores in condendis legibus imitarentur auctores instituti illustrissimi ordinis Prædicatorũ, quos alij multi clarissimi ordines imitati sunt, quatenus earum auctores ad nullam pœnam, etiam minimam animæ interiorem, & ad grauem corporis subditos obligant, modo etiam imitarentur eorundem in puniendis eis seueritatem, & diligentiam in foro exteriori pœna corporali, vel alia.

63 Porro ad *primum* hic noue quæsitum respondeo, quod collega vel municeps transgrediens statutum imponens pœnam exclusionis à collegio, vel municipio, ipso iure non tenetur in foro conscientiæ relinquere collegium vel municipium antequam iubeatur id facere, per prędicta.

64 Ad *secundum*, quod pœnam commissi, siue quæ ipso iure cõmittitur, iuste capere potest is, in cuius fauorem committitur, si iuste fuit imposita *a*, secus si iniuste: qualia sunt quæ in emptione censuum super immobilibus imponuntur sub pœna cõmissi, siue rei, super qua imponitur in casum nõ solutionis per bienniũ dilatę, quod iniuste solebat olim poni, & nũc per multa, quæ non oportet afferre: quia fel. recor. Pius V id, & aliquot alia, quę in eiusmodi contractibus fiebant, prohibuit *b*.

Ad ter-

c Arg. l. si quãdo, C. de inoffi. testa. d Arg. gl. fin. adiuncto tex. cle. 2. verb. offi. de hær.

e l. in conditionibus, ff. de condit. & demonst. f Nu. 42. g Arg. l. quæ de toto, ff. de rei vend. h De reb. eccles.

i Iuxta ca. is qui & c. tua de sponsal.

a C. potuit, de loca. l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. b Per extrauag. Cũ onus latam anno 1568. & relatam ad verbum supr. c. 17. n. 234. & in commen. de vsuris, nu. 34.

Ad *tertium*, qu
testare rem in
65 Ad *quartum*
soluere in foro
ni, per allata lat
uendũ illud in
ob quod emph
detur tã pœna,
66 *Secundo* pec
ob legẽ violata
dice; quia non
pœna ipso iure
tionũ, quam ter
& Caietanus *l*,
olim copiosè *m*
exequutionẽ re
aut proditione
regulariter alia
laris pœnalis ac
est supra proxi
nens pœnam te
ad illam, quam
non est credenc
tẽ habere debe
cem *b*, præsertii
fortunis. Tum
ex solo Franc. A
meminerat, pro
sed etiam ab ex
aut solutionem
quæ est optima
67 Dixi, *Regula*
nis, suspensioni
ipso facto, & ali
requirunt, cons
luit vt pars ipsa
quibus pœnis s
posset, in alijs ta
beret magnã su
cusant fieri pœr
vt vbi supra dic
& communis n
na imposita à te

e C. p. cum dilectus de dol. vt sensit Ancha in dicto cap. 1. de constit.

Ad *tertium*, quod non tenetur quis in foro conscientię manifestare rem in commissum cecidisse.c

65 Ad *quartum*, quod vere donans emphyteusin, non tenetur soluere in foro cõscientię laudemium, imo nec in foro exteriori, per allata late à Iasone *d*. Vendens autẽ videtur teneri ad soluendũ illud in vtroq; foro, quippe quod videtur esse pars pretij ob quod emphyteusis fuit minori pretio cõcessa, quod nõ videtur tã pœna, quã interesse, quod in vtroque foro debetur *e*.

66 *Secundo* peccat, qui iussus à iudice soluere notabilem pœnã ob legẽ violatam non soluit, secund. S. Tho. *f* Dixi, *Iussus à iudice*; quia non soluendo priusquam iubeatur, nõ peccat *g*, etiãsi pœna ipso iure, & ipso facto incurratur, iuxta communẽ recentiorũ, quam tentauit tenere Felinus *h*, & sensit *i*, & asserit Syl. *k* & Caietanus *l*, quã semper secuti sumus, & etiam probauimus olim copiosè *m*, veram esse, quando pœna est talis, quę aliquam exequutionẽ requirit: qualis est amissionis bonorũ ob hæresin, aut proditionem *n*: qualis est de soluenda tali, vel tali summa, & regulariter alia quęuis. Tũ quia regulariter lex humana secularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat, vt dictũ est supra proxime *o*. Et sub lege gratię omnis lex pœnalis cõtinens pœnam temporariam determinatã, est pure humano quo ad illam, quamuis sit quoad alia diuina aut naturalis. Tũ quia non est credendũ, legislatorem (qui præ oculis semper ęquitatẽ habere debet *a*) velle facere partẽ ipsam contra se executricem *b*, præsertim quando pœna est grauis corpori, honori, aut fortunis. Tum quia clem. 2. *c* adiuncta glossa, quam didicimus ex solo Franc. Aretino, *d* cuius nemo ex tot commentantibus meminerat, probat transgressorem legis non solum à peccato, sed etiam ab excommunicatione ob illud incursa absolui posse, aut solutionem pœnæ ob eam debitæ. Tum quia consuetudo, quæ est optima legis humanæ interpres *e*, id habet.

67 Dixi, *Regulariter*; quia id fallit in pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, amissionis beneficij ipso facto, & aliorum similium, quæ executionem iudicis non requirunt, considerata mente, saltem tacita legislatoris, qui voluit vt pars ipsa contra se foret executrix. Quod quamuis in aliquibus pœnis spiritualibus, & alijs paruis tẽporarijs iuste velle possit, in alijs tamẽ grauibus (vt credimus) nõ posset, quia præberet magnã subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarum contra seipsos impositarũ executores *f*, vt vbi supra dicimus, respondendo ad fundamenta Castrẽsis *g*, & communis nostrorum *h*, quorum opinio locũ habet in pœna imposita à testatore, iuxta gloss. *i* non eo solo, quod ipso

c Arg. prædict.
d In l. 2. c. de iure emphy.
e Per l. 3. ff. de eo quod cer. loc. & l. 1. c. de sent. quæ pro eo, quod inter prof. & glos. c. conquestus de vsur.
f 2. 2. q. 62. ar. 3. recepti.
g Iuxta glos. fing. in c. fraternitas, 12. q. 2. arg. cap. fine, parag. in hoc 33. qu. 1. & commun.
h In c. audiuimus, de simon.
i Ancha. in c. felicis, collat. 8. de pœnit. lib. 6.
k Verb. pœn. q. 25. & verbo hæresis, 48. Maior in 3. d. 25. qu. 3. & in fin.
l In d. q. art. 1. In fin. Tabi. verbo excommunicatio 5. casu 2. parag. 1.
m In rub. de pœnis, & nuper in d. ca. fraternitas.
n Cap. 11. in fecundum, de hæret. li. 6 & l. quisquis, c. ad l. Iul. maie.
o Et cap. 13. num. 202.
a l. quod si Ephesi, ff. quod cert. loc.
b Arg. l. nimis graue, c. de tracta. & l. humanitatis c. de excus. tu.
c Verbo officii, de hæret.
d In l. 1. parag. Cato ff. de verbor. obligat.

e Cap. cum dilectus de consuet. f Contra ea ex part. de constit. & l. conuenire, ff. de pact. dot. vt sensit Ancha in cap. possessor, n. 11. de reg. iur. lib. 6. g In lib. 1. de leg. pœn. h In dicto cap. 1. de constit. i In cap. Raynaldus, à Panor. & communi ibi recept. de testa.

iure

iure & facto incurritur. sed quia potius est legatum conditionale, quam pœna, iuxta Caietanū *k*, & ante ipsum Panor. *l* sensit. Est etiam eidē locus in pœna conuentionali, quā partes in suis contractibus adhibent, secund. Felin. *m* & Decium *n*. Quorum opinio, quamuis hactenus placuerit, nūc tamen plurimum displicet. Tum quia Ancha. *o* cuius illos ad id auctoritas mouit, nō id affirmat. Tum quia nemo quamlibet iustus, & religiosus eā nisi coactus soluit. Tū quia cū in omnibus fere instrumētis cōtractuum apponantur pœnæ, & frequentissime incurrantur, maxima mundi pars ad magnam restitutionem teneretur, durumque confessarijs esset, negare absolutionem ijs, qui restituendi firmum propositum non haberent, quales essent fere omnes, qui huiusmodi pœnas incurrissent. Tum quia viros honestos dedecet pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur *p*, quamuis de rigore iuris exigi posset.

68 Tum quia videtur nō esse partibus eiusmodi pœnas in suis contractibus constituentibus intentio, vt qui eas incurrit, vltro solutionem earū offerat, vt solutionē debiti principalis offerre debet, sed vt per eas ad obseruationem contractuū cogatur, vt per pœnas ad legum obseruationem. Tum denique quod non solū communiter tam boni, quam mali ita concipiunt, sed etiam consuetudo ita interpretatur. Quare limitanda est eorū opinio, vt procedat in illis pœnis, quæ in satisfactionem interesse debentur, iuxta Ancha. receptum *a*. Hæc enim pœna licēt sit pœna ex parte soluentis, non tamen est ex parte recipientis, secundum omnes, & hoc sentit glossa recepta *b*. Itaque qui eam incurrit, ad eius solutionem in conscientia tenetur, aut saltem ad tantam eius partem quantum est verum interesse eius cui debetur, iuxta late tradita per textum, glossam, & doctores *c*.

k In summa verbo pœni. l Vbi supra. m In cap. 1. de constitutum. num. 43. n Ibidem. num. 2. o In d. cap. possessor.

p Cap. suam, de pœnit. & cap. fraternitas, 12. q. 2.

a Cap. peccatum, de regiuris, lib. 6. num. 10. b Quæ vltima est d. c. peccatum. c In l. 1. c. de sent. quæ pro eo quod iur. prof.

De auaritia secundo vitio capitali, & filiabus eius.

69 *Auaritia quid, & quæ contraria est iustitiæ, & charitati, & 72.*
69 *Liberalitas virtus inter quæ vitia media, & 70.*
70 *Prodigalitas quid, & quæ mortalis.*
71 *Pecunia dicitur numerata, & quidquid ea est æstimabile.*
72 *Auaritia capitale vitium has septem habet filias.*
73 *Iniustitia omnis genere suo mortalis.*
74 *Auaritia in retinendo superflua quæ mortalis.*
75 *Beneficiarius superflua retinens, vel prophanis impendens, peccat mortaliter.*
77 *Duritia cordis quæ mortalis, & vt confitenda.*
77 *Prudentia vera, & carnis seu mundi quid, & quo differant.*
77 *Astutia quid, & quod duobus ministris vtitur.*
77 *Dolus & fraus quid, & sunt genus & species.*
78 *Pretium rerum iustum quid, & triplex, & 79.*

79 *Merx penes vnum cur pluris valet, quam penes alium.*
80 *Valor rei iustus est quo præsenti pecunia vendi potest.*
81 *Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam.*
82 *Pretium non auget, nec minuit dilata solutio.*
83 *Pretium auget vtilitas vendentis, non vtilitas, vel necessitas ementis.*
84 *Pretium minuit copia venditorum, & auget paucitas eorum.*
85 *Pretio maiore, vel minore dimidio, vt peccatur.*
86 *Retrouendendi pactum diminuit pretium.*
87 *Pretio minore iusto emere volens quis non peccat.*
88 *Pretium quando taxandum, & taxatum, & seruandum.*
89 *Emens vel vendens aliud pro alio, vel vilius pretiosiore, vt peccat.*
90 *Vendens arma iniuste bellaturo, vel alia nociua, vt peccat.*
91 *Emens triticum, vel vinum tempore messis, vel vindemiæ, vt excusetur.*
92 *Emens, vel vendens monopolo, vel solus priuilegio, vt peccat.*
93 *Vendens vetita infidelibus vt peccat, & est excommunicatus.*
94 *Pecuniæ publicæ custos, ea & vtendo, & emendo vt peccat.*
95 *Hominis liberi emptio regulariter illicita.*
95 *Emptio liberi hominis alioqui perituri licita.*
96 *Emptio Æthiopum liberorum pro seruis vsitata, peccatum.*
97 *Proxeneta vendens pluris quam sit mandatum, cui restituet, &* 98.

69 PRænotandum *primo*, quod liberalitas est vna virtutum attributarum iustitiæ, quæ dicitur pars eius potentialis, de qua S. Thomas *a*. Quæ ex eius mente, & Aristot. 4. Ethi. definiri potest *esse virtus inclinans ad appetitum dandi ordinate pecuniam*. Datur autem *ordinate*, cum datur quid, cui, vbi, quomodo, & propter quod oportet. a 2.2.q 117.

Secũdo, quod quia quælibet virtus consistit in medio duorum vitiorum extremorum, quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum per excessum, vt dictum est supra *b*: ita liberalitas consistit inter vitium auaritiæ, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitatis, quod opponitur eidẽ per excessum appetitus dãdi. Et cõsequenter auaritia definitur *esse vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ*, ex mente S. Thomæ *c*, & quod prodigalitas *est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ*, de qua S. Thomas *d*. Ille vero appetitus quærendi, vel effundendi pecuniam dicitur *inordinatus*, cui deest aliqua prædictarum circumstantiarum. b Eod. cap. num. 2. c Quæst. 118. art. 1. d Ibidem q. 119.

70 *Tertio* notandum, quod quia prædicta inordinatio potest contingere in damnũ alterius, & sine illo, sit vt auaritia quę habetur sine dãno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se sit venialis tantũ: & quæ fit cum alterius damno, opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis. Et eadem ratione prodigalitas quæ fit sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se

& de se sit venialis tantum. Prodigalitas vero, quæ fit in damnum alterius, opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis, secundum mentem S. Thomæ recepti e.

e In prædictis duabus quæst.

71 *Quarto*, quod per pecuniam intelligimus hic pecuniam numeratam, & quidquid est ea æstimabile f, consequenter quod appetitus dandi, vel retinendi pecuniam per se nec est bonus, nec malus, sed indifferens. Ita quod recte ordinatus est bonus, & praue ordinatus est malus, vt supra g diximus de appetitu gloriæ, honoris, & famę.

f Iuxta cap. totum, 1 q. 3.
g Eod. cap. num. 9.

72 *Quinto*, prænotandum, quod auaritia est vitium capitale, siue cardinale, iuxta S. Gregorium a, & S. Thomam b: quia est fōs septem aliorum vitiorum quę suapte natura tendunt in finem, quem auaritia prętendit. *Primum* est duritię cordis, quod est vitium à compassione pauperum auertens, & sępe ad nimiū seruandam pecuniam tendit. *Secundum* inquietudinis mētis, quod est vitium animum ab ordinata quiete auertens, & frequenter nascitur ex nimio acquirendi studio. *Tertium* violentiæ, quod est vitium ad vim inferendam inclinans, & frequenter in eundem tendit finem. *Quartum* fallaciæ, quod inclinat ad decipiendum verbis, & sępe in eūdem fit finem. *Quintum* periurij, quod est vitium inclinans ad decipiendum verbis iuratis, quod in eundem finem sæpe fit. *Sextum* fraudis, quod est vitium inclinans ad decipiendum factis quoad res, quod frequenter fit in eundem finem. *Septimum* proditionis, quod est vitium ad decipiendum factis quoad personas, iuxta S. Thomam c. Et quia supra actum est de periurio d, & de proditione e, de violentia f, & de fallacia g, de reliquis tribus hic agendum est.

a Lib. 13 Moral.
b 2.2 q. 118. art. 7.
c 2.2 q. 118. art. 8.
d In secundo præcepto, in cap. 12.
e In cap. 15.
f In 17.
g In 18.

73 Circa auaritiam igitur peccat mortifere *primo*, qui deliberate & inordinate appetit quærere, vel retinere pecuniam in damnum notabile alterius h. Dixi, *deliberate*; quia indeliberatus appetitus ad summum est venialis, iuxta supradicta. Dixi, *inordinate*; quia ordinate appetere est virtus. Dixi, *Pecuniā*; quia appetitus aliarum rerum non est vere auaritia. Dixi, *In damnum alterius notabile*; quia sine illo solum est veniale, per dicta i.

h Ca. pœnale, 14. q. 5. adiuncto ca. sæpe, de restit. spol.
i In d. c. 11. num. 4.

Secundo, peccat mortifere, qui inordinate retinet, aut prodigit pecuniam in alterius damnū, quia horum prius est actus auaritię, nō solū qua parte opponitur liberalitati, sed etiam qua opponitur iustitię, & posterius est etiā actus prodigalitatis vtriq; contrarię, & constat omnem iniustitiā suo genere esse mortalem, vt docet S. Tho. receptus k: & idem de illo, qui periculo mortis corporalis, aut spiritualis propter appetitū pecunię quę rendę, vel effundendę se obijcit, secundū mentē vtriusq; Tho. l

k 2.2.q. 59. art. 4.
l In dicta q. 118. art. 4. ad 3. & 119. art.

74 *Tertio* peccat, qui pecuniam superfluam, hoc est, maiorem, quam necessitas vel decētia status requirat, seruat cupiditate inordinata delectādi se illa, in dies eā augendo, & nō subueniēdo pauperibus, secundum Caietanū m. Quod est certum, si id faciat negando opē extremę egenti, vel transgrediendo aliquā

m In di. qu. 118. art. 4. fine.

aliam

aliam legem ad mortale obligantem *n*, & etiam secundum eũ, si id faciat ad solũ se delectandũ eius possessione, non erogando pauperibus occurrentibus, quia transgreditur legem, qua dines tenetur superflua illis erogare: licet enim nullus eorum teneatur illa singulis erogare, tenetur tamen erogare aliquibus, quos elegerit *a*. Adeo quidem, vt ad id cogi posset, secundum glossam communiter receptam, & putatam singularem *b*, quæ tamen habet duas similes. Ampliatio autem hæc non videtur tenenda. Tum quia æquiparat laicos beneficiarijs quoad necessitatem faciendi eleemosynam, contra S. Thomam, & communem, vt infra insinuabitur. Tum quia videtur noua, & nullibi gentium recepta. Tum quia consequeretur eam, quod quolibet tempore, etiam affluentiæ, posset iudex cogere laicos diuites ad dandum superflua pauperibus, quod videtur durũ, & contra præfatas glossas, quæ significant id solum fieri posse tempore grandis necessitatis, in quo solo posset procedere hæc opinio. Dixi, *Inordinata*; quia coaceruare ad prouidendum futuræ necessitati suæ, vel suorum, maxime filiorum collocandorum matrimonio, vel munere aliquo aut gradu honestandorum, vel Reipubl. cuius est princeps, ab inimicis defendendę, non est actus vitiosus, sed prudentiæ: imo nec si id faciat ad augendum suum statum, & se in altiorem ordinem promouendum, quo altioribus virtutibus seruiat Deo, & Reip. iuxta sapientiam, vel prudentiam à Deo immediate acceptam ex mente Caietani *c*, alioquin nullus plebeius iuste suum statum mutare posset, aut nobilis suum augere, quod est absurdum, & ideo non dicendũ, *d* nec ob id dicitur habere tale superfluum quod de præcepto pauperibus teneatur erogare, iuxta dicenda.

75 *Quarto* peccat beneficiarius Ecclesiasticus, qui non erogat superflua quæsita ex reditibus Ecclesiasticis pauperibus, vel pijs operibus, siue id faciat auare retinendo, siue prodige impendendo, iuxta mentem S. Thomæ *f*: quia vt recte insinuat Caietanus *g*, est contrarium iustitiæ, non solum legum canonicarum, sed etiam naturalium, quod nos latius olim probauimus *h*, & nuper latissime in tractatu de reditibus eccles.*i*

n Per supra dicta.

a Cap. sicut hi 47 distinct. cum cõcord.

b In d. cap. sicut hi.

c Vbi supra art. 1.

d l. nam quod absurdum, ff. de bon. liberi.

e In c. seq.

f Quolib. 6. art. 12.

g 2. 2. q. 118. art. 4.

h In cap. 1. & cap. cum secundum, de præb.

i Quæst. 1. monit. 24. & 25.

De filiabus auaritiæ duritia cordis, & inquietudine mentis.

76 PEr duritiam cordis, & inquietudinem mentis peccant, qui non subueniunt pauperi quoties tenentur de præcepto obligante ad mortale; quod quando contingat, dicetur: *k* alias enim hæc venialia tantum sunt. Imo, & quia hæc fere nũquã sunt mortalia, nisi cõiungãtur alijs actibus mortalibus, nõ sunt necessario confitenda, quia satis est confiteri illa mortalia, quæ per prędictam duritiã & inquietudinẽ admittuntur *l*.

k In ca. seq.

l Vt recte annotauit Caiet.

De emptio-

De emptione & venditione, dolo, & fraude filijs auaritiæ factis.

77 PEr astutiam vero, dolum vel fraudem peccant *primo*, qui contrahendo, vel quasi contrahendo, afficiunt aliũ damno notabili per commutationem rei minoris valoris, vel pretij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori: quia id est contra septimum præceptum, & contra illud *a*: *Ne quis supergrediatur neque circũueniat in negotio fratrem suũ b*. Pro quibus facit *primo*, quod prudentię veræ duo vitia sunt contraria per similitudinem: prudentia carnis, vel mundi: & astutia in malam partem accepta: nam vera prudentia *est virtus quæ inclinat ad quærendum vera bona per vere bona media*, iuxta Aristotelem *c*, & S. Tho. *d* Prudentia vero carnis, vel mundi, *est vitium inclinans ad quærendum bonũ apparens, & non existens, per bona, vel mala media*. Astutia vero, *est vitium inclinans ad quærendum vera bona per media mala*, iuxta eundem receptum *e*. Cuius astutiæ ministri sunt duo, dolus, *qui est circumuentio mala ad decipiendum adhibita f*, & comprehendit tam eam quæ fit verbo tantum, quam quę facto tantum, vel vtroque modo. Fraus autẽ, quę tantum facto fit, ita quod fraus est species doli, quod eleganter insinuat Iurisconsult. *g* dicens, *fraudem inesse dolo*, quod solerter exponit Accurs. de illa inhęsione, qua species inest generi, & clarius S. Thomas *h*.

78 *Secundo*, quod pretium iustum rei (cuius notitia maxime necessaria est plurimis vtriusque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) *est pretium pecuniarium, quo communiter æstimatur res valere tunc attenta illius intrinseca bonitate & vendentis vtilitate, loco tempore, & copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum & venditorum earum, & modo vendendi eam statutum à gubernatore loci, vel domino rei*. Dixi, *Pretium*, pro genere, & *Pecuniarium*, ad excludendum pretium affectionis *i*. Dixi, *Communiter*, ad excludendum pretium priuati affectus, quo vnus, vel alter rem suam æstimat *k*. Dixi, *Tunc*; quia præsens tantum æstimatio, & quam haberet vendita præsenti pecunia est attendenda *l*. Dixi, *Attenta bonitate intrinseca*; quia ob eam vna res pluris valet, quam altera eiusdem speciei & quantitatis *m*. Dixi, *Vtilitate vendentis*; quia venditor tanto pluris vendere potest rem aliquam vnius generis, quam alij similes quanto vtilior est illa ei, quam alię illis, secundũ S. Tho. *n* & Scotum *o* communiter receptos, secundum quos vtilitas emptori prouentura, vel necessitas habẽdi eam nil pretium auget. Dixi, *Loco*; quia eadem res pluris valet in vno loco quam in alio *p*. Dixi, *Tempore*, eadẽ ratione *a*. Dixi, *Copia vel defectu*; quia hic auget, illa minuit, secundum omnes. Dixi, *Emptorum vel venditorum*; quia copia horum minuit, & defectus auget: & contra copia illorũ auget, & defectus minuit, etiam secundum omnes. Dixi, *Modo vendendi*; quia minoris valet merx

a 1. ad Thes. 4
b Ca. 1. de empt.
c 4. Ethic.
d 2. 2. q. 58. art. 1.
e 2. 2. q. 55. art. 1. 2. & 3.
f l. 1. ff. de dol.
g In iurisgentium parag. sed si fraudandi ff. de punct.
h Vbi sup.
i De quo l. si in emptione ff. de minor.
k parag. pretia rerum, ff. ad l. falc.
l l. in lege Falcid. parag. fin. ad leg. Falcid.
m l. vbi autem non appare 1. ff. ver. oblig.
n 2. 2. q. 77. art. 1.
o In 4. dist. 19. q. 2.
p l. 1. & toto tit. ff. de eo quod certo loco.
a l. vinum, ff. de rebus credit.

merx, quum rogatur emptor, quam quū rogatur vēditor, iuxta illud vulgatum, *vltroneæ merces vilescunt*, quo fit, vt idem pannus, & idē liber maioris valeāt in taberna mercatoris, quā in manu proxenetę quęrentis emptorē: & longe minoris valeānt spolia, quę victor exercitus vendit statim à direptis hostiū castris, quā aliā eiusdē generis, quę etiam à proxenetis deferūtur vēdenda vrbibus pacatis. Dixi, *A gubernatore*; quia illius est illud statuere *b*. Dixi, *A domino*; quia deficiente æstimatione communi, & gubernatoris, potest ipse dominus illud statuere consideratis industria, impensa, & labore, quem illis deportandis de vno ad alium locum suscepit, & periculo, quod transferendis mercibus subijcit, solicitudine item & impensa illas conseruandi *c*.

b l. 1. parag. curā carnis. ff. de offic. Præf. vrb.

c Gab. in 4. di. 55. q. 10.

79 *Tertio*, quod, vt cum primis dixit Scotus *d*, pretium iustum non consistit in indiuisibili, imo habet latitudinē, cuius extremum inferius appellatur pium, & superius rigorosum, & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatū. Verbi gratia, vnius vlnę panni iustum pretiū dicentur decē Iulij, vno plus, vel minus: ita quod vndecim erunt rigorosum, nouem pium, & decem, & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatū. Ex quibus infertur *primo*, non solum pretium alicuius rei iustū esse illud, quo cōmuniter in aliqua regione vēditur, sed etiam, quo in hoc loco, tempore, & modo vendendi cōmuniter haberi potest. *Secundo*, quod non est peccatum expectare tempus, locum, & casum, in quo res vilius vendatur, vt aliqui expectant fines nundinarum, in quibus vt plurimum ob copiam venditorum, & defectum emptorum, merces minoris valent, & alij auctiones publicas bonorum viuorum, vel defunctorum & alij delationes mercium proxenetarum: nam necessitas venditoris nō facit emptionem iniustam, vt probat Caietanus *e*.

d In 4. dist. 15. q. a.

e In d. ar. 1. & in summa verb. emere.

80 *Quarto*, quod dictū illud commune, *Tanti valere rem, quanti vendi potest f*, intelligendum est de pretio, quo vendi potest in illo loco, tempore, & modo communi vendendi venditoris, presente pecunia *g*, modo cessent omne monopolium, fraus, & dolus, iuxta S. Antoninū *h*, in quibus est astutia illa depromendi in forum multa venalia quo pretium decrescat, & emendi deprompta, quo pretium augeatur.

f l. 2. parag. si hæret. ff. ad Trebell. l. quærebatur ff. ad l. falcid. l. si quis vxori, parag. vlt. de furt.

g Arg. d. pretia rerum ff. ad legem falcid. iuxt. Alex. ibi.

81 Cōtra prædicta facit *primo* opinio Medinę tenentis res carius vēdi posse credito quā præsenti pecunia, & vilius emi ea anticipata: quia modus vēdendi *a* videtur augere, vel minuere pretium propter periculū, quod cōtingere potest, eo quod debitor fieri potest inops, & impotēs ad soluendū pretiū, vel tradendā mercē, vel ingratus, & malignus, qui nolit id facere, sed eam neruose cōfutat Sotus *b*, & neruosius cōfutari potest, eo quod est noua, & cōtra omnes alios Theologos, & Canonistas, & quod Ecclesia declarauit id esse illicitū *c*, per quod soluūtur omnia eius argumēta, cū ex illo inferatur, Ecclesiā Catholicā determinare pericula illa nō esse magis considerabilia ad augendum

h 2. par. tit. 1. c. 16. para 2 per l. 1. C. de monopo.

a In C. de reb. rest. q. 3.

b Lib. 6. q. 4. art. 1. de iust. & iur.

c Per ca. in ciuitate, de vsur.

pretium, quam ad aliquid dandum vltra sortem mutuanti, & lege ipsa naturali & diuina, qua verantur vsurę, concluditur, illa non esse considerabilia in mutuo ad augendum pretium.

82 Facit *secundo*, quod præfatus Sotus tenet licitā esse emptionem lanarū anticipata solutione minoris iusto preio, modo illa fiat ante annum, & quod etiam mercator deferēs per mare magnam mercium quantitatem, potest credito vēdere maioris iusto pretio, quo vēderet pecunia præsenti: quæ tamen opinio non est tenēda. Tum quia noua est, & rationes eius infirmæ, & æque fere concludentes opinionē Medinæ, quam reprobat, ac suam. Tum quia iustius potuit concedere mercatoribus aliarū merciū facultatem carius vendendi propter verum interesse lucri cessantis (quā tamen eis præfatus Sotus negat) quā mercatoribus lanarū & mercium nauticarum propter respectus quos tangit; nam quicquid ille dicat, certum est nobis cum cōmuni licere in foro cōscientiæ mercatori carius vendere propter verum interesse lucri cessantis, monito emptore, quòd vere corā Deo cessat lucrari propter dilatā solutionem, tantū quanti maioris iusto vendit ei merces ob dilationē. & quod si nolit emere ea cōditione, non emat: qua sola ratione possent etiā defendi supradicti emptores lanarū, & venditores nauticarum mercium si vere coram Deo interueniret tātundem interesse lucri cessantis quanti carius ob dilatam solutionem vendunt. Dixi, *in foro conscientiæ*, quia in exteriori difficile excusaretur, attenta præsertim extrauagante Pij V. *d* quare eædem leges seruandæ sunt in lanis, & nauticis mercibus vendendis, quæ in alijs.

d Relata c. 17. num 300.

83 Ex quibus omnibus *sequitur primo*, quod non peccat qui rē, qua magnopere opus habet, importunitate alterius ei vendit tanto pluris iusto pretio quanto dāno (saltē affectionis) eius venditione afficitur. *Secundo*, quod peccaret, qui hoc faceret ob magnā necessitatem emptoris, vel magnam vtilitatem, quæ inde illi proueniret *a*, licet honestū esset, vt emptor, quia ea multū lucraretur, aut se iuuaret, plus aliquid iusto pretio venditori daret *b*. *Tertio*, quod licet minoris iusto pretio aliquid emere, quādo plurimi refert venditoris eam vendere, & emptoris parui eā emere, & pietate motus emit: vt cum quis emit à paupere suā operā solo victu, quē ei præbet, ne fame pereat *c*. *Quarto* quod etiam licet emere minoris prædium aliquod cū pacto, vt venditor, quādiu vixerit, fructus eius percipiat, aut in tot annos, quā si fructus statim percepturus esset *d*, pro quo est textus in c. *cum Ioannes* e. *Quinto*, quod etiā licet venditori vendere dilata solutione, tanto plus addendo pretio iusto postea soluendo, quantū credit se in eo recuperando insumpturum, modo proponat id remittere debitori si absque impēsis stato die soluerit, *f* quod nō videtur tutū Sylvestro *g*: quia vēditor potest mutare volūtatē, aut eius obliuisci, aut mori, & ita emptor cogi totū soluere: sed occurri potest omni periculo, tradēte vēditore schedā subscri-

a Inn. S. Tho. & Scot. supracitatos.
b Secundum eosdem.
c Sylu. verb. emptio. q. 7.
d Maior, in 4 di. 15. q. 40.
e Deinde infirmum.
f Maior vbi supra.
g In rosa autem casu 6.

subscriptā, qua promittat se tantū de pretio remissurū, si stato die soluat quantum iusto pretio adiecit, sine causæ remissionis expressione, ne in foro exteriori pręsumatur vsurarius. Per quę omnia clarēt verba posita supra *h*: cui addo, quod si deceptio fuit vltra dimidiū iusti pretij, deberet rescindi contractus, vel pretium suppleri, vel diminui in vtroque foro *i*. Imo, & si deceptio fuit vltra quartam partem iusti pretij, cum pacto de retrouendendo in Regnis Lusitanię per statuta regia *k*, & si deceptio esset in parte minore dimidio, & etiam quarta parte iusti pretij modo esset notabilis, peccaretur cum obligatione restituendi in foro interiore, iuxta S. Thom. *l* & etiam in exteriori canonico per viam denuntiationis, vt efficaciter probauimus *m*.

85 Admonemus tamen hoc loco id quod ibi nō fecimus, nempe quod ad rescindendum hac ratione cōtractum, non solum oportet probare rem emptam, vel alias commutatam, tempore contractus tāto pluris, aut minoris valuisse in illa regione, iuxta communem ęstimationē, sed etiam tanto pluris, aut minoris valuisse in illo loco, & tēpore, & modo vendendi, quando, vbi, & quo modo vēdita fuit. Et quod etiam emptor, qui prætēderet rē nō esse emptam pretio minore iusto, probare poterit anno illo, tēpore, & loco homines laborasse caritate annonę, bello, vel peste, aut alia simili calamitate, ob quę fuit tunc abundantia vendentium res venales eiusdē qualitatis, cuius erat empta, & penuria pecuniarum, & emptorum, ob quod venditores rogabāt emptores, qui ęgre emebant, pro probato, probaretur res empta multo minoris valuisse quam alio tempore, vel loco, per dicta supra *a*. & etiam venditor, qui prętenderet rē non esse venditam pretio maiore iusto, posset probare prędicta cōtrario modo se habuisse, & ideo non sunt facile cōsulendę huiusmodi lites. Tum quia sunt periculosę, tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio, vel extra eos contra quos intenduntur, pręsertim si damnum passus sciebat se illud pati, & erat talis persona, quæ illam, vel eius partem donare poterat, & sponte absque vi, metu, & graui necessitate id passus est, quia potest iudicari voluisse illud damnum donare, secundum Petr. ab Anch. *b* quem post Salycetum *c* defendimus *d*. Tum quia via denuntiationis Euangelicæ est fragilis contra negantem deceptionem *e*, & iudices seculares iam non permittunt alia via tractari huiusmodi lites apud iudices Ecclesiasticos.

86 Admonemus itē per dicta alibi *f*, quod pactū de retrouendendo multū diminuit de pretio, & cōsequenter leges, quæ loquuntur de deceptione vltra dimidiā, vel quartā partem pretij, debere intelligi de dimidia, vel quarta pretij per tale pactū diminuti: frequenter enim tale pactū quartā partē, vel ampliorē pretij diminuit, arg. extrauagantium *g*, quatenus probāt annuū censum duodecim emi posse iuste pretio 100. cum pacto de retrouendendo perpetuo, qui sine illo valeret 200. & amplius.

h In præd. l. peccari di modo.
i l. 2. C. de resc. vend. & c. cum dilecto de empt. & vend. cum annot. eis.
k Lib. 4. Ordina. tit. 14. parag. & se fosse. tit. 27. parag. 1. & 2. 12. 2 qu. 77. art. 1.
m In cap. nouit. de iudic. notab. 6. nu. 114.
a Rod. c nu. 78.
b In ca. peccatum de reg. iur. lib. 6. nu. 22. arg. l. quisquis, C. de resc. vendit. adiuncta l. quod quis sciens, ff. de cōdi. in dab.
c In authen. sed hæc C. de vsur. q. 21.
d In c. noui. de iudic. notab. 6. nu. 61.
e Per notata in d. c. noui.
f Sup. c. 77. num. 248.
g 1 & 2. de empt.

87 *Secũdo* mortaliter peccat qui vult deliberate emere, aut per alium contractũ obtinere aliquid minoris iusto pretio pio, aut vendere, vel dare per aliũ contractum carius iusto pretio rigoroso notabiliter, secundũ omnes. Dixi, *deliberate*, ad excusandos innumeros, qui sensualitate ad id pronocãte, sine iusta deliberatione eiusmodi desideria cõcipiunt *h*. Excusatur etiã à mortali qui nõ vult emere rẽ minoris iusto pretio quod valet in loco, tẽpore, & modo quo emit, sed sic minoris pretio pio, quo venditur in officina, aut vbi emptores rogant. Ob quod à mortali excusantur scholastici malẽtes emere libros aliorũ discedentiũ, aut vita functorũ minoris iusto pretio pio, quã in officina bibliopolarũ valent apud venditorem, eo modo, quo eos vendit. Et qui obseruant occasionem emendi pannum, telã, aut alia in auctionibus, vel à proxenetis quærentibus emptores mercium sibi ad vendendum traditarum quæ minoris æstimantur, & emuntur: qui vero per ignorantiã probabilem emit, aut vendit notabiliter iniuste, nõ peccat, donec id resciuerit, & satisfacere noluerit, iuxta S. Thomam *a*, & alios, quos adducimus *b*.

h Syluest. in Aur. ref. c. 15.

a 2. 2. q. 77. 2. 2, & S. Ant. 2. par. tit. 1. ca. 16. parag. 3.
b In reper. c. nouit. de iudi. notab. 6. num. 66.
c Codic. de restit. q. 36.
d De l. pœn. lib. 1. ca. 12.
e Supr. c. 17. num. 81.

88 *Tertio* peccat mortaliter, qui vendit triticum, aut aliquid aliud æstimatum certo pretio iusto à Repub. maiore notabiliter illo, cũ obligatione restituendi illum excessum, secundum Medinam *c*, & Castrensem *d*, nec à peccato excusat pœna in edicto ęstimatorio statuta, secũdũ eosdem, nec donatio emptoris facta in emptione, quia pręsumenda est nõ esse facta voluntate libera, sed necessitate coacta. Dixi, *in emptione*; quia facta postea cessante necessitate, excusaret, per dicta *e*: qua in re, quod dicitur de laicis, dicendũ videtur de clericis, quia quãuis hi legi seculari nõ subijciantur, subiecti tamen sunt legi naturali & diuinę, quę pręcipit, ne quis sua vltra iustum pretium vendat. Iustum autem pretium est, quod ab habente in id potestatem præstituitur, secundũ omnes: quod etiã tenendum est in terris, vbi limitatur pretium rei in illis collectæ, & non aliunde importatę, etiamsi res clericorum ęque bonę sint, ac importatę, quia licet ipsi ita sint exempti à iurisdictione edicentis, ac exteri *f*, & etiam sua quoad aliqua *g*, cõfitendũ tamen est, illa quoad aliqua alia magis subijci illi quã extera, & quod causa prouidendi necessitati suę Reipub iuste potest dari priuilegium bonis externis, vt tã subditi, quã exteri possint importare illa vendenda in suis terris, excludendo ab eo bona suę terræ, quę sunt exemptorum ab eo, quãuis charitatis Christianę foret, vt Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia resplendere debẽt, taxas, & pœnas secularium, quas ob misericordiã faciunt, suis edictis iuuarent. Dixi, *iusto æstimatum*; quia ęstimatio iniusta nõ obligat, saltem in foro conscientiæ, secũdum omnes. Arbitror autem rarissime ponendam esse hanc taxam. Tum quia dat occasionem vendendi corrupta, & fere inutilia eodem pretio quo syncera & vtilissima. Tum quia superueniente maxima necessitate tollitur omnino taxa, &

f Ca. decernimus, de iudic. & ca. si diligenti de foro comp.
g Cap. hec e quidem, 96. 1 ca. Ecclesia S. Mariæ de const.

taxa,& illa non occurrente,parum est necessaria. Tum quia nemo diuitum vult mutuare,nec vendere credito res taxatas,nisi pretio taxæ,etiam in tempore abundantiæ. Tum quia præbet occasionem innumerorum peccatorum mortalium,mille modis taxam fraudantibus, quorum vnus est nolle vendere rem taxatam,puta triticum,nisi ematur etiam non taxata, puta vinum duplo,& quadruplo maiore pretio, quam valet, quem speciatim reprobat Medina *b*. h Vbi supra.

89 *Quarto*,qui sciens emit vili rem pretiosam ab id ignorante, puta aurum,vel equum sanum à putante esse aurichalcum, vel infirmum,aut contra,vendit vile pro pretioso, puta plumbum pro stanno,stannum pro argento,aurum alchymisticū pro naturali,&c.cumobligatione restituendi damnum,secundū mentem S.Th.receptam *a*. Idem de venditore,qui sciens rem vitiosam sine declaratione vitij vendit nescienti, & ea de re nō monito,secundum eundem S.Th.*b* nec satisfacit,dicendo se nolle teneri de aliquo eius defectu:& quod vendit cū omnibus suis defectibus exprimendo mendaciter lōge plures,quam habeat, etiamsi occultum inter illos falsos exprimat,ita vt emptor moueatur ad credendum non inesse illi occultum verū, cū iudicat eum mentiri in patentibus,vt cum ait,vendo hunc equum tibi pro claudo,cæco,manco,mutilo,& quouis defectu laborante, mentiendo circa patentes defectus secundum Specul. receptū. *c*.Tū quia tenetur speciatim declarare defectū, quem ipse scit, & emptor ignorat. Tum quia mouet emptorē ad credendum, ipsum mentiri in occultis,cū in patētibus patenter mentiatur*d*, Dixi,*scient*;quia nescius celādo non peccat,licet cum resciuerit tenebitur ad resarciendum damnum emptori. Dixi,*occultū*;quia manifestum non tenetur declarare, veluti si equus patenter est cæcus,vel claudus,&c.modo non faciat,aut dicat, quo id non appareat,necetiā occultum,quod emptori non erit notabiliter damnosum:nec tale,propter quoddesineret emere,licet ęgrius esset empturus,modo tātum de pretio detrahat,quanti ob illud vere minoris valet,iuxta eundem Mai.*e* post venditionē tamen admonere debet emptorem illius vitij, & quod ob id minoris ei vendidit,ne si emptor alteri pluris venderet, esset causa dāni illius tertij,vt recte annotauit Caiet.*f* idem de vendente rem quam sciebat cito corrumpendam ementi ad diuseruandum *g*. Quæritur hic noue,an peccet mortaliter,qui vendit aliquid amissum ipso iure ob hęresim,crimen lęsę Maiest.aut aliā similē causam,emptori id ignoranti,eaq; de re non admonito? Respōdeo quod sic:quia per supradicta vendens aliquid non manifestando vitiū occultum illud ignoranti,peccat, & satis superque vitiosum,quoad hoc videtur, rē vendendā non esse vendentis, posseq; ab emptore iura auferri, etiā non reddito ei pretio quo emit:eiusmodi sunt prędicta ipso iure amissa secundum Ioan. And.communiter receptum *h*, nisi tam occulto modo fuisset

a 2.2.q.77.a. 2.adiuncto Caie.in summa ver.alchimia.

b Vbi supra.

c De rescin. vend.parag. 1.nū.7.Mai. in 4.d. 15. q. 4o.col.4.

d Arg.c.sent. malus,de reiur.lib 6.

e Vbi supra.

f 2 2.q.77 ar. 3.pro quo est c.fin.de iniur.

g l.2.C.de pet & cum rei vend.

h In c.cum secundum de hæret.lib 6.

amissum, quod probabiliter credit vendens illud nemini detectū iri, nec consequenter rem venditā ab emptore euictum iri. Tunc enim cessante causa ob quam peccaret, cessat peccatū *i*.

i Arg.c. cum cessante, de appel. & l. adigere parag. quamuis, ff. de iure pat. k 2.par.tit. 1.c.24.parag 11.arg.c.not. 5.2 qu.1.

90 *Quinto* peccat mortaliter qui vendit arma ei, quē scit emere ad nocendum iniuste, aut ad bellum quod scit esse iniustum, vt tenet S Anto. *k* vel dubitat, & non est subditus Principis, cui vult militare: subditus enim potest dubietatem deponere *n*. Quid autem sit dicendum de illo, qui vēdit illa sine vllo malo fine ob iustum lucrum, licet credat ementem iturum ad bellū iniustum, colligendum ex resolutione posita supra *b*. Ex quo loco colligitur item, quid sit dicendum de vendente, vel habente venialia toxica, aconita inutilia, chartas lusorias, taxillos, fucos, & pigmenta, & id genus alia.

a Arg cap. quid culpatur, 23.q 1. b capit. 20. num. 16.

91 *Sexto* peccat mortaliter, qui tempore messis, aut vindemiæ emit tam immoderate oleum, triticum, aut vinum, quo postea carius vendat, vt charitatem inducat *c*. Dixi, *vt charitatem inducat*; alias enim secus, præsertim ad prouidendum suæ domui alendæ, etiam paulo plus quam egeat, & postea quod superfuerit pretio currente vendat: vel si emit ad prouidendum Reipubl. vt Ioseph *d*: aut pauperibus egentibus, aut ne exportetur, vel dissipetur: aut ob alios fines honestos, secundum mentem Innocentij *e*.

c Ca. quicunque 11.q 4.

d Gen. 41.

e In ca 14. 1. ne cle. vel mon. & S. Anton. 2. part. tit. 1. c. 23. parag. 16.

Ad noue autem quæsita super eo, quod Itali *Stochi*, & Hispani *Mohatra* vocant, nimirum quum quis non inueniens pecuniam mutuam, emit credito argentum factum, vel pannum, aut alias merces, quo statim eas minoris vendendo pecuniā cogat: Respondeo *primo*, quod vendens illa ei pretio iusto etiā rigoroso non peccat, alioqui sic, per dicta supra *f*. *Secundo*, quod non decet eū denuo emere à se vēdita etiam iusto pretio minore illo quo vēdidit, ne pro iniquo mercatore, vel vsurario palliato habeatur, cuius infamię periculo probabili se exponēdo peccaret. *g Tertio*, quod de rigore iuris ei liceret denuo emere illa iusto pretio mediocri, vel pro minore rigoroso, quo vēdidit: quia nulli legi iustitię videtur cōtrauenire, & si alicui legi charitatis scandalizādo alios cōtrairet, peccaret quidē, sed non teneretur ad restitutionē, ad quā solius legis iustitiæ trāsgressio obligat *h*. Ad aliud etiā noue quæsitum super venditione cēsus, respondeo, quod quidquid alias hoc in loco dixerim, non licet hodie post præfatam extrauagantē Pij V. emere vel vendere censum noue imponendum, vel iā impositum pluris, vel minoris, quā in prima impositione fuit emptus vel venditus, propter vitandam fraudē: quia quis posset simulare se emere censum pro se magno pretio ad reuendendum illum postea tertio minore pretio.

f Cap. 17. num. 228.

g Arg c. non sunt audiendi 11.q.3.

h Iunt. d.c.27 nu. 11.

92 *Septimo* peccat mortaliter, qui facit monopolium cum alijs mercatoribus, ne illas, aut illas merces minore pretio, quā illo, vel illo vendāt *i*, aut à Principe priuilegium impetrat, ne certi generis merces ab alio, quam ipso vendantur in populi damnū

i Arg. l. 1. C. de monop.

notabile,

notabile, ex mente Ros. *a* quamuis liceat Principi aut Gubernatori in bonũ publicum obligando ad id aliquos statuere, vt soli deputati ab eis talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendant, puta vinum, oleum, &c. iuxta Rosellam *b*.

Octauo peccat mortaliter, qui emit vel vendit frangendo festa, vt supra *c*, vel peierando *d*, vel mentiendo *e*.

93 *Nono* peccat mortaliter, qui ad terras infidelium res vetitas exportat, veluti arma, ligna, & alia ad bellum pertinentia: & est excommunicatus *f*, quod late declarauimus *g*.

94 Thesaurarius item, aut receptor alicuius ciuitatis, communitatis aut domini, qui emit aut negotiatur pecunia publica in custodiã recepta, per tres leges *h*: quod limitãdum est procedere solũ in eo, qui id facit sine superioris consensu, vel non soluẽdo quibus debet statis temporibus absque consensu eorũ expresso, vel tacito, vel soluit, sed cum damno notabili, quod restituere tenetur ex mente S. Anto. *i* Item, qui societatem habet cũ alio, nolens discedere ab eo non resipiscente, per dicta sup. *k*

95 *Decimo* peccat mortaliter, qui emit hominem liberum non constitutum in extrema necessitate se vendendi, vel possessum pro seruo, quem credit aut credere debet esse liberum, eo quod credit, aut credere debet illum non fuisse captum in bello iusto, nec ob crimen amisisse, sed surreptum aut captum à latronibus, quales, vt fertur, sunt multi Æthiopes, & Indi capti à Piratis Christianis, vel latronibus suæ regionis, & postea vẽditi exteris pro seruis: & obligatur restituere illũ suæ antiquę libertati *l* Dixi, *non constitutum*, propter eos, qui emunt captos male per paganos, destinantes eos in cibũ, ob idque eos impinguantes, quod passim cõtingit Brasilię, ac in alijs terris, quas incolũt Antropophagi: licet enim eos emere & illis emptioni suæ cõsentire. Tum quia vita pretiosior est libertate *m*. Tũ quia pater tẽpore famis extremę filium vendere potest *n*. Tum quia id potius est eripere illos à morte iniusta, ad quod tenemur, iuxta illud *o*: *Erue eos qui ducuntur ad mortem p*, quã emere. Tum per ea quæ tradit Imola *q*, & Salycetus *r*. Tum quia nemo tenetur ad gratis subueniendũ egenti, etiam extreme: modo commodando, vel mutuando satis ei succurrat, per dicta *s*. Tũ quia emptio illa temperatur, eo quod huiusmodi emptio per se, vel per alium se redimere licet, reddito pretio, quo constiterunt, vel saltem eo, quod valerent tẽpore redemptionis si vere serui essent, etiam inuito possessore: & eo quod redempti fiunt liberi, & nõ liberti, perinde ac si numquam fuissent capti instar filiorũ à patre ob famem venditorũ *a*, desumpto argumento ab æquiparatis *b*, ex quo fit, vt moneri debeat secundus emptor modũ, quo ille fuit antea emptus: vt secũdus emptor filij à patre ob necessitatẽ venditi est monendus: minoris enim valet ob priuilegiũ redimendi se inuito possessore: vt minoris valet prędium cum pacto de retrouendẽdo emptum, iuxta supradicta *c*. Nõ obstat, quod melius faceret, qui gratis illũ ab extrema illa necessitate

a Verb. emptio, parag. 23.
b Vqi supra.
c Capit. 13. num. 8.
d Vbi supra. cap. 12.
f Per ca. ita quorundã de Iudæ & bulla Cœnæ Domini.
g In repet. præd. ca.
h C. de his quæ ex publ. collat. li. 10. ad iuncto c. pœnale 14. q. 3.
i 2. part. tit. 2. c. 15. parag. 5.
k Ca. 17. nu. 251.
l Arg. l. & liber homo & l. liberi hominis, ff. de contrah. empt. m l. seruitutem ibi fere adiuncta glo. & l. quod attinet, ff. de reg. iur.
n l. 2. C. de pat. qui fil. distra.
o Prou. 24.
p Relatum in c. non in inferenda 23. q. 3.
q In l. 2. ff. de pub. iud.
r In dict. l. 2. C. de patri. qui fil. dist.
a Iux. prædictum, l. 2.
b Ex gloss. 2. solenni cap. miramur de seru. non or. & gl. fin. d. l. si quis seru. C. de furt.
c Cap. 17. n. 148.

liberaret. Tum quia id non arguit hoc esse malum, quia bono melius datur *d*. Tum quia vtilius est dicere hoc, quam contrarium, ne bona opera impediantur, quum illud nemo, vel rarus facturus sit: hoc vero multi facient, & faciunt, quos arbitror iuste posse capere etiam interesse iustum pretij pro eis dati *e*.

96 Quæritur autem hic noue, an peccent, cum obligatione restituendi, entes Æthiopes, Indos, vel alios delatos è suis terris in alias. Respondeo quod non: si sciunt, aut probabiliter credunt eos fuisse à se, vel ab alijs cum consensu eorum venditos, vel in bello iusto captos: alias secus. Is autē mala fide credit eos esse seruos, qui scit, aut credit esse famam publicam ex fide dignorum relatione ortam, quod dolo, vel vi extra bellum iustum fuerunt capti, vel in naues introducti, ac postea volentes nolentes adducti: quod aiunt esse frequentissimum, per illud iuris *f*, quod singulariter probat sufficere iure antiquo ad aliquem vitandum, famam quod sit excommunicatus: & quamuis iure nouo nec fama, nec scientia excommunicationis ad id sufficiat *g*, sufficeret tamen fama quod est denuntiatus *h*.

97 *Vndecimo* peccat mortaliter proxeneta, vel licitator, qui aliquid ad vendendū accipit, & sibi partem pretij notabilem retinet, cum obligatione restituendi, iuxta Ang. *i* nisi pro iusto sui laboris stipendio à domino nō soluto acciperet, & etiamsi pro stipendio acciperet, si gratis se venditurum promisit *k*, quāuis si accipit certo pretio vendendum, retinere potest id quo pluris illud vendiderit, nisi excesserit pretium rigorosum, talis enim excessus emptori est restituendus, iuxta Ang. *l* quod limito procedere, quando expresse, aut tacite agitur, vt id sibi retineat: vt cum conuenit nihil ei pro stipendio dandum. Contrarium vero quod tenent S. Antoninus *m*, & Ioan. Tabienna &, Iason *n* & etiam Maior *o*, quando id non esset actum, vt quum quis famulo suo stipendio condicto, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetę conuento stipendio: licet proxeneta, qui sua industria illud pretiosius reddit, cum ad id non teneatur, excessum sibi retinere possit *p*.

98 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui suo stipendio iusto nō cōtentus, rei domino dixit, neminem pro illa plusquā centum dare velle, & accepta potestate dandi illam eo pretio, vendit centum & viginti, sibi retinens 20. *a* cum obligatione restituendi.

d l. vbi autem ff. de ver. obl. e Arg. l. 1. cui el adnot. C. de fen. quæ pro ee, quod inter & alijs supra sæpe citatis. f Arg. gloss. singul. in l. Titio. fūdus, ff. de condict. & demonstr. & notat. per glo. in c. qualiter & quādo. 1. de accus. & c. illud de cler. excom. minist.

g Ver. extra. uag. ad euitandā. Martī. V. relat. inf. c. 27. num. 35.

h Vt ibi dicetur

i Verb. emptio para. 23.

k Arg. c. non sane 14. q. 5.

l Vbi supra.

m 3. par. tit. 8 c. 1. para. 4.

n In para. 2. actiones Inst. de actio.

o In 4. dist. 33 q. 41.

p Gabr. in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. dub 4.

a Caietan. in Spm. verbo, proxeneta.

De simonia, quæ per speciem emptionis & venditionis auaritiæ cognata est.

99 *Spirituale etiam vt hic simitur multiplex.*

99 *Spirituale alterum à solo Deo, alterum ab eo, & homine, sed vtrumque iure diuino vendi vetatur.*

99 *Spirituale humanum antecedens, & consequens.*

99 *Spirituale purum, & mixtum, & hoc vt vendi potest.*

Definitio

Definitio rei spiritualis.

99 OMissa breuitatis causa inquisitione illa inutili, cur hoc vitiũ simonię potius denominetur à Simone, qui volendo emere spiritualia illud incurrit, quã à Giezi, vel Balaan, vel Iuda, qui volẽdo ea vendere illud incurrerunt, cum per venditionem ita committatur, sicut per emptionem, *præmittendum primo*, quod vt ait Ioan. Maior. *b* non est facilis definitio rei spiritualis: cuius ratio, licet eam ille non assignet, potest esse quod spirituale siue spiritale dicatur omne, quod pertinet ad spiritũ. Spiritus autem dicitur proprie halitus, iuxta illud *c*: *Spiritus meus attenuabitur*. Improprie vero per figuram, metaphoram, siue trãslationem appellatur nunc anima *d*: *Tradidit spiritũ*. nunc vẽtus, *tamquam aduenientis spiritus vehementis*. nunc omne incorporeum, iuxta illud *f*: *Spiritus est Deus*. nunc alia, vt ait S. Thomas *g*, & ideo necesse videtur esse, vt spirituale quoque multipliciter dicatur: & ita in hoc proposito non capitur pro halitu, neque pro re pertinente ad illum, neque pro vento, neque generaliter pro re incorporea: sed pro re pertinente ad salutem animæ, quæ est cuiusdam generis spiritus improprie accepti.

b In 4. l. sent. dist. 25. q. 1.
c Iob. 17.
d Ioan. 19.
e Act. 1.
f Ioan. 1.
g 2. pa. q. 41. art. 3. ad 4.

Quare omisso stylo, quo in vulgari hoc loco vsi fuimus, sequuti Io. And. Panor. & communem *h*, adiunctis, quæ S. Tho. & communis ait *i*, spirituale, vt huc pertinet, *est donum supernaturale à Deo datũ ad animarũ salutẽ, vel aliquid aliud institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, vel ab Ecclesia potestate supernaturali, & gratis sibi data ad conficiendum illud, & gratis dandũ*, quæ definitio satis colligi potest ex ca. *gratia*. & ca. *qui studet*. *k* & cap. *quam pio l*, & ex Durando *m*, & ex S. Tho. *a* & Ioann. And. & Panor. *b* Dixi, *donum*, pro genere. Dixi, *supernaturale*; ad includendum spirituale per essentiam, ad differẽtiam donorum naturalium, quę naturaliter dantur. Dixi, *ad salutem animarũ*, ad excludenda insignia, seu arma, dotes, & victorias, & alia huiusmodi Regibus, & Principibus aliquot, vel alijs in alium finem, quã salutem animarum supernaturaliter concessa. Dixi, *vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodẽ ad eam efficiendã*, ad includendum spirituale per causam, qualia sunt Sacramenta, quę ipse solus instituit: & sola efficiunt instrumentaliter gratiam, vt dictum est supra *c*. Dixi, *vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data*, ad includenda spiritualia, quæ à Ioan. Andr. & Panor *d* vocantur spiritualia statuta, qualia sunt Sacramentalia, & eis annexa ab eadem instituta, quibus Sacramenta parantur, conficiuntur, & conseruantur: vt consecratio & benedictio Ecclesię, vel altaris, valorum, ornamentorum, aquæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus, iuspatronatus, beneficia, collationes, personationes, renuntiationes, & id genus alia. Dixi, *gratis dandum*, quia omni rei spirituali repugnant emptio, venditio, & omnis non gratuita donatio, triplici ratione, secundum S. Th.

h In d. c. cõsulere, de simon.
i In 4. di. 25.
k 1. quæst. 1.
l quæst. 2.
m Dict. dist. 25. quæst. 1.
a 2. 2. q. 100. art. 1. 3. & 4.
b In c. consulere, de simo.
c Ca. 22. nu. 1. & 2.
d In c. consulere, de simo.

e 2.2.q. 100. art.1.in cor. quæ.

receptum *e*, scil. quia nō est pecunia æstimabilis: & quia nemo alius à Deo est verus dominus eius: quia origo eius procedit ex gratuita Dei voluntate.

Ex qua definitione infertur *primo*, quædam esse spiritualia, vt hic accipiūtur à solo Deo immediate creata, vel instituta, vt sūt gratia gratū faciens, septem dona Spiritus sancti, & septem Sacramenta, & gratię, quas gratis datas appellant, & iurisdictio Ecclesiastica supernaturaliter primum à Christo Domino nostro data, vt diximus *f*. Alia vero ministerio Ecclesiæ instituta, qualia sunt reliqua prædicta. Non tamen ex hoc inferas, quod solum ptiorū venditio est iure diuino prohibita, & cōsequēter prohibita quia simoniaca: quia etiā venditio posteriorum est eiusmodi, vt infra tangetur *g*: non item putes, quod omne sacrū est spirituale, vt hic accipitur. Bona itē mobilia, & immobilia Ecclesiastica sunt sacra, iuxta S. Thomam receptū *h*: & probatur *i*, quæ tamen non sunt spiritualia, vt hic sumuntur, & ita eorū emptio etiam iniusta non est simoniaca, licet sit sacrilega *k*, quia definitio eis non conuenit: nam licet dedicentur ad sustētationem spiritualium, vt ait S. Tho. *l* non tamen per benedictionem sacri constitutiuam, quæ de sola potestate supernaturali, & spirituali fluere potest, vt noue resoluimus nuper *m*.

f In c. nouit. de not iud.

g Num. seq. h 2.2.q.9.a.3 i In c. nulli, & c. prædia 12.q.2.

k Per cap. prædicta.

l Vbi supra.

m In c. non licet, 11.q.3 par.3.§.7.a n. 7.

Secundo infertur, quod omnia spiritualia instituta ab Ecclesia sunt instituta virtute potestatis acceptę, & ideo merito vocātur annexa spiritualibus, quia sunt superaddita humanitus spiritualibus datis diuinitus: quędam quidem antecedenter, puta quæ non requirunt in habituro illa aliud spirituale, quam Christianismum: vt ius patronatus, ius sepulturę, calix, & similia. Alia dependenter siue consequenter quæ requirunt aliquid spirituale vltra Christianismum: qualia sunt beneficia, & officia Ecclesię, quę est doctrina S. Thom. communiter recepti *a*.

a 2.2.q.100. art. 4.

Tertio, quod quædā sunt spiritualia pura ab omni rei tēporarię mixtione: qualia sunt gratia, & dona Spiritus sancti: alia mixta ex spirituali, & temporario, & horū quædam habēt plus spiritualis quā temporarij, vt Sacramenta & actus cōficiēdi ea, qui constāt ex parte pure spirituali, & labore temporali: alia cōtra, quorū maior est temporalis, & minor spiritualis, vt calix sacratus, & ornamēta sacra, in quibus materia, quę est maior pars est res tēporaria, & consecratio, & benedictio, quę est spiritualis minor. Et quamuis neutra horum pretio vēdi possint, quoad partem spiritualē, neque eius ratione debeāt maioris æstimari: tamē ea quę sunt generis posterioris, vēdi, & emi possunt ratione partis temporariæ. Ea vero quę sunt prioris generis nō.

Definitio Simoniæ.

100 *Simoniæ definitio declarata.*

100 *Emptio & venditio proprie, & improprie sumuntur.*

100 *Simonia absque re temporali formaliter inuenitur.*
100 *Simonia non est emptio, vel venditio artis vel consilij.*
100 *Simonia omnis datio spiritualis pro pretio.*
101 *Simoniam vt non faciat causa minus principalis.*
101 *Causa non omnis, ob quam non fieret actus, est principalis.*
102 *Simonia non est dare pecuniam pro alimento, pœna, vexationis redemptione, missa, precibus, vel laude.*

100 SEcundo principaliter premitto, quod simonia est *voluntas studiosa emendi vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum*, secundum glossam solemnem *b* receptam ab omnibus Canonistis *c*, & à Theologis *d*, & à S. Thoma *e*. Dixi, *voluntas*, ad significandum quod simonia mentalis, qua quis vult committere simoniam conuentionalem, vel realem, est vere peccatum mortale simonię, etiam non sequuta conuentionali, nec reali: quia radix malitiæ simonię, sicut & cuiuslibet alius peccati, in actu interiori voluntatis consistit, secundū S. Thom. receptum. *a Non quod intrat per os, &c. b* Tū quia peccata cordis, oris, & operis eiusdē speciei, & malitiæ sunt *c*, & cōstat admittere simoniam conuentionalem, vel realem esse peccatum mortale *d*. Tū quia talis voluntas est peccatū mortale, secundū omnes, & nō nisi peccatū simoniæ: ergo est simonia: propter quod Maior *e*, male deridet glossam *f*, putans eā dicere contrarium, quod tamen non dicit, imo expresse aiunt ambæ glossæ esse peccatum: sed non facere quem simoniacum, id est, de numero eorū, quos iura vocāt simoniacos, id est, punibiles pœnis contra eos constitutis: quod quia nō satis aduerterunt aliqui, grauiter in hoc lapsi sunt. Dixi, *studiosa*, ad excludendam indeliberatam. Dixi, *emendi vel vendendi*, ad includendum omnem voluntatem dandi vel accipiendi aliquid pro spirituali non gratuito: sed in quoddā pretium, vel interesse formaliter, vel equipollenter temporale, iure id non permittente, vel prohibente, per infra dicenda. Dixi, *spirituale*, ad includendum omne diuinitus datum, vel institutum ad salutē animarū, iuxta dicta *g*. Dixi, *vel spirituali annexū*, tum ad includendum omne spirituale humanitus per potestatem diuinitus datam adhibitum ad conficiendum & conseruandum spirituale diuinitus datum *h*. Tum ad significandum, quod in nullo alio, etiam sacro committitur simonia, per prædicta *i*.

b In summ. 1 q. 1.
c In rub. de simon.
d In 4. dist. 25.
e 2.2.q.100. art. 1.
a 2.2.q.20.
b Matt. 15.
c S. Thom. 1. 2.q.72.a.7. & dictum est supra præl. 9. & c. 16. num. 1. sub fin.
d Cap. tanta, & toto tit. de simon.
e In 4. dist. 15 q. 1.
f Dist. cap. fin cui concordat glos præfati ca. consulere.
g Sup. n. 99.
h Per ibidem dicta.
i Num. 99.

Ex qua definitione, & eius declaratione *infertur primo*, quod nunquā committitur simonia circa corporea, vel incorporea, quę sunt naturaliter quęsibilia: quia nō sunt spiritualia, vt spirituale sumitur in hac definitione, & cōsequēter nec circa scientiam iuris, vel aliam, & artem, & consiliū naturaliter quæsibilia, licet contra senserit glossa violans textum *k*, quatenus habet non licere Doctori vedere consilium sine studij labore pręstitum, innuens id esse simoniam, cui cōsequens est, quod grauiter

k In ca. non liceat, 13. q. 3

uiter

uiterlabũtur Hostiẽsis, Cardinalis,& Panormitanus,& aliquot alij *l*,sentientes committere simoniam illos, qui docent aliquam scientiam pecunia,si habent vnde se aliunde sustentent: quia non vendunt quid spirituale,vt hic sumitur:& grauius Panorm. significans scientiam,vel laborem docendi esse tale spirituale,quod aliquo modo ad quandam permutationem cum beneficio spirituali accommodari possit *m*.

l In cap.quia nonnulli,de mag.

m Arg.c.ad quæstione', de rerum permu. male ad hoc applicati.

Secũdo,quod duplex est simonia. Altera prohibita,quia simonia,id est,iure diuino prohibita:altera simonia,quia prohibita: nõ quidẽ,quod solo iure humano sit prohibita,vt sentit glossa *n* cõmuniter à Canonistis recepta,sed quia iure humano ab Ecclesia per potestatem supernaturaliter,& diuinitus ei traditam instituto,est prohibita. Prioris generis est voluntas emendi vel vendendi vere spiritualia,siue à solo Deo sunt data, vel instituta,siue ab Ecclesiastica potestate diuinitus accepta,iuxta dicta*a*: posterioris generis est voluntas faciendi collationes, renũtiationes,vel recipiendi eas factas cũ cõditionibus,modis,vel pactis in alijs licitis,& etiam in his,nisi ab Ecclesia prohiberetur: & ita frequenter simonia cõmittitur sine interuentu pecuniæ numeratæ,vel rei ea æstimabilis,nam cũ quis renuntiat beneficium suum in fauorem alicuius,vt ille,vel alius renuntiet aliud in fauorem alicuius,vel alius renuntiet aliud in fauorem alterius:vel suffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius suffragaretur alteri:vel renuntiat beneficium suũ simpliciter,vt alius impetret sibi aliud ab Episcopo,vel alio collatore: & alijs similibus casibus nõ datur formaliter pecunia, neque aliquid aliud ea æstimabile,& tamen est simonia secundũ Raymundũ,quem sequuntur Angelus *b*,& Syluest.*c* Tum quia id tamquam simoniam prohibet Ecclesia. Tum quia id merito prohibet:nam his omnibus datur,vel relinquitur ius spirituale cum onere, vt fiat aliquid quasi pro pretio rei spiritualis, vel causa principali immediata eam habendi,quod prohibetur *d*,& includitur sub declaratione tertia definitionis:quæ tamẽ nõ procedunt in cõditione & modo,quę iure insunt *e*, modo exprimatur eo solo modo,quo insũt,vt Felinus,& citati ab eo ibi declarant *f*. Per quæ pridem defendimus collationẽ cuiusdam commendæ factã cuidã adiecto modo,vt solueret quadraginta aureos annuos, quos ordinis statuto soluere tenebatur quisquis eam haberet.

n cõmuniter à Canonistis recepta,sed quia iure humano ab Ecclesia per potestatem supernaturaliter,& diuinitus ei traditam instituto,est prohibita. Prioris generis est voluntas emendi vel vendendi vere spiritualia,siue à solo Deo sunt data, vel instituta,siue ab Ecclesiastica potestate diuinitus accepta,iuxta dicta*a*:

a Num. præced.

b In summa verbo simonia,3.parag.1 c Verb.simonia,quæ.13. num.4.

c In c sicut 3 & c.non satis de sim.cap. quamp.1.q. 2.c fin.de pa. &is.

d Ca.1 significasti cum gl.de elect. & cap.ad audientiam,2. cum gloss. de rescripc.

e Arg.l.3 ff. de leg.1.

f Arg.l.3 ff. de leg.1.

g Cap.quæsitum,& c.pen. de rer.permut.

h Ca.cum olim,c cum vniuersorũ, de rer.permut.& clarius in ca.1. eod.tit.li.6. &clem.1.eod tit.

Tertio,quod permutatio beneficiorum,etiam quoad titulum est simoniaca,si fiat absque superioris auctoritate *g*:quoniã per eã quis vult dare,vel facere aliquid pro quærendo aliquo spirituali in quoddã pretium,vel causam principalem, & immediatam quærendi illud,licet non sit pecunia æstimabile, vt palam est:quamuis licita sit,si fiat auctoritate superioris:quia id iure permittente fit *h*. Et quia iura solum permittunt permutationẽ beneficiorum,quę sunt permutantium,ideo simoniaca est permutatio,qua quis ius ad rem,quod habet per regressum,accessum

sum, electionem, præsentationem, optionem, vel aliam nominationem, permurat cum alio simili iure, vel beneficio alteri iàm quæsito, vel vacanti i. Et idem de permutatione, qua renũtians beneficium minoris valoris reddit pecuniam, vel constituit pensionem annuam alteri permutanti maius ad æquandum illa; quia id nullo iure permittitur: quamuis quum Ecclesiæ bona inæqualia habentes permutantur, quoad proprietatem, refundi possit separatim pecunia, qua bona illa æquentur, a per quod idem fieri posse auctoritate superioris in permutatione titulorum, dicit Anch. b quod commendat Felinus c.

Quarto, quod non est simonia dare, vel accipere alia ratione, quam pro pretio quærendi spirituale: puta pro sustentatione ministrorum, vel pro liberalitate, vel eleemosyna, vel pro solutione obligationis legis, vel consuetudinis, vt sentit S. Thom. & exprimit Caietanus d. nam præpositio, *pro*, aliquando significat pretium, vel causam principalem immediatã, in qua significatione accipiendo vniuersaliter est verum, nil pro re spirituali, vel ei annexæ posse accipi e: nil, inquam, etiam paruum, vel minimum, secundum S. Thomam f. Aliquando significat causam impulsiuam, vel remotam, vel sustentationem, vel aliam ex prædictis, & in hac significatione verum est posse accipi aliquid pro spirituali, iuxta gloss. iuncto text.

101 *Quinto*, quod licet dare vel accipere aliquid tẽporale minus principaliter, & tamquã pro causa impulsiua, & excitatiua pro spiritualibus. Tum per proxime dicta. Tum per glossas h, quę aiunt, simoniam quidem admittere illũ, qui prælato inseruit principaliter ob beneficium Ecclesiasticum, præsertim interueniente pacto, nõ autem qui principaliter ob alium iustũ respectũ inseruit, licet secundario, & minus principaliter ob illã spem inseruiat, quod pulchre de more declarat Adrianus i. Tũ quia glossa illa celeberrima k ait peccare quidem eũ, qui surgit ad maturinas preces principaliter propter distributiones quotidianas, non autem illum, qui surgit principaliter, vt Deo inseruiat, & minus principaliter, & secundario, vt eas lucretur. Tum quia Vrbanus Papa l, & Cœlestinus m determinarunt, licere clericis seruire Deo in Ecclesijs ob spem ascendendi ad dignitates illarum. Imo Gelasius n, dixit eos ad hunc ascensum spe maioris commodi compellendos. Tum quia glossa recepta o dicit expresse per illum textum licere clerico seruire in Ecclesia ad quærendam aliquam dignitatem, modo principaliter ob id non seruiat, cui similis est glossa p. Tum denique, quod glossa q recepta communiter, confirmata à multis contra Scotum r, habet, quod licet peccet, qui mutuat principaliter ob lucrum, non tamen, qui principaliter id facit, vt iuuet proximum, quãuis minus principaliter, & secundario id speret. Causam autem impulsiuam & excitatiuam voco etiam illam, sine qua nõ

fieret

a per d.c. ei adnotat præsertim per Ioan. Andr. & Frãc. a capite ad quæstiones, de rer. permut.
b In consilio 280.
c In ea quia verisimile præsumpt. num 1.
d Vbi supra art. 3. & melius in summa verb. simonia.
e Vt probat prædictum c. sicut, & c. non satis de simon. & declarat Archid. in c. ordinationes, & c. iudices, 1. q. 1.
f In 4. li. sen. d. 25 q. 3. a. 5. ad 1. & dicta q. 206. a. 3.
g In dict. c. iudices, &c. Agatho. 83. d. vbi etiam Archid. & communis, in ea. ad Apostolicam, de simõ.
h Ca. cũ esset de simon. & c. cum ad nostrã, de elect.
i Quodlibet 9. a. sub. lit. L. M. N. O.
k In c. 1. de cler. non resid. li. 6.
l In c. si offic. 59. d.
m In c. quid proderit 61. d.
n In c. consuluit, 74. dist.
o In d. c. quid proderit.
p Cap hoc ad nos 59. d.
q Ca. consuluit. de vsur.
r Supra 17. num. 109.

fieret actus: modo ille fiat principalius ob aliam, quam illam, vt in hac specie dixit Maior *a*, & ante illũ sentit S. Thom. *b* loquẽs de clerico surgẽte ad matutinas ob distributiones, alias nõ surrecturo. Tũ quia, vt *c* probauimus, non est bona definitio illa Bartoli *d*, qua definit causam principalẽ esse causam, qua cessãte, cesset effectus: tũ quia multis causis minus principalibus, sine quibus actus non fieret, conuenit: tum quia secundum eam omnis causa, sine qua non esset principalis, quod est falsum, secundum omnes, & per supradictos textus, & glossas quę habẽt locum etiam in his, qui non seruirent Ecclesijs, vel prælatis, nisi sperarẽt beneficia: & quia actus virtutum, licet fiant vitiosi ob finem principalem tẽporarium: non tamen fiunt tales ob minus principalẽ *e*. Alioquin enim omnes fere actus nostri essent vitiosi: quia pauciſſimi fiunt pure propter solum Deum, & solã virtutem sine aliquo respectu retributionis, quam etiã Dauid habebat, inseruiendo Deo, inquiens *f*: *Inclinaui cor meum, &c. propter retributionem*, & vt quidam dixit *g*, *Quis virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas*? Itaque vere coram Deo incurrit simoniam quicumque dat, vel facit aliquid temporariũ etiam minimum, vel spirituale pro spirituali tanquam pretium eius, vel causam principalem, & immediatã eius habendi: & è contrario nemo, qui alia ratione, & minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale pro spirituali, vere coram Deo, in foro conscientiæ simoniam committit: quamuis in foro exteriori interdum præsumatur committere, quæ resolutio ex prædictis, & ex Archidiacono & Caietano *h* irrefragabiliter colligitur. Per quę pridem respõdi, non cõmisisse simoniam, qui mutuauit Episcopo noue prouiso bonam pecuniæ summam principaliter, & immediate, vt ei benefaceret, & ad ineundam amicitiam, sperans secundario sibi, vel alij gratiam alicuius beneficij: quia non mutuauit pro pretio neque pro causa principali, nec immediata rei spiritualis, saltem vt hic accipitur.

102 *Sexto*, quod nõ est simonia dare, vel accipere aliquid pro sustentatione ministri: quod proculdubio procedit in sustentatione necessaria quoad vtrũq; forũ, & etiam in non necessaria quoad forũ conscientiæ: quoniam licet diuites accipientes pro illa ex facto præsumi possint eam admittere, vere tamen non admittunt, si nõ accipiunt pro pretio, vel causa principali, & immediata suę actionis spiritualis, per prædicta: & pauperibus licet in vtroque foro, etiã ex pacto accipere, vt dixit Caiet. *a* quæ sane differentia non potest defendi, nisi ratione diuersitatis inter vtrum que forum, & inter veritatem, & præsumptionem.

Septimo, quod dare, vel accipere pecuniam pro impensis, vel pœna excommunicationis, vel absolutionis per iurisdictionem spiritualem imposita, nõ est simonia *b*, etiamsi pœna non erogetur pauperibus *c*, licet id esset melius. Ad quod reducendum est quod ait S. Thomas *d*, cum alijs quibusdam.

Octauo,

a In 4. dist. 25. q. 1.
b Quodlib. 8. art. 1.
c In commun. cap. cum minister. 23. q. 5. dnm. 27.
d In l. 2. parag. si ff. de donat.
e Per adducta in d. cõm minister post Adrian. ibi citatum.
f Psal. 118.
g Iuuen. sat. 10.
h Vbi supra.
a Vbi supra.
b Arg. c. venerabilibus, parag. porro, de sentẽt. excõmun. li. 6.
c Arg. c. dilectus, de pœnis.
d In 4. sent. dist. 25. a.

Octauo, quod neque datio pecuniæ ob vexationis redemptionē est vere simonia *e*, modo qui dat iam habeat ius acquisitū, etiā in possessione *f*; quæ ampliatio per prædicta procedit quidem quoad forū exterius & præsumptionem simoniæ: nisi aliquid aliud eam tollat: sed non quoad interius, quoad quod nō est vere simonia, si dans nil iuris intendit emere, neque eius dationis causa principalis, & immediata est iuris possessionis acquisitio: sicet illa sit causa sine qua nō daretur: sed alia, vel amicitiæ cōciliandæ, vel litium, vel aliorū scándalorū, & damnorū vitatio: vt respondi de datione cuiusdam habentis ius firmū impediti accipere possessionēper arma cuiusdā nobilis, nil aliud iuris prætendentis quā potentiæ, vel indignationis, & iræ duraturę, donec aliquid tēporale ei daretur. Dixi, *modo habeat ius quæsitum*, quia ante non liceret dare aduersarijs, etiam malitiose impedientibus eius promotionē, secundū S. Th. *g* nisi impedirent vim inferendo, vel procurando pro indigno, vel solus ipse occurreret dignus qui eligeretur, vt recte animaduertit Sotus *h*.

Nono, quod largiri eleemosynam pauperi, vel sacrifico promissa, vel orationibus nō est simonia, nisi pro pretio, & animo illa emēdi daretur: quo animo dare, etiam pro vita æterna esset actus simoniacus, quidquid aliqui dicant citantes pro se S. Th. *i* qui hoc nō dicit: nā & illud *k*: *Peccata tua eleemosynis redime l*, non est intelligendum de venditione, & redemptione propria, sed de impropria, & metaphorica, vt idē S. Thom. *m* intelligit. Idē de dante alicui, vt excubias in domo defuncti agat: quamuis accessorie intelligatur illum Psalterium recitare debere *n*.

Decimo, quod est simonia dare, vel accipere aliquod munus à manu, lingua, vel obsequio *o*, quādo obsequia, vel laudes, vel preces, quę sunt munera linguæ, dantur, vel accipiūtur pro pretio, & causa principali, & immediata rei spiritualis, vel ei annexæ: vt dū cōuenit inter duos, vt alter alterum laudet apud illū, vel illum, illo vel illo loco, vel tempore: aut inseruiat sic, vel sic in illo, vel illo negotio, vt sic, vel sic roget aliquem pro aliquo, & alter dabit ei aliquod beneficium, vel ordinē: secus autem si non darentur, vel acciperentur in pretium, vel in causam principalem & immediatam, vt dantur & accipiuntur, cum non exeūt fines suę naturæ: quāuis laudes essent falsæ, & preces malę, & obsequia peruersa, iuxta mentē S. Thomę *a*, quamuis glossa, *b* cui satis concordant Antoninus, Cardinalis, & communis, cōtradicat quoad preces carnales, & pro se, vel pro indigno o blatas, quod tamen singulariter refellit ibidem Innoc. dicēs per eas quidem peccari, sed nō peccatū simoniæ: ad quod reducendū est etiā id, quod idem Sanctus Tho. ait *c* de rogante pro se indigno beneficium. Idem dicendum de dante aliquid causa dicendi missam, vel faciendi alia similia, quæ cōponuntur principalius ex spirituali, quod est ipse actus qui fit potestate spirituali ad id cōcessa, & minus principaliter ex tēporali, quod est

labor,

e Per text. sing. in cap. dilectus 2. de simon.
f Iux communem ibi.
g 2.2.q.100. ar. 6 pro quo casus in cap. Matthiade simon.
h Li.9.q.6. de iustitia & iur.
i 2.2.q.100. art.1.ad 3.
k Daniel.4.
l Relatum in c.medicina de pœn.dist. m Ibidem, & in 4.li.sen. dist.25.q.3.
n Host in summa de simonia, parag. qualiter, verb.si clericus.
o De quibus in ca.sunt nonnulli, 1. q.1.
a 2.2.q.100. ar 5. explicatam à Caiet. ibi & in sum. verb.simo.
b In c.tuā, de ætat.& qualit.
c Eadem q. ar.5.ad 3.

labor, qui in eis agendis suscipitur: distinguendum enim est, an det in pretiũ, vel causam principalẽ, an ob minus principalẽ, vel alias rationes supradictas, post vtrumq; Thomam *d*: qua ratione Episcopi, clerici, monachi, & monachę, siue sint pauperes, siue diuites, siue proprij, siue alieni, sine peccato accipere possũt portiones, eleemosynas, & stipẽdia, quæ pia consuetudine, aut lege naturali diuina, aut humana iusta iis, qui tale vel tale opus spirituale faciunt, debentur, nõ quidẽ pro pretio & causa principali immediata eorũ, nec laboris, qui in opere suscipitur, sed tãquam pium debitum, vel causa excitatiua, & minus principalis *e*. Quibus addo, quod etiam pro pretio, & causa principali immediata potest dare quis aliquod tẽporale pro obligatione exercẽdi munus vicarij Episcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris vnum annum, mensem, aut hebdomadam, secũdum Innocentium receptum *f*, vel subeundi laborem, adeundi aliquem locum longinquum, vbi rogatur missam dicere, aut aliquem alium actum spiritualem agere, quia huiusmodi obligatio vel labor non sunt de se accessoria illis actibus, vt recte declarauit Caietanus, & ante illum sensit Innocen. vbi supra.

Vndecimo, quod non committit verã in foro interiori simoniã, qui notario Episcopi pro instrumento ordinis dat aliquid, etiã amplius quam debet, vel etiam ipsi Episcopo pro pastellis præsertim post susceptum ordinem sine vllo pacto, modo non dederit pro pretio formali, vel æquipollenti ordinis: quamuis in foro exteriori possit præsumi contrarium *a*. Idem arbitror de beneficiario, qui soluit aliquid in possessionis adeptione alijs beneficiariis, ad quod nõ potest cogi *b*, etiã stante cõsuetudine si dandũ vertitur in priuatum, vel publicum profanũ commodum: quale est prandium, vel symposium, aut pretium eorũ: secus si pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere, vt constat per Panormitanum cõmuniter receptum *c*, quod confirmare videtur Conc. Triden. *d* saltẽ à contrario, quatenus videtur permittere dationẽ ad pia, si non habet speciem simoniæ, quod tamen videtur in hoc ęquare statutũ & consuetudinem: & ita corrigere Panormitanum, & communem *e*, quẽ sequitur Alexander *f*, quatenus contra eorũ sententiam exæquat in hoc constitutionẽ cõsuetudini, quod ipsum videtur statuere de marcha argenti, vel alia summa, quę alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo data possit accipi, etiam stante consuetudine: quin etiam puto non posse nunc capi pro rebus piis, quod consueuit capi pro cõmodo proprio: quia non erat consuetudo, vt pro illis caperetur: & ea quæ pro cõmodo proprio accipiebatur, sublata est, & iure cõmuni, etiam pro illis non debet capi *g*. Notarium autẽ, qui magis accipit pro instrumẽto, quo de ordine maiori datur fides, & Prelatum, qui eo plus exigit pro titulo, quo maius est beneficiũ, arbitror esse plane simoniacos: quia vendunt temporale mixtũ spirituali maioris, quam venderent purum

d 2.2.quæst. 100 art. 3.

e Per supradicta, & per c. significatũ, de præbe. vbi id larius diximus.

f In ca. quoniã, de præs. Vii. sum.

a Per cap. 11. de simon.

b Cap. Iacobus, eod. tit. & c. ex multis, 1. q. 3.

c In d.c. Iacobus.

d Sess. 24. c. 14. de refor.

e Vbi supra.

f In d.c. ex multis.

g Dicto c. ex multis.

rum *h*, præterquam quod contraueniunt prædicto Conc. Idem arbitror de dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet aliquem in necessitate constitutum, iuxta Panormitanum communiter receptum *i*, quidquid dicat glossa secum pugnans *k*. nam & in necessitate licite accipitur ab hæretico *l*.

h Per prædicta num. 99.
i In c. cū Ecclesia de simon.
k in c. baptizandis 1. q. 1.
l Iux gl. in c. præter parag. hæc 32. di.

Diuisio Simoniæ, & quid mentalis.

103 *Simonia triplex, mentalis, conuentionalis, & realis.*
103 *Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis.*
103 *Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, etiamsi sit diuinitus prohibita.*
103 *Simoniam nullam mentalem obligare ad restituendum defensum.*
103 *Restituere non obligant opera sola intentione interiori mala.*
103 *Ecclesia non punit interiora, nec exteriora sola intentione mala.*

103 TErtio principaliter premitto, quod simonia est triplex, mentalis tantū, conuentionalis tantum & realis. Simonia mentalis tantum est *simonia mente tantum concepta, citra omnem conuentionem expressam, vel tacitam, siue res tradatur, siue non*: & est duplex, altera, quę neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem: altera, quę peruenit ad dationem citra omnem conuentionem: quarum vtramque esse peccatum mortale simoniæ supra probatum est, & in prædicto commentario *a*, vbi *b* probo neutram harum simoniarum mentalium tantum obligare ad restituendum per eam acceptum, siue id sit spirituale, siue temporarium: & quidem quoad priorem, in qua realiter nil datur, nec accipitur, omnes conueniunt: sed quoad posteriorem, qua aliquid datur, vel accipitur, etiam sine vlla conuentione expressa, vel tacita, contrarium tenet Ioan. Maior, *c* & Adrianus *d*, & Sotus *e*: eo quod vsura mentalis tantum obligat ad restitutionem *f*, & dictum est supra *g*, & latius in commentario *h*: & quod eadem ratio idem debet suadere in simonia mentali *i*, sed nobis semper placuit communis opinio, quā irrefragabiliter probamus *k*. *Primo*, quia illud in secunda parte tam manifeste id dicit, vt nimiæ cuiusdam audaciæ fuerit illud inficiari, adijciendo ei glossas omnino dissonas.

a Cap. fin.
b Num. 12.
c In 4. d. 25. q. 2.
d in quolib. 9.
e Li. 9. q. 8. a. 2. de iust. & iur.
f Ca. consuluit. de vsur.
g Cap. 17.
h De vsur.
i Vbi sup. in c. mandato de simon.
k In dicto comment. 1. n. 12.
l Verb simonia, q. 20.

Secundo, quod ita in hodiernum diem intellexerunt illud glossæ & fere omnes doctores Theologi, & Canonistę in quibus est Innocent. IV. ibi. quidquid illi imponat Syluester, tenens tamen communem *l*: exponit enim verbum *Vtrumque* in eo positum sic, *id est, ex parte dantis, & accipientis beneficium qui ideo seruit, vt beneficium acciperet, & ille, qui dedit beneficium, ideo dedit, quia sibi seruiuit*. & ita intelligit illud de secunda simonia mentali, in qua datur, vel accipitur aliquid: in ijs etiam est S. Thomas *m*, quidquid dicat Sotus *n*, quod in prędicto commentario efficaciter monstramus,

m 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 6.
n Vbi sup.

ſtramus, vbi etiam idem probamus de Hoſtien. Ioan. And. & Caietano, quos aliqui ſuſpicantur fuiſſe in contraria ſententia: nam alij omnes ſunt in noſtra communi.

Tertio, quod illud cap. non poteſt intelligi quomodo illud intelligit Maior *o*, vt clare ibidem monſtramus per multa, quæ breuitatis gratia prætermittimus.

o In 4. di. 25. q. 1.

Quarto, quod illud c. nō poteſt intelligi ſicut Adrianus *p* ſentit, quem Sotus vbi ſupra ſequitur. Tum quia vt contextum in ſuam trahant ſententiam, iubent demi notam rubeam (quæ paragraphum, & diuiſionem ſignificat) poſitam ante illa verba *Et ad, &c.* & ita tacite, *E*, maiuſculum ſententijs, & periodis aptum, quod ſemper in prædicta connexione adhibitum eſt *a*, in e, paruum mutari iubent, contra perpetuam conſuetudinem à Gregorio IX. hucuſque ſeruatam, nullo ad id producto exemplari: ſicut videmus mutatum eſſe dudum in quadam Pariſiorum impreſſione. Tum per alia omni reſponſione maiorā, quę *b* afferimus, præſertim quod impoſſibile eſt ſecundum eorum intelligendi modum aptare conſtructionem aliquam tolerabilem illi verſiculo *Eos, &c.* vt eum conſtruere volenti palā erit.

p Quolib. 9.

a In d. c. mādato de ſimo.

b In dicto commento.

Quinto, quod nō obſtat fundamentum aduerſantiū, videlicet, quod nō poteſt dari ratione apta diuerſitatis, cur vſura mētalis obliget ad reſtituendum, & non ſimonia mentalis, eo quod Panormit. *c* probat nō eſſe idoneas ante ipsū redditas, nec approbat quas ipſe reddit, & merito: quia poſtrema, quę videtur ei alijs præſtare, preſupponit falsū, nēpe quod ca. illud loquitur de illo, qui non dat, vel facit tēporariū principaliter pro ſpirituali, ſed minus principaliter, & ſecūdario: quod eſt falſum, quia illud cap. agit de ſimonia quę eſt peccatum mortale, vt ſupra probatū eſt, quale non eſt facere aliquid minus principaliter, & ſecūdario pro ſpirituali *d*. Nihil, inquā, obſtat prædicta eorum ratio. Tū quia debemus aſſentiri humiliter declarationi Papæ: licet rationē, qua ille motus fuit, non attingamus *e*, credentes nō defuiſſe illi rationē ita declarandi. Vnde dixit Ioan. And. ibi, quod ratio iuſta illius deciſionis ab auctore petēda erat. Tū quia ſatis apta eſt, quā reddit Caietanus, ſcilicet, quod id, quod pro vſura datur, coacte datur: quod autē pro ſimonia ſpōte: vt quod datur pro emptione, aut vēditione. Nec obſtat replicatio Sot, *f* videlicet, quod pares ſunt in hoc ſoluens vſurā, & dans aliquid pro beneficio; quia vterque mallet habere gratis, & vterq; ideo dat quia non poteſt quod deſiderat habere gratis. Nō inquam, obſtat hęc replicatio cōtra Caietanū, quia ad hoc vt conſenſus dantis impediat reſtitutionē, non ſufficit quod mallet habere gratis, quam pretio; quoniam alioqui etiam omnis vēditor teneretur reſtituere pretiū ementi, ſed ſufficit conſenſus prēſtitus via cōtractus approbati: & quod datur per viam ſimoniæ datur per viam commutationis, quæ de ſe iure probatur: non autem quod datur per viam vſuræ. Et ideo conſenſum datū per viam

c In d. c. final.

d Vt ſupra n. 101. oſtenditur.

e Arg. ca. ego ſolu. 9. diſt.

f Vbi ſupra.

ſimoniæ

simoniæ Gregor. *g* sufficientem ad impediendam restitutionē consensum autē dantis per viā vsurę reputauit ad id insufficiētem Vrbanus *h*. Tum quia etiā alia ratio diuersitatis efficacior supradicta noue reddi potest, scilicet, quod vsura bene soluitur, & male recipitur: nā vsurā soluere non est peccatum *a*, recipere autē sic *b*, & qui male recipit ab eo, qui bene dat, tenetur id restituere danti *c*. At qui per simoniā mentalem accipit ab eo qui male dat, bene suscipit ob ignorantiā malæ intentionis, aut saltem accipit à male dante, & cōsequēter nemini tenetur illud restituere, saltē si præstet id propter quod datū est, per regulam supra *d* positā, scilicet eū qui bene, aut male accipit ab eo, qui male dat, ad illud restituendū ex præcepto non teneri, saltem si illud cuius causa datū est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. Et quāuis de accepto per simoniam realē sit lex specialis, quæ id iubet *e*, nulla tamē talis est de accepto per simoniā mentalē, imo contraria expresse ponitur *f*. Cōcludo igitur procul dubio, quod simonia mentalis nō obligat ad restituendum quæsitum per eam, siue illud sit spirituale, siue temporariū: quod procedit etiam in simonia iure naturali vel diuino prohibita. Tum quia illud c. generaliter loquitur, & ità generaliter est intelligēdū *g*. Tū quia speciatim agit de simoniā, qua tēporarium fuit datum pro statu spirituali religionis, quæ iure diuino prohibetur, per dicta supra *h*. Procedit etiā quoad vtrumque forū, quidquid dicat Med. *i* qui nescio cur illa verba, *In quo casu delinquētibus sufficeit per solā pœnitentiā suo satisfacere Creatori*, non pōderarit. Procedit etiā non solum quando altera pars simoniam tantum mentalē committit, sed etiam quando vtraque, quicquid aliqui dicant: Tum quia aperte agit textus de quæsito ab vtraque parte in illis verbis, *Vtrimq; taliter acquirūtur*, & nihili facienda est declaratio Maior. *k* Tum quia Innoc. quartus ponit exemplū textus in duobus, quorum alter seruiuit pro beneficio, & alter dedit illud ei pro seruitio. Procedit etiam non solum in eo, qui quęrit aliquod temporale nō dato spirituali, sed etiā qui quærit alterum eorum altero dato: quia verba & ratio textus æque hunc casum, ac illos cōprehendunt, per prędicta, quidquid dicat Sot. procedit etiā in datione cuiuscumque rei temporariæ, à manu, siue à lingua, siue ab obsequio, de quibus supra eadem ratione.

g In d. ca. fin.

h In d. cap. consuluit.

a Ca. debitores de iureiur.

b Ca. quoniā, de vsur.

c Ca. non sane cum glo. 14. q. 5.

d Cap. 17. nu. 32.

e Cap. de hoc de simonia

f In d. c. fin.

g l. de pretio ff. de pub. in rem. act. ca. fi Romanorum. 19. di.

h Nu. 100.

i In Cod. de rest. in qu. de vsur. resti. fol. 240.

k Vbi supra.

Simonia conuentionalis quid.

104 *Simonia conuentionalis quid, & peior mentali tantum.*
104 *Simonia conuentionalis non fit realis, nisi sit vtrimq; completa.*
104 *Emi, obligari, & stipulari possunt futura.*
104 *Domini translatio per simoniam solo iure diuino non impeditur.*
104 *Collatio beneficij pura, quod non possit pendere, fallit hic.*
104 *Excommunicatio pura, quod non possit pendere, fallit hic.*
104 *Emphyteusis amissio pendet à voluntate domini cui acquiritur.*

104 *Simoniacus celebrans ante completam vtrimque, an irregularis.*
104 *Pensionarius solo lapsu termini non excommunicatur.*

104 SImonia vero cõuentionalis tantũ, *est simonia conuenta expresse, vel tacite, nondum tamen ab vtraque parte executa.* Et est duplex: altera ex neutra parte executa, altera ex vna tantum, & vtraque est peior mentali tãtum: quia etiã prior est mẽtalis, vt illa, quoad forum interius, & etiã punibilis quoad exterius, cùm sit peccatum mortale graue *a*, & probabile: quia est exterior actus. Posterior vero adeo quidem quod (vt audio) grauissimum Rotę prętorium propter eam commissum super beneficio soleat priuare eo illam cõmittentem: licet, quia non peruenit ad realem, nõ declaret eũ ipso iure illo esse priuatum. Quod satis mite est, quum etiã ab officio deponere posset de rigore iuris: quia pro crimine graui id potest, iuxta resolutionẽ Panormitani & Decij *b*. Tum quia obligat ad restituendum acceptũ ei, qui dedit etiã ante iudicis sententiã, vt Caietanus annotauit: quod verum est, si acceptum est tẽporale: falsum autem si acceptũ sit tale spirituale, quod accipiens nõ potest reddere dãtri sine renũtiatione pręuia, & collatione superioris subsecuta: quale est beneficium ecclesiasticũ: quamuis priuari posset eo propter illud delictum, vt prædictũ est, & falsius si acceptũ est tale, quod nullatenus auferri potest: qualis est character impressus per sacramẽtũ ordinis, qui nulla potestate humana est delebilis *c*. Dixi, *Ab vtraque parte*, quia implementũ ex parte promittentis tẽporale nõ efficit vt simonia desinat esse cõuentionalis tantũ, & fiat realis: quod etiã concedit Caietanus *d*, quem sequitur Sot. *e* quorũ tamen vterque negat idẽ esse de implemento ex parte promittẽtis spirituale, quia secundũ eos sufficit illud ad constituendam simoniã realem. Primum quidem, quia S. Thomas ait simoniam esse conferre beneficium ob obsequia futura. Deinde quod credito vendere, est vendere. Sed contrarium est tenẽdum, donec aliud statuatur, cum Cassadoro *f*, & Gomez *g*, quos ille non citat, dicentibus collationem beneficij per simoniam conuentionalem factam valere. Tum quia, vt illi testantur, id obseruat stylus Curiæ Romanæ, quæ facit ius *a*, cuius in hac re notitiam per eos habitam magnifecimus olim, vt scripsimus *b*. Tum quia non est sufficiens ratio, qua mouetur Sotus, dicens, quod conferre, & tradere statim beneficium dilato pretio est simonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta: nam etiam tenetur confiteri, quod dare, & tradere pecunias statim pro beneficio promisso, & conferendo tempore, quo vacabit, est simonia mentalis & conuentionalis ab vna parte perfecta: & ita confiteri debet incurri pœnas per vtrãque, vel neutram: & cum secundum eum non incurratur per vtramque, per neutram debet incurri. Non item sufficit dicere, quod S. Thomas ait, quod est simonia conferre beneficinm ob futura obsequia, sicut

a Cap. cũ pridem, de pact. & c. cum esset de simonia.

b In cap. ar. si cler. nũ. 35. de iudic.

c Ca. ostenditur, ca. quomodo de cõfecr. d. 4. & notat. glo. vlt. in c. degradatio de pœn. l. 6.

d 2. 2. q. 100. a. 6. ad 6. & in summa verb. simonia.

e Li. 9. q. 9. a. 1. de iust. & iur.

f In decis. 5. de constit.

g In regul. Cancel. de trien. qu. 12.

a Ca. ex literis, de constit. ea quã graui de crimin. fal.

b In c. si quãdo de rescrip. in exceptione 4. nu. 3.

sicut etiam est venditio vēdere aliquid dilato pretio: quoniam etiā dixisset esse simoniam dare statim pecuniam pro beneficio postea cōferendo: sicut dixisset, quod est emptio dare pecuniam presentē pro merce postea tradenda. In confesso est enim emi posse merces futuras, etiā nondum natas, imo & spem earum *c*, sicut & obligari *d*, & promitti *e*, & legari *f*. Tū quia idem Sotus fatetur, & recte *g*, quod trāslatio dominij beneficij per simoniā collati impeditur nō iure naturali, nec diuino, sed humano tātū ecclesiastico. Quod ipsum est dicēdū de trāslatione pretij per simoniam data, quidquid ille dicat, secūdū Panormitanū *h*, Caietanū *i*, Syluestrū *k*, & cōmunem. Et idem à fortiori de alijs pœnis cōtra simoniacos statutis: ergo eatenus est dicendū eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur: & nullo tali est expressum, quod magis incurratur per simoniam cōuentionalem cōpletam ex parte dantis spirituale tantū, quam completam ex parte dantis tēporale tātum. Tum denique, quod extrau. 2. quę has pœnas induxit, nō induxit eas cōtra omnes simoniacos, sed tantum cōtra eos, qui simoniam in ordine, vel beneficio committunt. Nec etiam contra hos omnes, sed solum cōtra eos, qui cōmittunt dando, aut accipiendo: ita quod nō habet locum nisi in simonia quæ ad opus dandi, aut accipiēdi peruenit. At Caietanus, & Sotus non possunt dicere dationem vnius eorū, quæ sunt danda, sufficere, quia vterque fatetur nō sufficere dationē pretij, nisi ad dationem beneficij perueniatur. Et quū extrauagans nō magis de datione vnius, quā alterius loquatur, intelligenda est de vtraque. Multo fortiora sunt argumenta quę quēdam magnum aduocatum cōsistorialem proposuisse in huius grauissimo Rotę Auditorio refert prędictus Cassador, qui ea *m* soluit, & multo magis quam illa obstat vnū, quod nos pridem proposuimus Auditorio nostro Conimbricæ, quo se in inuestiganda solutione exerceret, quā nunquam inuenit, scilicet, quod nulla collatio beneficij pure facta sine cōditione potest esse pēdens, sed statim aut valet, aut est nulla *a*, & late traditur per Felinū *b*. At secundum eorum opinionem collatio pure facta cum pacto dandi centū ad finem anni pendet: si enim nō soluantur, valet, si soluantur nō valet iā inde à principio. Item excōmunicatio pure lata nō potest esse pendēs *c*. At secundū eorum opinionem, excōmunicatio lata per prędictam Extrauag. esset pēdens: quia si soluantur illa cētum, erunt excōmunicati iam inde à principio, & si non soluantur, numquam. Post autem maturam considerationem animaduerti, quod hæc omnia æque obstant Caietano, & Soto, ac Cassadaro, & Gomez, & quod ad dedendum omnes eos nouissime responderi posset concedendo quidem, quod iure canonico antiquo nec collatio, nec excōmunicatio potest esse pendens: sed quod illud ius est humanum, & nō naturale, neque diuinum, & cōsequenter tolli potest alio iure scripto, vel nō scripto nouo *d*, & quod ius, quod colligitur ex

c l. nec emptio, ff. de contrahe. empti.
d l. quæ nondum, ff. de pignor.
e l. interdum, ff. de verb. obligat.
f para. ca. quæ instit. de leg.
g Vbi supra.
h In d. ca. fin. & ca. de hoc de simonia.
i In summa verb. simonia & 2. 2. q. 100. ar. 6.
k Verb. simonia, qu. 20.
l De simon.
m Vbi supra.
a Arg. ca. 2. de elect. l. 6.
b In c constitutus de rescript.
c Cap. ad hæc quoniam de appellat.
d Cap. fin. de consuet.

prædicta extrauag. inducta modo supradicto, stylo curię adiuncto, est nouum, contrarium in hoc prædicto antiquo: & ita tollit illud tamquam posterius e. Pro solutione viget, quod amissio empyreusis ipso iure inc est ita in pēdenti, quod si dominus proprietarius antequa m petat, vel declaret se velle petere, moriatur, non censetu missa: & si petatur, sic. Et idem si ipse emphyteuta moriatur, antequam ab eo illa petatur, per ea multa, quæ dictus Cassador, adducit g. Facit etiam, & proprius, quod excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu solutionis faciendæ in certo termino, eo lapso non censetur incursa, donec is, cui illa debetur, declaret se velle iam esse incursam: & illo etiā post mensem & annum declarāte habetur pro excōmunicato iam inde à termino lapso: & si antequam declaret moriatur, vel soluatur pensio vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur, censetur nunquā incursa, vt Clydius habet, & prædictus Cassador affirmat h. Itaque dici potest, quod illa extrauagans interpretata per stylum Curiæ antiquum Papa sciente, & tolerante seruatum, probat singulariter, quod nullitas tituli, & excommunicatio inductę per illam, sint ita in pendenti, quod non ligēt, donec ab vtraque parte compleatur simonia: impleta vero ab vtraque parte etiamsi longe postea impleatur ab altera, censeri eas inductas iam inde à contracta simonia. Non ignoro facilius responderi posse dicendo, nullitatem tituli, & excommunicationē non inde ab ipso tempore datę tituli incurri, sed à tempore Simoniæ ab vtraque parte perfectę, nisi contrarium seruaret stylus antiquus, cui standum est.

Succedit tamen quæstio non minus quotidiana quā grauis, An incurrat irregularitatē, qui celebrat post completam ab altera parte simoniam, & ante completam ab altera: in quā idem videtur respōdendū, quod de pensionario celebrante post lapsum termini ad soluendam pensionem sub pœna excōmunicationis latæ sentētię præstituti. Equidem arbitror eā non incurrere, saltē quoad forum conscientię. Tum quia appellans à declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatęm, vt pulcre declarat Felinus a. Tum quia appellans ante excommunicationē, & fidens appellationi celebrando non incurrit irregularitatē, etiamsi declaretur male appellasse b. Tū quia, vt ait Panormitanus c, pœna irregularitatis ponitur ob contemptum, quem prędicti vere non habent, nec præsumuntur habere, attēto quod in casu simoniæ non cōpletæ non est incursa excommunicatio: & in casu non soluræ pensionis credere potest pensionarius se excusatum iri per impotentiam, vel concordiam, vel bonitatem eius, cui debet, quod non volet eum declarare, &c. Facit quod Rota nō iudicat irregularem eum, qui celebrat post intimationem executorialium, antequam declaretur, vt sentit Felinus d, quatenus ait, Rotam suo tempore iudicasse validam collationem factam ab Episcopo excom-

e Cap. 1. de const. lib. 6. f per cap. potest, de iura. & lib. 2. C. de iur. emphy.

g In decis. 2. & 3. locat.

h In d. decis. 2. & 3. de loc.

a In Capitu. Rudolph. nu. 43. de reser. b Iuxta glo. penult. communiter recep. in cap. soler. de sent. excom. lib. 6. c In c. pastoralis, paragr. verū de app. & Domi. in d. c. solet. & Fel. in d. ca. Rudolph. d In c. ad probandum nu. 2. de re iudic.

excõmunicato, eo quod nõ paruerit executorialibus intimatis ante declarationẽ, quæ fieri nõ potest, nisi seruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eũ. Quare hoc videtur procul dubio tenendum, donec aliud statuatur, excepta simonia confidentiali, per quam ipso iure annullari titulum, & incurri excõmunicationem, & alias pœnas probant duæ nouę extrauag. Pij IV. & Pij V. vt e notatur. An autem earum exemplo statuere idem in alijs sit è re Christiana, scribetur in comment. prædicti cap. fin. e Inf. n. 21.

Simonia realis quid.

105 *Simonia realis quid, & in quo peior mentali.*
105 *Simonia realis omnem dispositionem beneficialem annihilat.*
105 *Renuntiatio per simoniam realem facta non valet.*

105 SImonia realis est *simonia conuenta expresse vel tacite ex vtraque parte completa, saltem quoad aliquam partem promissorum vtriusque partis.* Dixi, *Vel tacite*; quia interdum fit illa sine verbis, solis nutibus quibus vnus etiam in momẽto, vt ait Caietanus, significat se facere, vel dare aliquid pro spirituali & alter velle accipere aliquid pro illo, vel factis tantum: puta spondendo, vel faciendo Scommessam, vt Itali dicunt, vel (vt Hispani) Apuestam 100. vel 1000. cum episcopo, quod nõ conferet beneficiũ tale vacans nisi suo filio, vel nepoti: & episcopus, vt lucretur illa, confert illud ei. Vel vt, quod quidam magnas fecit, dicendo regi percupienti, vt successor cuiusdam episcopi mortui solueret viginti millia scutorum, quæ illi debebat, si placet suæ maiestati, ego soluam illa omnia ex legitima parte, quę debetur ex bonis maternis filio meo, &c. qui erat dignus episcopatu, nihilo expresso de episcopatus præsentatione, pro qua tacite promittebat: nam si rex nihil alias respondendo præsentasset illum eius filium, & magnas soluisset illud debitum, censenda fuisset simonia realis, quippe quę esset tacite conuenta, & ab vtraque parte completa. Dixi, *Ab vtraque parte*; quia non sufficit quod impleatur ab vna parte tantum, per supra late adducta. Dixi noue, *Saltem quoad aliquam partem promissorum vtriusque partis*, ad includendum simoniam, cuius conuentionem non implent partes in totum, sed in partem sic: vt cum quis promittit 200. pro renuntiatione duorum beneficiorum, & renuntiatur vnum tantum, & soluuntur 100. tantum.

Porro hæc simonia realis, vt minimum est ęque mala ac mẽtalis, & conuẽtionalis: quia nõ solum est mortalis in foro interiori, vt mentalis, & punibilis in exteriori, vt cõuentionalis: sed etiã punitur annihilatione, siue nullitate, & excõmunicatione, restituendi; obligatione. Ita quod beneficiarij per eã prouisi non querunt vere beneficia, nec faciũt fructus eorum suos, & tenentur relinquere illa, & restituere fructꝰ ex illis perceptos:

& ipso iure excõmunicantur: & nihil valet præsentatio, electio, confirmatio, & quælibet alia dispositio, & prouisio, iuxta extrauagantem a, quæ etiam satis ponderata probat nec renuntiationem valere, quod probatur in cap. *cum vniuersorum* b, secundum vnum intellectum, & ibi Innocentius c communiter receptus d: & licet ita renuntians castigari possit, & priuari beneficio, non tamen perdit ipso iure illud: quia renuntiatio est nulla, vt prædictum est.

a Extrauag. 2. de simon.
b De rerum permut.
c Per Pan. & alios.
d Et Rot. 7. de renunt. in antiq.

106 *Missa pro dicenda non debet statui quid certum.*
106 *Spirituali pro præstito dari consuetum potest capi.*
106 *Simonia conuentionalis est promissio sine animo soluendi, & quanda realis.*
106 *Simoniam an faciat obligationis antidoralis remissio.*
106 *Mediator simoniæ, & capiens sibi vt roget simoniacus.*
107 *Simoniacus non est conferens ob consanguinitatem, amicitiam, vel preces etiam indigno, nisi, &c.*
107 *Simoniæ quædam vsitatæ in Curia inter præsentes, & absentes.*
107 *Renuntiare beneficio intentione vt detur N. licet, eo non expresso.*
108 *Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius numquam.*
108 *Beneficium spirituale in quem sensum est vendibile à Papa.*
108 *Simoniam quam Papa incurrit.*
108 *Papa, & alij prælati, vt possint spiritualia profanare.*
108 *Papa, & Episcopus, vt possint rem spiritualem integram vendere.*
108 *Beneficium vendi, quod partem temporalem, vt calix, & sacra.*
108 *Papæ beneplaciti reseruatio nihil prodest antequam ei placeat.*
109 *Confidentia quid, & quotuplex.*
109 *Confidentia plus nocet, quam simonia, etiam realis.*
109 *Confidentia inducit nouam reseruationem.*
109 *Confidentiæ huius mediator excommunicatur, sicut simoniæ.*
109 *Confidentiam hanc non facit promissio conferendi.*
110 *Bulla Pij V. de confidentia cum 12. annotationibus.*
111 *Pensio beneficialis non potest emi, nec redimi, sed gratis remitti: quia est spirituale dependenter.*
111 *Pensionis emptio, si simoniaca est, non valet, sed non excommunicat.*
111 *Vicariæ spiritualis venditio simoniaca, sed non excommunicat.*
111 *Vicariæ alius iurisdictionis sæcularis emptio valet.*
111 *Simoniacus qui ipso iure suspensus, vel excommunicatus.*
111 *Simonia omnis mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat.*
111 *Simoniam committit emens carius ob spirituale annexum, sed non excommunicatur.*

a Infra ca. 25. n. 68.
b Ibidem nu. 115.
c Ibidem n. 8 d Ca. qui studet 1. q. 1.

CÆterum vltra quæsita decisa circa simoniam in ordine a, & in beneficijs b, & in præsentatione c, quęrũtur multa noua. 106. Ad quorũ *primũ* respondeo, quod non licet episcopo iubere, vt certa pecuniæ quantitas detur pro missa dicenda, & nemo minorem accipiat. Tũ quia missa non est pecunia æstimabilis.

Tum

Tum per alia ponenda in dicto cap. fin. præsertim illud S. Tho. c 2.2. qu. 50. ar. 3. receptũ. quod quamuis constitui possit in aliqua Ecclesia, vt fiat supplicatio in funere eius, qui tantum dederit, non tamen ne fiat pro eo, qui tantum non dederit.

Ad *secundũ*, quod consueta dari pro actibas spiritualibus iam præstitis licite possunt accipi antequam præstentur, imo & interdum peti ad impediendas contentiones, & molestias, quę alioqui probabiliter putantur futuræ, quod determinat Caie. *a*

a In summa, verb. simonia, & per suprà dicta probatur.

Ad *tertiũ*, quod est simonia cõuentionalis tantũ promittere in instrumento publico 100. scuta alteri, vt conferat sibi beneficiũ sine vllo animo emendi illud, nec soluendi illa: licet Caietanus, *b* & Sotus qui eum sequitur *c*, contradicant, dicentes eum quidem peccare cõmunicando simoniæ mortali alterius, mentiendo item, & scandalizando, nõ tamen simoniam committendo, & ex eo inferentes non teneri relinquere beneficiũ eiusmodi dolo acquisitum: quia ad essentiam simonię non est necessaria vera voluntas emendi, quod ipsi præsupponunt, sed sufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid, quod formaliter, vel virtualiter est temporale pro spirituali consequendo, per dicta *d*: quod in hoc casu fit, cum vnus eorum velit dare spirituale, & alius promittere in instrumento publico quocũque animo id faciat. Verum tamen est quod inferunt, nempe illum non teneri ad relinquendum beneficium ratione talis simoniæ: non quidem eorum argumento, scilicet quod non committit simoniam: sed quia illa non est realis, sed conuentionalis tantum, quę, vt prędictum est, nec excommunicat, neque annihilat actum, neque ad restituendum obligat. Quamuis possit dici simonia realis conuentio, qua conuenirent duo, vnus ad dandum spirituale, alter ad dandum instrumentum authenticum promissionis centum, si alter daret spirituale promissum, & alter traderet instrumentum eiusmodi promissum, etiamsi nunquam solueret, quia ex bona parte impleret promissum, tradendo illud quod promissum fuit: & vt prædictum est, sufficit eam impleri ex vna parte quoad partem promissorum. Non tamen arbitror esset realem illam, qua quis promitteret temporale, etiam instrumento publico, quod traderet: quum hoc casu talis traditio instrumenti non sit pars rei promissæ, vt in superiori casu, sed solum probatio promissionis: quod est quotidianum, & ideo notandum *e*.

b In 2. tom. opusculorum opus. 9. qu. 2. ar. 1. de iusti. & iur.

c Lib. 9 qu. 2. ar. 1. de iusti. & iur.

d Sup. n. 100.

e l. Iegaui ff. de liber. leg.

Ad *quartũ*, quod conferens beneficiũ ei, cui est obligatus tantũ ad antidora, animo se ab illa obligatione liberandi, simoniã committit, secundum Innocentium *f*: quod non est verum, nisi conferat prõ pretio formaliter, vel virtualiter temporali *g*. Nec tũc esset plusquã simonia mentalis secunda *h*, si non deduceretur in pactũ illa remissio, quę in effectu est donatio *i*, in quo sensu videtur intellexisse Innocentius *k*. Sed si res satis perpendatur, nec tunc est simonia: quia nullũ debitum legale, sed solum antidorale remittitur, quod nõ habet vim pretij, vt S. Thomas clarius

f In ca. tuam de ætat. & qualit.

g Per suprà dicta.

h De qua, nn. 103.

i Ca. veniens de testam.

k Vbi suprà, Felin. cap. ad audientiam, 1. de rescrip. nu. 10.

a 2. 2. qu. 78. art. 2. ad 2. clarius aperit *a*, & probat consuetudo S. Sedis Apostolicæ, & omnium prelatorum, qui conferunt beneficia his, qui bene meriti sunt de se, vel suis Ecclesijs, vel Repub. quibus sunt obligati sola antidorali obligatione.

b Per extrauag. 2. de simon. c In d. ca. tuã, de ætat. & qualit. d In c. tanta, de simon. Ad *quintum*, quod mediator simoniæ committit eam, & excommunicatur *b*. Imo & dans mediatori, seu intercessori, vt procuret sibi collationem beneficij, secundum Innocentium *c*, quem ibi Anton. Panor. & Bellem. sequuntur, & idem Innoc. *d* quem ibi Felinus sequitur: quia vt ille ait, paria sunt dare collatori, & dare tertio, vt moneat collatorem ad conferendum, nisi daretur illi quod deceret pro labore, quem suscipit in semel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in compensationem alicuius interesse considerabilis, dãni, vel lucri cessantis ipsius mediatoris, vel nisi daret principaliter ad ineundam amicitiam, & secundario, vt postea per illa moueretur ad monendum collatorem, vt cõferat ei beneficiũ, per prędicta. Per quę, & hoc proximum dictum videtur saluari, qui dat munera à manu, à lingua, vel obsequio familiari Papæ principaliter ad ineundam amicitiã cum illo, & secundario, & vt impetret ei à Papa aliquod beneficium cum se ad id occasio obtulerit, & postea occasione oblata sine alia illicita conuentione impetrat illud. Secus autẽ esset si principaliter daret ei, vt rogaret Papam pro eo, vel vt obtineret ei beneficium: quo casu intelligendus est Sotus *e*, & Syluc. *f* contrarium significantes.

e Lib. 6. q. 7. art. 3. col. 2. de iust. & iu. f Verb. simonia, q. 6. g 2. 2. q. 100. art. 6. ad 2. h Vbi supra. i In d. ca. tuã. 107 Ad *sextum*, quod non est simonia conferre propter consanguinitatem, secundum S. Thomam *g*, quidquid aliqui parum caute dicant: quia illa nec emitur, nec venditur, nec vllo contractu non gratuito quęritur: quod ad simoniam requiritur per eius definitionem: quod & Sotus *h* probat, quamuis conferens ob illam principaliter peccat, secundum Innocentium *i*, non tamen incurrit censuram, qua simoniacus inuoluitur. Idẽ eadem ratione dicendum de conferente ob amicitiam, licet ob eam indigno conferret. Idem puto de illo, qui pro se indigno precatus collatorem, obtinet beneficium, nisi preces pro pretio fiant, & accipiatur, quo casu intelligendus est S. Thom. *k* Idem de hypocrita, qui ob laudem humanam spiritualia facit, sed alia ratione, scilicet, quia non dat quidquam spirituale propter laudem, secundum eundem S. Tho. *l* nam si daret, vel faceret in pretium laudis, simoniacus esset, per prædicta.

k 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. l Vbi supra ad 4. Ad *septimum* respõdeo, quod simonia realis cõmittitur ab eo, qui habito ab Hispania nuntio de aliquo beneficio vacãte, cõuenit cũ aliquo Papæ familiari, vt impetret illud ab eo pro se: & quod ipse cõsentiet certæ pẽsioni à Papa cõstituendę. Et postea familiaris impetrat illud pro eodem monitore, qui cõsentit prædictę pensionis cõstitutioni, & expediũt literas nulla mentione facta Papæ de cõuentione pensionis constituendæ: quia est cõuentio simoniaca ab vtraque parte executa, vt patet. Idẽ

& for-

& fortius est dicendū de illis, qui habito ex Hispania nūtio de duobus beneficijs vacantibus, cōueniunt vt vtrumque illorum in caput vnius eorum impetretur, & inter ambos diuidatur ex æquo vtilitas eorū, & impēsa facienda in soluēdis pensionibus eis, qui ea sibi impetrant. Et postea is, in cuius caput impetrata fuerunt, nulla de huiusmodi cōuentione facta mentione, renūtiat alterum in fauorem alterius, qui contribuit dimidium impensarum: quoniam est simonia ab vtraque parte completa.

Ad *octauum*, quod simonia realis admissa fuit à duobus Hispanis, inter quos conuenit, vt alter existens in Hispania moneret de vacantibus alterum residentem in curia, & is impetraret à Papa illa, & diuiderentur ex æquo vtilitas & impensa per renuntiationes, per mutationes, vel pensionum constitutiones ad id necessarias. Contra tamen puto de his, inter quos conuenit, vt alter moneret, & alter impetraret vtrique, vel vtri eorum vellet, sine vlla obligatione ciuili alia ab antidorali, quæ naturali iuri inest, vt benefacienti benefaciamus *a*, & postea libere ipse impetrat & resignat, vel consentit pensioni pro sua libera voluntate: quia expressio eorum, quę tacite insunt, non inducit simoniam, vt prædictum est post Felinum *b*.

a Iux. l. si nō fortem, parag. libertus adiunda gl. singul. ff. de condi. ind.

b in c. ad audientiam de rescript. nu. 10. in specie hoc dicētes.

Ad *nonum*, quod admittit simoniam, qui habito nuntio de vacante beneficio in Hispania, notum facit illud alicui familiari Papæ, qui obtinet ab eo gratiam conferendi illud cuilibet Hispano quem ipse nominabit: & postea nominat illum monentem facto pacto, quod illi vel illi pensioni annuente Papa consentiet, & ad securitatem eius necessaria faciet: & postea nominat illum, & ille consentit pensioni prędictę nulla de pacto prędicto facta mentione Papæ, quia est conuentio simoniaca, cōpleta ab vtraque parte, & non purgata auctoritate eius qui de illa nil nouit. Secus autem si nullo pacto precedente nominaret eum, & ille cōsentiret quia nulla cōuentio illicita interueniret.

Ad *decimū dico primo*, quod renuntiatio facta in fauorē alterius, id est, adiecto modo, vt conferatur illi, vel illi, est simonia *c*. Nisi fieret in manibus Papæ secūdum stylum Curię à multis seculis seruatum, à quo tamen cœpit recedere S.D.N. Greg. XIII. quātuis permittit, vt vna cum renūtiatione vnius præfentetur petitio alterius, cui renuntians vellet cōferri. Quibus cōsequens est cōuentionem, quæ alias esset simoniaca, desinere esse talē per clausulam adiectam, si, & quatenus S. Sedi Apost. placuerit, & nō aliter, nec alio modo. Quod receptissimum est: sed male intellectum & peius seruatum ab his, qui prius quam Sedis Apostolicæ beneplacitum accedat, eā, saltē ex parte exequuntur. E quibus sunt renūtiatarij, qui promittūt renūtiātibus pēsionē, vel aliud tēporale, si Papæ placuerit. Et qui faciunt cōcordiam de dādo, vel faciendo aliquid temporarium pro quærendo iure aduersarij, & postea prius præstāt promissa, vel partem eorum, quam sedis Apostō. beneplacitum accedat, vt sentit Gomez *a*.

c Iux. glos. c. ex part. 1. de offic. dele. & c. cum pridem de pact.

a In regula. Cancel. de Trien. q. 12.

Secun-

Secundo, quod renuntiatio beneficij facta, etiam in manibus inferioris ea intentione, vt conferatur alicui cognato renuntiantis, vel alij, nulla cõditione, modo, vel pacto expressis valet: & renuntians non admittit simoniam, etiam mentalem, secundum glossam solemnem *b*, & expressam sententiam grauissimi hac in re auctoris S. Antonini *c*, quamuis Panor. & Dec. & citati per eos incaute teneant eum admittere mentalem: quod palam est falsum: quia nullatenus conuenit ei definitio simoniæ supra posita *d*: cum nulla emptio, vel venditio actualis, vel virtualis, nec vllus contractus non gratuitus, nec vlla voluntas faciendi aliquid horũ etiam tale, quale in proximo quæsito diximus, interueniat, vt palã est: & cautius loquitur idem Decius *e*, quamuis si vellet renuntiare principaliter ob cognationem, vel vt conferatur indigno, eo peccaret, non tamẽ peccatũ simoniæ, sed aliud iniustitiæ, vel acceptionis personæ inordinate cõceptę, vel procuratæ. Pro quo facit, quod mandatum datum ad renũtiandum beneficium in manibus ordinarij libere, & ad petendum ab eo post renuntiationem liberã, vt prouideat illi, vel illi, non est simoniacum, imo valet, & renuntiatio virtute illius facta, & collatio ad petitionem mãdatarij consecuta sunt validæ, vt Rota declarauit, testante Cassadoro *f*. Et negari nõ potest ex illo mandato colligi intentionem renuntiãtis fuisse, vt conferretur nominato per eum: sed quia non fuit id positũ sub pacto, modo, vel conditione, cessabit simonia. Et quod his non obstet extrauagans Pij V. de confidentia, annotabitur infra super ea. Quamuis certum sit, quod velle renuntiare cum pacto, vel modo, vt detur illi, vel illi, est simonia mortalis, etiamsi nulla subsequatur renuntiatio cum pacto, vel sine pacto, per dicta *a*.

b Ca. ordinationes, 1. q. 1. verbo pretio communiter receptam.
c 2. part. tit. 2. c. 2. para. 11. d Num. 100.
e Consil. 141. ad secundum.
f In decis. 2. de simon.
a Supra nu. 100.

108 Ad vndecimum de committente simoniam cum Papa, *dico primo*, quidquid alias hoc in loco scripserim, aliòs in alijs sequutus, Papam peccare posse peccatum simoniæ in emptione & venditione cuiuslibet rei spiritualis, sicut quilibet alius homo, quæ sunt verba S. Thomę *b*. Ex quo infertur *primo*, nõ posse ipsum liberare à peccato simoniæ alium vendentem, vel ementem ab ipso rem spiritualem, qua parte est spiritualis: quia nec seipsum potest ab eo excusare.

b 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7.

Secundo, quod Papa non potest efficere, vt actus, qui est simoniacus iure naturali, vel diuino absque adminiculo iuris humani desinat esse simoniacus: quia sua Sanctitas subest illis legibus, saltem quoad vim directiuam, secundum eundem S. Thomam receptum *c*.

c 2. 2. qu 6. 9. art. 5.

Tertio, quod Papa potest rẽ, cuius spiritualitas iure tãtum humano inducta est, frangendo, vel mutuando efficere profanã, vt diximus *d*, imo & alij prælati ex iusta causa idẽ facere possunt *e*.

d In cap. non liceat Papa, para. 7. n. 10. *e* Arg. c. autem, 17. qu. 2.

Quarto, quod Papa potest rẽ spiritualẽ, quę cõstat ex spirituali & temporali, vt calix, & vestes sacræ, emere, & vendere quoad partem temporalem, etiam integram, & sanam absque præuia execra-

execratione, vel confractione, qua mutatur forma, vt colligitur ex S. Thoma *f*. Imo & alij prælati ad vsum ecclesiasticum nihil plus accipiendo ratione spiritualitatis, vt satis colligitur ex eod. S. Thom. *g* Quamuis non ad vsus profanos *h*.

Quinto infertur, quod Papa nullam pœnam temporalem statutam contra simoniacos, etiam qui sunt tales in rebus spiritualibus, etiam à Deo solo institutis incurrit: & quod potest facere ne alius eā incurrat; quia omnis talis pœna est inducta iure humano, cui non subest ipse, & potest alios eximere, per prędicta.

Sexto, quod auctoritas eius de facto eximit à pœnis simoniæ omnes, qui cum eo, vel cum consensu eius faciunt actum, qui alias esset simoniacus: esto quod expresse eos non liberet, non facta differentia inter prędictas simonias: quia quoad pœnas eadem ratio militat in vtraque. Et ideo quidquid dicat Panor. *i* & Felinus eum limitans *k*, in rebus spiritualibus à solo Deo institutis commissa, veritas habet, quod non eximit à culpa, sed tantum à pœna simonię & à culpa, & pœna simonię, iure tantum humano prohibitę, tum per prędicta, tum per l. *quidam consulebat l*, & ea quę de certa scientia Principis verius & communius dicuntur ab ijs, quos late citat Felinus *m*. Tum per stylum Curię, qui hoc seruat, vt satis testatur Cassado. *n* licet Caietanus contrarium iudicauerit esse verius *a*, sequutus in hoc Panorm. quamuis sub finem se remittat iuristis.

Septimo, quod ex his est haurienda decisio quęstionis, An Papa vendens beneficium, & emens illud committat simoniam? Et quidam aiūt absolute quod numquam. Alij quod semper. Alij quod non, si beneficium est simplex, si autem est curatum, sic. E quibus est Panormitanus *b*. Quorum primorum opinionem sequuntur communiter Theologi, quos sequitur Caieta. nosque soliti sumus sequi hoc syllogismo firmo in Barbara: Omne spirituale, vt hic sumitur, est inuēdibile iure naturali & diuino *d*, nō solum datum, vel institutū immediate à solo Deo, sed etiam ab ecclesiastica potestate supernaturaliter diuinitus ei data, per dicta *e*, & adducta per Caietanū *f*. At omne beneficiū est ius spirituale, vt hic sumitur *g*, & tradit S. Tho. *h* à quo nullus etiā Canonista recedit. Ergo omne beneficiū ecclesiasticū est inuendibile. Et confirmatur: Ius spirituale clericale est à Deo solo institutū, cui omnia beneficia sunt annexa: & quidem adeo, quod vendito beneficio censetur venditum ius clericale *i*, & ius clericale est inuendibile, per prædicta. Confirmatur etiam eo, quod ius patronatus est inuendibile *k*, & tenet S. Thomas *l* ab omnibus etiā Canonistis receptus: quod tamen est minus spirituale, quā beneficiū, quippe quod cadit in laicū tanquam spirituale, antecedenter non præsupponens clericatū, nec aliud spirituale, pręter Christianismum, cum tamen beneficium sit tale dependenter, & præsupponens clericatum *m*. Confirmatur item eo, quod ius decimarū est inuendibile: quia deputatum ab Ecclesia

ministris

f 2. 2 qu. 10. ar. 4.
g Lib. 4. sent. dist. 25. qu. 3. art. 1. & 2.
h Per reg. semel Deo de reg. iur. li. 6. & c. comperimus de cōsec. dist. 2.
i In repet. parag. qui vero, c. extirpandæ de præb. sub fin.
k In c. de cætero, sub fin. de re iud.
l ff. de re iud. & l. idem Vlpianus, ff. de excus. tut.
m In c. cū inter, de excep.
n Decis. 2. de simon.
a In 2. 2. qu. 100. ar. 6. ad 5.
b Ca. 1. de simon. & in c. extirpandæ parag. qui vero, de præbend. a n. 83. c 2. Tomo tract. 9. qu. 1.
d Ca. qui studet, 1. qu. 1. c. quam pio, eadem qu. 2.
e Sup. eod. num. 99
f Vbi supra.
g Ca. dilecto de præbend.
h 2. 2. q. 100. ar. 1. 4.
i Cap. si quis obiecerit, 1. q. 3
k Ca. de iur. patr.
l Vbi supr.
m Cap. cum adeo de rescript. & c. ex literis, de transl.

ministris eius, vt ipsemet S. Thomas ab omnibus receptus *n* ait, & probatur *o*.

Octauo infertur, quod quidquid aliqui facile detrahant, nō arbitror vllum Papā vlla beneficia vmquam simpliciter vedidisse cōtra conclusionem prædictam: quamuis ceperit aliqua nō via vēditionis, nec permutationis, nec alius cōtractus nō gratuiti: sed alijs vijs iustis. Quę colligūtur ex eo, quod potest beneficia extinguere, & alia alijs vnire, diuidere, & reditus eorū augere & diminuere *p*. Potest etiā partem redituum eorum vacantiū, & nō vacantium de consensu beneficiariorum, imo & sine illo ex iusta causa applicare alicui bello pio, vel alijs pijs operibus, & necessitatibus Sedis Apostolicæ, vel alterius, & in iustā pensionem aliquibus: ac cōsequenter annatas, vel compositiones necessitatibus Sedis Apostolicę, vel alijs pijs operibus applicare.

Nono, quod quāuis Theologorum sententiam, quam omniū profundissime cōfirmat Caietanus *a* sequi soleā, puto tamē nouissime tenendu, *primo* Caietanum dicere quædā quasi metaphysice in illo tractatu, quæ nō satis probat. *Secundo*, quod Papa sua potestate absoluta, & plena potest vendere absque peccato ex iusta causa beneficia, quoad partem quā habēt pecuniariam & temporariā: sicut potest vendere alia spiritualia, quæ cōstant partim ex spirituali, & partim ex re pecuniaria: qualia sūt calix, vestis, & vasa consecrata. Tum quod eadē ratio est in omnibus. Tum quia id quod dicitur vendentem absolute beneficium, vel aliam rem, quę cōstat ex re spirituali & pecuniaria præsumi, vel videri vendere vtrumque *b*, est verū quoad præsumptionem, & nō quoad veritatem, quę tollit eā, si est ei cōtraria *c*, & ita nō includeret illum, qui vere solum temporale intēderet vendere: & minus illum, qui expresse protestaretur se solum intēdere vendere illam, quoad partem temporalem. Tum quia omnes cōfitentur nō solum Papam, sed etiam omnes alios Prælatos posse vendere calicem, vel aliam rem cōsecratam, etiā integrā Ecclesiæ, vel clericis ad vsum spiritualem, quod quotidie fit. Tū quia nemo negare potest, posse Papā ex causa iusta donare, & vendere, vel permutare aliquā rem immobilem vnius Ecclesię pro alia alterius Ecclesię, etiam profana: & aliquā partem redituū vnius Ecclesię pro aliqua re alterius Ecclesię, vel etiā laici: quod quidquid dicat Caietanus, efficaciter probat *c*. ad quęstiones *d*. Tum quia sic vendendo, donando, vel permutando nihil spirituale vendit, donat, vel permutat, sed solum temporale. Tū quia non obstat illud argumentum quod suum Achillem facit Caietanus, scilicet, quod omnia beneficia Ecclesiastica sunt annexa iuri clericali consequenter: quia nō sunt ita annexa, vt nequeāt auctoritate Papæ separari multis modis, vt prędictum est. Tum quia etiam aurum, argentum, & sericum calicis, & vestis consecratorū est annexum calici, & vesti consecratis, imo magis quā reditus beneficio: attamen Papa potest ex iusta causa vendere illud

n Ibidem.
o In ca. altare 1. qu. 3.
p Ca. ex parte, de const. & c. maioribus & e extirpandæ, in princ. & parag. qui vero, de præben. cap. sicut vni re, de excessi. prolatū eis adnotat.
a Vbi supra.
b Iux. prædictum, ca. quis obiecerit.
c Cap tua de sponsal.
d Et omnes cit. de rerum permut.

illud aurum, argentum, & sericum alij Ecclesiæ, vel clerico, etiã nõ mutata forma c. Ergo etiam ex iusta causa poterit vendere reditus mille ducatorũ alicuius episcopatus, vel archidiaconatus habẽtis reditus decem milliũ, etiã nõ separãdo illos à reditibus episcopatus, vel archidiaconatus, & eã lege, vt archidiaconus teneatur illa quotannis soluere. Reditus enim beneficij nõ ita annexi sunt iuri clericali, quod nõ possint, auctoritate saltẽ Apostolica, diuidi, & vẽdi, saluo existente, & nõ vendito iure clericali, sicut venditur pars materiæ calicis, nõ vẽdita eius tota materia, neque cõsecratione eius. Et Canonistæ, qui tenuerunt cõtrariam partem communis Theologorum noluerunt dicere id, quod Caietanus imponit eis, nimium notãs eos, & nec per somniũ imaginati sunt illa eius quasi metaphysica, sed in nostrũ hũc sensum videntur dixisse, Papã posse vendere beneficia, licet Panormitanus distinguendo inter curata & simplicia iure reprehendi possit, quia noluerũt dicere, quod plus rei spiritualis vendere, possit vendendo curata, quam simplicia, sed quod vtrumque vendere potest ex iusta causa quoad partẽ temporalem, & neutrũ quoad partem spiritualem, quoad ius exercendi curã, vel ius clericale ministrãdi officia diuina, cui iure naturali, & diuino debetur stipendiũ. Sicut potest vendere calicem, & vestes sacras quoad partem temporalem, & nõ quoad spiritualem, siue cõsecrationẽ. Adde ijs illud, in quo sæpe grauiter erratur, scilicet, quod concordiæ, & aliæ dispositiones super spiritualibus, quæ sine Papæ consensu factæ essent simoniacæ, non sunt tales, si fiãt cum clausula, saluo, vel reseruato beneplacito Papæ, siue S. Sedis Apostolicæ, quæ tamen si exequuntur antequã beneplacitum eius impetretur, fiunt simoniacæ: quia fiunt sub cõditione, si Papa voluerit *a*, & dispositio conditionalis nihil prodest, donec conditio implendur *b*, & ideo cauendum à tali executione, quæ inducit censuras, & annihilat actum.

c Vt supra dictum est.

a Arg. li. à restatore, ff. de condi. & demonst.

b Cap. si prote, de reseri. l. 6. & parag. omnis Inst. de verb. obligat.

109 Ad *duodecimum*, quod ex responsione ad decimam præcedentium quæstionum sequitur, nõ esse simoniacam cõfidentiã illam, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium renuntiatum illi, cui renuntians voluerit, post renuntiationem libere, & sine vllo pacto, & modo, aut quod patronus præsentabit ad illud ita renuntiatum: quia nullus in ea re contractus non gratuitus, nec voluntas illum faciendi intercedit, neque vllo iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, si aliud non obstat. Et eadem ratione non est confidentia simoniaca, conferre beneficium, vel procurare vt conferatur alicui ea intentione, & spe, quod ille aliquãdo cedet in fauorẽ alterius à se nominandi, vel sui ipsius conferentis, vel procurãtis: dummodo nullum pactum, nullus modus, & nulla conditio adijciatur, quod certum est solo iure antiquo attento. Et quod idẽ sit attentis extrauagãtibus sel. rec. Pij IV. & Pij V. super cõfidẽtia beneficiorũ editis, probatur efficaciter eo quod illæ nihil prohibẽt, quod ante illas

illas non fuisset prohibitū: solum enim disponunt contra confidentiam illicitam beneficialem, & non omnem, sed tātum simoniacam, qualis non erat omnis confidentia beneficialis. Tū quia confidentia in genere est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, vel erit, & interdum sonat in bonam partem, vt in illo a: *In Domino confido.* & interdum in malum b. *Qui confidunt in eis.* & consequenter est confidentia licita, & confidentia illicita: licita est, qua quis ordinate sperat, illicita qua inordinate. Tum quia hoc consequitur, quod confidentia beneficialis est duplex, licita, qualis est illa, qua quis ordinate confidit, quod collator conferet beneficiū fratri suo cum primis eo digno, & illicita, qualis est ea, qua quis inordinate confidit, quod collator conferet beneficiū suo fratri eo indigno c. Tum quia confidentia illicita beneficialis est duplex. Altera simoniaca, qualis illa, qua quis confidit, quod collator conferet beneficiū mediante pretio, pacto, modo, vel cōditione expressa, vel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca, qualis est illa, qua quis cōfidit, quod collator conferet beneficium ob cognationem, vel amicitiā indigno: sine tamen pretij, pacti, modi, vel conditionis interuentu.

a Psal. 10. b Psal. 113.

c Arg. c. cum incuctis, parag. fi. de elec.

Quod autem extrauagantes prædictæ non sint editę contra omnem confidentiam beneficialem, sed tantum contra illicitam, nec contra omnem illicitam: sed tantum contra illicitam simoniacam patet. *Primo*, quod principium extrauagantis Pij IV. sic habet: *Sane licet dudum, cum certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, &c.* Et ex principio colligitur intentio disponentis *d. Secundo*, quod mox declarat se loqui de confidentia, qua quis accepit custodiam alieni beneficij cū pacto, vt postea cedat alteri. *Tertio*, quod postea ter se restringit ad eam, adijciens verb. *Confidentiam* verbum *Huiusmodi*, quod restringit ad prædicta e. *Quarto*, quod Pius V. de eadem omnino confidentia disponit, de qua Pius IV. vt tam ex proœmio, quam reliquo contextu palam colligitur. *Quinto*, quod declarant præteritas, de quibus agunt, confidentias fuisse illicitas: quod non potuisset iuste fieri, nisi ante fuissent prohibitæ, cum lex non extendatur ad præterita f: & ita quæ confidentia ante illas erat licita, etiam nunc est licita, & e contrario, quæ nunc est illicita, ante erat illicita, & quę illicita nunc est simoniaca, antea erat simoniaca, & quæ antea non erat simoniaca, nec nunc est simoniaca, licet iuste præsumi possit in foro exteriori per modos ad id inductos à Pio V. per extrauagantem, cuius tenor sequitur, *Pius Episcopus, &c.*

d l. fin. ff. de hæret. instit.

e l. huiusmodi, ff. de leg. 2.

f Cap. 2. & ca. fin. de constit.

110 *Intolerabilis* & infrà. *Bene quidem, & prouidenter fœlic. recor. Pius Papa IV. prædecessor noster, ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum ecclesiasticorum corruptelam, statuit & decreuit, vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, monasteria, cæteraque beneficia ecclesiastica in confidentiam à quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem si-*

tem sibi & Apost. sedi reseruando: nec valerent ipsorum collationes seu concessiones, nec fructuum, nec pensionum reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi ad Ecclesias, monasteria & beneficia supradicta, illaque recipientes fructus, pensiones, & alias res eorundem indebite perciperent. Prohibens quibuscunque etiam sub censuris ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. At etiam decreuit omnes, & quascunque promissiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, nec non reseruationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, egrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasque facultates, sive per se, sive futuros Romanos Pontifices etiam motu proprio, ac consistorialiter, sive etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorũ præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, sive expresse sive occulte ac de iure præsumpto, & alias contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari: sed Ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse: sicque per quoscunque etiam per præsumptiones & coniecturas legitimas & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constaret) iudicari, & definiri debere. Nec non irritum, & inane quidquid secus contigerit attentari, quemadmodum consectus super his literis plenius continetur, & infra. Multi n. ipsa beneficia iure retinere nequeuntes: alij ne cogantur ad sacros ordines, & ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant, alij vt alieno nomine lites agant aut defendant: alij propter crimina incapaces: quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus, plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renuntiarent, & renuntiant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nusciturus asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis cum reseruatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu præsertim ab illis qui præstandorum iurium Cameræ Apost. sunt immunes. Alij aut incapaces, aut alijs beneficijs eccles. onusti, aut eccle. ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici beneficia ecclesiastica alijs conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, seu pensiones capiant eorundem, aliisve faciant ministrari. Alia item per multa eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impiè violatur, disciplinæ ecclesiasticæ nervus disrumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere præsentium auctoritate statuimus, vt si quis quacumque auctoritate Ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecumque ex resignatione,

gnatione, vel cessione cuiuscumque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, vel accessu, etiam sola admittentis intentione receperit, vt illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur: aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehæc, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quous modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio collatoris seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius, relinquat & remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium, scripto aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat: & pariter si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Cameræ vel etiam Cancellariæ Apost. exemptus post resignationem, vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se Apostol. vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eundem resignantem vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum, aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ seu monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus seu accessus, & ingressus ad illa vel illud ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit fueritve concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit, quacunque auctoritate Ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quorum horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis specialim expressi fuissent: licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandam vero plene confidentiarum abusum, inter alias etiam hæc præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ, videlicet si quis post cessum ab se Ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem seu cessionem, captámque à successore possessionem, sese in illa vel illo, seu rebus illius per se vel alium, seu alios de facto iniecerit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel eius propinquis, ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem: si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit, si vel sola procuratoris depositione, vel libris rational. mensariorum ex parte dimittentis ex-

peditio

peditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensa pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicui facta quacunque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se, vel alium seu alios interceßerit, vel alias negotio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem interceßoris fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quacunque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenè probationem faciant in prædictis. Ceterum criminosi, & ceteri omnes, qui ad prohibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam etiam vana fiducia fretus non intendendi contra se iudicij in crimine perseueret: vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur, & omnes, & singulos, qui huc vsque Ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasve res intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale admiserint in futurum etiam omnibus, & singulis alijs monasterijs, dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus: nec non fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis: ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officijs temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus ab alio quàm à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleßimo quingenteßimo sexageßimo nono, Kal. Iun. Pontificatus nostri anno quarto.

Ex qua *nota primo*, quod intentio prædictorum Piorum non fuit *a*, inducere aliquam prohibitionem nouam confidentiæ beneficialis, sed Pius IV. intendit renouare antiquam, & Pius V. iuuare illam inducendo modos probandi eam, quæ difficile probatur. Itaque quod non intendit asserere esse veram in foro interiori confidentiam illicitam simoniacam in casibus, in quibus statuit pro tali esse habendam, sed quod in exteriori est præsumenda talis. a Vbi sup dictum e

Secundo nota, quod simonia conuentionalis confidentiæ beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, qua palam emitur vel venditur beneficium: quia per illam non annullantur acta, nec inducitur cēsura, antequam ab vtraque parte impleatur, vt dictum est *b*: per hanc autem sic: quia simul ac quis accipit beneficium in confidentiam prædictam, antequam impleat quod promisit, ipso iure est excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos percepit à die acceptionis. b Sup n. 103.

Tertio nota nouam, & amplā reseruationem, qua omnia bene-

ficia collata,& accepta in confidentiam illicitã,& simoniacam sunt reseruata Sedis Apost. collationi,qua ratione peior est hęc simonia conuentionalis,etiam ex vna tantum parte completa, quam alia realis ex vtraque parte executa: quia non aufert ordinario potestatem conferendi, nec reseruat illam Papæ, hæc autem vtrumque facit. Quam ob rem caueant sibi,qui eiusmodi beneficia accipiunt per ordinariorum collationem,vel Papę prouisionem non facta mentione de huiusmodi reseruatione, saltem per clausulas generales ad id sufficientes, quæ tamen communiter in impetrationibus Apostolicis inseruntur.

Quarto nota, quod non solum collationes per huiusmodi cõfidentiam factæ sunt nullę, sed etiam omnes accessus, regressus,pensiones, & alia quæcunque etiam auctoritate Apost. reseruata fiduciarijs,siue cõfidẽtiarijs huiusmodi,in cessionibus, vel retrocessionibus quibus postea illa admittunt: quorum de numero arbitror esse plurimos, qui debent sibi cauere: salua limitatione posita infra *c*.

c Mod.ca.nu. xii.

Quinto nota casum nouum, in quo fructus beneficiorum per huiusmodi confidentiam collatorum,& pensionum confidentiarijs constitutarum,reseruantur cameræ Papæ à die collationis,& constitutionis,quod est notandum ad consulendum eis qui hac in re peccarunt.

Sexto,quod hęc extrauagans in illis verbis:*Sola admittentis intentione*,& in illis,*Conscientia tantum vnius partis*,videtur significare contrarium eius, quod supra responsum est ad quęsitum decimum, scilicet quod sola intentio absque pacto renuntiandi beneficium, vt detur alicui non facit simoniam. Sed respondetur quod non intendit asserere per illa verba,quod sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam, sed quod probatio eius faciat in exteriori presumi illam. Tum quia, vt suprà probatum, est prædicti Pij nil noui prohibuerunt, & Quintus solum addidit,quatuor modos præsumendi simoniam in exteriori foro. Tum quia non ait per hoc fieri confidentiam, sed quod censeatur,hoc est,presumatur confidentia,vt in simili habet cap. *fin. a* quod ibi ponderauimus.

a De vsur.

Septimo nota,octo coniecturas ad presumendam simoniacam confidentiã in foro exteriori. *Prima* probatio intentionis, etiã tantum vnius partis, quæ tangitur in ver. *Quare*. *Secunda* in ver. *Itidem*,scilicet quod collator ita cõferat,vel patronus presentet, vt postea de beneficio, vel fructibus eius sic,vel sic disponatur. *Tertia*,in ver. *Ad hæc*,scilicet,quod exemptus à solutione iuriũ Curę beneficiũ acceptũ per resignationẽ alicuius etiã post literas expeditas,& possessionẽ acceptam retrocesserit in eundem, reseruato sibi aliquo infra spatium duorum,aut trium mensiũ. *Quarta*,in ver. *Postremo*,quod absolutus à delicto, vel irregularitate denuo accepit beneficiũ quod renũtiauit,ante,vel post delictũ,vel incursam irregularitatem. *Quinta*,in ver. *Ad probandũ*, quod

quod quis post cessum beneficium, & duplicata cessione, & capta possessione à cessionario se in illud per se, vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorum accipit, aut successor ipsi, vel propinquis eius aliquos fructus remiserit. *Sexta*, in illo ver. *Si recipiens beneficium, &c. Septima*, in ver. *Vel sola probatio, &c. Octaua*, in verbo, *Denique quod intercesserit, &c.*

Nota *octauo*, quod verbum *ad probandum*: & clarius versic. *testes*: significant, quod vnaquęque harum coniecturarũ sola nõ sufficit ad plenam probationem, quod equidem arbitror æquum: nam durum videtur, quod prima, & octaua, & aliquot aliæ per se solæ sufficiant. Quare videtur id arbitrio iudicis librandum *b*.

Nota *nono* casum, in quo testes singulares sufficiunt contra regulam ca. *bonæ c.* quod autem subdit, *vt testes criminosi, &c ad mittantur*, commune est omni simonię *d*.

Nota *decimo* ex ver. *Sed ne quisquam*: duos casus nouos, quibus duo genera beneficiariorum ipso iure priuantur beneficijs omnibus etiam iuste obtentis, & fiunt inhabiles ad illa, vel alia obtinenda. Alter est eorum, qui ante hanc extrauagantem acceperunt beneficia per simoniam confidentialem, & statim habita notitia de ea non resipuerunt, & ad dimiserunt illa beneficia, & pensiones per eam obtentas. Alter est eorum, qui post eam acceperũt, vel acceperint aliqua beneficia, vel pẽsiones, per eiusmodi confidentias, quæ est pœna terribilis, ferenda tamẽ, quia statuta est *a*; quã tamẽ relaxare, vel saltem in ea dispensare iustę misericordię fuerit. Et an, vel quos ignorantes liget, dicemus *b*.

Adde noue *vndecimo*, quod mediator confidentię veritę à pręfatis Pijs ipso facto est excommunicatus: quia per præfata omnis confidentia, de qua ipsi agunt, est simonia beneficialis, & omnis mediator simoniæ in beneficio, vel ordine, est excommunicatus ipso facto *c*.

Adde itẽ noue *duodecimo*, quod promissio simplex conferendi, vel restituendi alicui beneficium, nihilo alio addito, nõ est confidentia in præfatis bullis damnata. Tum quia earũ verba non aptantur ei, & cui verba legis non aptantur, nec illa aptatur *d*. Tum quia non erat simoniaca ante illas bullas: quoniam licebat olim huiusmodi promissio simplex *e*, & licet postea *f* fuerit statutum, ne illa promissio obligaret, non tamen fuit statutum ea ratione, quod esset simoniaca: quia si talis esset, non potuisset vmquam valere: & pręfatę Bullæ non damnant confidentiam quę ante illas non erat simoniaca, per prædicta.

III Ad *decimumtertiũ* quęsitum respondetur, quod pensio solita cõstitui super beneficio Ecclesiastico, nõ potest pecunia redimi, neque constitui, quod nuper neruose probaui corã illustrissimo, eodemque clarissimo Cardinali Alciato, in disputatione quę inseretur prædicto cõmentario *g*, vbi breuiter monstro pẽsionẽ, vt in hac materia sumitur, à nemine ante nos iuste definitam. Et quod non est beneficium, nec portio fructuum eius, sed

b Arg. l. 1. ff. de iur. de lib. ca. de causis, parag. 1. de offic. dele. c. 1. de elect.

d Ca. per tuas, de simon.

a l. prospexit, ff. qui & a quib. & ca. in memoriam. 22. dist.

b In comm. c. fraternitas, ca. 2. qu. 2.

c Per extrau. 2. de simon.

d Ca. indemnitatibus, parag. pen. de elect. li. 6. & l. 4. para. toties ff. de damno infect. vbi Bartol. & Paul.

e Ca. accedẽs, de concess. præb.

f In cap. 2. ce tit. li. 6.

g Cap. fi. de simon.

ius non temporarium, sed spirituale, aut illi annexum non antecedenter vt ius patronatus, sed dependenter, aut consequēter instar beneficij, & subinde non potest magis, imo minus emi vel vendi, quam ius patronatus, & potest gratis remitti, etiā sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ. Et quod redemptio sine illa pretio facta non valet, & non obstante illa, lapsis annis, pro quibus anticipata est, solutio potest peti. Et denique, quod simonia committitur in emptione & venditione illius, sed illa non inducit excommunicationem ipso iure plusquam simonia commissa super iure patronatus: quia extrauagans 2. de simonia solum excommunicat simoniacum in ordine & beneficio quorū neutrum est pensio, & ideo tamquam pœnalis, & restringēda, non extenditur ad simoniam super ea commissam. Secus quādo emeretur, vel redimeretur pensio ad quærendum, vel renūtiandum aliquod beneficium: quia tunc videretur committi simonia, eo quod datur pretium ad dandum vel quærendum ius spirituale: veluti admittitur simonia quando mediatori datur, vt dictum est *a*: & eadem ratione idem dicendum videtur de emptione iuris patronatus alterius rei spirituali annexæ.

a Sup. eod. n. 106. in fin.

Ad *decimumquartum* de emente, conducente, vel per alium quēlibet contractum non gratuitum quęrente vicariam, & quamuis iurisdictionē, vel potestatem spiritualem, etiam ad tempus episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet alius beneficiarij, respondeo in summa quod latius dixi coram eodem illustrissimo Cardinali Alciato, & inseretur prædicto commentario *b*, *primo*, quod cōmittit simoniam *c*. *Secundo*, quod meretur priuari, sed non est ipso iure priuatus officio clericali, secundum Hostiensem, Panormitanum, & communem *d*. *Tertio*, quod ipso iure talis contractus est nullus, & consequenter non quærit talem vicariam, & ita tenetur eam relinquere, vt iuste pœniteat *e*. *Quarto*, quod nō est ipso iure excommunicatus *f*, quia non admittit simoniam in ordine, vel beneficio, quale non est talis vicaria, per adducta à Felino *g*. *Quinto*, quod non est ipso iure inhabilis ad illam, quia nullo iure id cauetur, & ita non est dicendū *h*. *Sexto*, quod prædicta non procedunt in iurisdictione seculari, secundum Panormitanum *i*, quia circa eam non potest committi simonia, per dicta supra *k*. *Septimo*, quod neque procedunt in vicaria perpetua, quę est beneficium *l*, & consequenter in illa incurreretur simonia, & excommunicatio illa annexa.

b Ca fin. de simon.
c Ca. licet, de pœ & cap. ad nostrum, de simon.
d In c. 1. per illum text. & sequentib ne præl. vic. suas.
e Arg. cap. si res 14. q 6.
f Per extrauagan 2. de simon.
g In cap. postulasti de rescript.
h Glo. famosa in fin. de iure patron.
i Cap. 1. ne præl. vt sup.
k Eod. n. 100.
l Clem. 1. de offic. vica.

Ad *decimumquintum* de pœna simoniaci dico *primo*, omnem simoniacum pœna æterna esse dignum: mentalem autem tantū nulla pœna temporaria etiam restitutionis, conuentionalem autem tantum pœna temporaria ordinaria restitutionis accepti, si est restituibile, alioquin si non est restituibile, extraordinaria arbitraria, per dicenda ibi, & supradicta *m*.

m Num. 103

Secundo simoniacum realem in ordine tam occultum quam publi-

publicum esse ipso iure suspensum quoad se & alios, per textum in hoc omnium optimum *a*, vt hoc ibi dicit Innocentius communiter receptus.

Tertio dico, quod simoniacus in beneficio nō est ipso iure suspensus, vt ibidē dixit Innocentius, quatenus ait simoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo posse celebrare, quem sequimur, quidquid vterque Thomas dicat *b*, & Sotus *c*: quia nullo iure antiquo, nec nouo prædictæ extrauagātis id cauetur.

Quarto, quod simoniacus realis, tam in beneficio quam in ordine, est ipso iure excommunicatus excommunicatione reseruata Papæ, per dictam extrauagantem nouam.

Quinto, quod hæc consequitur simoniacum realem in ordine egere absolutione ab excommunicatione, & suspensione, simoniacum vero in beneficio ab excommunicatione tantum.

Sexto dico, nullum alium simoniacum, præterquam in ordine, esse ipso iure suspensum, & excommunicatum: quia si quis esset, maxime foret simoniacus in beneficio, qui tamen non est, per tertium dictum.

Septimo, quod nullus simoniacus, præterquam in ordine, & beneficio est ipso iure excōmunicatus, quod recte affirmat Syluester *d*, & probatur: quia nullo iure antiquo vllus simoniacus ipso iure est excōmunicatus, per prædicta: & ius nouum prædictę extrauagantis solum excōmunicat ipso iure simoniacum in ordine & beneficio. Nam verba illa ipsius, *in officijs ecclesiasticis*, intelligenda sunt tantum de officijs, quę sunt beneficia *e*.

Octauo dico, quod simoniacus ordinatus recipit quidem characterem, sed non executionem, per rationem S. Thomæ *f*: & quia character est indelebilis *g*, non potest illum relinquere

Nono, quod omnis præsentatio, electio, collatio, & quæuis alia dispositio beneficiaria per realem simoniam est ipso iure nulla, & cōsequenter quæsitum per illam debet relinqui etiam ante sententiam: quia iure naturali debent relinqui aliena *h*, & quidem cum fructibus, vt dictum est supra *i*.

Decimo dico, quod committens cum Papa simoniam super re spirituali nōdum profanata, incurrit quidem pœnam ęternam, sed non temporariam, per supra dicta *k*.

Vndecimo, quod simoniacus etiā tātum conuentionalis ob cōfidentiam nil iuris quęrit in beneficio per eam obtento, & ipso iure excōmunicatur, & perdit alia beneficia bene quęsita, & fit inhabilis ad omnia. An autem & quos excusęt ignorātia à prędictis pœnis, præsertim ab hac huius noui iuris, dicetur *a*. Et quidem non auderem earū damnare illos, qui ante præfatos Pios confidētiam, etiam realem admisissent tempore, quo cōfidentię, etiā ex se illicitę, adeo probabantur in Curia, quod redderetur ius contra non reddentes beneficia in custodiā, & confidētiam accepta. Tum quia illa iure tantum humano est illicita, & ita permissione Papæ approbatoria potuit fieri, & facta fuit licita:

a In extrauag. 2. de simon. & per ca. tanta, cod. tit.

b 2.2.q. 110. ar. 6.

c Lab. 9. q. 8. art. 2. de iust. & iur.

d Verb. simon. q. 9.

e Vt in ca. de multa, de præb. & in c. cum accessissent. de constit.

f Vbi supra.

g Ca. quomodo c ostenditur, de consecr. dist. 4.

h Cap. si res 14. qu. 6.

i Ca. 17. n. 25.

k Num. 109.

a In cōment. c. fraterni 25, 12. qu. 2.

licita *b*. Tũ quia licet ipsa iure diuino esset prohibita, pœnę tamen nullitatis titulorũ, & aliæ, iure humano sunt statutæ, & sic quoad illos dicta permissione potuerũt tolli. *c* & ita iure stricto defendi posset, non fuisse per ipsos annihilatas renuntiationes, collationes, & pensionũ impositiones, factas antea prędicto tẽpore: & consequenter non teneri ad relinquenda beneficia, aut pẽsiones, neque ad restituẽdos fructus vi earũ perceptos: quia legitime factũ pœnam non meretur *d*: ex quo inferretur limitatio eius, quod supra dictũ est, omnem confidentiã, quæ post dictos Pios est illicita, fuisse talem etiam ante illos, ne procedat in ea quam præfata permissio Papæ approbatoria fecit licitam.

b Arg. c. 1. de const. l. 6.

c l. qui condemnare, ff. de reg. iur.

d l. Græchus C. ad l. Iul. de adulter.

Duodecimo dico, quod peccat, qui emit, aut vendit carius bona ratione iuris præsentándi ad aliquod beneficium illis annexum, aut aliquem calicem, aut corporalia, eo quod sunt consecrata, aut rosaria, aut alia, eo quod sunt benedicta, per dicta supra *e*: licet non incurrat excommunicationem, quia non committit simoniam circa ordinem, vel beneficium, per dicta *f*.

e Num. 99.

f sup. n. 104.

De luxuria tertio vitio capitali, & eius filiabus.

112 *Luxuria quid in genere, & quid in specie.*
112 *Luxuriæ quibus modis maxime resistitur.*
113 *Luxuria vitium capitale gignit has octo filias.*
113 *Castitas quibus modis seruatur.*
114 *Cæcitas, præcipitatio, inconsideratio, & inconstantia, quæ mortiferè.*
114 *Amor sui, huius mundi, horror futuri, qui mortifer.*

112 DE luxuriâ dico *primo*, quod luxuria, & luxuriari generaliter sumpta significãt omnem nimiam diffluentiam tam esus, potus, & vestitus, quam venereorum, sed specialiter, vt hic sumitur, luxuria *est vitium inclinans ad inordinatum venereorum vsum*: & actus ex quo illud gignitur, & augetur est inordinatus vsus venereorum, qualis est omnis, excepto vsu Matrimonij: quippe qui est prohibitus sexto præcepto Decalogi, de quo supra *a*: & quoniam omnis habitus, quale est vitium, augetur ex actibus ex quibus gignitur, & ad eos inclinat, vt dictum est *b*, consequitur vsu venereorum, augeri luxuriam, & consequenter illo non sedari, imo accendi, volentesque eam sedare debere id facere resistendo, vel fugiendo, & nullatenus eam experiendo, errareque grauissime, qui secum constituunt vna, vel altera vice experiri, & numquam amplius. Tum per illud Apost. *c Fugite fornicationem*. Tum per illud Cassiani *d*, quem S. Thom. *e* & omnes alij sequuntur: *Nullo faciliori modo luxuriã, quã suarum occasionum fuga vinci potest: illa enim experientia crescit, habitus, quo auctior est, additus naturæ corruptæ tanto est fortior hostis, fortiúsque impugnat*. Quo fit, vt facilius seruari possit castitas virginalis, quam vidualis, imo & vidualis, quam coniugalis absente

a Ca. 16. n. 2. & c. nemo, ca. meretrices, 32. qu. 4.

b supr. prælud. 7.

c 1. ad Cor. 6.

d De inst. monach.

e 2. 2. q. 35. ar. 1. ad 4.

sente diu coniuge, quę magna cōsolatio vtentium cœlibatu est, vt latius diximus *f*

f In cap. quī sanctus, de pœ. dist. 1.

115 *Secundo* dico, quod hoc vitium, pręter sex, aut septem, aut plures species, quas habet, de quibus supra *g*, dicitur vitiū principale, & capitale, eo quod ex eo nascūtur octo filię infernales, iuxta S Gregorium *h*, & S. Thomam *i*, scilicet cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, amor sui, amor huius mundi, horror futuri, & odium Dei: quæ licet etiā ex alijs nascātur, ex hoc tamen frequentius: hoc enim inclinādo ad delectationem venereorum, quæ est omniū vehementissima, occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procurāda illa, & rursus illa adeo trahit ad idem superiorē sibi valde cognatā, quasi vim inferendo, vt non permittat illi circa vltimū, & aliū debitum finem satis intendere, nec media in illam deligere, & impellat ad se, mundumque hunc nimis amandū, futurumque horrendum, tandemque ad Deū vltorem odio habendum. Quo fit, vt eo longius ceteris abesse debeāt ab hoc obcœcante vitio contemplationi addicti, literis dediti Gubernatores, Duces, & Iudices, quo lucidiori prudentia, sapientia, consilio, circumspectione, & constantia indigent, tam ad prefigendos fines, & scopos, quam ad deligendum media, quibus eos assequantur.

g Ca. 16. n. 3.

h Lib. 31. Moral.

i Recep. 2. 2. q. 53. art. 5.

Circa quod peccatū luxurię, & filiarū eius peccat mortaliter *primo*, qui peccat contra sextum pręceptū, de quo dictum est *k*.

k Supra c. 16.

114 *Secundo* peccat, qui per cęcitatem, vel socordiam mentis nō non proponit explicite pro vltimo fine: Deum, & vitam æternam, per dicta *a*: aut per præcipitationē, & inconsiderationem non deligit media de præcepto deligenda: aut per inconstantiā desistit ab eo, in quo de pręcepto tenetur perstare, aut ob amorem sui præceptum aliquod transgreditur. Raro autem per has luxurię filias quis peccat mortaliter alio genere peccati, quam transgressionis præceptorum Decalogi, Ecclesiæ, vel aliorum peculiarium ipsum ad mortale obligantium. Dixi, *raro*; non ratione Caierani parum tuta, sed quia interdum peccat exponēdo se periculo transgrediendi præcepta propter præcipitationem, inconsiderationem, & alia prædicta vitia, non perueniendo ad ipsam transgressionem, iuxta prædicta *b*.

a In præl. 4. nu. 11.

b In præl. 9. n. 11. & c. 11. n. 4.

Tertio peccat mortaliter, qui deliberate vult semper, & perpetuo viuere in hoc mūdo, sine Dei visione intuitiua, per dicta supra *c*: aut deliberato Deum odio habet, quod est suo genere omnium peccatorum maximum *d*.

c Ca 11. n. 2.

d Per ibid. dicta n. 118.

De ira quarto vitio capitali, & eius filiabus.

115 *Ira sæpius passio, & est vitium capitale.*
116 *Indignatio quæ Christiano mala, & quæ mortalis.*
117 *Maledictio sui, vel diaboli, vel irrationalis creaturæ quæ mortalis.*

115 PRęsupponendum *primo*, quod ira primum accipitur pro passione animę sita in potentia irascibili, quę non habet contrariam, vt aliæ passiones eiusdem, quæque interdum est bona, & interdum mala, vt dictum est *e*. Ira vero prout habitū vitiosum sonat, vt hic, *est vitium animæ ad appetitum inordinatū vindictæ inclinans*, iuxta S. Thomam *f*: peccatum autem iræ est actus inordinatus volendi vindictam: quis autem actus dicatur inordinatus, dictum est supra *g*. Hoc autem vitium iræ ea ratione est capitale, aut cardinale, quia ex eo nascuntur alia septem vitia, scilicet indignatio, tumor, clamor, blasphemia, contumelia, opprobrium & rixa, iuxta Sanctum Thomam *h*, quem copiose defendit ibidem alter Thomas. Alij addunt istis alias quatuor, scilicet maledictionem, seditionem, bellum, & vindictam: sed maledictio ad contumeliam, seditio, & bellum ad rixam rediguntur: vindicta autem est proprius actus iræ.

e In præl. 5.
f 2.2. qu. 158.
g Eod. c. n. 1.
h In d. q. 158. art 7.

Peccat mortaliter circa iram, & filias eius *primo*, qui per eam transgreditur quintum præceptum, de quo supra *a*, & consequenter, qui deliberate vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiæ: quia hic est inordinatus actus iræ, per dicta, & remissa supra proxime.

a Cap. 15.

116 *Secundo* peccat, qui committit prohibitum sub pœna mortalis, vel iussum sub eadem per indignationem inordinatam, qua debita subtrahitur affabilitas, aut per tumorem inordinatum, quo quis nimis cogitationibus vindictę tumet, vel clamorem inordinatum. Dixi, *inordinatum*: quia hæc tria ordinata non vitia, sed virtutes sunt *b*.

b Arg. not. in d. c. 11.

Tertio, qui blasphemat eo modo, quo dictum est supra *c*, vel maledicit creaturæ irrationali quatenus creatura est *d*.

c Ca. 12. n. 83.
d iuxta dist. ibidem.

117 *Quarto* peccat, qui ex animo deliberato maledicit imprecando sibi malum cui non licet consentire, vel proximo malū notabile sub ratione mali, iuxta illud Apostoli *e*: *Maledici regnū Dei non possidebunt*: & eo prauius, quo maiorem reuerentiam cui maledicit debet, iuxta illud *f*: *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur g*. Dixi, *ex animo deliberato*; quia indeliberate, vel ore tantum maledicere, non est mortale, vt communiter maledicunt parentes filijs, & coloni, & muliones bobus, & mulis: sufficit tamen id facere ex animo deliberato etiam momētaneo, licet illico pœniteat, sicut sufficit consensus deliberatus etiā momentaneus voluntatis ad quodcumque aliud peccatum mortale, vt recte declarat Caietanus *h*. Dixi, *sibi malum* cui non potest consentire; quia imprecari sibi damnum boni, quod posset prodigere, non est peius quam eius prodigitas, quę non est mortalis, per dicta supra *i*. Dixi, *notabile*; quia paruitas excusat, vt sæpe dictum est. Dixi, *sub ratione mali*; quia sub ratione boni non est peccatum: vt imprecari aliquod malum auerso à Deo, vt ad

e 1. ad Cor. 6.
f Exod 21.
g Ca. plerumque, 2. q. 7. & Gen. 9.
h c. 2. qu. 76. ar. 4.
i Eod. c. n. 70.

cum

tum conuertatur, iuxta dicta *k*. k Supr. c. 75.

Quinto peccat, qui maledicit diabolo ratione suę naturę, quia illa est bona, & à Deo facta, secus si ratione suę culpę *l*, & tradit S. Thomas *m*, modo nec plus, nec aliter quā meretur, per proxime dicta *n*. Qui autē maledicit ex animo, dicendo: trado, vel cōmitto te diabolo: vel maledicit aliquā creaturam irrationalem, puta equos, mulos, boues, & alia sensibilia, aut ventos, aquā, calorem, frigus, lapidem, puluerem, arenā, & alia insensibilia: si id faciat qua ratione sunt creaturæ Dei, blasphemat: si vero qua ratione est res proximi, perinde est ac si proximo malediceret: si autem neutra prædictarum rationum id faciat, solum venialiter peccat: quippe qui rem vanam exoptat: cū neque bonum neque malū conueniat rei rationis experti per se cōsideratę, quæ resolutio est S. Thomę *a*. Quare confessarius debet interrogare cōfidentē si maledixit alicui rei, an id fecerit ore tantū, aut ore & animo nulla ratione Dei, vel proximi habita, quibus casibus non est plusquam veniale: aut ex animo, ea ratione, qua est creatura Dei, quo casu est blasphemia: aut qua ratione est res proximi: quo casu perinde peccat, vel non peccat, ac si malediceret proximo: quis vero, & quomodo peccet per rixam, vindictam, seditionem, & bellum, quę sunt quatuor filiæ irę, dixi *b*: & quis per contumeliam, & opprobrium alias duas eius filias *c*.

l Iob. 3.
m Vbi supra art. 1 ad 4.
n Num. 136.
a 2.2.qu. 66. ar. 4.
b Supra c. 15.
c In c. 18. nu. 11.

De inuidia quinto vitio capitali, & eius filiabus.

118 *Inuidia quid, & genere suo mortalis.*
118 *Nemesis quid, & quæ mortalis.*

118 CIrca inuidiam est dicendum, *quod est vitium inclinans ad inordinate tristādum de bono alieno, eo quod suam excellentiam minuit*, iuxta Arist. *d* & S. Thomam *e*, quem pulchre Caietanus ibi defendit. Dixi, *inordinate*, ad excludendam tristitiam ordinatam, ad quam sæpe charitas inclinat, iuxta illud *f*: *Beati qui lugent*. Dixi cætera ad excludendam tristitiam de bono alterius, eo quod sit suum, quæ pertinet ad odium, & eam, quæ est de bono alieno, quatenus est damnosum sibi, vel alteri, quæ potest esse bona, & mala: & eam, quę nascitur ex eo, quod ille indignus est eo, quæ pertinet ad indignationem, quæ est mala, iuxta legem Christianam, quamuis non secundum Aristotelem, vt dicit S. Thomas *g*: & ad includendam eam, quæ nascitur ex eo, quod minuit excellentiam suam: & hæc sola pertinet ad inuidiam quę semper est peccatum, & suo genere mortale, secundum S. Thomam *h*, quia est contra charitatem inclinantem ad gaudendum de quolibet bono proximi, quatenus est bonum ei. Ratio vero cur inuidię vitium dicitur capitale, est, quia parit alia quinque, scilicet, odium, susurrationem, detractionem, in aduersis aliorum lętitiam, & in prosperis tristitiam, iuxta Sanctum Gregorium *i* declaratum per S. Thomam *k*.

d 2. Rhet.
e 2.2. qu. 36. art. 1.
f Matth. 5.
g Vbi supra.
h Vbi supra art. 3.
i 30. Moral.
k Vbi supra art. 4.

Peccat

Peccat autem mortaliter circa inuidiam, & filias eius *primo* qui deliberato dolet de bono notabili proximi scilicet scientia, honore, fama, diuitijs, fauore, veneratione, & id genus alijs ea ratione, quod sua per illud excellentia diminuitur, per proxime dicta. Dixi, *Deliberato, & notabili*; quia surreptio & paruitas semper à mortali excusant, vt sæpe dictum est *a*.

a Præsertim in 2.11.n.4.

Secundo peccat mortaliter, qui tristatur eo quod non sunt ei tanta bona temporaria, quanta alijs ob finem mortiferum: quia eiusmodi finis omnem actum efficit mortalem, iuxta dicta *b*. Tristari autem de hoc ob finem venialem, est veniale tantum: & tristari ob bonum, virtus, si cetere circumstantiæ adsunt, sicut & tristari eo, quod careat virtutibus, quas in aliis videt, ad finem eas quærendi, iuxta mentem S. Thomæ *c*.

b In prælu. 9. num. 19.

c Vbi supra.

Tertio peccat, qui deliberato tristatur eo quod Deus bona malis largitur: quod est verum, si id faciat diuinam in diuidendo bona prouidentiam incusando, secundum omnes, quod explicat Caietanus *d*, definiens idem de illo, qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarum copia similis eis euadat, contra illud *e*: *Noli æmulari in malignantibus*, quo omnia tradimus *f*.

d Late 2.2.q. 36.ar.2. & in summa verbo Nemesis.

e Psal. 36.

f In 2.si quis semel, de pœnit. dist.

De gula sexto vitio capitali, & eius filiabus.

119 *Gula quid, & habet quinque species, & quinque filias.*
120 *Gula non est edere carnes in terra aliena vbi id licet.*
121 *Ebrietatem scienter sibi vel alij procurare, mortale.*
122 *Carne humana vesci non licet.*
122 *Antropophagi carnibus humanis vescuntur.*

119 DE gula dicimus *primo*, quod illa ex mente vtriusque Thomæ *g*, & eiusdem, & aliorum *h*, *est vitium inclinans ad comedendum, & bibendum inordinate*: & actus eius est esus & potus inordinatus, vel voluntas eum faciendi.

g 2.2 q. 148. a.1. & 150 a.1.

h In 2. l.sen. dist. 42.

Secundo, quod quinque sunt species gulæ, iuxta S Gregorium, *i* contentæ in hoc versu.

i 30 Moral. relatum in c. quinque, de contem. di. 5.

Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.

declaratæ per S. Thomam *k*. id est, ante tempus, nimium, aut nimio ardore, nimia festinatione, nimio apparatu, & nimio sumptu: quæ vtinam vtriusque gladij principes suis sanctis sanctionibus arcerent ab occupandis prouincijs quas nondum occuparunt, expellerentque ab eis quas occupatas adeo in carnalia desideria demittunt, vt ad cælestia mentes erigere non sinant.

k In dicta q. 148.

Tertio dicimus, quod gula dicitur vitium capitale ea ratione, quia quinque fœdæ filiæ ex eo nascuntur: puta, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia.

Quarto dicimus, quod gula regulariter est venialis, etiamsi absque vtilitate vsque ad vomitum, etiam interdum sese quis cibo, & potu ingurgiter, vt sentit Caietanus *a*, quidquid dicat Angelus *b*, & Syluester *c*, incaute dicentes S. Antoninum *d* affirmare hoc esse

a In summa, verb. gula.
b Verb. mundicia 2.
c Verb. gula.
d 2 part. tit. 6. cap. 4.

esse mortale, quod non affirmat. Dixi, *Absque vtilitate*, quia ob illam licet sumere ad vomendum amplius, quam par est de consilio medicorum.

120 *Quinto* dicimus, quod est mortalis, cum in ea vltimus finis ponitur: cum per eam aliquod præceptum ad mortale obligans violatur: cum notabile damnum salutis propriæ aut proximi infertur, aut procuratur: cum debita lege iustitiæ ob eam non soluuntur.

Sexto peccat, qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito, in aliqua regione etiam tempore quo liceret ei vesci in sua: sicut è contrario non peccat vescendo eis in regione qua transit, vel in qua moratur, licet in sua ei nō liceret. Nauarrus enim, & Lusitanus vescentes in Castella die Sabbatho extremis vel interioribus partibus animalium, non peccant, licet in suis terris id eis non liceat, Castellanus autem idem faciens in Lusitania, vel Nauarra peccaret, per illud vulgatum:

Si fueris Romæ, Romano viuito more,
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

e Ca. ille, 12. di. quod eius gl. probat.

Quidquid dicat Alexandrinus ibi, & quidam alij alibi, vt sentit Panormitanus *f*, & Cardinalis *g*, Imola, & Bonifacius, & Porcius *h*, & alij alibi, quod & communis consuetudo seruat. Idemque seruandum est circa festa, & ieiunia, & alia varia variarum terrarum præcepta.

f In ca. consilium de obserua. ieiun.

g In clem. 2. q. 5. de celebr. miss. & ibi.

h In para. sed & quod princip. inst. de iure nat. nu. 26.

121 *Septimo* peccat quis, cum se scienter inebriat, aut procurat alium inebriari, secundum S. Thomam *i*: quia notabiliter vult nocere alteri, & sibi esse nocumento, cui renuntiare non potest, volens se, vel aliū rationis vsu priuare. Dixi, *Scienter*; quia secus, si id fecit ignorantia qualitatis potu, vel inaduertentia nimietatis eius, quia tunc, aut nihil, aut solum venialiter peccaret. Idē est de scire debente *k*, vt quia consueuit tali, vel tanto potu inebriari, & eum bibi, non credendo se inebriatum iri: non quod iteratio actus ex veniali mortale faciat, sed quia consuetudo facit vt ille scire debeat se eiusmodi potu inebriatum iri, quod satis est, secundum Caietanum *l*.

i 2. 2. qu. 150. art. 1.

k l. quod te, ff. de reb. cred.

l 2. 2. qu. 150. art. 2.

122 *Octauo* peccat, qui humanis carnibus vescitur, vel præbet eas alteri edendas citra maximam necessitatem: etiam si neminem ob id occidat, nec occidi procuret, quia vt recte ait Caietanus, vt sola fœmina humana est ad copulam licitam apta, ita sola caro animalis irrationalis est licita qua vescamur. Quare de more prouidè Patres illustrissimę Societatis Iesu renuunt baptizare Gentiles Antropophagos catbecumenos non proponentes abstinere perpetuo à carnibus humanis, etiam in bello iusto interfectorum: quia non sunt contriti, nec satis attriti, & consequenter non baptizandi *a*.

a Cap. firmissime, 15. q. 1. & per dicta, per nos sup. ci. 1. num. 39.

123 *Hebetudo mentis quæ mortalis.*
123 *Lætitia nimia quæ mortalis.*

123 *Mul-*

123 *Multiloquium quod mortale.*
123 *Scurrilitas, & spurcitia quæ mortalis.*

123 CIrca vero præfatas quinque filias gulæ peccat mortaliter *primo*, qui per mentis hebetudinem se terrenis miscens, & à cœlestibus auocans conscientiam suam non discutit quando, & quomodo præcepto tenetur *b*.

b Ang. verbo hebetudo.

Secũdo peccat mortaliter, qui ob immoderatam lætitiam obscœnis cantilenus, verbis, aut gestibus vtitur, intendens inducere, vel credens, aut credere debens, se, vel alium per eam inductum iri in consensum alicuius actus mortalis, cordis, oris vel operis, vt recte declarauit Caietanus *c*, & probatur per ca. *d* Idẽ de eo, qui saltat, choreas ducit, & irreuerenter psallit; aut canit, & præsertim in Ecclesijs, & cœmeterijs *e*. Maxime vero si est sacerdos: nisi parum & secretò id faceret *f*.

c 2.2.q. 148. art. 6.
d Notum, 1. qu. 1. & c. fin. de in iur.
e Arg. ca. cum decorem, de vita & honest. cler. & eorũ, quæ diximus in repet. cap. quando de consecr. dist. 1. not. 18. nu. 75.
f Arg. ca. clerici, de vit. & honest. cler. & 2. part. tit. 6. c. 4 para. 4.

Tertio peccat mortaliter, qui multiloquio in irreuerentiã Dei notabilem vtitur: aut adeo eo delectatur, vt paratus sit id præferre implemento alicuius præcepti, secundum S. Antonin. *g*

Quarto, qui per scurrilitatem vel spurcitiam vestes valde impudicas gestat, aut alias intentione expressa vel tacita prouocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem, per prędicta.

g

De accidia septimo vitio capitali, & eius filiabus.

124 *Accidia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias sex parit.*
125 *Desperatio filia accidiæ quæ mortalis.*
125 *Pusillanimitas filia accidiæ quæ mortalis.*
125 *Rancor filia accidiæ quæ mortalis.*
125 *Euagatio mentis quæ mortalis.*

124 DE accidia dicendum *primo*, quod illa generaliter sumpta continet *omnem tristitiam de quocunque spirituali bono*, secundum S. Th. *a* sed sumpta specialiter, vt hic sumitur, est contraria charitati, & definiri potest, *esse vitium inclinans ad tristandũ de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in eo qui tristatur*, secundum mentem vtriusque Thom. *b* Dixi, *De spirituali*, ad excludẽdum tristitiam de bono temporali. Dixi, *Diuino*, ad excludendũ tristitiam de bonis spiritualibus virtutum moralium. Dixi, *Quatenus est diuinum*; quia contristari de eo quatenus est laboriosum, vel aliorum operum impedimentum, non est accidia, vt aduertit vterque Thom. vbi supra. Dixi, *In eo qui tristatur*; quia tristari de eo, quatenus est in ipso Deo, pertinet ad odium eius: & quatenus est bonum diuinum in ipso, pertinet ad accidiam, vt subtiliter, conciliando S. Th. sibi ipsi, distinguit ibidem Caiet. Nam bonum spirituale diuinum vt est in homine, consistit in charitate, & amicitia inter ipsum & Deum, qua se conformat ei, volendo ea quę ipse vult, & gaudendo colloquio, & consuetudine eius

a 2.2.qu. 35. art. 3.
b Vbi supra.

us eius, tamquam verissimi, & supremi amici, & patris *c*, *reuelando ei cum delectatione viam suam, & dicendo* d: *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.* Cum ergo quis tristatur, & eum tædet eiusmodi colloquij, sermonis, & gaudij, hoc peccatum committit, cognatum odio Dei, suo genere omnium peccatorum grauissimo, secũdum S. Thom. *e* vt supra dictum est *f*. Quare etiam hoc peccatum est valde graue, genereque suo mortale, cum deliberato, & aduertente animo admittitur, quod raro videtur contingere. Ex quo infertur, merito vitium hoc vocari accidiam, quia vt acidum frigefacit, & tepefacit calorẽ, ita hoc amorem, & desiderium boni diuini spiritualis sui in animo iam aliunde excitatum, & actus ille sic tristandi, siue tristitia inordinata, est actus, seu peccatum **accidię**.

c Psal. 36.
d Psal. 138.
e 2.2. qu. 34. a. 2. & q. 39. a. 2. ad 3. & 1. 2. q. 37. a. 4. ad 3.
f Ca. 11. n. 18.

Ex quibus infertur *primo*, quod qui tristatur de bono spirituali aliarum virtutum moralium, veluti de reddendo suum alteri, quod est bonum iustitiæ, aut moderato esu & potu, quod est bonum temperantiæ, &c. non peccat hoc peccatum, sed vitij contrarij virtuti, de cuius bono tractatur.

125 *Secũdo*, quod ratio, cur hoc vitiũ dicatur capitale seu principale, est, quia ex eo sex improbę filię nascũtur, iuxta B. Greg. *g* declaratũ per S. Tho. *h* scilicet Desperatio, Pusillanimitas, Torpor animæ, Malitia, Rancor, & Euagatio mentis. Ratio vero cur à vulgo vitiũ hoc appellerur pigritia, licet incaute, quia omnẽ ignauiam, & tarditatem significat, videtur esse quod facit hominẽ pigrum ad bonũ diuinum prosequendum, ea ratione, qua vt delectantia ad sui prosecutionem mouent, ita contristantia remouent, iuxta illud Arist. *a* *Delectatio tenet operantem in opere.*

g 31. Moral.
h 2.2. qu. 35. ar. 4.
a 8. & 10. Ethic.

Peccat autem mortaliter circa accidiam, & filias eius *primo*, qui per eam omittit aliquid sub pœna mortali præceptum, vt communionem, missam, vel preces horarias, non tamen inducit circumstantiam necessario confitendam: sufficit enim confiteri, qui omiserit, non exprimendo, quod per accidiam id fecerit. Dixi, *Præceptum*, quia omittere aliud ad summum esset veniale, ex mente Archidiaconi, & Cardinalis S. Sixti *b*.

b In c. qui bonã, 17. q. 1.

Secundo peccat mortaliter, qui per accidiam, vel pigritiam, vel aliam negligentiam vel nõ ediscit, vel nõ credit ea, quæ de præcepto mortifero secundũ suum statũ tenetur, de quibus supra *c*.

c Ca. 11. n. 18. & prælud. 3. nu. 19.

Tertio, qui desperat peruenire in vltimum finem, nempe beatitudinem, & visionem intuitiuam Dei, & vitam æternam, iuxta dicta *d*.

d In prælud. 4.

Quarto peccat, qui transgreditur aliquod præceptum mortifere per pusillanimitatẽ, qua fugimus ardua: vel per torporẽ, quo fugimus mediocria, vel per rancorem, quo indignamur in bene monentes, vel per malitiam, qua nos bonorũ spiritualiũ tædet, vel per euagationẽ mentis, qua fugiendo sancta diuertimus in illicita; quod ratiõe, vt prędixi, non addit peccato circumstantiã

neces-

necessario confitendam, quod ob hęc sit transgressus.

De peccato in Spiritum sanctum.

126 *Peccata in Spiritum sanctum sunt desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ, & cur irremissibilia.*

126 PEccatum in Spiritum sanctum aliquo nomine accidiæ cognatum definiri potest secundum mentem Magistri & recentiorum communiter e, & S. Thomę f, & glossæ g, & aliorum alibi, *esse peccatum contra bonitatem Spiritui sancto attributam commissum.* Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra Patrem, cui attribuitur potentia: & commissum per ignorantiam, contra Filium, cui attribuitur sapientia: ita commissum per malitiam dicitur contra Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum sanctum est sextuplex: Desperatio, qua tollitur spes veniæ. Præsumptio, qua impeditur bonus timor. Impœnitentia, qua fugatur dolor præteritorum. Obstinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnitę veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraternę gratiæ, qua de gratia proximi quis tristatur. Quodlibet enim horum sex peccatorum tollit medium veniæ à bonitate Spiritus sancti consequendę, & dicuntur irremissibilia, non quidem quia sit vllum peccatum quod vere contrito non condonetur *b*, sed quod hęc secundum suam naturam repellunt media, & principia quibus remittuntur peccata, videlicet spem, timorem, dolorem, & c. vt tradit S. Thomas *c*. Quamobrem merito dicuntur grauissima, quoties pars animæ superior consentit in eis: alias enim solum sunt venialia: quia subreptio in omni materia excusat à mortali *d*.

e In 2. li. sent. dist. 43. f 2. 2. qu. 14. ar. 1.
g Ca. si sacer. sub. fin. de pœn. dist. 1.
a Matth. 12.
b Ca. quia diuinitus. de pœn. dist. 1. & cap. nemo, de pœn. dist. 7.
c Vbi sup. a. 3.
d Ca. sed pensandum, dist. 6. & per sæpe dicta, præsertim c. 11. nu. 14.

De quinque sensibus exterioribus, & de operibus misericordiæ.

CAPVT XXIV.

1 *Sensus exteriores quinque, & quis eorum vsus malus, & mortalis.*
2 *Misericordia quid, & est virtus moralis maxima.*
3 *Eleemosynæ actus misericordiæ, cur dicatur charitatis.*
4 *Misericordiæ opera spiritualia septem, corporalia totidem.*
5 *Eleemosyna spiritualis præstat corporali, quando vtraque præcepta, & 8.*
6 *Superfluum duplex, naturæ tantum, & naturæ, & status.*
7 *Status decenter conseruandus, vel mutandus.*
7 *Restitui cur non debeat damnum ob eleemosynam denegatam consecutum.*

8 *Eleemo-*

8 *Eleemosyna potius in vita, quam post eam agenda.*
9 *Eleemosyna spiritualis quando cum vitæ periculo præcepta, num.* 10. & 11.
9 *Animæ proximi salus præferenda corporis proprij saluti.*
10 *Franciscus Azpilcueta & Xauier Societatis Iesu laudatur.*
11 *Eleemosyna à danda egenti extreme nullum votum excusat.*
11 *Consilium dolosum vel damnosum quod mortale.*

1 IN præludio secundo dictum est, quinque esse sensus exteriores, per quos veluti per quasdam fenestellas omnium externorum species siue similitudines in animos nostros intromittuntur, videlicet visum, auditum, tactum, gustum, & olfactum cum multis aliis ad eos pertinentibus: de quibus dicēdum *primo*, quod eorum vsus suo genere indifferens est, ordinatus quidem bonus: inordinatus vero malus. Ordinatus est, quē omnes circumstantiæ ad actum bonum necessariæ circunstant. Inordinatus vero contra, cui aliqua deest: iuxta definitionem actus boni *a*. Est autem mortalis, cum ei cōuenit definitio peccati mortalis *b*. Venialis autem cum non conuenit illa ei, & deest aliqua circumstantia ad bonitatem necessaria.

a Positam in præl. 7. n. 1.
b Posita sub prælud. 9.

Quare per hos sensus ille solus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, olfacit, aut gustat aliquid, transgrediendo aliquod præceptum obligans ad mortale: aut, vt aliquod horum faciat, se aut alium periculo probabili mortaliter peccandi obijcit: aut infert damnum notabile animę, saluti, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut saluti propriæ, per proxime dicta. Et ideo non videtur necesse interrogare aliter pœnitentem de peccatis per hos sensus patratis, nec vt ipse confiteatur tanquā facta per os: quia non inducunt circumstantiam necessario cōfitendam, vt dictum est *c* de peccatis accidiæ, & filiarum eius.

c Ca. proximo. d 9 de ciui. Deu.

2 *Secundo* dicendum, quod ex mente S. Augustini *d* & S. Thomę misericordia est *virtus moralis, inclinans ad miserendum ordinate patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum* Dixi, *Virtus moralis*; quia non solum est talis, sed maxima earum quæ dirigunt ad proximum *f*. Dixi, *Ordinate*; quia misereri inordinate, etiam ad subueniendum, vitij est *g*. Dixi, *Subueniendum*; quia misereri ad puniendum, etiam ordinate, pertinet ad iustitiam *h*.

e 2. 2. qu. 30. art. 2. & 3.
f Vt idē ibi probat art. 4.
g C. est iniusta misericordia. 31. q. 4.
h C. omnis, & c. qui emendari. 45. dist.

3 *Tertio* dicendum, quod interdum actus, & opera misericordię vocantur etiā opera charitatis *i*: quia licet immediate procedant à misericordia, mediate tamen frequētissime procedūt à charitate, quatenus amor proximi ex ea immediate procedēs est causa miserendi, & volēdi ei subuenire. Vocātur etiam eleemosyna: nā verbum *eleemosyna* *k* interdum accipitur pro re spirituali, vel tēporali, qua necessitati alicuius subuenitur *l*, & in illo *m*: *Cum facis eleemosynam, &c.* & in illo *n*: *Date eleemosynam, &c.* & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, & secundum mentem S. Tho. *o* & eiusdem, & S. Bonauenturæ, &

i Ca. inter opera charitatis, de spōs. & c. duæ 45. dist.
k Vt l. di. cōment. dixi-mus.
l Vt in cap. trin. & in c. duæ, 45. dist.
m Matt. 6.
n Luc. 11.
o 2. 2. q. 32. art. 1.

aliorum *a*, & nostrorum *b*, & aliorum alibi: nam verbum *eleemosyna* idem sonat quod miseratio. Sicut enim hoc verbum Latinum deriuatur ab illo verbo Latino *misereor*: ita illud Græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλεάω verbo Græco, quod sonat *misereor*.

a In 4. libro sent. dist. 15.
b In d. cap. tria.

4 *Quarto* dicendum, quod cum malorum, & defectuum alia sint corporis, alia spiritus, duplicia sunt opera, seu actus misericordiæ, siue eleemosynæ. Altera corporalia, contenta in illo versu declarato per S. Tho. *c* & per Archidiaconum *d*.

c 1. 2. qu. 32. art. 2.
d In d. cap. tria scilicet.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Id est, esurientem pasco, sitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, ægrotum visito, mortuum sepelio. Altera spiritualia, contenta in illo altero versu per eosdem declarato, scilicet.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

Intelligendo per *consule* etiam doce, id est, indigenti consilio consule, ignorantem doce, tristem cõsolare, peccatum corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniantur alia mala, & alij defectus, ratione quorum misereẽdũ sit: vt frigus, & æstus: nõ tamẽ ideo hæc diuisio antiqua omittẽda est, quod quidã nouatores faciũt. Tũ quia alia possunt reduci ad hæc. Tũ quia hæc sunt communiora, & frequentiora.

e In d. c. duæ
f Dist. q. 32. art. 3.
g Cap. pasce, 86. dist. l. neeare, ff. de liberis agnoscend.
h In c. quid dicam, 14. q. 4. c. hospitales, 25. dist.
i In ca. sicut hi 47 dist.
k 2. 2. q. 32. articul. 5. & quodlibet. 8. ar. 12.
l Ibid. & nerlosius in 2. tomo de præcepto eleemos. q. 6.
m In 4. dist. 15. q. 5.
n In c. si vero, de iureiu.
o 2 par. tit. 1. c. 14.
p Ver. eleemosyna.
q In d. art. 5.
r In dicto quolib. a. 12.
s Sup. ca. 19. nu. 61. & in tracta. de reditibus eccles. quæ. 2. monit. 3.
a In 4. d. 15. q. 2. a. 4. q. 4.
b In dicto tract. ca. 2.
c Lib. 5. q. 3. ar. 4. de iust. & iur.
d Lib. 4. qu. 62. vbi supra.
e Rod. n. 17.

5 *Quinto* dicendum, quod misericordia, seu eleemosyna, siue sit spiritualis, quæ melior est corporali, iuxta S. Augustinum *e*, & S. Thomam *f*, siue sit corporalis, est de consilio, vel saltẽ nõ de præcepto obligante ad mortale, exceptis duobus casibus. Alter est, cum quis habet superflua naturæ, & occurrit, & petit ab eo aliquis egens extreme *g*. Alter, cum quis habet superflua naturæ, & status, & est alius egens necessariis ad suum statum, vt sẽtit S. Augustinus *h*, & S. Ambrosius *i*, & S. Thomas *k*: quod probatur per adducta ab eo, & à Caietano *l*, & Maiore *m*: quamuis Panormitanus cõmuniter receptus *n*, S. Antoninus *o*, & summa Rosella *p* oppositum teneant, non recte S. Thomam *q* intelligentes: quorum tamen opinio vera quoad hoc, vt non teneatur alicui occurrenti egenti, tenetur tamen illi, vel alij quem elegerit, vt clare resoluit S. Thomas *r*. In quibus tamen duobus non est de præcepto subuenire donando, sed satis est subuenire commodando, vel mutuando, vt diximus *s*.

Extreme autem egere dicitur non solum qui iam animam agit, vel spirat: sed etiam cum indicia probabilia apparent eò deuenturum, nisi ei subueniatur, & non se offert, nec expectatur probabiliter alius qui ei subueniat, iuxta S. Thom, *a* & declarat Caiet. *b* Quo fit, vt ratione necessitatis extremæ non possit defendi opinio Soti, dicentis *c* ei, qui est in periculo amittendi suum honorem, de præcepto esse subueniendum. Tum quia ipsemet *d* dicit, bene hominem esse dominum sui honoris, & famæ, ad condonandum communiter cum merito, ei qui ademerit, quamuis alia ratione infra *e* defendatur.

6 Sexto,

6 *Sexto*, quod superfluum naturæ *f* dicitur omne id quod alicui supersit demtis necessariis ad vitam suam, & suorum. Superfluum vero status est id quod supersit alicui deductis necessarijs ad vitam, statumq; decentē suum, & suorū, habita ratione casuum, non omniū, qui contingere possunt, sed eorum qui probabiliter timeri, vel expectari debēt, secundum omnes: quibus Caiet. addit, quod ad eundē etiam statum pertinent ea, quę necessaria sustētādis filijs, filiabus, mancipijs, famulis, hospitibus, cōuiuijs, muneribus honestis, & magnificētijs moderatis: sed & sentit S. Th. & exprimit Caiet *g* & melius Sylvester *h*, quod necessariū ad status decentiā nō consistit in puncto indiuiduo, sed habet latitudinē eo maiorem, quo maior est status: quia in vno erit decē plus, aut decē minus: in alio centum plus, centum minus: & in alio mille plus, mille minus, &c. *i* & iuxta ea quæ de pretio iusto, pio, mediocri, & rigoroso dicta sunt *k*.

Septimo dicēdū, quod ex hoc sequitur, facile iudicandum non esse aliquē secularē plura, quā quæ suo statui necessaria sunt, habere: cū etiam ille qui ad aliquod dominiū emendum, & mutandum suū statum in aliū maiorem, ad quem idoneus est, pecunias congerit, nō habet plus, quā suum statū deceat, vt dictū est. Dixi *l*, *Secularem*; quia Ecclesiastici non possunt in tot fines, ac illi pecunias coaceruare, vt infra *m* attingetur. Sequitur item Rosellā sine iusta ratione dixisse paucos diuitū cōfessarios saluatū iri, si eleemosyna in prędictis duobus casibus de præcepto foret: nō enim tot sunt, quot putat, huiusmodi diuites, quibus sit superfluū status, cū nec Reges, & magni Principes, qui habēt thesauros ad bella, quę probabiliter cōtra suas respublicas timēt, aut quæ pro illis gerere debent, superflua habere censeantur.

7 *Octauo* dicendum, quod nemo tenetur ad dandam eleemosynā de suo statu decenti necessario, nisi egēti extremē: quia quisque debet decenter vivere, aut statum suum in alium mutare, vt singulariter S. Thomas docuit *n*, pro quo est cap. *quorum o*.

Nono, quod quāuis nō soluens debitum quando, vbi, & quomodo debet, ad restituendū damnū, quod ex illa mora creditor accipit, teneatur, iuxta supradicta *a*: qui tamē pauperi eleemosynā nō dat, etiā sub peccato mortali debitā, nō tenetur ad restituendū ei illā eleemosynā, nec dānum, quod inde illi prouenit, quia, vt latius *b* diximus, charitas nō obligat ad restituēdum illud, ad quod alicui dandum, aut faciendū sub pœna peccati mortalis obligat, iuxta Alexandrū Alensē *c*, & communem, quā pulchre defendit Adrianus *d*, cōcludendo ad restitutionē nō teneri eū, qui cū verbis, aut factis posset, furtum & damnū proximi nō impediuit: nisi ex officio, & iustitia ad id teneatur.

8 Omittimus autē hic gratia breuitatis encomiō eleemosynę, quam sibi gratissimā esse Christus ipse testatus est *e*, & per totā suā sacram Scripturam, & suos sacros doctores, quorum summus Augustinus *f* sic dixit: *Non memini me legisse aliquem male*

f De quo sup.

g Vbi supra.
h Ver. eleemosyn. qu. 1. parag. 3. in Rosa. aur. casu 53.
i Arg. l. 1. ff. de iure deli. & ca. de causis, de offic. deleg.
k Sup. c. 17. num. 228.

l Cap. præced. num. 73.
m Seq. cap.

n In d. q. 32. art. 6.
o 24. q. 1. & princip. c. 1. & 2. 41. dist.
a Capit. 17. num. 24.
b In repet. c. inter verba, 11. q. 3. conclu. 6. & in tract. de reditib eccles. q. 2. monit. 2. & 3. par. q. 87.
c In 4. de restit. q. 1. col. 9

e Luc. 11. & Matth 25.
f In serm. 4. ad fratres in Erem.

mortuum fuisse, qui viuens opera pietatis bene exercuerit. Quibus adde si placet ea, quę scripsimus g: Quare, vt alienum est ab omni iustitia, per fas, & nefas, quo iure quaue iniuria coaceruare diuitias: ita quoq; à prudētia Christiana seruare illas, eleemosynis dū vita manet parcēdo, & ad hęredes relegādo, iuxta illud Agonis glorioſissimę eiusdēque patronæ nostrę Luciæ ad matrem.

Res seruata perit, miseris data porrigit alas
Ad superos, alæ duplices, argentea læua,
Aurea dextra, viamque datori ad sidera pandit.
Certa præit viuos pietas, incerta sepultos
Consequitur: nam quod nostri est dum vita superstes
Arbitrij, mox est alieni vt vita recessit.

g In ca. medicamen. de pœn. dist. 1.

Non est item benignitatis Euangelicę, imo neque humanitatis Ethnicæ pauperem petentem à se asperis verbis repellere, etiam cum ad largiendum ei eleemosynam non tenemur: licet non sit mortale, iuxta S. Augustinum *h*: quamuis enim non debeatur eleemosyna realis: debetur tamen benigna responsio, vt recte aduertit Maior. *i*

h Ca. vnum sub fi. 25. dist. i In 4. dist. 15. q. 7.

9 Circa vero prędicta opera misericordiæ, siue eleemosynæ peccat mortaliter *primo*, qui habens superfluum, etiam tantum naturæ, non cibat, potat, vel vestit egentem extreme, & occurrentem. Dixi, *Occurrentem*, quia non tenetur quis quærere alios: nisi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idem de non redimente, saltem mutuando captum, quem credit alias iniuste occisum iri. Idem de non visitante, non hospitante, non sepeliente, cum extrema necessitas proximi ea exegerit, per supradicta. Per quod respondetur ad nouę quęsitum, quod non tenetur sub culpa mortali quærere eiusmodi egentes in carceribus, hospitalibus, & alijs locis.

Secundo peccat mortaliter, qui grādi, licet nō extrema, necessitate presso nō fere opē necessariā quā commode ferre potest, & credit neminem alium eam ei laturum, per dicenda infra.

Tertio peccat mortaliter, qui non facit aliquam de septem eleemosynis spiritualibus prædictis eius extremam necessitatē, quoad animæ salutem patienti: etiamsi id non posset absq; iactura vitę corporalis facere, quia tenetur quis prętferre animam proximi sui corpori, vt probat vterque Thomas *a*. Raro tamen eiusmodi necessitatem patitur Christianus, vt diximus *b*, quum per contritionem absque alia ope saluari possit *c*. Patitur tamē illam, qui existens in culpa mortali, & proximus morti putatse quauis peccatorum attritione saluum fore, & ideo non curat eam augere ad perfectionem necessariam *d*: tunc enim videtur extreme indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam necessitatem patiuntur paruuli Christianorum morti proximi existētes apud infideles vel apud fideles nescientes baptizare. Dixi, *Christianorum*, quia secundum sententiam S. Thomæ receptiorem, filij infidelium adhuc expertes rationis sine parentum con-

a 2. 2. q. 26. a. 5. ad 3. & q. 32. ar. 5. & 6.
b In c. inter verba, 1. q. 3.
c Cap. dixi. & ca. magna de pœn. dist. 1. & iuxta d. c. 1. num. 1.
d 2. 2. q. 10. a. 11. & 3. par. q. 68. ar. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum consensu non debent baptizari.

10 Eandem etiam pati dici possunt multi Gentilium in Indijs Brasilię,& Peru,morti propinqui,qui cõuerterẽtur, si fide Catholica erudiẽtur. Qualẽ habuisse satis videtur arbitratus magnus ille Dei seruus Magister Frãciscus ab Azpilcueta,& Xauier, vnus ex primis decem illustrissimi, vtilissimique nostro seculo ordinis Societatis Iesu,cognatus noster,& amicissimus, Gẽtiles cuiusdam Insulę,ad quibus prędicandũ per varios casus,variaq; discrimina rerũ,cũ probabili periculo vitę profectus fuit *f*, qui postea ibi,& alibi Euãgelio magno cum fructu prędicato,anno 1552,traiecit in amplissima Chinarum regna literarum studij, & seculari politia florentissima,Tartarięque vt creditur cõtermina:quamuis etiam licite& heroice potuit ille eiusmodi pericula subire pro animarũ illius gentis salute,licet non iudicasset eã in extrema necessitate constitutam,nec se ad id de præcepto obligatum: vbi admirabili cũ exemplo cruces nostras tollendi, & Christum Opt. Max. crucifixũ sequendi,vitam Apostolicam mortalem,quæ illi quoddã martyrium iam inde ab initio prædictę Societatis fuit,cum immortali commutauit. Cuius rei Altissimus,cui tam feruenter inseruiuit,multa signa dedit,corpus eius in dura casa montis asperrimi solitarie mortui illęsum prę-seruando,Lusitanosq; aliquot casu illuc appellentes nullo alio vinculo,quá charitatis coniunctos mouendo, vt terras sibi vetitas intrare ausi quęrerent illud,quæsitumque naui inferrẽt,in eaque ad Goam bis mille leucis,& à Lusitania quatuor millibus distantem transueherent. Mouendo item innumeram multitudinem,primum Malacæ,deinde Goæ,ad excipiendum eum de naui honorificentissime,& reponendum in Ecclesia, simul magna deuotione colendum,vt & nunc colitur: exemplo suo adhortans nos omnes,vt Deum Opt. Max. ex animo oremus & flagitemus,quo multos tanto muneri aptos efficiat,eisque fortem animum inspiret commigrandi eo,vbi tanta messis,& tam pauci sunt operarij: vbi etiam ipse iam pridem vitam finijssem, nisi ille,quando Vlyssippone discessit,me iam senescentem, laboribus animo suo conceptis imparem iudicasset, scribens vt absentiam patienter ferrem in terris,præsentiam speras in cœlis. Amen. Quæ prędicta consequitur *primo*, eum, qui non est parochus,nec prælatus non teneri cum probabili periculo vitæ suæ corporalis ad inuisendum pestilentia,aut morbo contagioso infectum,& in extrema necessitate vitæ corporalis constitutum:quamuis secus,si in extrema spiritualis versaretur. In quod resoluendum est quod dicit Gabriel in quodam sermone.

11 *Secundo*,nullo statu,voto, aut præcepto humano excusari quẽ,si alioqui potest,à subueniẽdo proximo in extrema necessitate cõstituto: adeo quidẽ,vt etiam clericus religiosus debeat detegere proditiones,& coniurationes contra Rempub factas, & si opus fuerit in remedium,etiam cõiuratores ipsos: nec fiet

f Vt copiosius in repet. c. si peccauerit 2. q. 1. explicuimus.

irregularis, licet ob eas illi morte plectãtur: modo id faciat protestatus se id facere vt periculo imminenti citra sanguinis pœnam obuietur *a*, quod recte adnotauit Caietanus *b*.

a Iuxta cap. præiatis, de homicid. li. 6. b 2.2. q. 33. art. 7. relatus supra, c. 18. num. 54.

Tertio sequitur, magna laude dignos esse, qui sęuiente peste ægrotantibus spiritualia ministrant, licet ad id non teneantur, per ibidem dicta.

Quarto peccat mortaliter, qui cõsulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxiũ, per prędicta *c*: nisi id faceret quo minus peccaret, iuxta S. Augustinum. *d* Quædam hic antea posita de non docente, de ignorantia, cõsilio, rancore, tristitia, & oratione prętermittimus, ne supra opportunius dicta repetamus.

c Capit. 14. num. 28.
d Relatum in capit. si quod verius, 3. q. 2.

De correctione fraterna.

12 *Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur.*
13 *Correctio fraterna de solis mortalibus facienda.*
14 *Correctionis fraternæ ordo, & quando non seruandus.*
14 *Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, vt peccat.*

20 DIcendum *primo*, quod fraterna correctio vna de septem eleemosynis spiritualibus, *est monitio proximi secreta, aut coram testibus, vt se à peccato emendet a*, ad quam præcepto naturali tenemur omnes, etiam infideles, & etiam Euangelico *b* omnes fideles, prælati, & subditi, iusti, & peccatores: quamuis magis prælati, quam alij, & qui maioris sunt auctoritatis, quam qui minoris, modo quatuor cõcurrant. *Primum*, quod certum sit proximum peccare peccatum mortale, vel veniale periculosũ. *Secundum*, quod speretur emendatio, aut saltem non timeatur deterioratio. *Tertium*, opportunitas non solũ personæ, ita quod magis ipse, quã alij, ad id teneatur, saltem considerata eorũ, ad quod id magis spectat, negligentia: sed etiam tẽporis, quæ colliguntur ex vtroque Thoma *c*, Adriano *d*, Soto *e*, Innocentio, Panormitano, & alijs *f*, Archidiacono, & alijs, præsertim Turrecremata *g*, quamuis de nõnullis horum inter illos sit cõtrouersia, quam tollere *h* nisi fuimus. *Quartum*, vt ea cõmode fieri possit, id est, absque damno notabili salutis, honoris, famę, & fortunarum corrigentis: nisi emendandus sit in extrema eiusmodi correctionis necessitate quod raro contingit, per supradicta. Nec (quidquid aliqui dicant) excusatur quis ab ea facienda eo quod sit in peccato mortali, cum nemini sua malitia prodesse, aut bonitas nocere debeat *i*: cumque quilibet possit ope diuina (quæ numquam facienti quod in se est denegatur) suorũ peccatorum pœnitere, & eorum veniam consequi *k*.

a Arg. c. nouit. de iud. & c. si peccauerit. 2. q. 1.
b Matth. 18.
c 2.2. qu. 33. & S. Tho. in 4. lib. sent. dist. 9.
d In 4. de correct. frater.
e Lib. de rat. reg. membr. 2. q. 1.
f In c. de nouit. de iud.
g In c. si peccauerit, 2. q. 1
h In d. c. si peccauerit.
i Cap. 1. de pact. præl. l. itaque fulio, ff. de fur.
k Cap. ponderes, 50. d.

Secundo dicendum, quod ex his sequitur responsio ad nouę quæsita, *primo*, quod nõ peccat quis peccato mortali omissione correctionis, eo quod non corrigat eum qui per ignorantiam probabilem

probabilem die ieiunij, vel festi non ieiunat, vel nō audit missam: quia in eo non peccat ille mortaliter, nec venialiter periculose, quo cessante cessat præceptum de corrigendo, per prædicta. *Secundo*, quod peccat, si non corrigit eū, qui peccat ex ignorantia nō probabili, vel fragilitate: præsertim quū id cōmode facere possit, iuxta posita *f*. *Tertio*, quod non peccat negligētia corrigendi, qui transiens per terram hæreticorum nō reprehendit eos tractātes sacramenta, vel imagines irreuerenter, vel docentes, aut prędicantes hæreses, si nulla est ei spes emendationis, imo timor auctionis mali: quia deest secundum eorum quatuor quæ dicta sunt ad obligationem corrigendi requiri.

f Infra, n. 25.

13 Ex quibus sequitur, quod quamuis laudabile sit corripere proximū de peccatis venialibus, puta risu inordinato, sermone otioso, nimia audiendi curiositate: nō tamen est mortale id nō facere, iuxta S. Antoninum *a*. Confessarius autē nullatenus, nec publice, nec secreto debet corripere quemquam de peccatis ab eo sibi confessis, vt recte monuit Sotus *b*, & probatur copiose per ea quæ dixi *c*: nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, inducendo colloquia, vel cōsulendo super eis. Sequitur item, non esse interdum peccatum, imo meritum, differre correctionem cuiuspiam, quousque in maius delabatur, quo aptius correptus emendetur ab vtroque. Dixi, *Interdum*; vt cum is, qui debet corrigere probabiliter credit eū, qui peccauit, per negationem peccati, vel aliquas alias circūstantias eius non emendatū iri, si tunc corrigatur: & si exspectetur alius casus, in quo deprehensus corrigatur, sic, quia hoc effectu est temporis opportunitatem exspectare. Qua consideratione excusari videntur, qui pueris ad furtum, & alia vitia procliuibus permittunt occasiones in ea labendi, vt in eis comprehensi vtilius castigari queāt.

a 2. part. tit. 16. c. 6.

b Vbi supra memb. 2. q. 1. c in ca. inter verba, concl. 6. & in cap. sacerdos de pœn. dist. 6.

c 2. 2. q. 33. art. 7.

14 *Tertio* dicendū, quod ordo corrigendi est, vt primum secreto, & fraterne peccans corripiatur. Deinde, si se ob id non emendat, corā duobus testibus, & postea iudici denuntietur *d*: nisi damni periculum esset in mora, & non esset ei certum sua monitione illum ab eo cessaturum. Si enim de hoc certus esset, non deberet statim iudici denuntiare, secundum S. Thomā eab omnibus receptū *f*. Dixi, *Si certus esset*; quia si dubitaret, statim deberet iudici denuntiare. Quod consequitur raro opus esse fraterna correctione secreta circa proditiones Reipub. & hæreses fidei Catholicę: quia raro quis pro certo habere potest talem proditionem, aut hæresin penitus cessaturam. Non est item opus secreta admonitione quando peccatum publicum est, iuxta S. Thomā receptum *g*. Est autem publicum (vt paulo clarius quam Caietanus, & alij diximus *h*) ad hunc effectum, quod est notorium iure, vel euidentia facti, vel saltem fama *i*.

d Matt. 18. & capitul. si peccauerit, 2. q. 1.

f In cap. nouit. de iud. & in 4. dist. 20. & ab Adria. in 4. de correct. frater, & à Soto de rat. teg. mēb. 2. q. 4.

g 2. 2. q. 33. art. 7.

h In d. cap. inter verba.

i Arg. ex fin. de cohab. cleri. c. fin. l. de temp. ordin. c. si fama &c. presbyt. 2. qu. 5.

Quarto dicendum peccare mortaliter eū, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter maia corripit, aut de peccato occulto coram illius ignaris, non seruādo ordinē supra dictum:

dictum, cum damno notabili illius famæ, aut illius probabili periculo *k*: nam etiam peccat, qui reuelat illud superiori, non seruata forma prædicta, etiam in finem, vt prouideat, ne illud iteret, vt recte asserit Sotus *a*, & ante illum Adrianus, quem ille non citat, contra Richardum *b*.

k Per d. cap. 17. num. 16.

a Vbi supra. memb. 6 q. 2. pag. 11.

b In 4 libro sent. dist. 19. art. 8. qu. 8.

De defensione proximi, quando sit necessaria.

15 *Emendatur cap. non inferenda 23. quæst. 3.*
16 *Iniuriam inferre imbecillitas, propellere virtus.*
17 *Defendere omittens peccat, si consentit, & etiam dissentiens si tentetur etiam cum incommodo.*
17 *Defendere vitam, & bona proximi, & impedire dãna vt tenemur.*
18 *Defendere omittens non omnis consentit, & quis præsumitur consentire.*
19 *Defendere omittens opitulando peior simpliciter omittente.*
19 *Defendere omittens qui præsumitur consentire, & opitulari.*
19 *Irregularis non est simpliciter consentiens homicidio facto, vel faciendo.*
20 *Defensionis omissio, etiam sine consensu, cur peccatum.*
20 *Defendere qui omittit, consentit, vt verum, triplici opinione confutata.*
21 *Intellectus nouus cap. quantæ, de sent. excom.*
21 *Scientia sola apparatus delicti cur interdum morte plectitur.*
21 *Defensionis ex charitate omissio cur impunis in foro exteriori.*
22 *Defensionis quæ omissio irregularitatem, & censuras inducit.*
22 *Defendere proximum à damno magis præceptum, quam subuenire ei ad lucrum.*
22 *Damnum proximi etiam mediocre quando impediendum.*
23 *Peccat mortaliter, qui proximi mortale peccatum non impedit.*
23 *Eleemosyna tur necessario fiat, etiam inuito, non egenti illa extreme.*

15 HVic loco ad id opportuno, pie lector, inseram summam eorum, quę huc pertinentia continet comment. ca. *non in inferenda c*, qui est quintus eorum, qui Manuali Hispano adiungebantur: ea igitur est, quod ibi *d* admonui cap. *illud* esse decerptum ex *e* S. Ambrosio, sed vitiose, quatenus habet, *ferenda*, pro, *inferenda*: & *imbecillis, siue imbellis*, pro, *bellicæ*: & post verbum *fortitudinis*, verbum, *repellere*, superfluum: ita quod est sic legendum.

c 13. q. 3.
d Num 1.
e Ca. 27. lib. 2. de offic.

Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est: qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit: vnde S. Moyses, hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis: nam cum vidisset Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem, defendit,

defendit, ita vt Ægyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Salomon quoque ait *a: Eripe eum qui ducitur ad mortem.*

a Prou. 24.

16 *b* Colligimus autem ex eo, quemuis Principē magnanimūque virū debere sibi persuadere imbecillitatē esse, & non fortitudinem iniuriam inferre, indignamque eis esse persuasionem illam, qua quidā putant, se, vel suos amicos nil posse, aut nil facere, nisi possint, aut faciant impune ea, ob quæ alij puniuntur, per multa ibi adducta: verbū enim, *virtutis*, in illo c. *positum* more castius loquentium, fortitudinem significat, vt in illo Cicero *c. Omnia summa consequutus est virtute duce, comite fortuna.*

b In n. 2. & 3.

c Ad plautium.

d Et paulo post, quod peccat, qui proximum non defendit, quod ipse S. Ambrosius ibidem comprobat exemplo Moysise, & auctoritate Salomonis *f.* cui concordat August. *g* & Symmachus *h*, & grauius Innocentius III.

d In n. 4. & 5.

e Exod. 2.

f Prou. 24. & idem ait in c. pasce, 86. d.

17 Deinde *k* multa dubia contra cōclusionem hāc adduximus: pro quorum resolutione *l* posuimus *primam* sex declarationum, scilicet eā plane procedere in eo, qui non defendit consentiendo: quia siue defendere possit, siue non, siue sit presens, siue absens, consentiendo iniuriæ peccat, & tale peccatū, quale qui iniuriatur, iuxta illud Apostoli *m: Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt.* & tradit S. Thomas speciatim *n.*

g In ca. fin. eadem caus. & quæst.

h 36. dist. in princ.

i Cap quanta, de sent. excommun.

k In n. 6. 7. & 8.

l In num. 9.

m Ad Ro. 1.

o Contingit deinde *secunda* declaratio, scilicet quod non procedat prædicta conclusio in eo, qui ad defendendū nō tenetur, secundum vtrumque Thomam *p*: non tenetur autem ad defendendum, qui sine damno honoris, existimationis, aut pudoris, id facere non potest, secundum Felinum *q*, cui nemo contradicit, nec nos vnquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium: in quo tamen id facimus ob multa, quorum summam ex premissis, & subiectis declarationibus colligas. E quibus est, quod in extrema necessitate nostræ defensionis constituto subuenire tenemur, etiam cum damno omnium eorum, quæ ad conseruandam vitam nostram non sunt necessaria, & consequenter honoris, pudoris, existimationis, & fortunarum sustentandæ vitę nō necessariarum, iuxta illud S. Ambrosij: *r Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri, non est leue peccatum.*

n 1. 2. q. 60. 2. 8. & 2. 2 qu. 154. 2. 4.

o In n. 10. & 11

p 2. 2. q. 62. art. 7.

q In ca. 2. de hæret. & in d. c. quanta relatum à nobis supra cap. 14. n. 6.

r Relatum in c. non satis, 86. dist.

a In n. 12. & 13

Vnde a resoluimus, quod charitatis lege tenemur ad defendendam proximi vitam, ne iniuste ei adimatur, etiam cum incommodo omnium prædictorum, sine tamen vitæ periculo.

Dixi, *ne iniuste ei adimatur*; quia non tenemur ad redimendam vitam iuste cōdemnati, etiamsi Rex, vel lex, statutum, aut sententia pecunia redimendi facultatem faceret: & ita limitandū est prędictum ca. *non satis*. Tum quia sanctum, & vtile est eius animæ, vt ea sic ei adimatur, per doctrinam Scoti *b*. Tum quia alioqui Rex ipse, vel iudex damnās eū in primis peccaret non redimendo quod est absurdum. Posset autem eiusmodi damnatus vendere se in seruum, redimenti pretio redemptionis, per

b In d. dist. 15. q. 3. parag. de secundo, relatum supra c. 15. n. 13

ea quæ dicta sunt supra c, & quod eadē lege charitatis tenemur etiam ad defendēda illa eius bona, sine quibus vita eius seruari nequit d, & etiā ad impedienda eius damna externa, etiā cum incōmodo nostro pecuniario, si probabiliter credimus, nullum alium id facturum e: nisi dānum proximi esset tam paruum, vt arbitrio boni viri non debeamus nobis incommodare tantū, quantum opus est ad illa impedienda f: vel nisi scandalum, vel maius damnum inde sequeretur. Dixi, *nullum alium id facturum*. Tum quia id significant prędicta ca. quatenus loquūtur de boue errante, & de asino iacente in via, ad quem reducendū, vel leuandum frequenter alij non inueniuntur. Tum quia tollitur necessitas, si est alius, qui occurrat ei. Dixi, *pecuniario*; quia nō tenemur ad id cū damno honorario, nisi quando dānorum magnitudo, & honoris paruitas aliud suaderent: quia vt dictū est, g maioris fit honos, quā pecunia. Per quod excusantur multi viri graues à defensione puerorū, & leuium hominum, quos alij pugnis cędunt, nisi ipsi citato gradu, & cum notabili honoris, & existimationis iactura eis succurrant. Dixi, *vel nisi scandalum, vel damnum inde sequeretur*, quo excusatur, qui clara voce non contradicit concionatori alicui ex pulpito grauiter detrahēti, & qui non liberat iniusta morte dānatum, & ad supplicium tractum, ne ex eo tanta seditio inter exequutores, & alios excitetur, vt probabiliter mortes, & vulnera innocentium timeantur, vt recte tetigit Adrianus h, addens, non teneri quem ad detinendum hœdum aliquorū, ne se de rupe præcipitet, si credit se interfectum iri ab eis suam intentionem bonam ignorantibus.

18 Itē i, quod aliqui tenentur defendere se, & alios, non solum lege charitatis, sed etiā iustitię. Reges enim, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere se, & suos subditos: & contra subditi suos superiores a, præsertim feudatarij, & corū domini b patres itē, tutores, curatores, heri, pędagogi, parochi, custodes, & alij similes: & è cōtrario, eos filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & custoditi, per notata à Panormitano c.

d Tertia sequitur declaratio conclusionis prædictæ, videlicet, quod multi ab iniuria nō defendētes, ei vere non consentiunt: vnde textus pro conclusione citati, habentes, quod qui non defendit cum possit, consentit, non sunt intelligendi de vero consensu, sed de præsumpto, & tū demū etiam de præsumpto, quū tenetur defendere, & cōmode potest: quāuis enim quis teneatur ad defendendū aliquem cū damno omnium suarum facultatum, præsumi tamen non debet consentire, si illud non nisi cum tali damno facere potest. Tum quia in dubio non est præsumēdum delictum e; & dubium est, an qui omittit defendere cum tanto dāno, omittat defendere ob cōplacentiam iniuriæ, vel ob dāni euitationem: & hoc posterius præsumendo vitatur præsumptio delicti. Tum quia experientia, quæ est rerū magistra f, docet multos principū, & aliorū familiares minime impedire

c Ca. 23. n. 96.
d Arg. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea, de offic. deleg. e Arg. Exo. 23. & Deut. 22.
f Arg. l. præses, C. de seruit. c. si non licet 23. q 5.
g Ca. 28 n. 47
h In 4. de corre. frat.
i In nu 14.
a Arg. cap. regum c. administratores, 23 q. 5 c. ergo de iureiur.
b Capitu. de format. 22. q 5. & c. 1. de forma fidelit. in vsib. feud. c In ca. 1. de restit. spol. n. 3. arg. l. vt parentibus ff. de iust. & iur. c. duo fratres omnia, 23 q. 4. l. 1 C. de emendatione propinqu. & præcep. 4. Decal. quod ad eos extēdi dict. est supra c. 14. n 3.
d In num. 15
e Capit. 1. de reg. iur. & l. merito, ff. pro soc.
f Cap. quam sit de elect. lib. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pedire innumeras iniurias, ad quas impediēdas, etiam cū damno facultatum tenentur, non quidem quod illæ eis placeāt, sed ne gratiam eorum, & spem donorum amittāt. Ex quibus infertur, frequentissime quem præsumi consentire iniuriæ, qui vere non consentit: & contra non consentire, qui vere consentit.

19 g *Quarta* accedit declaratio, scilicet quod multum interest inter non defendere solum, & non defendere, & consentire ex vna parte, & inter cōsentire, & auxilium præbere ex altera. Tū quia prius tantum est peccatum contra charitatem, aut misericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt recte sensit Sotus *h*: posterius vero, videlicet, consentire, & auxiliari iniuriam inferenti, est contra iustitiam, vt ibi late probatur. Tum quia prius non obligat ad restituendum, posterius vero sic: quia vt supra *i* diximus, qui solum contra præcepta charitatis & misericordiæ peccat, damnum inde sequutum restituere non tenetur: qui vero contra iustitiam peccat, sic.

k Adiungitur *quinta* declaratio, scilicet quod non omnis, qui iniuriæ consentire præsumitur, iniuriam inferenti auxiliari præsumitur, saltem auxilio quod delicti participē eum directe faciat. Tum quia duæ præsumptiones speciales non debent circa idem concurrere, præsertim ad augendum delictum *a*: quod fieret, si non solum consensus, sed etiā auxilium præsumeretur. Tum quia communis opinio, quam tenet Panormitanus *b*, quamque ait communem Decius *c*, tenet, non de inquere communiter iure ciuili, qui solum non defendit: & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen est puniendus in foro exteriori: & si præsumeretur auxiliari, contra dicēdum esset, cum vtroque iure opem ferentes delinquenti puniendi sint, secundum omnes *d*. Tum quia vt sentit glossa *e*, & clarius Innocentius communiter receptus *f*, qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo sequuto, & si præsumeretur opem tulisse, censeretur talis. Tum quia vt quis incurrat excommunicationem can. *si quis suadente g*, non sufficit vt consentiat etiam malitiosæ clerici percussioni, si eius nomine non fiat, nec aliquo modo iuuet: & si præsumeretur iuuare, censeretur excommunicatus *i*.

k Declaratio *sexta* adiungitur, quod præcedens declaratio fallit, cum quatuor concurrunt, scilicet potestas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem, & notorietas delicti, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, & manifesto fiat: ita enim concurrentibus non solum præsumitur consensus, sed etiam auxilium *l*: per quod ibi late ostendimus, non solum probari hanc fallentiam, sed etiam præcedentem declarationem regulariter esse veram: quod ad interpretandum plurimos canones, & leges, memoriæ mandandum est.

20 *m* Ex prædictis inferri ostenditur, quod ratio, qua non defendens proximum peccat, nō est, quia consentit effusioni, siue defendat,

g In nu. 16.

h Lib. 4. q. 4 ar. 3. de iust. & iur.

i Cap. 17. n. 11. Tracta. de reditibus Eccles. q. 2. nouit. 2. & in locis ibi allegatis.

k In num. 17.

a l. 1. Cod. d. dot. promi. & not. per Car. in cap. quia citra de consang.

b In ca. 1. de restit. spol.

c In ca. 1. de offic. deleg. & in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & Ias. in l. vt vim ff. de iust. & iur.

d In ca. 1 de offic. deleg. cū ei annot.

e In c. si quis viduam, 50. dist.

f In c. Petrus de homicid.

g 17 q. 4.

h Per c. cum quis de sent. excom. lib. 6.

i Per c. sicut diguū parag. c. de homici.

k In nu. 18.

l Per capit. quantæ de sent. excom.

m In nu. 20.

defendat,siue non:nam consentiendo peccat,& non peccat, si non consentit,siue defendat,siue non,si alia lege ad id non tenetur.Ratio autē vera cur peccat est,quia omittit facere quod ei lege charitatis,vel iustitiæ præcipitur vt faciat, interdum cū damno suarum facultatum& honoris,interdum sine eo,vt prædictum est:quamuis ceteris paribus consentiendo magis peccet.Et ita iura dicentia,eum,qui non defendit consentire, non significant,non consentientem non peccare,sed potius nō defendentem præsumi consentire:quod est verum de illo,qui debet,& potest commode:imo & præsumi auxiliari, si cum his tribus concurrat euidentia iniuriæ,vt prædictum est.

Dicitur,quod ex prædictis inferuntur decem & octo, quorū aliqua subijcimus.*Primum*,nullam trium opinionum celebriū exponentium prædicta iura esse omnino veram:nō opinionem Ioannis,quā Bernardus refert *a*,qui nimis ea extendit ad omnes,qui quomodolibet possunt,non defendunt:non etiam opinionem Bernardi, qui nimis ea restringit ad solos habentes publicam potestatem:nam ex multis eorum constat loqui etiā de priuatis:non item Innocentij,& Panormitani,& communis, qui partim ampliant,& partim restringunt,plusquam prędicti, dicentes ea loqui non de omnibus personis,tam publicis,quā priuatis,sed de solis dolo id facere omittentibus:veritas enim habet quod ad effectum peccandi loquuntur de omnibus personis,tam priuatis,quam publicis,& tam de omittentibus dolo,quam negligentia,& deferendo , vel non deferendo opem, modo lege iustitiæ,vel charitatis ad id teneatur Dixi, *ad effectū peccandi*;nam ad effectum incurrendi censuras , & restituendi damnum solum comprehendunt obligatos ad illud,non solum lege charitatis,sed etiam iustitiæ: quia hi soli incurrunt censuras,per adducta latius ibi,& tacta supra *b*.

21 *Item c* Ponitur,quod nec glossa,nec doctores attigerunt verum sensum prædicti capituli *d*,quem tamēnos ibi damus e,scilicet quod cuicunque potest commode,& non defendit clericū ab iniuria manifesta,quę manifeste infertur , est excommunicatus,vel censendus talis:ratio eius noua est , quia opitulatur, aut præsumitur aliquo modo ei opitulari , & ita legem iustitiæ violare.Dixi,*Est excommunicatus*,ad includendum eum qui vere omittit defensionem ad opitulandum.Dixi,*vel censendus*,ad includendum eum,qui non vere omittit ad opitulandum,sed ob timorem,pudorem,vel negligentiam . At quia non obuiat manifesto delicto manifeste facto,cum commode possit , præsumitur velle opem ferre,vt ibi latius deducitur.

Dicitur deinde f Quod ratio a nemine reddita:quia niti potest rigida illa,sed iusta decisio Bart.*g* scilicet,quod quāuis regulariter nemo puniri debeat,eo quod sciat parari delictum,& non indicet:fallit tamē in filio,seruo,& subdito sciente parari illud in patrē,dominū,aut alium superiorem,præsertim supremum.

Est,in-

a In dicto c. quanta.

b C.3.17.n.25 & in prædicto Tract.q 2 mon.3.

c In 28.nu.& duobus sequentibus. d c.Quanta de sent.excommun.

e Num.30.

f In nu.28. g In l.vtrum, ff.ad l Pomp. de patrit.

Est,inquam,ratio,quod alij solum regulariter delinquunt cõtra præcepta charitatis,hi vero contra præcepta iustitiæ, quæ iubet,vt superiores defendant inferiores,& contra inferiores superiores,vt supra tactum est: quam rationem Baldus si consideraſſet,& qui eum sequuntur relati à Felino *h*,non tam acerbe in Bartolum inuectus esſet.Qua ratione merito acrius animadvertitur in eos,qui magistratus,vel ministros eorum nõ defendunt,quam qui aliquos priuatos non tuentur.

h In dict.c. quanto.

a Dicitur etiam ex eisdem colligi rationem nouam,cur regulariter,qui alium non defendit,quamuis in eo peccet, non punitur in foro exteriori,neque canonico, iuxta communem supra relatam,& in foro cõscientiæ sic: quod scilicet omissio defensionis regulariter non est contra iustitiæ leges, quamuis sit frequenter contra leges charitatis,& ideo legum iustitię pœnis puniri non debet.

a In n.35.

22 *b Dicitur* pręterea,neminem incurrere censuras,vel irregularitates non defendendo alium, nisi lege iustitię ad id teneatur:ideoque rectè nos respondisse clerico cuidam insulano,non incurrisse irregularitatem propter homicidium sequutum, eo quod ipse sciens illud tractari non monuit occisum *c*.

b In c.34.& seq.

c Arg.glos.fi quis viduã 50.dist.& doctrinæ Innoc. in c.Petrus, de homicid. & S.Anto.2. part.tit.28. ca 2.

d Dicitur,quod recognoscens Manuale Hispanum antea compositum die gloriosissimę Magdalenę sacro,anno 1556.eius vt puto beneficio,inueni solutionem cuiusdã antinomię, quę me diu,multumque torserat inter conclusionem cõmuniter receptam,& supra è positã, quod nemo regulariter tenetur ad præstãda opera misericordię corporalia sub culpa mortali,nisi egẽti eis extreme:& inter illã certam,quod quilibet tenetur bouẽ etiam proximi inimici errantem reducere, si potest,ad illum, asinum item sub onere iacentem subleuare, vel ad sũbleuandũ iuuare,si credit probabiliter alium id non facturũ *f*: quod probat idipsum faciendum esse de veste,& de qualibet alia re proximi amissa. Quę proculdubio locum habent,etiã cum proximus non eget eis extreme. Solutio autẽ vera & noua est, quod illa procedit quoad opem dãdam egenti, & de lucro tractanti, hæc quoad opem dandam de dãno vitando tractanti. Pro quo discrimine facit,quod & plus fauẽt iura agenti de damno vitãdo,quã agẽti de lucro captando *g*. Ex quo,& positis supra *h*, infertur,hanc item cõclusionem procedere ad iter faciẽtem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, ad eleuandum mulum luto hærentem:nã si est iter à multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliaturos,nõ peccat mortaliter non opitulando ei,alioqui sic,vt peccaret,si iter esſet à paucis frequẽtatum:& ad inuenientẽ iumenta proximi segetes depascentia, & ad videntẽ ędes,segetes,aut suppellectilem proximi ardere, & non extinguit cum posſet ignem,ad audientem famæ proximi grauiter detrahẽtẽ,qui licet ei non credat,putat tamen alios credituros,si ipse non resistit:& alios id generis innumeros videntes

d In n.39.& 40.

e Num 5.

f Iuxta d.c. Exod.23.& Deut.22.

g l.2.parag. portio,ff.ad leg.Rhod.de iactu,&d.l.fi. ff.de peri.& comm.rei vend.l.si is, cui parag.fi ff. de furt.& l.ſi sterilis,parag cum per venditorem,ff.de act.empt.

h Num.17.

dentes notabiliter lædi proximi salutem mentis, vel corporis, & honorem, vel rem familiarem: nam si credunt alios non impedituros illa mala, & ipsi non impediunt, peccant mortaliter. E quibus etiam esse videtur, qui videt alium ementem animalia, pannos, prędia, vel alia vitiosa, vel longe minora, vel peiora, quam putat ipse, & non monet illum.

23 *a* Probatur rursus, & defenditur cōclusio huc pertinens posita supra *b*, scilicet peccare mortaliter eum, qui cum possit, non impedit peccatū proximi. Quę quidem conclusio probatur, *primo*, quod per dictum ca. *non in inferenda*, & alia multa conclusū est supra, lege charitatis obligari nos omnes ad impedienda mala vitam corporalē proximo adimentia: at vita animæ pretiosior est, & magis diligenda quam corporis, secundum S. Th. receptum *c*: ergo magis tenemur ad impedięda mala quę ei vitā animę adimūt: sed peccatū mortale ei adimit vitā animæ *d*, ergo, &c. *Secundo*, quod mortaliter peccat, qui proximum volētem se precipitare non retinet cū possit *e*: & qui non extrahit etiam inuitum è domo iam ruitura *f*. *Tertio*, quod peccat mort. qui, vt supra proxime dictum fuit, potest impedire dānū proximi, quod credit ab alio non impeditum iri, & nō impedit *g*: at nullum damnum est maius proximo, quam mors animę, quā peccatū mortale infert, ergo, &c. *Quarto*, quod magis tenemur ad impedienda futura peccata, quā ad punienda prędicta *h*: at constat ad corrigenda prędicta proximi peccata nos teneri *i*: à fortiori ergo tenebimur ad peccatū nōdum commissum impediendū: vnde ad impedienda peccata futura in omni casu inquiri potest, iuxta quoddam dictū singulare Innoc. IV. *k* non tamē ad punienda prędicta, nisi certis casibus, vt dictū est *l*: & à laico clericus capi potest ne committat, non tamen pro commissis, iuxta Panorm. *m* communiter receptum. *Quinto*, quod ad euitandum scandalum qua proximus peccaret, debemus facere aut omittere omnia, etiam in Euangelio consulta, quę sine peccato possumus *n*, vt sunt aliquot eleemosynæ, ergo, &c.

Quę conclusio procedit *primo*, non solum quando sine damno, pudore, & dedecore id facere possumus, vt dicit Feli relatus & cōfutatus supra *o*, sed etiamsi oporteat ob id amittere facultates & honorem, imo & vitā, quando eius anima in extrema nostrę opis necessitate constituta est. Procedit etiā quando nō est in extrema nostrę opis necessitate, ob suā tamen imbecillitatem, vel ignorantiam crassam, aut affectatā, aut ob alias causas, & occasiones peccādi in ea est necessitate, vt nisi nos ei opitulemur, peccatū mortale commissurus sit, & spiritualiter moriturus: & si opitulemur, nō: quę est singularis doctrina pientissimi, eiusdēq; doctissimi Adriani *a*, quę prędicto die Magdalenæ sacro, casu reperta magna me liberauit animi angustia, simul dolore afficiens, quod nulla eā ratione fulciat, solū inferēs ex ea eleemosynā spiritualem arctius prędpi quam corporalem,

a In n. 41. & septem seq.
b In c. 14. n. 7.
22. 2. q. 26. art. 5. & probatur in c. si habet, 24. q. 3. d Cap. resuscitatus, & c. omit. de pœnit. dist. 1. e C. nimium 23. q. 4.
f Dicto cap. ipsa pietas.
g Exod. 23. & Deut. 22.
h Arg. cap. 2. præterea, de sponsa. & eorū quæ late citamus in ea. inter verba, 11. q. 3 à Matt. 18. & c. si peccauerit 2. q. 2.
k In c. 12. de postulat. prælat. communiter recep.
l In c. 18. & dicetur infra c. seq.
m In c. 3. & c. vt famæ, de sent. excomm. & c. cum non ab homine de iudic.
n Cap. 2. de noui op. nuntia.
o Num. 18.
a In 4. de correct. frat. col. 12.

lē. Pro qua tamen adduximus rationem quā numquā alibi audire, vel legere meminimus, videlicet, nos teneri ad impedienda mala proximi, etiam quæ ille vitare potest si vult, modo sint eiusmodi, quibus iuste nō potest consentire, qualia sunt præcipitium, suspendium, domus ruentis oppressio *b*, quales itē cibi, vel potus, vel medicinę ad vitam necessarię renutus *c*, mors itē, & mutilatio membri *d*. At mors animæ, quā peccatū infert, est eiusmodi: ergo tenemur ad impediendam eam, etiā illi, qui nō est in extrema nostræ opis necessitate constitutus. Itaque inter eleemosynā spiritualē, & corporalem in hoc non est discrimē, vt per suam illationem significauit Adrianus: quāuis sit discrimen in eo, quod eleemosynā spiritualem tenemur largiri constituto in extrema illius necessitate, etiā cū periculo vitę, corporalem autem non, nisi citra illud: per quod eius illatio verificatur. Procedit item præfata conclusio, etiamsi ad impediendum peccatū mortale proximi oporteat nos nō vti iure nostro spirituali, vel temporali, quo absque peccato possumus nō vti, argumento illius *e*, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis f*.

b De quibus prædictum agit c. nimiū & d.c. ipsa pietas.
c Iuxta glo. solen. in para. 1. 83.
d l. liber homo, ff. ad l. Aquil. c. contingit, de sen. excom.
e Matt. 18.
f Et c. 2. de oper. nou. nunc S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

Non autem procedit prędicta conclusio, nisi concurrentibus tribus, quę requiruntur vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, videlicet, certitudo quod peccatū est mortale, spes effectus impeditionis, & opportunitas tam personæ, scilicet quod sit quæ magis ad id teneatur, saltem ob negligentiam magis obligatorum & quam etiam temporis, vt colligitur ex rationibus Sancti Thomę, & aliorum vbi supra citatorum, quibus prędicta esse necessaria, quo præceptum fraternæ correctionis obliget, monstrauimus.

Non itē procedit, quādo proximus nō est peccaturus ex ignorantia, vel fragilitate, sed ex malitia, & ad impediendū oportet vtquis desinat vti iure, vel bono suo spirituali, vel tēporali, iuxta illud g: *Sinite illos, cæci sunt, &c.* & allata per S. Tho. *h* notata per nostros *i*. Quod confirmatur eo quod diximus supra, scilicet non teneri quem ad donandum centum (etiamsi possit) ei, qui sese furca suspensurum affirmat nisi ea donentur.

g Matth. 15.
h Vbi supra.
i In cap. qui scandalizauerit. de regiur. & d.c. 2. de oper. c. 2.

Per quas declarationes facile soluuntur quatuor argumenta cōtraria. *Primum*, quod non peccat mortaliter, qui petit mutuū ab vsurario, quem credit non nisi ad vsuram daturum. *Secūdum*, quod nec qui à parocho petit, vt suum filium baptizet, credens eum peccaturū mortaliter, quia credit esse in mortali, & antea non contritum iri. *Tertium*, quod neque mulier, quæ ob vanam gloriam venialiter sine alio fine mortali se comit: quamvis credat aliquem ob id concupiscentiam mortalem concepturum. *Quartū*, quod nemo tenetur ad eleemosynam impartiēdā sub pœna peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto, vt dictum est *a*. Et qui vult mortaliter peccare sciēs id esse tale, non est in extrema necessitate opis alienę, cum voluntarie id faciat *b*. Possunt etiā solui duo prima per duas declarationes

a Supra n. 13 b 15. q. 1. para. 1.

postre-

postremas. Tertium vero de muliere se comẽte per adducta supra e. Quartum autem soluitur per primam, & secundam declarationẽ: quatenus habent, teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iuste consentire non potest, quamuis non sit in extrema nostrę opis necessitate constitutus.

e Ca. 3. n. 5. & ca. 23. nu. 19.

De peccatis diuersorum statuum, & primum Regum.

CAPVT XXV.

1 *Rex vt peccat aliena capiens, & capta non restituens male, vel in malum finem gubernans.*
1 *Rex seditiones excitans, vel subditos non exercens peccat.*
2 *Rex arces non muniens, vel armentis carens vt peccat & 3.*
4 *Rex legem pœnalem ferens, vel vias, & lites negligens, vt peccat.*
5 *Lex disponens circa legem naturalem, vel suam, vt peccat.*
6 *Rex tollens subditis bona sua, & libertates, vt peccat.*
6 *Rex bellans iniuste, vel malo fine vt peccat.*
6 *Rex iura noua indicens & visitantes impediens, vt peccat.*
7 *Rex cogens operari subditos, & eorum delicta non puniens, vt peccat, & 8.*
7 *Rex officia sua vendens, & indignis conferens peccat, & 8.*
8 *Rex matrimonium contrahere cogens vt peccat.*
8 *Rex beneficia indignis conferens, & malam consuetudinem seruans, 9.*
9 *Rex damnans inauditum, vel auditum male, vt peccat. 10. & 11.*

1 DIcendũ quod peccat mortaliter *primo* Rex, vel monarcha, qui aliena regna, & dominia iniuste quærit, vel iniuste quęsita nõ restituit, nulla iusta causa ab hoc excusante *a*. Veniale autẽ periculose qui ea etiam iuste quęsita gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam, & honorem *b*. Nam vt sancte resoluit S. Thomas *c*, finis primarius laborum eius vix tolerabilium debet esse ipse Deus, cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo, de qua supra *d*.

a Cap. quod culpatur, 22. q. 1. c. si res, 14. q. 6 adiuncto c. sæpe de restit. spol.
b Per supradicta, c. 23. n. 73.
c De regi. princ. l. 1. c. 7 & 8. d. prælu. 4.
d Vbi supra, c. 15 & probatur per ca. administrare, 23. q. 5. & c. alius, 15. q. 5.

Secundo peccat, qui iuste possessa iniuste gubernat, non reddendo suũ cuique ius, vel excitando factiones, vel nõ sedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, aut præficiendo rectores indignos, aut non ferendo leges necessarias, vel constitutas non exequendo, aut non communiendo armis, artibus, & exercitiis ad se, & illa tuenda necessarijs, adeo vt iudicio prudentis ea, vel partem eorum probabili amissionis periculo subijciat, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ *e*.

2 *Tertio*, peccat, qui per incuriam non habet propria armenta boum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares selectos, quo

quo habeat carnes in opsonium suum, & suorum, aut non colit agros proprios, quo triticum, hordeum, & alia frumenta sibi, suisque necessaria colligat, aut non habet equitia pro ducendis equis ad bella necessarijs, hæc enim sunt mortalia, aut certe venialia periculosa, secundum S. Thomam *f*. Dix, *per incuriam*, quia iudicio nostro non sunt peccata omissa ad vitandos sumptus, & ad quærendum plus ex prædijs locatis, quam per se cultis, & de suis herbis locatis, quam per armenta sua, & greges depastis, aut ad melioribus curis occupandum tempus, quod his imponendum est *g*: quod miror nec S. Thomam, nec alios animadvertere, quum fere omnes reges ea facere omittant.

f Vbi supra, li. 2 c. 5. & 6

g Arg. c. non mediocriter decõsecr. d. 5.

Quarto peccat, qui adeo negligit coacervare diuitias artificiales, auri, argenti, pecuniarum, & aliorum similium, vt se suumque regnum exponat probabili periculo perendi fame, bello, & alijs malis, quę probabiliter defectu pecuniarum euenire possunt: è quibus est mutuari subditis cum pudore, & periculo deserẽdi iustitiam in eorum fauorem, vel à nummularijs sub vsuris, aut interesse, ad quę postea soluenda nimium sit grauaturus populum, ex mente eiusdem *b*.

h Vbi supra, c. 7.

3 *Quinto* peccat, qui pecunias congerit grauando notabiliter subditos ob auaritiam, nullo iusto fine proposito, iuxta S. Antoninum *i*, quia id est contrauenire præcepto de dando superflua pauperibus, iuxta dicta supra *k*.

i 2. part. tit. 1. c. 2.

k Cã. 13. nũ. 74.

Sexto peccat, qui prodigis largitionibus ira indulget, vt se exponat probabili periculo vsurpandi aliena, vel tribuia maiora, quã par est, exigendi, aut debita statis diebus non soluendi, aut onere grauissimo interesse, ac cambiorum se suumque regnum in maximam paupertatem inducendi, propter rationes variat. *a*

a In epi. ad Alex. & per leg. par. Castel. tit. 14. a. parti. 5. & mentem S. Th. vbi sup.

Septimo peccat, qui adeo negligit munire suas arces, vt occasionem populo præbeat irreuerentię, vel rebellionis, aut alijs inimicis occupandi regni aut partem illius, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ *b*.

b Vbi supra, l. 2. c. 11.

4 *Octauo* peccat, qui negligit per incuriam imperare refectionẽ, & custodiam viarum publicarum sui regni, ita vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de suis publicis reditibus pauperibus extreme egentibus à se petentibus non subuenit, iuxta eundẽ S. Thomam *c*. Dixi, *negligit*; quia secus si per ignorantiã, aut impotentiã id omittit *d* quãuis hoc alij nõ animaduertant.

c Vbi supra c. 12. & 15. d Arg. l. im. possibilium ff. de reg. iur. & c. ignorantia, eod. tit. l. 6.

Nono peccat, qui habet cum alio Rege Christiano super alio quo regno, vel dominio aliquam dubiam, & antiquam controuersiam quæ de iure non potest extingui, quia nõ habent superiorem, neque bello, quippe quorum arma adeo creuerunt, vt neuter ab altero omnino superari possit, nisi facta per strages copia Turcis inuadendi quod reliquum est Christiani orbis, vel bonam partem eius, & non vult in arbitros suspicione carentes conuenire nec petere, vel accipere cõditiones honestas, quibus pax firma fiat, quod probauimus *e*.

e In reper. c. quando de consue. d. 1. c. 9 n. 9.

Decimo peccat, qui aliquam legem pænalem constituit principaliter propter suam vtilitatem priuatam, quo eius transgressione, aut dispensatione multas pecunias cogat *f*.

b Vndecimo peccat, qui dispensat in legibus diuinis, aut naturalibus absque iusta causa, & qui in proprijs cum notabili damno aut scandalo publico, vel priuato, & qui delicta diuina lege aut naturali damnata sine iusta causa condonat, videns, aut videre debens se ad alia similia occasionem præbere, aut lites, vel solutiones debitorum sine iusta causa suspendit. Tum per glossam singularem *g*. Tum quia omnis iniustitia rei notabilis est mortalis, iuxta S. Tho. *h* Dixi, *sine iusta caussa*; quia cum causa, & sine scandalo notabili illa licite facere potest *i*.

6 *Duodecimo* peccat, qui non permittit populo suo tueri suas libertates sibi ex iure diuino, aut humano iurato debitas: aut bona populi vsurpat, & restituere obligatur *k*.

Decimotertio peccat, qui minis, aut precibus importunis adigit aliquem ad donandum sibi sua bona absque iusta in id causa, cum obligatione restituendi *l*.

Decimoquarto peccat, qui gerit bellum iniustum defectu auctoritatis, aut iustæ causę, cum obligatione restituendi, aut iustum ex se, sed animo, & fine iniusto, sine obligatione restituendi, iuxta vtrumque Thomam *a*.

Decimoquinto peccat, qui impedit visitationem monialium iuridicam *b*, & est excommunicatus, si admonitus non desistit *c*.

Decimosexto peccat, qui exigit à suis subditis aliqua tributa noua absque necessitate publica, cum obligatione restituendi, quamuis in bonum finem ea exigat *d*. Et multo magis si ad superfluum vsum, vel vestium pompas, conuiuia, prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat *e*. Dixi, *Noua*; quia si antiqua bene statuta ita prodigit, non tenetur restituere, nec mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia finis, formæ, materiæ, aut alia mortalis interueniat *f*. Dixi etiam, *Absque necessitate publica*; quia cum hac exigere & accipere posset, si ad eam sui reditus non sufficerent *g*.

Decimoseptimo peccat, qui adigit subditos suos, ad id non obligatos, sibi domos ędificare, agros colere, vineas fodere, aut alia similia facere sine integra sui laboris compēsatione *h*, subdens, bis eum peccare, qui diebus festis ad hoc eos adigit.

Decimooctauo peccat, qui officia sui regni vendit tam care, & talibus personis, vt probabiliter credat, aut credere debeat, eas male illis vsuras, aut subditos oppressuras *i*, alias secus, iuxta S. Thomam *k*: quamuis præstaret non vendere. Quo fit, vt dictum Panormitani *l*, scilicet, id quod domini pro officijs secularibus suæ iurisdictionis accipiunt, lucrum sordidum esse, & accipiendo mortaliter peccare, restringendum sit ad personam quæ superiorem agnoscit, & locum vbi vetitum est lege obligante ad mortale, cui consuetudo præscripta non derogauit, sine licentia

f C. erit autē lex. 4. d. & commu. in c. 1. de const.
g C. nō est de vot. c. exparte de conf. c. ex iure, de iure iur. c. si eccle. 23 q. 4. c. regum 23 qu. 5. h 2. 2. qu. 55. art. 4.
i l. 1. C. de se.
k Arg. c. reges, & c. princi 23. q. 5. & l. 1. C. si quacūque præd. pot. & c. si res 14. q. 6.
l Arg. c. cōuenio 33. q. 8. 3. Reg. c. 21. & totius tit. ff. & C. quod met. cau. & Bar. in tra. de tyran. n. 20.
a 2. 2. qu. 40. art. 1.
b Clem. attēdentes, de statu monac.
c Ead. cle. parag. fin.
d C. militare sub fi. 23. q. 1.
e Sum. conf. l. 2. tit. 5. q. 35. n. 31.
f Per supradi. c. 23 n. 75.
g Arg. c. tum secundum, de præb. & ca. 2. 11. q. 2. & eorum quæ ibi citantur.
h S. Ant. par. 3. tit. 3. c. 4. parag. 4.
i Per rationes Authen. vt iud. sine & quo Auth. de mād. prin. parag. 2.
k Ad Ducissam Brabantiæ in opusc. 21. q. 1.
l Communiter recepti, in c. 1. & 2. ne præla. vlt. se.

centia eius, qui eam dare potest ad vendendum honesto pretio personis idoneis. Et consequenter non sunt damnandi Reges & Principes qui ea dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum: neque etiam ipsi officiarij illa vendentes tam honesto pretio talibus personis, vt probabiliter credatur eas illis non male vsuras, quo pretium male datũ peius extorqueant. Quare ob ea quæ in curijs monarcharum fieri vidimus, eorum confessarios, consiliarios, & regni procuratores admonemus, videri è republica, & animarum salute fore lege aliqua circumspecte statuere vnicuique officio, vel muneri certum pretium, vltra quod nil dari, vel accipi posset, declarando eum, qui plus acciperet, plus iusto pretio accipere, & addendo, ne remissioni locus esset, & tempore quo titulus confertur, cogerentur partes iurare de non plus dando, vel accipiendo, cum in dies adeo eorum pretia crescant, vt ementes honeste emere nequeant, nisi magno reipub. malo, vt illa, quę forte mutuo, & sub vsuris, vel interesse acceperunt, recuperent.

Admonemus vero hic, fel. rec. Pium V. tulisse legem anno 1571. mense Decembri [a] contra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, in hæc verba: *Nemini de cætero liceat mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, & per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere: ac si quis his præsentibus contrauenisse quoquomodo dici, aut censeri potuerit, ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam priuilegij doctoratus, quam quorumque per eum obtentorum officiorum, tam secularium quam ecclesiasticorum; ac demum vltimi supplicij pœnã irremissibiliter incurrere volumus.* & infra: *Et quod vbicunque, & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri personæ pro officijs, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit, se à præmissis attenta interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat: quinimo nulla admissa ignorantiæ excusatione ipso iure præsumatur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum, qui officia, & dignitates similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea pœnis subiacere omnino intelligatur.*

[a] In extrauag. & si Romani.

8 *Decimonono* peccat mortaliter, qui cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel à contrahendo impedit [b], quod Concil. Trid. [c] in hæc verba confirmauit: *Præcipit S. Synodus omnibus, cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directo, vel indirecto subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.*

[b] S. Anton. 3. par. tit. 3. c. 4. parag. 5.

[c] Trid. Sess. 24. c. 9. de reform. matri.

Vigesimo peccat, qui præficit officiarios indignos, imperitos, aut malæ conscientiæ, credens, aut credere debens eos tales esse, aut per iustam ignorantiam præfectos, postquam id resciuerit non deponit, cum possit absque suæ vitę periculo, & damno Reip. cum obligatione restituendi damna, quæ fecerunt *d*, per ea quę copiose diximus *e*.

d Scot. in 4. l sent. d. 15. q 2. art. 4.

e In prælect. c. parag. quãdo, de resc. excep. 16. n. 3. & 4.

Vigesimoprimo peccat, qui ad sacerdotia, vel beneficia ecclesiastica, quorum est patronus, præsentat personas non idoneas ętate, scientia, vel moribus: aut inducit legatos, episcopos, & alios prælatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales præsentandum *a*.

a Contra c. cũ in cunctis, de elect. & c. graue, de præb. & alia late dicta in d. relect. exce. 16.

Ad noue autem quæsitum respondeo non peccare possidentem virtute bullæ Iulij secundi aliqua bona tam quã profana, quibus pater eius imposuit onus aliquarum missarum, constituens eum patronũ eorum, & earum: quia etiã absque tali bulla poterat ea iuste possidere vt talia, quippe quę nullius speciei sacrorum sunt, vt colligitur ex S. Thoma recepto *b*: non enim sunt bona ecclesiastica, licet oneri ecclesiastico sint subiecta *c*.

b 2. 2. q. 99. a. 9.

c Arg. c. ex parte de censibus.

Vigesimosecũdo peccat, qui non cohibet suos subditos ab vsurpãdo alieno per furtum, rapinas, munera, aut per alium quemuis modum illicitum, cum obligatione restituendi.

d Richard. in 4. l. sent. d. 15. a. 5. q. 5.

Vigesimotertio peccat, qui negligit abolere prauas sue terrę cõsuetudines, veluti vsurarũ, ludorũ periculosorum animę, & corpori, cũ sine scandalo id possit: aut permittit falsas mẽsuras, aut pretia iniusta rerum venalium, cum obligatione restituendi *e*.

e Rich. vbi supra arg. c. error. 83. d.

Vigesimoquarto peccat, qui per se, vel alium cõdemnat aliquẽ, præsertim ob crimen, indicta causa, aut non concessa se defendendi facultate, aut sine scientia publica per publicã probationem habita, ductus scientia priuata per priuatam probationem quęsita, secundũ mentem S. Thomæ *f*, & clarius Caietani *g*. Tũ quia sententia, quæ actus publicus est, auctoritate, & scientia publica, & non priuata ferenda est. Tum quia iuris naturalis est, ne quis inauditus, & indefensus damnetur *h*. Quo fit, secundum eos, grauissime peccare reges, & principes, & esse homicidas, qui aliquem etiam subditum, inauditum, & indefensum veneno, aut alio mortis genere interfici iubent, vel beneficijs, officijs, honoribus, aut alijs bonis ad nutum non amouibilibus priuant, sola scientia priuata ducti. Eodem item modo peccare exequutores talium mandatorum, neque excusari obedientia, quã suis regibus id præcipientibus debent, quoniam contra ius naturale, vel diuinum non est eis obediendum *i*.

f 2. 2. qu. 67. art. 2.

g Ibid. & in sum. ver. homicidium.

h Idem pasio ralis, parag. cæterum, de re iud. glos. memorabilis in extrauag. 1. de dol. & cont.

i Ca si dominus, c. qui resistit, 11. q. 3. & Caiet. in acto ver. homicid.

10 Contra vero non peccare eum, qui secundum allegata, & probata iudicat, quamuis vti priuatus oppositum iustum esse sciat, adeo quod eum, quem priuate scit innocentem, iuste cõdemnare possit probatum nocẽtem, saltem quando quoad eius fieri potuit, omnia facit vt veritatem cognosceret, & ne de illo casu iudicaret, iuxta S. Thomam *k*.

k In d. q. 67. art. 1. & alios graues auctores, quos Caiet. ibi adduxit.

Pro

Pro quibus est textus *a*. Dixi, *Ad nutum non amouibilibus*, quia in alijs secus est *b*: qualia sunt officia Castellæ regia *c*. Idem quũ res notoria est, vel ex natura rei, vel actis cõitat, nullã condemnando defensionem cõperere *d*, quia scientia rei publice notoriæ publica est, & non priuata vt sentit S. Thom. *e* Idem quum aliqua magna, & iusta de causa non recognoscens superiorem, omittit audire, & vocare reum: vt probauimus *f*: modo curet allegari, & probari pro parte absente quęcunque possunt. Per quod excusauimus magnum quendam Monarcham, qui virtute processus in absentia facti, & sententię sine citatione latę, fecit capite plecti quendam suorum militum ducem sibi in alio regno militantem, quia nec capi, nec sine metu rebellionis illius, & magnæ partis exercitus audiri poterat.

11 Nõ autem omnino placet consilium Raymundi probati à S. Antonino *g*, quod rex, aut dominus, qui suis subditis aliqua de superioribus causis restituere tenetur, & nõ potest, aut certe difficile id facere, cõdonet eis aliquas operas, vel iura sibi debita in perpetuũ, eisue annuã pensionẽ perpetuam, aut temporariã in id sufficientem super bonis regni constituat: aut aliquod xenodochium, aliudve opus pium de illorum cõsensu si haberi possit, instituat, nõ inquam, omnino placet. Tum quia impotẽtia eum excusat, per dicta *h*. Tũ quia nõ potest iura regni diminuere, nec onera augere *i*. Tũ quia non sufficit dare pijs quod debetur alijs *k*. Tum quia consensus subditorum in eiusmodi raro est spõtaneus, iuxta illud: *Preces principis iussa sunt*. Quare securius consilium esset, vt superflua sui status resecando, & parcius viuendo, & à donis gratuitatis abstinendo, quantum posset de reditu suo decenter reliquaret, quo debita solueret, & restitueret, iuxta mentem Aristotelis *m*, & S. Thomæ *n*.

Vigesimoquinto peccat mortaliter Rex, qui vt iudex facit aliquid, quod iudici esse mortale *o* dicitur.

De peccatis Iudicis superiorem agnoscentis.

12 *Iudex vt peccat mortaliter suscipiendo officium cui est impar.*
12 *Iudex iudicans iniuste, aut accipiens pretium pro sententia etiam iusta.*
13 *Exemptus hodie multo plus subiacet ordinario, quam olim.*
13 *Iudex vsurpans iurisdictionem, non seruans ordinem iudiciarium, vt peccat.*
13 *Iudex male capiens, & victum non condemnans in expensis peccat.*
13 *Iudex non satis studens, nec consulens, affectu condemnans, & miseris non deferens, vt peccat.*
14 *Iudex appellationi non deferens, vel eam non admittens, vt peccat.*
14 *Iudex pœnam legis augens vel diminuens, vt peccat.*

a In l. illicitas, parag. veritas, ff. de offic. præsid. & in c. pastoralis, para. quia vero, de offic. del. g. & vtrobique communis.
b Arg. l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.
c Lib. 1. ordi. tit. 75.
d Ca. bonæ 1. de elect. vbi Panor. adiũcto, c. cum olim de re iudi. vbi post alios Felin. col. 5.
e 2. 2. q. 67. a. 1. & fac. c. ad nostram de iureiur.
f In c. 1. de caus. possess. per glos. singul. in l. antepen. ff. in quib. caus. maiest. laudatã per Rauen. in d. c. 1. & Decium in c. ex parte 2. de offic. deleg. col. & q. quæ in ecclesiarum de constit. col. 9.
g 2. par. tit. 2. c. 7. parag. 3.
h Sup. in c. 17. num. 60.
i Ca. intellecto cum ei adnot. de iureiur.
k Arg. c. ex re de iureiur. & c. cum tu de vsur.
l Gloss. in l. 5. ff. quod iussu.
m 4 Ethic. n. 2. 2. q. 117. a. 1. & melius, q. 58. art. 1. ad 1. c. para. seq.

15 *Appellatio ab interlocutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata.*

15 *Iudex sententiam nullam superioris exequens vt peccat.*

16 *Iudex non obediens Ecclesiæ, non seruans interdicta, prehendens iudicem Ecclesiasticum qui eum excommunicauit, cogens absoluere, libertatem Ecclesiæ minuens, res intra Ecclesiam capiens, vt peccat.*

17 *Iudex extrahens quem ab Ecclesia, approbans falsitatem officiarij, negans damnato confessionem, vt peccat, & 23.*

19 *Ecclesiæ immunitate gaudet regulariter omnis Christianus tantum, & non alij, & seq.*

24 *Iudex partibus æquales aduocatos non assignans, non visitans carcerem, excommunicatum admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicans die festo, iura nimia exigens, fingens quò fœminam adeat, procedens sine accusatore, vt peccat, & seq.*

25 *Iudex non inquirens generaliter, interrogans, & inquirens specialiter.*

27 *Domini terrarum cultarum à Sarracenis eis decimantibus hoc agant.*

12 DIcendū quod peccat mortaliter *primo* iudex petens aut suscipiens munus gubernandi, aut iudicandi, quo ita est indignus, vt sit verisimile inde notabile aliquod damnum proximo euenturum *a*, per ea quę late adduximus in præsect. cap. *si quando b*, ponendo exemplum de eo, qui noscens se contra potentes sententiam ferre non ausurum, iudex efficitur *c*.

Secundo peccat, qui sciens, aut scire debens, sententiam iniustam fert, aut iustam ferre negligit amore, odio, precibus, metu, vel alia de causa *d*, cum obligatione restituendi, nō solum principale, sed omnes impensas, damnum, & interesse, quę ex eo consecuta fuerint *e*, siue appellet, siue non *f*, nisi consentiat in sententiam animo remittendi debitum: de quo intelligi potest Medina *g*. Et si est Ecclesiasticus, & tulit eam etiam contra conscientiam, ipso facto est suspensus, & irregularis, si ante quam absoluatur ab ea, celebret *h*.

Tertio peccat, qui pecuniā accipit vt bene vel male iudicet, aut iudicare omittat *a*, cū eadem obligatione restituendi (vt dictum est) *b* ea, de quibus in §. præcedenti, & etiā quod accepit, si pro bene iudicando accepit, iuxta distinctionē positam supra. *c*. Adde extrauag. quæ incipit: *Ab ipso*, Gregorij XIII. quæ innouat extrauagant. *1. d* in quam late nupercōmentati fuimus.

13 *Quarto* peccat, qui iudicat aliquid esse iustum, vel iniustum, etiamsi reuera sit tale, sed non habet in id iurisdictionem, eo quod reus est exemptus, licet aliquando contra eum ordinario concedatur *e*, quod Concil. Trid. *f* innouauit, & ampliauit in hæc verba: *In ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti:*

a Per c. non est putanda, 1. q. 1.
b Excep. 12. cum tribus seq. de rescr. & in c. inter verba, conclus. 1.
c Contra c. 7. Eccles.
d Cap. si quis dixerit c. quatuor, 11. q. 3.
e Cap. fin. de iniur.
f Glo. c. pastoralis, parag. quia vero, de offic. deleg. communiter recepto.
g In C. de restit. q. 2. can. 7. in fin.
h Ca. 1. de re iud lib. 6.
a Ca. iubemus, cum 4. sequēt. 1. q. 1.
b In c. 17 n. 28. cum seq.
c Supra, c. 17. nu. 35.
d De sent. excom. inter communes.
e Cap. 1. de priuil. lib. 6.
f Sess. 7. c. 14. de reform.

exempti: etia
bus habeant,
ordinarijs tan
soluendum de
conseruatorum
nequaquam v
Quinto pe
sufficienti, s
vidit saltem
nō admisit.
bationem n
ca. ira h, & ca
sine libello,
ne dilationi
mittendo iu
rogando ea
sententia ali
quo tempo
pellationem
contra, quan
munera, qu
sta causa exp
14 Et qui p
faciendi ren
se ostendat
ea sed sine i
latius, vt dixi
pœnam, aut
in pecuniari
Reip. cessurū
lum inde da
sæ: si tamen
quendi per i
do homicidi
grauiter pec
15 Et qui se
& irritam, si
festam iniust
sta sit) exequ
detur d, & q
suprà dictum
ctum in imp
iudicandum
uerunt quid
cōtenti ad re
sic: quonian
legem iustiti

exempti: etiamsi certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in alijs vero si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs tamquã in hoc ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint priuilegijs, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

Quinto peccat, qui iudicat etiam recte, sine tamen probatione sufficienti, siue quia testes sunt suspecti, vel iniuste torti: aut nõ vidit saltem mediocriter processum, aut probationẽ legitimam nõ admisit. S. Thomas *g*, addens peccare quoque eum, qui probationem maiorẽ necessaria exigit. Pro quibus omnibus sunt ca. *ira h*, & ca. 2. *i* Et qui ordinem iuris non seruat, procedendo sine libello, aut sine contestatione litis vbi sunt necessaria: aut sine dilationibus necessarijs, aut superfluas concedendo, non admittendo iustas exemptiones, aut iniustas admittendo *k*, interrogando ea, ad quæ pars respondere non tenetur *l*. Et qui in sententia aliqua clausula obscura vtitur, qua condemnatus aliquo tempore se contra iustitiam defendere possit. Et qui appellationem, aut recusationem, quam non debet, admittit, vel contra, quam debet, non admittit, pręsertim propter preces, aut munera, quod est peccatum quotidianum *m*, aut differt sine iusta causa expeditiones iudiciorum petitorum.

14 Et qui propter pietatis famam, pœnam absque facultate id faciendi remittit totã, aut partem, aut eandẽ auget vt seuerum se ostendat *n*, non faciendo ea in ipsa sententia, vel faciendo in ea sed sine iusta causa: & probatur *o* per Deciũ post alios *p* vbi latius, vt diximus: & quamuis qui superiorem non habet, totam pœnam, aut illius partẽ remittere possit, aut mutare corporalẽ in pecuniariam, si videt illud in honorem Dei, aut in vtilitatem Reip. cessurũ: vt cum reus vtilis est populo *a*: & etiã si videt nullum inde damnũ publicum emergere, de cõsensu partis aduersæ: si tamen præuidet, vel præuidere debet, occasionem delinquendi per illud præberi, quę vt plurimum præbetur ignoscẽdo homicidis, latronibus, iniquis iudicibus, & id genus alijs, grauiter peccat, quamuis pars aduersa in id consentiat *b*.

15 Et qui sententiã superioris exequitur, sciens eam nullã esse, & irritam, siue quia errorem cõtineat intolerabilem, siue manifestam iniustitiam *c*. Dixi, *sciens nullã esse*; quia validam (licet iniusta sit) exequi potest postquam procurauerit ne executioni mãdetur *d*, & qui iubet aliquem sine iusta causa comprehẽdi, sicuti suprà dictum est *e*, qui sine iusta causa omittit condemnare victum in impensis petitis à victore *f*, & qui ignorans ea quę ad iudicandum sunt necessaria, quem debet, non consulit. Dubitauerunt quidam viri docti an omnes in pręfatis modis peccandi cõtenti ad restitutionẽ teneantur: quibus responsum fuit, quod sic: quoniam omnis qui damnificat proximum aliquid contra legem iustitię specialis agendo, tenetur restituere damnum, vt

g 2.2.q.60.a. 3. & 6.
h 11. quæ.3.
i De prob. & c. ad nostram, 3. iunct. gloss. ante penult. de iureiur.
k Clem. sæpe de verb. sign.
l Gloss. magna, ca. 2. de confess. li. 6.
m S. Anton. 3. par. tit. 9. ca. 14. parag. 2.
n S. Thom. 2. 2. q. 67. a. 4. Alexan. 3. par deleg. iud. quantum ad personam iudicis, q. 4. a. 4. S. Ant. 3. parte, tit. 29. c. 1. parag. 7.
o Per l. respiciẽdum, ff. de pœ. & l. quid ergo, parag. pœna grauior ff. de ijs qui not. infam.
p In ca. at si, para de adulteriis, de iud.
a l. ad bestias, ff. de pœn. & Alex. vbi sup.
b Caieta. in summ. verb. iudic. peccata.
c Glos. recep. c. pastoralis, para. quia vero, offic. dele. Alex. Alens. 3. p. tractat. de quinto præcepto memb. 1. art. 4. circa fin.
d per dictum parag. quia vero, & supradicta.
e Ca. 15. n. 12.
f Cap. calumniam, de pœ. l. properãdũ, parag. sin autẽ alterutra, C. de iudic.

g Supra c.17 n. 6. & seq. & in tractat. de reditib. ecclesia. q.2. moni. 2. & 7. num 6.

diximus *g*: & per modos peccandi præcedentes peccatur cõtra leges specialis iustitiæ. Admonemus tamen quod qui per dictos modos peccat, tenetur quidem restituere id in quo contra iustitiam læsit: non autem ea omnia, in quibus male iudicat, sed tantũ in quibus iustitiã specialem læsit: vt qui contra ordinẽ iuris, vel dilatando, vel abbreuiando, vel male cõcedendo, vel negando appellationem, lædit, solum restituat id in quo sic lædit, non autem omnia in quibus condemnauit, vel absoluit, &c. qui autem assessorem habet, & quem debet consulit, & eius consilium secutus male iudicat, non peccat: assessor autem, & cõsultor sic, cum obligatione restituẽdi *h*: qui vero mortali odio, malove animo aut fine (licet alioqui iuste) aliquem dãnat morte, mutilatione, vel alia pœna *i*, quãuis peccet, non tamen tenetur restituere, secundum mentem vtriusque Thomæ *k*: quia non peccat contra leges specialis iustitiæ, sed charitatis, vel alterius virtutis, quæ communiter non obligat ad restitutionem *l*.

h Ca. statutũ, parag. assesso rẽ, de rescrip. l. 6. Panor. & Ant. in c. tuas, de homicid. & Deci. post & ante alios in l. cõsilij, ff de reg. iur.

i Per c. cum minister, 23. q. 5. & multa ibi per nos nuper adducta.

k 2. 2. qu. 40. art. 1.

l Vtin d. mo. deducitur.

Adde, quod Concil. Trident. *m* sic circa hæc statuit: *In causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo seu illius in spiritualibus vicario generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur*. Circa quod *nota primo* consonare illud iuri antiquo quoad causas visitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis *a*.

m Sess. 13. c. 1. de refor.

a Per c. licet, de offic. ord. & c. reprehẽsibilis de appellat. cum eis annotat.

Nota secundo, quod dissonat illi quoad causas criminales: & videtur solum esse locus ei in criminalibus quæ tractantur coram Episcopo, & vicario generali eius: & non in eis quæ tractantur coram inferioribus, vel delegatis à Papa, Legato, vel Episcopo. Tum quia procœmium illius habet, id statui in auctoritem Episcoporum, quo libentius resideant in suis Episcopatibus. Tum quia verba sæpius repetita solum loquuntur de Episcopis, & vicarijs eorum, & non quibuscunque, sed tantum generalibus. Tum quia est ius correctorium, & nouum per quod non recedimus ab antiquo, nisi quatenus in eo exprimitur *b*.

b l. præcipimus, C. de appellat.

Nota tertio, quod iura remouentia appellationẽ in aliquot casibus, & admittentia regulariter in omnibus *c*, solũ procedunt in foro exteriori, quia in interiori iudex, qui grauat, peccat nõ admittendo appellationem, vel alia via grauamen non remouendo, siue sit casus quo liceat appellare, siue non *d*. Qua in re quamplurimi litigantes, & aduocati, ac procuratores eorum, passim grauissime peccant, cum obligatione restituendi.

c Iux. gl. sing. in l. qui restituere, ff. de rei vend.

d Arg. l. 3 ff de appell. & c. ad nostram, eodem tit.

Nota quarto quoad hoc vt iudex peccet nõ admittẽdo appellationem, & pars appellando, non requiritur quod sententia sit iniusta secundum acta, sed sufficit quod credatur esse ipsa re iniusta, & per agenda de nouo possit monstrari esse talis *e*.

f Arg. c. per tuas, de sen. excom. & c. solet. eod. tit. l. 6.

Sexto peccat mortaliter, qui peregrinos, viduas, pupillos, & alias miseras personas negligit notabiliter præferre alijs in iure sibi reddẽdo *f*. Et qui iudex secularis mandatis Papæ, aut aliorũ

g Regũ a. 2. q. 5. Richa. in 4. d. 15. ar. 5. num. 4.

prælatorum non paret, aut eorum excommunicationes, aut interdicta, vt debet, non seruat *g*.

16 *Septimo* peccat, qui cogit, aut præcipit tempore interdicti celebrare, aut ne denuntiati excommunicati à diuinis officijs egrediantur, & est excommunicatus *h*. Et qui vi, metuve absolutionem extorquet, aut excommunicationem aut interdictū reuocari facit *i*. Et qui facultatem facit comprehendendi, aut vexandi iudices Ecclesiasticos in personis, aut bonis eo quod contra ipsum censuras tulerunt, vel iuo iussui non paruerunt *k*.

Octauo peccat, qui prohibet subiectis ne vendant, vel emant ab Ecclesiasticis, & est ipso facto excommunicatus *l*. Et qui compellit vt bona immobilia, aut iura Ecclesiæ subijciantur laicis, aut ad eosdem transferantur *m*. Et qui iubet capi cruces, ornamenta, libros, aut alia Ecclesiæ bona *n*.

17 *Nono* peccat, qui extrahit, aut vult, vel iubet extrahi per vim ex loco sacro eos qui ad illū cōfugerunt *b*, per multas leges regias citatas à Don Remigio à Gogni Vapilonensi *c*, & per leges Lusitaniæ circūspectissimas. Pro cuius rei notitia dico quatuor. *Primū*, quod per locū sacrum hoc in loco intelligitur quælibet Ecclesia, capella, basilica, eremitoriū, & quodlibet aliud sacellū promissa diceda episcopali auctoritate cōstructū, sine qua destrui non potest, iuxta mentē Cardinalis *d*. Cœmeterium item, quod est locus per Episcopū sepeliendis mortuis sacratus, siue sit continuum siue contiguum Ecclesiæ, siue ab ea separatū *e*. Dormitorium item cōmune clericorū, & religiosorum *f*. Et ianua, & porticus Ecclesiæ, aut cœmeterio adnexa *g*. Claustrū itē, & pauimentum, licet spatium plusquam 30. pass. contineat *h*.

18 Domus item episcopalis, quamuis ab Ecclesia seiuncta sit *i*. Domus etiam Ecclesiæ ad habitationē clericorum intra 40. aut 30. passus cōstructę, alias nō, nisi alicui capellæ adnexæ essent *k*. Spatiū item 40. passuum in circuitu Ecclesiæ maioris, & 30. in circuitu Ecclesiarum minorum *l*, vt affirmat Oldradus *m*, Feli. *n* Admonemus tamen nullo in loco hoc seruari, nisi quoad fines cœmeterij, fortium, claustrorum, graduum, & sic videmus plus obseruari opinionem, quam ridet ibi Oldradus, quam suam.

Hospitale item episcopali auctoritate constitutum *o*. Et presbyter, qui defert sanctum sacramentum extra Ecclesiam *p*. Cardinales etiam hoc priuilegio vtuntur, quod tamen nullo iure scripto probatur, quamuis fortassis sic non scripto consuetudinis *q*: & à fortiori eo vtentur Imperatores, Reges, & ipsorum Regię: quamuis nō ipsorum statuæ, neque domus aliorum magnatum, nisi priuilegio donatorum *r*. In vrbe tamen nulla Ecclesia vtitur hac immunitate aduersus iudices etiam seculares Papę, licet domus Cardinalium cum certo ambitu, & legatorum Regum, & Rerumpub. ea gaudere videamus.

p Hostiens. & communis, in c. sane, de celebr. miss. & vbi supra ampliat. 18. q And. Sicul. de præst. Card. q 9. part. 2. r Remig. vbi ampl. 21.

g Cap. 2. de maior. & ob. & c. 121. q. 3.
h Clem. grauis, de sent. excommun.
i Ca. 1. de his quæ vi met. l. 6.
k Ca. quicunque de sen. excōmun. l. 6. de qua infra c. 27. nu. 99.
l Ca. eos, de immuni, eccles. l. 6.
m Ca. 2. de rebus eccle. nō alie. l. 6.
n Cap indigne 12. q. 1.
a Per c. definiuit. c. siquis concu. max. & c. reū, 17. q. 4.
b Lib. de immunit. eccle.
c Consil. 18. & dictum. Regim. vbi supra ampliat. 1. 2. & 3.
d Cap. quisquis, 17. q 4.
e Arg. c. cum pro causa, de sent. excommun.
f Dict. c. si quis conu. max. Pano. in o penult. de immuni. eccles.
g Ex Remig. vbi supra ampliat. 5. vsque ad 15.
h Ca. id constituimus 17. qu. 4. Inn. & communis in d. c. inter alia, de immun. Eccles.
i Dict. cap. quisquis.
k Cā. sicut antiquitus, & c. quisquis, 17. q. 4.
l Cons. 35.
m In dicto c. cū pro causa.
n Panorm. in Remig. c. penult. col 2 de immunit. eccle.

19 *Secundum*, quod hac immunitate gaudent omnes, & solum Christiani liberi, qui ad prędictũ locum sacrum, siue ob delicta, siue ob debita cõfugiunt *s*. Et etiã serui ob delicta quæ grauissime à iure puniri possunt, confugientes, aut ob sæuitiã dominorum, alias non: & ideo suis dominis reddi debent, præstita tamen cautione saltem iuratoria de non sæuiendo in eos *t*.

Tertiũ, quod ex hoc infertur, hac immunitate gaudere excõmunicatos, interdictos, & suspensos, iuxta Imol. Bonif. & communem *a*: quia non excipiuntur à regula prędicta. Et eadem ratione qui de licentia custodis carceris, vel sine illa etiã violato iuramento de non egrediendo è carcere, confugit: quia licet teneamus *b*, quod iuste in carcerem coniectus exiens à carcere prędicto iuramento de redeundo, teneatur redire, per vim tamẽ educi non potest *c*. Et etiam qui violato carcere confugit. Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur *d*, etiam si iam damnatus ad supplicium ducatur: quia iam est intra eam receptus: & à fortiori, qui à iustitiæ ministris fugiens in eam est ingressus *e*. Gaudet etiam percutiens clericum, aut occidens, & consequenter omnis sacrilegus qui in loco sacro non cõmittit, quidquid relati per Remig. *f* dicant sine textu, & iusta ratione: cum à regula prædicta non inueniantur excepti. Exules item, siue banniti, etiam ita vt impune occidi possint, & obligatus ad reddendas rationes, & mercator qui decoxit, aut fidem fefellit: & qui transfugit ad hostes, quidquid dicãt relati à Remigio, & quos ipse sequitur *g*, modo non delinquant in Ecclesia, neque alia delicta excepta committãt, quia non est textus nec vlla ratio firma, quę eos à prædicta regula excludat.

20 *Quartũ*, quod non gaudẽt hac immunitate Iudęi, Mauri, Pagani, hæretici, & alij infideles, nisi quãdo cõfugiunt vt vere fideles efficiantur *h*, neque blasphemus, iuxta Nicolaum Boërũ *i*, & alios quos refert, & sequitur Remig *k*. Quod nostro iudicio nõ probatur per rationes dicti Nicolai male digestas: cũ (quidquid ille dicat) certum sit blasphemum, quatenus tantum talis est, non esse hęreticũ, iuxta vtrũque Thom. receptum *l*: & si vna cum blasphemia hæresi tenetur, nõ quidem qua parte est blasphemus, sed qua parte est hæreticus, & infidelis, desinit gaudere hac immunitate. Non item gaudet viarum grassator, neque nocturnus segetum, & aliorũ fructuum vastator *m*. Neque qui occidit, mutilat, vel aliud graue crimen in loco sacro admittit *n*, iuxta cõmunem, quam copiose tractat prędictus Remig. quia à prædicta regula excluduntur per iura prędicta. Nec refert an delinquant cũ spe immunitatis, an sine illa *o*. Quod quamuis sit cõtra communẽ in theorica, est tamẽ in praxi receptum *p*, quod Lusitania non seruat, cuius leges ita distinguere videntur *q*.

21 Neque qui insidiose occidit, aut animo occidendi percutit; iuxta cõmunẽ *r*, quã prædictus Remigius copiose refert *s*, quãuis sic qui absque tali animo percutit, secundum ius cõmune.

Sed

s Dict. c. inter alia, vbi Panor. num. 4. & Remig. vbi supra.

t Iux. Panor. & cõmun. in d. c. inter alia.

a In clem. 1. de pœn. & remiss.

b Cum gloss. fing. clem. pastoralis, verbo per violentiam, de re iudic.

c Steph. decis. capell. Tholo. 422.

d Nic. Boer. decis. 100. collat. 1. & communis contra Archid. in c. sent. 1. 17. qu. 4.

e Remig. vbi supra fol. 31.

f Fall. 32. & 34.

g Fall. 37 & duabus seq. h l. cũ gloss. C. de his qui ad Eccles. cõfug. Nicol. Boer. decis. 200.

i In dict. decis. 100.

k vbi supra, fol. 24.

l 2. 2. quæ. 13. art. 1.

m Ca. inter alia de immunit. eccles. n Cap. fin. de immun. eccles.

o Secundum Panorm. in d. cap. fin.

p Secundum Steph. in decis. 422. capell. Tholos. q Li. 2. ord. tit. 4.

r Dict. c. 1. de homicid. contra Pan.

s Vbi supra, fol. 11. & duabus seq.

Sed iuxta leges Lusitanię vsu receptas nemo qui aliũ de proposito, vel in duello occidit, aut percutit, hac immunitate gaudet *a*. Nemo item ea gaudet, qui ex Ecclesia alterũ extra Ecclesiam existentem percutit: neque cõtra, qui existens extra illam existentem in illa percutit *b*, quia in Ecclesia dicitur delinquere. Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiã delictum fieri, quoad delictum, quod iubendo committit: quia in Ecclesia patratum fuit: quamuis sic, quoad delictum patratum ex iussu suo *c*. Neque qui eum, qui in Ecclesia erat, per vim extraxit, saltẽ per vestes trahendo, quia in Ecclesia delinquit. Neque qui extrahi eum iussit, quoad delictũ, quod in hoc commisit: quamuis sic, quoad delictum quod interficiendo, aut percutiendo post eum extractum committeret *d*, quia hoc extra, & illud intra cõmissum est. Neque qui sponte egreditur *e*. Neque is, quem Papa educi iubet *f*. Neque personæ Ecclesiasticę, iuxta Panormitanum vsu receptum *g*.

22 Quod videtur limitandũ quoad iudicem Ecclesiasticum nõ autem quoad iudicẽ secularem, quem arbitror nõ posse extrahere ab ecclesia clericum in minoribus constitutum, etiam ob delictũ: licet quoad illud post Conc. Trid. *h* habeat in eum iurisdictionem. Neque qui ex Ecclesia se iniuste defendẽs pugnat: quia intra Ecclesiam delinquit. Neque qui prope Ecclesiã delinquit, animo ad eam confugiendi, quamuis quoad Lusitanũ nihil refert prope Ecclesiã, aut lõge delinquat, sed an casu, aut data opera id faciat *k*, neque etiã secundum ius commune, nostro iudicio. Tũ quia non est textus qui ita distinguat. Tũ quia supra proxime secuti sumus opinionem Panormitani dicentis, nil referre, aut qui in Ecclesia delinquit, id faciat cum spe immunitatis eius, vel sine illa. Neque etiã gaudet, qui ab Ecclesia sponte egreditur, licet subdólis aliquorũ verbis deceptus, quãuis qui promittit reddere Ecclesiæ, aut eiusmodi dolis vtitur (siue sit iudex, siue alia persona particularis) ad fidem seruandã tenetur, vt videtur æquius, iuxta relata per prædictum Remigium *l*. Neque qui comburit, aut deijcit Ecclesiam: quia in ea delinquit *m*, quidquid dicant relata à Remigio *n*.

23 *Decimo* peccat mortaliter, qui consentit suis officiarijs aliquo dolo, vel falsitate in notabile partium damnum vrentibus: quia facientes, & consentientes, &c. *o* aut non seruat consuetudines & statuta, quæ se seruaturum iurauit, si sint licita, possibilia, & non derogata, saltem per consuetudinem contraria.

Vndecimo peccat, qui damnato ad mortem nõ permittit locũ suscipiendi sacramentũ pœnitentię ab eo petitum: nec contraria eũ consuetudo excusat *a*. Idem esse de sacra cõmunione tenet ibi gloss. communiter recepta, quam late Rauennas defendit *b*, quę tamen in Gallia non obseruatur, secundũ Stephanũ *c*, & Robertum Gaguinum *d*, dicẽtes negatam fuisse Conestabili Galliæ Ludouico Lucemburgensi, quando anno 1475. iugulatus

a Lib. 2. ord. tit. 4. & parag. 3.
b Iuxt. Pan. & commun. in d. c. fi.
c Remig. vbi supra, fol. 5.
d Remig. vbi supra fol. 4. vsque ad 15.
e Iuxt. Host. & commun. in d. c. fin.
f Ca. vxor. felicis, 16. q. 4.
g In d. c. fin.
h Sess. 23.
i Iuxt. Host. in summa de immun. para. in quantum, nu. 8. & alios quos refert & sequitur Remig. vbi sup. fall. 2.
k Lib. 2. ord. tit. 4. parag. 3.
l Vbi supra fol. 25.
m Cap. fi de immun. eccles.
n Vbi supra.
o Cap. 1. ad Rom. ca. 1. de offic. deleg. & clement. 2. parag. notarii. de hæret.
p Cap. 1. do iureiur. li. 6.
a Clem. 1. de pœ. & remiss.
b In tracta. incip. Valore in fine alphabeti aurei.
c De potestate eccles. cap. 118.
d In vita Ludouici 11.

tus fuit. Neque etiam in Hispania: & quidem non male nostro iudicio (quamuis prędictus Rauennas cum cōmuni oppositum teneat) vt *e* pridē defendimus, eo quod ita fieri expedit ob multa, ne executio sentētiæ criminalis differatur plusquam differri oporteret, si ea cōdemnatio tribueretur. Tum quia irreuerētiæ esset sumere supplicium de aliquo eo ipso die quo cōmunicauit, cum nō constet species sacramenti esse digestas. Tum quia non est tanta ratio cōcedendi hoc sacramentum, quanta pœnitentiæ, cui suscipiendæ prædicta clem. pręcipit dari locum. Est tamen cōsuetudo vrbis, vt diximus *f* alibi, digna maxima Maximorum Pontificum prudentia, quam orbis imitari deberet, vt damnato ad mortem denuntietur sententia post mediā noctē, vt liceat ei confiteri, & communicare ante quatuor horas, quā ducatur ad mortem: & (si libuerit) etiam testari: vt iam corrupta tanto temporis spatio panis specie, sine vlla irreuerentia sacramenti cū magno eius fructu moriatur semper victurus, Amen.

e In dicta clemen.

f In Enchirid. de orat. c. 22. n. 11.

24 *Duodecimo* peccat, qui coram se litigantibus ęquales aduocatos, & procuratores ex eis, qui coram se aduocati, aut procuratoris munere vtuntur, non concedit cum damno notabili alterius partis *g*, pręsertim personis miserabilibus, quibus interdum etiam non petentibus prouidere debet *h*. Imo & interdum sine stipendio, scilicet, quando soluere nequeunt, & aduocati sine tali stipendio illis patrocinari possunt *i*.

g l. prouidendum, C. d. postulat.

h l. nec quidquam, parag. fin. ff. de offic. pro cons.

i Syluest. ver. aduocatus. q. 18.

Decimotertio peccat mortaliter, qui non visitat carceres, aut non procurat vt in eos coniectis necessaria vitæ suppeditētur, cum illorum damno notabili *k*, aut in suo iudicio excommunicatum admittit in actorem, aduocatum, aut testem, contra superioris iussum, aut iustam partis requisitionem *l*. Dixi, *Contra &c.* alias enim non videretur nobis plusquam veniale, si ex eo damnum notabile alteri non sequatur.

k Arg. l. iudices, C. de epis. aud. & c. pasce. 86.

l Ca. decernimus, de sent. excom. li. 6 & Inno. in c. 1. de offic. ordi.

Decimoquarto peccat iudex laicus, qui non restituit statim Ecclesiastico captum, dicentem se esse clericum, si eum in habitu clericali inuenit, aut manifesto constat eum clericum esse, & est excommunicatus *m*. Dixi, *In habitu clericali*; alioqui enim non tenetur reddere Ecclesiastico, donec ei de clericatu constet *a*, nec tunc si est clericus coniugatus: nisi probet, quod vnam solam, & virginem vxorem duxerit, & habitum, & tonsuram clericalem gestauerit *b*.

m Ca. si iudex, de sent. excom. l. 6.

a Dict. c. si iudex, & ibi omnes.

b Cap. 1. de cler. coniug. l. 6.

Ad noue autem quęsitum respondeo, peccare iudicem laicum capientem clericum, qui vi abstulit ab eo processum, & retinentem donec illum restituat, si post factum delictum, vel in flagranti eum capiat, & non remittat ad iudicem Ecclesiasticum infra tempus debitum *c*, per notata à Panormitano, Aretino, Felino, & Decio *d*, qui dilucidius alijs hoc resoluit.

c In c. cū non ab homine, de iud.

d l. num. 10.

e Ca. 11. & fin. de fer. js.

25 *Decimoquinto* peccat, qui die in Dei honorem feriato testem iurare facit, aut aliquē alium actum iurisdictionis exercet, qui nō esset meræ executionis *e*, nisi necessitate excusetur *f*. Et qui accipit

f Per ead. m c. & ibi anno tata.

accipit pluſquam valet cera. & labor ſigilli ſignandi, ſecũdum Gabrielem g, quod non ſeruatur, nec eſt verum, vbi eſt lex, aut conſuetudo quæ contrarium induxit, quidquid ille ſentiat h.

g In 4. l. ſentent. d. 15 qu. art. 4. dub. 5. l. R. S.

Decimoſexto peccat, qui fingit aliquid quo cat, aut mittat ad accipiendum teſtimonium alicuius fœminæ: & eſt excommunicatus i. Aut ex officio ſuo procedit ſine petitione partis, ad vtilitatem priuatam, aut etiam publicam in delictis ſine accuſatore: exceptis caſibus, in quibus id ius permittit, qui ſunt multi ſecũdum multos, quos nos quaſi ad vnum reduximus k, ſcilicet quando principaliter intenditur cohibitio malorum futurorum, & materię illorum generaliter.

h Arg. c. fi. de conſuet. & c. ad Apoſtolicã, de regula, quidquid ille reſpondeat.

i Cap. mulieres, de iu. l. 6.

k In d. c. in tit. verba concluſ. 6.

26 *Decimoſeptimo* peccat, qui ceſſante iuſto impedimẽto omittit viſitare, aut inquirere, ad noſcendum delinquẽtes, & delicta ſui territorij, & illud eis expurgandi l. Et qui in huiuſmodi viſitatione, & inquiſitione generali interrogat quemquam ſpecialim, an ille, vel ille illud, aut illud delictum fecerit. Et qui generaliter edicit, aut ſpeciatim adiurat quemquam, vt notum faciat ſibi quidquid ſcit, ſiue ſit occultum, ſiue publicum: quia nõ debet velle vt quidquid ſcitur ſibi dicatur, ſed ſolum illud quod eſt notorium vel famoſum, per dicta ſupra m. Et qui procedit per viam inquiſitionis contra aliquem particulariter: vel interrogat de ſocijs, contra ſupradicta n. Aut facit, vel conſulit aliquid eorum, in quibus ſupra eodem, reges, & monarchas mortaliter peccare dictum eſt.

l Arg. l. congruit, ff. de offic. præſid. & c. 1. de offic. ord. cũ annot.

m Cap. 12. num. 59.

n Cap. 12. num. 58.

27 Ad noue autem quęſitum reſpõdeo, dominos terrarum, in quibus prognati à Sarracenis degunt, & omnes teditus Eccleſiaſticos capiunt, teneri ad dandum congruam ſuſtentationem parochis Eccleſiarum o, & ad denuntiandum ſacroſanctę Inquiſitionis officio eos, quos nouerint cæremonijs Mahometicis vti, per mandata Inquiſitorum quæ in hoc ſæpe fiunt.

o Argu. 6. de monachis, de præbend.

De peccatis Aduocatorum, & Procuratorum.

28 *Aduocatus vt mortaliter peccat neceſſaria ignorans, aut fouens litem iniuſtam, aut eſt in cauſa quod aduerſarius ſuam iuſtam cauſã perdat, aut ob nimias dilationes, & illicitas ſubornationes teſtium notabiliter illi officit, &c.*

29 *Aut aduerſario ſecreta ſuæ partis pandit, aut pauperi non ſubuenit.*

30 *Aut ſtipendium immoderatum, aut ex eo quod non debet accipit, aut aduerſæ parti fauet, aut de ſuo ſtipendio ſic, aut ſic conuenit.*

30 *Prænaricator eſt aduocatus qui parti aduerſæ fauet.*

30 *Stipendium aduocati quale iuſtum, quando in pactum deduci poteſt.*

28 Dicendum *primo*, quod mortaliter peccat aduocatus, qui non exiſtens ad id idoneus patrocinatur a, & ita peccat qui ſine iuris peritia id facit, niſi ob defectum iuriſperitorum

a l. neminẽ. C. de aduoc. diuor. Pan. in rubr. de poſtu. Bart. in l. 1. ff. eod. S. Th. 2. 2. qu. 71. art. 2.

torum id faciat ante tribunal, in quo patrocinatur mediocriter instructus ex libris sermone vulgari scriptis *b*.

Secundo peccat, qui defendit causam quam scit esse iniustam, cum obligatione restituendi damna parti aduersę, & etiã suæ, si eam id non admonuit *c*. Et qui licet nesciat eã omnino esse iniustam, magis tamen reputat esse iniustã quam iustam *d*. Et qui à principio credit iustam, & nõ desistit postquam nouit non esse talem: quia quãuis aduersario id indicare non debeat, neque secretum detegere, à patrocinio tamen suæ partis desistere debet, & ei suam sententiam declarare, imo & inducere eum ad concordiam honestam *e*. Quamuis si causa est dubia ob varietatem opinionum magnorum virorum, aut ob diuersos intellectus legis, qua est decidenda, poterit ad finem vsque sine peccato prosequi, si pars sua id admonita voluerit *f*.

Tertio peccat, qui notabili sua negligentia, aut ignorãtia partis suæ causam iustã perdit, cum obligatione ad damna, & interesse *g*, si pro doctore se gerit, & pars eius ignorãtiã ignorat: alia secus, ni sit in dolo, vel lata culpa, iuxta mentem Innoc. *h*

Quarto peccat, qui facit aliquid, quo causam iustã aduersarius amittat: aut infert ei aliquod damnum notabile petendo superfluas dilationes, dando, aut subornando parte, aut testes, ne verum fateantur, aut id genus alijs modis, cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse *a*. Et qui facit præsentari instrumentum, aut testes falsos, aut allegat iura falsa, aut asserit aliqua, quæ scit esse falsa *b*, quamuis possit prudeter occultare, & tacere id quod ius suę partis impedire potest *c*, & honeste simulãdo suum aduersarium fallere *d*, absque tamen mẽdacijs *e*.

29 *Quinto* peccat, qui aduersario indicauit secreta notabilis momenti suę partis *f* cũ obligatione restituendi damna. Et qui nõ subuenit paupertin extrema necessitate sui auxilij constituto, eo quod ex defensione illius causæ vita ipsius aut suorũ pendet *g*, & alias non, per dicta supra *h*: quia non tenetur magis ad faciendam eleemosynam de sua arte, quam diues de suis bonis, quidquid dicat Hostien *i* Angel. Rosel. & Syluest *k*

30 *Sexto* peccat, qui stipendium exigit de eo, propter quod nõ debetur, vel notabiliter maius debito pro patrocinio *l*. Peccat etiã, qui parti aduersę publice, aut secreto fauet, quod est præuaricatorẽ agere *m*. Stipendiũ vero, siue honorarium moderandũ est iuxta magnitudinẽ causę, & laboris, & scientiæ, & consuetudinis regionis *n*. Conuentio autem nõ est facienda in medio litis, sed in principio, vel fine *o*, quãuis vere iusta sine vi, & scandalo facta non videtur peccatum, saltẽ in foro conscientiæ: quia in ea cessat præsumptio, quo in casu nititur forum exterius *p*.

Septimo peccat, qui conuenit de quota parte litis, puta dimidia, aut tertia, aut quinta, aut decima *q*, quib⁹ id vetatur, ne præ-

b Arg. l. cert. C. de iudi. & glos. c. ad audientiam, de consuet.
c Arg. c. 11. ad Rom. & ca. 1. de offic. deleg.
d Ant. Aut. in cap. breui, de iureiur.
e S. Tho. 2. 2. q. 71. art. 3.
f Syl. ver. aduocatus, q. 10. g l. idem iuris parag. 1. ff. ad l. Aquil. & Hostien. in
e calumniam de pœn.
h In ca. sicut dignũ de homic. quò in hoc appli. Syluest. verbo aduocatus, q. 4.
a Hostien. in d. ca. calumniam, commun. recept.
b Sũma confes. l. 2. tit. 5.
c Glos. ca. ne quis, 22. q. 2.
d Glos. c. domin. 25. qu. 2.
e Arg. d. c. ne quis.
f l. 1. parag. si is qui ff. de leg. cor. de fals.
g Cap. pascere 86. d.
h Cap. præce. & sent. S. Tho 8. declarat. Caie. 2. 2. q. 71. art 1.
i De pœn. & remiss. parag. quibus, vers. quid de adnotat.
k Verb. aduocatus, q. 16. in his summis.
l Ca. non sane, 14 quæ. 5. m l. 1. ff. de præuari. adiunct. doctrina Bart. ibi. n l. 1. parag. in honorarijs, ff. de iur. & extraord. gl. c. non liceat, 11. q. 3. o Ca. infami, parag. præterea, 3. q. 7. p Arg. not. in c. is qui & c. tua de sponsa
q Contra. sumptus, ff. de pact. l. item, C. de procur. & parag. arcentur. 3. q. 7.

beatur

beatur occasio volendi per fas,& nefas vincere. Idem si paciscatur,vt victa ea tantum sibi soluatur *r*, quamuis sine peccato cõuenire potest,vt sibi certa quantitas iusta pro suo labore soluatur,siue vincat,siue non,iuxta communem in dictis legibus: imo & de certo aliquo palmario sibi dando præter stipendiũ, si vicerit,modo sit moderatum *t*.

r Glos.sumptus,ff.depact. ſ Iuxt. Alex. in d.l.1.ff.de var. & extraordin.
t Iuxta Sali. in d.l. item.

De peccatis Accusatoris, Denuntiatoris, & Custodis.

31 *Actor aut accusator vt peccat mortaliter mouens aut prosequens litem iniustam, aut ob malum finem sententia iniusta vtens,discedens à lite, aut falso iurans, mentiens etiam pro iusta lite non accusans,iurans non accusare, n.32.*

33 *Denuntiator vt mort. pecc.denuntiando,quod,aut quo fine vel modo non debet, aut non denuntiando quod debet, cum exemplis.*

33 *Denuntiator secum, & cum alio teste probat.*

34 *Custos, apparitor, & Merinus vt mortaliter peccant non accusando inuentum,aut damnum non intimando,aut non restituendo hoc,& hoc.*

31 DE ijs *dicimus primo*, quod peccat mortaliter, qui accusat aliquem in iudicio criminis falsi,vel petit debitum falsum,cum obligatione restituendi omnia damna inde secuta *a*, aut ignoranter,sed simul ac nouit illud esse falsum, non desistit *b*,& qui etiam post definitiuam sententiam pro ipso latam, nouit suam causam iniustam fuisse,& non restituit quod per illam accepit *c*.

a Ca. calumniator,2.q.3. c.calumniam depœ.c.fin de dol.& cõtum.
b Arg.c.siquẽ 2.quæ.3.
c In Inno. in c.quia plerique de immun.eccle. communiter recepitus.

Secundo peccat, qui accusat aliquem veri criminis, vel petit verum debitum,animo tamen,vel fine malo mortaliter:sed nõ obligatur ad restituendum *d*. Dixi *Mortaliter*,alias enim tantum venialiter peccaret *e*.

d C.cum minister 23.q.5. cum ibi à nobis late notatis.
e Ange. ver. accus.para.4.

Tertio peccat, qui post citatam partem non renuntiata lite procurat eam suspendi contra voluntatem aduersarij *f*. Aut deserit causam spiritualem contra ius *g*.

f Arg.c.pro. de dol.& cõtũ.auth.qui semel C.quomodo & quando.
g Arg.c.super eo cũ glo. de cognat.spirit. l. transigere.C.de transact.iuxta cõmunẽ intellectum.

32 *Quarto* peccat,qui paciscitur,aut transigit in causa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua pœna sanguinis non est imponenda *h*, quamuis nostro iudicio, si ex eo damnum Reipub. aut proximi nõ sequeretur,in foro conscientiæ non esset mortale; quia causa principalis quare id vetatur, videtur esse damnum,vel scandalũ publicum quod inde nascitur,& ita cessante illa,videtur cessare prohibitio *i*. In omnibus autem casibus esset mortale,si transactio fieret interueniente periurio,vel mẽdacio pernitioso *k*, & etiamsi ob discessionem à lite iniusta quidquam accipit,cum obligatione restituendi *l*.

i C.cum cessante de app.
k S. Tho. vbi sup.q.68.art.3.
l Iux.nor. in c. dilectus 2. de simon.

Quinto peccat,qui ad obtinendum in causa iusta iuramentis, instru-

instrumentis vel testimonijs falsis vtitur, sine obligatione restituendi *m*.

m S.Th. 2.2. q.71.2.3.adj.

Sexto peccat, qui omittit accusare aliquem, cuius delictum in magnum damnum spirituale, aut temporarium Reip. redundat, & alias id impediri non potest *n*, quod plurimum commendat ibidem Caietanus. Idem de eo, qui iurat, aut promittit non accusare de peccato mortali nondum patrato, aut cum iniuste accusare *o*. Dixi, *Nondum patrato*; quia secus de patrato *p*.

n S.Th.2.2.q. 46.2.1.

o l. si vnus, parag. pacta, & para. illud. ff. de pact.

p Dicto para. pacta gloss. c. quemadmo. de iureiur.

33 *Septimo* peccat, qui denuntiat quod non debet, notabiliter nocendo: vel quando debet, intentione mortali *a*: aut omittit denuntiare tractatum criminis committendi in damnum spirituale aut corporale publicum, aut priuatum, vt proditionis, cõiurationis, hæresis, aut aliorum similium, quamuis esset secretus, & iurasset se non denuntiaturum *b*. Idem si non denuntiat alia delicta pernitiosa soli auctori, à quibus per correctionem fraternam non resipiscit, modo ea probare possit *c*. Dicitur autem posse probare, si habet vnum testem integrum: quia denuntiator in hoc iudicio locum alterius testis tenet *d*.

Syluest. verb. accus. qu. 6.

a S.Tho. 2.2. q.33.art.2.

b Inno. in c. qualiter 1. de accus. & Panor. in c. delect. de excep. prælat. per adducta in d. c. inter verb. concl. 6.

c Vt in ea concl. 6.

d Ca in omni de testibus.

34 *Octauo* peccat præfectus custodiæ vrbis, qui iurans se accusaturum, quos post sonum campanę inuenit, non accusat: quia frangit iuramentum iustum *e*, quamuis sine obligatione restituendi pœnas, quas accusati incurrissent, iuxta S. Bernardinum, quẽ citauit Sylvester *f*: & ex dictis *g* deduci potest: neque etiam quod recepit, ne accusaret, tenetur ad necessario restituendum, iuxta opinionẽ, quam secuti sumus supra *h*: quãuis si videt aliquem aliquod damnum facientem, & ei qui damnũ accipit nõ indicat contra id quod iurauit, aut promisit ratione sui officij, nõ solum peccat mortaliter, sed etiam ad sarciendũ damnũ tenetur *i*. Idẽ videtur dici posse de custodibus, & de præfectis circa importandas, & exportandas merces in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum, qui permittunt exportari, vel importari vetitas, scilicet peccare mortaliter, & esse periuros, nec absolui posse sine firmo proposito numquam id amplius permittendi: sed non tenetur ad restituendum pœnas, quas soluissent transgressores, si denuntiati fuissent: neque bona, quibus ob id priuarentur: quamuis tenerẽtur ad restituenda vectigalia quæ importatores vel exportatores deberent: quia hoc non est pœna, sed interesse: faciunt infra dicenda de teste falso *k*.

e Ca. si vero, de iureiu.

f Verb. restitut. 2. quæ. 5. vers. 7.

g In c 23. nu. 40. & 62.

h Ca. 17. n. 32. & seq.

i Sylvest. vbi supra.

k Num. 40.

De peccatis rei accusati, & inquisiti.

35 *Reus carceratus per iniustam causam se defendens vt peccat*
36 *Reus iuridice interrogatus veritatem, eam negans vt peccat.*
37 *Confessarij caueant ne reos vitam, aut animam perdere faciant.*
37 *Reus non detegens socios, aut non parens excommunicanti, vt peccat.*
38 *Confiteri an debeat, qui negauit, & damnatur.*

39 *Reus*

39 *Reus defendens se mẽdacijs, aut à iusta sententia appellãs, vt peccat.*

35 DIcendum, quod peccat mortaliter *primo* reus, qui scienter suscipit defendendam aliquam litem iniustam, aut non desistit ab eius defensione postquam sciuerit eam iniustam, cum damno notabili aduersarij *a*.

36 *Secundo* peccat mortaliter, qui interrogatus à suo iudice seruato iuris ordine non fatetur verum, etiamsi sit crimẽ morte plectendũ, secundum S. Thomam receptum *b*, Gabrielẽ *c*, vt latius tradimus *d*. Dixi, *Seruato iuris ordine*: secundũ quem tria in hoc requiruntur. *Primum*, vt delictum sit notorium, famosum, aut semiprobatũ, quod contingit quãdo est vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura æquipollentia, vt sentit Bartolus *e*. *Secundum*, vt probatio sit iam posita in processu. *Tertium*, vt sit reo notificata, quo videat se ad obediendum mandato iudicis teneri, secundũ vtrumque Thomam *f*: tunc autem adeo obligatur, vt à cõfessarlo nõ sit absoluendus, nisi proponat illud confiteri. Nam, vt recte ait Sotus, *g* talis reus in non confitendo peccat, neque eũ peccati pœnitet, imo in eo perseuerat, & consequenter veniam nõ meretur, nec absolutionem *h*: quæ est singularis, & quotidiana conclusio.

37 Quare diligenter confessarius consideret, ne præcipiendo confiteri inducat reum in iacturam corporis, & in non præcipiendo, in iacturam animæ, vt *i* monuimus, addendo quid dicendum de illo, qui confessus suum delictum socios occultos, etiam iussu iudicis detegit: & de illo cui à Prælato præcipitur, vt sub pœna excommunicationis aliqua occulta intra certum tempus reuelet. De fugiente autẽ è carcere, & nõ implente iuramentum de redeundo ad illum, dictum est supra *k*.

38 Ad noue autem quæsitum respondeo eum, qui rite interrogatus negauit delictum quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur ad supplicium, non teneri ad confitendum illud, nisi notabile aliquod damnum inde alioqui probabiliter sequeretur: quia nullo iure contrarium euinci potest, quum ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali *l*.

39 *Tertio* peccat, qui sciens se iuste condemnatum, ad differendum exsecutionem appellat *m*, cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse, S. Thom. *n*

a Arg. c. sæpe, de restit. spol. & diũ. & c. pœnal. 14. qu. 5.
b 2. 2. q. 69. art. 1.
c In 4. libro sent. dist. 15. q. 6. art 2.
d In c. inter verb. concl. 6.
e In l. fi. n. 7. ff. de quæst.
f 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.
g Lib. de rat. tegen. memb. 2. q. 7.
h Cap. peccati venia. de reg. iur. li. 6
i Vbi sup. & c. 18. sup. eod. num. 58.
k Ca. 22. n. 18
l Cap. quem pœnitet, de pœn. dist. 1.
m Arg. l. 1. ff. de appell. & c. ad nostram. eo. tit.
n Vbi supra, art. 4. & probat c. omnino, & c. quicunque 2. q. 6

De peccatis Testium.

40 *Testis vt mortaliter peccat asserens falsum, & tacens verum.*

41 *Testis dubitans, & non reuocans suum dictum verum, quod putat falsum.*

41 *Testis iurans se testem non fore, excusans se illicite, absentans se, vt peccat.*

42 *Testis detegens quod non debet, non testans quod debet, nu. 44. mercedem accipiens, nu. 45. non parens addicto iubenti testari sine aliqua ex octo excusationum, quibus non se excusat inhabilis, vt peccat, 46.*

43 *Testis quid faciet interrogatus de eo quod tacere debet.*

47 *Testis quis teneatur se offerre, & quis non, & quis potest, & non tenetur, & seq.*

49 *Testes quando dicuntur deesse, vt admittantur inhabiles, & cogantur priuilegiati, & seq.*

51 *Testis falsè testans vt non restituit fisco bona quærenda ei, si verum testaretur.*

40 DIcendum, quod peccat mortaliter *primo* testis, qui iuratus, aut iniuratus verum esse in iudicio affirmat quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, aut tacet verum in notabile alterius partis damnū *a*, cum obligatione restituēdi, iuxta mentē S. Thomę recepti *b*, quia Deū, iudicem, & proximum offendit *c*: & quāuis timor iustus à nō testificādo excusare possit, nō tamē à testificando falsè *d*. Dixi, *Quod scit*; quia si mediocri diligentia in reuocanda ad memoriā veritate adhibita errat, non peccat, saltē mortaliter, iuxta mentē eiusdem optime per Caietanum declaratam *e*. Sed si nouerit se errasse, debet suum dictū reuocare, si reuocatio prodesse possit. Potest autem prodesse, si statim post attestationē se corrigat *f*, & etiā ex interuallo, antequam sententiam ferat, saltem ad debilitādū suum primum dictum *g*, adeo quod desinet esse testis integer, id est, omni exceptione maior *h*. Quin interdū secundo testimonio, & nō primo credetur, scilicet quando consideratis circumstantijs personarum, causę, & temporis, iudici videretur non reuocare suum dictum per subornationem, sed stimulo conscientię *i*, vt quum (quod est exemplū Panormitani) *k* Episcopus probus, & diues diceret aliquid in alicuius plebei lite, & post aliquod tēpus elapsum iuratus diceret se per errorē, vel obliuionem ita dixisse: sed si per magnam negligentiam, vel defectu saltē mediocris considerationis dicat falsum, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi, iuxta S. Thomam *l*, & S. Antoninum *m*.

41 *Secundo* peccat mortaliter, qui restatur verum quod credit esse falsum, vel solo timore periurij testatur, per dicta *n*, sed sine obligatione restituendi: quia quāuis nocere velit, non tamen nocet: & qui iurat non testificari, etiam iubente superiore, in casu quo tenetur.

Tertio peccat, qui casu, in quo ad testificandū tenetur, quo se ab eo excuset, falso dixit partē aduersam sibi inimicā esse, sciēs, aut scire debēs, suum testimonium ad seruandam iustitiam necessariū esse, cū obligatione restituendi *o*. Idem de latente, vel absentante se ne testificetur, vt post Sotū *b* diximus *c*: aut se nō offert in testē, sciens id esse necessariū ad impediendū aliquod notabile

a Prou. 12. & c. 1. de crim. falſ.
b 2.2.q. 70. art. 4.
c Cap. 1. de crim. falſ.
d Arg. c. ne quis, 22. q. 2.
e In dict. n. 4.
f Ca. præterea, de teſtib. cogen.
g Iuxt. Innoc. recep. ab omnibus, in d. c. præterea.
h Iuxt. Card. in c. venient 2. de teſtib.
i Iuxt. Hoſt. recep. per Anto. & Pan. in d. c. præterea, arg. l. 3. ff. de teſtib. c. ſi teſtes, parag. teſtium, & parag. ſæpe 4. q. 3.
k In d. cap. præterea
l Vbi ſupra.
m 2 par. tit. 1. c. 19. parag. 7.
n In d. c. inter verba, 11. q. 3. concl. 6 nu. 70.
o Ang. verb. teſtis, parag. 17.
b Li. de rati. tegen. memb. 2. q. 7.
c Vbi ſupra, num. 704.

notabile damnũ publicum, vel priuatũ, per dicta *d* post S. Thomam *e*, etiamsi promisisset, vel iurasset seruare secretum.

42 Et qui alienum peccatum secretum detegit, cuius cognitio non est necessaria ad mala & damna impedienda, quãuis particulariter de eo interrogetur, iuxta eundẽ S. Thomam *f*: maxime si illud per solam confessionem sacramentalem, vel consultationem didicit, iuxta dicta *g*. Quo fit, aduocatos, confessores, medicos, & alios similes, quibus deteguntur secreta litium, dubiorum, & morborum, peccare testificando de secretis communicatis secreto cum eis: nisi aliũde illa nouerint, vel nisi sint talia, quę non detecta in aliorum damnũ redundarẽt: nec tunc est detegendum aliquod vltra necessarium, neque quantum est necessarium, si maius ex eo damnum famæ, in eum, qui detegitur, quam in damnificatum bonorum redundat, per multa tradita *h*: donec concurrant tria supradicta.

43 Porro, qui non tenetur ad testificandum debet dicere iudici se ad respondendum interrogatis non teneri, quamuis sciret: & si illum cogere velit, appellare debet, si non timet iudicem in eum sæuiturum: & si hoc timet, respõdere potest, se nihil scire, intra se intelligendo quod dicere teneatur, vt dictum est *i*, discedendo in hoc ab eloquentissimo, & doctissimo doctore Genesio Sepulueda *k*, olim condiscipulo nostro in artibus liberalibus, quẽ credo non meminisse legere Paludanum, quia dicit, vsque ad Gabrielem neminem hoc dixisse, quum tamen antea ille dixisset, quodque verum esse probauimus *l*.

44 *Quarto* peccat mortaliter, qui sciens aliũ esse in extrema sui testimonij necessitate, quia sine illo vitã amissurus est, vel ea, sine quibus vita eius, vel suorũ probabiliter peribit, nisi se ad id in testẽ offerat, & nõ se offert *m*. Dixi, *In extrema necessitate*; quia ob aliã, quamuis magna sit, sub pœna mortalis nõ tenetur, nisi eo modo, quo offendẽs bouẽ proximi errantem tenetur *n*. Nõ tamen tenetur restituere eo quod iniussus nõ se offert: quia lex charitatis, qua se tenetur offerre, non obligat restituere, vt dictũ est supra *a*. Secus autẽ si iussus non testificetur, & ob id aliquis suũ ius amittat: nisi timor periculi, in quod incurrere posset, eũ excusaret, vt supra tactum est: lex enim iustitiæ, qua iuste iussus tenetur testificari, obligat restituere, vt sępe dictum est.

45 *Quinto* peccat, qui mercedem accipit vt verum testetur, cũ obligatione restituendi ei qui dedit *b*, & qui accipit vt falsum testetur, sine tamẽ necessitate restituendi, nisi de cõsilio pauperibus, per dicta supra *c*. Omne tamen quod per suum falsum testimonium alterutra partium amiserit, restituere debet *d*. Accipere tamen potest impẽsas itineris faciendi ad ferendum testimonium, & mercedem operariã dierum, quibus se occupauit in eo, vna cum interesse damni emergentis, & lucri cessantis *e*.

46 *Sexto* peccat, qui absque causa non paret iudici pręcipienti vt denuntiet talia & talia crimina, vel debita: & est excommuni-

d Vbi supra, n. 702.
e 2.2.q. 70. art. 1.
f 2.2.q. 70. a. 1.
g C. 8 a. 53.
h Vbi supra n. 9. & breuius sup. c. 18. n. 60.
i Supra c. 18. n. 61.
k Li. de rat. reuden. testi. c. 13.
l In c. 2. de confess. & in c. humana, 23. q. 5.
m Per d. in d. c. inter verba, concl. 6.
n Vt supra c. 24. n. 17.
a Cap. 17. n. 1. & in trac. de redditibus q. 2. monit. 2. & in locis rei citatis.
b Cap. non sanc. 14. q. 5.
c Cap. 17. nu. 32. & seq.
d Ca. non sym.
e Ca. testes, parag. venturis, 4. q. 3.

municatus, si mandatum fuit sub pœna excommunicationis latæ sententię, teneturque damna restituere. Dixi, *absque causa*; quia multa excusare possunt, vt copiosius alijs dixi *f*, tractando de magna prudentia, qua est opus ad recte parendum eiusmodi mandatis. Quorum *primum* est, quod peccatum est occultum, & peccator iam emendatus, aut sola fraterna correctione probabiliter emendabilis: tunc enim non est parendum ante fraternã correctionem, etiamsi præciperet vt fieret denuntiatio nõ habita ratione fraternæ correctionis, secundum S. Thomam *g*, & B. Antoninum *h*. *Secundum*, defectus probationis peccati denuntiandi, vt dictum est supra *i*. *Tertium*, quod à talibus, & taliter audiuit, vt ob id moueri non debeat: præsertim si denũtiaturus esset talis, qui leuitatis ob illam denuntiationem notaretur, aut cuius testimonium iudicem magis, quam cõueniret, moueret *k*. *Quartum*, denũtiatio eius à quo audiuit. *Quintum*, nosse eum, qui furatus est, vel tenet illud, retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur. *Sextum*, quod per solam sacramentalem confessionem nouit. *Septimum*, quod per solam consultationem secretam pro consilio habendo nouit.

Ad noue autem quæsitum respondeo, eum, qui non denuntiauit delicta intra tempus in edicto contentum, teneri ad denuntiandum post illud quam cito commode potest *l*.

47 *Octauo* peccat, qui non se offert in testem, cũ ad id tenetur, vel se offert, cum nõ deberet. Est enim qui se tenetur offerre, & qui tenetur se nõ offerre, & qui potest se offerre, & non tenetur, vt copiose, & vtiliter tractamus vbi supra *a*, quorum aliqua, quę parum inseruiunt confessariis, omittendo, *dico primo*, quod offerre se tenetur sciens præparari aliqua mala notabilia quæ sine suo testimonio probabiliter euenirent: sciens item crimen, de quo aliquis accusauit, aut denuntiauit alium, ob solam conscientiæ obligationem *b*. *Secũdo*, quod regulariter non debent se offerre, nec oblati admitti ascendentes contra descendentes, nec è contrario, & idem fere de vxore pro, vel contra maritum: & contrario de liberto contra patronum *c*.

48 *Tertio*, quod regulariter nemo tenetur ad se offerendum in testem *d*, & quilibet iussus testificari tenetur id facere, exceptis priuilegiatis. *Quarto*, quod regulariter priuilegiati possunt cogi ad testificandum, in defectum aliorum testium, etiam maritus contra vxorem, & è contrario *e*.

49 Quia iura statuentia, vt aliqui non admittantur: quia sunt inhabiles: & alij vt non cogantur ad testificandum.

Quia sunt honorati, aut coniuncti, intelliguntur quando alij non desunt, iuxta glossam *f*.

50 *Quinto* excusatur, qui probabiliter timet sibi ex suo testimonio aliquod magnũ damnum spirituale, aut temporarium personę, honoris, aut bonorũ euenturum, secundum Baldum receptum *g*: vt si ex eo scandalũ oritur, vt ait Syluester *h* citatus à nobis

f In d.c. inter verba, cõcl. 6

g 2.2.q 33.a. 7.ad 3.

h 2.par.tit.9. c 6.parag 4

i Ca.18.n.61

k Vt ibidem dictum est.

l Arg. c.cum dilectus de dolo, & contu. cum citatis a glo. & doct. ibi.

a In contractibus his in Manual. Hispano.

b Iuxta Cai. per nos relatum in d.c. inter verb. concl. 6.

c Iuxt. decis. 3 Ca. Tolos.

d Arg. eorum quæ de operibus misericordiæ supra præced. diximus.

e Iuxta deci. 4. C. Tholos.

f Ca. quamquam 14.q. 2. per illud c. & gl. receptam ob Archid. & Ale. ibi. & communiter alibi, in ca. statuendum.

6 & alia vbi supr. adducta per Fel. in rub. & c. dilectorum, de testib. cog.

g In c. cum nuntius, de testibus, & eundem, & Fe. in d. ca. dilectorum, & nos vbi supra.

h Verb. denuntiatio, q. 1. & verb correctio, q. 7. sub fin.

nobis vbi supra. *Sexto*, quod quamuis ad effectum admittendi testes inhabiles ob defectum aliorum nõ sufficiat nõ esse alios idoneos, quia opus est, quod neque sint, nec soleãt, nec possint interuenire communiter in eiusmodi factis, nisi tales personæ priuilegiatæ, aut inidoneæ *i*: ad effectum tamen compellendi priuilegiatos satis esset iuramentum partis dicentis non adfuisse alios quam priuilegiatos, & eos, sic nulla interueniente in contrarium coniectura *k*, nisi ex eo aliquod damnum timeatur *l*: addendo, quod quamuis tenetur filius ad denuntiandam hæresim patris, & ad testificandum de illa, si alij desint; nisi sciat, eum iam pœnituisse, aut certo credat, quod monitus ab ipso, aut ab alio vere resipiscet: Inquisitor tamen debet ei prouidere, adhibendo magnum secretum ne id sciat pater, & ne illi aliquod magnum damnum ex eo eueniat. *Septimo*, probare nos ibi, quod inhabilitas non excusat à parendo eiusmodi mandatis: licet aliquando excuset priuilegium.

i Vt sensit gl. 2. communiter recep. ca. tertio loco, de probat. vt vbi supra diximus.

k Arg. 1. 2. parag. fin. de iura. casum. lib. 6. & per ea, quæ ibi, & in alijs locis doctores docent.

l Vt vbi supra dictũ est.

51 Ad quęsitũ autem è longinquo à viro vndequaque doctissimo, & pientissimo respondeo, quod testis, qui in iudicio legitime interrogatus super crimine, ob quod bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus absoluitur, non tenetur ad restituendum fisco id, quod ad eum perueniret, si damnaretur. Tum per dictum S. Bernardini relatum à Syluestro *a*, quem sequimur *b*. Tum quia pœna non debetur in foro animę ante cõdemnationem *c*. Tum quia etiam interesse remotum, & extra rem non debetur *d*. Tum quia leges humanæ præsertim pœnales, non ligant potissimũ in foro animæ, nisi quatenus sunt receptæ, vt traditur supra *e*: & nullibi vlla lex damnari iubens aliquẽ publicatione bonorum est ita recepta, vt ante damnationem bona ad fiscum def[illegible]r. Tũ denique, quod alioqui sequeretur omnes custodes [illegible]m Regnorum deputatos ad custodiendum, ne quis aliq[illegible]portet ex illis, vel importet in illa, vel non saltem nisi soluto vectigali, vel portorio, siue gabella sub pœna priuationis bonorum, teneri restituere non solum iura, siue vectigalia debita, sed etiam bona quæ ob id debent fisco applicari: quod nullus, vt arbitror, hactenus dixit.

a Verb. resti. 5. ver. 7.

b Sup. eod. nu. 34.

c Gl. e. fraternitas 12. q. 2.

d l. si sterilis parag. cũ per venditorem ff. de actio. empt.

e Cap. 23 ar. nu. 49. & seq.

De peccatis Notariorum, & Tabellionum.

52 *Notarius cum fit, quæ & quot capitula iurat.*

53 *Notarius vt peccat faciens instrumentum falsum, & rescindens vel delens verum.*

53 *Notarius vt peccat male componens, & non tradens illud.*

53 *Notarius non informans satis renuntiantem, aut transcribens die festo.*

53 *Notarius non seruiens pauperi vt debet, peccat.*

54 *Notarius conficiens instrumentum de re illicita, & scribens statuta vsuraria.*

54 *Notarius non retinens protocollum, & faciens testamentum in-sano.*

54 *Notarius stipendium nimium capiens, literas ordinum carius tradens.*

52 DIcendum quod peccat mortaliter *primo* notarius, qui nõ seruat aliquod capitulorum à se iuratorum, cum creatus fuit notarius *f*: quorum *primum* est, quod conficiet instrumenta de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, nec falsitatis miscendo. *Secundum*, quod non reuelabit quod secreto ipsi commissum fuerit, nisi iusta de causa *g*. *Tertium*, quod non conficiet aliquod instrumentum scienter de aliquo contractu vsurario, nec de alio quouis illicito *h*. *Quartum*, quod retinebit de omnibus instrumentis, quę dederit, protocollum, aut regestũ. *Quintum*, quod erit fidelis ei, à quo est creatus notarius: & admonebit eum ea quę sciuerit in eius damnum vergere. *Sextum*, quod nullo amore, odio, spe, vel timore officio suo abutetur.

f Hostien. in ea sicut, ne cler. vel monachi recep. per to. And. Pano & Com ibid. & S. Anton. 3. par. tit 6. c. 3. parag. 1

g Secundum Panor. in d. c. sicut, n. 19.

h Panor. vbi supra.

53 *Secundo* peccat, qui instrumentum conficit falsum: aut verum, vtile, & parti necessarium occultat, aut rumpit, vel delet: & qui per malitiam, aut ignorantiam notabilem male aliquod testamentum, aut instrumentum conficit, addẽdo aliquas clausulas obscuras, aut necessarias omittendo, propter quod aliquis suum legatum, aut debitum perdit: & qui solemnitates necessarias dolo, aut lata culpa omittit: puta suum nomen, signum, testes, diem, mensem aut annum.

Tertio peccat, qui rogatus ab aliquo, vt sibi det aliquod instrumentum, quod dare tenetur, non dat, ne aduersario, aut amicis eius displiceat: & qui non informat partem ignorantem, quæ renuntiatura est alicui iuri, quale est illud *a*: & qui die festo absque necessitate ob auaritiam instrumenta cõficit, cum in alium diem cõmode differre possit: & qui rogatus à pauperibus non valentibus soluere iura, nõ vult ipsorum instrumenta scribere, aut confecta in publica forma tradere, secundum eundem vbi supra: quę tamen non tenetur dare gratis, per dicta supra *b*.

a Secundum S. Anton. 3. part. tit. 6. c. 3. par. g. 6.

b Bo. c. n. 29. & 44. & c. 24. nu. 3. & 4.

54 *Quarto* peccat, qui excipit, aut in publica forma scribit statutum vt soluantur vsurę, aut non repetantur solutę, & est excommunicatus *c*: & qui excipit, aut in publicam formam statuta contra libertatem Ecclesiæ redigit *d*.

c Clem. 1. de vsur.

d Cap. graue de sent. excommun. e Arg. eorum quæ att. Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. num 17.

Quinto peccat, qui conficit testamentum carentis iudicio, aut ratione non vtentis, cum obligatione restituendi ei qui ab intestato successurus erat *e*: & qui stipendium notabiliter maius debito accipit etiam sponte datum, si publicum stipendium constitutum illi erat *f*: & qui aliquid accipit pro literis ordinatorum *g*, quamuis, si non datur ei ob id aliquid ex publico, licite potest aliquid pro suo labore consideratæ illius qualitate, & non ordinis accipere, hoc est, vt non accipat plus eo quod de maiori ordine fidem faciat, per supradicta *h*.

f Bal. in authen. sed hodie C. de Epis. & Cler.

g iuxt. Anton. Butr. in c. 1. not. 3. de simon.

h Cap. 23. num. 111.

De peccatis

De peccatis Magistrorum & Doctorum.

55 *Doctor, vel magister vt peccat mortaliter lauream immeritam, vel principaliter ob honorem petens, vel suscipiens.*

55 *Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos vel malos scholasticos, aut admittens religiosos, vel presbyteros, num. 56.*

57 *Doctor approbans ad lauream indignum, falsa docens, vel inutilia, aut malo fine mortali, præsertim vltimo, subornans auditores, procurans vt indignus ad munera studij delegetur.*

57 *Doctor prælegens die festo, & seruans nouum festum vt peccat.*

58 *Doctor vt peccat stipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, castigans discipulos, aut contemnens simplices.*

55 DIcendum, quod peccat mortaliter *primo*, qui errat aliquo ex quindecim modis relatis ab Aluaro Pelagio *a*: quorum vnus est, petere, aut accipere lauream Theologiæ, aut canonum, quam non meretur *b*. Idem de accipiente laureã aliarum facultatum, per dicta *c*, & per rationem S. Antonini, & qui (licet sit idoneus) tamen principaliter petit illam propter honorem, & vtilitatem propriam, secundum S. Anton. *d* quod non esse tenendum probamus post Sylu. *e* & qui prælegit in scholis peccato mortali notorio infectus, iuxta S. Antoninum *f*, quod limitandum est ad prælegentem sacram Scripturam, vt ait S. Th. *g* quod non aduertit S. Antoninus.

56 Ratio autem cur magis peccet legens prædictam Scripturam, redditur à S. Tho. *h* Peccat item, qui ad scholas suas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vtentes, iuxta mentem S. Anton. *i* quod non videtur verum quoad excommunicatos: nisi essent excommunicati cum participantibus expresso doctore *k*: nec quoad praua exercentes. si doctor non habet iurisdictionem ad eijciendos eos è scholis, quam communiter hodie doctores in magnis vniuersitatibus nõ habent, quidquid in authentica *l* statuatur, licet præcepto correctionis ad id procurandum plusquam alij teneri posset, iuxta dicta *m*.

Secundo peccat, qui professor legum, aut medicinæ, ad suam prælectionem religiosum, presbyterum, aut clericum aliqua dignitate Ecclesiastica præditum ad se audiendum admittit, & est excommunicatus *n*: & qui professor cuiuslibet facultatis, etiã Theologiæ, admittit aliquem religiosum in suo habitu sine licentia superioris, aut cum licentia, sed sine habitu: & est excõmunicatus per rationem participationis in crimine, iuxta S. Ant. *o* & qui prælegit, aut docet principaliter ad humanã gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam institutum est, iuxta Angel. *p* cuius oppositum, scilicet non esse plusquã veniale, per multa & firma tenuimus *q*, & breuiter repetimus supra *r*.

57 *Tertio* peccat, qui statuta à se inita non seruat *s*, & qui existens

a De planct. Eccle. lib. 2.
b S. Anton. 3ª par. tit. 5 c. 2ª parag. 10. & 2 par. tit. 3. c. 5. parag. 6.
c In 4. c. inter verb. nu. 97. post glos. fing. clem. 2. de mag.
d In d. parag. 6
e Vbi supra, parag. 6.
f Ver doctor q. 4. vbi sup.
g Vbi supra, d. parag. 10.
h In 4. d. 19. q. 2. a. 2. ad 4.
i Vbi supra.
k In d. parag. 10.
l Iux. c. statuimus, cap. cõstitutione, c. præsenti de sen. excomm. lib. 6
m Habita, C. ne fil. pro part.
n In c. præc. o Cap. 2. ne cler. vel monach. lib. 6. adiuncta gl. c. non mag. nopere & c. super specul. eod. tit.
p 3. par. tit. 24. & 30. vt infra c. 27. n. 134. dicetur.
q Verb. hon. parag. 7.
r In d. c. inter verb. concl. 6.
s Ca. 23 n. 13.

existens examinator indignum laurea, ad eam probat *t*: vel cõtra dignum reprobat *a*, aut alio modo illicito quempiam à cõsequenda laurea impedit, cum obligatione restituendi.

Quarto peccat, qui sciens, aut scire debens falsa in alicuius notabile damnum spirituale, vel temporale docet: vel subtilia magis, quam vtilia docendo auditorio notabiliter nocet: & qui docet malo fine mortali, per sæpe dicta: vel ponendo vltimum finem in docendo: quia fruitur vtendis, contra doctrinam B. August. relatam à Magistro *b*.

Quinto peccat, qui per se aut alios inducit auditores alterius doctoris, vt eũ non audiant, cum notabili damno profectus eorũ, vel honoris doctoris, cũ obligatione restituẽdi *c*: & qui per factiones, aut subornationes, aut alias malas artes procurat, vt aliquis indignus creetur rector alicuius cathedræ, iuxta mẽtẽ Aluari *d*, & S. Antonini *e*, sentiẽtes idẽ de procurãtibus vt creetur notabiliter minus dignus: quod est verũ saltem, quando, & vbi lectores, aut prouisores iuramento, statuto, aut alio mandato ad dignissimum eligendum sub pœna peccati mortalis tenentur, & etiam in alijs, exceptis ad summum sex casibus, quos nuper scripsimus *f*. Et qui prælegit die festo illis horis tamdiu, vt probabiliter credat auditores ob id omissuros missam: & qui facit seruari festum non seruandum cum damno notabili auditorij non consentientis *g*. Dixi, *non consentientis*, alias enim secus *h*.

58 *Sexto* peccat mortaliter, qui habens stipendium publicum, vel beneficium in id ei collatum, exigit aliquid ab auditoribus *i*. Dixi, *habens*, alias enim etiam à pauperibus non egentibus extreme exigere potest *k*, iuxta prædicta supra *l*, quidquid dicant Host. Raymun. & alij ibi citati: & qui canonicatum, aut præbendam, aut aliud beneficium cum pacto docẽdi in scholis suscipit, & est simoniacus *m*. Dixi, *cum pacto*; quia secus si cũ onere tali beneficio vacanti imposito *n*.

Septimo peccat mortaliter, qui scholasticum crudeliter castigat: quia solum leuis castigatio est ei permissa *o*: & si castigatus est clericus, est excommunicatus: nisi excusetur per infra dicenda *p*: & qui simpliciores contemnit *q*: quod videtur restringendum ad contemptum, per quem notabile damnum honoris, aut bonorum illis ex iustitia legali debitorum infertur *r*.

Qua quidem in re Concilium Tridentinũ *s* statuit, *primo* quod habens beneficium cui est annexũ onus prælegendi sacrã Scripturam, cogatur prælegere per se, si est idoneus, alioqui per alium eligendum à nominatis ibi: & quod posthac non conferatur nisi idoneo ad per se id faciendum.

Secundo, quod in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & collegiatis existẽtibus in aliquo insigni oppido, in monasterijs quoque monachorum, & conuentibus mendicantium sacræ Scripturę lectio habeatur: in Ecclesijs vero tenuioris prouentus sit saltem magister, qui gratis Grammaticam doceat.

Tertio,

t S. Anto. 3. part. tit. 5. ca. 2. parag. 11.
a Idem vbi sup. parag. 10
b Lib. 1. sen. dist. 1.
c S. Anto. 2. par. tit. 4. c. 2
d Vbi supra.
e Dict. 3. par. tit. 5. ca. 1. parag. 1.
f In miscellaneis de orat. in miscel. 38.
g Arg. c. fin. de iniur. & l. 1. ff. de fur.
h Ca. scienti, de reg. iur. l. 6.
i Arg. c. pœnale, 14. q. 5.
k l. 2. parag. fin. ff. de ori. iur.
l Eod. n. 29. & c. præce. 3. & 5.
m Per dict. c. 23. num. 100.
n Ca. significatum de præb. & not. in c. 1. vt Eccles. benef.
o Ca. presbyterũ de homic. & l. præceptoris, ff. ad l. Aquil.
p Cap. 27 á nu. 80. & seq.
q S. Anton. d. parag. 10.
r Per dicta sup. cap. 23.
s Sess. 5. c. 1. de reform.

Tertio, quod docentes sacram Theologiam, dum publice in scholis docuerint, & in scholis eam discentes priuilegijs omnibus de quinquennali perceptione fructuum in absentia à iure cõmuni concessis gaudeant. Quod ipsum dicendum est de discente, aut prælegente canones, vt probat Felin. *a* cuius rationi hanc vnam addo, quod nulli scientiæ capessendæ tãto tempore est opus, ac canonicæ: vt enim quis perfectus canonista euadat, opus est vt canonicæ prudentiæ non mediocrem legum, & Theologiæ adiungat eruditionem. Rara itaque auis est perfectus canonista, etsi vtrique foro perneccssarius, vt qui multo tempore prædictas tres disciplinas professus esse debeat *b*.

a In c. fin. de magist.

b Arg. c. penult. dere, 50. di.

Quarto, quod nemo ad huiusmodi lectionis officium admittatur, qui non prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus & approbatus fuerit.

De peccatis Scholasticorum.

59 *Scholasticus vt mortaliter peccat ob finem mortalem studens, non seruans præcepta studij, discens vetita, auocans auditores concurrenti, negligenter studens, male insumens viaticum, non soluens salarium, arrogans sibi gradum quem non habet.*

59 Dicendum quod peccat mortaliter *primo* scholasticus, qui ob finem mortalem studet *c*. Et qui statuta præcepta Academiæ iusta, & ad mortale obligantia non seruat, iuxta mentem S. Anton. *d* nisi iusta de causa id fecerit, quam quo ad mortalis excusationem in proposito putamus esse illam, quæ pro tali communiter in Academia habetur *e*.

c Arg. c. cum minister, 23. qu. 5. cum ei nuper à nobis adnot.

d In d. parag. 11.

e Arg. eorum quæ de causa non ieiunãdi sup. c. 21. nu. 16.

Secũdo peccat, qui suffragatur, aut curat alium suffragari alicui indigno, vt fiat prælector, rector, beneficiarius, imo & si sit dignus, si tamen competitor esset dignior, præsertim si iurauit suffragari digniori, iuxta proxime dicta in simili.

f Arg. c. non magnopere, & cap. super specula, de cler. vel monach.

Tertio peccat, qui scientias vetitas, aut superstitiosas discit *f*, & qui alicui lectori adimit scholasticos, aut adijcit, vt proxime de doctoribus dictum est: & qui in studendo notabiliter negligens fuit, iuxta mentem S. Antonini *g*: quod restringendum videtur ad eum, qui impensis alienis, vel redituum suorum Ecclesiasticorum, & non proprijs studet, per supradicta de prodigalitate *a*: & multo magis, si prædicta bona in compotationibus, venereis, vel lusibus, & id genus alijs impendit: quin fratribus partem sibi à patre datam restituere tenetur, iuxta communem, quam bene Iason defendit *b*.

g In d. parag. 11. & aliorũ.

a Cap. 23. num. 70.

b In auth. quod locum col. 2. C. de collat.

Quarto peccat, qui contra veritatem quam scit, altercatur modo prædicto *c*: & qui stipendium debitum præceptori, cum possit, non soluit *d*: aut qui dicit habere se gradum, quo caret.

c Supr. c. 23. num. 34.

d Arg. c. sæpe de rest. spoli. & tradit S. Ant. vbi sup.

e l. reddatur C. de prof. & med. lib. 10.

De peccatis Chirurgi, & Medici.

60 *Medicus, & Chirurgus vt mortaliter ob ignorantiam peccant.*

60 *Medicus non curans secundum præcepta, & negligens visitare, vel studere.*

60 *Medicus præbens medicinam dubiam, & deserens ægrotum, vt peccat.*

61 *Medicus abscindens membrum, minuens sanguinẽ, & non admonens confessionem.*

61 *Medicus medicinas non eligens, aut curationem differens, vt peccat.*

62 *Medicus consulens, vel concedens animæ noxia pro salute corporis.*

63 *Medicus non admonens mortem vicinam, & tali casu minimum stipendium petens.*

64 *Medicus nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti nolenti soluere.*

64 *Medicus detrahens aliis medicis vt peccat.*

60 DIcendum, quod peccat *primo* medicus, vel chirurgus, qui absque sufficiẽti scientia medicatur, etiamsi sit laurea donatus: & qui artem satis callet, sed eius præcepta non sequitur: & qui notabiliter negligit studere, aut infirmos visitare *f*, quamuis ægrotus sanetur, iuxta S. Antoninum *g*, cum obligatione restituendi, iuxta mentem Panormitani, & omnium: *h* & qui adhibet medicamenta morbo, antequam cum cognoscat *i*, licet qui per diuturnam experientiam didicit curare aliquos morbos, puta scabiem, ossium fracturam, nubeculam ocularem, fistulas, dolorem dentium & molarium, aurium, & aliorum similium, possit licite curare, quamuis regulas medicinæ ignorer, modo absque aliquo incantamento, aut fascino id faciat *k*, & modo superuenìete febri infirmo medicum adhibeat peritum, & modo ne quid, quod ignorer, intentet *l*.

61 *Secundo* peccat, qui dubitans de aliquo medicamento, an esset notabiliter noxiũ, an nõ, præbuit illud vt experiretur, aut lucraretur, aut non haberetur ignarus, &c. *a* & magis qui præbet rẽ quam scit notabiliter nociuã, etiamsi ob misericordiã, aut vt ægroto placeret, præbeat *b*: & qui ægrotum derelinquit antequam debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit, cũ obligatione restituendi damnũ *c*: & qui, cũ membrũ aliquod necessario est abscindendũ, non quærit quẽ credebat bene abscissurum, aut dubitans de necessitate abscindendi, iussit abscindi: & qui nesciens minuere sanguinẽ, vel abscindere mẽbrũ, alterum eorum, vel vtrumque facit *d*: & qui sciens pharmacopolam medicamentis corruptis vsurum, non eligit incorrupta *e*: & qui quo plus stipendij accipiat, morbi curam differt *f*.

Tertio peccat, qui non persuadet infirmo confessionem antequam medicinam ei applicet, per caput iuris *g*, cui nõ est locus, quando manifestũ est morbũ non esse periculosum *h*, quidquid dicat Syluest. *i* nec etiã quando credit esse periculosum & lethiferum, si iuxta consuetudinem bonorum & honoratorũ medicorũ monet eius parochum, aut qui eius curam gerunt, vt il-

li Sacra-

f Ca. cũa de homic. & ibi Innoc. & omnes.
g 3. par. tit. 7. c. 2 parag. 1.
h In d. c. tua.
i Caieta. in sum. verbo medicus.
k l. 1. parag. medicus, ff de var. & extraord.
l Arg. c. non est sine culpa de reg iur. l. 6.
a Ant. Burr. in d. ca. tua nos nu. 14.
b Panor. in d. c. tua.
c Aster. li. 6 tit. 14. ar. 2. q. 14.
d Idem in c. tua, nu. 10. & Aster. vbi sup.
e Innoc. in d. ca. tua.
f Anto. vbi supra.
g Ca. cũ infirmitas, de pœn. & remiss.
h Iuo. Ang. verb. medicus, parag. 6. & Rosel. ibid. parag. 3.
i Verb. medicus, 93.

li Sacramenta prębeant,& ipsi omittunt id dicere per se, non quia nolunt id facere,sed quia putant id infirmo nociturũ ,iuxta Caietanum *k*:nam vt ipse ait , & nos *l*, illa constitutio hoc modo recepta est,& obseruata: & quamuis infirmus confiteri nõlit,non ideo à medico relinquendus est,iuxta omnes.

62 Et qui propter salutem corporalem contra salutem animæ consulit vt illicite coeat,aut se inebriet,aut abortiat *m*, etiamsi per ignorantiam id consulat, imo & si non consulat ,sed dicit, ego non tibi consulo,sed si tale quid faceres,sanareris *n*.

Quarto peccat,qui pręgnãti prębet aliquid quo abortiat,etiãsi prębeat vt eam à morte seruet,si credit vel dubitat fœtum esse animatum:sed si probabiliter credit non esse anima rationali animatum,in quo inuestigando debet diligentiam maximam adhibere,licite poterit illud prębere,quo vitam matris seruet, cum nõ sit culpa mortis alienę,nec corporalis,nec spiritualis *p*.

Quinto peccat,qui sine iusta causa concedit debilibus facultatem frangendi ieiunium,aut vescẽdi carnibus diebus vetitis,& qui affirmat ieiunia pręcepta corpora destruere, &c. *q* cum obligatione contrariũ persuadendi si potest, quamuis infirmus vtens facultate,quam putat sibi iuste datam, non peccat,secundum S.Ant.*r* & qui credẽs infirmum moriturum, & quod eius admonitio est multum illi profutura,ad exuendum peccatum mortale,& ad testandum,quo rixæ grandes inter hæredes impediantur,& neque per se,nec per alium admonet vt peccatum exuat,& testetur *a*. Dixi , *credens* ; quia secus si iuste putat suam admonitionem patum profuturam , quia credit eum in bono esse statu,& de suis bonis testatum fuisse,secundum eosdem *b*.

Sexto peccat,qui petit stipendium notabiliter nimium publico carens,aut accipit mediocre habens publicum , cum pacto nihil præter id accipiendi plusquam pręscriptum , etiam vltro sibi datum,cum obligatione restituendi,nisi per alia obsequia, & visitationes tempore valetudinis id compenset *c*: & qui exigit stipendium quod ægrotus propter mortis metum promittit,si aliunde habet vitæ necessaria *d*.

64 Et qui facit,vt infirmus plura,quam opus est, medicamenta emat,ob conuentionem inter eum,& pharmacopolam , vel aliam causam iniustam,cum obligatione restituendi *e*.

Septimo peccat, qui non vult gratis mederi pauperi ęgroto *f*: quod nostra sententia restringẽdum est ad eum,qui credit illum probabiliter moriturũ,nisi ei medeatur, & non est alius qui id faciat,nec qui soluat salarium,& nõ vult mederi salario credito: nam neq; constituto in extrema necessitate tenetur quis subuenire gratis,modo eum eximat ab ea mutuando, cõmodãdo, vel operas credẽdo per supradicta *g*: & qui nõ vult mederi diuiti soluere nolẽti *h*: quod intelligẽdũ est de eo , qui vellet quidẽ ab eo curari,sed ob auaritiam nõ quęrit medicũ existẽs in magna eius necessitate *i*,& si medeatur illi,post eius mortẽ,vel curationem

k Verb.medicus.
l In d.c. cum infirmitas.
m Dict.ca.cũ infirmitas.
n Ioan. And. Dict.ca.cũ infirmitas.
o Ioan.de Neap.in eo, quodlib.probatus à S. Ant.3.par. tit.7.c.2.parag.2.& à Syl. verb.medicus, q.4.& communiter.
p Iuxt. eosd.
q Arg c.fi.de iniur.& cap. consilium de obseru.ieiu.
r Vbi supra parag.1.
a Io.Neap. quodlib.c.1. & B. Ant.vbi sup.parag.7.
b Vbi supra.
c S.Anto.vbi sup.parag.3. probatus ab Aug. verbo medicus, parag.6.Syl. eod.q.5.
d I. medicus, ff.de var.& extra cogn.
e Astens li.6. tit.4
f Iux.glo. celebrem,& recep.in sum. 83.di.& S.Anto.vbi sup. & alios,ver. medicus.
g Ca.17. nũ. 118 & c.præced.nu.7.& sup.eo.c.n.24
h Iuxt.eandẽ gl. in parag.1.83.di.& c.pasce86.dist
i Iux. prædictam glo.& mentem omnium.

tionem exigere potest suum stipendium: & qui detrahit alijs medicis idoneis, ne ad curationes se omisso accersantur *k*.

k Per dict. cap. 18.

De peccatis exequutoris testamenti, tutoris, curatoris, & hospitalarij.

65 *Exequutor testamenti vt peccat mortaliter non soluens legata, & debita.*
65 *Viduus, aut vidua, cui aliquid relinquitur quoad caste vixerit.*
65 *Exequutor testamenti nimis tardans vt peccat, & qui excommunicatus.*
66 *Rem pupilli non seruans, eius pecuniam lucro iniusto deputans, vt peccat.*
67 *Vxor transiens ad secunda vota peccat tutela fungens.*
67 *Hospitalarius vt mortaliter peccat.*

65 DE ijs dicendum, quod peccat *primo* exequutor, qui non soluit debita, aut legata præsertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque sufficientia & qui, vt soluat legata, non soluit debita, credens bona non sufficere vtrisque soluendis *a*: debita autem etiam sunt vota realia defuncti, per supradicta *b*.

Secundo, quæ vidua, cui maritus reliquit vsum fructum suorũ bonorum quoad caste viueret, stuprum committit, & perinde bonis vtitur, ac si id non cõmisisset, cum obligatione restituẽdi, iuxta Caiet. *c* & ea quę diximus *d*: secus tamẽ, nostro iudicio, si vsumfructum reliquit quoad nuberet: & idem eadem ratione videtur de marito, qui relinquitur ab vxore vsufructuarius.

Tertio, qui soluit quidem, sed post moram notabilem *e*, & est excommunicatus, si qua constitutio synodalis excommunicãs non exequentem intra certum tempus cum comprehendat *f*.

66 *Quarto* peccat, qui tutor, aut curator nõ conseruat, nec defendit bona sui pupilli, vel minoris: & qui sine vtilitate, vel necessitate alienat: & qui est in culpa vt actionẽ, vel aliud ius perdat: & qui non vendit res mobiles, quę obseruatę nullã vtilitatẽ pariant, & pretium non conuertit in bona immobilia, quę vtilitatem parerent, si inuenitur emptor, cum obligatione damna restituendi *g*. Tutor autem dicitur, qui præficitur pupillo, hoc est minori 12. annorũ, si est fœmina, aut 14. si est masculus, ad protegendum personã, & bona eius *h*: curator vero qui maiori 12. vel 14. & minori 25. præficitur, aut furioso, aut prodigo administrãdis eius bonis *i*, & vterq; iurat se officio suo recte vsurũ *k*.

Quinto, qui tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus imbuendo, & à vitijs, & peccatis seruando *l*.

Sexto, qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecuniã salua forte, nisi per tres cõtractus, de quibus supra *m*, & tenetur restituere, si pupillus, vel minor nõ restituat, sed potest secreto de rebus eius accipere, quod huic rei satisfuerit, siue eorũ administrationem

a Arg. l. sciamus, parag. & si præfata adiuncta gl. C. de iur. de. lib. l. 1. para. penul. ff. ad Trebel. S. Anto. 3. par. tit. 20. c 3. parag. 21.
b Ca. 12. n. 56
c In summ. verb. pœn.
d In cap. 23. num. 62.
e Arg. c. nos quidem, c. tua, & c. Ioannes, de testam.
f Arg. c. præterea, 2. de appel.
g l. tutor qui repertorium, parag. 1. 2. & 3. ff. de administra. tutor. Bar. ibi & alij
h Inst. de tute. parag. 1.
i Inst. de curat. in princ.
k Glo. celebris, clem. quia contingit, parag. vt autem de relig. domib. quæ glo. omnia hæc ponit post specul. tit. de tuto. & tit. de curat & ante Panor. in c. ex parte de appellat.
l Arg. c. 1. q. 2 & c. duo ista, 23. q. 4.
m Ca. 17. n. 112.

strationem habeat, siue non, seruatis supradictis *n*.

67 *Septimo* peccat mulier quæ officio tutelæ fungitur post secundas nuptias *o*, vel post stuprum commissum, per eandem legem, quam in hoc ponderat Salicetus *p*.

Octauo hospitalarius, qui reditus hospitalis non insumit in ea, in quæ sunt destinati: & qui sinit eos perdi, aut in alia dispendit *a*: & qui nimis tarde recuperat bona eius alienata *b*: & qui adeo negligit reficere ædificia, quod ob id cadãt, cum obligatione restituendi *c*.

Porro Concil. Trid. *d* commendata plurimum clericis hospitalitate statuit quod hospitalarij hospitalium onera cõpleant, quę si cõmode non possint, fructus illorum in aliũ pium vsum cõuertant, prout ordinario cũ duobus peritioribus de capitulo videbitur, & quod omnes hospitalarij, etiamsi sint laici, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia, ad prædicta ab Episcopis compelli possunt, & præterea in foro cõscientiæ teneantur ad restitutionem fructuum, quos contra hospitalium institutionem perceperint, nulla eis remissione profutura: & quod administratio huiusmodi vni, & eidem personæ vltra triennium non committatur, non obstantibus etiam priuilegijs, & immemorabili consuetudine, &c.

n In dicto c. 17. n. 112. cũ seq.

o l. fi. C. quãdo mul. offic. tut. fung. potest.

p Et gl. nemo authen. eo tit.

a Clem. quia contingit de relig. domibus ex mente S. An. 3. par. tit. 11. c. 1. para. 1.

b C. quicunque, 12. q. 2.

c Gloss. dict. clem. quia contingit.

d Sess. 25. c. 8. de reformat.

De peccatis Clericorum quoad ordines.

68 *Ordinando prima tonsura hæc sunt necessaria, & hæc minoribus sacris.*

68 *Ordinando cui Capitulum, vel alius sede vacante non potest dare licentiam.*

68 *Ordinandi facultas Papæ, quæ legitima, & qualiter intelligenda.*

68 *Ordinandi ætas mutata, & multa noua ab ordinatis, & ordinandis facienda.*

68 *Missa pro noua nil detur, nec merces pro alijs, ignotus non misset, nec quis extra sacrum.*

69 *Dispensat quis ad ordines, & cum male ordinato.*

69 *Ordinem sumens vt peccat, si est indignus, si per simoniam, si ab Episcopo excommunicato, si existens illegitimus, etiam occultus, num. 70. si extra tempora legitima, si ante iustam ætatem, si sine iusta licentia, si furtim, aut per saltum, num. 71. si non supplet supplenda, si eodem die multos ordines sumit, si deformis, si energumenus, epilepticus, aut insanus, excommunicatus, aut mortali infectus. 72.*

73 *Clericus vt peccat Sacramenta in mortali ministrans, sacra tangens, aut post notorium peccatum etiam acta pœnitentia missans, n. 74.*

73 *Ordinem, & eius vsum quod peccatum notorium impedit.*

73 *Notorium quid dicitur.*

74 *Dispensat Papa aliter quam inferior, etiam in quo vterque potest.*

75 Inter

75 Interdictus ingressu Ecclesiæ, rebaptizans, chrismate veteri vngens, post cibum celebrans, non confessus, concubinarius notorius, n. 76.
77 Dispensat vt Episcopus in irregularitate peccati notorij.
77 Concubinarius clericus, & fornicarius vagus, pares, non humantur in sacro, & 78.
78 Missam concubinarij audire vt mortale, & cur melior boni quam mali, 79.
80 Concubinarius notorius quis euitandus.
81 Iacobus Sabellus Cardinalu multis nominibus suspiciendus.
81 Missam extra locum sacrum celebrandi facultas non datur, & vt peccat si celebrat intra illum, 82. & vt si in Ecclesia interdicta, si super aram fractam, si ante preces matutinas, 83. si sine alijs necessarijs etiam timore mortis, 84. si sine lumine, aut aqua, si in pane, & vino corruptis, si in omphacio, si noctu, si post meridiem, num. 86. si pluris quam semel eodem die, nisi his septem casibus, non bis, aut ter in anno, si effundit sanguinem, & si reliquias corporis post ablutionem sumit, num. 89. & 90.
85 Benedicat quis vestes sacras, stola pro cingulo seruit.
87 Missæ triplici faciendæ die Natiuitatis quis optimus modus.
87 Missam quotidie audiat Episcopus, nemo eam nisi semel in die faciat, in septem casibus, nec in his vnquam ter, nec semel die Parascues, & Sabbatho sancto, 88.
90 Missans sic sumat reliquias calicis, patenæ, & ora, & supplcat defectum vini, n. 91. hostias multas conficerans. ibid.
92 Missa cui, & quomodo applicanda, n. 111. non dicenda à ligato censuris, n. 93. nec coram interdictis, n. 94.
94 Clericus vt peccat alios clericos ad diuina officia admittens.
95 Interdicta non seruans, excommunicatos sepeliens, absolgens indebite confessum, & non monens eum.
95 Vota male commutans, omittens, aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, male eas recitans, non attendens ad eas, &c. à n. 97. & seqq.
101 Auctor ob nullas occupationes, vel morbos omisit horas nisi bis, 70. annis quibus recitat.
101 Horariæ preces ob quas causas iuste omittuntur, & seqq.
106 Attentio ad horas sufficiens triplex, & sufficit virtualis, & seqq.
108 Horas ad quas teneutur clerici sacri, & ad quas minores.
109 Clericus vt peccat ducens vxorem, cohabitans fœminæ, eam inuitens, Monasteria frequentans, habitans, & tonsuram nõ deferens, arma gestans, ludens, mendicans, lanius, tabernarius, mercator, aut mensam non benedicens, aut faciens quæ antiquo & nouo iure hic relato vetantur, in quibus sunt omnia officia secularia cum arte medica, num. 110.
109 Concubinarij clerici pœnam innouat Conc. Trident. addens nouam.

111 *Missæ triplex valor, quis applicandus, quid de vna dicta pro multis.*
111 *Missans pro duabus pitantijs non alendus ob missam.*

68 DIcendum quod peccat mortaliter *primo*, qui se facit ordine insigniri contra canones Conc. Trid. quod *a* sic statuit: *Nemo initietur prima tonsura, qui confirmationis Sacramentum non susceperit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit: quique legere, & scribere nesciat, de quo probabilis coniectura non sit, eum non secularis indicij fugiendi fraude, sed vt Deo fideliter inseruiat hoc vitæ genus elegisse b.* a Sess. 25. q. 4 de refor.

b Et c. 5. sic.

Ad minores promouendus ordines, bonum à parocho, & magistro scholæ in qua educatus est, testimonium habeat. Assumendus vero ad singulos maiores vno mense ante ordinationem Episcopum adeat, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire iudicauerit committat, vt nominibus, aut desiderio volentium promoueri publice in Ecclesia propositis, de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & testimonium quamprimum ad ipsum transmittat c.

c Et Sess. 7. c. 10.

Non licet Ecclesiarum Capitulis sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias concedere alicui, qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione arctatus non fuerit. Et capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: sic vero ordinatus: si in minoribus constitutus sit, priuilegio clericali non gaudeat: in maioribus vero ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sit ipso iure suspensus: quod ipsum statuitur *d* de impetrante dimissoria ab alio quam eo qui loco Capituli succedit in iurisdictionē Episcopalem *e*.

d Sess. 23. c. 2. de reform.
e Sess. 7. c. 11.

Et alio in loco sic: *Facultates de promouendo à quocunque non suffragentur, nisi habentibus iustam causam in literis exprimendam, ob quam à proprijs Episcopis non ordinetur, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idque præuio diligenti examine a.*

a Sess. 7. c. 11. sic.

Et, Nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti aut priuilegij, nisi eius probitas, & mores ordinarij testimonio commendentur b.

b Sess. 23 8. sic.

Et, Ordines minores per temporum interstitia conferantur, nisi Episcopo aliud expedire videbitur, idque Latinam linguam callentibus: ordinandi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exigat c.

c Et c. 11. sic.

Nullus ad Subdiaconatum ante 22. ad Diaconatum ante 23. ad Presbyterium ante 25. ætatis annum promoueatur, & quod nulli etiam regulares, nisi præuio Episcopi examine ordinentur. Et nota, quod huic non obstat Bulla Pij V. quæ hoc onus, & aliquot alia præfati Concilij adstulit mendicantibus, ob reuocationem eius per S. D. N. Gregorium XIII. cuius tenor est qui ponitur sub fin ca. 22 & mox, sic.

In minoribus constituti non promoueantur ad maiores, nisi bonum habentes

habentes testimonium, in minoribus sint probati, & per annum in ijs sint versati, sperantes se Deo auspice continere posse: & mox sic: *Deceret eos saltem diebus Dominicis, & solemnibus cum altari ministrarint, communicare*: & mox sic: *Duo sacri ordines eodem die etiam religioso non conferantur* d.

d Cap. 13.

Et, Assumendi ad presbyterium in minoribus probati sint, ac bonum habeant testimonium, & anno integro diaconatum exercuerint, populoque docendo, & administrandis Sacramentis necessaria scierint, à quibus castitatis, & vitæ bonæ exempla exspectentur, & quod cum promotis per saltum, si non ministraucrint, Episcopus ex causa dispensare possit e.

e Cap. 14. sic.

Et, nullus ordinetur, qui non ascribatur illi Ecclesiæ, aut loco pio pro cuius necessitate, vel vtilitate ordinatur, & si eum locum Episcopo inconsulto deserat, ei sacrorum vsus interdicatur, & nullus clericus peregrinus sine commendatitijs ordinarij sui literis ad diuina officia admittatur f.

f Ca. 16. sic.

Et, Episcopi in Ecclesijs id ferre valentibus assignari stipendia minores ordines exercentibus procurent, & quod nulli exerceant officia minorum ordinum, quibus carent, vt in ijs constituti se in illis exerceant g.

g Sess. 22. Decret. de obseru. & euit. in celeb. miss. sic.

Et, Vt Episcopi omnino prohibeant, ne quid pro missis nouis celebrandis detur, & importunas ac illiberales eleemosynarum exactiones, & ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat, & nemo publice, ac notorie criminosus sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur, & ne sanctum hoc sacrificium extra Ecclesiam, ac ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria à secularibus, aut regularibus quibuscumque peragatur.

Secundo peccat mortaliter, qui suscipit aliquem ordinem etiã minorẽ per simoniam propriã realem ante ordinationẽ commissam, quamuis occultã, quę est causa ordinationis; & est excõmunicatus *a*, etiamsi committatur dando tertio, & nõ ordinatori, secundũ Innocentiũ *b*. Dixi, *ante ordinationem*; quia datio post eam non efficit simoniam *c*, vel certe non talem quæ excommunicet. Dixi, *propriam*, quia si alius dat, aut promittit aliquid episcopo, aut alteri, vt eũ ordinet ipso inscio, vel scio, sed contradicente, non peccat: & accipit nõ solum characterem, sed etiam eius exequutionem, iuxta Bellameram, quem sequitur Cardinalis Alexandrinus *d*, quidquid glossa cap. *si quis*, & alij dicant: maxime post extrau. ad euitanda Martini V. de qua infra: nec postea soluendo illud, quod ne inscio datum fuit, suspensionem, aut excommunicationem incurrit, secundum Syluestrum *f*, nec peccat, saltẽ in foro conscientiæ, quidquid ille sentiat, si non habet ratam, neque gratam illam dationem: quia nulla id lex verat quoad illud forum. Dixi, *quæ est causa ordinationis*; alias enim contra, per dicenda infra *g*, & dicta supra *h*.

a Extraug. 2. de simo. de qua infra c. 27. n. 100.
b In c. tanta de simo. n. 2.
c Arg. glos. c. emendari, 2. q. 1.
d In c. statuimus, & c. si quis 1. q. 1.
e Ca. 27. n. 35.
f Verb. fin. q. 8. para. 5.
g Num. 113.
h C. 23. n. 110

69 *Tertio* peccat mortaliter, qui scienter ab Episcopo excommunicato denũciato ordinatur, imo & postea vtens ordine illo absque dispensatione Papæ: quia licet characterem accipiat, nõ tamen

tamen illius exsequutionē, quoad quam solus Papa dispensat *i*.

Quarto, qui non existens legitimus sine dispēsatione ordinatur *k*. Ad minores autem episcopus dispensat *l*. Ad sacros vero ordines solus Papa, & cum intrante religionem ius commune ad omnes ordines etiam sacros dispensat *m*. Et nil refert quoad forum conscientiæ, an illegitimitas (vt ita dicam) sit secreta, vel publica, quidquid aliqui existimauerint absque textu, & iusta ratione. Idem de qualibet alia irregularitate, quoad peccatum, licet non quoad dispensationem, de qua cum alijs pertinentibus ad irregularitatem infra *n* dicimus.

70 *Quinto* peccat mortaliter, qui ordinatur ordine sacro extra tēpora à iure statuta, aut ante legitimā ętatem, aut absque literis dimissorijs, & est ipso iure suspēsus, & si ordine illo vtitur fit irregularis, in quo solus Papa dispēsat per extrauagantē Pij II. *cū ex sacrorum*, quę nuper fuit impressa, de qua meminit Villadie *o*, quā nos declaramus *p*. Dixi, *Ordine sacro*; quia licet sic minores capiendo peccet, non tamen est ipso iure suspensus: quia iuxta cōmune ius defectu ætatis suspensio ipso facto nō incurritur *q*. Per quod omnes, qui prædictam extrauagantem nō nouerant, contrariū dixerunt, putantes non suspendi quem ipso iure, propterea quod ante legitimā ętatem ordinem sacrum etiam presbyterij suscipiat, in quibus sūt S. Anton. *a* & Maior: *b* nec videtur prodesse in hoc fratribus obseruantiæ suum priuilegium *c*.

Sexto peccat mortaliter, qui furtim contra prohibitionem ordinantis ordinatur, & si prohibitio fiat sub pœna excommunicationis latę sententiæ, est excommunicatus, & irregularis, in quo solus Papa dispensat *d*.

71 *Septimo* peccat mortaliter, qui scienter per saltū, id est, minore ordine omisso, maiore ordinatur: & est suspēsus. Super facultate autē dispensandi super hoc sequuti fuimus hic opinionem Hostiensis *e*, quā videtur etiā elegisse Conc. Trid. *f* scilicet quod Episcopus potest dispensare antequam ministret: quod tamen est intelligendū, modo antequā vtatur dispensatione, omissum ordinem suscipiat, quod nos hic post Hostiensem addimus *g*.

Octauo peccat mortaliter, qui ordinatur omisso aliquo necessario necessitate pręcepti, licet nō de necessitate sacramenti, & nō suppleto defectu, eo vtitur, nō tamen fit irregularis *h*. Et qui eodem die duos ordines sacros suscipit, nō solum peccat, sed est etiā à posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat *i*, imo & irregularis, vt exprimitur infra *k*, vbi additur ratio, quare hic ponitur suspensus. Et qui eodē die ordines minores, & subdiaconatū suscipit *l*, & magis qui duos ordines sacros eodē die suscipit, etiamsi sit religiosus, per prędictum Concil. *m* non tamen, qui quatuor minores eodem die suscipit *n*, quod etiā post Cōcilium prędictum procedere potest in eo, cum quo Episcopus dispensaret, vt nō seruatis temporum interstitijs posset accipere. Quin videtur, quod posset accipere illos, & subdiaconatum

i Cap. si quis à simoniacis 2 q. 1.
k Ca. 1. de fil. presbyt. c. 2. eod. tit. l. 6.
l Ca. 2. eod. tit. l. 6.
m Dict. c. 1. de fil. presb. l. 6.
n Cap. 27. nu. 191. vsque ad 256.
o De irreg. col. 9. & Rebuf. 2. part. suæ prax. benef. titul de clerico ad sacros or. male pro gl. 4.
p In reper. Cap. accepta; oppos. 8. n. 34. de rest. spol.
q Ca. vel non est compos de tempor. ordina.
a 3 par. tit. 14. c. 6.
b In 4. d. 14. q. 5.
c Per supradicta n. 68.
d Cap. innotuit. de eo, fur. ord. suscept.
e In summ. de Cler. per salt. prom. parag. 4.
f Relatum supra nu. 68.
g Per c. vlt. de cler. non ord. minist.
h Sylu. verb. irregularitas q. 12.
i Ca. literas, c. dilectus, adiuncta gl. de tempor. ordin. & d. ca. innotuit.
k Ca. 27. nu. 241.
l Ca. 2. de eo qui fur. ord.
m Sup. nu. 69. relatum.
n Secundum gl. de eo. de temp. ord. & c. 2. de eo, qui fur. ord.

eodem die, vbi est talis cõsuetudo quę valet, secũdum S. Antoninum o. Concilium enim eiusmodi consuetudinem non tollit.

o 3.par. tit. 14. c.16 parag. 16.

72 *Nono* peccat mortaliter, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes: vt si oculo caret, vel habet nasum, & digitos abscissos, vel cõpactos, vel superfluos p, non tamẽ fit irregularis, licet promotus celebret q. Et idem de eo qui postquam semel à dæmone obsessus, aut morbo caduco in terram elisus, ordinatur r. Et qui antequam in hos morbos incideret, ordinatus, postea frequenter eis correptus celebrat s.

p Ca. si Euãgelia, 55 d. q Panorm. in c. si celebrat. de cler. excõmun. min. n. 11 r Ca. maritũ, & c. seq. 33. d. adducta glos. s Iuxta communem ibidem.

Admoneo te, pie lector, quod in Manuali Hispano nihil dixi de verso in insaniã, vel furorem, licet prædictum ca. *maritum* etiam de illo agat, ne injicerem scrupulos ijs, qui ante, vel post ordinationẽ alienantur à mente per ebrietatem, phrenesim, lethargiam, aut alium morbũ, quibus adimendis non occurrebat tunc ratio sufficiẽs, quæ postea in casu cuiusdam nobilissimi viri occurrit: videlicet illud c. restringendum esse ad eos solos, qui alienantur mente directe, & immediate per inordinationem organi sensuum, nõ autem, qui mediate, & indirecte vi morbi, vulneris, iræ, vel alicuius passionis brevis. Quæ declaratio multis viris eruditissimis illustrissimi ordinis Dominicani placuit.

Decimo peccat mortaliter qui excommunicatus ordines quãuis minores suscipit a, & fit irregularis, si excommunicatio erat maior, cum quo solus Papa dispensat, Panormit. & communis b: nec Sylvester c contrarium sentit, quamuis nonnullis ita visum est. Et qui in peccato mortali existens ordines suscipit, aut aliquod sacramentum ministrat d, & etiam si res sacras tangit, aut aliquid aliud tamquam minister Ecclesiæ facit suo officio fungens, iuxta mentem S. Thom. e & Sylvestri f: sed non si eas tangit ita vt laicus posset: vt si tempore necessitatis baptizat, è terra sacramentum levat, aut epistolam sine manipulo cantat, iuxta S. Tho. g per Sylvestrum bene defensum.

a Cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. b In c. cum illorum, de sent. excom. c Verb. dispẽsatio, q. 10. parag. 10. d Cap. illud, 95. d. Rich. in 4. d. 25. a. 4 q. 1. e In 4. d. 5. & 24. & 3. part. qu. 64. art. 6. f Verb. ordo 4. q. 5. g 3. par. q. 64. art. 6.

73 *Undecimo* peccat mortaliter, qui notatus aliquo peccato notorio depositione digno suscipit ordines ante dispẽsationẽ, etiam post actã pœnitentiã. Dixi, *Notorio*; quia ad hunc effectum non sufficit esse famosum, nec testibus probabile. Notorio autem dicitur quoad hoc, quod est cõfessum à parte in iudicio: vel super quo est lata sententia, quæ transiuit in rẽ iudicatã, aut est adeo manifestum, vt nulla tergiversatione celari possit: vt est peccatũ eius, qui tam publicã habet cõcubinam, ac maritus habet vxorẽ, & publice filios alit h: & etiã illud quod scit euidẽter maior pars populi vicinorũ, aut collegij, modo in eo saltem sint decem. Itaque scientia pauciorũ quã sex non facit rẽ notoriã, neque sex, quãdo illi non sunt maior pars illius cõgregationis, cuius respectu illud dicitur notorium, quidquid dicat Sylvester i, & alij per ipsum notati contra communem Antonini m, quem Panorm. n & communis ibi, & in alijs locis sequuntur.

h Ca. veñtrade cohabit cler. & mul. & c. fi. de rẽpor. ord. i Vero notorium, q. 4 parag 4. m In d. c. veñtra, n. 31. n Ibid. n. 16.

Neque obstat id, quo nititur Sylvester, quod ex hoc sequeretur,

tur,nihil posse dici notoriũ in magna aliqua ciuitate,cũ fere nihil agatur,quod maior pars videat. Tũ quia multa fiũt tota ciuitate euidenter vidẽte: vt obseruatio festi,tormẽtorũ explosio in ouatione publica, & id genus alia. Tũ quia multa sũt in magna vrbe,quę licet nõ sint ei toti notoria,sunt tamẽ talia regioni,vicinię,aut collegio,quod satis est vt aliquid notorium dicatur. Dixi, *Depositione digno*; quia ex alijs hic effectus non oritur, iuxta Cardinalem *a*:quæ sunt adulteriũ, periurium,homicidiũ, & falsum testimonium. Dixi etiam,*Post factam pœnitentiam*;quia ad excusandum à peccato non sufficit illa sine dispensatione.

a In d.c.fin. per exempla illius text.

74 Sed dubium est, An episcopus,qui cũ eo potest dispensare, censeatur ipso facto ordinando eũ,dispensare. Ad quod respõdet Syluester *b* affirmatiue, si talis est eius intentio, licet nullis verbis vtatur. Et idem de prælato qui suum subditum ad suscipiendos ordines mittit.Quod quamuis fortassis locum habeat in foro cõscientię interiori, non tamen in exteriori, cum iuxta communem,& veram opinionem, quæ concilians Innocentiũ *c* sibi ipsi *d* tenet,quod inter Papam, & Episcopũ hoc interest, quod Papa prębens aliquid ei,quem scit iure humano ad id inhabilem,ipso facto sine dispensationis expressione cẽsetur habilem facęre,non autem Episcopus. Cuius diuersitatis ratio est, quod Episcopus non potest absque causa dispensare,Papa vero sic,vt copiose scripsimus multos referendo *e*. Nunc autem addimus ex prędicta ratione sequi, limitandum esse, quod dictum est de episcopo,vt procedat quãdo dispensat circa ius commune,non autem quando id facit circa suam cõstitutionem synodalem, cum dispensatio eius circa eam sine causa facta valeat.

b Ver.irregularis,9.78.

c In c.veniẽs, de fil.presby.
d In c.diuersis fallacijs, de cleri. coniug.
e In c.fi quãdo, de rescript. excepti0, 10.n.3. & in comm.c. nõ liceat,12. q.1.parag. 3.
f Ca.is cui,de sen.excommun.l 6.cum annotat. per Dom.ibi.
g Secundum gl.2. d.c. is cui.
h Iux.Archi. & communẽ in d.c. is cui.
i Ca.27.n.246.

75 *Duodecimo* peccat mortaliter,qui interdictus ingressu Ecclesię,diuinis officijs interest,& si celebrat,est irregularis *f*:sed nec est irregularis,nec peccat celebrãdo extra Ecclesiã *g*, nec intrãs etiã precandi causa tẽpore quo diuina officia nõ peraguntur. *h Decimotertio* peccat mortaliter,qui baptizat, quem certo scit esse baptizatum,& est irregularis,vt declaratur infra *i*. Et qui in baptismate vngit chrismate veteri eũ,qui erat extra mortis periculũ *k*. Et qui celebrat aduertẽs sumpto aliquo cibo, vel potu post mediã noctem *l*,etiam pro medicina,iuxta S.Tho.*m* Dixi, *Aduertẽs*; quia secus si non aduerteret ante missam inchoatã, licet aduerteret post eam cœptã,etiam ante consecrationem,& eam sine scandalo nõ posset imperfectam relinquere,iuxta Angelum *n*,& Syluestrum *o*,dicentes idem esse de illo,qui post inchoatam missam meminit se suspensum, excõmunicatum, vel irregularem esse,nec ob id nouam irregularitatem incurrit.

k Cap.si quis de oleo,de cons.d. 4.
l Ca.liquido, de cons. d. 2.
m Recept.3. par.q.80.a.8.
n Verb.Eucharistia,2. parag. 6.
o Verb.Eucharistia,2.q. 7.

76 *Decimoquarto* peccat mortaliter,qui aduertẽs ante missam inchoatam,se esse in peccato mortali,eoque nõ prius cõfesso celebrat,per dicta supra *a*. Dixi, *Aduertẽs*,*&c.* quia aduertens post inchoatam nõ debet à missa desistere,etiamsi absque scandalo posset,debet tamen illud ante secretã confiteri,si sine scandalo facere

a Ca.21.n.43.

facere potest, sin minus, contritus missam perficiat *b*.

Decimoquinto peccat mortaliter notorius concubinarius, aut fornicarius, qui ante pœnitentiã celebrat, & fit irregularis, quia est suspensus ipso iure *c*, saltem donec pœnitentiã agat *d*: & qui suspensus celebrat, est irregularis *e*. Idem est de diaconis, & subdiaconis *f*, & etiam de initiatis solis minoribus ordinibus, si aliquem actum sui ordinis proprium exerceant *g*, in qua irregularitate solus Papa dispẽsat, secundũ eosdem. Dixi, *Notorius*, quia non sufficit ad has pœnas incurrendas, quod sit infamatus, vel probari possit esse talis, quãuis mortaliter iuxta omnes peccet.

77 Dixi, *Ante actam pœnitentiam*, quia post actam celebrans, aut sui ordinis actum exercens, quamuis peccet mortaliter celebrando sine dispensatione *h*, vt alij peccatores notorijs peccatis depositione dignis notati, nouam tamen irregularitatem non incurrit, quam ante actam pœnitentiam celebrando incurreret, super qua solus Papa dispensat, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notorium inducit, super qua Episcopus dispẽsare potest, vt expressius alijs resoluit Ioa. Imola *i*. Dixi, *Concubinarius, aut fornicarius*, quia quoad effectum incurrendi suspensionem à sacramentis, & excludendi ab officijs diuinis idem est de fornicario vago qui cum multis se permiscet, quod de eo, qui vnam concubinam habet *k*.

78 Est autem non mediocre dubium inter recentiores: An qui audiunt missam publici concubinarij mortaliter peccent. Ad quod resolutorie dico tria. *Primum*, quod peccant illi, quorum auditio est causa, vt ille eam dicat, & sine iusta causa eam audiunt: quia mortale peccatum est præbere causam mortaliter peccandi sine iusta causa, vt dictum est supra *l*.

79 Quo fit, vt prudentię sit potius commendare missam sacerdoti bono, quam malo. Tum quia commendare illi est aliquale peccandi periculum, commendare autem huic, nullum. Tum quia licet quoad essentialia missæ, scilicet continentiam realem corporis, & sanguinis Domini, & quoad effectum operis operati pares sint missa boni sacerdotis, & mali *m*: quoad tamen preces, effectum operis operantis multo melior, & efficacior est missa boni, quam mali secundum omnes, vt diximus alibi *n*.

80 *Secundum*, quod qui probabiliter ignorat legem prohibentem, ne quis missam concubinarij notorij, aut fornicarij audiat, nõ peccat, quia ignorantia probabili iuris positiui excusatur *o*. Neque cõfessarius tenetur ad docendũ eam pœnitentem: imo imprudentiæ esset id facere, vt ait Gabriel *b*, & Rosellæ: quod nostra sententia intelligendũ est, quando cõsiderata qualitate pœnitentis, & clerici, illa admonitio nihil prodesse crederetur.

Tertium, quod scientes, aut scire debentes prædictam legem, peccant mortaliter audiendo eam. Tum per ca. *præter* d, & alia multa. Tum quia S. Thomas *e* cum omnibus fere antiquis hoc tenet, & Cardin. Turrecremata *f*, addẽs se dignissimam sententiam,

b Vt Sylu. resoluit, in q. 7. *c* Ca. præter, 31. d. *d* Cap. si qui sint 81. d. *e* Cap. 1. de sentẽn. & reiud. c. lib. 6. *f* Ca. si quis, 82. dist. & d. c. præter. *g* Iuxta Archid. in d. c. præter, parag. hac de malis & Card. Turrec. in d. parag. verum. *h* Cap. fin. de temp. ord.

i In ca. 1. col. 6. de iudic.

k Sylue. verb. concubinarius, q. 1.

l Ca. præc. n. 14. *m* Ca. intra 8. q. 1. *n* In Enchirid. de orat. & hor. canonic. super c. quando, de consec. d. 1. c. 19. n. 30. & c. 20. n. 40. *o* Cap. 2. de constit. *b* In 4. di. 13. q. 1. dub. 4. *c* Verb. clericus, 3. para. 2. *d* Ca. nullus, 32. dist. & c. si qui sunt, cum multis aliis, 81. d. c. vetera de cohab. cleric. *e* In quolib. 21. art. 8. *f* In multis locis, præsertim in dictis c. præter, & c. nullus, & si qui sunt.

tiam *g*, scilicet quod mortui in eiusmodi peccato non sunt in loco sacro sepeliendi. Quod notādum est contra eos, quibus morientibus candelam in manu tenendam tradunt concubinæ. Tum quia idem asserit Panormitanus *h*, & cōmunis Theologorum *i*, quidquid dicat Gabriel *k*, & Maior *l*, cum alijs quibusdam: nam Conc. Trid. canones antiquos super hoc latos approbat, adijciendo pœnas graviores, quam illi adiecerunt *m*.

81 *Decimosexto* peccat mortaliter, qui sacrificat extra locum sacrum *n*: & quamuis ante Conc. Trid. de licentia episcopi, vt in Manuali Hispano diximus, celebrari poterat extra illum super ara sacra portatili, alijs necessarijs interuenientibus *o*, post illud tamē nō licet episcopis illud cōcedere per decretum eius *p*, descriptū. Nec ipse Papa eam cōcedit, saltem nō episcopis, etiam in vrbe mōrantibus, neque alijs quam Cardinalibus, licet nobis in singulare beneficium ea data sit, cuius cōcedēdi pars magna fuit illustrissimus & Reuerendiss. Cardinal. Iacobus Sabellus S.D.N. Vicarius, generis Sabellorū antiquitate, reconditæ prudentiæ, & immotæ in recto cōstantię, alijsque nominibus Vrbi, & orbi gratissimus. Credimus autē quod sicut de licentia *q* poterat ante prædictum Cōcilium celebrari, propter necessitatem sine licentia episcopi, ita posset etiam hodie: quia non videtur quoad hoc esse illi derogatū per Concilium, & cōsequenter ei adhęrendū *r*. Quod est notandū pro terris, in quibus frequentissime supplicationes fiūt ad aliqua parua eremitoria prę quorū foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur, & pro primitijs seu primis missis sacerdotū, ad quas maxima multitudo, quā ecclesia capere non potest, solet conuenire. Multo minus autem posset dari licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effusio sanguinis timeri posset, etiā vrgente quauis necessitate *a*: per quod ipsum decretum videtur sublatum priuilegium Prędicatorum, & Minorum, in quouis loco honesto celebrandi, allegatum per Angelum *b*, cuius in Man. Hispano meminimus.

83 *Decimoseptimo* peccat mortaliter, qui in Eccl. interdicta celebrat, & fit irregularis *c*, & qui in polluta sanguine vel semine, non tamen fit irregularis. Et qui scienter, aut per ignorantiam crassam celebrat super ara enormiter fracta, aut non consecrata, aut in consecrata, quæ hostiam, & calicem, quo celebrat, non capit. *d* Dixi, *Enormiter*, per c. *quod in dubijs* e.

Decimooctauo peccat, qui ante recitatas horas matutinas celebrat: quia est contra consuetudinem generalem Ecclesiæ: nisi incidente aliqua repentina necessitate, ad vitandum graue aliquod damnum aut scandalum id faciat *f*. Ante tamen recitatā primam celebrari potest, nisi esset consuetudo, vel constitutio contraria, quæ etsi esset, intelligenda foret de missa maiorę, & recitatione in choro, & non de alia, secundum Angelum *g*.

Nec quidquā obest cibus, & potus sūptus post matutinas preces recitatas ante mediā noctē, modo post eam nihil sumatur,

g In d. c. præter.

h Cum communi, in d. c. vestra, & alibi sæpe.

i In 4. d. 9.

k Vbi supr.

l In d. dist. 9. & Adrian. in 4. de sacrament Eucharist. col. 3.

m In c. 14. de reforma. sess. 23.

n De consec. di. 1. c. missarum.

o Ca. concedimus, de cōsec. d. 1.

p Supr. n. 68.

q Dicto c. concedimus.

r Arg. l. præcipimus, C. de appellat.

a S. Anto. 3. par. tit. 13. ca. 6 parag 4.

b Verb. Missa, parag. 39.

c Ca. is qui in princ. & para. 1. de sen. excom. lib. 6.

d Ca. 1. cum ei adnota. de cōsecr. eccles.

e Eod. tit.

f Syl. verb. missa, q. 6.

g Vbi supra, parag. 1. & Sylu. vbi supra.

iuxta Adria *h* & alios, quos retulimus alibi *i*.

84 Et qui sine omnibus vestibus sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro, saltē cōtinente canonē, scilicet, *Te igitur*, vsque ad cōmunionem, celebrat, iuxta S. Anton. *k* etiamsi festum vrgeret, iuxta eundem ibidem: etiāsi aliter mortem vitare nequeat, secundum Caiet. *l* (quod nobis satis durum videtur) licet si celebrat, non fiat irregularis. Et potest loco cinguli stolam lōgam adhibere, & loco stolę manipulum lōgum, iuxta Palud *m* Quin etiam cingulum non benedictum adhibere potest iuxta Rich. *n* & Scotum *o*: quia cingulum, & calcei, secundum ipsos, benedici nō solent. Contra quos facit, quod etiam pro eis benedictio in Pōtificali nostro reperitur. Hæc autem benedictio ad episcopū spectat iure communi: priuilegio autem Papæ ministri, & prouinciales fratrum minorum possunt benedicere corporalia, & ijdem, & custodes, & guardiani alia ornamenta pro suo ordine, & pro monialibus S. Clarę tertij ordinis, & non pro alijs *p*.

85 *Decimonono* peccat mortaliter, qui sine aqua aut lumine celebrat *q*. Et qui cōsecrat in pane fermentato, aut corrupto, ita vt substātiā panis perdat *r*. Aut in omphacio, aut in vino adeo acido, aut adeo lymphato, vt substantiā vini amittat, & consecratio nulla est. Dixi, *Substantiā amittat*; alias secus, idem Richard *s* Et qui solum vinum sine aqua cōsecrat, licet valeat cōsecratio *t*. Et qui noctu ante lucem celebrat, iuxta omnes, excepto episcopo, secundū Paludanū *b*. Quæ quamuis nulla ratione firma videtur niti (vt alias hic dixi *c*) quia tamē vt audio, vsu recepta est, defendi posse videtur ob episcopi prærogatiuas, quas glossa prędicta refert, & quia etiam, vt nos vidimus Tholosę ab hinc sexaginta circiter annos in Gallia Aquitanica, vbi omnes fere quotidie audiebant missam, quo operarij, filij, & famuli eam audirent, lōge ante lucem incipiebant fieri missæ. Quod ipsum & in Gallia Belgica etiam nunc fieri audio. Quem vsum difficile puto relictum iri, etiam post receptū Concil. Trid. iubens horis tantum debitis celebrari: nā & de episcopi, aut alterius superioris licentia, propter necessitatē cōmunicandi infirmū morti proximū, & defectū Eucharistiæ, eā ante lucē dici posse ait S. Antoninus *d*, quem Angelus, & Syluester, & posteriores sequuntur: imo & nostra sententia tali casu etiam sine licentia episcopi absentis *e*.

Est etiam cōmuniter illicitum celebrare post præteritam notabiliter horā sextam, secundū Ioan. Andream *f*: sed nostro iudicio, minus bene. Tū quia nō est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi sine scādalo potest facere eā ante nonā. Tum quia est oblatio, & sacrificium incruentum à sacerdote in persona Christi oblatum: & idem quod ea hora ab ipsomet Christo fuit oblatum cruentum: quod quædam prima missa fuit, vt copiose probaui: & *g* frequenter id feci, præsertim diebus festis: vt ego, & mei iter facientes, & post meridiem peruenientes ad loca intenta, satisfaceremus præcepto. Cui consequens est, priuilegia de dicenda missa circa, vel post meridiem, continere

h In 4. de Euch. col. 27
i In c. liquido, de consecr. d. 2.
k 3. par. tit. 23. c. 6. parag. 6. & Direct. l. 2. tit. 7. parag. 55.
l 2. 2. qu. 96. art. 4.
m 4. d. 13. q. 2. col. 5.
n In 4. d. 13. q. 4. 2. 3.
o In 4. d. 13. q. 2.
p Compend. priuileg. ver. benedicere.
q Cap. fin. de celeb. miss.
r Richard. in 4. d. 11. art. 2. qu. 2. de 1. & q. 5.
s In 4. d. 10. *t* Ca. 1. & 2. cū glos. Arch. Cardin. & cōmun. de consecr. d. 2.
b In d. di. 13. q. 2. concl. 2. a. 2. post glos. ca. fin. de priuileg. l. 5.
c Et in c. nolite sancta de consecr. d. 2.
d 3. par. tit. 23. c. 6. parag. 4.
e Arg. c. quod non est de reg. iur.
f In c. 1. de celeb. miss. communiter recept.
g In c. solent de cōsec. d. 1. & breuius in præfato Enchi. de orat. ca 3. nu. 44. & c. 61. n. 31.

ius commune, & tantum prodesse ad sedandos animos scrupulosorum, qualia esse etiam alia multa diximus *h*.

h In d.e quãdo, de consec. d.1.c. 3.n.57. & c.19 n. 84.

86 Nec videtur obstare prædictũ decretum *i*, quatenus prohibet, ne sacerdotes alijs horis, quã debitis celebrent: qui id intelligendũ est de horis ante lucẽ, vel post nonam, qua prædicta oblatio Christi consummata fuit: nam & in Quadragesima dici debet post nonam, quam cõstat esse tertiam post meridiem, & horam cœnandi in die ieiunij, vt docet S. Thomas *k*. Consequẽter videntur sublata priuilegia Sixti IV. Innocent. V. & Leonis X. de dicenda missa ante horam legitimam, quorum tenores in Manuali Hispano hoc in loco relatos prętermitto.

i Sess. 22.

k 2.2.q. 147. art. 7.

Ad nouæ autem quęsitũ de presbytero nõ potẽte finire missam cœptam, respõdeo *primo*, quod potest relinqui imperfecta, si nõ erat facta cõsecratio: quia ca. *nihil* l, quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectum, intelligitur sine iusta in id causa: nam infra *a* dicetur missam cœptam relinquendam etiam superueniente excommunicato qui nolit abesse.

l 16.q.1

a In c.27 nu. 13.

Secundo, quod si facta sit consecratio, est perficienda per aliũ ieiunum, qui continuabit eam à loco, in quo alter reliquit *b*, vel per non ieiunum, si deest ieiunus: quia maioris momenti est præceptum de missa post consecrationem per aliũ presbyterum perficienda, quod est diuinum, aut diuino proximum *c*, quam de communicando ieiune, quod est humanum *d*.

b Dicõ. cuiper non ieiunum, bib.

c Ca. compe. simus, & c relatum de consecr. d.2. d C liquido ad. d.

Tertio, quod quamuis nec prędictum cap. *nihil*, nec ei concordantia pręcipiant, vt alius presbyter eiusmodi casui præsens teneatur illam perficere: arbitror tamen teneri, etiamsi non esset ieiunus, debere eq; se vestire sacras vestes, & concipere cõtritionem, & confiteri, si opus foret, & copia id faciendi adesset: tum ad euitãdum scandalum, quod ex ea imperfecta oriri posset: tũ ad conseruandum tãti sacramenti honorẽ, ad quod longe magis tenemur, quam ad seruandas fortunas proximi: quas tamen, si sunt notabiles, pręcipimur seruare, saltem quum cõmode possumus, per citata alibi *e*, & redacta in summam supra *f*.

e In cõmene c. non in inf. rendo, 13. q. 1.

f Ca. præced. n. 25.

Quarto, quod non est tamen perficienda per laicum, nec per clericum presbytero minorem: quia non potest *g*.

g Arg c. 1. parag. fin. de sum. Trinit.

87 *Vigesimo* peccat mortaliter, qui pluries quam semel eadem die celebrat *h*, (per quod probatur recte dici facere missã, quod moneo, ne quis male consulat eam phrasin, qua interdũ vtor, & grauiter vtitur *i* illustrissimus Cardinalis Sabellus.) nisi in septem casibus *k*, iuxta Paludanum, & S. Antoninum *l*. Primus die Natiuitatis, in quo tres dici possunt *m*: quarum dicendarũ optimus modus videtur, vt prima media nocte, secũda diluculo, tertia hora tertia dicatur: quãuis etiã bene dicãtur interdiu omnes tres sine intercapedine, aut cũ ea: sed ante lucẽ non potest dici recte, nisi vna, vt post Angelũ *n*, & Syluest. *o* diximus *p*. Secũdus casus est, quãdo superuenit dicta iã missa aliqua persona notabilis, veluti episcopus, quẽ singulis diebꝰ decet eã audire, vel di-

h Ca. consuluisti, de celebr. miss. & c. sufficit, de consecr. d.1.

i In edict. reform. cleric. cõrum.

k in 4. d.15. q.2.

l 3. part. tit. 13. c.4. parag. 4.

m Dict. c. nocte sancta.

n Ver. missa parag. 40.

o Ver. missa 1. q. 6. & 7.

p In d.c. nocte.

q Dict. c. fide prin. l. 6.

cere *q*. Et eadem, vel maiori ratione, cum superueniunt peregrini, etiamsi non sint tanti status, si præcepto illo die ad audiendam missam teneantur. *Tertius*, cum repente post dictã missam corpus defuncti occurrit sepeliendum, & consuetudo habet, ne sepeliatur sine missa, quando ea celebrari potest. *Quartus*, quando aliquis ita ęgrotat, vt communicare necessario debeat, & non est Eucharistia. *Quintus*, cum quis præest duabus ecclesijs vnitis duabus missis indigentibus, & nõ est alius qui alterã dicat. *Sextus*, ob nuptiarum benedictionẽ. *Septimus*, cum occurrit causa, quę iusta videatur ad hoc arbitrio boni viri *a*, quod habet licitum esse celebrare pluries quam semel vrgente necessitate.

a Per d. c. cõsuluisti.

88 *Notandum* tamen, quod neque in prædictis casibus est licitum, si sacerdos, qui semel celebrauit, nõ est ieiunus, etiamsi nihil præter solitam calicis purificationem sumpserit: neque si iã eodem die duas dixit, excepto die Natiuitatis: neque si adsit alius sacerdos, qui possit, & velit illam missam necessariam dicere, iuxta communem prædictorum. Notandũ est etiam omnibus diebus missam dici posse *b*, exceptis feria sexta, & sabbatho hebdomadæ sanctæ *c*. Nec obstat consuetudo, quam cõtrariã in sabbatho sancto videmus: quia missa, quę nũc in illo dicitur, nõ est eiusdem diei, sed noctis resurrectionis: quamuis eam paulatim imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens ad horam reliquarum retraxerit, vt significat collecta, quæ incipit: *Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c.* *d* In sexta vero feria sancta nec dicitur, nec dici debet, nec publice, nec secreto, sed solum suscipitur hostia, quę ex præcedenti die consecrata remansit. At die Iouis sancto, aut feria quinta eiusdem hebdomadæ, & publice, & secrete dici potest, quia id nullo iure prohibetur: imo dictum ca. *sabbatho*, bene ponderatum, permittit, licet illo die fere omnes à celebrando abstineant: alij ob defectum commoditatis, quia in illo die Sacristæ altaria denudant: alij quia falso putant non licere: alij ob auditionem confessionum.

b Ca. visum de consecr. dist. 1.

c Cap. sabbatho, de consecr. dist. 3.

d Et in prædicto Euchirid. siue Manual. de ora. ca. 3. nu. 43. probauimus.

Vigesimoprimo peccat presbyter, qui nõ celebrat sine iusta causa, saltem ter, aut quater in principalibus festis anni, in quibus laici religiosiores communicare solent *e*, vt latius tradimus in d. Enchirid. de orat. *f* etiamsi non habeat curam animarum, nec alia ratione, quam presbyterij sit obligatus. Quin Concilium prædictũ *g* iubet Episcopis curare, vt presbyteri saltem dominicis, & festis solemnibus sacrificent, & qui curam habent animarum tam crebro, vt muneri suo satisfaciant. Per quod tamen ante præceptum Episcoporum, non videtur presbyter teneri pluries ad missandum, quam ante Cõcilium: quum id non præcipiat, sed tantum curam ad id agendi Episcopis committat.

e S. Thom. 3. part. q. 82. art. 10. & Rich. in 4. d. 13. art. 2.

f Arg. c. dolentes, de celeb. miss.

g Sess. 23. ca. 16.

89 *Vigesimosecundo* peccat is, cuius negligentia sanguis in terra, aut altari effunditur: & quid sit tunc faciendum, statuitur *h* in hæc verba: *Si per negligentiam aliquid de sanguine Domini stillauerit in terram, lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula,*

h In c. si per negligentiam de cõsec. d. 2.

vt non

vt non conculcetur, locus corradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur: & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum, viginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Ex quo infertur non debuisse eremare ob hoc quædam corporalia pretiosa amicum cuiusdam, qui è longinquo me super hoc consuluit.

Vigesimotertio peccat mortaliter, qui reliquias sacramenti, quę in calice, aut in patena remanēt quālibet exiguas, post absolutionē sumit, iuxta mentē Paludani *a*, & Rosellæ *b*: quod est verum, si ex interuallo id faciat: secus si in cōtinenti, vt neruose probat Caietanus *c*: quia quę in continenti fiunt, inesse videntur *d*. Quare quas ex interuallo inuenerit, custodire debet in alterum diem sumendas, aut certe ministrare eas alicui ad communicādum dispositō, iuxta eosdem. Porro humor in calice remanēs post sumptionem sanguinis, quoad omnino exsiccetur, magna cum reuerentia tractandus est, quia ibi est sanguis D. N. Iesu Christi: & ideo prima ablutio facienda est vino, & summa cum reuerentia sumenda *e*: & quamuis post sumptionem corporis, & sanguinis aliqua particula hostiæ in ore remāserit, licite potest sumi ablutio, licet ea prius deglutiatur: quin & toties potest sumi, quoties opus fuerit ad hostiam deglutiendā: quod decentius videtur, quam ad id digitum ori inferri, secundum Rosellam *f*. Et si sumpto sanguine, aliquid hostię in calice manserit, debet eam digito ori calicis admouere, & ante mixtionem vini sumere, iuxta Scotum *g*. Decentius tamen videtur, quod Ang. dicit *h*, quodque ego soleo facere, scilicet, vt vinum infundatur, & simul cum particula hostiæ sumatur *i*.

91 Præterea notandum, quod cum post hostiam sumptam, volens sumere sanguinē, aduerterit nihil, aut solam aquam esse in calice, debet secundū Scotum *k*, accedere ad cornu altaris, quasi ablutionē accepturus: & sumpto vino, & aqua vel solo vino cū aqua, quę remansit in calice, redire ad mediū altaris, & ibi consecrare, incipiēs ab illis verbis: *Simili modo, &c.* prosequēs vsque ad illa: *Vnde & memores, &c.* alijs prætermissis, ne populus propter moram errorem intelligat, sanguinem Domini cum reuerētia percipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi. Quę praxis videtur præstare praxi S. Thomę, qui *l* censuit, quod deberet alterā hostiam non consecratam cum nouo vino aqua mixto sumere, & incipiēs vers. *Qui pridie*: cōsecrare sub vtraque specie, & missam in finem vsque prosequi, perinde ac si alterā hostiā nō cōsecrasset, nec sumpsisset, neque aquā calicis degustasset. At si is, cui hoc contingit, ignorat præceptum Ecclesię: quo qui celebrat tenetur sub vtraque specie cōsecrare, & sume-

a In 4. d. 6. q. 1. in fin.
b Verb. Eucharistiæ, 3. para. 13.
c 3. tom. de celeb miss. q. 1.
d l. lecta, ff. de reb. cred.
e Ca ad parrem de celeb. miss.
f Ver. Eucharistia, 7. para. 12. Sylue. c. q. 8.
g In 4. d. 8 q. 3.
h Verb. missa, parag. 20. & Syl. ver. Eucharistia, 1. q. 9. & Eucharistiæ, q. 8.
i Arg. d. l. lecta, ff. si cert. petat, & l. cōtinuus, ff. de verb. oblig.
k In 4. d. 2.
l In 3 par. q. 83. a. 6.

re *a*, aut inopinato casu perturbatus non suscipit, nec cōsecrat vinū, nō peccat ob id mortaliter, iuxta Adrianū *b*. Subnotandū item, quod qui multas hostias consecrandas accipit, & memor tantum illius quam manibus tenet, verba cōsecratoria profert, omnes consecrat: quia quamuis non habeat intētionem actualem eas consecrandi, habet tamen virtualem manantem ex actuali quā habuit cōsecrandi quādo illas accepit cōsecrandas *c*.

Vigesimoquarto peccat mortaliter, qui aliquam pecuniam accipit ad per se, vel alium dicendas missas, & facit eas ab alijs dici, aliquid sibi retinendo de pitantijs pro eis tradendis, secundum Maiorem *d*. Contrarium tamen sentit Sotus *e*. Nobis vero videtur, quod opinio Maioris procedat, quando qui pecuniam accipit, non habet vllum officium ob quod lex, aut consuetudo aliquod illi stipendium pro eiusmodi cura ex quaque pitantia missæ constituit, impensis eorum, qui eas dicere debēt: quia licet omnes sibi commissas dicere faciat, non tamen quantum debet eas dicentibus persoluit, & sic iniustitiam committit. Soti vero, quando est persona quæ officium præfato modo habet, & etiam quando qui dat pecuniam, dat plusquam ad salaria ordinaria sufficit, cum voluntate saltem tacita, vt quod superest retineat sibi pro cura, & industria, quam ei rei impēdit *f*. Cuiusmodi videntur esse aliquot parochi, & sacristę, quibus consueuerunt commendari missæ dicendæ, & tradi eleemosynæ pro dicturorum pitantijs.

92 *Vigesimoquinto* peccat mortaliter, qui obligatus ad dicēdam missam pro aliquo, non applicat ei totam illam eius partem, quā tenetur ei applicare. Tum quia, vt diximus *g*, vna missa pro multis dicta non tantum valet cuilibet eorū, quantum valeret dicta pro eo solo. Tū quia secundum Scotum pulchre *h* hac de re differentem, triplex est valor missę: scilicet, generalis, qui debetur toti Ecclesiæ iuxta intentionem illius: medius, qui ei pro quo dicitur: & specialis, qui dicenti: & ita qui totū valorem generalem non applicat toti Ecclesię, secundū ordinationē eius, & qui non applicat totum mediū ei, pro quo dicit, peccat: quia iniustitiā cōmittit, quamuis valorem specialem sibi debitū iuste possit applicare sibi, vel alij cui voluerit: siue addat plures collectas, quā debeat, siue nō, iuxta Maiorē *a*, cui consentit ibidē Vuend. *b* Gabriel, licet pugnare videatur in hoc vltimo Scoto *c*. Quę tota est doctrina singularis, vsu Ecclesię merito recepta: licet S. Th. *d* & post ipsum Syluester *e*, & Caietanus *f*, & nō nulli alij aliud tenuerint. Tum quia qui tenetur ad dicendum vnam missam alicui, siue quia liberaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicēda pitantiā accepit, nō satisfacit illi eam etiam pro alio dicēdo, nisi ille tacite, aut expresse consentiat, vt *g* cum cōmuni diximus. Tum quia paupertas dicentis non sufficit vt pro vna missa duæ pitantiæ capiātur, quamuis Sotus *h* contra minus bene teneat. Tum quod nullo ad id textu, ratione, vel alio

a Ca. relatum de conse. d. 2.
b In 4. de sacrā. Euchar. col. 23.
c Scot. in 4. d. 12. & Ange. verb. Euchar. 2. parag. 27. Panor. cum communi in c. sacerdos, de offi. ord.
d In 4. d. 45. q. 3.
e Li. 5. a. 1. de iust. & iur.
f Arg. c sciēti non fit iniuria, de reg. iur l. 6.
g In Enchirid. de ora. c. 20. nu. 75. & in c. visum, de cōse. d. 1. & c. nō mediocriter de cōsecr. d. 5. & infra eo. nu. 111.
h Quolib. 20.
a In 4. d. 45. q. 2. ar. 4.
b In addi. ad 4.
c Vt supra. d 3. part. q. 76. ar. 5.
e Ver. missa 1. q. 9.
f In opuscu. tom. 2. tract. 3. de coleb. miss.
g Vbi supr.
h Li. 9. q. 3 a. 1. de iust. & iur.

alio auctore fulcitur. Tum quod ipsemet ait *i*, quod qui habet vnde sustentetur, duas pitantias pro vna missa accipere non potest: & paupertas dicentis non tollit iustitiam nec debitū alterius *k*. Tū quod Ecclesia non instituit missas ad alendos pauperes clericos: imo sanxit, vt nullus pauper ordinaretur *l*: & qui ordinatus in paupertatem inciderit, aliqua arte, siue agricultura sibi victū quęrat *m*. Tum quod non obstat illud *n*, *Qui altari seruit, de altari viuat*, per ea quę ad intelligentiam illius diximus *o*: & quia quilibet sacerdos plus in alijs quāin dicenda missa Ecclesię seruit: siquidem vt minimū horas canonicas recitat *p*, & ideo non tenetur ei victum præbere solus ille, pro quo celebrat: & quia quælibet pitantia dari solita communiter, sufficit pani, & vino emendis, quibus solis, quinimo pauciorib⁹ multi laici etiam coniugati sustentantur, tota die laborantes. Ex quibus infertur responsio ad noue quęsitum, scilicet quod neque parochus, neque alius qui tenetur dicere missam pro vno, satisfacit dicēdo pro illo, & alio, nisi de consensu eius, pro quo tenetur expresso vel tacito: qualis colligitur ex cōsuetudine seruata in parochia, vt parochus dicat missam publicam de defūctis pro parochiano defuncto sepeliendo, vt sentit Scotus *q*.

i In eod. att.
k Arg. c. ex tenore de foro comp. & c. denique 14. q. 5.
l Ca. non liceat, c. episcopus, c. tuis, & c. cum secundum de præb.
m Ca. cler. victum 61. d.
n 1. ad Cor. 9.
o In c. 1 cum secundum.
p Cap. 1. cum eis adnot. de celeb. miss.
q In d. quælibet. art. 2.

93 *Vigesimosexto* peccat mortaliter excōmunicatus, interdictus, aut suspensus suspensione maiore, qui aliquem actum particularem, & proprie siue specialiter ad suum ordinem pertinētem exercet: & fit irregularis, in quo solus Papa dispensat *r*, cū moderatione adhibenda infra *s*. Et qui missam, aut alia diuina officia celebrat in loco nō interdicto coram personis interdictis, & est ab ingressu Ecclesiæ suspensus *t*, & si stante illa suspensione celebrat, fit irregularis, *u*

r Ca. is cui de sent. excōm. l. 6.
s Ca. 27. num. 244. & seq.
t Cap episcopū, de priuil. l. 6.
u Dicto ca. is cui.

94 Quod quantū ad suspensionē, & irregularitatē intelligēdum est de exempto à iurisdictione ordinaria, & non de nō exēpto: quia cap. *episcoporum*, quod de hoc loquitur, non comprehendit non exēptos, iuxta opinionem Archidiaconi ibidē receptā per Dominicum Perusinū, & Ioan. Colon. & Villadrego *a*: quo non nullos cōsolati sumus: quamuis S. Anton. *b* & aliqui Summistę sequantur glossam eiusdem cap. quæ oppositū tenet, non perpendentes Ioan. And. eius auctorem super eadem glossa postea ob multas rationes tenuisse quod à nobis dicitur.

a De irregular. col. 7. & Cardin. consil. 4. de sen. excom.
b 3. part. tit. 25. c. 1.

95 *Vigesimoseptimo* peccat mortaliter clericus vnius Ecclesiæ, qui clericos alterius Ecclesię ad diuina officia tēpore interdicti generalis admittit, iuxta opinionē Archidiaconi *c*, quā obseruari in Gallia vidimus. Cuius tamen contrariam Ioan. Andreæ, quæ in tota Hispania obseruatur, veriorem iudicamus.

c In c. alma mater, de sen. excom. lib. 6.

Vigesimooctauo peccat mortaliter, qui interdicta generalia, aut particularia (de quibus *d* dicetur) non prout debet obseruat, & qui aliquem excommunicatum, aut nominatim interdictum, aut manifestum vsurarium sepelit, & est excommunicatus *e*, de quo *f* dicemus.

d In ca. 27.
e Clem. 1. de sepul.
f C. 27 n. 168. & seq.

96 Vige-

96 *Vigesimonono* peccat mortaliter, qui non habens ad id facultatem scienter, aut per ignorantiam crassam confessum à casibus, & censuris, à quibus non poterat, excepto mortis articulo, absoluit, sed irregularitatem non incurrit, nec aliam censuram, tenetur tamen monere sic absolutum, si commode, & sine scandalo potest *g*. Et qui commutat vota, aut in eis absque auctoritate dispensat, vt dictum est supra *h*.

g Sylu. verb. confessor. 3. in prin.

h Ca. 12. n. 72.

87 *Trigesimo* peccat mortaliter clericus ordinis sacri, aut beneficiarius, monacha, vel monachus, qui deputatus ad chorum omittit, vel vult omittere per totum diē horas canonicas aut aliquam partem notabilem earum: aut notabiliter male eas recitat, sine proposito iterum recitandi, absque iusta causa, aut absque attētione necessaria: quia vt probauimus alibi *i*, hæc tria hominum genera tenētur ad legitime recitādas omnes horas canonicas singulis diebus *k*, adiuncta ratione Sancti Antonini, qua probat ad id teneri monachos. Dixi, *ad chorum*; qui enim profitetur ad alia obsequia extra chorum, puta bellica, vel ad alia opera seruilia, non tenetur ad illas, sed ad alias illarum loco eis ab ordine statutas. Dixi, *omittit vel vult omittere*; quia toties peccat mortaliter, quoties id facit, vel deliberat id facere *l*. Dixi, *per totum diem*; quia licet peccet qui eas non recitat, etiā priuatim extra, aut intra ecclesiā horis debitis sine aliqua causa (vt probamus *m*) non tamen peccat mortaliter, si ante mediā noctem eas dicat, vt post S. Antonin. ibidem *a* probamus *b*: addētes *primo* melius esse anticipare illas, quam postponere, quando per occupationem debitis horis dici nequeunt: quia illud prouidentiæ, hoc negligentiæ videri potest. *Secundo*, non esse peccatum, imo meritum propter honestas occupationes matutinas horas vespere præcedenti recitare, & mane vsque ad nonam inclusiue, & post meridiem reliquas simul *c*: quia vt ait S. Th. *d* melius est anticipare laudes Dei, & postea alium actum studiosum agere, quam vnum per alterum impedire: quamuis anticipans, vt voluptuosius mane dormiat, venialiter peccet *e*.

i In Ench. de orat. c. 7. n. 2. & 4.

k Arg. c. 1. de celeb. miss. & c. fin. 92. dist.

l Arg supra dictorum, in c. 11. n. 2.

m In d. Ench. c. 3. n. 45. per clem. 1. de celeb. miss. & per c. 1. eod. tit. vbi Ioan. And. id sentit. 4.

a 2. par. tit. 9. c. 12. para 3. & 5.

b In d. Ench. c. 3. n. 97.

c Arg. ca. 1. de cele. miss.

d Quodlib. 5. ar. 28.

e Arg ca. clericus, 1. 91. d.

98 Dixi, *Partem notabilem*; quia omittere paruam, puta, vnam dictionē, aut partē versus, etiā sine voluntate repetendi, non est plusquam veniale: modo nec ob cōtemptum, aut cum notabili scandalo omittatur, per dicta alibi *f*, quidquid sentiat S. Anto. Dixi, *Sine proposito supplendi*; quia cū eo ne veniale quidem est aliquam partem notabilē cum aliqua causa omittere, veluti ob tussim, collocutionem, aut responsionem ad aliquam rem necessariam recitando cum alijs non expectantibus. Dixi, *Aut notabiliter male recitat*; propter eos, qui toties contrahūt syllabas, dictiones deglutiunt, & suos versus incipiunt, antequam ij, quibus cum recitant suos absoluāt: quod est graue peccatū, & omniū, quę in horis recitandis, & cantandis admitti vidi, frequentissimum: & propter eos qui recitant cū iis, qui toties hoc faciūt, vt iudicio boni viri fiat notabilis cōfusio: ij enim mortaliter

f In d. Ench. c. 30. n. 18. in fi. & supr. c. 11. c. nn. 2.

g 2. par. tit. 9. c. 12. para. 3.

liter peccant: quamuis qui parum, non nisi venialiter, per dicta ibidem *b*.

h In d Ench. c.10.n.11.per clem.1.de celeb.miss. & dolētes, eod. tit. & in statutis ecclesiæ Gallicanæ, tit. Qualiter horæ.

99 Dixi, *Sine proposito eas iterum recitandi*; quia qui cum eo recitat, & postea iterū eas repetit, nō peccat mortaliter: vt faciebāt quidam amici mei, qui moniti à nobis, quod nō satisfacie bant recitando cū prælatis, & alijs balbutiētibus, & versus notabiliter anticipātibus, verentes eos monere, ne suos versus anticiparent, excusabant se, dicentes se sic recitare cum proposito iterum bene recitandi. Nō etiam peccat mortaliter, qui per obliuionem, aut inaduertentiam aliquam horam, aut eius partē notabilem omittit, aut horam, quā prius recitare debet, posterius recitat: veluti qui prius tertiam, quam primam, aut prius aliquem psalmum, hymnum, aut lectionem posterius dicendā: imo nec tenetur ad ea iterum recitanda, neque parte omissa suppleta ad prosequendum omnia quę postea dixit: satis enim est supplere per obliuionem aut in aduertentiam omissum *i*.

i Pala. in 4. c. 15. q. 5. art. 2.

100 Dixi, *Sine causa iusta*; quia sunt etiam aliquot causæ excusantes. *Prima*, infirmitas eiusmodi, ob quā directe vel indirecte precum recitatio infirmo noceret, iuxta Innocentium, & Hostiensem *a*: quod videtur intelligendum de nocumento notabili, quod sequeretur nō solum recitando horis debitis, sed etiā ante vel post illas, vsque ad mediam noctem, & etiam recitando cum socio, si eum haberet: & alias nō, vt diximus *b*: inferentes febrim, quę statis horis recurrit, nō excusare illum ante, vel post illas cōmode dicere valentem: nec consequenter febrim quartanam, aut aliam leuem *c*, nec aliam, quę nō impedit colloquia grauia, & negotiorum, ac rerum grauium ordinationem, vt dixi. Quo fit, vt arbitrer multos nimis facile se excusare. Equidē non sum ausus excusare me ob ægritudinem à pronuntiandis horis, nisi vno vel altero die spatio 70. circiter annorum, quibus recito: licet quinquies conclamatus fuerim. Porro, vt non est opus repetere post ægritudinem horas in illa omissas *e*, ita non est opus eas ab alio recitāte audire ægritudinis tempore *f*, nec aliud sentiunt Innocentius, & Hostiensis *g*, quidquid dicat Gerardus *h*, & monstrauimus vbi supra *i*. Neque est necesse loco horarum mente Deum precari, quidquid dicat Maior *k* sine textu, aut ratione concludente.

a In c.1. de celeb. miss.

b Vbi supra, 12.n.1.

c Hostien. in d.c.1. de cel. miss.

d In d.c.11. n.4 & 5.

e Ioan. Inn. & Hostien. recentes, in d.c.1.

f Paludan. in 4. d.11.q.5.a.2. concluf.1.

g In d.c.4.

h De assiduitate orand. col.4.

i Ca.11.n.3.

101 *Secūda* causa à recitādo excusans, vt *l* diximus, est occupatio repentina, aut quæ sine scandalo, aut peccato omitti nō possit, iuxta Henricū de Gandauo *m*, cui satis cōsentit Maior *n*, & Syluester *o*: vt si necesse foret horas omittere ad se dandos populi tumultus, qui excitantur: aut ad cōcionē, quę sine scandalo aut magno damno omitti non potest, necessaria parentur. Et idem quando occurrit necessitas habendi prælectionem in concursu publico, vel cōclusionum defensione, quę recte facere plurimū reipublicę, vel priuatæ interesset, & eorum studium, & precum recitatio se nō compateretur, vt prefati sentiunt: quamquam

k In 4 d. 12. q.6 post. argum. 10.

l Vbi supra.

m In quolib. 16.q.92.

n In 4.di.12. q.3. co. 4. & super Mat. c. 6 col. 12.

o Verb. hora q.fin.

nos,

nos,gratia Deo,ad hunc vsque diem numquã earum recitationem ante,vel post eiusmodi actus omisimus, etsi frequeter nobis occurrerũt:neque ob geminas in die lectiones,quas multis annis Tholosę,& Caturci primũ,deinde Salmanticę,&Conimbricæ habuimus:nec ob quaternas toto anno in Gallia singulis diebus etiam festis,exceptis Virginis matris, Dominicis, & Apostolorum habitas. Nec facile cõsuleremus alteri,qui recitando partem ante signatum concionandi,vel prælegendi punctũ, & partem post concionem, vel lectionem,& partem inter studendum,satisfacere potest,attento quod sine ope diuina nihil, & cum ea omnia fieri possint, iuxta illud Pauli *p*: *Omnia possum in eo,qui me confortat, qui est Christus.*

p Ad Philip. 4.

Tertia causa defectus Breuiarij, siue id sua culpa, siue absque ea contingat: quia quamuis peccet Breuiarium sibi non cõparando,non tamen peccat non recitando, quum id præstare nequeat:modo iuste pœniteat illud non comparasse *a*.

a Arg.l.impossibilium, 1.ff. de reg. iur. & c. nemo ad impossibile, eod.tit.l 6.

102 *Quarta* causa est dispensatio Papæ,iuxta Cardinalem Turrecremată *b*,neque aliud sentit Cardinalis Florentinus *c*:quamuis illi ita visum fuerit, vt *d* diximus admonendo,quod quãuis Papa in hoc dispensare possit,rarissime tamen solet,nec cuiquã ea(mea sententia)expedit:expertum enim est,benignitate Dei fieri,vt nihilominus quis proficiat in sui muneris fũctione recitando eas horis animi causa consumendis,quam omittendo. Vbi etiam probamus neminẽ à recitando excusari,eo quod iudeat,inseruiat, vel peregrinetur, quidquid dicat Gerardus *e*,& Abbas antiquus *f*,vt diximus *g* copiosissime *h*:quod neque excommunicatio etiam denuntiata à recitando seorsim excusat *i*. Et *k* quod neque tenuitas beneficij excusat *l*,quidquid Sotus *m* dicat:tum quia solo suo arbitrio nititur: tum quia tituli beneficiarij acceptatio, & non quantitas reditus ad id obligat:tum quia sibi debet imputare quod accepit illud, præsertim si permittitur dimittere,& non desit qui velit illud accipere.

b Vbi supra nu. 9.
c De assiduit. q.and.q.9.
d In c.1. de celebr. miss.
e In d. enchirid.
f Ca.7.n.18.
g Ca. presbyterum,28.d.& c.2.& eod de cler. ann. iniust.
h Num.27.
i Per gloss. sing.in c. clãdo eccle. vidu,91.d.
k Lib.18.de iust.& iur. q.6.a.3.
l In d.c.7.n.28.

103 *Quinta* est,quod nõ teneatur ad hoc nisi ratione beneficij, & quod eius nullos fructus nec per se,nec per alium capiat,nec capere possit,nec in posterum capturus sit ob illud tempus, vt dixi *n*. Addo, *Nec per alium,* propter multos pueros,& alios familiares,vel amicos,quorum patres,heri,vel amici pro illis capiunt:quia isti non minus,quam si ipsi caperẽt,tenentur *o*. Addo, *Nullos*; quia quamuis non nisi distributiones quotidianas capere,ad illud tenetur,iuxta eosdem. Addo,*Neque capere possit*, propter eos per quos fiat quominus capiant,non accipiendo possessionem,vel non residendo.

m Lib.18.de iust.& iur. q.6.a.3.
n In d.c.7.n.28.
o Reg.qui per aliũ l.6.

104 Addo,*Neque in posterum capturus sit*, &c. quia si litigaret,& habita sententia fructus sequestratos, aut ab aduersario perceptos obtinere deberet, tenetur secũdum omnes,quãuis possessionẽ nõ accepisset,nec accipere posset,quidquid Cardinalis S. Sixti,& Paludanus,tamquã magis Theologi,quã Canonistę in hoc

hoc senserint: quia fructus percepti, saltem post litem contestatã, debentur vero beneficiario si vicerit, quamuis cõtra possessorem de proprietate litiget, tã in rebus spiritualibus, quam profanis *p*. Vnde infertur, non excusari eum, qui in pensionem omniũ fructuum cõsensit ei, qui in suum fauorem beneficium renuntiauit (quod quotidie fiẽbat olim, nunc autẽ sub S. D. N. Gregorio XIII. nunquam, aut rarissime) quia vere beneficiarius est, & habet possessionem beneficij, aut per ipsum stat quo minus eam habeat, & si vult potest aliquos fructus capere: quia potest seruire, & ad mercedem sui seruitij cogere eum, cui omnes fructus reseruati sunt: fructus enim illi solum intelliguntur, qui reliqui sunt deductis oneribus *a*. Oppositum tamen nobis ibi visum fuit, & hic videtur de eo, qui consensit, vt renuntianti omnes fructus, & omne seruitium, & administratio beneficij reseruarentur: quia is nil potest percipere, neque seruire nolente pensionario, quæ est cõclusio quotidiana, & singularis.

p Decis. Rot. 24. in nouis, per notata, in c. grauis, & per Inno. in c. in literis restit. spol. l. certum, C. de rei vendi. & l. ex diuersõ, ff. eod.

a l. fructus ff. solut. matr. cum nota. ibi per Feli. in c. ad nostram, de iureiu.

105 Dixi in principali conclusione, *Sine necessaria attentione*; quia eius defectus est mortalis, vt probauimus alibi *b*.

b In d.c. 3. per illud c. & per c. dolentes, de celeb. miss. & alia multa.

Porro, attentio necessaria cõsistit in habendo à principio horarum propositio actuali, aut virtuali ad eas attendẽdi, & postea actualiter, aut virtualiter attẽdendo aliqua attentione sufficienti, quæ est tripiex *Prima*, verborum, ne alia pro alijs, aut cõfuse, aut irreuerenter dicantur. *Secunda* rerum significatarum per ea. *Tertia* personarum ad quas diriguntur, puta Sanctissimę Trinitatis, Angelorũ, ac Sanctorum eius, & rerum petitarum ab eis, puta beatitudinis, gratiæ, charitatis, fidei, spei, & aliarum virtutum, vt clarius alijs *c* diximus, addentes, quod harũ trium attentionum secunda est melior prima, & tertia secunda. Item, tertiã omnibus esse cõmunem, & etiam primam fere omnibus, sed secundam solum callentibus idioma quo horæ soluuntur.

c In Enchir. de orat. c. 13. n. 4.

106 Non abs re autẽ addidi, *virtuali*; quia vt *d* dicebamus, sufficit virtuale: quale habet qui petit, vel accipit Breuiariũ animo huic obligationi satisfaciẽdi, aut eundi ob id ad Ecclesiã, & alia similia: ita vt interrogatus, quare peris, aut facis hęc, vere respõderet, ad recitandi obligationi satisfaciendũ, iuxta ea, quæ post alios, præsertim Maiorem scripsimus *e*: quod tamen propositũ actuale, aut virtuale tollitur per propositũ actuale, aut virtuale nõ attẽdẽdi: quale habet expressim, qui nõ vult attẽdere, & tacite, qui aduertit se euagari cogitãdo res à sua precatione alienas, & ad nullam dictarũ attentionũ animum reuocare nititur, iuxta communem: & etiam qui deliberate se occupat in rebus exterioribus omnibus tribus prędictis attẽtionibus impatibilibus, attenta saltem industria recitantis, & ita se occupantis.

d In d.c. 15.

e In d.c. 13. & in ca. inter verba, 12. q. 3. nu. 309.

107 Vnde *f* intulimus, eũ qui scribit, aut legit aliena ab ijs quæ recitat, cõmuniter peccare, etiam mortaliter, si deliberate id faciat, recitãdo partẽ notabilẽ precũ debitarũ, saltẽ sine proposito iterandi: quia scribere, aut legere aliena ab eis quę recitãtur, est opus

f In d.c. 23.

est opus exterius, quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. Addidi, *Communiter*; quia necessitas, vel vrbanitas respõdendi alicui, vel subscribendi epistolę, vel aliud simile faciendi, excusaret eum qui cum alijs recitaret, & proponeret suppletre postea, quę socij, dum ipse scribit recitant. Addidi, *Deliberate, & recitando partem notabilem*; quia faciens illud nõ aduertendo esse ita contrarium recitationi, aut solum dum quid paruum recitatur, non peccat saltem mortaliter *a*.

a Per supra dicta.

Ad *primum* circa hoc noue quęsitũ respondeo, ita licere officiũ matutinum diei sequentis recitare etiã ante solis occasum, sicut post illum toto horarum diei penso persoluto, vt post Caietanum dixi *b*. Ad *secundum*, quod non satisfacit recitans per Breuiarium nouum trium lectionum sine dispensatione: quia sine illa non est iustus modus recitandi horas canonicas, vt ex eius proœmio patet, & dixi alibi *c*. Ad *tertiũ*, quod nõ satisfacit quis recitando per Breuiarium cuiuscunque diœcesis, nisi esset ordinatus ad solum titulum patrimonij, & careret beneficio *d*.

b In d. Enchirid. c. 3.

c Vbi sup. c. 19. n. 205.

d Secundum dicta. c. 1. 2. c. 8

108 Porro, supradictis non est locus in clericis minorũ ordinũ tantum, si nõ sunt beneficiarij, vel monachi, vel pensionarij iure namque cõmuni ad nihil determinatum recitandũ tenentur, nisi cum ordinantur, promittãt, vel ordinatori præcipienti consentiant dicere aliquid: vt fieri solebat ab hinc circiter septuaginta duobus annis in Celtiberia, cum primum primam tõsuram accepi: promittebat enim, vel ordinatori præcipienti cõsentiebat initiatus prima tonsura recitare quotidie, Miserere mei: & initiatus alijs minoribus, Canticũ graduum, siue quindecim Psalmos Graduales: quod tamen iam pridem non fieri audio. Dixi, *Vel pensionarij*; quia licet ante extrauagantem Pij V. infra relatam, ad nullas preces obligarentur, post eam tamen obligantur ad officium minus B. Mariæ quotidie recitandum.

Ad noue autẽ quęsitum respõdeo, licere etiam hodie insigniri prima tonsura, sine intentione ascendendi vlterius. Tũ quia id nullo iure diuino aut humano prohibetur. Tũ quod illegitimus Episcopi dispensatione promouetur ad minores, & simplex beneficium, qui tamen postea non potest ascendere vltra. Tum quia Conc. Trid. *e* requirit quatuor, è quibus non est hoc. Idem eadem ratione videtur dicendum de quatuor minoribus.

e Sess. 23 c. 4. sup. n. 65. relatum.

a Supra c. 22. n. 52.

b Eccle. 3.

c In c. si quis autem de pœnit. d. 1.

d De cohab. cleric. & mulier. & per adducta.

e Rapha. Volaterrano l. 8. 21. Anthrop. ca. 32. d. c. volumus, de cap. eũ omnibus, 81. d.

109 *Trigesimoprimo* peccat mortaliter, qui ordine sacro insignitus cõtrahit matrimoniũ, & matrimonium nõ valet, & est excõmunicatus, vt dictum est *a*. Et qui cohabitat fœminæ, qualiscunque sit illa, cognata, vel extranea, formosa, vel turpis, serua, vel libera, iuuenis, vel senex, credẽs, aut credere debens se volũtate, vel opere, vel vtroque modo peccaturũ, per illud *b*: *Qui amat periculum, peribit in illo*, & ea, quę super eo scripsimus, & per cap. 1. *d* Nec obstat c. *interdixit e*, quatenus habent licere clerico cohabitare filiæ, matri, sorori, amitæ, aut fratriæ, aut extrancæ seni; quia procedunt quoad forũ exterius: & quando non sunt

alias

alias suspectę, nec habent famulas iuuenes, & clericus est bonæ famæ, iuxta mentem iuris diuini, & humani: quod satis sentiūt Ioan. Andr. Panormitanus, & communis *f*: non autē procedunt quoad forum conscientię, quando vere corā Deo imminet huiusmodi periculum: licet à multis hęc non satis intelligantur. Et qui solus domum solius de fornicatione suspectę adit *g*, aut ita sibi periculosæ, vt credere debeat se in consensum fornicationis mentalis, vel operis inductum iri, etiāsi esset religiosa, vel commater *h*. Porro Concil. Trid. *i* vetat clericis, ne cōcubinas domi vel foris habeant: alioquin pœnis à sacris canonibus impositis puniantur: & si à superioribus moniti nō resipuerint, ipso facto sint priuati tertia parte fructuum beneficiorum, & pensionū fabricę Ecclesiæ, aut alteri loco pio arbitrio Episcopi applicāda. Si vero nec secundo moniti resipuerint, non solū eo ipso perdāt omnes fructus, & pensiones, sed etiam à beneficiorū administratione arbitrio Episcopi tāquā Sedis Apostolicę delegati suspendantur: & si ita suspēsi perseuerent, beneficijs, portionibus, officijs, & pensionibus quibuslibet perpetuo priuentur, & ad illa inhabiles reddātur, donec iustis de causis cum eis fuerit dispēsatum. Si vero ad eas semel dimissas redierint, aliasve mulieres scandalosas sibi adiunxerint, pręter dictas pœnas omni appellatione remota excommunicentur. Horum autē cognitio nō ad Archidiaconos, aut Decanos, sed ad Episcopos pertineat, qui valde summarie procedant. Clerici vero beneficia ecclesiastica non habentes pro delicti modo castigentur pœnis carceris, suspensionis ordinis, ac inhabilitatis ad beneficia, &c.

110 *Trigesimosecundo* peccat mortaliter, qui monasteria monialium sine iusta causa & manifesta post prohibitionem sibi factam frequentat *k*. Dixi, *Qui sine iusta causa, &c.* quia sola frequentatio sine monitione, & mala mortaliter intentione non præbendi mali mortalis occasionem, vel scandalum, non videtur peccatum, saltem mortale.

Trigesimotertio peccat mortaliter clericus sacri ordinis, beneficiarius, vel monachus, qui habitum non gestat, & tonsurā, aut comā, vel barbam nutrit, aut coronā non radit, aut vestes sibi indecentes induit, aut arma offensiua portat, secundū iura cōmuniter recepta *a*. Dixi, *Sacri ordinis, beneficiarius, &c.* quia alius licite potest tonsuram, & habitū omnino exuere. Dixi *Exuere*, quia non posset tonsuram cum armis publice ferre, & rasurā *b* & arma portare, & alia omnia, quę laicus potest facere in ciuilibus, secundū Panormitanum vsu receptum, & in theorica communiter probatum *c*: quod nullibi ęque bene probatur ac in *d* Concil. Trid. quod etiā ad hoc notauimus alibi *e*, imo in crimi nalibus eadem ratione: Nec obstat quod irregularitatē contra hendi periculū subit: quia etiam illud subit laicus. Et cum non teneatur sacrum ordinem, vel beneficiū suscipere, non videtur teneri prædictum periculum vitare: licet putem non licere id facere

f In ca. 1. de cohab. cler. & mul.

g Cap. clericus, 81. dist.

h Arg. proxime citatorū.

i Sess. 22. c. 14

k Ca. monasteria, de vit. & honest. cler.

a Ca. si quis, & c. cler. 1. de vit. & honest. cler. & clem. 2. eod. tit.

b Arg. glo. recept. in ver. tonsuram cler. 2. de vita honest.

c In c. 1. & 2. de postul. & in prædictis, c. si quis cle. 6. c. cler. 2. de vit. & honest. cler. & c. 1 ne cler. vel monach.

d C. 6. de reform. sess. 24.

e In com. ca. statuimus, 14. qu. 3. n. 17

facere rasuram in capite deferendo, sicut non licet cum ea vestem partitam deferre: alioquin enim nulli iudices seculares, nec aduocati, vel procuratores coram eis causas criminales agentes, prima tonsura insigniti possent absolui, nisi firme proponerent nunquam ad facere, vt etiam tradimus *f*, dicentes indolere nos non addidisse ista in hoc loco. Dixi, *Omnino exuere*; quia non licet tonsuram & coronam deferre vna cum veste virgata, vel partita, &c. *g* Dixi, *Secundum iura communiter recepta*: nam secundum ius Concilij Carthaginensis *h* prohibetur radi barba, & consuetudo Vrbis, & multę partis orbis eam permittit, modo labium superius radatur.

f In comm. c. non dicatis 22. q. 1. n. 60.
g Per d. clement. c. de vit. & honesta. cler.
h Vide prædictum c. cleri. 1. de sumptum fuit.

Trigesimoquarto peccat quidem clericus non seruans infrascripta decreta, sed non mortifere, nisi iuxta resolutionem subiectam in fine huius modi peccandi, nempe qui non seruat cap. *nullus*, vetans ingressum tabernę, & cap. *conuiuia*, vetans conuiuia sine certis legibus, & cap. *quando*, vetans pluries quam ter bibere, & capit. *non liceat i*, iubens benedicere mensam à principio, & in fine gratias agere, & cap. *clerici* 2. *k* sic habens: *Clerici officia, vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta, Mimis, Ioculatoribus, & Histrionibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interfint. Coronam, & tonsuram habeant congruentem, & se in officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis, aut sotularibus consutitiis, frænis, sallis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed neque annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico, & in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Palliis diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.*

i 44. dist.
k De vit. & honest. cler.

Clericus vero tabernarius, & lanio, siue macellarius vltra peccatum incurrit pœnam clem. 1. *a* & qui virgata, aut partita veste, vel epitogio seu tabardo, vel caligis scacatis, viridibus, vel iubeis vtitur, aliâ graue pœnâ *b*, quâ innouando Conci. Trid. *c* addidit, vt beneficiarius etiã exemptus ab Episcopo suo monitus habitũ clericalem non gestans, ab ordinibus & beneficijs suspẽdatur: & si id nõ suffecerit, ijs priuetur. Et *d* sic statuit: *Obseruentur quæ de clericorum vita, honestate, cultu, luxu, commessationibus, choreis, lusibus, nec non secularibus negotiis, fugiendis sancita sunt, sub pœnis statutis, vel maioribus, arbitrio Episcopi imponendis. & si qua in desuetudinem abierint, Episcopi ea in vsum reuocari iubeant.*

a De vit. & honest. cler.
b Clem. 2. eod. tit.
c Sess. 14. c. 6. de reform.
d Sess. 22. c. 2. de reform.

Ex quo

Ex quo *e* collige omnia secularia officia esse prohibita clericis: limitando per supra dictam limitationem Panormitani ad beneficiarios, & ordine sacro insignitos, & à fortiori monachos: & consequenter artem chirurgicam, & medicam: & ita licet nullo iure speciatim prohibeatur eis exercitium harum duarũ artium, nisi cum fit cum adustione, vel incisione *f*, quia tamen sunt secularia officia, non possunt iuste exerceri à prædictis, nisi causa pietatis erga miserabiles, & cognatas personas *g*, quibus fit eis facultas postulandi pro eiusmodi personis. Possent etiam causa necessitatis, vel recreationis animi operari aliqua honesta, puta, vt ait B. Hieronymus *h*, scribere libros, fiscellam iunco texere, olera & plantas in areolis serere, & inserere, &c. & illa vendere. Non autem exercere mercaturam, & vilius emere, vt carius vendant, licet id, quod sibi supereſt de eo, quod vilius ad suam, & suorum sustentationem emunt, vendere possint pretio iusto tunc currenti, licet sit carius. Possunt etiam negotiari aliquo modo honesto ad suam, & suorum necessariã sustentationem, præsertim per alium, vt sentit glossa *i*, & S. Antoninus *k*.

e Cap. 1. nu. cler. vel monach. & c. cleric. 2. de vit. & honest. cler.

f Iuxt. c. sentent. ne cler. vel monach.

g Arg. ca. 1. & 2. de postul.

h Relatus in c. nunquã, de consec. d. 5.

Adde, quod Caietanus ait, quod clerici nõ peccant mortaliter transgrediendo leges humanas, neque has, neque alias, nisi consequatur graue scandalum, aut aliquod peccatum quod iure diuino sit mortale, vel magna occasio eius: vel nisi irregularitas vel excõmunicatio maior incurratur. Imo subdit, neque propter illa quemquã excommunicandum esse ante iustam monitionem iudicis: licet trãsgressiones huiusmodi multa peccata venialia etiam grauia contineant: quæ tamen doctrina nimis laxa videtur, tum per resolutionem supra positam *a*, scilicet canones, & constitutiones Ecclesiæ vtentes verbo *præcepto*, vel ei æquipollenti ad mortale obligare, (etiam sine contemptu, & scandalo) transgredientes. Quod ipsum Caietanus ipse fatetur *b*. Videtur tamen posse procedere quoad eas transgressiones earum legum, quę non vtuntur verbo præceptiuo, & quæ communiter nec à prælatis, nec à subditis inter magna peccata numerantur: qualis videtur omissio benedictionis mensæ, & aliæ huiusmodi, siue quod consuetudo leges illas à principio obligantes ad mortale temperauerit, ne obligent plusquam ad veniale: siue quod iam inde à principio ita receptæ sunt *c*.

i In c. peruenit, 86. d. c. negotiatorem. 88. dist. & Panor. inc. 1. ne cler. vel monach.

k 3. par. tit. 2. c. 2. par. 2. 1 In summa ver. cleric. peccata.

a Ca. 23 n. 52.

b 2. 2. q. 189. art. 3.

III *Trigesimoquinto* peccat mortaliter, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat valorem eius cui, & vt debet, vt dictum est supra *d*. Pro cuius probatione, & multorum nunc hic quęsitorum solutione *dico primum*, quod missa est *actio qua ex institutione Christi in memoriam eius passionis, panis & vinum in eiusdem corpus, & sanguinem transubstantiantur, & illa sub eorundem specie Deo Patri offeruntur*. Nec dictio (*missa*) est noue, vt nonnulli aiunt, ficta, sed deducta olim à patribus ex Hebręo, & Chaldęo missach *e*, quod oblationem spontaneam significat: vt pie ac erudite tradit eruditissimus Demochares *f*.

c Arg. c. 1. & ibi late adductorum per Felin. de treug. & pac. Domini, in parag. leges, 4. dist.

d Eod. n. 98.

e Deut. 16.

f Ca. 1 de sacr. d. miss.

Quare non improprie dixit Felinus *g*, & Gregor. VII. *h* & Concil. Toletan. *i* facere missam, pro dicere, vel legere missam: nam & eius pars pręcipua etiā in ordinario missę, actio appellatur, & etiam apud Innoc. *k* ministerium missę. Pro quo faciūt etiam ea, quæ subtiliter Caietan. tradit de illo Christi: *Hoc facite, &c l* licet ipse Innocentius *m* immemor prædicti loci *n*, originem verbi (missa) à mittendo deducat. Ob quę omnia nos quoque interdum gratia breuitatis, vtimur verbo missare, pro missam facere, vel dicere.

Secundo, quod in illo articulo non minus obscuro, quam quotidiano valoris missæ, & eius applicationis post multa diu cogitata, in hęc infra scripta digero. *Primum*, missā qua parte est bonus actus ex opere operātis, habere vim merēdi, & satisfaciēdi, sicut omnes alios actus bonos, non solum quatenus est actus missantis, sed etiā quatenus est actus Ecclesiæ per illū eius nomine factus: & qua parte cōtinet orationem, habere vim impetrandi, sicut alias omnes orationes bonas, tā quatenus sub nomine Ecclesiæ per eius ministrū, quam quatenus fit à missante: qua parte vero cōtinet sacramentum, operari ex opere operato gratiā soli sacrificio communicanti, & alijs circumstantibus communicantibus. Qua parte vero est oblatio, & sacrificiū incruentum corporis, & sanguinis Domini, non solum repræsentans illud cruentum eorundem factū in cruce, sed existens omnino idem, prodest ex opere operato quoad remissionē pœnæ offerenti, & faciētibus offerri, & pro quibus offertur. Quod satis sentit S. Tho. *a* quatenus ait, missam etiam sacerdotis mali esse satisfactoriā pœnę eius, pro quo fit, quod etiā exerte affirmat Sotus *b*, & implicite Scotus, *c* & eius conterraneus Maior, *d* & VVendel. *e* Et consequenter, quod vt gradus gratię, qui per sacramentum cōfertur, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus, ita & gradus remissionis pœnæ, quem operatur missa, quatenus est sacrificiū, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autē ignotus, qui distribuitur offerenti, & facienti offerri, & pro quibus offertur: nec mirum: quia licet id quod offertur, scilicet Christus totus, sit illimitatus & infinitus, & passio, & virtus eius illimitata, & infinita, limitato tamē, & finito modo applicatur, & ita limitatum & finitum effectū operatur, sicut & in alijs Sacramentis eadē virtus infinita, quia limitate, & finite applicatur, per ea finitum & limitatum effectum gratię operatur, vt pulchre B. Thomas, quoad hoc ab omnibus receptus dixit *f*. Quāta vero pars tribuatur offerēti, & facientibus offerri, & quanta circūstantibus offerentem, & quāta ijs, pro quibus offertur, soli Deo est notum. Arbitror autem, quod non præstituitur à Domino Deo quantitas diuidenda æqualiter inter omnes qui participāt de hoc fructu satisfactionis missę, sed quod pro sua infinita benignitate cuilibet orthodoxo, eo solo nomine, quod est orthodoxus, deputat certā particulam,

g In c. sufficit de cōsec. d. 1.
h In ca. Salonitana 63. d.
i Ca. nihil. 7. q. 1.
k Lib. 3. c. 4.
l In tract. de sacrifi. missæ.
m lib. 6. c. 12
n Deut. 16.

a In 4. di. 45. q. 2.
b Lib. 9 de iust. & iur. q. 2. art. 2.
c Quodlib. 20
d Di. 45. q. 2.
e Ibidem ab 4. Gob.

f In 3. part. g 79. art. 5.

culam, quæ nec crescit eo quod sint pauciores Orthodoxi, nec decrescit, eo quod sint plures, & præter hanc deputat aliã cuilibet circumstanti, quę nec crescit, nec decrescit ob maiorem, vel minorem numerum circumstantium, & aliam toti Ecclesiæ, & speciatim iussis nominari ab ea, scilicet Papę, Antistiti, & Regi, quę etiam est stabilis, aliã facienti missam, & nominatis ab eo priuatim, quę crescit, aut decrescit pro numero maiore, vel minore à se voluntarie nominatorũ, aliam porrigenti pitantiam, vel facienti eam fieri, & ei, vel eis pro quo, vel quibus fit, quæ etiam crescit, vel decrescit pro numero facientium eam fieri, vel eorũ pro quibus fieri faciunt. Ratio autem diuersitatis inter tres priores, & duos posteriores sit, quod in illis datur pluribus, vt singulis, in his autem pluribus, vt vniuersis: cuius rationis ratio desumitur ex quadam vnitate quam habent missans, & voluntarie nominati ab eo, & ex alia quadam vnitate, quam habent facientes eam fieri cum his, pro quibus eam faciũt fieri.

Ex quibus *infertur*, posse quem quadruplicem partem quærere, vnam, quia orthodoxus, alteram, quia circunstans, tertiam, quia nominatus ab Ecclesia, quartã, quia facit eã fieri: missantem autem semper duas, vnam, quia orthodoxus, alteram, quia oblator, & interdum tres, quũ scilicet absque vlla obligatione missat, quia tunc gerit personam facientis eam fieri: alios vero semper vnam, & interdum duas, vel tres, vt combinanti patet. Quæ omnia confirmantur ea ratione, quod vinculũ multiplex plus operatur, quam simplex *a*: credimus autem partes facienti fieri, & missanti designatas esse maiores, quam alias tres: quia plus impendunt in eam faciendo: secundum quid tamen minores, quatenus possunt per communicationem cum aliis decrescere, vt prædictum est.

a Cap. 1. de treug. & pac.

Secundo sequitur, quod sacerdos tenetur ad applicandum valorem missæ satisfactorium ijs, & eo modo, quo dictum est: & ad hæc reducẽdũ est, quod dicunt Scotus, Maior & VVend. *b* quatenus loquũtur de applicatione valoris missæ generali, speciali, & medio modo: & quod partem sibi obuenientem totã, vel partem eius potest applicare cui, vel quibus voluerit, secundum Maiorem, & VVend. *c* quod ipse frequenter soleo facere, licet Scotus aliter sine iusta ratione sentiat contra rationem legis *d*. Ex quo subinfertur, eo sibi minus de sua parte obuentum iri, quo plures ad communionem illius nominauerit.

b Vbi supra.

c Vbi supra.

d Quod fauere, C. de leg. c. quod ob gratiam de reg. iur. l. 6.

Tertio sequitur eum, qui obligatur ad celebrandam vnã missã pro aliquo lege statuto, promissione, vel pro poculento, siue pitantia, (quod verbũ videtur deductũ per maiores nostros à verbo πίθι, quod Latinis significat bibe, iuxta illud vulgatum, ἢ πίθι ἢ ἄπιθι id est, aut bibe aut abi) nequaquam satisfacere, dicendo illã pro illo, & alio, sine illius consensu. Tum quia iniuste partem satisfactionis vni debitã alteri applicat *e*. Tum quia, vt dictum est, missa non solum prodest ex opere operato, sed etiam

e Contra ea. ca te de iureiur.

etiam ex opere operantis, & secundum omnes satisfactio, quæ fit ex opere operantis, tanto minus prodest vni, quãto pro pluribus fit, vt patet de ieiunio, & eleemosyna facta pro multis.

Quarto, quod paupertas dicentis non sufficit vt pro vna missa duæ pitantiæ capiantur, quamuis Sot. *a* contra minus bene teneat, per fundamenta supra *b* formata.

a Lib. 9. q. 3. art. 7. de iust. & iur.
b Eodem c. n. 92.

Tertio principaliter dico, quod sacrificus tenetur orare nominatim pro Papa, & antistite suo, vt missale nouum Pij V. ex edicto Trident. editum iubet, & etiam pro Rege suo. Tũ quod D. Paulus *c*, quem in hoc allegat Innocentius III. *d* id satis iubet. Tũ quod in omnib⁹ fere missalibus ante hoc nouũ id iubeatur. Tũ quia licet in hoc nõ iubeatur expresse de rege, iubetur tamẽ tacite, quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis est Rex.

c 1. ad Timoth. 2.
d Vbi supra.

Quarto dico, presbyterum Romanum satisfacere nominando Papam, nullo alio Episcopo, vel Rege nominato: quia ipse solus est Papa, Rex, & antistes, modo extra eius Imperiũ temporale, & Episcopatum Romanum particulare non habeat domiciliũ, vel beneficium, saltem residentiam personalem requirens: qui vero subditur diuersis ratione domicilij, originis, vel beneficij, e videtur teneri orare pro Episcopo, & Rege domicilij: quia secundum glossam magnam receptam *f*, subiectio ratione illius maior est, quam originis, & beneficij: quod non satis aduertit, qui natus in vno regno, & habens domicilium in alio Regem originis nominat, quamuis scholasticus, peregrinus, & alius nõ habens constitutum domicilium contra facere debeat, nisi beneficium requirat residentiam personalem, quod satis confert domicilium, iuxta doctrinam Bartoli *g*: origo enim præstat simplici habitationi *h*.

e Iuxta cap. cum nullus, de temp. ordin. l. 6.
f In c. statutũ parag. vero de reser. l. 6.
g In l. 1. ff ad municip. n. 23. & seqq.
h Argum. l. ciuem C de incol. l. 11.

Quinto, posse quidem eum iuste, sed non teneri orare nominatim pro alio à prædictis, & illo, vel illis, pro quibus missam specialiter facit, vel pro illis qui eam fieri faciunt: nam nec canon missę *i*, nec alia id præcipiunt, sed facultatem tantum faciunt nominandi alios, vt supra insinuaui, quoad partẽ suam, quæ ex opere operato ei obuenire debet.

i Nec capit. visum, & sequent. de cons. dist. 1.

Sexto, quod securus, & breuis modus applicandi missam alijs à prędictis ex mente Scoti *k*, est hic: *Memento Domine mei, & eorum viuorum, quibus possum sine præiudicio prædictorum valorem huius missæ applicare, & humillime supplico tibi omnia scienti, vt ita eum mihi, & illu, & eo ordine feras applicatum, quo possem ego tuo consilio quam optime applicare.*

k In d. quo libet. 20.

Septimo, quod sacrificio volenti meminisse illorum, quos in 2. parte canonis siue primo memẽto, vbi licet ei nominare viuos, & vndecima parte, qui est locus nominãdi mortuos, expedit vti pro locis imaginũ sex casibus grammaticalibus, vt post, & ante alios consuluit pius & eruditus Gabriel *a*, cuius consilio iã inde à prima missa, quã feci, vti cœpi, qui tamen, nec alius quem legerim, satis aperit an expediat speciatim nominare multos: nam

a In canon. missæ.

nam à parte negatiua stat, quod id mentem vagam facit, & partem satisfactoriam, sibi debitam cõmunicando multis, minuit, & nescit cui quẽ pręponere debeat. Pro parte vero affirmatiua stat, quod multi pij, & eruditi id rogant, & rogãtur: & quod Ecclesia iubet prima parte canonis nominari Papam, Episcopũ, & Regem. E quidẽ mihi iam pridem persuasi nõ esse concipienda nimia propria nomina, siue imagines indiuiduas, ne mẽtẽ, quæ tota deberet esse in actione illa diuina, nimium distrahant: vtile tamen esse cõcipere aliqua, quæ affectum magis excitent: nec nocebit cõcipere quam plurimos generatim, & breuiter: quia id auget reuerentiam erga Deum, & amorem erga proximum. Quare vt arbitror nõ esse vtendũ prolixis memoriis cõpositis à pio, & erudito P. Ioan. Iusto Lanspergio Carthusiano, & ab aliis postea auctis, ita credo vti posse vna mediocri, qua frequẽtissime vtor, collocando in nominatiuo me, & eos qui sũt causa meæ missæ: in genitiuo genitores & genitos: in datiuo, datores: in accusatiuo, accusatos: in vocatiuo vocatos siue inseruientes: in ablatiuo, eos quibus obtuli preces meas, vel qui suas mihi obtulerunt, interdũ concipiendo propriã imaginẽ vnius, vel alterius per singulos casus, interdum per aliquos tantum, interdũ per nullos, subiecta clausula iustificatiua in hanc quę sequitur sententiam: *Memento Domine horum famulorum, famularumque tuarum in primis mei miserrimi peccatoris, & N. qui est, vel qui sunt causa impulsiua principalis huius missæ, & eorum, qui me genuerunt spiritualiter Sacramento, vel doctrina, & in his N. & N. & eorum, qui mihi benefecerunt, & in his N. aut N. & eorum, quos offendi, & in his N. aut N. & eorum, qui mihi inseruiunt, & in his N. aut N. & eorum, quibus preces meas obtuli, & qui suas mihi obtulerunt, & in his N. aut N. quibus tamen hanc missam eo modo, & ordine volo applicatam esse, quo quam optime te Domine (qui omni nosti) consulente, applicare debèrem*: qui autem missat sine obligatione extranea, tollat illa verba (& N. qui, &c.) & loco illorum ponat hæc (*etiam quatenus sunt causa impulsiua missandi:*) qui autem habet parentes corporales viuos, addat in secundo casu verbum (*corporaliter*) verbo (*genuerunt*) ibi posito: in secundo vero memento, tollat in primo casu verbum (*mei*) quia in eo solum mortui nominantur, vel concipiuntur, prosequendo reliqua vt in primo.

De peccatis Clericorum quoad beneficia.

112 *Beneficiarius clericus vt mortaliter peccat per simoniam in beneficio propriam.*

113 *Simoniacus an sit, qui constituit certum salarium alicui, donec conferat ei aliquod beneficium.*

113 *Beneficiarius vt peccat per simoniam in beneficio alienam.*

114 *Beneficium sine iusto titulo habens, vexationem, vel pensionem male redimens, vt peccat.*

115 *Beneficiarius vt peccat per simoniam acceptum non restituens, non relinquens incompatibile.*

116 *Beneficium curatum capiens, aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentum, aut sine proposito sumendi presbyterium, & quid de dubitante, & accipiente non curatum, nu. 118.*

117 *Illegitimus capiens beneficium sine dispensatione, vel pensionem.*

118 *Pœna ipso iure incursa quando soluenda in foro conscientiæ.*

118 *Episcopus intra quot menses sub duplici pœna consecrandus.*

119 *Pensio à Papa ob paupertatem concessa laico licita, & quare.*

120 *Beneficiarius non peccat vxore ducta beneficium retinens sponsalia contrahens.*

121 *Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent.*

121 *Residentia Episcopo, & curato iuris diuini, & quæ excusent ab ea.*

122 *Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet, & per extrauag. Pij V.*

123 *Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, nisi quum est excommunicatus, vel non recitat, & tunc cui restituet, & an sibi pauperi retinere possit, nume. 124.*

125 *Beneficium vnicum sufficiens habendum, & qua ex causa plura, & seqq.*

128 *Beneficium ad retinendum tam prodest consuetudo quàm dispensatio.*

131 *Parochus non ministrans Sacramenta subdito ad ea non obligato remissiue.*

132 *Sepeliens excommunicatum, vel notorie malum, vel ad sepulturam adigens, &c.*

133 *Beneficiarius vt peccat nesciens necessaria, & quæ sunt illa, non iuuans peste infectum.*

134 *Beneficium capiens in excommunicatione, & irregularitate, & mortali, non missans quotidie, vbi & quomodo tenetur.*

135 *Beneficij habendi ætas, curatus prædicet, & profiteatur fidem, quod requirit gradum, & ordinem sacrum, num. 136.*

137 *Pensio quanta poni possit super Episcopatu, & parochiali.*

138 *Missas constitutas Episcopus, Generalis, & Abbas minuere possunt.*

139 *Beneficium ad nullum detur accessus, regressus, mandatum, coadiutoria.*

139 *Parochialis Ecclesia, etiam reseruata, per concursum conferatur.*

140 *Religiosus vt peccat contra votum paupertatis remissiue.*

112 PRimo peccat mortaliter clericus, quoad beneficia, qui vult quærere illa per simoniã, siue mẽtalẽ, siue conuentionalem, siue realem: sine tamen excommunicatione, & obligatione restituendi, si non quærit, & etiam si quærit, nisi simonia sit realis: quid autem sit simonia, & quotuplex, & quæ excommunicat,

excommunicat, dictum est late supra *a*.

a Supra cap. 23. nu. 100.

113 Quibus addo non admittere simoniam Episcopū, qui accipit aliquem in familiarem suum, constituta certa mercede annua, donec ei aliquod beneficium conferat, secundum Hostien. *b* modo nullum pactum post illud collatum de gratis seruiendo intercedat, & ita Maior. *c* cui consentit Hostiensis, existimans se contradicere illi.

b In ca. cum essent, de simo. receptū per Ioan. Andr. & cō. munem.

c In 4. d. 23.

Secundo peccat mortaliter, qui per simoniam ab alio commissam in fauorem eius ipso ignorante, & non cō tradicente, quęrit beneficiū, in quo, vel ad quod nullum ius prius habebat, & resciens id cōsentit, ve illico non renuntiat illud *d*. Dixi, *in fauorem eius, & eo non contradicente*; quia secus si ad nocendum ei, vel commodandum, sed eo contradicente committeretur *e*. Dixi, *in quo, vel ad quod nullum ius habebat*; alias enim secus si ipse in eam nō consentit *f*: & etiamsi illa simonia aliena non fuit causa quęrendi illud: siue quia commissa fuit cum vno ex multis electoribus, prędentatoribus, aut à collatoribus, quorum maior pars, ea non interueniente, illum elegisset, præsentasset, aut ei contulisset: siue quia is, cum quo admissa fuit, non fuit ob eam principaliter motus: quamuis ob id data fuisset, vt resoluimus *g*, sequuti primam opinionem glossæ *h*, quæ quamuis limitetur ab Host. & etiam à Panormit. licet minus quam ab ipso, & recte quidem quoad forum exterius, per rationem Ioan. Andreæ: tamen quoad forum conscientiæ, quod sola veritate nititur *a*, nō nocet coram Deo simonia quæ vere non fuit causa quærendi beneficium, quod sine illa æque atque cum illa quæreretur.

d 3. q. 5. per totam, & c. nobis, de simon.

e Dicto cap. nobis, & ca. sicut eod. tit.

f Dict. cap. hi. cent, 2. eod. tit.

g In d. cap. nobis.

h In verb. interueniente, per parag. fi. 1. q. 6.

a Ca. tua, de sponſ.

114 *Tertio* peccat mortaliter, qui sine titulo canonico scienter accipit, vel tenet beneficium, cum obligatione relinquendi, & fructus perceptos restituendi, & qui à principio putat titulum esse canonicum, sed resciens non esse talem retinet illud *b*.

b Cap. 1. de reg. iur. li. 6. & c. cum qui de præb. & ca. 1. de eo qui mitt. in poss. causa rei seruan. eod. lib. & c. dilectus 2. cum ei adnot de præb.

Quarto peccat mortaliter, qui vexationem, vel pensionem redimit aliter quam debet, iuxta dicta *c*: & qui precibus suis, vel alienis male quærit beneficium: quod quando fiat, dictum est *d*: & qui permutat ius ad rem cum iure in re *e*.

c Sup. c. 23. num. 111.

d Supr. eod. c. 23. nu. 102.

e Vt ibidem. num. 104.

115 *Quinto* peccat mortaliter, qui quæsitum per simoniam commissam in beneficio non restituit Ecclesiæ, cuius est illud *f*: debet tamen ita illi restitui, ne quidquam cedat delinquenti, quod si sic fieri non potest, restituat cum auctoritate superioris alteri Ecclesiæ, vel pauperibus *g*: eam tamen auctoritatem non arbitror in foro conscientiæ necessariam.

f Cap. de hoc de simonia.

g Arg. ca. de hoc, de simo. vbi omnes, & S. Tho. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 4.

Sexto peccat mortaliter, qui post obtentum secundum beneficium curatum, dignitatem, aut personatum, & post habitam eius possessionem, vel postquam per eum, quo minus eam habeat stat, non renuntiat prius, vt debet: quia ipso iure perdit illud *h*, imo & posterius, si pergat retinere vtrumque, & fit incapax ad quodlibet aliud, & etiam ad ordines *i*.

h Capi. de multa, de præbend.

i Per extrauag. execrabilis, parag. qui vero. eod. tit.

116 *Septimo* peccat mortaliter, qui beneficium curatum capit

sine dispensatione Papę ante 25. annum cœptum, & collatio est nulla, *k* & tenetur relinquere illud cum fructibus: nisi remediū à Papa quęrat: & idem de eo, qui accipit dignitatē, aut personatum non curatum: excepto quod hoc cum dispensatione Episcopi post viginti annos completos obtinere potest *l*, quos tamen Concil. Trident. ad 22. produxit *m*, vt diximus *n*.

Ad noue autem quæsitum respondetur, quod in Episcopatu Palētino, in quo per concursum dātur beneficia, potest esse cōpetitor ad presbyterale, etiam post Concil. Trid. licet nondum cōpleuerit 25. annos, & stet cōstitutio synodalis iubens, vt obtinens beneficium presbyterale, intra annum fiat presbyter. Tum quia iure antiquo sufficit attingere 25. annum ad obtinendum illud, & quodlibet curatum *o*, & ei nulla parte derogat Concil. Trident. nam qua parte habet, neminem ante 25. annum ordinandum presbyterio, intelligēdum est de anno cœpto: quia licet regulariter tēpus positum in accusatiuo, intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Baldus, Alexander, Iason sequuntur *a*, tamen contra tenet ibi Bartolus, cuius opinio sequenda est, secundū eosdē, quando concurrit aliqua alia coniectura intelligendi de cœpto, puta fauoris: qualis adest in proposito: & alia fortior, quod ius antiquum solum requirebat cœptum *b*, cui conciliandum est nouum, quum id fieri possit *c*: & alia vtraque fortior, quod idem Concil. *d* habet, posse conferri beneficium curatum ei, qui attigit 25. annum, & eadem ætas ad illud, & ad presbyterium sufficit, secundum omnes. Tum quia mens Concilij non fuit mutare annum cœptum incompletū, sed numerum, ita quod vt antea sufficiebat, & requirebatur ad subdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum 20. & ad presbyterium 25. nunc requiratur ad subdiaconatum 22. ad diaconatum 23. & ad presbyterium sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri subdiaconus in 22. cœpto, & diaconus in 23 cœpto, & presbyter in 25. cœpto. Tum quia non obstat dicta constitutio synodalis: quia etiam hodie potest quis intra annum à susceptis minoribus fieri presbyter, si Episcopo videatur id conuenire *e*: videri autem debet, vt is, qui per concursum obtinuit presbyterale, ordinetur intra annum: quod si Episcopus noluerit assentiri, excusatur à pœna qui obtinuit illud: quia iusto impedimento sine sua culpa impeditur *f*.

117 *Octauo* peccat mortaliter illegitimus, qui absque dispensatione Papæ beneficium curatū accipit, aut simplex sine dispensatione Papę, aut Episcopi *g*: & acceptio est nulla, & tenetur relinquere, nisi dispensationē obtineat. Quibus addo, quod Concil. Trident. *h* statuit, ne filij illegitimi clericorum habeāt pensiones super beneficijs quę parentes eorum obtinuerunt: neque etiā vlla beneficia in Ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod habēt aut habuerunt, quodque resignationes, quæ posthac à parentibus clericis in fauorē filiorum, aut alias fraudulēter fient, ipsis

nequaquam

k Cap. cum in cuncta, parag. inferiora, de elect.

l Ca. 1. de ætat. & qualit. lib. 6.

m Sess. 24. c. 12. de reform. in c. 1. quāndo de rescript. except. 9.

n Ca. cum in cunctis, parag. inferiora, de elect.

o In l. cui ff. de legat. 1.

b Clem. generalem, de ætat. & qualit.

c Cap. cum expediat, de elect. lib. 6.

d Sess. 24. c. 12. de refor.

e Sess. 23. ca. 11. de refor.

f Arg. c. licet canon. & c. commissa, de elect. l. 6. iuncta gloss. memorabili, verb. iusto.

g Cap. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6.

h Sess. 25 c. 15

nequaquam suffragentur: quin peccat mortaliter omnis qui accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis suæ statuta, vel alia requirit *i*.

118 *Nono* peccat mortaliter, qui post obtentam ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem, non promouetur ad presbyteriū intra annū, & eo lapso, illam retinet, & non relinquit illam, vel fructus post annū perceptos non restituit, quia eam ipso facto perdit *k*: nec obstat quod continenter solea tenere, & tenui *l*, quod pœna temporalis, etiam ipso iure incursa, non debetur in foro conscientię: quia id non procedit cum cōtrarium constat de mente legislatoris, vel cum non imponitur proprie vt pœna, sed vt quędam cōditio, vel modus rei traditæ: vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, alias perdat legatum, iuxta Panormitanum cōmuniter receptum *a*: & in proposito constat ex stylo, mentem Pontificum statuentium, vt illo vel illo casu vacet beneficium ipso iure esse, vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit, & fructus non restituerit: & quod beneficia conferantur quodam modo sub illo modo, vel conditione tacite vel expresse, vt tetigi alibi *b*, & latius trado *c*. Potest autem Episcopus ratione studij dispensare, ne intra septem annos ad presbyterium suscipiendum teneatur, modo intra annū, quo presbyter fieri debebat, subdiaconus fiat *d*: quæ tamen dispensatio nil prodest ei, qui ad studendum non proficiscitur *e*, iuxta mentem textus *f*. Adde quod Concilium Trid. *g* iussit vt promotus in Episcopum intra tres menses teneatur consecrari sub pœna perdendi fructus ipso iure, & intra alios tres, sub pœna ipso iure perdendi Episcopatum.

Decimo peccat mortaliter, qui Ecclesiam parochialem accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, vt eius fructus intra annum percipiat, & post eū illam dimittat, cum obligatione restituendi fructus, nisi voluntate illa mutata presbyterium eo durante suscipiat cap. *commissa h*, quod habet, nil minus peccare qui eam illi scienter confert, tenerique ad seruandam indemnē Ecclesiam: idemque dicendū esse de illo, qui sine animo ascendendi ad presbyteriū, quoduis aliud beneficium accipit, sensit glossa *i*: quod etsi prima facie æquum videri potest, contrarium tamen iure verius est, quum d. cap. *commissa*, pœnale, extra suum casum non debeat extendi, præsertim sine rationis (vt ita dicā) identitate, vel maioritate: qualis hic non est *k*: & quamuis alias idem visum sit de eo, qui à principio quidem voluntatem habuit suscipiendi presbyterium, sed postea ea mutata beneficium retinuit, contra tamen videtur de rigore iuris dicendum, quum longe magis peccet qui ab initio eiusmodi contrariā intentionem habens accipit, quā qui bona accipiens, postea cum mala commutauit, vt patet ex se, & textus solum agit de accipiente malo animo. Quod ipsum maiori ratione videtur de eo, qui non mutauit, sed de mutanda ea dubitare cœpit, & etiā de eo, qui

i Sess. 21. c. 5. de reform.
k Cap. licet canon. de elect. li. 6.
l In comm. c. fraternitas 12. q. 2. & in rub. de pœn. & alias sæpe
a Super glo. verb. adsistentes, in cap. Raynaldus de testam.
b In c. cum licet, 12. q. 2.
c In d. c. fraternitas, 21. q. 2.
d Cap. cum ex eo. de elect. li. 6.
e Sylu. ver. beneficium, 3. q. 2.
f Verb. insistētes, & quæ in eo dicunt Arch. & Io. And.
g Sess. 24. c. 2. de refor.
h C. cæterum de elect. li. 6.
i In c. relatum, de cler. non resid. & clarius ibi Panorm.
k l. præses. ff. de pœnit. & c. pœna, de pœn. dist. 1.

eo,qui aliquod beneficium accipit animo illud relinquendi, si aliud pinguius sibi conferatur,modo suæ functioni satisfaciat, quā diu primum obtinuerit,quidquid dicant Panormitanus *a*, Syluester *b*,Gabriel *c*,sine textu & ratione iusta, obligantes homines ad insolita,& nullo iure præcepta *d*. Imo & de illo qui accipit beneficium,cui non est annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem eius oneribus,sed non ascendendi ad presbyteriū, nec alium ordinem sacrū: quia id nullo iure prohibetur. Quin etiā puto,quod & consului,posse quem iuste accipere beneficium animo,vt dictum est,satisfaciēdi, & cū proposito,quod si frater eius primogenitus obierit mortem sine liberis,aut ad cōponendam pacē,aut extinguendas lites,aut alia similia,aut ad augēdum decus suum,vel suæ familiæ, vel patrię, expediret ducere vxorē,id faceret. Videtur autem rectum, quod ait Sotus *e*, peccare mortaliter beneficiarios etiam simplicium beneficiorū, qui absq; animo se initiandi sacris, incedunt sine habitu clericali,non quidē eo quod nō habeant eiusmodi animum,sed quia non deferunt habitum clericalē, quos tamen puto non obligari ad restituendos fructus,per prædicta.

119 Nec tamen probo,quod ait,peccare coniugatos accipiēdo auctoritate Apostolica pensiones super beneficijs, modo eas accipiant in sustentationem suo statui necessariam: tum quia id non est contra ius diuinum: tum quia Papa potest applicare fructus beneficij de consensu beneficiarij illis piis operibus,quibus potest ipse beneficiarius: & constat eum posse applicare illos coniugatis egentibus, quod tamen Papa raro, & numquam sine magna causa videtur facere debere, ob scandalum quod inde oriretur *f*: cui est consequens, posse quem iuste gaudere pensione à Papa sibi constituta,non seruiendo Ecclesiæ: licet contra tenuerit Sotus *g*.

120 *Vndecimo* peccat mortaliter beneficiarius minorum ordinum tantum,qui post matrimonium contractum per verba de presenti,retinet beneficium,iuxta mentem glossę,& cōmunis: *h* quia ipso iure illud amittit,adeo vt nō recuperet illud, quamuis vxor ante consummatum matrimonium religionem ingrediatur,secundum omnes: quod est verum,etiamsi matrimonium ob aliquem defectum extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat,modo consensus intercesserit,vt declarat Panormitanus *i*: non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro,secundum omnes: nec constituto in sacris contrahente matrimonium,etiam per verba de præsenti: quia is non perdit beneficium ipso facto,quamuis eo priuari possit, vt glossa *k* determinat.

121 *Duodecimo* peccat mortaliter,qui in suo beneficio non residet,nulla ipsum ab ea causa excusante: quia omne beneficium quamlibet tenue,iure cōmuni requirit residentiam *a*: multiplex tamē causa excusat. *Prima*, auditio Theologię ad quinquēnium, præle-

a In d.c.retatum.
b Verb.beneficium,3.q.5.
c In 4.dist. 25.q.1.ar.3.
d Contra c. consuluisti,2 quæst.4.
e Lib.10.q.5. a.6.de iust. & iur.
f Arg.c.nihil de præscrip.
g Vbi supra.
h In c.1.de cler.coniug.
i Dict.cap.3.
k In d.cap.1. communiter recepta contra Panor.
a Cap.conquerente,de cler.non resident.& ibi communis sententia.

prælectio eiusdem donec durauerit, etiam sine licentia Prælati: quia eam ius cõcedit *b*: & idem est de auditione, & prælectione iuris Põtificij, iuxta Archidiaconum *c*, & Panormitanũ *d*, quod per nouas rationes defendimus *e*. Ad alias autẽ scientias licentia Episcopi requiritur, nisi vbi contraria consuetudo viget, per notata *f*. *Secunda* causa est obsequiũ Episcopi, quoad duos canonicos, ac etiam alios, si occupentur ab eo in vtilitatẽ Ecclesiæ suę, vel Cathedralis: non autem si solum occupentur in seruitio suo personali, nisi ex vrgente causa, & Ecclesia non indigẽte seruitio *g*. *Tertia* causa eadem vel maiori ratione, est obsequium Papę, per eadẽ iura: modo id fiat principaliter ad inseruiendũ, & nõ ad procurandũ beneficia, secundum Angelũ *h*, Dixi, *principaliter*; quia minus principalis intentio non nocet *i*. *Quarta*, licentia legitima *k*: voco autem legitimam eam, quam dat is, ad quẽ ea res pertinet, & ex causa boni viri arbitrio probabili, & in scriptis, quando id ius requirit, de quo infra. *Quinta*, consuetudo honesta, iuxta Innocentium *l*: quamuis consuetudo absentandi se sine causa nihil valeat, iuxta eundem ibidem, & omnes: neque cum ea fraudando Ecclesiam obsequio debito. In omni tamen casu obseruandum, vt beneficium debito non fraudetur obsequio, & subditi bene gubernentur: & quamuis qui abest sine causa probabili cum licentia, aut sine illa peccet: non tamen videtur teneri ad restituendos fructus, quoad condemnetur, iuxta mentem Panormitani *m*, quamuis Angelus teneat contra *n*, nisi quando iure exprimitur.

Quæ omnia, & aliquot alia clarius quam vnquam explicuit Concil. Triden. *Primo o*, præmittendo quales debeant in Episcopum promoueri, monẽdo promotos, vt suũ officium impleant, innouãdo omnes antiquos canones de residẽtia Episcopoꝝ, & noue statuẽdo, vt quicũque Episcopus, vel eo superior, sex mẽses à suo Episcopatu sine legitima causa abfuerit, perdat quartam partem omnium suorum reddituum: & si per alios sex, alteram quartã, & si vltra, denũtietur Sedi Apostolicæ per eos, qui hoc facere ibi pręcipiũtur, quo grauius puniantur. Et mox *p* iubet, vt omnes habentes inferiora beneficia requirẽtia residentiã personalem, cogantur facere illam: & quod priuilegium perpetuũ de fructibus in absentia percipiendis nulli prosit, nec tẽporale, nisi ex causa, quo casu Episcopi tamquã delegati Sedis Apostolicę prouideant, vt per deputationem idoneorũ Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quoad hoc priuilegio seu exemptione quacumque suffraganeo. *Secundo*, prędictum Concilium *a* adijcit omnium prędictorum, & aliorũ rationem, in hęc verba: *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, alia-*

b Cap. fin. de magist.
c In ca. 2. de priuil. lib. 6.
d In d. c. fin. de præbend.
e In c. tua
f In c. licet de cleri. non resid.
g Ca. ad audientiam, de cler. non resid. adiunctis quæ scribit ibi Panorm. n. 5. ad quod reducenda sunt c. de cætero, & c. cum dilectus, eod. tit.
h Verb. clericus, 7. parag. 8
i Per dicta supra, c. 23. num. 101.
k Gloss. recepta, cap. inter quatuor, de cler. non resid.
l In c. non resid. receptum à Pan. in dict. c. inter quatuor, & alios communiter.
m In c. 1. de celeb. miss.
n Verb clericus, 7. parag. 5.
o In sess. 6. c. 1. de refor.
p In ca. secundo.
a Sess. 23. c. 1. de reform.

rem, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera omnia pastoralia incumbere, quæ omnia ab ijs nequaquam præstari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solum Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residendum in suis parochiis, & ad prædicandū populo, quę alibi nō videntur ita expressa. Declarat itē male colligere aliquos *b*, licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, quod quilibet Episcopus, qualiscumque, & quantuscumque, etiamsi sit Cardinalis, obligatur ad prędictam residentiam personalem: subijciens tamen, quod licet abesse, quum Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. vtilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Episcopatibus adiūctū: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinę, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit. Poterit item abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius conscientiæ relinquitur. Addit autem contra facienti nouam pœnā vltra peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos *c*. Et vt pro rata tēporis absentię non faciat fructus suos, & eos perceptos nō possit tuta cōscientia tenere, imo teneatur ecclesię, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo non prodest compositio. Addit item hæc verba: *Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscunque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quandocunque eos, causa prius per Episcopum cognita & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa, non obtineant.* Et quamuis hæc litera in vtramque partem flecti possit, arbitror parochum posse abesse duos menses absque licentia scripta, cum causa quę videatur ei iusta. Tum quia ante Concilium id licebat, & à iure antiquo non recedendum sine iure nouo expresso *a*. Tum quia Episcopo, qui magis tenetur residere, permittitur. Tum quia verba Concilij habent eadem omnino seruanda quoad hoc in curatis inferioribus, quę in Episcopis. Tum quia est pars benignior. Ad *primum* autem noue quęsitum respondeo, Capellanos Regum perinde posse cāpere fructus in absentia, ac capellanos Papæ, si vtrisque eiusdem generis priuilegia sunt concessa, imo & magis, si forte plus sit eis fauore Regum concessum *b*. Ad *secundum* vero, quod Caietanus non dissentit ab his, quæ ante Concil. Tridēt. quod

b Et d. ca. 1. sess. 6.

c Dict. sess. 6.

a l. præcipimus. C. de appellat. etiam per argu. a contrario sensu, ca. a nobis, 2. de excom.

b Arg. c. indultum, de leg. iur. li. 6.

quod post eum habitum est, seruanda fuisse supra diximus.

122 *Decimotertio* peccat mortaliter beneficiarius, qui horas Canonicas non recitat, & fructus perceptos non restituit, iuxta Conc. Late. habitum sub Leone X. c cuius tenor est: *Statuimus vt nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consequutione sine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiserit, pro tempore quo non recitauit, fructus suos faciat, imo eos impendere tamquam rem iniuste captam in fabricam beneficij, aut eleemosynas pauperum teneatur.* Cui addo, quod felic. rec. Pius V. cui nostra de hac re opinio, quam hic tenueramus, placuit, declarauit hunc parag. per extrauagantem sequentem.

c Sess. 9. parag. statuimus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranen. Concil. pia & salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis, & officij, & temporis suos non faciat, sed eos tamquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentius atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent si quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat, tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum alijs præsens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, aut alias sibi lucrifeciſſe prætendat, is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem. Item ille, qui primus sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes, præstimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

Ex quibus *nota primo* reprobari opinionem Soti, & nonnullorum dicentium non obligare prædictum §. statuimus.

Nota secundo, verum esse, quod dixi, declarando prædictum §. a videlicet, quod prædicta restitutio non est necessario facienda fabricis Ecclesiarum, vbi sunt beneficia, sed satis est largiri eos pauperibus.

a In d. cap. quando posito in Enchir. de ora. ca. 7. num. 32.

Nota tertio, id, quod hinc ibi intulimus: & quod non semel cō-

solati

solati sumus aliquos scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus suorum beneficiorum amiserãt, scilicet, quod satisfaceret eiusmodi obligatus, capiendo, saltem de consilio confessarij, eos sibi tamquam vni de pauperibus.

123 Tum quia qui ad dãdum aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere tamquam vnus ex eis, si vere talis est, saltem de consilio confessarij, & quoad forum conscientiæ *b*, per ea quæ latius scribimus alibi *c*.

Nota quarto, quod non sufficit restitutionem prædictam facere fabricę, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrifacta per distributiones quotidianas, quę debentur ijs, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, interfuerunt, quibus accrescunt *d*: & non sufficit dare pauperibus quod debetur alteri *e*, nisi quando ignoratur quis sit *f*.

Nota quinto, quod idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Ecclesiarum, vbi est statutũ vt fructus male percepti restituãtur certis operibus pijs: quia illis deberet fieri prędicta restitutio. Quod ipsum videtur de parte, quã corpus, seu grossam canonicatuum vocãt, quam canonici ita lucrantur ratione suorum canonicatuum, vt pars non lucrifacta ab vno accrescat aliis, & obueniens tẽpore vacationis, non reseruatur successori, qualẽ regulariter non habet canonicus *a*, sed diuiditur inter superstites *b*. Idem eadẽ ratione videtur de eo, quod canonicus perdit ob excõmunicationem, suspensionem, aut aliam quamcunque causam, sicut per hanc non recitandi: quia de similibus idem est iudiciũ *c*. Nõ tamen tenetur ad restituendum fructus beneficij, eo quo in pec. mortali occulto, aut notorio fuerit. Tũ quia id nullo iure cauetur. Tum quia licet Angelus teneat quod sic *d*, Rosella tamẽ, & Sylu. *e* idẽ quod nos tenent. Tũ per prędictũ §. statuimus: quo id probatur irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiariũ, qui suas horas recitare omittit, nõ teneri ad restituendũ quod primis sex mẽsibus à consequutione beneficij accepit: & manifestũ est illum in peccato mortali notorio fuisse, si notoriè omisit, & si occulte in occulto. De capiente autem parochialẽ, & nolente ordinari presbyterio, diximus *f*.

124 *Decimoquarto* peccat mortaliter, qui beneficij sui ædes, vineas, prædia, & alia bona dolo, vel negligentia destruit, vel dãnificat, cum obligatione reficiendi, & restituendi *g*.

Decimoquinto peccat mortaliter, qui suspensus à beneficio, aut excommunicatus per canonem, aut per hominem, recipit fructus, & impendit eos perinde, ac si nõ ita esset ligatus: quia suspensus à beneficio non potest de fructibus beneficij dispẽdere, nisi ad se, & suos modeste sustentandos, & hoc si bona non habet vnde viuat, secundũ glossas *h* receptas per Panor. & communem *i*: sed excõmunicatus nihil potest accipere *k*, iuxta glossam receptam. At quia hoc intelligẽdum est de excommunicato, per quem stat, quominus absoluatur, & illud de suspenso in pœnam,

b Per tradita a Bal. in lib. quod pauperibus q. 22. C. de Episc. & cle. Cald. cõsil. 30. de testa. Ancha. in consil. 84. Domina Apollonia.
c In d. cap. 7. num. 34.
d Per c. 1. de cler. non resid. l. 6. cum ei adnot.
e Arg. c. eate de iureiu.
f Ca. cum tu, de vsur. vbi glo. cum commun.
a Secundum gloss. singul. in c. quod sicut, de elect. verbo consentire.
b Iux. notata in c. relatum 1. de test
c Ca. dudum 2. de elect.
d Verb. clericus, 8. parag. 51.
e Verb. clericus, 2. q. 24.
f In Ench. de orato. c. 21. n. 55. & seq.
g Hostien. in summa de pœn. & remiss. parag. quibus ver. 1.
h Cap. cum Vinconiensis verb. amiserant de ele. clem. vt hi qui, de ætat. & qualit. ca. pastoralis, parag. final. de appel.
i In locis ordinarijs, & in c. Apostolicæ, de except.
k In d. c. paralis fine.

pœnam,qui non potest facere,vt absoluatur , videtur nihil differre in hoc excommunicationem à suspẽsione ob cõtumaciã, quę tam facile,ac excommunicatio tollitur, vt recte sensit Decius *l*.Qualiter autem peccetur per dispensationem fructuum beneficiorũ inter viuos,vel per vltimas voluntates, dictum est supra *m*:quibus addo Concilium Tridentinum , quod *n* omnino interdicit,nedũ Episcopis,sed & cęteris beneficiarijs,etiam Cardinalibus, ne consanguineos , familiares ve suos reditibus Ecclesiasticis augeant,aut illos ijs nisi pauperes sint,distribuãt, eosque monet,vt omnem humanum erga consanguineos & propinquos affectum,seu malorum seminarium,penitus exuãt. De celebrante autem,& recitante horas principaliter propter pecuniam(quod simonia est)dictum est supra *a*.

125 *Decimosexto* peccat mortaliter, qui habet multa beneficia diuisa in titulũ,quorum vnum suo statui decenti sufficit:vel sine dispensatione,vel consuetudine iusta,iuxta glossam singularem *b* receptam à Panormitano,& communi *c*,& sentit S. Thomas. *d* Dixi,*diuisa*; quia secus si legitime vnita,aut annexa *e*.

126 Dixi,*in titulum*;quia licet habere vnum in titulum,& aliud ad tempus commendatum,ad sex menses tantum, si est Ecclesia parochialis *f*. Dixi,*ad tempus*,nam de commendato in perpetuum idem dicendum est,quod de dato in titulum , iuxta Cardinalem Alexandrinum *g*:quod probauimus *h*: excepto quod vacans per mortem commendatarij censetur vacare eo modo,quo vacabat tempore quo fuit ei commendatum : quod stylus Romanę Curię hodiernus palam seruat.

127 Dixi,*quorum vnum sufficit*;alioqui secus : nam quamuis Cõcil.Trident.*i* quod approbat tacite prędictam glõss. statuerit, vt vnum tantum conferatur vni,qualis , & quantuscumque sit ille:adijcit tamen,quod si illud ei non suffecerit , liceat ei aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat habere :Ex quo duo collige , posse quem iuste tenere duo beneficia simplicia,non requirentia residentiam personalẽ,quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione,quæ ante hoc Concilium fuit cõmunis opinio *k*. Et quod Concilium non prohibet retentionem plurium , etiam requirentium residentiam personalem,per iustam dispensationẽ. Dixi,*absque dispensatione* ; quia non sufficit habere iustam causam eam obtinendi, attento solo iure naturæ & diuino , sine dispensatione iuris positiui id prohibentis,iuxta S.Thom.*l*

128 Dixi,*aut consuetudine iusta*;quia tantũ , licet non plus valeret illa,quantũ dispensatio,iuxta eundem *m* : quia vtraque potest iuri humano derogare,& neutra naturali, vel diuino *n*. Porro iusta causa tenẽdi plura attento iure naturali , & consequenter dispensandi,& consuetudinem circa id inducendi,est secundum eundem circunstantia eiusmodi,quę sufficiat ad tollendam deformitatem,quam multitudo beneficiorum præ se fert : plura siquidem

a Cap.23.nu. 101.
b In c.dudũ 2.de elect.
c Ibid.& ab alijs,quos cito in repe. c.ad hæc de præbend.& probatur per c. conquerẽte de cleric. non resid.
d Quolib.8. art.13 & Quolib.9. art. 15.
e Ca. vnio. 10.q.3.c.cum venissent,de rest.spol.ca. eam te de æta.& qual.c. exstirpandæ, parag. qui vero de præb.
f Cap.nemo de elect.li.6.
g In ca.cum autem 44.d. Gomes,in reg.de infirmis resig.q. 13.& citatur per eum Maior in 4.d. 24.q.13.
h In c.multa de præbend.
i Sess.24.c.17. de reform.
k In c.cũ iam dudum & c. extirpanda, parag.qui vero,de præben
l In dicto Quolib.9. art.15.
m Ibidem.
n Cap.fin. cum ibi latè notatis,de consuetud.

siquidē beneficia tenere, vt ille ait, nec adeo suapte natura est malū, vt per nullam circumstantiā iustificari possit: vt fornicatio,& alia id genus vitia:neque adeo indifferens,vt sine aliqua circumstātia iustificāte liceat:vt habere duo prædia,vel domos, vt supra diximus *a*. Talis est circūstantia eius,cui attēta suæ personę qualitate non sufficit vnum beneficium ad honeste, decēterque viuendum. Talis irē tanta prudentia, sagacitas,& industria alicuius,vt speretur plus,eis quibus pręest profuturus etiā absens,quam cōmuniter alius præsens: & potius accipit propter vtilitatem beneficiorū,aut subditorum,quā propriam,iuxta Innocentium *b*: talis est etiā defectus aliorum idoneorum iuxta Hostiensem *c*: talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas,& scientia *d*: quāuis hęc causa videatur includi in prima: quoniam ideo cum nobili,& graduato dispensari posse videtur *e*,quia eius honesta sustentatio pluribus quam alterius indiget, vtibi diximus. Talis etiā visa fuit Cardinali *f* intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victum, vestitum,& famulatum,&alia eiusmodi:sed ad largius erogandum in pauperes,& opera pia, retento sibi tantum ad vitam decentem necessario, & vera huius intentionis exequutione.

a C.23.n.2.

b Ca.cū iam dudum,n.4. de præbend. recep.
c Ca.graue, col.2.eod.tit.
d Dict.c.de multa.
e Per d.c.de multa.
f In clemen. gratia de rescript.

129 Quare cōfessarius nō debet absoluere habentē plura beneficia,nisi saltem cōcurrat aliqua prædictarum,vel alia similis circumstantia *g*. Dico,*saltem*; tum quia nō sufficit quælibet illarum sine dispensatione iuris humani. Tū quia vltima Cardinalis,licet ante prędictum Cōcilium sustētari posset,post illud tamen nō licet,cū absolute prohibeat habere plura beneficia,etiam cōpatibilia,vltra id,vel ea,quæ sufficiūt honestę atque decenti sustentationi,iuxta prędictā glossam *h*. Quoniā tamē cōcilium nō prohibet tenere beneficia illa,quę ante fuerūt collata,sed ne de cætero conferantur plura vni: cōsuluimus eum,qui ante illud plura obtinuit,posse nūc retinere,limitando se iuxta d. opinionem Cardinalis,quam, licet sit cōtra Panormitanum, & communem,semper putauimus veram ante illud: quo fit,vt iure quis miretur, etiam post prædictum Conc. à Pontificibus Max. conferri multa, quorum vnum sufficit vni, & multos sibi collata retinere,quę profecto iure retinere nequeunt,etiā cum dispēsatione, nisi iustificetur per intentionē à Cardinale requisitam. Addo quod idem Cōcilium *i* statuit,vt plures parochiales Ecclesias,aut vnam parochialem,& vnam cathedralem obtinentes, cogantur alteram infra sex menses dimittere: in quo pōdera verbum *cogantur*, &c. per quod respondimus neutrum ipso iure vacasse:pondera item id habere locum,etiā in his qui per iustam dispensationē tenebāt plures parochiales: quamuis audiam aliquos contradicere *a*,quod aiunt esse innouatum per idē Concilium *b*: quorum opinio licet disputando forte defendi posset,cōsuli tamen non debet. Tum quia est cōtra mentem Concilij,vt ex eius contextu patet. Tum quia sic interpretatur

g Maior vbi sup. arg.6.

h Dict.c.dudum 2.de elect.

i Sess.24.c.17

a Arg.c.ordin parag.ceterū de off.ord.l.6
b Sess.6.c.1. de reform.

Curia

Curia cogens ad dimittendam alteram Ecclesiarum omnes, qui ante etiam cum legitima dispensatione tenebant duas. Tũ quia licet principium d. *c. ordinarij*, innouetur vsque ad §. *cæterum*: ille tamen tacetur: hoc tamen eius nouum non extenditur ad alia incompatibilia legitime obtenta: & ita qui habet alia beneficia incompatibilia, puta plures personatus, vel vnam parochialem, & aliam dignitatem, vel personatum, quæ non sunt Ecclesiæ parochiales, non est cogendus relinquere vllum.

130 *Decimoseptimo* peccat mortaliter, qui fructus sui beneficij in plures, quam tres annos, locat, aut in emphyteusin dat *c*, & est excommunicatus in terris, vbi est recepta extrauag. Pauli II. de qua infra *d*.

131 *Decimooctauo* peccat, qui parochiano petenti Sacramenta non ministrat: vel non dat licentiam alteri confitendi, vel interest matrimonio clandestino *e*, aut benedicit secundas nuptias *f*, aut primas tempore indebito *g*.

132 *Decimonono* peccat, qui inducit aliquem ad promittendum, aut iurandum se accepturum sepulturam in sua Ecclesia, aut quam iam accepisset, non mutaturum *h*, & est excommunicatus excommunicatione Papę reseruata *i*, de quibus infra *k* diximus: & qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum in loco sacro sepelit *l*.

133 *Vigesimo* peccat mortaliter, qui nõ discit ea, quę necessario scire tenetur ratione beneficij, vel officij, neque vult illud renũtiare *m*. Porro sacerdos, quatenus est solũ sacrificus, est obligatus scire legere, cantare, & construere, iuxta glossam *n*, quã Cardinalis, Panormitanus, & Imola probant *o*, & faciunt multa, quę adduximus *p*: & quatenus Sacramenti minister scire debet cuiuscunque Sacramenti formam, materiam, & modum debitũ administrãdi: & quatenus cõfessarius, & iudex fori conscientię, scire debet quod supra *q* dictũ est. Quo fit *primo*, vt religiosis, & quibus nõ est onus curę animarũ, neque audiẽdi confessiones, satis sit scire quæ sunt necessaria presbytero, iuxta mẽtẽ Innocentij recepti. *Secundo*, quod qui habet prędictũ onus, ignorãs ad id necessaria, tenetur discere illa, aut relinquere onus, vt dictũ est: & ita, qui licet sit idoneus ad aliquod beneficiũ, si tamẽ nõ est idoneus ad id, quod obtinet ratione loci, aut personarum subditarũ, & non vult discere, quo fiat talis, nõ debet absolui *a*.

Vigesimoprimo peccat sacerdos, qui negligit, aut ob timorem omittit communicare proximum iam morientem, vel eius cõfessionem audire, quamuis pestilentia laboret, si est in extrema necessitate spirituali constitutus, iuxta dicta *b*.

134 *Vigesimosecundo* peccat mortaliter, qui beneficiũ Ecclesiasticum accipit sciens, aut scire debens se irregulare, suspensum, excõmunicatum, aut interdictũ esse, & titulus eius est nullus: & qui in solo peccato mortali id facit, iuxta Panormitanũ *d*, quod nõ est verũ, vt probauimus ibidẽ post Felinum *e*, Ioan. Maior. *f*

c Clem. 1. de reb. eccl. non alienand.
d Cap. 27. n. 149.
e Vt sup. c. 22 n. 68.
f Num. 83.
g Ibid.
h Cap. 1. de sepul. lib. 6.
i Clem. cupientes, para. sane de pœn.
k Cap. 17. n. 144.
l Ca. quibus 3. q. 2.
m Cap. non est putanda, 1. q. 1. & hidẽ iuris, para. 1. ad leg. Aquil.
n Clem. 1. de concess. præb. verb. reputamus.
o Ibid.
p In prælect. c. si quando except. 11. & 12. de referi.
q Cap. 4.
r In c. cum in cunctis, de elect.
a Arg. d. c. cũ in cunctis, & eorũ, quæ ibi Inn. rece. ait, & Pan. in ca. venerabilis, de præben.
b Ca. 14. n. 10
c C. cum inter de elect. c. postulatus & c. si celeb. de cleric. excom. minist.
d In d. cap. si celebr.
e In c. dilec. de excess. co. 3.
f In 2. di. 44. q. fin. & in 4. d. 18. q. 4.

134 *Vigesimotertio* peccat mortaliter, qui non dicit tot, & tales missas, quot, & quales, & quo in loco tenetur, absque iusto impedimẽto: aut quas omisit, vt debet non complet *g*. Quot autẽ teneatur dicere parochus in quantum parochus, non videtur iure determinatũ, nec sufficienti ratione probari: quia nulla ratio cõcludit omnibus diebus eũ missã dicere debere, neq; omnibus, quibus commode potest, quamuis sic omnibus festis de præcepto colendis, quia in eis populus eam tenetur audire *h*: quare *primo* institutio, vel constitutio particularis seruanda est. *Secundo* consuetudo, quę pro lege habetur, quando lex deest: & ita vbi est consuetudo dicendę missæ omnibus diebus per se, aut per alium, non satisfacit dicendo diebus, quibus commode potest: quia tenetur per se, vel per alium quolibet die dicere: & vbi est consuetudo, vt solis dominicis & festis, vel certis hebdomadę diebus, tenetur dicere per se, vel alium in illis: quamuis Sotus *k* non satis caute iudicet parochum teneri, & satisfacere celebrando quoties decenter potest: sacellani autem, siue capellani, tenentur dicere quas, vbi, & quomodo institutio sacellorum, vel eorum promissio habet *l*. Addo quod onus annexũ beneficio, vt illud obtinens quotidie celebret de S. Maria, non obligat ad missandum omnibus diebus, neque ad missam dicẽdam de illa omnibus, quibus missare tenetur, sed solum illis, quibus frequentius salua honestate, & deuotione debita potest *m*: onus autem dicendi per se, vel per alium omnibus diebus, de omnibus diebus intelligendũ est, vt ibidem diximus.

135 *Vigesimoquarto* peccat mortaliter, qui contrauenerit alicui sequentium præceptorum Concil. Trid. quod *n* præcipit sic: *Habens beneficium cum onere legendi, legat per se, si est idoneus, sin minus, per alium, & in posterum non volenti legere per se non conferatur eiusmodi beneficium, decernens collationem ei factam esse nullam.* Cui cõsequens est, acceptantem peccare *a*. Et *b* quod habens beneficiũ curatum prędicet verbum Dei suo populo, vt minimum Dominicis, & festis solemnioribus, & doceat ad salutem necessaria: quod est tanquam nouum, & singulare notandũ. Et *c* quod nullus obtineat beneficium ante 14. annum. Et quod in minoribus constitutus nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut in seminario, vel aliqua schola, quasi via ad maiores suscipiendos versetur, non gaudeat priuilegio fori. Quæ res nouissima est. Et *d* quod archidiaconi sint magistri, aut licentiati in theologia, aut canonibus. Nota non sufficere quoad hoc doctoratũ, vel licentiam iuris ciuilis, medicinæ, vel artium, quod curia seruat: per quod soluitur quæstio missa mihi ex Hispania. Et quod per archidiaconum intelligitur solũ is, de quo loquitur rubrica, *e* qualem in Hispania neminem scio: quia prædicta rubrica solum videtur loqui de illo, qui est caput capituli, & primus post pontificẽ, & tales Hispania in secularibus ecclesijs vocat decanos, & in regularibus priores, & Gallia, vt plurimum, præpositos: cui

g Arg. c. 1. de pact. & procc. Greg. & ca. significatum de præb.

h Ca. missas de consecr. dist. 1.

i Ca. consuetudo 1. dist.

k De iust. & iur. li. 9. q. 3. art. 1.

l Arg. d. c. cũ dilectus de consuetu. c. 1. & c. qualiter de pact.

m Dict. c. significatum, de præbend.

n Sess. 25. c. 1. de reforma.

a Arg. c. eum qui de præb. lit. 6.

b In Sess. 5. c. 2.

c Sess. 13.

d Sess. 24. c. 12

e De offic. arch.

tos: cui alludit cap. *quamuis f.* Reliquę vero dignitates non cō-
ferantur nisi constitutis in anno 22. Per hoc corrigitur cap. 1. *g*
quod præscripsit in hoc annum 20. Et prouisi de beneficijs cu-
tatis teneantur infra duos menses à die possessionis coram E-
piscopo, aut eius vicario profiteri fidem Catholicam, sponden-
tes se in Romanæ Ecclesię obedientia permansuros.

136 Quod ipsum de canonicatibus, & dignitatibus prouisi fa-
ciant, non solū coram Episcopo, sed etiam in capitulo, alioqui
nō faciant fructus suos, nec illis suffragetur possessio: Quod etiā
valde nouū est, quatenus multum addit cap. *ego N.* h *respecti-*
ue. Nemo etiam obtineat dignitatem, canonicatum, aut por-
tionē, qui non sit ordine sacro, quē illa requirunt, initiatus, aut
in ea ætate cōstitutus, vt infra tempus statutum initiari valeat.
In omnibus vero Ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus
habeant annexum ordinē presbyterij, diaconatus, vel subdia-
conatus. Hortatur etiā Concilium, vt saltem dimidia pars cano-
nicatuum conferatur tantū magistris, vel doctoribus, aut etiam
licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Pondera, quod po-
stremum non est præceptum, sed tantum exhortatio quæ non
obligat *i.* Quodque nullius statuti, aut consuetudinis vigore li-
ceat ab Ecclesijs vltra tres menses quolibet anno abesse.

137 Hic videtur permitti maior absentia dignitates, & canoni-
catus obtinētibus quam parochis *k*, quod super fructibus epis-
copatus, non excedentibus summam ducatorum mille, aut fru-
ctibus parochialium non excedentibus centum ducatorū, pen-
siones, aut fructuum reseruationes non assignentur. Hoc vide-
tur tangere Papam, qui licet ligari non possit *a*, seruat tamen
hactenus inuiolabiliter: & vbi parochiales non sunt diuisæ, di-
uidantur, & vbi non sunt, erigantur, non obstantibus, &c.

138 Item *b*, quod Episcopi in synodis, & Abbates, & Generales
ordinum in capitulis suis generalibus pro sua cōscientia dispo-
nant de missis, si earum fuerit exorbitās numerus, vel eleemo-
synæ iis dicendis impares. Hoc videtur ius nouum quoad Ab-
bates, & Generales, sed non quoad episcopos, qui possunt hoc
facere *c*, etiam sine synodo, iure antiquo, quod non videtur per
hoc sublatum, cum fuisset additum ad augendum *d*.

139 Item *e*, quod quarta funeralium solita iam ante annos 40.
persolui Ecclesiæ parochiali, soluatur, etiam si postea concessa
fuerit alicui monasterio, nō obstātibus, &c. Et *f* statuit, quod in
posterum accessus, regressus, aut coadiutorię cū futura succes-
sione nō concedantur, nisi quoad episcopatum, & abbatiam,
certis ad id causis occurrentibus. Et *g* quod nec mādata de pro-
uidendo gratiæ exspectatiuę, etiam sub nomine indulti, nec alię
quæcūque gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas Ecclesias
cuiquam concedātur, & hactenus concessa abrogata censean-
tur. Et *h* quod nulla Ecclesia parochialis, etiāsi reseruata fuerit,
& vacet in Curia, nisi per concursum, & oppositionem præuio

f De verb. sign.
g De ætat. & qualit. l. 6.
h Et c. nullis de iureiur.
i parag. fin. 4. d.
k Per c. 1. sess. 23. de reform. & c. 13.
a Ca. proposuit, de concess. præben.
b Sess. 25. c. 4. de refor.
c Arg. c. cum accessissent, & c. ex parte de constit. & eis adnot.
d Arg. c. fin. de verb. sig.
e Cap. 15. Sess. 25. c. 7. de reform.
g Sess. 24. ca. 19. de refor.
h Cap. 18.

examine, de quo ibi, conferatur.

i 12.q.1.nu. 1.& seq.

140 Qualiter autē religiosus peccet contra votū paupertatis, altius quam hactenus trado in Comment. cap. *non dicatis* i.

De peccatis Prædicatorum, siue Concionatorum.

141 *Prædicans vt peccat, si id facit sine facultate, quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, vel mentiens.*

142 *Prædicans vt peccat miscens ridicula, detrahens prælatis, decimare dissuadens, si religiosus sine consensu episcopi, n.* 143.

143 *Prædicandum quid, quoties, quibus, & a quibus.*

k Ca. excommunicamus. parag. qui vero de hæret.

a In c. inter cæteras, de offi. ord. & d. parag. quia vero de hæret. & ex Cardin. in clem. dudum de sepult.

b Iuxt gloss. recept. c. peruenit. 95 di.

c in 3. part. q. 64. ar. 6. & 2.2 qu. 187. art. 1.

d Ver. prædicatorū peccata in princ. & tomo 2. de vsu spirit q. 1

e in summa verb. prædicatorum peccata.

f C. 18. nu. 3.

g Sup. n. 5.

h Sup. c. cum minister, 23. q. 5. num. 44.

i Par. 3. tit. 12 c. 4.

k 2.2.q. 164. art. 2.

l In dicto verb. prædicatorum peccata.

m In summa de potest. eccles. q. 107 art. 1.

n Clem. 1. parag. quibus de priuileg.

o Iuxt. gloss. ibidem verb. detrahend.

p Arg. gl. cl. 1 de rescrip. ver. præsidētes adiuncto textu, in l. interpretatione, ff. de pœnis.

141 CIrca hæc dicimus, quod peccat mortaliter *primo* cōcionator, qui publice concionatur absque facultate legitima *k*: qualem habet Episcopus per totum orbem, & parochus in sua parochia, qui potest dare illam alteri noto, & alias probato, quoad suam parochiam, sicut episcopus quoad suam diœcesin, & Papa quoad omnes, vt colligitur ex Panor. & communi *a*, quia sunt ordinarij, & ordinarius potest omnia quæ sunt iurisdictionis, delegare iure canonico *b*.

Secūdo peccat mortaliter, qui aduertēs se esse in peccato mortali, ante iustam cōtritionem cōcionatur, secundum Caietanū *c*, qui retractauit quod dixerat in summa *d*, vbi oppositū tenuit: quia actus prædicandi saltem per legem humanā est actus peculiaris ordini Diaconatus. Et qui aduertens mentitur concionando circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiarū, sanctorum, miraculorum, aut prophetiarum, ad cohortandum, inducendum aut mouendum auditores, iuxta Caietanum *e*. Dixi, *Circa doctrinā fidei, &c* quia mentiri circa alia non est peccatum mortale, nisi notabiliter scandalizaret: vt de mentiente in iudicio, & confessione dictum est supra *f*. Et peccat, qui principaliter, vel minus principaliter, ob laudem, honorem, vel pecuniā prędicat: & quanto plus mereatur, qui pure ob Dei gloriam id facit, colligas ex cap. 23. *g* & latius ex commen. nostro. *h*

142 Qui vero concioni fabulam, & facetias, aut aliquid ridiculum miscet, peccat quidem iuxta S. Antoninum *i*, & Caietanum *k*: sed communiter non plusquam venialiter, iuxta eundem *l*: imò nec semper venialiter, vt cum ad hilaritatem honestam breuiter dicuntur, vt tradit Augustin. Triumphus *m*.

Tertio peccat mortaliter religiosus, qui concionando prælatis Ecclesię, & sacerdotibus detrahit, præsertim quo laicis placeat. *n* Quod intelligendum est *o* de detractione nominatim, expresse, vel æquipollenter facta: licet enim generaliter prælatorum vitia reprehendere, modo id prudenter, & absque scandalo fiat. Et quamuis d. clem. solum loquatur de religiosis, quia sępius in eo peccant, idē tamen de secularibus dicendum est quoad peccatum, quamuis nō quoad pœnas ibi constituras *p*. Quę confirmantur

mantur per Conc, Lateranense, quod q vetuit concionatoribus populo prædicare miracula falsa, incerta, aut prophetias per sacram scripturam non approbatas: & Prælatis Ecclesię detrahere, addens alijs pœnis excommunicationem latę sententiæ reseruatę Papæ, quod non latuit Caietanum r. Et religiosus qui concionando dissuadet populo decimarum solutionem, est excommunicatus s.

q Sub Leone X sess. 1.
r In summa verb. excommunicatio c. 18. sub fin.
s Clem. cupientes de pœ. de quo infra c. 27. n. 145.

143 *Quarto*, qui contrauenit preceptis Cõcil. Trident. quod a præcipit sic: *Nullus regularis prædicet in Ecclesijs sui ordinis, nisi prius examinatus, & approbatus à suo superiore de vita, moribus, & scientia, & obtenta ab eo licentia, quam Episcopo præsentet benedictionem ab eo petendo. In Ecclesijs vero, quæ sui ordinis non sunt, etiam licentia Episcopalis necessaria erit. Episcopi etiam neminem regularem extra claustra viuentem, nec secularem sacerdotem prædicare sinant, nisi eis noti sint, & moribus, & doctrina probati, etiam cuiuscumque priuilegij prætextu.* Et b sic: *Nullus secularis, vel regularis, etiam in Ecclesijs sui ordinis prædicet contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis Dominicis, & festis solemnibus diuinam legem per se in suis Ecclesijs annuntient, vel si legitime impediti sint, per deputatos ab eis: in alijs vero Ecclesijs per parochos, vel alios, tempore vero Aduentus, & Quadragesimæ quotidie, vel saltem tribus diebus in hebdomada legem diuinam, & sacram Scripturam annuntient, & festis diebus pueros doceant doctrinam Christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes.* Et c sic: *ministrantes Sacramenta, etiamsi sint Episcopi, ijs qui ea suscipiunt, illorum vim, & vsum explicent, & inter missarum solemnia, vel alia diuina officia vernacula lingua festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus quæstionibus, quæ non ædificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes proponi non permittant, & curent prædicari doctrinam veram de purgatorio.* Et d sic: *Omnes curam animarum gerentes per se, vel per alios aliquid ex his, quæ in missa leguntur Dominicis, & festis exponant, & mysterium sanctissimi huius Sacramenti declarent.*

a Sess. 5 c. 2.
b Sess. 24. in. 4. de refor.
c Cap. 7.
d Sess. 22. c. 8.

De peccatis coniugatorum.

144 *Sponsalia clandestina post Concil. Trid. complens, & vtens Matrimonio præsumpto, &c. vt peccat.*

144 *Matrimonium præsumptum cessat, & coram quo parocho contrahendum, sine cuius præsentia contractum nullum.*

144 PEccat *primo* coniux modis supra e positis, & non cõplens sponsalia clandestine cõtracta, etiã post Conc. Trid. quia illud solum matrimonium, & non illa annullat: & qui vtitur matrimonio præsumpto per copulam carnalem habitam post prædictum Conc. quia post illud cessant matrimonia præsumpta f: & qui discedit à matrimonio contracto coram parocho habitationis fœminę, etiamsi parochus habitationis viri non assistat: & qui vtitur cõtracto publice, etiam coram toto populo, sine præsentia parochi, vel alterius presbyteri cum licentia illius,

e Cap. 18. n. 24. & c. 22. à nu. 30.
f Per ca. 15 qui, de spõs.

illius, vel ordinarij: quia congregatio Concil. Trid. sub Pio V. interpretata fuit, sufficere parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in parochia mulieris: sicut eadem sub Gregorio XIII. censuit sufficere parochum viri, quando in eius parochia contrahitur, vt dictum est supra *a*.

a Ca. 22. nu. 38. 65. & 69.

Confessarius erga confessum vt se geret.

CAPVT XXVI.

1 *Confessarius doceat confessum hoc, & hoc.*
1 *Confessarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat.*
2 *Confessarius hoc præstari faciat quinque casibus.*
3 *Confessarius facile non iudicet esse mortale quod est controuersum, & quid tunc faciet.*
3 *Confessarius non absoluat nolentem facere necessaria.*
4 *Confessarius quid faciet, quando pœnitens contrariam suæ opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.*
5 *Confessarius quid dicet ei qui restituere debet, & quid ei, qui restituturum se promisit, & non præstitit.*
6 *Confessarius quid faciet in absolutione reseruatorum, cum breui resolutione.*
6 *Peccatum reseruatum cui, & quando confitendum, & soluendum.*
7 *Absolutio excommunicationis præcedit peccatorum absolutionem, ante illam faciet hoc, & hoc, nu. 8. & 9.*
10 *Absoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiore, & minore sic.*
11 *Absolutio peccatorum detur in hac forma, quamuis ad substantiam eius minus sufficit.*
12 *Absolutio conditionalis non detur: & data à peccatis, censuris, & irregularitatibus ab eo, qui pœnitentem poterat absoluere ab omnibus, quas incurrisset, etiam oblita includit, & c. num. 13. & cum datur ab eo qui non poterat, quid fiet, & an absenti dari possit, num. 14.*

IRca hæc dicimus *primo*, quod confessarius, vt diximus *b*, doceat ea, in quibus pœnitẽtẽ errare animaduertit, putãdo peccatum esse, quod non est: aut contra: aut esse mortale, quod est veniale: aut contra, saltem in his, quæ scire tenetur: idem faciet de censuris, quas falsò credit esse, vel non esse *c*.

b In princ. c. de pœn. dist. 6. num. 50.
c Per principium, ca. 1. de pœn. d. 6. & quæ ibi tradimus, & arg. c. omnis parag. sacerdos, de pœn. & remiss.

Secundo, pro varietate pœnitentium alium arguat, alium soletur, alium de diligentia, & ordine memorãdi, & accusandi modeste laudet, & ad gratias ob id agẽdũ inciter: alijs alias virtutes magis cõmender, alijs alia vitia acrius increper. Porro, pœnitẽti docto, diligenti, & sæpe confitenti, & celebranti, aut nil dicat, au solum, vt faciat, quę nouit facienda: & cum sit lux, & sal aliorum, caueat ne sit eis offendiculo, vt copiosius diximus *a*.

a In d. c. 1. n. 51. & seqq.

2 *Tertio*,

2 *Tertio*, præmissis ante vel post prædicta interrogationibus opportunis, faciat concludi confessionem, dicendo se commisisse illa omnia peccata, & alia multa, quę non satis meminit, cogitatione, verbo, opere, & omissione: & persuadeat proponere numquam amplius Deo iuuante ea, nec alia saltem mortalia ob eius amorem peccaturum, iuxta dicta supra *b*. Sed non obliget eum ad id voto, iuramento, vel alia promissione, quæ nouum vinculum adijciat: nisi quum ius id præcipit, vt in excommunicato notorio absoluendo *c*, & in incendiario *d*, & in mutilatore *e*, & manifesto raptore, aut ecclesię violatore *f*, & vsurario publico *g*, & in publice iniuriante personis ecclesiasticis *h*.

3 *Quarto*, caueat facile negare absolutionem pœnitenti dicendo esse mortale id, de quo sunt contrariæ opiniones, ne eum in futurum propter conscientiam illaqueet: sed potius consulat libros, vel doctos, vel certe persuadeat ei propositum faciendi, quod iure facere debet consilio N. vel N. quibus confidit, vel aliorum, quorum iudicio fidendum est: tale enim pœnitentis propositum sufficit vt absoluatur *i*.

Quinto, quod nullatenus absoluat pœnitentem nolentem abstinere ab eo, quod certum est esse mortale, per dicta supra *k*.

4 *Sexto*, quod si sint contrarię doctorum opiniones, quarū alteram confessarius, & alteram pœnitēs sequitur, & cōfessarius credit euidenti se textu, vel ratione niti: pœnitentem autē dubia, non debet eum absoluere. At si confessarius non adeo forti ratione nititur, vel pœnitens vtitur pari, vel fere pari, & habet aliquem pro se doctorem clarum, poterit eum absoluere, vt post Adrianum *l* tenuimus *m*, non distinguentes inter proprium parochum ad audiendum obligatum, & alium, qui potest audire, & non tenetur, vt nec Adrianus distinxit, quidquid Gofredus relatus per S. Antoninum *n* dicat. Quibus adde, quod sicut cum dubitatur, an aliquid sit mortale, nec ne, securiorem partem confessarius & pœnitens eligere debent: ita quum dubitatur, an pœnitens hoc facere, aut pati debeat, benigniorem opinionem confessarius eligere debet, Angelus & Syluester *a* Dixi, *Quum dubitatur*; nam confessarius, vel pœnitens credens suam sententiam esse veram, non dubitant, vt diximus *b*.

5 *Septimo*, quod pœnitentē ad aliquā restitutionem aliquorū obligatum inducere debet ad propositum eam faciēdi quā cito commode poterit, iuxta dicta *c*, admonendo eū, si nimis differat, in peccatum mortale recasurum, & gratiā, quā per confessionem, & absolutionē adeptus est, amissurum. Quin & eū, qui confessione præterita restitutionē promisit, nec restituit, non debet absoluere quoad restituat, nisi raro, vt insinuatum est *d*.

6 *Octauo*, quod pœnitentem habentem peccatum reseruatū non debet absoluere ab eo sine priuilegio, bulla, vel alia licētia eius, qui illa potest dare: sed debet absoluere ā quibus potest, & pro absolutione reseruati mittere ad eū, cui reseruatū est, cuius olū

b Ca. 1. n. 12.
c Ca. ex parte de verb. sig. & c. solet de sen. ex. com. lib. 6.
d Cap. pessimum, 23. q. 8.
e Ca. si quis membrum ead. caus. & quæst.
f Cap. super eod. de rapt.
g Cap. quanquam, verb. nullus de vsur. lib. 6.
h Ca. quisquis inuentus fuerit, 17. q. 4.
i Ang. verb. confessio 4. parag. 3. & Sylu. verb. confessio, q. 20. 2 diuctis quæ diximus sup. c. 23. n. 21
k Ca. 10. n. 4.
l In 4. de cōfes. q. 5. dub. 7
m In cap. si quis autem, de pœn. d. 7. nu. 66.
n 3 par. tit. 17. c. 10. parag. 2.
a Vbi supra.
b In d. cap. si quis autem, nu. 9. & seqq.
c In ca. 17. num. 54.
d In d. c. 17. nu. 59.
e Vt dixi in c. consideret, parag. cautus, num. 10. de pœn. dist. 15.

reseruatum cõfiteatur, vt ab illo absoluatur, aut absoluendus ad priorem confessarium remittatur. Quare vt cuidam doctissimo respõdi, nõ debet dicere absolute: Absoluo te ab omnibus peccatis mihi cõfessis, sed cũ limitatione, exceptis tali, & tali: possit itẽ pœnitens per se, vel per alium, ante, vel post suam cõfessionẽ, impetrare facultatem secretam, verbo, aut scripto ab eo, cui reseruatum est, absoluendi à proprio confessario: sed quia is modus periculosus est, eo quod peccatum extra confessionem detegitur, tutius esset, vt confessarius per se, vel alium impetraret sibi facultatem absoluendi ab illo, vel illo peccato ei reseruato. Superior autem, cui est reseruatum peccatum, non potest absoluere ab illo, antequã ipsi, vel alteri omnia fuerit cõfessus.

7 *Nono*, quod pœnitentem excommunicatum prius debet absoluere ab excõmunicatione quam à peccatis: alias mortale sacrilegiũ committeret, vt diximus *f* post Paludanũ *g* contra Angelum *h* sequentẽ Monaldum pro se incaute citantem Richardũ, qui contrarium tenet: licet absolutio peccatorum, si concederetur, valeret, modo quo supradictum est *i*. Quod si facultatem absoluendi ab excõmunicatione non habet, nullatenus à peccatis absoluat, quousq; absolutus ab ea redeat, aut deferat mandatum ad absoluendum eum. Porro in absoluendo ab excõmunicatione seruare debet formam iuris, quæ, vt diximus, *k* habet: *primum*, vt iuret parere super eo mandatis Ecclesiæ *l*.

Secundo, quod parti satisfaciat, si offensa, aut debitum est notorium, aut impensas, si contumacia est notoria *b*, & hoc si potest: sin minus, præstet sufficientem cautionem, id est, dando pignora, vel fideiussores: & si neque hanc potest, det iuratoriam. Noue autem addimus, quod quamuis distinctio debiti, offensę, aut contumaciæ notorię & dubię locum habeat in foro exteriori, in interiori tamen non habet, sed solum, si scit, aut nescit se debere, aut offendisse, aut quantum, aut quomodo, aut cui soluere debeat: quia in hoc foro cessant præsumptiones, & confessum à pœnitente pro certo notorium habetur, iuxta omnes *c*, quod est vsu frequens, & in theoria rarum.

8 *Tertio*, quod humeros nudatum cum psalmo *Miserere mei Deus*, aut alio pœnitentiali, virga, fune, aut alio flagello cędat, & post *Gloria patri, &c. Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c.* cum versiculis *Saluum fac, &c. Oremus, Deus cui proprium est misereri, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tuæ pietatis absoluat, per Christum D. N. Amen. d* & post absoluat: in hæc verba: *Auctoritate qua fungor, absoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurristi ob hanc, vel illam causam, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, &c. Amen.* Et si est excõmunicat⁹ ob multas causas, exprimat eas in absolutione, alioqui à solis expressis esset absolutus, iuxta omnes. Quamuis, mea sentẽtia satis est habere intẽtionem eum ab omnibus absoluendi,

f In d. c. confideret, parag cautus, n. 24.
g In 4. di. 17. q. 1. col. 4.
arg. c. si celebrat, de cler. exco. minist.
c. sacris de his quæ vi.
h Verb. confessio, 5. parag. 10.
i Ca. 9. nu. 4.
k In ca. 1. in princ. de pœ. d. 6. num. 45.
l Ca. ex tenore, c. de cæteto, de sent. excom.
a Ca. ex parte, de verb. sig. & c. solet de sent. excom. lib 6.
b Ca. venerabilius, parag. porro, eod. tit. & lib.
c Arg. c. tua, cap. is qui de sponsal.
d Cap. à nobis, 2. de sen. excomm. & tradit. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 77. parag. 1. quę sequuntur alij.

soluēdi,& cōprehendendi omnes suis verbis. Si vero ob vnam tantum causam sępe incurrit,sufficit dicere,toties,quoties eam incurristi. Et quia statim dicemus expedire, vt generaliter absoluat quēlibet pœnitentem ab omni excommunicatione, sub cōditione,si & quatenus est opus,& potest, quāuis non videat eum aliqua teneri:à fortiori expediet,vt eum sic absoluat,quādo eum absoluit ab aliqua particulari,qua videt eum teneri.

9 Quanquam autē modus prædictus regulariter seruandus est, quando cōmode potest in absoluēdo excommunicato, absolutio tamen aliter facta valet,etiam solum dicendo: *Ego te absoluo ab excommunicatione. Rebenedico te*:aut aliud æquipollens,cum intentione absoluendi *e*,vt diximus *f*: vbi addimus *g*, ne faciat fœminā nudare humeros:quia nullo iure id cauetur:& *h* quod quatuor prędicta non sunt seruanda,quàndo excommunicatio non est certa,& ad cautelam absoluitur:& Leonem P.P.X. fratribus ordinis Minorum concessisse,ne,quando excommunicatos in foro cōscientiæ absoluunt, teneantur eos flagellare dicendo psalmum *Miserere mei a*. Quæ omnia procedunt etiā in absolutione à delegato facta simpliciter,vel additis illis solitis, verbis,(*seruata in eis forma*)vel similibus. Secus si aliquid aliud delegans mandauerit obseruari:quia priori casu solum contineret monitionem,posteriore vero etiam nouam formam *b*.

Decimo, confessarius imponat pœnitentiam ante absolutionem *c*:quod tamen non est necesse:quia tantum valet, & tam sacramentalis est quę post,quam quę ante imponitur,vt dixi *d* post Gersonem *e*.

10 *Vndecimo* absoluat eum ad cautelam ab excōmunicatione maiore,vel minore,suspensione,vel interdicto, in hanc sententiam:*Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, suspensionis, vel interdicti, à quibus te possum absoluere,absoluo te,si & quatenus possum,& expedit*:sed non est necesse adiungere,*Restituo te sacramentis Ecclesiæ,& communioni fidelium*,iuxta Gersonem *f*,& omnium mentem:quia eo ipso quod absoluitur,eis restituitur.

11 *Duodecimo* absoluat à peccatis præmittendo, *Misereatur tui,&c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius,qua fungor,te absoluo ab omnibus peccatis tuis,in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti. Passio D.N. Iesu Christi,& merita B. Mariæ semper Virginis,& omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patieris,sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ*. Non sunt tamen hæc omnia necessaria:essentialia enim,& necessaria sunt illa, *Absoluo te*: vt diximus *g*,& colligitur ex vtroque Thoma *h*, & Conc. Flor. *i* quia quæ absolutionem præcedunt,sunt preces:& quę sequūtur,sunt iniunctio pœnitētię generalis,vt diximus *k* post S.Th. *l* Alia multa verba multi adiūgūt,quę non solū sunt superflua, sed etiā periculosa:è quibus sunt illa, *De quibus contritus,&c.* Tū quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita, sed etiam

e Syl. tio, absolu 5.q.2.
f In d.c.1.
g Num 55.
h à nu.60.
a Compen. priuil.verb. absolutio 1. quoad seculares,nu.14.
b Arg.gloss. celebrat.in clem.1.de offic.deleg.
c Glo.fin.in clem.dudum parag.statuimus,verbo audire de sepultu.
d In princ.d. c.1.nu 33.
e In tract.de excomm.2. part.arg.l. lecta,ff.de reb.red.
f vbi supra.
g In d.princ. num.9.
h 3.part.q. 74.art.3.
i In decreto Eug.parag.4.
k In c.3.c.4. & in d.c.1. nu.36 & 57.
l Quolib.3.

etiam quę apparent cõtrita, ad effectũ, ne iterũ ea pœnitens cõfiteri teneatur: quin etiã attrita certę speciei cõprehẽdit, quoad effectum remittendi, vt supra dictum est *m*. Tum quia scrupulos gignere posset, vt dixi *n*: vbi *o* etiam dixi, qualiter intelligẽda sit determinatio quædam Ioan. Gerson. quò vera sit.

m Ca. 1. nu. 40.
n In d. ca. in princ. nu. 31.
o Num. 27.
p Quod vbi supra, nu. 62.

12 Admoneo vos etiã id *p*, quod nõ debet absoluere ab excõmunicatione de futuro, & minus à peccatis, dicendo: *Ego te absoluo ab excommunicatione, aut à tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisfeceris.* Tum quia absolutio non debet esse in suspenso *q*. Tum quia licet sortiretur effectum post adimpletam conditionem, peccaret tamen qui eã sic faceret *a*: quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ actum nõ suspendit *b*, veluti dicendo: *Si fecisti aut præstitisti talem rem, ego te absoluo*, vt dicitur quum de baptismo dubitatur, *si tu non es baptizatus, ego te baptizo* &c. Quod si superior absens inferiori facultatẽ dederit, vt à casibus sibi reseruatis absoluat sub eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando præsens fuerit, confessarius tenetur illum modum pœnitenti declarare: & si eum non acceptauerit, non debet audire, si ante confessionem id sciuerit: nec à reseruatis absoluere, si post confessionem sciuit: si tamen consenserit absolutioni, adeo valet absolutio, quod quamuis postea pœnitens superiori non confiteatur, valere illa non desinat: peccatum tamen mortale nouum committet.

q Arg. c. ad hæc quoniã, de appellat.
a Vt dixi ibid num. 65.
b l. cum ad præsens, ff. si cert. pet.
c Cap. 1. de baptis.

13 Est autem valde notãdum, quod qui confitetur alicui habẽti facultatem absoluendi ab aliqua excõmunicatione, vel peccato reseruato, quibus ipse tenetur, & obliuiscatur illa, & absoluatur ab omni excõmunicatione, & peccato, si, & quatenus potuit confessarius, vt supra dictum est, absoluitur etiã ab eis: ita quod quãuis postea factus memor eorũ confiteatur illa, vt tenetur, alteri, qui talem facultatẽ nõ habet, ab illis possit absolui ab eo: quia desierunt esse reseruata, & habere excõmunicationem adiunctam, quippe quæ per priorem absolutionẽ sublata fuerunt, & peccata remãserunt solubilia à quouis proprio sacerdote, vt dixi *d*, allegãdo locũ specialem, vbi id dixit Paludanus *e*, quem nemo allegat, quamuis generaliter allegãdo eũ sequantur S. Anton. Angelus, Syluester, Gabriel, & Adrianus in locis, quos *f* citamus. Et ideo qui cõfitetur habenti auctoritatem absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris per viã confessionalis, bullæ, Iubilęi, vel aliam, prudenter facit, curando, vt modo supradicto generaliter ab omnibus excõmunicationib⁹, & peccatis absoluatur, imo & vt secum in irregularitatibus dispensetur, si etiã ad eas se extẽdit facultas: quia si postea in mẽtẽ venerint, satisfaciet confitendo peccata, nulla obtenta absolutione à cẽsuris, nec dispẽsatione ab irregularitate: quod religiosi notare debẽt, qui in visitationib⁹ ab irregularitate, & alijs censuris generaliter absoluuntur à superioribus: nam esto tũc non meminerint illa, sublatæ censentur, nec tenentur aliã absolutionem

d In ca. 1. parag. cautus, de pœnit. dist. 5. & in ca. 1. in princ. nu. 70. ad fin.
e In 4. dist. 15 q. 5 col. penult.
f In d. parag. cautus.

solutionem quærere ab eis, sed satisfaciunt confitendo simpliciter peccata, ob quæ illa incurrerunt g. Aduertendum, quod hic nihil dicitur de irregularitatibus, vt visum fuit Reuerendissimo episcopo Vulturarien. a. An autem idem sit de illis dicendum, quod hic dicitur de censuris, quæstionis est. Et etiã dubitari potest, an confessarius electus virtute cap *fin.* b possit dispensare, vt tradit Syluester c.

g Ang. verbo confessio 1. parag. 12. Rosel. verbo cõfessio 2. para. 9. Syl. verb. confessio 1. q. 4.

a In libro de irreg. l. 6. c. 7. n. 6.

Decimotertio, quod si absoluit aliquem ab excommunicatione, aut à casu reseruato, à quibus ipse nõ poterat, debet procurare facultatem absoluendi eũ ab illis, & post habitã eã absoluet eum præsentẽ, si præsentiam eius habere potest. sin minus, absentem ab excõmunicatione, quando voluerit, & à peccato reseruato, quãdo ille in gratia esse videbitur, secundũ Antoninũ, qui ait multos insignes theologos congregatos super hoc in quodã concilio quod ipse citat ibi, & d concluisse, huiusmodi pœnitẽtem posse absolui in absentia, etiam si præsentia eius haberi posset, sed scandalũ immineret, dicẽdo ei, quod ne quaquam est absolutus, & propterea oportet ipsum iterũ confiteri. Quod equidem ego refellere minime audeo, licet nonnullis contra videatur: & si prædictam facultatem habere nequit, admonere debet eum si potest, vt se absoluere faciat à tali casu, aut peccato, à quibus ille non potuit e. Non enim satis placet illud Directorij f, scilicet, vt obtenta absoluendi facultate, iterum pœnitentem accersat, & caute fingat se eum de aliquo peccato iam confesso interrogare velle, quo melius cum eruditat de nonnullis alijs, si postea commisit, & ab omnibus absoluere. Tum quia raro id sine scandalo fiet. Tum quia nõ potest illum ab illo peccato, & alijs absoluere, nisi omnia peccata integre ex proposito absque tali fictione confiteatur g.

b De pœnit. & remis.

c Verb. confess. 1. versi. quæritur, n. 9

d Num. 13.

e Vt dixi in c. 1. in princ. de pœn. dist. 5. n. 60.

f Lib. 1. tit. 15 parag. 143.

g Cap. omnis de pœnit. & remiss.

De pœnitentia imponenda.

15 *Pœnitentia iusta est imponenda, alia omnis cur falsa dicta, omnibus leuis necessaria, & quæ alia voluntaria grauis indiscrete ponitur.*

16 *Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit.*

17 *Pœnitentia septennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori.*

18 *Pœnitentia arbitrio confessarij relinquitur, non ad hunc effectum, sed ad istum, & quæ imponenda, sitque conueniens, quales non sunt hæ.*

19 *Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc.*

20 *Pœnitentia satisfactoria alia necessaria culpæ delendæ, & quæ earum acceptanda.*

21 *Pœnitentia ex causa diminui, & mutari potest, n. 22.*

23 *Pœnitentiam per opera alias debita fieri, & 24.*

24 *Pœnitens quid officium relinquet.*

25 Con-

25 *Confessarius pœnitentis absoluto hæc consulat.*

15 *Decimoquarto*, quod frequenter rogati super quantitate pœnitentiæ imponendæ, tandem concluſimus octo. *Primum*, quod confeſſarius debet conari imponere pœnitentiam iuſtam pœnitenti. Tum quia ea minorem Gregor. falſam appellat *a*, non eo quod nihil proſit, vel abſolutionē irritā faciat, ſed quia pœnitentē fallere poteſt, prębendo occaſionem credendi ſe per illā plane ſatisfacere. Tū quia Abulenſis *b* dixit, confeſſarium imponentem pœnitentiam pro ſuo libito, ſine alia circūſpectione peccare: quāuis non declaret, an mortaliter, an venialiter, niſi quando nullam ſcienter iniungit: cui ſatis cōcordat Concil. Colon. *c* multa de hac re tāgens, & Adrianus *d*, ſacerdotem non debere condonare offenſas contra Deum factas ſine multa prudētia, & pœnitētia *e*, & Maior *f*, non eſſe veri amici imponere paruā pœnitentiam, neque prudentiæ, eius paruitate lætari. Tum quia Concil. Trid. *g* poſt hæc ſcripta declarauit conuenientes pœnitentias eſſe à confeſſariis imponēdas, & non leues pro grauibus iniungendas, ne participes eorū fiant. Quo fit, vt conſtanter affirmemus non recte fungi officio ſuo confeſſarios, qui omnibus vnam, & eandem leuē pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiore m voluntariam imponūt.

16 *Secundum*, illam eſſe pœnitentiam iuſtam, quę neque eſt maior, neque minor merita, quæque exęquat, & non ſuperat pœnam peccatis confeſſis in purgatorio luendam *h*.

Tertium, hanc ſoli Deo eſſe cognitam: ſolus enim ille nouit, quanta pœna debeatur in purgatorio peccato mortali per contritionem, & confeſſionem condonato: quia ſolus ipſe nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam abſolutio ſacramentalis tollit: meritum item operis ſatisfactorij, tum ſacramentalis, tum cuiuſlibet alius, quod pro magnitudine, vel paruitate gratiæ, & deuotionis magis, vel minus, ſaltem ex opere operantis ſatisfacit.

17 *Quartum*, vulgatum eſſe, vnicuique peccato mortali, iuxta canones, pœnitentiā ſeptem annorū iniungēdam eſſe, in quod allegatur Gratianus *i*. Pro quo numquam nos textum reperire potuimus, vt diximus *k*, quāuis ſic multas gloſſas receptas *l*, quę id dicunt: & cōmunis cū Hoſtienſi *m*, & Palud. *n* S. Antonino, *b* cui conſonare videtur ſtylus cōcedendi indulgentias 40. vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorū. Quare contrarium putamus. Tum quod id tenet S. Thomas *o*, ante quem idem ſenſit D. Hier. *d* Tum quia nec Gratianus dicit Eccleſiam ſeptennē pœnitentiā in ſingula peccata ſtatuiſſe, ſed tantum pro grauiſſimis peccatis iniūgi ſolitam fuiſſe *e*. Tū quia dici poteſt, illam pœnitentiam non fuiſſe taxatā pro foro interiori, ſed exteriori, vt probamus *f*. Tum quia oſtendimus illos 46. canones pœnitentiales, quos Hoſtien. *g* colligit, ad forū exterius pertinere. Tum quia inepte imponeretur pœnitentia ſeptennis

a In c. falſas de pœn. d. 5.
b Circa finē ſuper 18. Matt q. 49.
c De ſatisfact. parag. ex prædictis.
d In 4. de Clauib. q. 2. col. 6.
e Arg. c. ſi is qui prælatus, 23. q. 4.
f In 4. di. 20. col. 3.
g Seſſ. 14. c. 8.
h Arg. l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. & proœm. Gre.
i In cap. hoc ipſum, parag. 1. 33. q. 2.
k In d. c. falſas, nu. 14.
l In d. c. hoc ipſum, & in c. admonere, 33. q. 2. & in c. prædican. 22. q. 1. & c. ſunt plures, de pœn. d. 3.
m In ſumma de pœn. & remiſſ. para. quæ pœna.
n In 4. diſt. 20. q. 2.
o 3. par. tit. 17. c. 10.
c In 4. libro ſen. d. 20. q. 2
d In c. menſuram, de pœn. d. 1.
e In d. c. hoc ipſum.
f Dict. c. falſas, n. 14.
g In d. para. qua pœna.

septennis pro vnoquoque peccato ei, qui mille confitetur.

18 *Quintum*, quantitatem iustæ pœnitentiæ nunc & semper relinqui, relictamque fuisse prudentis confessarij arbitrio *h*, non quidem vt sensit glossa *i*, ad effectum vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta magna, vel parua, ab omni pœna purgatorij liberetur: quia hoc falsum est, iuxta Magistrum, & communem *k*: nec etiam ad effectum vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundum aliquos, vt dicemus infra *l*, sed ad effectum vt animæ negotia, quoad hunc mundum, & quoad alterum, mediocriter gerantur.

Sextum, confessarium circūspicere debere in æstimanda pœnitentia magnitudinem, & paruitatem peccati, & cōtritionis, & qualitatē personę pœnitētis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, assuefactus, an non. An item videatur magnā recusaturus: aut quāuis acceptet, eam non impleturus: an sit pauper, aut diues: magnopereque curare debere, ne pœnitentia ineptā imponat: qualis est eleemosyna pauperi, ieiuniū perpetuo laborāti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito: qualis quę imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorū debitorum impedimentū, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Antonini *m*: qualis peregrinatio mulieribus, iuxta Hostien. *n* maxime sine suis maritis, vel cum illis in longinquū, cū domi manentes sanctos inuisere spiritu possint. Maior: *o* qualis panis, & aquæ, & solitudinis melācolico, & scrupuloso: qualis multa recitatio prælectori, & ad lōgas preces obligato, vt dicimus *p*, & alię similes.

19 *Septimum*, cōfessarium pœnitenti dicere debere, iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deum Opt. Max. scire, & timētes Deum, & cupientes vitare pœnas alterius vitæ, antiquitus septem annorum pœnitētiam pro vnoquoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam pœnā tam magnę offensæ purgandę adhiberi oportere: sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eā suscipere. Et si respōderit se velle, & iudicat illum impositam impleturum, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur: nā vt habet Concil. Colon. *a* iam quod sperandum non sit, vt cōmuniter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarētur: in quod mouere potest etiam formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum: de quarum modo intelligendi paucula, quæ hoc in loco scripsimus, remittimus ad Comment. §. *in Lenitico b*.

20 *Octauum*, quod pœnitenti nolenti acceptare tam magnam pœnitentiam satisfactoriā, diminuat quantum ei placuerit, declarando ei pœnam alterius mūdi, iuxta Maiorem. Dixi *c*, *Satisfactoriā*, quia restitutoria, vel ad exeundum à peccato necessaria, qualis

h Dist. sap. mensuram, c. Deus, de pœn. & remiss. & c. tēpora, 26. q. 7.
i Dist. c. mensuram, & Panor. in d. ca. Deus qui, n. 4. & Ant. Burg. in c. 2. de emptio.
k In 4. dist. 26. & probamus in d. ca. mensuram, & c. Deus qui, & in cōment. in Leuitico.
l de pœnit. d. 1. Num. 20. m 3. par. tit. 17. c. 10. parag. 1.
n In c. mulier, de sent. excom.
o In d. dist. q. 2.
p In d. c. cōsideret, parag. ponat, n. 4. & 8. de pœn. dist. 5.
a Vbi supra.
b De pœnit. dist. 1. notab. 21. à num. 12.
c In d. dist. 20. q. 1. col. 3.

qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, & dimissio concubinæ, & officij, quod sine peccato exerceri nequit, & cōuersationis, qua se credit in mortale peccatum lapsurum, necessario imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluendus, vt dixi *d*. Recte autem faciet concedendo, vt quod non recitauerit, aut non ieiunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel eleemosyna redimere.

Decimoquinto quod ex his potest satis inferri decisio quæstionis supra e tactę, & huc remissę: An pœnitēs de præcepto teneatur acceptare pœnitentiā iustam à confessario præscriptam: in qua placet sententia subtilis Doctoris Scoti *f*, quā sequitur Gabriel *g*, & Medina *h*, diserte tractās eā, scilicet quod sufficit pœnitēti habere propositū satisfaciendi Deo hic, vel in purgatorio: quibus cōsonat Hostien. *i* & Panor. *k* nisi quatenus tenēt, teneri ad acceptandā aliquantulā, & saltē vnū Pater noster, quibus nullus Canonista, quod sciā, cōtradixit. Sed de veritate huius limitationis inutile prorsus duco disputare: cū nemo sit tā saxeus pœnitens, qui bona fide cōfiteatur, & nolit vel tantillā pœnitentiā acceptare. Pro qua Scoti sententia, & cōtra eam multa hoc in loco in Manuali Hispano adduxi, quæ consulto omitto, eo quod videā in Vrbe, & in orbe receptū, ne cuiquā denegetur absolutio, eo solo quod nolit acceptare pœnitentiam sibi iniunctā: modo habeat propositum verum plane satisfaciendi Deo viuēs per bona opera, & indulgentias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo, quamuis contra teneat Palud. *a* cum aliquot alijs. Pro quibus vrgent cap. *omnis b*, habens, pœnitentiam *c* à confessario iniunctā à pœnitente acceptari debere: & Conc. Flor. agens de sacramento pœnitentię habet, confessarium pœnitentiā arbitrari debere: & quod omnes Catholici confitentur, confessarium sicut potestatem habet ad absoluendum, ita ad obligandum habere, cuius oppositum esse hæreticum declarauit Cōcil. Triden. *c* & Cōcil. Lateran. quod *d* præcepit confessarijs, ne blasphemos Dei, & suæ Matris absque magna pœnitentia ad arbitriū seueri cōfessarij absoluant. Sed his responderi potest, solū per ea probari, quod confessarius sine iusta causa non debet imponere minorem ea, quam arbitratur iustam, sed cum illa sic *e*, etiam nullam imponendo, vt cum iamiam spirantem, nec pœnitētiam facere potentem, sine vllius pœnitentiæ impositione expressa absoluit.

21 Multæ autem sunt iustæ causæ minuendæ pœnitentiæ: puta impotentia eam implendi, vt proxime dictum est: magnitudo contritionis, quæ sola interdum totam pœnam remittit *f*: senectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod iustam nō implebit *g*: tempus iubilæi, vel aliarum indulgentiarum *h*, iunctio, & acceptatio, & directio omnium bonorum operum totius vitæ in satisfactionem pœnæ peccatis suis debitæ *i*.

22 Porro cum valde diminuit iustam, moneat pœnitētē eius rei

d In c. satisfactio, de pœ. dist. 3. & d. parag. ponat, se, & latius supra c. 32. nu. 5. & c. 14. à nu. 31. e Ca. 3. à n. 2. f In 4. di. 17. g Di. 16. q. 2. h In Cod. de confes. fol. 57. i In summa, de pœn. parag. & an sit, ver. quid de operibus. k In c. significauit nu. 2. eod. tit.

a In 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. b De pœn. & remiss. c Sess. 14. c. 8. & canon. 25. d Sub Leone X. sess. 9. parag. ad abolendam. e Arg. l. quod ergo, parag. pœna grauior, ff. de his qui not. fam. & adductorū per Dec. in c. at si parag. de adulterijs, de ind. f Iuxta glos. solemn. d. c. mensuram. g Arg. c. sicut dignum de homicid. & cap. aut facta, de pœ. d. 2 h Arg. c. cum ex eo. de pœn. & remiss. & extrauag. 1. & 2. eod. tit. i Arg. c. 1. & 2 26. q. 7.

reiignarum,quam grādis esset imponēda, quanto plus prodest exigua præsentis vitæ,quam magna futurę, collimet,& dirigat omnes curas,& labores in presenti perferendos,& mortem ipsam etiam necessario subeundam, in satisfactionem pœnitētialem.quæ omnia ratione hac suscepta leuius feret. Addo, quod etiam iniuncta, & acceptata mutari potest, & diminui iusta de causa:puta quia bona fide putat pœnitens, se eam implere non posse, aut non sine difficultate, vel periculo salutis animę, vel corporis:quia tunc non solum confessarius,qui eam imposuit, sed etiam alius,si ipse facile adiri non possit, etiam eo inferior mutare potest, scilicet episcopus imposità à Papa, & parochus impositam ab episcopo,iuxta glossam singularem,& receptā *k*, vt latius post Decium dicimus *l*,etiam non iterata confessione eorundem peccatorum,ob quę imposita fuit, modo imposita ob peccata eiusmodi, à quibus, qui eam mutat, absoluere potuisset,iuxta Monaldum *a*: quamuis stricto iuri consonantius ageret,qui eius implementum differret, quousque posset eum, qui illam imposuit,adire, si spes breui adeundi foret.

23 Pro prędictis facit,quod(gratia Deo misericordissimo)possumus ei satisfecere operibus bonis,etiam alia ratione debitis, & de necessitate etiam naturę subeundis,vt post Caietanum *b* probamus alibi *c*: post quæ declarauit Conc. Trid. *d* quod pœnis,& flagellis à Deo inflictis, & patienter toleratis satisfacere possumus, & consequenter tolerandis infirmitatibus, & ipsa morte naturali aut violenta ineuitabili.Quo fit,vtilissimam esse illam clausulam, *Quidquid boni feceris, &c.* quam *e* diximus formę absolutionis vtiliter addi, declarato presertim supradicto modo eius valore. Confessarius tamen pœnitentiam ieiunii aliquorum dierum, aut precum imponēs, in dubio censetur imponere eorum,ad quę pœnitens non tenetur,& consequenter is, cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non satisfaceret dies quatuor temporum,aut vigilias, ad quas tenetur,ieiunando,secundum omnes.

24 Ad noue quęsitū,scilicet,An cessatio à peccato,& emendatio vitæ possit *in* pœnitentiam imponi:Respōdeo affirmatiue. Tum quia licet pura cessatio à peccato non sit opus,velle tamē cessare ab eo,verum opus est;& ita non obstat,quod aduersarij dicunt,sola opera esse in pœnitentiam imponenda *f*. Tum quia promittens nō facere,dicitur promittere factum *g*. Tū quia verius esse putamus,opera alias debita posse in pœnitentiā imponi,cōtra Scotum, Paludanum, & Maiorem magis vrgentem *h*, cum S.Antonino *i* referente Ægidium,& Richardū id tenuisse, quod & S.Tho.sentit *k*,& Gabriel *l*,pro quo vrget Conc.Trid. *m* determinādo posse nos satisfacere Deo pro peccatis per pœnas ab ipsomet inflictas,vel alias naturales,vel violētas,etiā necessario patiēdas,subeūdo eas patiēter in remissionē eorū,quod antea tenuit *n* S. Thom. Tum quia non sequitur ex hoc, quod videre-

k C. tempora pœnitudinis, 29.q.7.
l In d.c.at si parag. 1.
a In summa de pœ parag. An possit imponi à non proprio sacerdote,Sylu. verbo confessio,q. 22.Rosel. verbo confessio sacramentalis, para.11.
b De satisfact. q.2.
c In c. 3. de pœ d.5.n.40.
d Sess.14.c.9.
e Sup.eod. c. num.11.& in prin.d.c.1.de pœ.d 6.n.36.
f Iuxta c.3. Lucæ.
g Gloss.rece. in l.2.ff. de verb. col.per parag.in vxor instit.ut de n.
h In 4.d.15. l.3.par tit.4. c.20.
k In eadem d.15.c 2.ar.3. & latius d.19. quæ.2.art.1.
l Quæst. 2.
m Cap.9.sess. 14.
n Vbi supr.

videretur stulte facere, vt Maior obijcit, qui clericis nō iniūgit in pœnitentiā omnes horas canonicas dicēdas, nec alijs alia eis præcepta, quia prudēter cauet ab eo faciendo, ne cōfessi ea postea omittētes bis peccēt, cōtra præceptū Ecclesiæ, & cōfessarij. Tū quia omnis virtutis actus licet vno respectu sit delectabilis, est tamē alio pœnalis, vt post alios declarat recte Sotus o; & ita qua parte est pœnalis, est ad pœnitentiam aptus. Tū quia omne opus bonum, etiam pure mentale, est satisfactorium pœnæ peccati remissi, secundū Scotum p cōmuniter receptū. Tū quia sicut dirigēs vnū, & eundē actū in multorū præceptorū implemētū omnia illa implet, ita pœnitēs dirigēs vnū, & idē opus in implemētū præcepti Ecclesiæ, & cōfessarij, vtrumque implet. Per quæ facile respōdeas argumētis Maioris a. Nolumus tamē dicere, quod sacerdos prudeter faciat iniūgendo in pœnitentiā cessationē ab omnibus peccatis, & emēdationē vitę sub pœna noui peccati: quia id esset dare occasionem bis peccādi, vt prædictū est: sed quod aliquando potest præcipere cessationē ab aliquibus peccatis alicui, quē merito credit eā seruaturū, & sēper potest eā consultiue imponere, sicut & alia omnia bona opera, quæ facturus est, potest iniungere sine noua obligatione ad illa, quam implendo, tamquam pœnitentiam consultiue iniunctam, plus satisfaciet, quam sine illa iniunctione satisfaceret.

o In 4. d. 19. q. 2. ar. 1.

p In dicta d. 15. q. 1. art. 3.

a Vbi sup.

Decimosexto dico, quod cōfessarius nō debet cōsulere pœnitēti, vt deserat officium alioqui licitum, in quo multum peccat, quando est periculū incidēdi in alium statum, in quo plus peccet: quod contingeret, si mercatori multū in decipiēdo peccāti consuleret relinquere mercaturam, quod futurum sitei magna occasio adulterandi, furādi, vel peiora faciendi: sufficit enim vt firmiter proponat nunquā amplius se quemquam decepturū, & redditurum quod illicite acquisiuit, vt diximus b post Adrianum. Dixi c, *Alioqui licitum*; quia secus est de illicito, quod exercere sine mortali non potest: quia præcipiendum ei est vt relinquat, quamuis eo occasio magis peccandi præbeatur, neque absoluendus est, nisi se id relicturum proponat, vt diximus d.

b In c. qualitas, de pœ. d. 5.

c In 4. de sacra. confess. q. 4. col. 22.

d In c. negotium, de pœni. dist. 5.

25 *Decimoseptimo*, post absolutionem admoneat eum, vt fugiat occasiones peccandi non solum eas, quas de præcepto tenetur fugere, sed etiā alias, de quibus vtrisque late dictū est supra: de acceptis quidem e, & de datis f. Consulat item, vt pluries quam semel in anno confiteatur, vt audiat conciones, bonorum precibus se commendet, & eorum cōuersationem habeat, etiā si credat pœnitentē sua consilia non exequuturum, & contra tentationem vitij, quo maxime tenetur, diuinam opem imploret per preces alicuius Sancti, qui virtute contraria plurimū enituit, vt meditetur pœnas inferni adeo magnas, & perpetuas, vt obuiet inimico suggerenti semper pœnitentię locū esse: memoria repetendo, quot passim mille modis subito absque pœnitēdi, & cōfitēdi facultate moriātur: & aliquo vitio maximo illaqueato persua-

e Ca. 3. à nu. 10.

f Ca. 14. a n. 31.

persuadeat, vt firmiter proponat, & interdum voueat, se illam, vel illam pœnitentiam subiturum, si recidat in illud: non autem vt iuret, vel voueat se id nō admissurum *a*, nec se, si recident, religionem ingressurum: quæ res frequens est, frequenterque sacram pœnitentiariam varie torquet.

a Arg. c. clericos, de cohab. cler. & mul.

Confessarius vt se geret cum pœnitente in articulo mortis.

26 *Absoluere ab omnibus, etiam reseruatis, in articulo mortis quilibet presbyter potest, sine pœnitentia exteriori consulendo hoc, nu.* 33. *ad petenda alia sacramenta inducendo, nu.* 34.

27 *Absolui, vel communicari an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus, nu.* 28

28 *Restitutio pauperibus debita an Ecclesijs fieri possit.*

29 *Bullæ indulgentiarum per incuriam quibusdam in morte non prosunt, nu.* 30.

31 *Bulla quæ primo vsu expirat.*

31 *Articulus mortis quis dicitur.*

31 *Absolutio per bullam quam formam requirat, & an extra confessionem detur.*

32 *Absolutio à censuris quid prosit mortuo.*

32 *Moriens quis non sepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur, num.* 33. 34. & 35.

26 DEcimooctauo dico, quod quilibet presbyter Catholicus non præcisus ab Ecclesia absoluere potest quemlibet in articulo mortis à quolibet peccato, etiām reseruato, & à qualibet censura, si copia superioris desit, vt copiosè diximus *b*, per illum textum *c*, & alia multa, & nouissime per Concil. Trid. *d* in hæc verba: *In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunque peccatis, & censuris absoluere possunt.* Dixi, *Presbyter*; alius enim etiam deficiente presbytero, non potest à peccatis absoluere *e*, nequit ab excommunicatione, vt probamus, & defendimus ibidem *f*, cum prædicta glossa recepta ibi ab omnibus, & ab Imola *g* contra glossam probatam ibi à Panormitano, & Felino *h*, & contra S. Antoninum *i*. Dixi, *Catholicus, & non præcisus*; quia hæreticus, schismaticus, & excommunicatus excommunicatione maiori, & interdictus, suspensus, notorius, aut denūtiatus non potest, quamuis alius non reperiatur, vt ibidem probamus. Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentinū, post illud tamen videtur verius contrarium, scilicet, quod omnis sacerdos Catholicus, etiamsi sit excōmunicatus, interdictus, vel suspensus, etiā denuntiatus potest in articulo mortis absoluere ab omni peccato, & censura, vt dicimus in-

b In c. 1. in prin. de pœn. d. 6. à n. 72.
c Et c. quem pœn. de pœn. d. 1. c. super iis, de sent. excom. cap. si quis suadente, 17. q. 4.
d Sess. 14. c. 7. de casuum reseruat.
e Iuxt. gloss. sign. recepta in c. pastoralis, para. præterea, de offic. ordinum.
f a n. 83. glo. 1. col. 3. ff. de publ. iudic.
g In c. á nobis, 2. de sent. excommu. c. h 3. par. tit. 17. c. 4. cas. 7. i Nu. 87. fol. glo. in c. præterea, para. per manus 32. di. communiter approbata, 2. & a Panor. & Præpos. in c. non est de spōsal. cum eius gloss.

a Ca.27.num. 272.
b In 4.di.18. q.4.ar.4.

mus infra *a*, vbi ponderantur verba Concilij ibidem relati: & idem credimus de schismatico, si non esset hæreticus, licet non de hæretico, quod etiam voluit Sotus *b*.

An autem qui absoluitur à peccato reseruato, vel excommunicatione reseruata in articulo mortis ab eo, qui non poterat de iure id facere, teneatur iterum confiteri, vel absolui, quæstio quotidiana est. Ad quam dico breuiter, quod non. Tum quia peccata semel confessa, & absoluta legitime non sunt iterum confitenda, vt dictum est *c*. Tum quia omnis reseruatio cessat in articulo mortis, vt habet præfatum Concilium *d*. Tum quia licet excommunicatus absolutus in articulo mortis teneatur parere mandatis excommunicatoris *e*, non tamen tenetur quærere absolutionem. Nec obstat, quod excommunicatus reincidit in eandem excommunicationem, si non paruerit mandatis excōmunicatoris, quam cito cōmode potuerit *f*. Tum quia non est idem de confessio peccata reseruata. Tum quia aliud est teneri ad absolutionem quærendam, aliud reincidere in excommunicationem, si non paruerit. Tum quia non videtur teneri ad parendum iudici si cum parte concordauerit, vel alias satisfecerit tantum, quantum debebat coram Deo: quia mens prælati ea *eos*, illa videtur esse, quę magis est attendenda, quam verba, præsertim in foro conscientiæ *g*.

c Sup.ca.9.
d Vbi supr. in fine.
e Per c.eos, de sent. excom.li.9.
f Per d.c.eos.
g Ca.penu.de reg.iur.li.6. & l.in conditionibus ff.de condit.& demonstr.

27 *Decimonono dico*, quod sacramentum Eucharistię ministrari potest infirmo à iudicio mentis per phreneśin, vel alias alienato, qui antea signa cōtritionis ostendit, tollendo manus, tundendo pectus, dicendo: *Miserere mei Deus: Deus propitius esto mihi peccatori*: aut id genus alia, etiamsi non petijsset sacramenta, & obstinatus multo tempore in peccato mortali mansisset, nec per multos annos cōfessus fuisset, quia censendus est cōtritus, & in sacramēta deuotus *h*: à fortiori sacramentū Extremæ vnctionis, & absolutio à quibuslibet cēsuris, si & quatenus eas incurrerit *i*: indulgētia item iuxta gratias, quas habuerit, vt post alios dixi in Comment. de indulgent. *k* sed nullatenus absolutio sacramēto talis à peccatis: quia illorum confessio est pars quædā essentialis sacramenti pœnitentiæ, sine qua illud nec constare, nec esse potest, vt supra dictum est *l*, per definitionem sacramenti pœnitentię, quam post Maiorem *m* tradimus in cap. *pœnitentia n*, & singulariter determinauit Abulensis *o*, quamuis prędictum c. *is qui p*, cōtrarium insinuet, sed nō probat, quia nō debet intelligi de absolutione sacramētali, sed de absolutione excommunicationis, de qua illud intelligi sentit glossa, quatenus allegat d.c. *à nobis*. Loquela vero priuatus, qui per signa confiteretur, absolui posset, vt alius mutus, qui etiam matrimonium per signa cōtrahit *a*. Quare vtētes in articulo mortis formulis absoluendi Manualiū vulgarium, caueant ne intendant absoluere sacramētaliter eos, qui sibi nec nutu, vel signo peccata sunt confessi. Publicus autem vsurarius factus amens, sicut non debuisset ad confes-

h Ca. is qui, 26.q.6.
i Ca.à nobis, 2.de sen.exc.
k Not.30.nu. 31.
l Cap. 2.& in glos. sum. de pœ.d.5.n.14.
m In 4.di.14.
n De pœ.d.3.
o In c. 16.super Matt.q. 46. col.8.
p In verb. Pœnit.
a Cap.cum a. pud.de spons.

confessionem, & sepulturam admitti, antequam ipse, vel hęres eius præstaret ea, quę iuberi *b* dixim⁹ *c*: ita videtur quod neque ad communionem, antequam hæres præstet, quæ ante confessionem eius ipse debebat præstare, si confiteri potuisset: quamuis signa contritionis præ se ferat *d*.

28 *Vigesimo dico*, quod infirmum, qui nec sermonem, nec iudicium amisit, inducere debet ad concipiendam remissionis suorum peccatorum spem, per iustam de illis contritionem, & propositum ea confitendi, exemplo Dauidis *e*, Magdalenæ *f*, Latronis *g*, & aliorum, & monere diligenter, vt quidquid meminerit alicui debere ex delicto, aut quasi delicto, ex contractu, aut quasi contractu, vel ex testamento, statim, si commode potest, restituat, sin minus, declaret se id debere, & quam optimo iure potest prouideat, vt quam citissime post mortem eius restituatur, *h* caueatque ne aliena hęredibus, aut Ecclesijs etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat, quin potius reddat debita certa creditoribus certis, & incerta pauperibus qui sunt eorum hęredes *i*, iuxta S. Antoninum *k*. Quamuis incerta restituenda pauperibus possunt restitui mea sententia etiam Ecclesijs, aut monasterijs pauperibus, saltem quatenus talia sunt, per citata à nobis *l* quod si noluerit facere, non est absoluendus.

29 *Vigesimoprimo*, admonemus id, quod pridem admonuimus, *m* habere multos confessionalia, aut alias gratias, per quas Papa non concedit directe indulgentiam, sed eam concedendi potestatem confessario largitur, & sæpe, quia hoc non aduertitur, contingit, vt quis confiteatur, aut moriatur bullis plenus, & vacuus indulgentijs. Ideoque confessarius curet scire, an confessus siue sanus, siue infirmus habeat talia, & habenti illa, postquam eum à peccatis absoluerit, dicat hęc verba, vel talia eiusdem sententię: *Auctoritate qua fungor, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum quam tibi concedere possum virtute cuiuscumque tuæ gratiæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, iuxta mentem S. Antonini *a*.

30 Quod autem vulgo dicitur, & nos copiose diximus *b*, necessarium esse seruare formam Bullarum ad veniam, vel indulgẽtias consequendas, intelligitur quoad eleemosynas, ieiunia, & alia propter quæ conceduntur, sed non quoad verba absoluendi exemplis impressis inserta. Tum per ea, quę *c* tradimus. Tum quia in originali ea non ponitur, & solum inseritur in dictis exemplis ad docendum indoctiores quid facere debeant, vtendo illis, vel alijs verbis, iuxta mentem omnium.

31 *Vigesimosecundo*, quod videtur dici tutius, quod nemo virtute Bullarum cõmuniter extra cõfessionem absolui potest. Tum quia cõmuniter Bullæ cõcedunt facultatem eligendi confessarium qui absoluere possit, &c. & ita videtur requiri, vt cõfessio cõcurrat cum absolutione *d*. Tũ quia hæc facultas absoluendi à censuris videtur tribui vt quoddã præludium necessariũ ad ab-

b In ca. . sub finem de vsur. li. 6
c Sup. c. 17. n. 79.
d Arg. ca. maiore, & c. cum in cunctis, de elect.
e 2. Reg. 12.
f Luc. 7.
g Luc. 23.
h Arg. c. peccatum de reg. iur. l. 6. & c. si res, 14. q. 6.
i Ca. cum tit. de vsur.
k 3. par tit. 10. c. 1. parag. 2.
l In Tract de redit. eccles. qu. 1. monit. 26. nu. 2.
m In d. parag. in Leuitici. not. 30. n. 161.
a 2. par. tit. 10. c. 3. parag. 5. col. 3.
b In d. parag. in Leuitic. n. 16.
c In d. parag. in Leuitic. not. 30. à n. 6.
d Arg. l. in delictis, parag. si detract. ff. de noxa.

solutionem peccatorum, quam constat non posse dari nisi confesso, vt prædictum est.

Vigesimotertio dico, quod quia in hac materia per articulum mortis nō intelligitur solus ille, in quo quis moritur, sed etiam omnis ille, in quo mori probabiliter timetur, vt dictum est: idcirco infirmus, qui iā in aliqua simili infirmitate vsus est bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis, nō poterit vti ea in alia: quia illa per primum vsum expirauit *f*: nisi addatur in ea quod si non moriatur illa infirmitate, in qua infirmus ea vtatur, reseruetur ad aliam, qua moreretur: vel contineat, vt possit ea vti quotiescūque articulus mortis ei occurrerit, quod vrdimus insertum aliquibus, iuxta mentem omnium.

Vigesimoquarto dico, quod infirmus qui cum signis cōtritionis moritur absque absolutione, ab excōmunicatione post mortē potest, & debet absolui, sed tantum ab eo, qui eum sanum in vita absoluere poterat, & non à quouis sacerdote, qui in articulo mortis absoluere eum potuisset: & si iā est in loco sacro sepultus, non est extrahendus, vt flagellando absoluatur, quia sufficit flagellare sepulcrum: secus vero si fuerit sepultus in loco non sacro, iuxta dicta *g* de viuis absoluendis, & notata supra *h*: & valet illa absolutio ad eum in loco sacro sepeliendum, aut ad illum ab eo non extrahendum, & vt pro eo publice oretur.

33 *Vigesimoquinto dico*, quod nō sepeliat mortuum in loco sacro nō confessum totum vnum annum à cōfessione postrema, neque notoriū peccatorem subito absque signis cōtritionis morientem *k*: nec cōfitentibus in articulo mortis imponat magnā pœnitentiam exteriorem, saltem mox agendam, sed moneat ad interiorem cōtritionem quam maximam potest, non tam proponendo pœnas inferni, quam spem misericordiæ Christi pro eo crucifixi, & brachia ad eum benigne suscipiendū tendentis, & præsentando gaudia paradisi late descripta supra *a*: quia in eo articulo, vt ait S. Gregorius, desperatione magis quam præsumptione quis oppugnatur. Moneat autem ad volendum satisfacere diuinæ iustitiæ, quatenus poterit in hoc seculo, si conualuerit, & ad offerendum ipsam mortem instārem in peccatorum suorum satisfactionem, & ad iubendum, vt de bonis suis sibi fiant missæ, & eleemosynæ rationabiles. Consulat simul, vt roget amicos, si quos habet prælo, vt precibus, ieiunijs, & disciplinis eum iuuent ad pœnitentiā, quę peccatis eius debetur, agendā, mittendo eis xenia, & eleemosynas pro cōditione rogatorum, quo libentius id agant, ex mēte Hostiensis *b*, & Paludani *c*: quia certum est alium pro alio pœnitentiam agere posse, qua satisfaciat pro eius pœna in purgatorio soluenda, vt dixi *d*.

34 *Vigesimosexto dico*, quod post hoc moneat eum ad Eucharistiā, & extremam vnctionem magna cum deuotione petendam, & suscipiendam, simul vt permaneat constans in fide Catholica (cōtra quam acrius quā vnquam in illo trāsitu oppugnabitur) & tenta-

e Sup. cap. 2. n. 9.

f Arg. l. bones, parag. hoc sermone, ff. de verb. sign.

g Eodem.

h In c. à nobis, 2. de sen. excom. in 8. sel. verbo absolutio, 1. parag. 31.

k Ca. quib. 23 q. 2. & c. omnis, de pœn. & remis.

a Prol. 4.

b In sum. parag. quando de pœn. & remis.

c In 4. di 20. q 3. art. 2

d In d. parag. in Leuit. nota. 11. nu. 2. & 7.

& tentatus à dæmone, vel à se quid credat: respondeat, id quod Sãcta mater Ecclesia credit: & retẽtatus, quid illa credat, quod ego credo: nec ad vlteriorẽ disputationem descendat. Tentatus itẽ, quomodo est possibilis talis, & talis articulus? respondeat id ad gubernatores Ecclesiæ spectat, nõ ad me, hoc saltẽ tempore, quo satis superque mihi est credere simpliciter, atque bona fide quod tot Apostoli, tot millia Martyrũ, Confessorum & virginum crediderunt, & vitas pro illo profuderunt, quique nunc me in cœlo (si in eadem fide, amore Christi, & eorum ornata, constanter discessero) porrectis vlnis præstolantur. Tentatus vero, quo ausu tantus peccator, quantus ipse est, speret adire locum, quem tam iusti inhabitant: respondeat diffisus mihi, & meritis meis, quatenus mea sunt, confisus autem meritis D.N. Iesu Christi infinitis, & magnis suæ gloriosissimæ Matris, & omnium prædictorum, qui ea mihi recte ipsis confidenti multis modis communicant, & vsque in finem sua bona gratia communicabunt.

35 *Vigesimoseptimo*, curet confessarius, & qui ægrotum circumstant, vt quam minimum fieri potest, de cognatis, & amicis, & rebus temporalibus, puta de vxore, filijs, & opibus, &c. cogitet, & ne nimia salutis corporalis spes ei fiat: quia sæpe ob paruam, & fallacem consolationem, & incertam illius spem, in certam damnationem corruit egrotus. Ideoque opportunum est sæpe colloqui cum eo de morte, etiam si id turbationem, & tristitiam quandam pariat: quia præstat vt salutari tristitia compunctus saluetur, quam vana lætitia laxatus damnetur: & quidẽ improbandæ consuetudinis est, polliceri certam salutem mortis periculo probabili laboranti, contra exemplum Isaiæ *a*, qui a Reg. 20. salutari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit dicendo, *Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues*: optimi enim amici est admonere tunc eum mortis periculum imminere, esseque tempus opportunum statuendi nunquam se amplius saltẽ mortaliter peccaturum, & dolendi super omnia, quod Deum ita offenderit, & sua culpa inimicus effectus fuerit eius, qui se condidit, redemit, sustentauit, qui sibi vitam, salutem honorem, & bona conseruauit, & qui se iudicaturus est, & per suam sanctissimam misericordiam regna cœlestia daturus, vbi cum sua sanctissima Matre, omnibus Angelis, & Sanctis, ipsum videamus, ipso perfruamur, ipsum glorificemus in æternum, Amen.

Admonitio pro volente testari.

36 *Testamentum cura sano, vel initio morbi, & statu gratiæ faciendum.*

36 *Testari impediens vt peccat, & quibus cognatus pauperibus testabitur.*

37 *Pater cur non tenetur præeligere filium digniorem, vt Gubernator publicus.*

38 *Lege Nauarrorum, & Aragonum cur pater filium sine causa exhæredare queat.*

39 *Pater minuere non potest legitimam vere donando, sed remunerando, & faciendo pia sic.*

39 *Donna Maria à Mendoza laudata.*

36 TEstari volens, sanus, vel in principio morbi id faciat, ne postea successuri ab intestato de more varijs modis, & in his notarios, & testes auertendo, ab eo faciẽdo impediant, quo minus alijs aliquid relinquat, qui tamen grauissime peccant, cũ obligatione restituendi, & pœna perdendi hęreditatem *b*, quod intelligendũ est iuxta dicta supra *c*. Precari tamẽ per se, aut per alios, vt sibi potius quam alijs relinquat, sine magna importunitate, non est peccatũ, iuxta Salicetum *d*. Debet item testator operam dare, vt in statu gratiæ testamentum faciat, quia id faciens in statu peccati mortalis, nullam gratiã, nec gloriam meretur iubẽdo suffragia, & alia pro sua anima fieri, quamuis postea in statum gratię redeat, & in eo moriatur: sicut nec ad illũ effectum alia opera in peccato mortali facta prosunt *a*, imo, nec ad satisfactionem pœnarum, quas in purgatorio debet, vt significant magni auctores in id citati à Magistro *b*, & affirmant Sanctus Tho. Bonauentura, Richardus, & communis *c*, licet contra teneat Scotus *d* approbatus per Gabrielem, & Maiorem, quos sequuti fuimus *e*, ad effectum magnificandi misericordiã Dei: dicentes tamen vtilius esse vti opinione S. Thomę ad animarũ nostrarum requiem. Quare consulendum est testatori, vt quum probabilius existimat se esse in statu gratiæ (qui vt plurimũ videtur esse post confessionem, & communionem) testamentum antea factum cum omnibus in eo contentis ratificet, & offerat Deo ad gratiam eius per remissionem peccatorum promerendam, iuxta mentem omnium. Quod vero aliqui dicunt, testatorem, qui nec parentes, nec liberos, (qui sunt necessarij hęredes) habet, teneri ad relinquenda bona cognatis pauperibus, (nisi mali, & indigni sint) limitandum est procedere tantum in cognatis extreme egentibus, quibus nullus alius proximior cognatus est qui eos alere possit, & velit: quia nulla lex naturalis diuina, vel humana ad plus de præcepto obligat *f*.

37 Ad *primum* noue quæsitũ, an pater relinquens in Castella filio minus digno tertiã partem bonorum, quam relinquere potest vni, vel pluribus filijs, quem, vel quos elegerit, peccet: Resp. negatiue, quia nullã per hoc legẽ violat. Nec obstat, quod Ioãn. Lupus contrarium tenuerit *g*. Tum quia fundamenta eius tantum cõprehendunt eos, qui potestate publica debent eligere ad honores, & munera publica Ecclesiastica, vel secularia, iuxta leges iustitiæ distributiuæ, quæ dictant, vt optimi quique ad ea deligantur: nos autem agimus de homine priuato, qui priuata potestate ad sua priuata bona delegit, quẽ nulla lex obligat ad eligen-

b l. 1. C. si quis aliqu. est, prohib. & S. Anton. 3. par. tit. 10. c. 1. parag. 2.
c Supr. ca. 17. nu. 72.
d In l. 3. C. eodem.
a C. nihil, de cons. d. 5. gl. c. quod quidẽ, de pœ. & remis. & diximus, in c. 3. in prin. n. 45. de pœ. d. 6. & in di. Commen. de indul. super parag. in Leuit. not. 19. n. 5.
c Dist. 16.
d In d. dist. 15. q. 1.
e In c. 1. in prin. n. 47. de pœn. d. 6.
f Arg. l. 1. C. sacrosan. Ecclesi. & dictorum sup. c. 24.
g In c. per vestras, parag. 20. de dona. inter vir. & vx.
h Ca. l. ceat 8. q. 1. c. vnum para. nunc 25. di.

eligendum optimum filiorum, sed tantum eum, quem voluerit. Tū quia prædictus Ioannes falso imaginatus fuit patrē distribuentē bona inter filios, teneri legibus iustitiæ distributiuę, quæ solum ligant eos, qui publica potestate, publica, & communia bona distribuunt particularibus: aliquando secundum merita eorum, vt cum distribuunt munera, & officia: aliquando secundum fortunas eorum, vt quum distribuunt pecunias *i*.

i Iuxta Arist. 2. & 4. Ethic. & S. Tho. recept. 2.2. q. 123. ar. 3.

38 Ad *secundū* respōdeo, quod leges regnorum Nauarræ, & Arragonię, quibus permittitur patribus exhæredare filios, relictis singulis eorū quinis solidis, & singulis prædiolis, ea ratione iustificantur, quod per illam facultatē filij continentur in officio, & obedientia paterna, ne dicant, quod in Castella frequēter audiuimus: filius vnicus sum parentibus meis, velint, nolint, succedā in omnibus eorum bonis, excepta quinta parte, vel, etsi habeam fratres, meam tamen legitimam mihi tollere nequeūt, &c. Nec obstat illud à multis assertum, legitimam partē bonorum parentum deberi filijs naturali iure, quod humano illorū regnorum tolli nequit *a*: non inquam, id obstat: quia solum est verum quoad filios pauperes, debiles, infirmos, & inhabiles se suaarte, & labore honeste sustentare non valentes, & ad id legitima parte, vel maiore indigentes; non autem quoad alios, vt probamus *b* efficaci ratione, & per l. *si quis à liberis c.*

a Cap. quæ contra, 8. d.

b In c. ius naturale, 1. d. c parag. idem in liberis, ff. de li. agnosc.

39 Ad *tertiū* respondeo, quod licet parentes nō possunt iusta conscientia minuere filijs partes bonorū suorum eis iure debitas per veras donationes, nec cōtractus simulatos, scilicet, forma oneroſos, & re gratuitos, possunt tamen per cōtractus vere oneroſos, & donationes remuneratorias, per fundamenta lasōnis *d*, & Ioan. Lupi: *e* quibus, & omnibus citatis per eos addo, posse etiam donando aliquid amplius vltra merita donatarij: quia perfecta gratitudo nō solum exigit vt tātum quantū accipitur retribuatur, sed aliquid amplius, secundum Arist. *f* quod applicauimus *g* ad donationes remuneratorias beneficiariorū.

d In l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.

e Vbi supra, parag. 59.

f 5. Ethic. & S. Tho. 2.2. qu. 106. ar. 6.

g In tra. prædict. q. 1. munī. 6.

Ad *quartum* respondeo, quod patēr potest dum viuit largiri de suis bonis in veras eleemosynas, & opera pia, ad cultū Dei, salutē animę suę, & redemptionē pœnæ peccatorum pertinentia: tum quia dare eleemosynam, nō est donare *h*: quia hoc non est vera donatio, sed donatio ob causam, & tantam, quę omnes fortunas hominis superat: per quam considerationē bis defendimus à murmure quorundam eruditorum illustrissimam eandēque pientissimā Donnam Mariam à Mendoza, quæ iuuādis pijs operibus, & elargiēdis multis magnis eleemosynis cuiusq; ordinis pauperibus tam religiosis, quam secularibus, superare mihi videtur omnes quotquot à quinque seculis viderim, audierim, & legerim, etiā Reges, & Reginas, optimo cū exemplo secularium magnatum, & nō parua reprehensione Ecclesiasticorum in ea re plus satis dormitantium: quam vtinam videant omnes sic feruentem Christo vsque in finem in terris, & ipse

h Secundum ea ibi in dicto verbo donat.

ego olim regnantem sine fine cum eo in cœlis, Amen.

De censuris Ecclesiæ, scilicet, excommunicatione, suspensione, & interdicto, & de irregularitate, déque Ecclesię pollutione, ac de casibus reseruatis, de quibusdam miscellaneis ad confessarios plurimum pertinentibus.

CAPVT XXVII.

1 *Censura quid, & est triplex.*

1 *Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem, & minorem, quæ sint illæ, & quod in dubio significatur maior. Diuiditur etiam in generalem, & specialem, & generalis in latam à iure, & latam ab homine, quo differant. Diuiditur etiam in iustam, & in iniustam, & iusta quid, & quid efficit, nu. 2.*

3 *Excommunicatio iniusta quæ diuiditur in iniustam validam, & in iniustam nullam, iniusta valida in duas, quæ differunt sic: iniusta nulla quid operatur.*

4 *Excommunicatio iniusta est nulla in his quinq; casibus.*

1 PRæmitto primo, verbum *censura* significare dignitatem censoris, & etiam correctionem alicuius: in qua posteriore significatione hic sumitur, & non pro qualibet correctione, sed pro Ecclesiastica: quę definiri potest esse *sententia lata à capace ordinis, mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur communione sacramentorum, vel hominum, vel exercitio actuum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepultura.* Dixi, *sententia*, pro genere. Dixi, *lata à capace ordinis*, ad excludendas omnes sententias omnium prælatarum, etiam habentium iurisdictionem Ecclesiasticam, vt singulariter declarauit Panorm. per textum, & glossam *a*. Dixi, *mediante iurisdictione Ecclesiastica*; quia lata sine iurisdictione, vel cu ea, sed temporaria, non est censura. Dixi, *fori exterioris*; quia lata mediante iurisdictione fori tantum interioris non est censura: qualis est suspensio ab officio à confessario facta *b*. Dixi, *qua quis, &c.* ad denotandum triplicem esse censuram, scilicet, excommunicationem, suspensionem, & interdictum *c*. Excommunicatio autem definitur esse *censura quæ priuat communione sacramentorum tantum, aut sacramentorum, & hominum*: & est duplex, minor, & maior. Minor est, *priuans participatione passiua omnium sacramentorum d*. Maior vero est, *censura priuans participatione, tam actiua, quam passiua sacramentorum, & hominum*, secundum sententiam Panormitani, & communem nostrorum *a*, & Theologorum *b*: & quamuis dispositiones pœnales in dubio intelligantur de minori pœ-

a In c. dilecta, nu. 3. & 5. de minor. & obedien. b Arg. gloss. fing. in cap. is qui de sent. excom. l. 6. ver. de iure. c Cap. quærenti de verb. signif.

d Ca. si celebrat de cle. excom. min. a In rub. de sent. excom. b In 4. d. 18.

pœna *e*, tamen cum iudex excommunicat aliquem simpliciter sine expressione maioris, vel minoris excommunicationis, intelligitur de maiori *d*.

2 Duplex est iterum excommunicatio, scilicet generalis, & specialis *e*. Generalis autem rursus est duplex, scilicet lata à iure, & lata ab homine: lata à iure est, *qua generaliter canon, constitutio, aut statutum excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit f*: lata vero ab homine est, *quam iudex generaliter fert in eum qui illud, aut illud fecerit, vel non fecerit*: inter quas duas, vt infra *g* dicetur, est magnum discrimen: nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio eo, qui eam tulit, iuxta glossam solemnem *h*, idemque tradit S. Antoninus *i*, pro quibus textus facit *k*. Moritur, inquam, quoad eos, qui eam non incurrerunt, antequam ille moreretur, aut priuaretur *l*. At lata à iure minime *m*. Ex quo colligi potest, quid dicendum sit de excommunicationibus, & alijs censuris latis in mandatis visitationum, quæ non sunt statuta, sed mandata generalia, aut specialia hominum.

Diuiditur etiam excommunicatio in iustam, & iniustam *n*. Excommunicatio iusta est, *quam fert is, qui potest propter quod, & quomodo debet*, quæ nihil operatur, quoad Ecclesiam triumphantem, & quoad Deum, iuxta glos. singularem *o*, quam plus satis laudant Panormitanus, & Felinus *p*, vt dixi in ca. *ita quorundam q*, & declarauimus *r*. Plus (inquam) satis: quia quamuis non auferat communionem omnino interiorem, sed solum præsupponat ablatam, propter peccatum mortale, ratione cuius fertur: auferri tamen *s*, vt dicetur, auxilium suffragiorum generalium Ecclesiæ, & communionem sacramentorum, quibus iter paratur ad Ecclesiam triumphantem.

3 Iniusta vero est, *quam fert is, qui non potest, aut aliter, & ob aliud quam debet*: & diuiditur in iniustam validam, & iniustam inualidam: nam sicut aliæ sententiæ (licet iniustæ sint) valent regulariter quatenus ad forum exterius, & earum virtute in eo tanta fit executio, quanta iustarum *t*, & aliquæ sunt nullæ & irritæ *u*: sic etiam sententia excõmunicationis, quamuis iniusta valet regulariter, & ob id Gregorius *x* dixit timendam esse, siue iusta sit, siue iniusta: & aliqua nulla est iniusta valida druidjtur in eã, quæ est iniusta ob defectũ rectitudinis animi iudicis, aut formę, quę nõ est essentialis: & iniustam ex defectu iustæ causæ ad excommunicandum, quæ multum differunt: quãuis enim vtraque valeat, prima tamen tãtum ligat, quantum iusta in foro interiori, & exteriori: secunda vero parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, propter scandalũ post declarationẽ, quia nõ admit communionem, quę omnino est anterior, neque suffragia generalia, quam Ecclesia, & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales, nisi aliqua negligentia, vel contumacia mortali roboretur *a*, adeo quod Caietanus *b* de effectu excõmunicationis dixerit, eiusmodi excõmunicationem iniustam nõ esse proprie excommunicatio-

c C. in pœnit. de reg. iur. li. 6.
d Cap penul. de sent. exc.
e Ca. a nobis 1. de sent. excom. c. statuimus, & c. constit. eo, t. li. 6.
f Ca. 1. de cõstit. li. 6. cle. 1. parag. verum de hæret.
g Num. 40.
h In d. c. à nobis, 2. quam Host. Panor. Fel. & communis seqq.
i 2. part. tit. 23. c. 74.
k In l. hin. ff. de pœn.
l Secundum Pan. & communem ibid.
m Cap. fin. de offic. leg. iecundum eos. dem, in prædictis locis.
n Iuxt. glos. in summa 11. quæst. 3.
o Cap. quod cunque 24. quæst. 1. plud rubr. de sent. exc.
q In glo. fin. nu. 8. de Iudæis.
r In c. penu. de sent. exc.
s Vt nu. 18.
t Ca. cum inter, de re iud. & l. res iudicata, ff. de reg. iur.
u l. prolatam, C. de sent. & interloc. omn. iud.
x In c. 3. 11. qu. 3.

a Felin. post assos in c. vlt. de testibus cogen.
b In tract. 10. q. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cationem, sicut nec homo mortuus est homo. Quod tamen ita non esse probauimus multis rationibus *c*, quarum à nonnullis desideratarũ vna est, quod tota definitio excommunicationis ei conuenit, cum ea separet à communione sacramentorum, & hominũ, quantum ad forum exterius, & etiam quoad interius, vbi sciunt illum esse excommunicatum, & ignoratur eius iniustitia, quantum ad effectum peccandi, nisi eum euitent: & valet hæc cõsequentia: separat quantum ad forum exterius, ergo separat: separat quantum ad hoc: ergo separat, arguendo à toto in modo ad suam partem: vt est homo albus, ergo est homo, iuxta doctrinam Aristotelis à Baldo receptam *d*. Altera est, quod non definit quis esse homo ex eo quod nõ videt, non audit, non loquitur: neque ideo, quod non facit omnia opera, quę alij faciũt, modo aliqua vitalia faciat: ita quamuis hęc excõmunicatio nõ efficiat omnia, quę iusta; facit tamen aliqua, propter quę potest appellari vere excommunicatio: quia operatur id quod est dictum. Et quamuis opinio Caietani defendi possit, quia effectu nõ differt à communi, relinquenda tamen videtur: quia differt à communi more loquendi canonum, qui e habet sententiam pastoris etiam iniustam timendam esse: vbi glossa, & vbique Doctores aperte dicunt, valere, ac ligare excommunicationem iniustam, & differre ab ea quæ est nulla. Iniusta vero, inualida, seu nulla, nihil aliud operatur in foro interiori, neque exteriori, quam quod obligat excommunicatum ad seruandum eam, quoad populus sibi persuadeat, aut debeat persuadere causas nullitatis, ad euitandum scandalum, vt diximus alibi *f*.

4 Porro, excommunicatio iniusta est nulla in multis casibus, quos ponit glossa celebris *g*, qui omnes ad quinque redigi possunt. *Primus*, quando qui excommunicat non est iudex saltem excommunicati *h*, aut non toleratus: qualis est excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, aut interdictus, & denuntiatus talis *a*. *Secundus* casus, quando fertur contra tenorem priuilegiorum *b*. *Tertius*, quando post legitimam appellationem fertur *c*. *Quartus*, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem, quem habet illa quæ datur contra aliquem, ex quo recte aliquid fecit, puta, quia dedit eleemosynam pauperi, aut quia non fecit aliquid illicitum, aut impossibile *d*. *Quintus*, quando excommunicator excommunicat eos, qui participant cum excommunicato à se, non nominando eos expresse, præuia trina monitione, cum interuallo aliquot dierum *e*. Dixi, *Cum excommunicato à se*; quia secus in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab alio, vt dixit Perusinus *f*, reputans esse id singulare dictum *g*.

Nõ obstat, quod videtur derogatum cõsuetudine prædictis capitibus, quum de more nõ dentur literę contra participates nominatim. Tum quia in Lusitania passim fit. Tũ quia in terris, in quibus id non faciunt iudices, subditi etiam non seruant

corum

c In d.c. penult. de sen. excom.

d In Topic. in l. conuenticula. C. de episcopis & cler.

e Vt ca. 1. 11. q. 3.

f In cap. cum contingat, de rescript. remed. 2. & in d. cap. pen. de sent. excom.

g Ca. præsenti, de sentent. excom. lib. 6.

h Ca. nullus, de paroch.

a Ca. ad probandum, & ibi glos. de re iudic.

b Ca. quanto, de priuil. & c. t. de concess. præben. l. 6. par. g. ex parte.

c Ca. per tuas, de sent. excom. cap. ad præsentiam, de appellat.

d Ca. venerabilibus, para. fin. de sentent. excomm. l. 6. & ca. præsenti, 11. q. 3.

e Ca. præsenti, & ca. constitutionem de sen. excom. l. 6.

f In c. peruenit, 1. de appellat.

g Cap. præsenti. in verbo a se.

corũ præcepta, & vt illi sunt in possessione ferendi literas contra participãtes sine solemnitate illorũ iurium *h*: ita isti sunt in possessione nõ parendi illis,& nõ habendi se pro excõmunicatis maiori excõmunicatione ad effectum se abstinẽdi à diuinis, & obtinendi absolutionem. Et ita videtur non esse derogatum illis capitibus *i*. Nec obstat, quod cõsequeretur illas literas esse superuacaneas: quia potest dici quod prosunt ad effectum perueniendi ad interdictum,& brachium seculare *k*. Nõ obstat etiam,quod in aliqnot regionibus est cõsuetudo dandi denuntiatoriam cõtra eos,qui non sunt confessi ante Pascha,excõmunicando vicinos participantes cum eis. Et quod illa excõmunicatio censeatur valida,& ligare vicinos eis participantes,quia illa non datur contra participantes cum excõmunicatis ab ipso denuntiante, sed cum excommunicatis à constitutione synonali: denuntians enim non excommunicat, sed tantum declarat.

h Arg. eorum quæ notantur in c. final. de consuet.

i Iuxta c. 1. cũ ei annot. de offic. ordin.

k l. hæredis palam, parag. sed si notam, ff. de testam.

Quis potest excommunicare.

5 *Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem Ecclesiasticam, ordinariam, vel delegatam in foro exteriori.*

6 *Excommunicare nequit Episcopus extra suum Episcopatum, nec laici, nec mulieres, neque quis seipsum.*

7 *Excommunicare an possit consuetudo, aut excommunicatus, suspensus, aut interdictus.*

8 *Excommunicans sine facultate, causa, ordine, scriptura, vel monitione peccat.*

5 *Secundo præmitto*, quod causa efficiẽs excõmunicationis potest esse Papa,& omnes alij prælati, etiamsi sint minores episcopis: quales sunt Abbates, Præpositi,& Priores Ecclesiarũ collegiatarũ regularium & secularium, etiamsi non sint consecrati, neque benedicti, modo sint cõfirmati, vel prouisi: quia hi omnes possunt excommunicare iure cõmuni suos subditos *a*, & etiam reliqui omnes, qui consuetudine præscripta sibi compararunt iurisdictionem *b*,& non alij Dixi supra, *Collegiatarum*, quia alij qui vocãtur Abbates,& Priores in multis regionibus, eo quod sunt rectores Ecclesiarum habentium multos beneficiatos nõ viuentes collegialiter, non possunt excommunicare iure communi: quia nullam eo habẽt iurisdictionem fori exterioris, iuxta notata *c*. Quo fit, vt capitulum sede vacante possit excommunicare *d*,& Archiepiscopus, Episcopus,& delegatus summi Pont.*e*& etiã delegati prædictorum, eos, in quos habẽt iurisdictionem delegatam *f*. Fit item è cõtrario, quod Abbates, Rectores, aut Parochi Ecclesiarum simpliciũ parochialium nõ possunt excommunicare suos parochianos iure cõmuni, neque specialiter, neque generaliter: quia facultas excommunicandi non oritur ab ordine, imo est pars iurisdictionis fori exterioris,

a Ca. trãsmissam, c. suffraganeis de elec. & c. cum ab ecclesiarum de off. ord.

b Cap. duo simil, de off. ordin & c. eũ contingat, de foro compet.

c In ca. licet, canon. & glos. c. statutum, verb. collegiatis, de cle&. lib. 6.& Pan. in c. nobis de iur. patr.

d Ca cũ olim cum ei annotat. de maior.

e Cap. de ijs, 12. di.

f Cap. P.& C. de off. de leg.

ris, iuxta glossam receptam *g*, quam ipsi non habent: eam tamē possent habere ex consuetudine præscripta, iuxta Clem. *h* tunc autem tantam habebunt, quantam consuetudo dederit.

6 Fit itē, quod nec Episcopus extra suum Episcopatum potest excommunicare etiam suos subditos *i*, etiamsi esset vi pulsus, nisi in loco viciniori Episcopatui *k*, aut nisi de consensu Episcopi vbi manet, & habet domicilium *l*, aut in re adeo manifesta, quæ non requirat cognitionem causæ *m*. Videtur tamen, quod qui extra suum Episcopatum nō residentiam consummauerint, ligantur excommunicatione lata ab eo contra non residentes in beneficijs suis, eo quod non residentiam inceperunt in Episcopatu: vel quia res est sita intra illum *n*. Fit item, quod non possunt excommunicare mulieres *o*. Neque laici sine priuilegio Apostolico *p*. Nec quisquam seipsum *q*, & ob id Episcopus, qui excommunicat generaliter quemcunque qui furatus est, aut furabitur, lusit, aut ludet, licet ipse id faciat, aut fecerit, non erit excommunicatus, secundum Hostiensem *r*, & S. Thomam *s*, communiter receptos, vt probat Henricus *t*: sed si Episcopus solum esset denuntiator excommunicationis summi Pōtificis, aut excommunicationis alterius Episcopi, aut eius vicarij, aut alius, qui excommunicat, maneret excommunicatus, secundum Bernardin. de Busto *a*, & mentem omnium.

7 Nec consuetudo sola absque sententia, aut constitutione aliquem excommunicat *b*, nisi legitime præscripta sit, aut approbata à summo Pontifice, aut alio Prælato, quantum ad suos subditos: quia tunc vim haberet statuti, secundum Angelum *c*. Neque excommunicatus, quamuis sit occultus *d*: cuius tamen oppositum est verius, scilicet, quod si non est denuntiatus potest excommunicare, & valet excommunicatio lata ab eo, secundum Panorm. *e* & Felinum *f*: quamuis eam ferat in fauorem eius, qui scit eum excommunicatum, vt dixi *g*.

8 Quibus cōsequens est peccare mortaliter, qui sciens, aut qui scire debens, se nō posse excommunicare, excommunicat: quia vsurpat iurisdictionem alienā, aut eius vsum, quod est peccatū mortale, iuxta S. Thom. *h* Et qui excōmunicat aliquem iniuste, quamuis id nō faciat odio, inuidia, aut mala voluntate, sed per ignorantiam crassam, aut supinam, secundum Richardum *i*. Et etiā qui excōmunicat sine canonica monitione *k*, vel solo verbo, sine scriptura publica, aut priuata, nisi iusta de causa id omittat: quamuis excommunicatio liget, & excommunicās maneat suspensus per vnū mēsem ab ingressu Ecclesię, & à diuinis officijs *l*, intra quem si celebrauerit aliquod officium diuinū alicui ordini peculiariter addictū, erit irregularis, cū quo solus Papa dispensat *m*. Quę tamen pœna suspensionis non afficit Episco-

g In d.c. trāsmissam.
h Arg. d. cap. duo simul, & d.c. cum contingat.
f Ca. Episcopum, 11. q. 3. & c. de 2. de for. comper.
i Rot. 13. de consuet. in antiq.
m Arg. c. cum sit, parag. fi. de app.
n Arg. eius quod ait Feder. cons. 182. & Fel. in c. postulasti, col. fin. de for. comp.
o Arg. c. nona de pœ. & remiss.
p Cap. præter adiuncta glo. verb. ducibus, 32. d. q l. quis iurisdi. & ff. de iur. omn. iud.
r In summa de sen. excom. parag. quis valeat.
s In 4. d. 18. q. 2. ad 2. & Ioan. And. in reg. cui licet lib. 6.
t Li. de syn. 2. part. ar. 2. nu. 26.
a par. 2. serm. 37. pag. 3.
b Secundum Ross. verb. excom. 7. parag. 10.
c Verb. excō. 1. parag. 6.
d Secundum glos. in sum. & ea. audiuimus, 24. q. 1.
e In c. ab excomm. nu. 5. de rescrip. c. cum dilecti, de dol. & contum. sub fin.
f In c. prohibendum, colum 3. de re iud. infra, nu. 35.
sent. excom. g. in ca. dilectus, 2. de præb. in responsione ad contraria per ex-

trauagant. ad euitanda de qua. h 2. 2. q. 60. ar. 6. i In 4. di. 18. art. 4. q. 4 k Ca. sacro de sent. excommu. l Ca. sacro. de & c. 1. eod. tit. li. 6. m Ca. 1. de senten. & re iud. li. 6.

pos

pos: quia non fit eorum particularis mentio, quod est necesse, vtipsi incurrant suspensionem *n*: nec prælatos religiosorum, quando est periculum in mora, vel constitutiones ordinis præscribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris, secund. Gabriel. *o* qui non satis vigilanter loquitur: quia quãdo periculum est in mora, etiã alij omittere possunt solemnitatem prædictam *p*, & cõstitutiones, nisi essent cõfirmatę à summo Pontifice, nõ possent derogare iuri communi *q*, & ignorantia, nisi esset iusta, eos non excusaret *r*, præsertim quod prælati religiosorum cautius excommunicare debẽt, quam secularium, propter maiorem charitatem, qua debent esse erga fratres *s*.

n Cap. quia periculosum cod. tit. & li. o In 4. di. 18. q. 2. col. 9. can. 7.
p per constitut. sub fin. de sent. excom. l. 6.
q Ca. quod super iis, de maiori, & obed.
r Ca. ignorantia, de reg. iur. li. 6
s Arg. notatorum per Panor. in c. causam quæ de iud.

De causa, & forma excommunicandi.

9 *Excommunicatio maior non feratur, nisi propter contumaciam mortalem, aut peccatum futurum, &c.*
10 *Excommunicatio, quæ sine monitione, sententia, & clausula iustificatiua est nulla, nu.* 11.
10 *Excommunicatio de rebus peditis à solo Episcopo danda, & alia non nisi in subsidium.*
10 *Excommunicatio annalis suspectum hæreseos facit.*
12 *Excommunicatio quibus verbis fit, & conditionalis, vel sine intentione ligandi, an liget, nu.* 11.

9 TErtio *præmitto* circa hæc *primo*, quod nemo debet excommunicari maiori excõmunicatione, nisi ob cõtumaciam mortalẽ, quia persistit in peccato mortali præterito, aut in futura inobedientia nõ cõparendi iusto præcepto facto præcedẽte mora, culpa, aut offensa *a*. Et consequenter nemo incurrit excommunicationem impositam à canone generali, vel particulari, nisi peccando mortaliter: quæ est regula consolationis plenissima, quã tradidit Palud. *b* quãque nos applicuimus multis, & in his parua furantibus *c*. Et idem eadem ratione dicendum quoad hoc de excommunicatione generali lata ab homine.

a Iuxt. mentem c. nullus, c. nemo. 11. q. 3. c. 1. de iud. c. à nobis, 1 c. sacrosan. de sent. excom. & c. Roma, parag. caueant, eod. tit. lib. 6.
b In 4. di. 18. q. 1. art. 2.
c In c. inter verba, 11 q. nu. 480.

10 *Secundo*, quod quę excommunicatio fertur à canone, aut statuto, ita vt qui fecerit illud, aut illud, ipso facto sit excommunicatus, aut quod illud, aut illud non fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, non requirit præcedentem canonicam monitionem, per ea quæ diximus *d*: imo, qui contra facit, statim excommunicatur *e*.

d In prælect. ca. cũ contingat de reser. parag. caus. nullit. post Inno. in prin. c. sacrosan. & de sent. excom.
e Ca. si quis suadente, 11 q. 4. c. à nobis, 1. de sent. excom. & c. 2. de constit. lib. 6.

Tertio, quod Concil. Trident. in. *f* huic rei multa adiecit in hæc verba: *Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro perditis seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur: & tunc, non aliàs, quam ex re non vulgari, causaque diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat: nec ad eas concedendas cuiuscuis sæcularis, etiam magistra-*

f Sess. 25. c. 3. de reform.

magistratus auctoritate adducatur: sed totum hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis vero iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis cuiuscumque dignitatis existant, vt quandocumque executio realis, vel personalis, in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quam definiendo à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi existentibus eo ipso quod exactæ fuerint assignentur, seu per captionem pignorum, personarúmque districtionem per suos proprios aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliáque iuris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitq; erga iudicem contumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis, vt supra fieri poterit, erit à censuris abstinendum. Sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti: si tamen delicti qualitas, præcedente saltem bina monitione, etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit seculari cuilibet magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata: cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, aut familiaritatem non recipiatur; sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tamquam de hæresi suspectum procedi possit. Hæc ibi. In quibus nouem præcipue notanda videntur. *Primum,* quod solus Episcopus potest ferre huiusmodi excommunicationes generales. *Secundum,* quod in causis ciuilibus nullus iudex debet vti excommunicatione, nisi in subsidium aliorum iuris remediorum: neque in criminalibus, nisi quum executio personalis, vel realis fuerit valde difficilis.

11 *Tertium,* quod insordescens in ea per annū, habetur de hæresi suspectus. *Quartū,* quod ob culpā præteritam nō debet ferri, nisi canonica monitione præcedēte, quę est trina *a*, cū interuallo saltem duorū dierum inter vnā, & aliam monitionem, aut vnā pro tribus cōcedendo sex dies pro illis, quando non est periculum in mora *b*, & quando tale periculū interuenerit, diminuendum est tempus quomodo, & quantum oportuerit, & nō plus, nec minus. Quod adeo est verum, quod excommunicatio esset omnino nulla, si ferret eam prælatus, vel iudex in executionem sententiæ, vel præcepti sine præuia cognitione causæ, & sine clausula iustificatiua latæ circa præterita, id est, dato termino

a Dist. ca. sacro.

b Ca. constitutionem, de sent. excom. li. 6. adiuncto d. c. sacro.

mino ad allegandas causas, si quas habuerit contra huiusmodi mandatum c, quod est maximi ponderis. *Quintum*, quod qui excommunicat sine hac monitione, & sine scripto, in quo declaretur causa, peccat mortaliter: licet valeat, vt tactum est a. *Sextum*, quod excommunicatio lata sub conditione, ante implementum eius non ligat b. *Septimum*, quod excommunicatio nō ligat, si qui eam fert, non habet intentionem ligandi, neque etiamsi is, qui eam petit, non habet voluntatem vt ligetur: quia omne suum robur accipit excommunicatio à voluntate excommunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, non vult magis excommunicare quam ipsa pars velit. Quare illi quos excommunicans, aut petens excommunicari eos, qui illud, aut illud fecerint, aut non denuntiarint, intendit eximere ab illa, vere eam non incurrunt, licet se putent incurrere. *Octauum*, quod nulla certa verba sunt præscripta pro forma substantiali excommunicationis.

c Iuxta Innoc in c. proposuit, de cōcess. præben. colu. 2. & in c. 1. eod. tit. l. 6. Oldr. consi. 81. n. 2. & alios quos citaui in prælect. d. c. cum contingat. parag. caus. nullit.

a Sup. num. 8.

b Cap. præter ea. 2. de app.

12 Quapropter, vt dixit bene Hostiens. c nihil refert, an iudex dicat: *Excommunico te, aut separo te à communione*, aut similia, quibus declaret voluntatem suam excommunicandi de præsenti: illa tamen, quæ ipse putat ad id sufficere, scilicet, *cognosco, aut habeo te pro excommunicato*, dicta à iudice, non videntur nobis sufficere, post Goffridum, quem ille refert: quidquid ipse dicat: nisi quādo ponuntur in excommunicatione canonis, aut decreti, aut in excommunicatione conditionali: quales sunt omnes, quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura, pro quibus faciant illa capita, per quę d hę duæ opiniones inter se conciliari possunt. *Nonum*, quod non parens canoni, aut iudici iubenti aliquid sub pœna excommunicationis, non statim erit excōmunicatus: quia verba illa non significant voluntatem excommunicandi ipso facto, sed communicationem excommunicandi eum, si non paruerit e. Neque etiam hæc, *excommunicetur*, sed hęc sic, *sit excōmunicatus* f: nisi quādo alia iura declarant oppositum, quo casu intelligenda est gloss. g Quæ resolutio licet cōmunis videatur, iure tamen proprius apparet, quod præfata verba, *sit excōmunicatus*, nō denotant sententiam latā, sed ferendam, nisi cum alia iura id declarāt. Tum quia plurimi canones h continent illa verba, quæ tamen secundum gloss. i ferendam sententiam significant. Tum quia verbum, *sit*, est futuri temporis per verba cuius non fertur excommunicatio ipso iure, nisi aliquid aliud adijciatur k. Tum quia non obstat dicere, quod verbum, *sit*, est etiam præsentis temporis imperatiui modi, sicut & futuri optatiui. Tum quia non est ita proprie illius, ac huius. Tum quia in dispositione dubia mitior pars est eligenda l, & præfata verba sunt dubia, ergo interpretanda sūt vt significent potius sententiam ferendam, quam latam. Tum quia gloss. m verbum, *sit*, exponit per, *fiat*, futuri temporis.

c In sum. de sent. excom. parag. qualiter, col. 2.

d Arg. c. 2. de testibus cog. & d. c. præterea de appellat.

e Iux. gl. celeb. in c. 2. de sagit. cui similis in c. 2. de matrim.

f Iuxt. Feli. in c. Rodul. col. 19. de reseri. & quod ipse citat.

g Cap. si quis ex clericis, de vita & honest. cler. & c. 2. de foro compet.

h Dist. 30.

i Ca 2. de foro compet.

k Secundum glo. recept. in reg. in pœnis, de reg. iuris, l. 6.

l Prædict reg. in pœn.

m Ca. si quis 13. d. cui consonat, glo. c. & quis ex clericis, de vita & honest. cler.

Quis possit excommunicari, & quis in excommunicatione non includitur.

13 *Excommunicari solum potest homo baptizatus, & mortalis habens superiorem: proinde nec diabolus, nec Papa, nec infidelis, nec locusta, licet possit adiurari.*

14 *Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, neque eum, qui scit, &c. Nec etiam specialis termino prorogato, nec tunc, &c. num. 15.*

16 *Excommunicatio non ligat ignorantem eam, etiam super re illicita.*

13 QVarto *præmitto* circa hęc *primò*, quòd nemo excommunicari potest, nisi homo baptizatus mortalis, habēs superiorē, iuxta cap. *Romana*, vbi Dominicus id sentit *a*, & nos dilatamus alibi *b*: proinde non possunt excommunicari diabolus, anima separata à corpore, collegiū, aut vniuersitas, quę nō sunt homines *c*, neque Iudęus, vel Ethnicus, qui non sunt baptizari, etiamsi sint catechumeni, hoc est, conuersi nondum baptizati, per dicta *d*: quamuis indulgētias lucrari possint, vt ibi dixi. Neq; resuscitatus denuo nō moriturus *e*, nec Papa, qui nulli homini, vel legi humanæ, qua sola fertur excōmunicatio, quoad pœnā subijcitur *f*: nam neq; propter hęresin incidit in excommunicationem humanam, de qua loquimur, sed in diuinā, secundum rationes Caietani *g*, quidquid dicat S. Antoninus *h*. Et quia hic tangitur summa Papæ maiestas, moneo te, Christiane Lector, typographo iam imprimēte hoc cap. 27. ostensum fuisse mihi librū in Hispania impressum, cuius auctor ait dicere me alicubi non esse obediendum Papæ statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialiū Castellæ: quod tamen est falsum, nec vllibi egovmquam id scripsi, nec debuit ab vllo scribi. Tum quia sapit hæresin Anglicanam. Tum quia procedit ex defectu cognitionis essentię rei spiritualis, quā nos latius & resolutius, quam vllus alius, quem meminerimus eorū, qui ante nos scripserunt, definiuimus *i*. Tum quia hęc ignorātia est causa, vt aliqui nimis amplient potestatē laicā ad spiritualia, quæ nemo potest constituere, neque destruere, nisi Papa, qui plenitudinē potestatis spiritualis immediate accipit à Christo: vel alius, qui mediate, vel immediate partē eius acceperit à Papa *k*. Tū quia nullus Catholicus debet ignorare omnia beneficia Ecclesiastica, siue sint iuris patronatus, siue patrimonialia, siue pręstimonia, siue cōmendæ, siue præceptorię, esse iura spiritualia *l*: & nullus neq; Imperator, neque vllus alius princeps habet potestatē erigendi vel extinguēdi vllum ex illis, etiam quam minimū, nisi habeat ad id potestatem immediate, vel mediate acceptā à Papa. Quæ est fides Catholica, quam nisi quisq; firmiter crediderit, saluus esse nō poterit. A quo falso testimonio prius nos liberassemus si prius

a Ca. Romana parag. vniuersitate, de sent. excom. lib. 6.
b In c. ita quorundam de Iuda, notab. 8. nu. 7. & gloss. vlt. n. 2.
c Ca. in quadam de celeb. miss.
d In commen. de indul. supra, parag. in Leuitico, notab. 31. & arg. c. venies de presbyt. non baptiz.
e Arg. finis symb. Athanas. & c. firmiter de summa Trin.
f Cap. proposuit, de concessio. præb. c. cuncta per mundum 9. q. 3.
g De auct. Papæ, & Conc. c. 10. 16. & 20.
h 3. par. tit. 24. ca. 7. parag. 1.
i Sup. in c. 23. nu. 99.
k Ca. in nouo, 2. di.
l Ca. dilectę, de præb.

si prius id nouissemus. Nemo itē à seipso, nec à suis statutis excōmunicari potest *b*, nec ab inferiori *c*. Quare superstitionis est credere, quod possunt excōmunicari locusta, bruchus, aut aliud genus vermium, & animalium irrationalium, quanquam religiose vti possum⁹ cōtra ea aqua benedicta, precibus, adiurationibus sanctis sūdatis in diuina bonitate, & misericordia, & suis sanctissimis verbis, & institutione Ecclesiæ Catholicæ, quibus solis vtinam vterentur qui audacter promittunt se eiecturos ea ab illa aut illa regione, si illud, vel illud sibi detur, quandoquidem nihil quod superat vires naturales, & effectum Sacramentorum, & institutionis Ecclesiæ, & reuelationem particularem, potest promitti tam certo atque ipsi promittunt, nec pretium peti sine specie cuiusdam simoniæ.

b Arg l. pen. ff. de excepr. arb.

c Arg. ea. cum inferior, de maior. & obedien. & c. inferior, 21. d.

14 *Secundò*, quòd in excommunicatione generali non includitur, quem proferens, vel petens illam non intendit includere, neque is, qui non potest parere, aut iusta de causa ad id non tenetur: vt qui non potest restituere, vel denuntiare furtum, aut iusta causa ab eo excusatur; modo adhibeatur remedium quod commodè adhiberi potest, vt cessante necessitate, aut causa satisfiat ijs, quorum remedium dedimus alibi *d*.

d In ca. inter verba, 11. q. 3.

15 *Tertiò*, quod excommunicatus sub conditione, si non soluat ad præscriptū terminum, non erit excommunicatus eo prorogante illū, antequam incurratur excommunicatio, iuxta communem Panormitani, & citatorum à Decio *e*: sed si non soluat in termino prædicto, erit excommunicatus *f*. Quod intelligēdū est, quando prorogatum fuit consensu iudicis, aliàs secus, vt recte ait, (mea sententia) Syluester *g*: nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequam incurratur de consensu eiusdem: non tamen suspendi, neque differri, neq; ita mutari, vt semel sublata iterū incurratur: quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere *h*. Adde illas singulares decisiones citatas supra *i*, quod non soluens pensionem in termino, non est excommunicatus, donec pensionarius id declaret.

e In d. c. præterea 2.

f Iuxta Inn. & com. ibid.

g Verb. excom. not. 1. cas. 13.

h l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iudi.

i Cap. 23. nu. 104.

Quartò, qui scit id quod iudex iubet reuelare, sed habet causam iustam non reuelandi, iuxta dicta supra *k*.

k Cap. 25. nu. 46.

16 *Quintò*, quod ignorantia facti probabilis excusat ab excommunicatione, secundum omnes, & etiam illius iuris, quo fertur excōmunicatio propter aliquod opus de se licitum, quod ipse ignorabat, neq; tenebatur scire esse prohibitum. Idem de ignorantia eius, qui facit opus de se illicitum, cui adiuncta est excōmunicatio per statutū inferioris Papa, quod ignorat, nisi crasse aut supine id faciat, secundum Adrianū, & omnes *a*, secus tamē secundū eum, & omnes citatos ab eo, si adnexa esset lege Papę: vt est percussio clerici *b*, per locū ab speciali: nobis tamē videtur verius contrariū cum Syluestro *c*. Tum quia eadem ratio inuenitur in vtraque: vtraq; enim est ignorantia iuris humani, nullūq; aliud est in hoc discrimen, quàm quod ignorantia pœnarū

a Per c. 2. parag vlt. de constit. l. 6.

b Arg. d. c. 2.

c Verb. excōmun. 2 not 5. & excom. vlt. q. 3.

legum Papæ non præsumitur, nec tam facilè potest probari quoad forum externus, quam pœna statutorum ordinariorum. Tum quia per dicta superius *d*, ignorans pœnam legis quoad alia sibi notæ, non incurrit eam in foro conscientiæ. Tum per alia quæ ponimus *e*, vbi respondimus ad argumenta Adriani.

d Ca.23.n.47. & infra num. 274.
e In c.fraternitas, 12.q.2.

Quid operatur excommunicatio maior.

17 *Excommunicatio vt tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam, & priuet à sacramentis, & suffragijs, nu.* 18. *diuinis officijs, nu.* 19 *& omni contento hoc versiculo:* Os, orare, &c. *nu.* 20. *facit & alia vndecim, nu.* 20. *&* 23. *seq.*

18 *Excommunicatus est iumentum diaboli præter illum, & illũ, nu.* 19.

21 *Excommunicatus vt infamis, & vt perdat debita seruitia, nu.* 22. *&* 23.

f In expos. symboli in illa parte 1. Sanctorum Communionem.
g Ca. resuscitatus, de pœn. d. 1. cum duobus seq.

17 *Vinto præmitto* quod vt dixi post S. Thomam *f*, triplex est cõmunio. *Prima*, omnino interior charitatis, & gratiæ, qua efficimur membra eiusdem corporis mystici Christi: à qua solum peccatum mortale nos separat *g*. *Secunda*, omnino exterior, qua inter nos alij alijs communicamus comedendo, bibendo, colloquendo. *Tertia*, media, seu mixta, scilicet sacramentorum, & suffragiorum generalium, quæ facit, aut præcipit fieri Ecclesiâ Catholica. Et quod excommunicatio non tollit primam communionem, sed supponit sublatam esse: & ita operatur *primo*, non quidem, vt nonnulli dicunt, exclusionem à gratia Dei, sed declarationem exclusionis factę per peccatum mortale. *Secundo*, excludit à sacramentis Ecclesiæ actiue, & passiue, ita quod nec possit accipere, nec dare *a*.

a Ca. Engeltrudã, 13. q.4.

18 *Tertio*, priuat suffragijs generalibus Ecclesiæ; adeo, vt nulla in re intendat ei subuenire per illa, quod maximum damnum est. Ob quod dici solet excommunicatum possideri à diabolo, & *b* vti eo sicut mulio suo iumento *c*. Quod tamen non intelligitur de excõmunicato vere cõtrito procurãte pro viribus absolutionem *d*: is enim coram Deo est in statu gratiæ, & fruitur cõmunione prima, & tertia, non autem secunda. Idẽ de excõmunicato absque iusta causa, & de illo qui non potuit soluere ad præstitutum tempus, intra quod iussus fuit sub excommunicationis latæ sententię pœna: ij enim quoad Deum non sunt excommunicati, quia non peccarunt mortaliter, quamuis sint quoad homines, vt dixi vbi supra post Caietanum *e*. Idem est de excommunicato ob contumaciam præsumptam, sed non veram coram Deo, secundum Maiorem *f*.

b In c. audi. & ca. omnis, 11. q. 3.
c Glo. in d. c. audi.
d Arg. c. dixi, & c. magnæ, de pœn. di. 1.
e In tract. 19. tom. 1.
f In 4. d. 18. q. 2. col. 8.
g Ca. quod in re, de pœ. & remiss.

19 *Quarto*, excludit à diuinis officijs, & alijs precibus cum aliis simul faciendis, vel audiendis *g*: quamquam bene potest solus precari, etiam in Ecclesia, licet alij precentur seiuncti ab eo,

eo, iuxta Innocentium receptum *h*.

Quinto, priuat omnibus contentis illo versiculo glossę *i*: *Os, orare, vale, communio, mensa negetur*, quem Hostiensis *k*, & omnes Theologi *l*, & Canonistę *m* attigerunt.

20 Per, *os*, intelligitur participatio colloquendo, osculando, amplexãdo, recipiendo, mitteado, vel dando literas. Per, *orare*, autẽ, dicta participatio sacramentorum, & diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum in Ecclesia, intra, vel extra eam cum alijs dicendarum, iuxta Innocentium *o*. Per, *vale*, verò includuntur mutuę salutationes, quæ fiunt per collocutionẽ, aut literas, aut etiã assurgendo, aperiendo caput, mouendo labia, & alia similia, quæ significant salutationem sine locutione, iuxta mentem Cardinalis, Imolę, & communis *p*, quidquid dicat Maior *q*, & Angelus *r*, quorũ opinio teneri posset, quoad forũ conscientię, quãdo eiusmodi signa fierent sine intentione salutandi intra animũ, dicendo: *Deus te conuertat*, vel aliud simile *s*. Per, *communio*, participatio, quæ habetur in operando, exercẽdo, aut faciendo aliquid simul cũ eo, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiusdem parte, aut cõuersando cũ eo alijs modis. Per, *mensa*, intelligitur comedendo in eadem mensa, dormiẽdo eodem lecto, quamuis domus sit aliena, secundum S. Antoninum *t*, iuxta quem, & Innocentium *u*, non potest quis etiam in in cõuiuio alicuius tertij comedere cum excommunicato; imò debet surgere ex mensa, si excommunicatus accumberet, non tenetur tamẽ exire domo; imò potest comedere in alia domus parte, si vterque non erat inuitatus ad idem conuiuium: nam si erant ambo inuitati, licet in duabus mensis diuersis comederent, videbuntur communicare in eodem conuiuio, & simul edere, quantum ad hunc effectum, iuxta mentem illorum.

21 *Sexto*, facit irregularem vtentẽ aliquo actu ordini suo peculiari, vt dictum est supra. *Septimo*, facit infamem, si excommunicatio est manifesta *a*, quod Ludouicus Romanus dixit ad hoc singulare *b*, limitauit tamen vt solũ procedat in excommunicato ob causam afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inurente. *Octauo*, facit collationem beneficij Ecclesiastici adeo nullam, vt nõ conualescat per absolutionem, nisi reuocetur *d*, & consequenter tenetur relinquere illud, & restituere fructus ad id vsque tempus perceptos. *Nono*, priuat facultate eligendi actiua, & passiua *e*. *Decimo*, suspendit ab officio, & beneficio *f*. Quamquam si habet officium publicum, valebit quod per illud faciet ratione eius, quousque toleratur *g*.

22 *Vndecimo*, eximit subditos ab onere seruiendi ratione fidelitatis, aut subiectionis iurisdictionalis, quamdiu fuerit excõmunicatus *h*. *Duodecimo*, priuat facultate iuuendi vxorem sine peccato mortali per supradicta de sacramẽtis: quamquã hic secundo continetur. *Decimotertio*, annullat rescripta obtenta à summo Pontifice, præterquam super articulo eiusdem excõmuni-

h Ca. nuper, de sen. excom.
i Cap. statuimus, de sen. excom. lib. 6.
k In summa, de sent. excom. parag. exquisita pœna.
l In 4. d. 18.
m Mille in locis.
n Ca. cum excom. & seq. 11 q. 3.
o In d.c. nuper, & dicenda, infr. n. 36.
p In clem. nn. de sent. excom.
q In 4. d. 18. qu. 2.
r Verb. excom. parag. 4. omnis ff. fi
s Argu. l. non cert. per. l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. 13. part. tit. 24. c. 7.
t In d. ca. nuper.

a Per c. Infames, 6. q. 1.
b In fin. 262.
c Sing. 289.
d Ca. cum bonæ, de ætat. & qualit. & ca. postulasti, cũ gl. & ei ann. de cler. excom. minist.
e Cap. constitutus, 1. de appell.
f Ca. pastoralis, parag. verũm cod. tit.
g Cap. approbandum, de rẽ iud. & ibi gloss. verb. innodatus.
h Cap. per. & vlt. 15. q. 8.

cationis *i*, nisi quod de more fit, detur absolutio ad effectum illorum consequendum,& non insorduerit per annum,vt diximus alibi, vbi *l* posuimus tenorem regulæ Cancellariæ de insordescentibus.

23 *Decimoquartò*, priuat alios facultate pro eo orandi publice, & solemniter; quamuis possint priuate, vt diximus *m*. *Decimoquinto*, repellit à iudicio, vt non possit esse actor, neque procurator actoris, neque reus; potest tamen esse reus ad se defendendum *n*, vt habet communis ibidem, & etiam constitui procurator, vt absolutus procurare possit, vt diximus *o*. *Decimosextò*, facit vt perseuerans in excommunicatione per vnum annum in causa criminali videatur confiteri crimen *p*: per quę malè intellecta glossa *q* cum alijs multis tenuit, quod debet etiam priuari suis beneficijs, quod non est verum, vt copiosè scripsimus super illam. *Decimoseptimò*, priuat sepultura loci sacri *r*. *Decimooctauò*, obligat manentem in ea per aliquod tempus ad soluendam, antequam absoluatur, pœnam constitutam in aliquibus Episcopatibus *a*, & constitutam etiam per leges seculares Castellæ *b*, & per leges Lusitaniæ aliam, postea quam captus fuerit *c*. *Decimonono*, quod operatur & alia multa, quæ scribit Rebuffus *d*, quædam tamen incautè.

i Ca.1. de rescrip.l.6.
k In rubr.c. itaquorundã, de iudæis.
l In glo. vlt. n.16.
m In Enchirid. siue Manual.de orat. & hor.canon. c. sine notab. 19.n.67.
n Ca.Intelleximus,de iud.
o In c. post cessionem,de probat.post Decis. contra commun.
p Ca.rursus,& c.quicunque, 11.q 3.
q Fin. in c.1. de iud.
r Ca.sacris,de sepult.
a Ang. verbo excom. vlt. parag.13.
b l.1.tit.5.li. 8 ord. c.parag. item hæ de.auer. tit.53.l.1.ord. & tit.46.li.5. ord.
d In glo.concord.tit.de excom. non vitand.

De excommunicatione minore,& participatione cum excommunicato.

24 *Excommunicatio minor solam participationem passiuam sacramentorum tollit, non missæ auditionem, &c. nu.* 25 *sic incurritur: non æquatur mortali: tollitur à quouis presbytero, numero* 26 *non incurritur in his casibus, nu.* 26. *&* 27.

27 *Excommunicatus communicat cum vxore, filijs, & famulis: non est vitandus, donec denuntietur.*

28 *Excommunicato participare veniale, num.* 29. *nisi sex casibus, num.* 30. 31. *&* 32.

28 *Communio Christianorum triplex, quam non tollit principaliter excommunicatio.*

33 *Excommunicato specialiter non denuntiato præsente quæ missa continuanda, &* 2. *seq.*

35 *Extrauagantis, ad euitanda, tenor.*

36 *Excommunicato ob iustum timorem participari potest sic, & non sic.*

36 *Excommunicato pro denuntiato orari potest oratione priuata, non publica, &c.*

36 *Excommunicatio lata à iudice in participantes cum excommunicato à se, sine ista monitione, nulla.*

e Ca.cod.nu. 1.

24 SExto præmitto circa hoc *primo*, quod excommunicatio minor, vt dictum est *e*, solum separat à participatione passiua sacramentorum: & ideo potest eligere, & vti omni

omni iurisdictione, quamquā non potest eligi *f*, potest & ministrare sacramenta, si dando nō recipiat: nā missans ad cōmunicādū alios, & Episcopus missans ad dandū ordines, nō peccāt, qua parte dāt, sed quia sumūt: qui est verus intellectus rationis illius celebris *g*, quam pridem dedimus ibi secuti mentem Hostiensis *h*, relicto Panormitano, quidquid dicant Maior *i*, & Adrianus *k* contra illum textum, eius ratione non satis intellecta.

f Cap si celebrat de cler. excom.

g Cap. si celebrat.
h Ibidem.
i In 4. di. 18. q. 2.
k In 4. declauib. q. 3.

Secundo, quod prædicta minor excommunicatio non facit vt peccet audiendo missam, nec sumendo pacem, quæ in ea offertur, secundum Dominicum, & Francum, contra Archidiaconum *a*, nec absoluendo ab excōmunicatione maiore, vel minore *b*, nec absoluendo à peccatis, quia id est dare, & non recipere sacramentum, neque eadem ratione dando sacramentum infirmo sine missæ celebratione, quidquid dicant prædicti.

a In c. is cui de sen. excom. li. 6.
b Arg. c. duob. de sen. excom. & d. c. si celebr. & Mai. in 4. di. 18. q. 2. col. 2. Adria. in 4. de claubus, q. 3. col. 2.

25 *Tertio*, quod hęc excōmunicatio quamquam ferri potest per sententiam iudicis, tamen cōmuniter non fertur, nisi per ius in octo casibus, quos ponit Innocentius *c*: Quorū, quia solum vnū videmus in vsu, & quia dici solet in alijs nō esse veram excommunicationem minorem, ideo eos taceo. Casus autem vsitatus est, participatio cum excōmunicato maiore excommunicatione in casibus prohibitis. Dixi, *maiore*; quia nō incurritur ea ob participationem cum excommunicato minori: nam nō transit in tertiam personam excōmunicatio *d*, iuxta glossam receptam.

c In c. 1. de sen. excom.

d In c. excellentissimus, 11. q. 3.

Quarto, quod post eam incursam nullū sacramentum potest recipere, antequam absoluatur ab ea: nō quia æquetur peccato mortali, vt dixerunt Panormitanus, & alij *e*, siquidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo, vt ibidem docemus.

e In d. c. ñ celebrat.

Quinto, quod quilibet sacerdos simplex, etiamsi nō sit parochus, sicut potest absoluere à peccatis venialibus non habentem mortalia, secundum Caietanum id constanter affirmantem, ita potest eundem absoluere ab excommunicatione minori, vt efficaciter contra eundem probamus *f*.

f In c. placuit de pœ. dist. 6. nu. 25.

26 *Sexto*, quod regulariter participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem *g*. Fallit tamen in multis contentis illo versi. glossæ *h*.

g Ca. nuper c. cū voluntate, in prin. & parag. 1. de sen. excom.
h Ca. cum desideras, de sen. excom.

Hæc anathema quidem soluunt, ne possit obesse:
Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Per *Vtile*, excluditur qui participat cum excommunicato ad vtilitatem eius animæ, prędicando, vel admonendo quod animæ conuenit: quamuis interponat nonnulla alia verba, vt commodius persuadeat *i*: vel ad vtilitatem propriam temporalem, præsertim sibi debitam: vt petendo ab eo debitum in iudicio, aut extra illud *k*: aut consilium spirituale pro se, aut pro alijs: & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis à quo petatur.

i Ca. responso, &c. cum voluntate, de sen. excom.
k Ca. intelleximus de iudi.

27 Per, *Lex*, vxor excōmunicati, quam lex coniugij ad cōmunicandum ei obligat. Per, *Humile*, filii, quos secum habet, serui, famu-

famuli vrbani, & rusticani, qui ante excommunicationē erant subiecti illi: & ideo tenentur inseruire *a*, nisi eorum consilio, fauore, & auxilio perseueret in sua contumacia *b*. Dixi, *ante*, quia qui post excommunicationem scienter cœperunt viuere cum eo non excusantur. Et quamquam iuxta glossam communiter receptam *c* maritus, pater, dominus, & herus non possunt cōmunicare vxori, filijs, mancipijs, & famulis excommunicatis: nobis tamen verius videtur oppositum, quod sentit Adrianus *d*, quos rectius ait excludi per verbum, *Vtile*, quam per verbum, *Lex*: per illud enim excluditur creditor, qui potest suum debitū petere à debitore excommunicato, & omnes istę personę subiectæ sunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut stipendium. Per verbum, *Res ignorata*, excipitur ignorans *e*, quando ignorantia est facti, secundum omnes: & etiam quando est iuris dubij per notata *f*. Nunc autem dicitur iusta ignorantia eius, qui ignorat excommunicatum esse denuntiatum *g*. Verum est tamen, quod qui à fide dignis audiuit illum, vel illum denuntiatum, debet euitare *h*, sed qui dubitat, non tenetur vitare, præsertim in præsentia aliorum: quia inferret illi iniuriam. Per, *Necesse*, excipitur qui participat propter magnam necessitatem propriam, vel excommunicati: vt quia alter alterius eleemosyna indiget, quam ab alijs commode habere non potest *k*.

28 *Septimo*, quod participatio cū excommunicato maiori excommunicatione non est communiter plusquam venialis, etiā habita à non exceptis superius, secundum opinionem Hostiensis *l*, & communem *m*, & S. Thomę, & aliorum *n*, quamuis dubitet Panormitanus *o*, & aliqui teneant oppositum.

29 Dixi, *Communiter*, quia fallit in sex participationibus. *Prima*, est participatio in sacramentis, vel diuinis officijs. *Secunda*, minis frequens. *Tertia*, in contemptum clauium. *Quarta*, contra speciale præceptum iudicis. *Quinta*, cum excommunicato à Papa cum participibus. *Sexta*, in peccato mortali: quarum ratio specialitatis est, quod quælibet illarum est principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali.

30 *Prima* enim est mortalis: quia communio sacramentorū, & diuinorum officiorum est illi principaliter vetita. *Secunda* vero est mortalis: quia intelligitur de frequentia, quæ habet coniunctam malitiam mortalem animandi ad delinquendum *p*.

31 *Tertia*, quia habet coniunctam malitiam mortalem inobedientię *q*: quis autem dicatur contemnere, dictum est supra *r*. *Quarta*, quia est duplex inobedientia, iuris, & iudicis *a*, quod limitatur infra *b*. *Quinta*, ea ratione qua quarta: qualem tamen excommunicationem solus Papa potest ferre, per dicenda *c*. *Sexta*, quia miscetur ei malitia mortalis ipsius peccati.

32 *Octauo*, quod quidquid dicāt Rosella *d*, & Syluester *e*, & prius Ancharanus *f*, & Panormitanus *g*, & Ioan. Tabienna *h*, multum refert,

a Cap. quoniam multos, 11. q. 3.
b Dict. c. quoniam c. inter alia & c. si vere. de sent. excom.
c Dict. c. quoniam.
d In 4. de clauibus, q 3. col. 5.
e Dict. c. quoniam.
f In ca. ignorantia, de reg. iur. l. 6. & parag. notandū, 1. q. 4.
g Per extra. ad euitādum relatam infra, tit. 35.
h arg. c. illud de cler. excom. ministrant.
i Maior in 4. d. 18. q. 2. col. 8.
k Dict. c. quoniam.
l In summa de sen. exc. parag. fin.
m Io. And. & aliorum in c. sacris de ijs quæ vi.
n In 4. d. 18.
o In d. ca. sacris.
p Contra I. conuenire, ff. de pact. dotat. & c. ex parte, de cōiuctud.
q Contra c. 13. ad Ro. & c. solitæ de maior.
r Ca. 23. ad n. 42.
a Ca. 2. de maior.
b Num. 36.
c In d. n. 36.
d Verb. excom. 1. casu, 43 parag. fi.
e eod. vers. dub. 1. & 3. & excom. 9. casu, 41.
f In c. nuper nu. 7.
g Ibid. n 8. de sent. excom.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

refert, an quis participet cum excommunicato in delicto habē-teannexam excommunicationem, antequam eam incurrat, vel post eam incursam: nam qui communicat ante incursam, vel cum incurritur, non incurrit eam; communicans vero postea sic, modo concurrant ea, de quibus infra *i*, quorum verus intellectus est hic. Non obstat, quod sæpe consulens, mandans, iubens, & iuuans ad faciendum aliquid, cui est annexa excōmunicatio, excōmunicantur: quia non excommunicantur ratione prędictæ participationis, sed quia lex non tolum excommunicat facientes, sed etiā consulentem, mandantem, &c. qualis est lex excommunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excommunicans simpliciter facientem regulariter non cōprehendat consulentem, nec mandantem, probatur infra *k*.

h Verb. excommunic. 5. cas. 1 parag. 37. & 38.

i Nu. 112. per c. nuper, & c. si concubinæ, de sen. excō.

k Num 52.

33 *Nono*, quod excommunicato ingrediente ecclesiā ad orandum debent exire qui sunt intra eam, aut rogatu, vel vi eum cogere egredi, alioqui cessare ab officijs diuinis, etiam missæ cœptæ, si nondum inceptus est canon, id est, *Te igitur, &c.* nam si esset cœptus, perficienda est ad finem vsque, cum vno tātum ministro, sumendo etiam sacramentum, Hostiens. *l* & Innocen. *m* S. Tho. & communis *n*. Non tamen exire tenentur, eo quod transeat excommunicatus per Ecclesiam, aut non orando maneat in ea propter alia negotia, per dicta *o*: neque etiam eo quod flectat genua, & dicat aliquam orationem priuatim.

l In sum. de sen. excom. parag. & quæ sit pœna verbo, sed nunquid iuxta cle. grauis, adiuncta glo. recep. de sen. excom.

m In d. c. nuper.

34 *Decimo*, quod textus, qui declarant, quando excommunicatus occultus debeat euitari occulte, & quando non, procedunt secundum tempus antiquum, & non secundum hoc, in quo seruari debet extrauagās *ad euitanda*, relata male à Felino *p*, & à S. Anto. *q* & bene à nobis *r*, lata per Martinū V. & relata in statutis Ecclesię Gallicanæ *s*, & iterū renouata à Conc. Later. *t* & in cōcordatis inter Leonē X. & Franciscum I. cuius tenor est hic.

n In 4. d. 18. o Eod. c. n. 20. p In c. Rudulphus, de rescript.

q 3. part. tit. 24. c. 3.

r In c. 1. parag. laborer, de pœ. d. 6.

s In titul. de excommun. non vitand.

t Habito sub Leone X Sess. 10.

35 *Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis, constituimus, vt nemo posthac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ, neque seruare interdictum ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, aut denuntiata specialiter, & expresse à iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam, neque manifesto constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, quia à communione huius volumus quod se separent iuxta canonicas constitutiones. Per hoc tamen non intendimus relevare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.*

Nota primo, quod hæc extrauagans in verbo, *generaliter*, signi-

ficat eā nihil prodesse, quoad excōmunicatū specialiter: sed cōtra tenet glossa *a*, quam sequimur. Tum ob auctoritatē eius. Tū ob verbum, *specialiter*, in secunda parte positum. Tū per adducta in d. §. laboret. Tum quia vsus Vrbis, & orbis habet, nō vitare excommunicatos specialiter ob contumaciam non cōparendi, vel nō parendi, antequam declarentur, & denuntientur.

Nota secundo, quod hæc extrauagans nihil prodest excommunicato: & sic perinde tenetur nunc ac antea ad euitandum alios, quamuis sit occultus.

Nota tertio, quod hæc extrauagans nihil prodest, quoad excōmunicatos manifestos, qui nullo modo possūt occultari. Quod consequi videtur peccare omnes Catholicos Gallię, & Germaniæ, qui Lutheranis manifestis, imo & palam confitentibus se tales, communicant. Tum quia sunt manifesti excommunicati propter hæresin notoriam per bullam Cœnæ *b*. Tum quia non videtur prodesse dicere, quod finis restringendus est ad excommunicatum ob percussionem clerici notorie iniustam, vt habet tenor relatus à Felino, Antonino, & à nonnullis alijs: quin vel illa restrictio non fuit posita, vel postea fuit sublata in dicto Concilio Lateranensi, & in dictis concordatis: sed quia durum est damnare gentem, in qua sunt tot viri eruditissimi, & academiæ celeberrimę, pręsertim Parisiensis, Tolosana, & Louaniensis, probabiliter dici potest prædictam extrauagantem esse vsu receptam cum sola illa limitatione de excommunicatione manifesta percussionis clerici, iuxta tenorem antiquę: vel quod multitudo hęreticorum, & necessitas communicandi, & negotiandi facit licitum, quod alias non esset *c*.

36 *Vndecimo*, quod qui semel est excōmunicatus, & deūntiatus, semper vitari debet quousque cōstet de absolutione *a*: nisi persona sit eiusmodi, cui affirmāti se absolutā esse probabiliter debeat credi *b*: & quod qui timore mortis alloquitur excōmunicatū nō peccat, neque incurrit aliquā excōmunicationem, secūdū Innoc. *c* & Maiorem *d*, etiamsi colloqueretur, & participaret in diuinis officijs *e*, modo nō participet in peccato mortali, neque cum negatione, saltem tacita fidei Catholicę, quę resultaret ex communicatione in contemptum, & vilipendium excommunicationis: quia oportet potius mori, quā sic communicare, cū magis teneatur defendere articulum fidei de auctoritate, & potestate Ecclesiæ ferendi excōmunicationem, & illius valorem, quam vitam corporalem *f*: & hoc modo limitandum est dictum cap. *sacris g*, vt dixi *h*, & senserunt Maior, & Syluester *i*.

Duodecimo, ad *primum* dubium hic propositū respondeo, quod illud S. Thomæ *k*, scilicet esse peccatum mortale orare pro excommunicato, est intelligēdum *primo* de oratione publica, quæ nomine Ecclesiæ fit, & non de priuata: quia ipsemet *l* tenet licitum esse orare pro excōmunicato, & pro quouis infideli oratione priuata. *Secundo*, quod vt dixi *m*, non procedit in excom-

muni-

a In d. statutis Gallica.

b De qua infra.

c Iuxt. regu. quod non est licitum, de reg. iur.

a Per glos. celeb. ca. proposuit, de cler. excom. minist.

b Ang. verb. excomm. 8. parag. 16

c In ca. si vere de sen. excom.

d In 4. d. 18. q. 4 col. 2.

e Sylu. verbo excom. c. 5. q. 4.

f Ca. presbyteros, 50. di. & c. ita ne, 22. q. 5.

g De his quæ vi.

h In c. sicut de consec. d. 1.

i Vbi supr.

k Quolib. 11. ar. 9.

l In 4. d. 18. q. 2. ar. 1. q. 1.

m In d. cap. quando, notab. 19. nu. 47. & seq.

municato nulliter, seu inualide, neque excommunicato valide, sed ex iniusta causa, neque in excõmunicatio iuste, quem credimus vere pœnitere, modo nõ fiat expresse publice pro illo, iuxta mentem Hostiensis *n*. Imo ibidem omnibus qui ante nos scripserunt addimus, posse quẽ dicere missam, orando in ea, & applicando eius valorem quibus Ecclesia mandat applicari eo fine, vt illud suum opus orandi, & applicandi ad quem, & pro quo debet, accipiat Deus pro oratione priuata, vt aliquis infidelis, vel excõmunicatus cõuertatur. Quoniam aliud est applicare preces missæ, & eius valorem alicui; aliud applicare illud opus orandi, & applicandi, vt ibidem *o* copiosius declaratur.

n In ca. cum voluntate, de, sent. excom.

o Num. 78.

Ad *secundum*, quod pro excommunicato non denuntiato, nec notorio potest orari publice per prædictam extrauagãtem, quę post S. Thomam lata fuit, per quam nunc non negatur sepultura ijs qui excommunicati moriuntur, nisi sint denuntiati.

Ad *tertium*, quod incurrit minorem excõmunicationem, qui vt minister Ecclesiæ, aut nomine eius orat pro excõmunicato denuntiato: quia ex dictis S. Thomę *p* colligitur, quod non solum est vetitum orare cum excommunicato, vt prædictum est, sed etiã orare pro eo oratione publica Ecclesię nomine factą.

p Dict. art. 9. & in 4. d. 18. q. 2. ar. 1. q. 1.

Ad *quartũ*, de participantibus cum excõmunicato contra præceptum iuris, & iudicis, dico, quod nõ solum peccant mortaliter, vt dictum est *a*, sed etiam incurrũt excõmunicationem maiorem: nisi quum excõmunicans dat literas contra participantes cum excommunicatis à se, sine monitione, de qua supra *b*: quia excommunicatio sic lata est nulla, vt ibi dictum est.

a Supran. 31.

b Num. 4.

Ad *quintũ*, quod illud vulgatũ superius positũ, scilicet, peccare mortaliter, qui cõmunicat cum excõmunicato in oratione, intelligendum est de oratione publica, quæ fit nomine Ecclesiæ: quales sunt missę, horæ Canonicæ, quas cantant vel dicunt sui ministri nomine ipsius: qualis est cõsecratio Ecclesię, altaris, & virginum, benedictio solemnis episcopi, & aquæ benedictæ, & officia defunctorum, & sepultura: nõ autem de oratione priuata: qualis est salutatio Angelica, matutina, meridiana, & vespertina: qualis est benedictio simplex mẽsę, & alię similes, quę non sunt prohibitæ tempore interdicti, vt dicetur *c*: imo videtur quod neque venialiter peccatur in aliquibus earum. Tum quia S. Thomas *d* ait orãtem pro excommunicato participare cum illo oratione priuata, vel priuatim dicta. Tũ quia S. Antoninus, & omnes fatentur, quod licet dicere excõmunicato, cum me salutat, aut mitto ad eum literas: *Deus te conuertat*, quæ est magna oratio, & maior illa: *Deus nos conuertat*: quod tamẽ ei dicere possumus. Tum quia possumus alloqui excommunicatum super eis quę ad eius animam pertinent *e*. Tum quia licet legere cum excommunicato aliquam partem Euangelij, aut alicuius psalmi: siquidem illud eius animę conuenit, & consequẽter dicere: *Miserere nobis*, &, *Leuaui oculos meos*, quę sũt orationes.

c Infra nu. 177.

d In dicto ar. 9.

e Ca. cum voluntate, de sent. excom.

Tum

f Ca. respon-so de sent. excom.

Tum quia possumus audire cum eo concionem *f*, in cuius initio omnes frontem cruce consignamus, dicentes: *Per signum crucis, &c.* quę est egregia oratio: & salutamus Virginem Matrem per *Aue Maria, &c.* quæ est oratio præcellens, in cuius fine omnes facimus preculas à concionatore iussas, dum absoluit, siue precatur, *Misereatur vestri omnipotens Deus, &c.*

Ad *sextum*, quod actus extraiudiciales excommunicati etiam denuntiati, & in illo agendo peccāris etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excōmunicati. Tū quia excommunicatione nō desinit esse verus homo, imo nec liber, nec perdit potestatem naturalē, & ita potest regulariter cōtrahere, vt quilibet alius, & facere omnia, quæ iure naturali gentium, & ciuili nituntur *g*, & consequenter testari, secundum communem, quā sequitur Frācus *a*: quod præsertim procedit in actibus, quos lex humana non potest annullare: quales sunt sacramentales: nam baptisma, confirmatio, & ordo, collata excommunicato, vel ab excommunicato, valent, secundū omnes; imo & matrimoniū *b*: fallit autē regulariter in actibus pertinentibus ad potestatē, & iurisdictionem Ecclesiasticam humanā, per quam illi annullari possunt: quales sunt, ad beneficia præsentatio, electio, postulatio, confirmatio, institutio, collatio, prouisio, & nominatio *c*.

g Arg. c. ius naturale, & c. ius gentiū. 1. d. & l. 2. paragius naturale, & l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.

a In rubri. de testam. contra gl. in c. decernimus, de sen. excom. l. 6.

b Ca. significasti, de eo qui dux. in matr.

c Cap. si celebrat. & c. postulasti; de cleric. excomunic.

De absolutione excommunicationis, & à quo fieri potest.

37 *Excommunicatio, & absolutio conueniunt in his, & differunt in his, num.* 38.

38 *Excommunicatio sine causa parum nocet, absolutio multum prodest, an falsa vtramque annihilet.*

39 *Excommunicatione à minore, & maiore lata à iure, vel ab homine hic absoluit, n.* 40. *etiam sola tonsura initiatus, licet non soleat fieri cum magno interdum incommodo, n.* 41. *& 42. seqq.*

44 *Absolutio excommunicationis à quo delegatur, n.* 45.

46 *Absolutus ob impedimentum, vel à Papa cum onere præsentandi se, faciat hoc.*

47 *Excommunicationis absolutionē huiusmodi satisfactio præcedat, n.* 48.

d Ca. 16. n. 9. & 12. c. huius.

e Ca. pisanis 46 de rest. spol. & ea quæ ibi Ant. not. 7. & Deci. post alios in l. transact. not. 1. C. de transact. trad.

f Arg. gl. sub. tilis, & sing. elem. 1. de iur. patr. ver. exhibemus, & eorum quæ ad eius declarationem refert. Felin. in c. parte, col. 4. de sent.

37 SEptimò *præmitto* circa hoc *primo*, quod absolutio, & excommunicatio conueniunt in multis. Tū quia neutra requirit certa verba pro forma substantiali, vt supra dictum est *d*. Tum quia neutra valet quidquam non seruata forma alia quam iuris, cum qua data est potestas excōmunicandi, vel absoluendi et qui antea non habebat *e*. Quare licet absolutio facta ab habēte potestatem iure ordinario nō seruata forma iuris valeat, etiam ante satisfactionē, nihil tamen valet facta à delegato nō seruata forma absoluendi sibi data in delegatione *f*. Et ita absolutio

facta

facta extra mortis articulum ab eo qui per bullas, vel alia priuilegia habet facultatem absoluendi in eo, non valer, neque facta ante satisfactionem ab eo, qui haberet facultatem absoluendi post eam. Dixi, *Alia quam iuris*; quia, vt pridem respondimus, absolutio data virtute mandati Papę ad absoluendum secundū formam iuris, valet, quamuis ea non seruetur: vt valeret facta sine illa ab ordinario auctoritate ordinaria, quia non fuit intentio Papę inducere nouam formam per illa verba, sed admonere commissarium id quod secundum ius debet facere: quod in simili dixit Innocentius *a*, quem sequitur glossa singularis, & receptissima, quæ magna est *b*. Tum quia, vt excommunicatio valet regulariter, quamuis sit iniusta, ita & absolutio *c*.

38 *Secundo*, quod differunt in multis: quia excommunicatio iniusta ex causa nihil nocet quoad forum conscientiæ, vt supra *d* dictum est: absolutio vero iniusta prodest: nam Cōfessarius posset absoluere à suis peccatis absolutum iniuste ab excōmunicatione: & absoluto iniuste prosunt suffragia generalia Ecclesiæ, quæ non prodessent nullatenus absoluto, quę noua, & firma declaratio est. Tum quia excommunicatio lata metu iusto valet, etiam quoad forum conscientiæ, subsistente iusta causa ad excommunicandum *e*, absolutio vero minime *f*. Tum quia excommunicatio lata ex falsa causa, valet, & nō absolutio *g*, quāuis Cardinalis *h* exæquat eas, dicēs neutram valere, si neutram esset daturus iudex, si sciret causam esse falsam; vtramque verò valere, si iudex haberet animū dandi vtramque, si sciret vtriusque causam esse falsam. Et quamquam illi magis dubitant de valore absolutionis quam excommunicationis, ego vero cōtra puto non esse dubiū de valore absolutionis, etiam quantum ad forū conscientię: quia illa non excedit facultatem humanam, neque continet errorem intolerabilem, siquidem nō pertinet nisi ad iustitiam partium, in eo quod potest male aut bene: & adeò dubito de valore excommunicationis datę ex falsa causa, vt putem non valere illā: quia videtur continere errorē intolerabilē, & excessum facultatis humanę, eo quod vult excōmunicare aliquem, siue peccauerit mortaliter, siue non, ex dictis supra *i*, per illud Panormitani, & Fel. *k* scil. quod excommunicatio lata per iudicem contra citatū non comparentem ex iusto impedimento nihil valet: quia nō intendit, vt debuit excōmunicare, si iustum haberet impedimentum, & si intendit excommunicare, siue esset iuste impeditus, siue non, implicaret errorem intolerabilem, qui annullat excommunicationem *l*.

39 *Tertio*, quod excommunicatum minore excommunicatione potest absoluere quilibet sacerdos, qui potest absoluere à peccatis *m*, quamuis non sit eius parochus, si non habet nisi venialia, vt supra diximus *n*.

Quarto, quod excommunicatum maiori excommunicatione à iure nō reseruata alteri, potest absoluere propri⁹ prelatus *o*. Per proprium

a In c. fin. de præsumpt.
b Clem. 1. de offic. deleg.
c Ca. venerabilibus, para. vbi de sent. excom. lib. 6. qui est in hoc singul.
d Num. 3.
e Glo. fin. in c. 1. de his quæ vi secundum Panor. in c. Abbas, eo tit. col. 4. & Rauen. ibidem, & alios.
f Per textum sing. in d. c. 1. & Iux. gl. c. ex parte, de off. ordin. & in c. quod supra ijs, de fid. inst.
g In c. ab excōmunicato, de rescrip. in d. c. ex par. & d. c. quod super ijs, col. 5.
i Eod. ca. n. 4.
k In ca. 2. de test. cog.
l Ca. per tuas de sent. exc. c. venerabilib. fin. eo. tit. l. 6.
m Ca. ne per de sent. exc.
n In c. 4. n. 5. & c. placuit. de pœn. d. 1. 6. n. 25. & seqq.
o Dict. ca. nu-per.

proprium prelatum intelligo Papam, Episcopum, & capitulum sede vacante, & alium quemuis prælatum exemptum Ecclesię regularis, aut secularis, qui dicuntur habere iurisdictionē quasi episcopalem, secundum gloss. receptam *b*: & etiam quiuis alius non exemptus habens iurisdictionem in foro exteriori, & etiā parochus, aut sacerdos simplex, qui potest absoluere à peccatis mortalibus, secundū Innocentium, & Hostiensem *c*: quę est cōmunis opinio S. Thomę, & Bonauenturę, & aliorum Theologorum *d*, & etiam Summistarum, quos latè citat Syluester *e*, quamuis oppositum teneat Panormitanus *f* per glossam singularem, quæ nō dicit quod ille, iuxta quam communem pridem consuluimus, limitando illam noue, vt procedat solum quantū ad forum conscientię, & altera quantum ad forum exterius: limitando item illā cum S. Thoma: ita quod prædictus sacerdos simplex nō potest hoc facere sua auctoritate, sed vt Commissarius deputatus à Papa *g*, qui pro hoc est quasi expressus: & quod prelatus proprius potest absoluere ab excommunicatione incursa iure extra suum Episcopatum, & parochiam, secundū Federicum *h* communiter receptum. Dixi, *Non reseruata*, quia is cui reseruatur, debet eam dare, secundum omnes.

40 *Quintò*, quòd excommunicatū ab homine ipse solus potest absoluere, aut eius successor, superior, aut delegatus *i*, nisi quod delegatus Papę qui potest excommunicare intra vnum annum post sententiā diffinitiuā, eo transacto non potest absoluere *k*, quod est singulare, secundum Panormit. ibidem, qui cum communi idem dicit de quolibet alio delegato habente facultatem exequendi suā sententiā. Et nisi sit incēdiarius excōmunicatus ab Episcopo, qui non potest absolui ab eo post denuntiationē *l*, quod est singulare, secundum Cardinalem *m*. Et nisi excōmunicans, qui post excōmunicatur excommunicatione maiori, & denuntiatur *n*: quanquam potest si solum excōmunicatur minore *o*: & nisi excommunicatio sit pronuntiata ab inferiori, & confirmata à Papa ex certa scientia: nam ab ea non potest absoluere qui eam tulit, secundum Ioan. And. receptum *p*.

41 *Sextò*, quod si qui excōmunicauit non est sacerdos, non potest absoluere in foro conscientię, quamquā potest in exteriori, secundum aliquos, quos Syluester sequutus est *q*: quod restringēdum est ad absolutionē coniunctam cum peccatorum absolutione: nam ab excommunicatione sola potest absoluere etiā sola prima tonsura initiatus, vt affirmat S. Thomas *a* receptus à S. Anton *b*. & Ioan. Tabienna *c*: & quamuis nemo illud affirmaret, affirmandū tamen esset ob multa, quę in id adduci possent: commodius tamen videtur committere presbytero, secundum Maiorem receptum, contra quem facit, quod multi omittunt quęrere absolutionem à suis parochis, putantes illas cōmissiones iudicum esse absolutiones: & quod pauci sunt, qui possunt probare suam absolutionem factam per hanc commissionem à parocho,

b Clem. 1. de eccles. non alte.

c Dicto. c. nuper.

d In 4. d. 18.

e Verb. excōmun. 1. not. 2. fin. d. c nuper c. si episcopus, de pœn. & rem.

f Dict. c. nuper, parag. fin. h Cons. 16. & Pano. c. grauis, col. 3. de Præben.

g Dict. c. nuper, parag. fin.

i Ca. pastoralis, parag. præterea de off. deleg.

k Cap. quærenti, de off.

l Ca. tuæ, de sent. excom.

m Ibidem.

n Ca. audiuimus, 24. qu. 1.

o Cap. duobus de sent. excom.

p In c. ex frequentibus, de institut.

q Ver. absolutio, 1. not. 4.

a In 4 di. 18 b. 3. par. tit. 24. c. 77.

b Verb. absolutio ab excōmun.

c Verb. absolutio ab excōmun.

parocho, quia ille absoluit secreto sine notario, & testibus.

42 Per quę putamus vtilius fore vt iudex, si ei vacaret, absolueret, & daret literas absolutorias: & cum de more committit, excommunicatus debet dare operam, vt corã notario, & testibus absoluatur à parocho, quo, cũ oportuerit, possit probare absolutionẽ: quia semel excõmunicatus semper præsumitur talis *d*.

43 Quãquã aliquando ausi fuimus affirmare, quod qui ostẽderet cõmissionem, vt absolueretur, & diceret se absolutum à suo parocho, præsumeretur absolutus cũ solo testimonio parochi, & etiã sine eo, saltẽ si esset vir timens Deum, & ingrediebatur, & admittebatur ad diuina officia, habita ratione consuetudinis receptæ absoluendi absque notario, & testibus: quod etiam verum videtur, quodque facit ad intelligentiam clausulæ cuiusdã nouæ magni momenti additę à S. D. N. Gregorio XIII. In Bulla Iubilæi dati anno 1572. sub finem, ibi, *Declaramus*.

44 *Septimò*, quod executor mandati Papæ, quo iubetur excõmunicare certum hominem sine cognitione causæ, non potest absoluere postquam excommunicauit. Et quod qui potest absoluere ab excommunicatione lata à iure, potest absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine, iuxta decisionem singularem Ioannis de Imola *e*, relatam per Felinum *f*, dicentẽ numquam se in alio legisse: quamquam idem ante Ioan. Imolam dixerunt Ioannes Andreas, & Cardinalis *g*, & resumpserunt *h* per illum textum, quod defendimus nos *i*.

45 *Octauò*, quod qui possunt absoluere ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatę à Principe, aut concessę in priuilegiũ perpetuũ ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinarię potestatis, possũt cõmittere alijs, iuxta gloss. receptã, quæ conciliat illud cum c. *fin. l* dicens illud procedere in illis, quibus solum simplex ministeriũ absolutionis sine alia iurisdictione cõceditur. Et omnibus addimus, quod simplex ministerium absoluẽdi potest delegari etiam à delegato ordinarij, & à subdelegato delegati Papę: quamuis non possunt delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem *a*, quod quotidianum est

46 *Nonò*, quod excõmunicati à iure, vel homine, qui ob graue morbũ, aut ob aliud iustum impedimentũ faciunt se absoluere ab eo, qui sine illo non poterat, debent se præsentare cessante impedimẽto, quam cito cõmode possunt ei, qui eos iure poterat absoluere, alioquin recidunt in eandem excõmunicationẽ *b*. Idem de ijs, quos absoluunt legati Sedis Apostol. cũ onere præsentãdi se suis ordinarijs, aut alijs quibuslibet ad suscipiendam pœnitentiam, aut satisfaciendũ ei, quem iniuria affecerunt, sed non tenetur regulariter se præsentare personaliter, sed satis est mittere procuratores ad id idoneos, secundum Caiet. *c*. qui ait absolutum esse iudicem, quoad forum conscientię, ad determinandum tempus intra quod commode potuit se præsentare.

47 *Deci-*

d Iuxt. gl. solent, c. propositi, de cler. excom. ministr.

e In c. graue, de præbend. col. 4.

f In c. pastoralis, para. præterea, de offic. ordin.

g In d. c. graue.

h In c. ex frequentibus, de institut.

i In fin. cap. graue.

k In c. fin. de offic. ordin. l parag. fin. de off. deleg.

a Per c. super quæstionum parag. quem vero, & seq. & ea quæ notat ibi Felin. nu. 4. & 10. de offic. dele.

b Cap. eos de sen. excom. l. 6.

c In summ. verb. excom. c. 69.

47 *Decimo*, quod omnia iura, quę iubent satisfacere ante absolutionem in articulo mortis, intelligenda sunt, si excommunicatus potest satisfacere, & si non potest, satis est quod det cautionem *d*, quamuis Imola teneat oppositum *e*.

48 Nostro vero iudicio cautio debet esse sufficiens, id est, cum pignore, vel fideiussore, si eam potest dare, sin minus, det eam, quam potest, saltem iuratoriam, per easdem rationes Cardinalis *f*, & Felini *g*: siquidem ad impossibile nemo tenetur *h*. Quin & putamus cum, qui potest satisfacere ante mortem, sed non commode, id est, non nisi notabiliter vilius vēdendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, non teneri ad aliud, quam ad dandam cautionem sufficientem, quod satisfaciet primo quoque tempore, per dicta *i*. Adde quod Sotus *k* tenet, non sufficere inopiam ad hoc, vt delegatus prævia satisfactione absoluat.

d Iur. gl. quæ est pœn. clem. 2. parag. verum, de hæret. & Cardina. ibi. q. 4. & Felin. in c. pastoralis, parag. præterea, col. 3. de off. ord. & 11. c. cum contingit, de off. deleg. col. 1.
e super d. gloss.
f In d. clem.
g In parag. præterea.
h l. impossibilium, ff. de reg. iur.
i Ca. 17. n. 56. & 57.
k In 6. 1. sen. d. 22. q. 2. art. 2. conc. 2.

De excommunicationibus à iure latis, & primũ de reseruatis Papæ per bullam Cœnę, & alia iura.

49 *Excõmunicationes iuris antiqui paucæ, noui multæ, nouissimi quamplurimæ, nu.* 50.

51 *Excommunicatio vt interpretanda, & lata in facientem non includit regulariter consentientem.*

51 *Consilium quis dicitur dare, & quod nocet danti.*

52 *Bulla Cœnæ Domini quæ, & iterata non multiplicat censuras, & seqq.*

54 *Greg. XIII. feliciter cœpit, felicius prosequitur, felicissime perfecturus.*

55 *Excommunicatio prima bullæ Cœnæ in hæreticos, nu.* 56. *Secunda in schismaticos, nu.* 57. *Tertia in appellantes ad futurum Conc. n.* 58. *Quarta in piratas, n.* 59. *Quinta in accipientes naufragorũ bona, n.* 60. *Sexta in imponentes noua pedagia, nu.* 61. *Septima in falsarios, nu.* 62. *Octaua in deferentes arma Turcis, n.* 63. *Nona in impedientes necessaria Romam adducentes, nu.* 64. *Decima in male tractantes Romipetas, nu.* 65. *Vndecima in vsurpantes sibi iurisdictionem in Vrbe, nu.* 66. *Duodecima in iniurios Cardinalibus, num.* 67. *Decimatertia in impedientes cursum causarum Curiæ, &c. num.* 68. *& seq. Decimaseptima in vsurpantes fructus, &c. Decimaoctaua in imponentes decimas, tallias, & alia onera ecclesiasticis, nu.* 71. *Decimanona in laicos cognoscentes de criminibus clericorum, n.* 72. *Vigesima in occupantes bona Sedis Apostolicæ, nu.* 73. *Vigesimaprima in male absoluentes à censuris bullæ: quæ tamen non est reseruata,* 74.

55 *Hæreticis credentes, fautores, & receptores qui, nu.* 56.

57 *Schisma quid, quo differt ab hæresi, & excommunicatur in bulla Cœnæ.*

57 *Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cœnæ.*
59 *Piratæ qui excommunicati bulla Cœnæ.*
60 *Naufragorum bona accipientes excommunicati, etiam ante monitionem restituendi, nu.* 118.
61 *Augmentum & auctum exsequantur.*
61 *Pedagia noua quis potest imponere, vel augere.*
62 *Literæ apostolicæ an dicatur signatura, & aliud falsare, aliud falsis vti.*
63 *Arma bellica quæ, & sunt offensiua, & defensiua.*
65 *Roma, & Sedes Apostolicæ, vel eius Curia diuersa.*
67 *Index secularis ejciens Episcopum à suo Episcopatu, &c. excommunicatus.*
68 *Impediens cursum causarum Curiæ vt excommunicatus.*
74 *Ecclesiæ Romanæ iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi.*
74 *Absolutio bullæ Papæ reseruata nõ continetur etiã in sua generali.*
73 *Priuilegium remuneratorium per contractũ iusta de causa tollitur.*
74 *Absolutio male absoluentis à censura bullæ, cur non reseruata.*

49 PRæmitto *primo*, quod glossa Magistra *a* colligit 50. excõmunicationes latas ipso facto per solas Clementinas, & alia prius *b*, triginta duas latas per solos textus Sexti, & prius congessit Hostiensis *c* triginta tres, quas solas induxerunt omnia iura Decreti, & Decretalium ad eius vsque tempora, cum vna *d*. Ex quo facile intelligas, quã parci fuerint antiqui patres in excõmunicando, & quam largi recentiores, quum ad annum vsq; 1298. quo promulgatus est Sextus, vix inuenirentur triginta tres casus, qui in pauciores quam in 26. redigi possunt.

a Clem. 1. de sen. excom.
b In c. eos, de sen. excom. l. 6.
c In summ. de sent. excom. parag. 3. in prin.
d C. p. 1. de hom. lib. 6.

50 Et per solum Sextum inducti fuerunt 32. & per solas Clẽ. 50. postea per bullas Cœnæ, per extrauagantes impressas, & nõ impressas, per cõstitutiones synodales, & prouinciales, per visitationes, & reseruationes secularium, & religiosorum, pene innumeræ. Quarum multitudinis diminutio desiderata fuit à nobis olim cum primum Manuale Confessa. Hispano sermone composuimus, imo & cum illud Latinum Romæ fecimus. Nunc autem postquam Bullarium quam plurimarum extrauagantium antiquarum, Max. Pontificum prodijt impressum, videtur valde vtilis, imo & necessaria limitatio earum aliqua, saltem quoad forum conscientiæ. Salua S.D.N. definitione.

Secundo prẽmitto, quod quia alij alium ordinem seruarunt in casibus recensendis, nos sequemur eũ, quem Angelus à Clauasio seruauit *e*, cui ex bona parte consonat Syluester, qui *primo* ponit reseruatas Papæ, *secundo*, reseruatas Episcopo, *tertio*, nulli. Et vt facilius quis quam velit inueniat, imprimis ponentur antiquiores, præterquam quod inter reseruatas Papæ per bullam Cœnæ erunt primæ, quia magis reseruatę.

e Verb. excom. 5. §. 7.

51 *Tertio* præmitto, quod ad iudicandũ, an quis sit excõmuni-

catus nec ne à iure, vel ab homine, debēt perpēdi diligēter verba, quibus ius, vel iudex vtitur, & personę cōtra quas, & opera, ob quæ excōmunicat: non enim vltra illa extenditur. Vnde lex excōmunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solum consentientem, etiā mandando, consulendo, fauendo, vel auxiliando, antequā fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse, aut tacite colligatur, quod firmiter assęuerat Caietanus *f*, & Syluest. sibi cōtrarius *g*, & Ioan. Tabiena *h*, quod & nos hic in Manuali Hispano tenuimus, & nūc tenemus. Tū quia secundū omnes excommunicatio nō debet extēdi de vno casu ad alium *a*, eo quod pœnę sunt restringendę *b*, & prędicti non sunt proprie, & vere facientes: nam mandatum, & cōsiliū prędecedunt factū, & nihil prędecedere potest id, quod vere ipsum est, & frequēter hęc prędecedunt mense, & anno factum: imo & plerumque post vitā dantis ea fiunt, & interdū est impossibile, quod per factū accipientis ea, excommunicentur dātes illa qui mortui ante, & fortè martyres in cœlo iam sunt beati. Tū quia participans cum excōmunicato antè commissum crimē habens annexā excommunicationem, vel quum committitur, non incurrit eam *c*, & constat omnes prædictos cōmunicare in crimine ante crimen cōmissum. Tum quia cap. *quod in dubijs d*, habet participantem cum excommunicato esse excōmunicādum, & non excommunicatum, quod Ioannes relatus à glossa intellexit etiā de participante in crimine, qui licet merito carpatur ibi à Panorm. & communi, quoad participantē in crimine commisso, non tamen quoad participantem ante illud commissum: qualiter participant ij, de quibus loquimur. Tum quia c. *felicis e*, & alia multa, exprimunt consulentes, mandantes, &c. quum intendunt eos includere. Tum quia cap. *quicumque f*, probat excommunicationem latā contra dantem licentiā malefaciendi, non extendi ad vtentē illa, nisi expresse id exprimatur, & cle. 1. *g* excommunicans contrahentes, non comprehendit cōsulentes, mādantes, nec aliter cōsentientes: neq; lata *h* in sepelientes excommunicatū, comprehendit consulentes, & iuuātes, & prosequentes funus ad sepulturam, qui suis manibus nō inferunt eum illi, secundum glossam ab omnibus ibi receptā. Tum quia Bartolus *i* communiter receptus secundum Iasonē, *k* ex professo tenet, eum qui per alium facit, non vere, sed ficte videri id facere, nisi quādo illud aliud est instrumentum motū ab eo necessario faciēs, quale est baculus, vel gladius, inferēs ex eo mādantē nō vere, sed ficte facere id quod mādatarius facit, pręsertim quū mandatarius nō obligetur ad id etiā post susceptū mandatum, vt contingit in materia delictorum, de qua loquimur. Tum quia ca. *mulieres l*, non habet id quod Panormitanus, & aliquot alij imponūt ei, scilicet, quod mādans percuti clericum, vere percutit illum, sed quod vere committit, cui supplendum est, in legem, id est, vere delinquit: quia mandare illud,

f In summa verbo excom. c. 47. notab. 3.
g In verbo excomm. 10. dubio 4.
h Verb. excom. 5. cas. 49. Bonifa. cū communi in cle. 1. de consang.
a Secundum gloss. recepr. in clem. 1. de sepul. & in clem. 1. de consaug.
b l. penul. ff. de pœnit. & ca. pœnæ, de pœn. di. 1.
c Per resolutionem supra, num 32. positam.
d De sent. excom.
e De pœn li. 6. & clem. si quis suadente, eodem tit. & multa cap. bullæ Cœnæ, & l. si quis id quod ff. de iur. omn. iud.
f De senten. excom. lib. 6.
g De cōsang.
h Per clem. 1. de sepult.
i In l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucapi. à num. 56. & melius in l. sed si vnus, parag. 1. ff. de iniur.
k In d. l. si is qui colum. 74.
l De sent. excommu.

illud, est vere delictum, vt respondit Bartolus *m*, quē sequuntur vbi supra Romanus, & Iason: & ita nulla ratione defēdi potest, quod verè & propriè sint idem mādare vt aliquid fiat, & factū virtute mandati: quāuis frequentissimè fictè reputentur idem: sicut hæres, & defunctus, pater, & filius, Episcopus, & Vicarius, &c. Nec cōsequēter Iason *a* iuste recedit à Bartolo, cui dixi cōmunem adstipulari. Dixi, *Nisi ex eius tenore expresse, &c.* ob d.l. *si quis id quod b*, & alia, quæ pœnā impositam faciēti expresse extendunt ad mandantē, significando tacitè, alioqui nō extensum iri, nō quidē quod mādare sit facere, sed quia legislatori placuit vtrumque ad pœnā ibi positam exequare. Dixi, *Vel ex tenore aliarum*, vt ex aliis iuribus, & cōsuetudine Ecclesiæ, cap. *si quis suadente*, loquens de inijciente manus in clericum, extēditur ad mandantem, consulentem, & iuuantem *d*. Dixi, *Tacite*, propter cap. *significauit e*, quod habet mittētē arma Sarracenis, ita esse excommunicatum, ac deferentem, per canonem latum contra facientem, non quidē quod idem sit deferre per se, & mittere per alium, sed quia lex pœnalis extēditur de vno casu ad alium, quando alioqui esset frustratoria, vel quasi, cap. *si ciuitas f*, quod habet interdictum ciuitatis extendi ad suburbia, ne fiat frustratorium, & glossa *g* quę capit. *illud* loquens de testamento extendit ad codicillum, ne sit frustratorium. Quibus addendum, quod canon se extendens ad consulentem, nō comprehendit ita simpliciter consulentem consilio adeo simplici, quod sine illo tam certo & iniquo animo fuisset admissū delictum, ac cū illo *h*. Idē eadem ratione dicendum de mandato, iussu, & fauore, sine quibus perinde omnino peccatum admissum fuisset, ac cum illo, per dicta supra *i*.

Adde, quod refert an disponens loquatur principaliter de faciente, & secundario de mandāte, consulente, aut principaliter de omnibus: quia priori casu non incurrit excommunicationē consulens, aut mandans, antequā fiat opus: vnde mandans cuipiam etiam centies percutere Clericum, non excommunicatur, donec percussio sequatur, & numquam, si ea numquam sequatur *k*. In posteriore vero sic: nam qui mandat interficere aliquem per assassinos, statim quamuis non sequatur mors, est excommunicatus *l*: quia æque principaliter excommunicat mandantem, ac occidentem: & religiosus qui concionatur animo retrahendi auditores à solutione decimarum, est excommunicatus, quamuis auditores non retrahantur *m*.

52 Consulere autem dicitur quicunque monet, persuadet, aut precatur vt illud faciat, secundum Bartolum *n*. imo & qui instruit, aut proponit vtilitatem inde sequuturam *o*.

Quarto notandum, quod bulla, quę nostra ætate appellatur Cœnæ Domini, est bulla cōtinēs processum Papę, quo die Iouis Sancta excōmunicat varium genus peccantium: dicta sic, eo quod illa dies appellatur Cœnæ Domini, propter Cœnā illā ter

m In di. parag. 1.

a Vbi supra.

b Et prædicta cap. felicis, & si quis suadente, & multa bullæ Cœnæ.

c 17. q. 4.

d Dict. c. mulieres, & cap. quantæ, de sen. exco. & cap sicut dignum, de homic.

e De Iudæ.

f De sen. excommun.

g Cap. 1. de vsur. lib. 6.

h Per cap. felicis, 1. illud, de pœn. li 6. iuncta gl. celebr. verb. simplici, cui similis glos. magna di. clem. si quis suadente.

i Cap. 17. à num. 17.

k Arg. notatorum in d. ca. mulieres, de sen. exc.

l Ca. 1. de hom. lib. 6.

m Clem. cupientes parag. 1. de pœnit. in l. non solum, parag. si mandato, ff. de iniur.

o Secundum Innoc. recen. in c. ad audientiam, de hom.

maximam Domini nostri, quam vltimam fecit Hierosolymis cum discipulis suis, de cuius antiquissima origine, & vario tenore, quem variis temporibus sub variis Pontificibus Maxim. vsque ad S.D.N.Greg.XIII. habuit, nihil gratia breuitatis scribimus, & id solum quod antea subiecimus, scilicet, quod gloss. solemnis *a*, & eius auctor Ioan. Andr. *b* dicunt ter in anno solere Papam facere processus generales contra certos delinquentes, scilicet, die Iouis Sancta, Ascensionis, & Dedicationis SS. Petri, & Pauli. Cardinalis tamen *c* dixit, quod suo tempore solum faciebat prædicta die Iouis Sancta, quam S. Antoninus *d* exposuit secundum tenorē bullæ Martini V. cui multa addiderunt, & detraxerunt posteriores Papę, vsque ad Iulium III.

a Clem. 1 de iudic. ver. solemniter.
b In c. quod olim de Iudæ.
c In d.c. quod olim quem Ioan. de Anan. ibi, & nos sequimur in c. ita quorundam nos, 6. nu. 7. de Iudæ.
d 3. par. tit. 2. cap. 27.

54 *Secundum*, cuius Bullæ tenorem nos in Manuali Hispano eam declarauimus. At quia successores eius, & etiam SD N. Gregor. XIII. nonnulla mutarunt, eam secundum tenorē Bullæ ipsius me audiente promulgatæ primo sui Pontificatus anno exposui in editione prima huius Manualis latinati donatinūc autem declarabo eam secundū tenorem sub quo eā tulit hoc anno eiusdem sui Pontificātus vndecimo, clausularum eius ordinem sequutus. *Quia item S. D. N. Gregor. XIII. sel. recor. Successor Sixtus V. nonnulla in ea Bulla mutauit in gratiam Confessariorum, quorum plurimum interest huius Bullæ exploratam habere cognitionem, nos eam sicubi à Bulla Gregorij XIII. variat, hic inseremus.* Precatus tamen humillime prius Deum Optim. Maxim. vt sanctitatem suam, summum, & vnicum Ecclesię suę Vicarium, donet summo illo perseuerantiæ dono, quo omnia heroica, summaque auctoritate, sapientia, ac recondita eruditione, & cana prudentia dignissima, quę feliciter cœpit, & felicius prosequitur, felicissime perficiat, *Amen*.

Quinto, quod annua Bullę iteratio non multiplicat censuras per eam latas *e*, & quod excommunicationes per alia iura latæ, & in prædicta Bulla repetitę sunt in effectu eædem, præterquā quod Bulla hęc addit reseruationem absolutionis Sedi Apostol. Prima excommunicatio bullę Cœnæ fertur per primam clausulam eius in hæc verba:

e Vt diximus in di. capita quorundam, not. 2. a n. 37.

55 *Excommunicamus quoscumque Hussitas, VVicleffitas, Lutheranos, Zunglianos, Caluinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes & singulos alios hæreticos quocumque nomine nuncupentur, & cuiuscunque secłæ existant, ac eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorundem libros hæresin continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ scienter legentes aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quauis causa, publice vel occulte, quouis ingenio vel colore, nec non schismaticos, & eos qui se à nostra, & à Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.*

Declaratio prima, quod quid sit hęresis, & quid hęreticus, definitur

finitur supra *a*:& quod excommunicatio in hæreticos videtur omnium antiquissima *b*, sed non erat reseruata ante bullam *c*.

Secunda, quod hæc excommunicatio non comprehendit magos, qui alias non sunt hęretici *d*, quos tamen comprehendebat bulla Pij V. qnod est valde notandum.

Tertia, quod verbum, *Credentes*, omissum in bulla Pij V. fuit expressum in hac potius ob declarationē, quā ob necessitatem: nam etiam eo non expresso fuissent inclusi, quippe qui vere sunt hęretici *e*, eo quod quamuis non credant explicitè hæreses, credunt tamen implicite, credendo pertinaciter esse verū, quod alius hęreticus credit, nescientes quid credat in specie *f*.

Quarta, quod fautores, receptatores, & defensores solū dicūtur ad effectum incurrendi hanc censurā, qui hæc faciunt eis eo respectu, quo sunt hęretici *g*. Tū quia tenetur quis hęretico extreme egenti subuenire *h*. Tū quia potest quis, licet non teneatur, eidem etiā non extreme egēti subuenire, quatenus est homo argum. cap. *duo ista nomina i*, ibi: *Quia peccator est, corripe, quia homo, miserere*, & ibi: *Nulli homini claudenda est misericordia: sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est*. Tum quia alioqui omnes fere Catholici etiam religiosi, Germaniæ, Anglię, Scotiæ, & bonę partis Galliarū, inciderent in has cēsuras, quippe qui habent cōmercium cū hæreticis, quatenus sunt homines, quod sine aliquo fauore, vel auxilio eis pręstando haberi nequit. Tū quia nullo canone contrariū probatur: licet multis probari possit eū præsumi fauere hæretico, qui sciens eum esse talem, fauet ei sine aliqua circumstantia, quę excusare posset eum, etiam in foro exteriori à tali pręsumptione: quales multæ occurrere possunt fundatæ in timore, necessitate, cognatione, vel vtilitate, in pace, militia, & bellis, in quibus videmus, & legimus Carolum V. & Philippum II. omnium Regum, quos sua ætate terra coluit, & colit Catholicissimos, fauisse donis ducibus, & militibus Lutheranis Maiestati suæ militantibus. Quoad forum autē interius, in qua sola veritas inspicitur *a*, facile est discernere fauorem datum alicui eo respectu, quo malus & hæreticus est, à dato eidem, eo quod proximus, & à Christo redemptus est *b*.

56 *Quinta*, quod Caietanus *c* oblitus fuit ponere id quod in 2. 2. *d* & in summa *e* tenuit, & alij alijs locis, quod adducimus in ca. *cogitationis pœnam nemo meretur f*, scilicet, hęreticos mentales tantum non incurrere hāc censuram, neque aliam à iure humano latam: quales tamen non sunt ij, qui hæresin prompserunt verbo, scripto, vel nutu, & signo verbis æquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiente prompserint: quia sufficit sua natura esse probabile, licet contingat probari non posse ad hoc, vt includatur sub potestate, & iurisdictione humana, & pœnis eius, quod multis confirmaui *g*.

Sexta, quod in foro interiori nō sufficit hæresis exterior sine mentali, ob quod superius contra eum, & alios diximus *h*.

a Ca. 11. n. 28
b Arg. c. Achatius, & c. audiuimus, 24. q. 1.
c Vt diximus in d. ca. ita quorundam, not. 11. num. 41.
d Arg. eorum quæ habentur, 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. S. Th. 2. 2. q. 95. ar. 1. & 2.
e Ca. excommunicamus, 1. parag. credentes, de hæret.
f Iux. palud. in 4. di. 13. q. 3. conc. 2.
g Vt recte not. Caieta. in d. ca. 1. Tū arg. l. in delictis parag. fin. de tract. ff de noxal.
h Arg. c. pasc. 86. dist.
i 24. q. 4.
a Cap. tua, de spons.
b Dict. cap. duo ista.
c In prædicto cap.
d Quæst. 2. art. 3. & 4.
e Ver. hæres.
f De pœnit. dist. 1.
g In d. ca. cogitat.
h In c. 11. n. 27.

Septima, quod qui habet, vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiam desumpta ad verbum ex libris eorum, non incurrit hanc excommunicationem: quia non sunt libri hæreticorum, etiamsi principaliter legeret illos ad sciendum dicta, & rationes eorum, sicut non incideret audiendo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum, licet iste incidere posset in censuram indicis librorũ Pij IIII. *Secunda* excommunicatio profertur vnà cum prima contra schismaticos in hæc verba:

Nec non schismaticos, & eos qui in animarũ suarum periculum se à nostra, & Rom. Pontif. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.

57 Declaratio, quod hic significatur hęresin differre à schismate, & hæreticum à schismatico, & recte quidem, vt colligitur ex cap *schisma i*, & S. Thoma *k* loquentem in hæc verba: *Hæresis, & schisma distinguuntur secundũ ea quibus vtrumque per se & directe opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur vnitati Ecclesiasticæ charitatis. Et ideo sicut fides, & charitas sunt diuersæ virtutes; quamuis quicunque caret fide, careat charitate: ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia, quamuis quicunque est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur: & hoc est quod Hier.* [l] *dicit, & refertur in c. inter hæresim* m. *Inter schisma, & hæresin hoc interesse arbitror, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma ab Ecclesia separat.* Hæc ille, ex quibus colligas, quod schisma generatim sumptum est peccatum, quo quis se ab vnitate debita separat: specialiter verò sumptum est peccatũ, quo quis se separat ab vnitate Ecclesiæ, nolendo subesse ei, vel membris eius, quatenus sunt eius, licet credat non esse nisi vnam Ecclesiam, & vnum Vicarium supremum. *Tertia* fertur in hæc verba:

58 *Anathematizamus omnes, & singulas personas cuiuscunque status, gradus seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententijs seu mandatis nostris, ac Romanor. Pontif. pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio appellatum fuerit.*

Declaratio prima, quod hæc excommunicatio nunc primum facta est bullę Cœnæ: antea enim licet lata & reseruata fuisset per Pium II. & Iulium II. vt tradit Sylvester *a*, nõ tamẽ fuit hactenus inserta bullis Cœnæ. *Secunda*, quod huic excommunicationi adiungitur interdictum propter vniuersitates, in quas nõ fertur excommunicatio *b*. *Tertia*, quod consulens, & auxilians prædictis non incurrunt, donec appellatio subsequatur. *Quarta* fertur in hæc verba:

59 *Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipue, qui in mari nostro à monte Argentario vsque ad Tarracinam discurrentes, eos, qui in illo nauigant, deprædantur, mutilant, interficiunt,*

i 24. q. 1. c.
k 2. 2. q. 39. art. 1. ad 3.
l In Epist. ad Titum ca. 3.
m 24. q. 3. c.
a Verb. exc. sub fin.
b Vt infr. dicetur.

rficiunt, rebusve, & bonis suis spoliant, omnesque receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.

Bulla Sixti V. hanc sic continet: *Excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, cursarios, ac latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Tarracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.*

Declaratio prima, quod excommunicatio ista nostra sententia comprehendit omnes, & solos eos, qui principaliter versantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus: quia hi sunt piratæ, & latrones marini, quidquid dicant Angelus *c*, Sylvester *d*, & Caietanus *e*: cuius temporis bulla speciatim includebat consulentem, quem licet hæc speciatim non includat, generatim tamen includere videtur, quia includit auxiliantes, & fauentes, & negari non potest, eum, qui consulit, auxiliari, vel fauere *f*.

c Verb. excom. 5. cas. 12.
d Ver. excom. cap. 18.
e Verb. excom. cas. 18.
f Arg. l. quod fauore C. de legat. tradit. Bart. in l. si vnius, parag. 1. ff. de iniur.

Secunda, quod qui gerunt sua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iusta, vel iniusta cũ inimicis, & deprædãturaliquãdo incidẽter, nõ includuntur hic, iuxta omniũ sententiam.

Tertia, quod non includit eos, qui in solis fluminibus faciunt hoc, quidquid sentiat Angelus.

Quarta, quod sufficit facere hoc alicui, vel aliquibus nationibus, & nõ est necesse facere omnibus, vel fere omnibus: quia quum in id incumbentes, principaliter piratę, aut latrones maris dicantur, recte in eis verificãtur verba huius clausulę, quidquid dicat Sylvester *a*. *Quinta* fertur in hæc verba:

a Vbi supra.

60 *Anathematizamus omnes & singulos, qui Christianorum quorumcunque nauibus tempestate in transuersum (vt dici solet) iactatis, seu quomodolibet naufragium passis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, vel littore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostro Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscumque alijs, cuiuscumque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint: ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.*

Pro his *aut etiam submersis*, Bulla Sixti V. habet, *siue ex ipsis nauibus, siue ex ijsdem iecta in mari*, &c.

Declaratio, quod hęc excommunicatio nuper facta est bullæ Cœnæ: nam licet antea fuisset lata, non tamen eius absolutio erat reseruata *b*, de quo infra *c*, vbi dicetur an sufficiat acceptio, vel requirantur voluntas (vt sic dicam) mota, & monitio, & quam iniqua sit lex contraria. *Sexta* fertur per illa verba:

b Vt videre est in excõmu. de rapt.
c Nu. 118.

61 *Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent: aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.*

Hæc ibidem sic habetur: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, præter*

quam in casibus sibi à iure, seu ex speciali sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, aut augent, seu imponi aut augeri prohibita exigunt.

Declaratio prima, quod hic statuitur idem de augmẽtis gabellarum antiquarum, quod de nouis: quod ipsum dicendum esset etiam si nihil fuisset expressum de augmentis, vt diximus in expositione alterius bullæ, vbi hoc non erat expressum *d*, hoc tradit Angelus *e*, & Syluester *f*.

Secunda, quod per pedagia, & gabellas intelligi possunt etiam portoria, de quibus in bulla Pij V. & alia vectigalia, ob identitatem mentis legislatoris, & rationis legis, & latitudinem vulgarem significationis eorum. Qua de re latius *a* tractamus.

Tertia, quod per illa verba, *ad id potestatem non habentes*, includitur solus, & omnis qui recognoscit superiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari potest: nullus enim talis huiusmodi potestatem habet, & quilibet alius sic *b*.

Quarta, quod per, *exigit*, intelligitur hęres illa imponentis, publicanus, conductor, siue arrendator illorum iurium, & recipiens etiam famulus, à non sponte soluentibus *c*: quia exigere est extorquere à nolente soluere *d*. Dicitur autem inuitus, & nolens soluere, etiam qui soluit rogatus soluere tamquam debitum, Caietanus *e*. Excusare tamen posset ab hac censura probabilis ignorantia iuris, aut facti *f*.

Quinta, quod prohibita debent intelligi simpliciter prohibita, id est, quę à nullis, neque à laicis, neq; à clericis iuste possint exigi: & prohibita exigi à clericis, & non à laicis, non sunt simpliciter, sed secundum quid prohibita, & ideo petens illa à clericis incurrit quidem excommunicationem *g*, quæ non est reseruata, non tamen hanc. *Septima* fertur in hæc verba:

62 *Excommunicamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, ac supplicationum, gratiam vel iustitiam concernentium per Roman. Pontif. vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pontif. signatarum, aut sub nomine eiusdem Romani Pont. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Ac etiam falso fabricantes literas Apostolicas, & in forma breuis, ac supplicationes huiusmodi. Extendentes constitutionem fel. rec. Innocentij Papæ III. quæ incipit: Ad falsariorum: cum omnibus pœnis in ea contentis, ad eosdem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas sine nostra, aut Datarij nostri licentia.*

Pro his verbis, *Ac etiam falso signantes*, ibidem habetur, *Ac etiam falso signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij aut gerentium vices eorundem.*

Declaratio prima, quod per hanc clausulam *h* probatur appellatione litterarũ Apostolicarũ in materia odiosa nõ includi supplicationes à Papa signatas, quas signaturas vocam⁹: alioquin superflue extenderetur per hanc illud caput puniens falsantes literas

d Arg. l. si ex toto, in princ. de leg. 1. & in l. peculium, ff. de leg. 2.
e Verb. pedagium.
f Verb. excom. 7. cas. 29.
a In cap. fraternitas, 12. q. 2.
b Per cap. 1. quæ sunt regalia in vsibus feu. & not in *c*. super quibusdam de verbor. signif.
c Iuxta rub. de exact. tribut. l. 11. C. d Gloss. iuncto, rex in l. soluendo, ff. de negot. digest. glo. & Cardin. clemen. fin. de censibus.
e Vbi supra c. 39.
f Arg. c. 2. de constit./
g Ca. quamquam de cenſib. lib. 6.
h Iuncta c. 1. de falsariorum de crim. fal.

literas Apostolicas ad falsantes signaturas.

Secunda, quod hæc excommunicatio non est reseruata Papę, nisi quoad ea quæ includuntur in hac clausula: quia quatenus continetur in illo cap. nō est reseruata, vt patet ex eo, & notatis à Caietano *a*.

Tertia, quod videmur bene pridem respondisse, quod neque in hanc excommunicationem, neque in illam d. cap. *ad falsariorum*, incidit falsarius literarum Episcopi, vel nuntij: quia hæ proprie non sunt literæ Apostolicæ: nec eadem ratione falsarios literarum pœnitentiarię: quia non sunt literæ Papæ, sed eius commissarij constituti viuæ vocis oraculo. Secus tamē de falsario breuium Papæ, iuxta Gomez *b*.

Quarta, quod non includit eos, qui subreptitiè vel obreptitiè impetrant literas Apostolicas, vel vtūtur illis, vt diximus *c*: quia non sunt literę falsæ: neque eos, qui vtuntur literis falsis: quia solum loquitur de falsantibus: & aliud est falsare, & aliud vti falsis, vt colligitur ex dicto cap. *d* quo excōmunicantur omnes falsarij, & non omnes falsis vtentes, nisi soli laici.

Quinta, quod ille dicitur habere literas falsas, vel vti eis, qui sciens, vel debens scire esse tales, vtitur eis, iuxta Caietan. *e*

Sexta, quod non satis est corrigere aliquā literam, aut punctum quod non mutat substantiam aliquam, vt faciat incidere in hanc excommunicationem, vt dictum est *f* post Ioan. Gersonem *g*, contra Hostiensem *h*, & Caietanum *i*, saltem quoad forum conscientiæ: quum id facere bona mente sine dolo, & vllo alterius damno, non videatur mortale, nec consequenter excommunicare, iuxta dicta. *k* *Octaua* fertur in hæc verba:

63 *Excommunicamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipso canabe, quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Sarracenis, Turcis, & aijs Christi nominis inimicis. Nec non illos, qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ Reipub. statum concernentibus in Christianorum pernitiem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs quibuscumque principibus, & dominis, siue priuatis personis per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.*

Pro his verbis, *Sarracenis, Turcis*, &c. Sixtus V. habet: *Qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel hæreticos, per nostras, seu huius S. Sedis sententias expreße & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt quibus Christianos, & Catholicos impugnant.* Et post illa verba, *& Christianæ religionis inimicos*, additur, *nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis.*

Declaratio prima, quod hanc excommunicationem præcessit

a Vbi supra c. 26.

b Lib. de breuibus, pag. 3.

c In c. ad audientiam, 1. rescript.

d Ad falsariorum.

e Vbi sup. arg. l. in delictis, parag. de trac. ff. de nox.

f Cap. 17. nu. 169.

g 2. par. Alph. 31. c. quidam, fol. 118.

h In summa de cri. fal. parag. porro, vers. sed hodie.

i In summa verbo falsarius.

k Sup. eod. n. 9.

posita in cap. *ita quorundam* a. Hæc autē videntur omnibus illis ampliora: quia licet b excōmunicentur exercentes mercimonium cum Sarracenis tēpore belli c, & treugam magis bello, quā paci æquet: & licet d victualia, siue commeatus ad eos deferri prohibeat, quod est intelligendū, etiā per nuntios e; tamē hæc non solum excōmunicat specialiter deferentes multa, sed etiā prohibita: & ita videtur excōmunicare omnes illos, quos singula eorum excommunicarent, etiamsi hæc non faceret.

Secunda, quod ad respondendum dubijs, quæ olim passim interrogabamur in Lusitania, etiam ex Africa super hac materia à confessarijs illustrissimæ Societatis Iesu, ante hoc Manuale quandam repetitionem composuimus f, dictatam insigni Collegio eiusdem societatis Conimbricensis, ex ibi dictis apte posset hæc clausula illustrari.

Tertia, quod per equos intelligēdi sūt etiā equi debiles, claudi, vel morbosi, traditi à prefatis inimicis, & opera, & arte Christianorū in eorū terris curati, & feroces effecti: quia est verbū generale eadē ratione includēs eos, ac alios apud nos genitos.

Quarta, quod per arma, vt ibi accurate diximus, intelligūtur tantū bellica, id est, quæ sunt vna species armorum generatim sumptorū g, principaliter ad pugnā facta, vel destinatione animi ad eam designata: quorum posterius dico propter ligna, trabes, ferrum, & alia metalla, quę non sua forma artificiali, sed praua deferentis intentione destinantur ad pugnam, conficiēdo ex eis naues, vel alia instrumenta pugnæ accommoda: & consequenter in hac clausula continentur non solum offensiua, vt lanceæ, enses, pygiones, bombardulæ, seu sclopi, cultri, & etiam cultelli: quia suapte natura sunt ad pugnam apta, quamuis ob paruitatem ali quando pro subiecta materia non dicantur arma, sicut nec lapides, nec alia defensiua, vt post alios dixit erudi issimus Andreas Alciatus h, cuius titulum commentarijs ob reconditam eruditionem suscipiendis, illustrauit. Nō, inquam, solum offensiua, sed etiam defensiua, vt cassides, loricæ, scuta, peltæ, clypei, & id genus alia. i Arma vero illa, quę per se non sunt bellica, qualia sunt lapides, & fustes, & baculi, non includuntur plusquam aliæ merces, nisi cum intentione deferentis destinantur mediate, vel immediate ad pugnam.

Quinta, quod per ferrum intelligendum videtur factum, & infectum k, non tamen vena ferri, vel auri, vt dixi l, contra Syluestrum m: quamuis etiam illa includeretur, si deferretur intentione, vt ex ea fieret ferrum, & ex ferro arma pugnæ accommoda, per prædicta.

Sexta, quod per aurum, argentū, & alia metalla, etiam intelliguntur facta, & infecta n. Et quāuis o in legatis eorum appellatione non continentur nummi, & pecunia signata; non tamen video iustam rationem, quare sic magis metalla ad pugnandū inepta vetentur deferri, quā pecunia signata, quum hęc aptior

sit

a Et c. quod olim c. significauit, & c. ad liberandā de Iudæ, & extraua. 4. Ioan. 22. eod. tit. & extrau. 2. eod. tit. inter communes.
b In d. c. quod olim.
c In c. significauit.
d In dict. extraua.
e Iuxta d. c. significauit.
f In d. ca. ita quorundam.
g In l. armorum, ff. de verb. signifi.
h In d. l. armorum.
i Arg. l. 2 C. quæ res asport. non deber.
k Arg. d. l. 2 Cod. quæ res asport. non debet.
l In d. repet.
m Vet. excom 7. cas. 21.
n l. cum autem, & l. Quintus Mutius, parag. 1. ff. de aur. & arg. legat.
o Vt ibidem diximus.

sit ad arma comparãda, quam illa, & cum, si ratione mercimonij permitteretur, eadem ratione qua hęc, etiam illa deberent permitti. Per bellica instrumenta videtur intelligi, tympana, fistulę, litui, cornua, & tubæ. Per lignamina intelliguntur trabes, & alia ligna nauibus, & triremibus, & alijs instrumẽtis bellicis fabricandis opportuna: quãuis g restrictius lignamina galearũ prohibeantur, vt ibi dixi. Per funes videntur intelligi non solũ linei, & canabei, sed etiam lanei, & spartei: quia dictũ generaliter, generaliter est intelligendum h. Quod autẽ naues, & triremes contineantur probat cap. *ad liberandam i*, & illud Aristot. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis k*: & lignamina prohibentur, ne inde naues fiant: ligna vero ad ignẽ fouendum nõ vetantur magis, quam alię merces, vt *l* dixi. Per, *Turcis, &c.* non videntur includi hęretici. Includit tamen eos bulla Sixti V. addidit enim, *vel hæreticos per nostras, siue huius sanctæ Sedis sententias expresse, & nominatim declaratos*, vt notauimus: neque Iudæi, neque Gentiles, quibus cũ non est bellum Christianis; quia nec mens, neque ratio, neque verba clausulæ, videntur eis conuenire: nec Turcæ, & Sarraceni, qui nos contra alios Turcas, vel Sarracenos iuuarent, vt videtur contigisse, quando Carolus V. Regem Tuneti ab ea eiectũ restituit, & contingere potest quoties populus aliquis Christianus in suam iustam, & necessariã defensionem sociaret sibi aliquot infideles *m*. An autem excusetur princeps, dux, vel præfectus vrbis, vel castri donans vnum vel alterum equum, ensem, hastam, vel sclopum in gratiã cuiuspiam beneficij accepti, vel spe accipiendi, dubitari potest: quia verba eum includunt: sed credi potest excusari, ex defectu non quidem verborum, sed mentis *a*. Per illa verba: *Quibus Christianos impugnant*, videtur significari esse necessum ad violandam clausulam, vt deferentes hoc, malo animo deferãt, quod est falsum, & ad hanc inductionem res ponderari potest, quod hæc verba potius ponuntur ad demonstrandum factum communiter solitum, quam ad significandum necessitatem tam parui animi: nemo enim excusaret mercatorem deferentem multas hastas fraxineas, multas cassides ferreas, & sclopos Turcis, solo animo lucrandi, desiderando, imo paciscendo ne vnquam eis contra Christianos vterentur.

Septima, quod Christiani metu mortis, aut verberum remigantes in triremibus Maurorum, etiã contra Christianos, non videntur excõmunicari, vt *b* probamus, quamuis àmortali peccato nesciamus vllatenus excusare, quod ęgerrimo animo fero, quũ hoc consequatur nõ posse eos vmquã absolui, neque iuste communicare, antequam firmiter proponãt se nũquam ita remigaturos, etiamsi ob id oporteat oppetere mortẽ *c*. Remigantes autem etiã sponte, vel regentes eorum naues contra alios infideles, nec excõmunicantur, nec peccant: quia d. ca. *ad liberandam*, de regẽtibus eorũ naues contra Christianos intelligendum

g In d. ca. 1. a quorundam.

h l. de preti. ff. de public. in rem act. & c. solita, de maior.

i Iudæ.

k Authent. multo magis, C. de sacrof. Eccles.

l Vbi supra.

m Iuxta od. conf. 71. probatum a Ioa. And. in rub. de Iudæ.

a Arg. l. adigere, quamuis, ff. de iure patri.

b In d. ca. quorundam notab. 2.

c Per di. sup. ca. 1. nu. 19.

dum videtur d. Nona fertur in hæc ferè verba:

64 *Excommunicamus omnes impedientes, siue inuadentes eos qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam curiam adducantur, vel afferantur impediunt, seu perturbant; vel pro eis aliquid exigunt, aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alium, seu alios cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, ac etiamsi Pontificali, vel Regali, aut alia quauis in Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

In Bulla Sixti post *impediunt*, additur *prohibeat*, & verba illa sublata sunt, *vel pro eis aliquid exigunt, vel soluere faciunt.*

Declaratio prima, quod includit omnes Christianos, qui faciũt aliquid in ea contentorum.

Secunda, quod non comprehendit eos, qui ob vtilitatem suæ Reipub. iuste prohibent victui necessaria, aut peste grassante in Curia suis ad eãdẽ proficisci cum commeatu, & similibus: quia non intendunt impedire, licet ex eo per accidens id consequatur, vt dixit rectè Caietanus e. *Decima* fertur in hæc verba:

65 *Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes seu depredantes Romipetas, seu peregrinos ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad Sedem Apostol. accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium, vel fauorem.*

Bulla Sixti non habet *ex proposito*, & in ea hęc verba, *& prorsus omnes alios, &c.* non habentur.

Declaratio prima, quod hęc clausula includit venientes ad Vrbẽ, vel ab ea recedentes causa deuotionis, vel peregrinationis, quos nõ includebat Bulla eiusdem D.N. quam exposuimus in Manuali Latino, nisi quando in ea maneret sedes Apostolica.

Secunda, quod includit omnes venientes ad Sedem Apostolicam, & recedentes ab ea, siue maneant Romæ, siue foris: non tamen venientes Romam, si alia de causa, quam deuotionis, & peregrinationis ad eam veniant, neque venientes ad Vrbem, vbi extrà illam fuerit Curia, si alio respectu, quam sedis Apostolicæ iuerint ad eam, vel recesserint ab ea. a

Tertia, quod non includit eos, qui vadunt, degunt, aut redeunt, à loco vbi est Curia, si non proficiscantur, versentur, aut reuertantur ratione Curiæ, si illa non est Romę b.

Quarta, quod ad hanc incurrendã nõ oportet quod id faciẽs careat iurisdictione, quod requirebat Bulla in alio Manuali exposita, saltem quoad aliquos.

Quinta, quod propositum percutiendi, seu interficiendi, quod sufficit ad peccatum mortale, non sufficit ad incurrendum hãc censuram, ob percussionem, vel interfectionẽ, imo est necesse quod concipiatur tẽpore animi pacati, vel tranquilli, iuxta Caietanũ c: quã quã nostra sententia satis est, vt concipiatur etiam tẽpore turbati & irati, modò cõcipiatur ante rixam, & tempus percussio-

d Arg à cessatione rationis & mentis legislatoris. l. adigere, parag. quamuis, ff. de iur. patr.

e vbi supra, ca. 19 verb. excomm. facit, l. si quis nec causa, ff. si cert. pet. & c. non dubium de sent. excom.

a Arg. not. in c. ego N. de iureiur. ver. tion. iuxta declarationẽ Ioan. And. Pan. Felin.

b Caiet. vbi sup. q. 14.

c Vbi supra.

percussionis, vel mortis: quia per hoc seruatur proprietas, seu specialitas, quam hæc clausula significat in hoc cap.

Vndecima fertur in hæc verba:

66 *Excommunicamus omnes illos qui non habentes in eadem Curia iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, eius prætextu capiunt, spoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.*

Hæc quę in Bulla Sixti præcedit priorem, sic habet: *Item excommunicamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliat, capiunt, detinent: nec non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam à nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam sibi temerè vindicantes, similia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.*

Duodecima fertur in hæc verba:

67 *Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eosdem eijciętes à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs, eaque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel fauorem.*

Bulla Sixti post verbum, *interficientes*, addidit, *mutilantes, vulnerantes.*

Declaratio prima, quod ob singula horum septem admissa cōtra Cardinales incurritur hæc excommunicatio.

Secunda, quod quoad cap. *fœlicis*, & pœnas in eo contentas exęquantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati, seu Nuntij Sedis Apostolicæ.

Tertia, quod licet expresse non dicatur, quod facientes prædicta contra Patriarchas, Archiepiscopos, &c. incurrant censuram Bullæ, cū censura prędicti cap. *felicis*, non sit de cēsura Bullæ: de mente tamen S. D. N. videtur fuisse, vt censeretur censura Bullæ. Tum quia intendit in hoc a quare illos Cardinalibus. Tum quia Pius V. in sua Bulla expresse excommunicauit iniuriantes eis, sicut iniuriantes Cardinalibus.

Quarta, quod hęc censura includit etiā eiicientes à terris suis Legatos, & Nuntios Sedis Apostolicæ, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos à suis diœcesibus, eaque mandantes, consulentes, & ad id auxiliantes. Ita quod latius prouidetur iis, quoad hoc, quam Cardinalibus, quatenus sunt Cardinales, & non Legati, vel Episcopi.

Quinta, quod hic videtur prouisum cōtra illos iudices seculares, qui cū Episcopos non parentes suis iussis non possunt capere, neque punire, iubēt eis vt è regno exeāt: ob quod non solū iubentes, sed & lictores iussa exequētes, & opem ad id ferentes, imò & consulentes ligātur: iubentes autē exire Curiam Regis, vel alium locum qui non esset eorum diœcesium, esto malefacerent, non tamen hac censura ligarentur: quia neque

eius

eius verba, nec eadem ratio eis aptantur.

Sexta, quod excusatur ab hac censura, qui defendendo se cũ moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit *a*, & qui probabiliter ignorans faceret aliquid in prędictos noctu, vel etiam interdiu habitu alieno repertos *b*.

a l. vt vim. ff. de iust. & iur & l. 1. C. vnde vi.
b Arg. c. 2. de constit.

Septima, quod per hanc clausulam cessat, quoad principalia vetita, id quod in Hispano innueram, scilicet, quod clem. *si quis suadente c*, largius prouidebat episcopis, quam bullę prędecẽtium Pontificum, eo quod illa prouidet contra bannientes, quod prædictæ bullę non faciebãt: cessat inquam, quia hæc prouidet etiã contra eiicientes, quod est generalius, quã bannientes. Imo etiam videtur cessare quoad accessorias: quia tria illa verba, scilicet, mandantes, seu consilium, vel auxilium præstantes includere vidẽtur omnia quę plura verba illius clem. Comment. Nam per mandantes comprehendunturratũ habẽtes *d*, & per consilium, & auxilium cetera: nam & defensare, & socium esse comprehenduntur sub auxilium prędtare.

c De pœn.

d Cap. ratihabitionem, de reg. iur. l. 6

Octaua, quod Episcopus dicitur, qui est cõsecratus, & nõ qui solum electus, præsentatus, confirmatus, institutus, aut prouisus, etiamsi iam adeptus sit possessionem *e*. *Decimatertia* fertur in hæc verba:

e Per glo. solemn. in clemen. dignum de celeb. missarum, & alia multa per Feli. in ca. eam te de rescript.

68 *Excommunicamus illos, qui per se, vel alium, seu alios quascunque personas Ecclesiasticas, vel seculares ad dictam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, illasque in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, & agentes ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant, seu qui per alium, seu alios, directe vel indirecte prædicta exequi, procurare, aut eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint: Ac etiam omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione literarum Apostol. etiam in forma breuis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & à sede prædicta, seu legatis, nuntiis, præsidentibus Cameræ Apostolic. auditoribus, commissarijs, aliisque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam fisci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine illorum beneplacito, consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones & notarij super huiusmodi literarum, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam parter, seu*

earum

tarum agentes, notarios, executores, & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per se vel alium, seu alios, publice, vel occulte, seu capi, carcerari, detineri, vulnerari, minisque agitari faciunt. Quive alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vt litteras à dicta sede impetrent, seu, impetratis vtantur, directe vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Declaratio prima, quod hęc clausula includit primum impedientes cursum causarum ad Curiam, vel in Curia. *Secunda* impedientes executionē literarum Curiæ sedis Apostolicę. *Tertia* tractantes male personas illas agētes, & impediētes dari instrumenta super his petita. *Quarta* impedientes impetrationes literarū gratiæ, vel iustitiæ à sede Apostolica. *Quinta*, quod non est necesse ad incidendū in cēsuras huius clausulę, vt prędicta impedimenta fiant auctoritate iudiciaria laica, sed sufficit vt fiant priuata, vel Ecclesiastica. Tū quia id patet quoad primam & secundam partem, & quoad eos qui procurant, vt superiores ponant impedimenta prædicta. Tū quia non est cur excusetur Ecclesiasticus, qui auctoritate Ecclesiastica intimantem, citātem, & alia iussa sedis Apostolicę implentem, capit, conijcit in carcerem, vel verat, ne instrumenta super executis à se pręstet. Tū quia nulla verba eius id indicant, neque vlla ratio concludit, & ita vt est generalis, generaliter intelligi debet *a*. Tum quia id, quod cōtra sentit Caietanus, potest intelligi de contentis in §. sequent. *Sexta*, quod hęc excommunicatio includit multos alios, quos non includebat bulla prædicta in Manuali Latino expolita, patet legenti. *Decimaquarta* fertur in hæc verba:

a Cap. si Romanorum, 19 dist. l. de pretio, ff. de pub. in rem. act.

69 *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios, Vicecancellarios & Consiliarios, ordinarios, & extraordinarios, quorumcunque Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, & Parlamentorum: nec non procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupentur, aliosque iudices, tam ordinarios, quam delegatos nec non Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & Officiales, qui per se vel alium, seu alios, auctoritate propria, & de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales annexas ab auditoribus, & commissarijs nostris, aliisque iudicibus Ecclesiasticis, auocant, illarumve cursum, & audientiam, ac personas, capitula conuentus, collegia, causasque ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tamquam iudices interponunt: quique*

quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, aut decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos (vt dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur. Decimaquinta fertur in hęc verba:

70 Et qui ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, collegia Ecclesiarum quarumcunque, coram se, ad suum tribunal, audientiam, cancellariam, concilium, vel parlamentum præter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directe vel indirecte, quouis quæsito colore. Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu literarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel facti, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præiudicatur. Decimasexta fertur in hæc verba:

Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores prælatos, & omnes alios quoscunque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundum quod canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcunque sententias & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, vel alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinarijs aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque qui hæc decernunt & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem. Decimaseptima fertur in hæc verba:

71 Et qui iurisdictiones, seu fructus, reditus & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorũ pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Rom. Pont. vel eorum, ad quos de iure pertinent, expressa licentia sequestrant. Decimaoctaua fertur in hæc verba:

Et qui

Et qui collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorium, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Rom. Pont. speciali & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: nec non qui per se, vel alium, seu alios, directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium palam, vel occulte præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus quicumque, etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & terris quoquomodo præsidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti, innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam alijs concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis. Sequuntur declarationes harum quinque censuratum.

Declaratio prima, quod in hanc cēsuram non incidunt, nisi qui auctoritate iudiciali, & laica hic vetita faciūt, vt sub finem primæ partis huius clausulę exprimitur.

Secunda, quod per, *Prætextum violentiæ*, includit impedientes executionem literarum Apostolicarum, iustitiæ, vel gratię, specie tollendę violentię: quales an sint semper, vel quando impedientes eam post appellationem, vel supplicationem in tempore, & forma interpositam, quæstionis est, vt quotidianæ, ita maximæ dignissimęque, quam summa Ecclesię potestas, summa seculari audita determinet: quamquam satis videtur hic determinari, quoad eos qui propter illas nullatenus ad tribunal eius, ad quem supplicatur, vel appellatur, adductas, vel adducendas impediunt. Quod etiam video pro re indubitata haberi in Hispanijs, & Gallijs, posse regulariter Reges defendere possidentes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne absque iusta causę cognitione deturbentur, vel spolientur, virtute illarum literarum, etiam Apostolicarum. Quod vt vbique fere in illis regnis seruatur, ita multi iure munire conantur: an vero satis muniant nec ne, S. D. N. definitioni remitto: licet videatur non posse iure probari consuetudinem illam quorundam recentiorum, qui decernunt bene, vel male esse appellatum ab interlocutorijs, ob actus, quos iudices, à quibus appellatum est, facient, vel desinent facere post appellationes ab eis interpositas: cum omnis sententia interlocutoria ex solis ante illam actis sit approbanda, vel reprobanda, vt notat glossa finalis recepta a, quo facto appellationum prosecutio perinde negligitur, ac si à iudicibus, ad quos appellatum est, tertia sententia lata esset: quamquam prosecutionem appellationis nil innouato minime impediant.

a In c. cum appellationibus, paragrafi vero, de appella. l. 6. per l. per hanc C. de temp. appellat.

Tertia, quod per verba illa, *Præter iuris canonici, &c.* noue

addita, excluduntur ab hac censura iudices seculares, qui in casibus à iure permissis vocant ad sua tribunalia Ecclesiasticos.

Quarta, quod quarta pars huius clausulę videtur noue inserta in fauorem iudicum ordinariorum: & merito: cum ordinaria iurisdictio sit fouenda, & fauorabilis, iuxta glossam solemnem & receptam *b*, per quam videtur reduci ad bullam excommunicatio capit. *quoniam c*, vt super ea infra dicetur.

b Clem. 2. de offi. ordin.
c De immu. eccles.

Quinta, quod per eandem partem innouatur Concilium Trident. *d* quod grauiter hortatur Imperatores, Reges, & quoscũque alios regulos, & dominos, vt maiores suos imitati, Ecclesiã sanctam, & cultum Dei, ministrosque illius, quo à Deo prospera recipiant, obseruent.

d Sess. 25. ca. 20.

Sexta, quod per illa verba quintæ partis, *Quiue iurisdictiones*, *vel*, *&c.* prouidet indemnitati fructuum Ecclesiasticorum, cui vt sit locus, debent cõcurrere quinque. *Primum*, quod sint reditus Ecclesiastici, & non prophani, etiamsi ad Ecclesiasticũ pertineant, iuxta Caietanum *a*: quod est intelligendum de bonis non pertinentibus ad eũ, quatenus est Ecclesiasticus, neque ratione beneficij *b*. *Secundum*, quod capiantur tam quam reditus Ecclesiastici. *Tertium*, quod pertineant ad aliquẽ. *Quartum*, quod capiantur absque licentia Papę. *Quintum*, quod capiãtur auctoritate, & potestate vsupata, iuxta Caiet *c*. Quare latrones, & milites, qui rapiunt eos, vt quęlibet alia bona, non incurrunt hanc censurã, neque qui minuta portoria, siue pedagia exigũt à clericis, sicut ab alijs laicis, nulla habita ratione fructuum, aut bonorum Ecclesiasticorum, neque qui capiũt eos tempore vacationis; quia nullius sunt personæ veræ, secundum Caiet. cui non assentior. Tum quia nemo dixerit, quod capientes fructus sedis Apostolicę vacantis, non continentur ob contenta in 17. excommunicatione: neque eadem ratione capientes bona conuentuũ, monasteriorum, neque communia conuentui, & prælato, quę tamẽ ad nullam personam pertinent. Tum quia fructus vacationis tempore obuenientes, pertinent ad successorem, & durante vacatione ad cõmendatarium vel œconomum, vt latè dixi d. Tum denique quia potest dici, quod verbo *personas*, hic expositio, significãtur etiam fictę ob paritatem æquitatis, & rationis *e*. *Decimanona* fertur in hæc verba:

a Vbi supra c. 27.
b Arg. c. nouerint, 10. q. & ca. cũ electus, de iure patronatus.
c Vbi supra.
d In cõment. ca. non liceat, 12. q. 2.
e Arg. gl. solemnis, in c. si postquam de elect. l. 6.

72 *Excommunicamus omnes, & quoscumque Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios iudices quocumque nomine vocentur, ac cancellarios, vicecancellarios, notarios, scribas, ac executores, & subexecutores, & alios quoquo modo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas illas bannicndo, capiendo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum à sede Apostol. ex quibusuis causis, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis in genere, & specie concessorum quibuscumque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspub. Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuscumque potentatibus*

tentatibus, quocumque nomine censeantur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

Declaratio prima, quod hęc excommunicatio fertur ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam in causis criminalibus, sicut superior ad tuendam in ciuilibus.

Secunda, quod tollit priuilegia data, etiam Regibus: per quod dubitari posset de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu, siue delatione armorũ, & alijs casibus, quos vocant priuilegiatos: equidem arbitror difficile eos ab illis abstenturos, siue quod præsupponant priuilegia illa esse remuneratoria obsequiorum à se magnis impensis, sanguinis, & fortunarum pręstitorum, siue quod sint immemoralia, & super criminibus leuibus concessa *a*, siue alia, quę an audiri debeat, iudicio S. N. D. relinquo. *Vigesima* fertur in hęc verba:

a Arg. eorum quæ not. Inno. in c. nouit. de iud. cum late additis ibi à Pan. Felin. & Deci.

73 *Excommunicamus omnes illos, qui per se, vel alium, seu alios, directe, vel indirecte, sub quocumque titulo vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumpserint in totum, vel in partem Almã Vrbem, regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marciæ Anconitanæ, Massę Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarumque terras, & loca, ac terras specialis commissionis Arnolphorum, ciuitatesque nostras Bononiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auenionem, ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipsam Rom. Eccl. pertinentia, dictæque Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subiecta, quiue supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Rom Eccles. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præsumunt, nec non adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.*

Item omnes & singulos suppellectilium, librorum, scripturarum, & bonorum Cameræ, & palatij Apostolici, ex eodem palatio infirmitatis Rom. Pontif. ac sedis Apost. vacationiis tempore ablatores, & illorum detentores, ac quoscumque alios, ad quorum manus bona prædicta quocumque titulo, & quauis causa scienter peruenerint.

Sexti Bulla hanc non continet.

Declaratio, quod includit factionem, quæ existens extra aliquas ciuitates Papæ, & vi armata irrumpit in aliquam earum, inuita altera factione, intra eã existẽte, per rationes Caietani *b*.

b Via. c. 17.

Sequitur §. *Volentes*, in quo statuitur vt hęc bulla non expiret lapso anno, nec alio modo, donec edatur alia noua, in hæc verba:

Volentes præsentes, ac omnia, & quæcumque his literis contenta quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Romano Pont. pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

Sequitur §. continens reseruationes harum censurarum.

Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Rom. Pont. nisi in mortis articulo constitutus, neque etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiore dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum monasterijs, conuentibus, & domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non Iacis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fungentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreto, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorũ, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Declaratio prima, quod hæ censuræ includunt omnes, etiam Imperatores, & Reges, & Vniuersitates, quibus illę sunt aptæ, & quod nulla consuetudo, etiam immemorialis, nec præscriptio quęlibet longissima, nec priuilegium, etiam per viam contractus, vel remunerationis concessum contra eas prodest. *Secunda*, quod satisfactio sufficiens, de qua loquitur, est intelligẽda ex limitatione, de qua supra *a*: & quod priuilegium in remuneration em, vel contractum concessum, ex causa reuocari potest, quę communis opinio est *b*. An autem derogetur Cõc. Trident. dicitur infra *c*. Sequitur §. *Quod si forte*, contra absoluentes ab his censuris.

a Eod. c. n. 47.
b In c. nouit, de iudi. & in c. 1. de prob.
c Eod. ea. nu. 354.

74 *Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis pœna innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.*

Declaratio prima, quod non comprehenditur hac censura Cõfessarius, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit: quia fertur cõtra præsumentem absoluere, de quorum numero non est, qui sic absoluit, per ea quæ diximus *d*, post Cardinal. *e* & per dicta Caietani. *f*

Secunda, quod absolutio huius excommunicationis non est reseruata Papæ, vt ex litera patet, sicut & ex bulla Martini V. quam ponit S. Antoninus *g*: quamuis contrarium visum fuerit Felino *h*, & Caietano *i*.

Tertia, quod ab ea potest absoluere ordinarius, siue illa, & alię latæ in bulla putentur latæ à iure, siue ab homine: quia sunt generales, per dicta *k*. Equidem latas in Bulla Iulij III. quam in Manuali Hispano exposui, iudicaui esse latas ab homine, quia bulla illa non habebat vim legis, quę perpetuat *l*, sed præcepti, quod cum præcipiente finitur, vt *a* dictum est: & has latas per S. D. N. potius putarem dicẽdas latas à iure; quia voluit eas nõ finiri sua morte, quę vtinam ante dies Petri non contingat. Amen. Sequitur §. *Declarantes*, in quo absolutio restringitur, & protestatio magna adijcitur.

d In reper. c. accepta, de restit. spol. oppos. 8. n. 32.
e In clem. 1. de priu. q. 39.
f In summa verb. excommunicatis, 58. & 81.
g 3. part. tit. 24. ca. 7o.
h In c. pastoralis, parag. præterea col. 3. de offic. ord.
i Vbi supra, ca. 77.
k Supra eod. n. 43.
l Cap. fina. de offic. deleg.
a In d. nu. 43.

Declaran-

Declarantes, ac protestantes quamcunque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis, cum vero proposito vlterius similia non committendi destiterint, ac quoad eos qui contra libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex archiuijs, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscunque iuribus Sed. Apost. ac S. R. E. vndecumque & quomodocumque quæsitis, vel quarendis, nullatenus præiudicari posse, seu debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus, & alijs cuiuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis & præeminentiæ fuerint, etiamsi vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis alia etiam mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quo minus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri: quæ omnia quoad hoc eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insererentur præsentibus, pro expressis habentes, penitus tollimus, & omino reuocamus, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Vt vero præsentes nostri processus ad communem notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, & Basilicæ principis Apostolorum de vrbe appendi faciemus: quæ processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, vt ij, quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Insuper, vt processus ipsi, ac præsentes literæ, ac omnia & singula in eis contenta, eo fiant notiora, quo in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuersis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archi-

episcopis, Episcopis, & locorum ordinarijs, Prælatis, & Rectoribus vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries, in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerint, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Cæterum hortamur eosdem vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, alios que locorum ordinarios, & ecclesiarum Prælatos, nec non Rectores, cæteros que curam animarum exercentes, ac presbyteros seculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum confessiones quauis auctoritate deputatos, vt transumptum harum literarum panes se habere, legere, & diligenter examinare procurent. Volentes earundem præsentium transumptis etiam impressis, notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, innodationis, mandati, hortationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, pridie Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

De excommunicationibus reseruatis Papæ non contentis in bulla Cœnæ.

75 *Excommunicatio prima reseruata Papæ extra bullam Cœnæ in canonum transgressores. Secunda in percussorem clerici. nu. 76.*

77 *Clerici percussio quæ excommunicat, & quæ non, à nu. 80. & quis clericus quoad hoc nu. 79.*

88 *Absolui qui possunt ab Episcopo à canone, si quis suadente, 17. quæstio. 4. ob enormem percussionem, & qui ob mediocrem, & quod omnes possunt ob leuem, vsque ad nu. 91*

91 *Percussio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur, nu. 92.*

a In c. nulli. 17, 10 d. 9.

b In c. 6 quis suadente, 17. q. 4.

75 PRima a in transgressores Canonum: sed quia restringitur ad eos, qui transgrediuntur negando Papę potestatem ad condendos eos, hęc reducitur ad primam bullæ Cœnæ.

76 *Secunda b*, per hæc verba: *Si quis suadente diabolo iniecerit*

manus

manus violentas in clericum, vel monachum, subiaceat excommunicationi, & à nullo Episcopo absoluatur, donec conspectui Apostolico repræsentetur, nisi in articulo mortis.

Declaratio prima, quod illa particula *Si quis*, comprehendit viros, & fœminas *c*, iuuenes, & senes cuiuscũque ætatis, habentes iudicium ad peccandum mortaliter *d*, & etiam clericos, laicos, religiosos *e*.

Secunda, quod ex illis verbis, *Suadente diabolo*, colligitur, quod iniectio manus debet esse illicita, & adeo quidem, vt sit peccatũ mortale: quia nemo incurrit in excommunicationem maiorẽ per canonem, vel hominem generaliter latã, nisi peccet mortaliter, iuxta dicta supra *f*. Nec sufficit vt iniectio sit mortalis, nisi fiat suadente diabolo, vt ait Cardinalis *g*: licet id raro cõtingat: contingit tamen aliquando, vt dicitur *h*, quidquid dicat Cardinalis: quia nostro iudicio raro contingit casus, in quo iniectio sit lethale peccatum, & non sit satis animi mali ad inferendum iniuriam, per quam incurratur hæc censura, nisi quãdo percussor ignorat percussum esse clericum.

Tertia, quod non sufficit conatus ad percutiendum, sed requiritur percussio, iuxta glossam receptã *k*, vbi idem diximus *l*. Nec requiritur, quod iniuria sit immerita, sed sufficit quod immerito, vel iniusto modo, vel per quem non debet, irrogetur *m*.

77 *Quarta*, quod per *manus*, intelligantur etiam pugni, brachia, pedes, genua, & alia quælibet pars corporis: quia non exprimũtur manus, vt excludantur reliqua membra, sed quia est instrumentum aptius ad percutiendum, & ita comprehendũtur omnes partes corporis *a*.

Quinta declaratio, quod dicitur manus violẽtas inijcere clerico, qui immediate, aut mediante instrumento inijcit ei, aut rei eũ tangenti, & per consequens qui eum percutit ense, baculo, aut aspergit puluere, vel aqua, saliua, aut alia re simili, iuxta glossam singularem *b*, & etiam qui eripit è manibus, aut corpore aliquid vi, & qui capit, in carcerem conijcit, aut includit aliquo loco, vnde egredi nisi cũ pudore non potest, aut ad frænos equi manus admouet, aut abscindit cingulũ ephippij, aut eum adeo furiosè persequitur, vt cogat se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen ad se liberandum, iuxta mentem textus, & Innocentij, & communis *c*, & glossę, & aliorum *d*, Paludani *e*, & omnium aliorũ *f*, & S. Antonini *g*: sed non si alias fugiens cadit, & vulneretur, iuxta S. Antoninũ *h*, quem sequitur Syluester *i*, quãuis Angelus *k* contra teneat.

78 *Sexta declaratio*, quod sufficit mandare hanc iniectionẽ, si ea cõsequatur *l*, vel consilium, auxiliũ, vel fauorẽ ad id præbere *m*, per locũ à fortiori, aut ratificare eam, si eius nomine facta fuit, alias non *n*: quamuis enim prædictus canon de solo inijciente loquatur, extenditur tamen ad prædictos ratione tacta supra *o*. Idem si non iussit, sed dixit suis se vindictam eius expetere, credens,

c Iuxt. glos. eius approbatam.
d Ca. 1. c. mulieres, & c. pueris, de sent. excom. iuncta, glos.
e Ca. demonialibus & c. cum illorum eod. tit.
f Eod. c. n. 9. per c. nemo, & c. nullus, 11. q. 3.
g In d. c. si quis suadente, q. 3 ar. 1.
h Infra n. 80.
i Ibi in ar. 1.
k In c. si quis pulsatus, de pœn. d. 1.
l Et in c. si quis non dicam eod. d.
m Ca. vniuersitatis, de sen. excom.
a Arg. glo. fing. clem. k de rescriptis, verbo præsidentes.
b In dicto c. si quis.
c In c. nuper de sen. excõ.
d In d. c. si quis.
e In dicta di. 18.
f Ibidem.
g 2 par. t. 24. h In d. c. 1. parag. 1. col. fin.
i Verbo exc. 6. nota 3. cas. 7.
k Verb. exc. 5. cas. 1. parag. 10.
l Per d. c. mulieres de sent. excom.
m Arg. c. quãvis de sen. excomm.
n Cap. quum quis, de sen. excom. lib. 6. cũ ei adnot.
o Eod. c. n. 51

dens, vel credere debeus, quod ex hoc illi mouerentur ad percutiendum: quia licet non dicat eo animo, præuidere tamen debebat eos eo animo dictum putaturos *p*. Item qui ex officio possunt, & tenentur propulsare percussionem, & non propulsant *q*. Imo quoad forum exterius, quilibet alius, qui videt facinus esse manifestum, & se posse commode obuiare, & non obuiat, per dictum cap. *quantæ*, noue declaratū per nos *r*. Et etiam ministri iustitiæ laicę, qui in quantum tales percutiunt eos: nam etiamsi leuiter percusserint, ad Papam sunt remittendi, iuxta Panormitanum *s*, & Stephan. *t* Imo & ipsemet clericus qui se iratus percutit *u*, cum limitatione posita supra *x*: sed consentiēs, vt ab alio percutiatur, nō est excommunicatus, quamquam potest excommunicari, per caput *contingit y*, quod probat consentientes se percuti, excommunicandos esse.

79 *Septima declaratio*, quod per *Clericum*, intelligitur non solum qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est insignitus *a*, quamuis sit coniugatus, modo cum vnica & virgine, & gestet habitum, & tonsuram clericalem *b*, & quamuis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, & etiam depositus verbo, nisi sit degradatus realiter *c*, vel incorrigibilis *d*.

Octaua declaratio, quod per *Monachum*, intelligitur quilibet religiosus religionis approbatæ *e*, & quęlibet religiosa *f*, quilibet item cōuersus, aut nouitius alicuius religionis approbatę *g*, & etiam ij, quos appellant Beguinos, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel S Francisci, qui viuunt gregatim, & gestant habitum religionis, vt sentit Rota *h*, & dixit Felin. *i* quamquam aliud dicat Caietanus *k*, quod verum esse posset iuxta ius commune, sed non iuxta priuilegia, & cōsuetudinem, & stylum Ecclesię Romanę. Et etiā Eremita, iuxta glossam *l*, quæ vera est, si sit subiectus alicui superiori, qui gaudeat hoc priuilegio, Syluester *m*.

Nona declaratio, quod in articulo mortis non solum Episcopus, vt hic habet, sed etiam quilibet alius sacerdos simplex, si Episcopus aditi non potest, potest absoluere ab hac excommunicatione, & à quibus alia, per supra dicta *n*: & quod articulus mortis definitur supra *o*.

Quæ manus iniectiones non excommunicant.

80 SVnt autem multæ manuū iniectiones in clericum ab hac censura exemptæ. *Prima*, iocosa, & ludicra *p*, etiam grauis, intra tamen fines ludi, & extra, modo non sit dolosa, & subita turbati animi, iuxta mentem Richardi *q*: quia id non facit suadente diabolo, quod exposcit dictus canon, vt dictum est *r*. *Secunda*, probabilis ignorantia clericatus *s*: aut quia noctu

p Arg. c. penu. de homi. li. 6.
q Dict. cap. quantæ, & communis ibid. Caietan. ver. excom. n. 10.
r In c non in inferenda, 23. q. 3. & supra eod. c. 24. nu. 17.
s In c. si vero 1. de sen. excom.
t In reper. clem. 1. de off. ord. reg. 3. fai. 3.
u Arg. c. si nō licet, 23. q. 4.
x Ca. 15. n. 11.
y 11. de sent. excom.
a Cap. cleros 21. d. ca. per lectis, 25. d. & c. cum contingat de ætat. & qualit.
b Cap. 1. de cler. coniug. l. 6.
c Iux. Panor. & commun. c. ex parte de cleric. de coniug.
d Cap. non ab homine de iud.
e Ca. cum illorum, de sent. excom.
f Ca. de monialibus, eodem tit.
g Ca. non dubium, de sent. excom. c. religioso eo. tit. l. 6.
h Dec. 332. in antiq.
i In cap. 1. de for compet. & in li. quando literæ Apostolicæ, & ca. limit.
k In dicto c. 10.
l Ca. qui vere 16. qu 1.
m Verb. ecclesia, qu. 5. & verb. eremita,
n Ca. 26. nu. 26. o Ca. 2. nu. 9. p Ca. 1. de sent. excom. q In 4. dist. 18. art. 12. q. 5. r Ca. si vero, de sent. excom.

percu-

percutit: quamuis rebus illicitis daret operam, quidquid dicat Syluester *t* absque textu, & ratione ad id idonea. Dixi, *Probabilis*; quia alias non excusaret: vt si vidit tonsuram, & non credidit esse clericũ, iuxta glossam *u*. *Tertia*, percussio eius, qui ter monitus habitum clericalem non defert *x*. *Quarta*, & *quinta*, eius, qui se immiscens militaribus, vel secularibus actis, ter monitus non abstinet, etiamsi gestet habitum, & tonsuram clericalem *y*. Quæ tamen trina monitio facienda est cum interuallo aliquorum dierum, nec sufficeret vna pro tribus, iuxta glossam singularem *a*, & Panormitanum *b*, & Ludouicum Romanum *c*, quidquid dicat Bonifacius *d*.

82 *Sexta*, eius qui relictis habitu, & tonsura, turpibus, & enormibus se miscet, licet nõ admonitus, iuxta communem, quam Steph. Aufrid. *e* dixit se bis vidisse vsitari Tholosę, etsi Panormitanus, & Cardinalis teneant oppositum *f*. *Septima*, bigami *g*. *Octaua*, coniugati etiam cum vnica & virgine, sed non gestantis vestem, & tonsuram clericalem *h*. *Nona*, degradati realiter. *Decima*, depositi verbaliter, & incorrigibilis *i*. *Vndecima*, eius qui priuilegium clericale quoquo modo amisit, Stephan. Aufridus *k*. *Duodecima*, circulatoris, siue ioculatoris, & scurræ per annum, vel si ter monitus ante non abstinet *l*. *Decimatertia*, exercentis per seipsum tabernam, vel lanienam publice, si ter monitus nõ desistit *m*. *Decimaquarta*, qua percutit principaliter, vt corrigat tamquam magister, pater, herus, propinquus, senex, aut superior in Ecclesia *n*, modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira: & percussio sit moderata, saltem, iuxta suum propositum, & modo castigatus non habeat ordinem sacrum, iuxta Panormitan. *o* nisi sit magister, iuxta Angelum *p*, vel pater, iuxta communem *q*, quam sequitur Syluester *r*: stricto iure idem posset dici de alijs, cum d. c. *cum voluntate* non distinguat, nec vlla ratio ad id cogat. *Decimaquinta*, inuadentis in suam necessariam defensionem *s*, aut sui honoris, quando fuga ei esset ignominiosa, vt ait Panormitanus *t*, & Caiet. *u* *Decimasexta*, quæ est necessaria ad iuste recuperandum bona, quę iniuste capta clericus asportat, vel vi occupat *x*, & qua detinetur clericus debitor fugiens, aut fugam præmeditans, ad præsentandum suo prælato, iuxta Panormitanum, & communem *y*.

83 *Decimaseptima*, qua minister iustitię secularis, qui capit clericum in delicto flagranti, vt illum pręsentet suo prælato, iuxta Panor. & cõmunem *z*, aut inuentũ noctu, modo præsumat probabiliter illũ aliquod scelus intẽdere, alias secus: vt quia fert lumẽ, vel socium, vel est persona à tali suspicione omnino aliena, & modo iustum modum in capiendo non excedat: puta si permittenti se sponte capi, & duci quiete de industria pugnos im-

t Verb. exc. 6. not. 4. cas. 2.
u Dicto ca. si vero 2.
x Ca. contingit, 2. de sen. excom.
y Cap. in audientia, eo t. & c. fin. de vit. & honest. cleric.
a Clem. 1. eod. tit.
b In c. fin. eod. tit.
c Sing. 179.
d In clem. 1. de immun. eccles. pag. 8.
e In repet. clem. 1. de offic. ordin. notab. 3. & reg. 1. ca. 19.
f In c. perpendimus, de sent. exc.
g Ca. 1. de bigamis, l. 6.
h Ca. 1. de cler. coniug. l. 6.
i Ca. cum non ab homine de iudic.
k Vbi supra, reg. 3. fall. 6.
l Ca. 1. de vi. & honest. cler. l. 6.
m Clem. 1. de vit. & honest. cler.
n Ca. 1. c. cum voluntate, de sen. excom. cum glos. opt. l. 1. ff. de emend. propinquorum.
o In d. c. cum voluntate.
p Verb. exc. 5. parag. 10.
q In d. c. cum voluntate.
r Verb. exc. 6. not. 1. par. 18.
s Ca. si vero, 1. & c. ex tenore, de exc.
t In c. olim. restit. spol. nu. 10. de restitut. spol.
u In summa verbo excommunicatio, c. 10. not. 6.
x Dicto cap. olim, de.
y In c. cum non ab homine de iud.
z In d. c. cum non ab homine, vbi late post Decium diximus.

pingit, aut calcem *n*, aut mittit in carcerem eum, qui offert fidei iussionem præsentandi se: quod non potest facere etiam iudex Ecclesiasticus, nisi grauitas delicti, vel alia iusta causa id exigat *a*. *Decimaoctaua*, qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo *b*.

84 *Decimanona*, qua in suam necessariam defensionem ei ensem aufert, aut qua cogit equo desilire, quo super eo fugiat, iuxta S. Antoninum *c*. *Vigesima*, inuēti inhoneste cum sua vxore, matre, sorore, aut filia legitima, vel naturali *d*, etiamsi mutilet eū, aut occidat *e*: licet Fortunius contradicat *f*, modo id ex continenti, & passione subita faciat *g*. Dixi, *cum vxore, matre, vel sorore*; quia secus in coniunctis remotiori gradu, vel cum filia adoptata *h*: sufficit autem quod inueniat amplexantem, osculantem, aut in loco suspecto, quamuis non inueniat in ipso opere carnali, iuxta communem: modo fraus absit, quę non abest, quum maritus & vxor conueniunt, vt dolo accerseretur ad voluptatem, vt afficeretur iniuria *i*.

85 *Vigesimaprima*, qua detinetur clericus domi inuentus honeste colloquendo cum vxore post monitionem vt ab ea re abstineret, modo nihil aliud mali ei faciat, quā detinere spatio 20. horarum continuarum ad tradendum suo iudici, iuxta glossā *k*: nam si percuteret, esset excōmunicatus, iuxta Angelum *l*: quod aptius videtur texui d. cap. *si vero*, quam eius oppositum, quod sensit Syluester *m*. *Vigesimasecunda*, qua mulier percutit clericum de stupro tentantem defendendę suę castitatis causa, modo tēperatio fiat facto, & non solo verbo: quia tunc non liceret ei nisi defensio verbalis *n*: ob quod pridem respondi, excommunicationem incurrisse quandam monachum nobilem, quæ impegit alapam clerico cuidā nobili, quod eam amore formosam appellasset. *Vigesimatertia*, tam subita vēl tam parua, quod illata laico non esset mortalis, iuxta sententiam omnium, quam optime explicat Caietan. *o*

86 *Vigesimaquarta*, qua prælatus capit suum clericum per se, vel alium etiam laicum, aut verberat per se, vel alium clericum in pœnam probabili suo iudicio iustā. Dixi, *suum*; quia secus si alienum *p*. Dixi, *alium clericum*; quia licet possit capere per laicum *q*, non tamē verberare, nisi per clericū, vel monachū, neq; etiā per alios, si ipse per se commode potest facere *r*, excepto Episcopo qui nō debet verberare suis manibus *s*, nisi quando nō adesset alius ad id faciendum *t*. Vnde sequitur incurrere excommunicationē laicos, per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, nisi deessent clerici ad id idonei, iuxta Panorm *a*. & Syluestrum *b*: quāquam vt dixi alias *c*, Ecclesiasticus qui consuetudinē sequutus torquet, aut cædit clericū per laicum non est excōmunicatus, licet peccet, vt dixit Aufridus *d*: quia consuetudo etsi nō excuset à culpa, excusat tamē à pœna, iuxta glossam *e*: pœna, inquam

a Glos. iuncto tex. c. si clericus, de sent. excom. lib. 6.
b Dicto ca. si clericus, & ibi omnes.
b Ca. ipsa pietas, 23. q. 4. & c. cumbeatus, 45. di.
c 3. part. tit. 24. c. 1. col. 4.
d Ca. si vero, de sen. exc.
e Iuxt. communē, ibidē.
f In l. de vlt. fin. illat. 11.
g Sylu. verb. excomm. 6. not. 4. cas. 16.
h Secundum communem.
i Arg. authe. si quis, C. de adult.
k Dict. c. cum non ab homine, & c. quinto, ff. ad l. Iul. de adult.
l Verb. exc. 5. parag. 19.
m Verb. exc. 6. cas. 20.
n Ang. vbi supra, parag. 21. & Steph. in dict. reg. 3. fal. 6.
o Vbi supra c. 10.
p Argum. leg. fin. de omn. iud. & c. 2. de const. li. 6.
q Cap. vt fama, de sent. excō. l. 6. & c. si clericus, eod. tit. l. 6.
r Dicto c. vniuersitatis, de sent. excom.
s Ca. non liceat, 63. di.
t Glos. ibid.
a In c. vniuersitatis.
b Verb. exc. cas. 11.
c In di. c. vt famæ.
d In dict. reg. 3. fal. 2.
e In cap. cum venerabilis, de consuet.

quam saltē ordinaria, licet forte non ab extraordinaria, vt post Decium *f* diximus.

87 *Vigesimaquinta*, qua iuste eijcit ab Ecclesia excommunicatum, aut alium diuina officia turbantē *g*. *Vigesimasexta* qua eijcit è Sede Apostolica eum, qui sine canonica electione Cardinalū eam occupat *h*. *Vigesimaseptima*, qua pro munere sibi iniūcto includit, & continet Cardinales conclaui ad eligendum Papam *i*.

Vigesimaoctaua, qua vult, & tentat ferire etiam iaculando, & non ferit: quia errat.

f In d.c. 1. de const.
g Ca. veniens, de sen. excō. & cle. grauis, eodem tit. iuncta glo.
h Cap. si quis pecun. 79. d.
i Cap. vbi periculum, 5. præterea, de elect. li. 6.

Quos excommunicatos ab hoc canone absoluit Episcopus.

88 POrro multi possunt ab Episcopo ab hac excōmunicatione absolui: puta morti propinquus *k*, mulier cuiuscumque cōditionis sit *l*, mēbra sua captus, scilicet claud⁹, cęcus, &c, iuxta communem *m*, ægrotus perpetua, vel diuturna ęgritudine, nequiēs iter facere, puta tertiana, quartana, vel podagra *n*, qui ante pubertatē eam incurrit, licet post eā solutionē petat *o*, senex *p* qui iudicio Episcopi videtur non posse ad Sedem Apost. venire, iuxta mentem Innoc. *q* adolescens cui iter esset discrimini *r*, Angelus, quod nullo iure probat, nec Panorm. quem citat, ait *s*, pauper arte (qua iter agendo vti non potest) viuens *t*, quia non tenetur mendicare, si alias non est mēdicus, alioqui sic: nisi mēdicando soleat sibi, & coniugi prouidere, & iter faciendo, id prętare non possit, iuxta Ioan. Andream, & Panormitanum *u*, qui ob inimicitias, vel alia iusta impedimenta iudicio boni viri Sedem Apostolicam sine periculo vitæ adire nequit *x*, etiamsi in sua culpa inciderit in eam, filius familias, i. qui est in potestate patris, nō valens ire ad Papam sine prędudicio eius *y* nisi pater consentiat, vel emancipetur: seruus, nisi dominus cōsentiat eius ad Apost. Sedem profectioni, vel manumittatur *a*, quid quid dicat ibidem Panormitanus vt probat Syluest *a*. Dixi, *Seruus*; quia secus est in famulo libero percussore: impotens, aut tam delicatus, vt non posset sufferre iter adeūdi Romam, quod arbitrio Episcopi relinquitur *b*. Tales enim non sunt mittendi Romā, sed prius consulendus Papa, & obediendū eius imperio, quidquid dicat glossa, nisi fuerit periculū probabile mortis in mora quia tunc absoluendi sunt vt alij, qui fuerint in eodē periculo.

89 Ij tamen, & quilibet alij (quibus iuitum adest impedimentū iudicio probi viri, quominus adeant Sedem Apostolicam, vel Nuntium à latere, qui etiā potest absoluere *d*) possunt absolui ab Episcopis, quantumuis negent Innocentius, Anchatius, Cardinalis

k Per idem c. si quis suadente.
l Cap. mulieres, de sententia excom.
m Ibidem.
n Per not. in d.c. ea noscitur, Rosel. ver. absolutio 2. parag. 19.
o Cap. 1. & 2. eod. tit.
p Ob cap. ea noscitur, &c. quamuis cum eis annot. de sen. excom.
q In dicto c. quamuis.
r Verb. excō. 5. cas. 1. parag. 56.
s In dict. c. ea noscitur.
t Cap. quod de iis, & ea quamuis, de sent. excom.
u In d. cap. ea noscitur.
x Ca. de extero, eod. tit.
y Arg. notat. à Bart. in l. 1. ff. de ijs quibus, vt indi. & Felin. in c. cū oporteat, de accu. colum. 4. post Panor. ibidem.
z Cap. mulieres, de sent. excommun. & Panorm.

ibid. a Cap. relatum, de sent. excomm. a Verb. absolutio, 4 in fin dubio 6. b. iuxt. glos. eandem c. c iuxt. & Pan. & Felin. in eo. c. mulieres. d Cap. ad eminentiam, de sent. excom. & c. penul. de offi. deleg.

dinalis

dinalis *e*, vt probat Felin. *f* & Syluest. *g* modo pro viribus satisfaciant, & iurent sublato impedimento se præsentaturos apud Sedem Apost *h*. qui postea nisi se præsentent quam citius commode poterunt, recidunt in eandem excommunicationem *i*.

e In dict. ca. quamuis.
f Ibid. neruose.
g Ver. absolutio, 4. dubio 4.
h Iux. c. quãuis, c. quod de his, de sent. excom.
i Ca. eos qui de senten. excom. lib. 6.

Responsio ad quæstiones propositas.

AD *primam* vero septem quæstionũ hic quæsitarum respondeo, quod non solum excommunicatus ob percussionem Clerici, sed etiam ob aliam quamlibet causam, cuius absolutio est reseruata Sedi Apost. potest absolui ab Episcopo, si ob iustũ impedimentum nequeat eam adire: quia in omnibus generaliter loquuntur Felinus, & Syluester *k*, & in omnibus eadem ratio idem ius suadet.

k Supra citat.

90 Ad *secundam*, puta, quanti temporis debeat esse impedimẽtum, vnius, an plurium mensium, vel annorũ? Respondeo quæstionem hanc nouam, & grauem esse, qua mature expensa, videtur *primo* non esse habendam rationem appulsus, sed discessus, alioqui omnes pęne Hispani haberent impedimẽtum duorum, triumve mensium. *Secunda*, sufficere impedimẽntum tanti temporis, quantum est necessarium à discessu ad appulsum. Tũ quia optat Ecclesia, ne agens id quod in se est, ob impedimentum in excommunicatione moriatur *l*. Tum quia non videtur posse determinari tempus aptius omnibus casibus, & conformius canonibus. Tum quia falso existente impedimento nulla erit absolutio, & si cessante impedimento non arripuit iter, recidit in eandem excommunicationem *m*: per quæ duo cessat occasio fingendi falsa impedimenta, & intentio matris Ecclesię seruatur.

l Ca. quæ frõte, de appel.
m Dict. c. eos.

Ad *tertiam*, iustum impedimentum esse, habere curam animarum, & iustè timere eas ob suam absentiam notabile damnum accepturas, nisi posset constitui idoneus Vicarius.

Ad *quartam*, quod non potest absolui ab Episcopo, qui licet ad sedem Apostolicam ire nequeat, potest tamen adire legatum, vel alium eius ad id priuilegio munitum.

Ad *quintam*, quod iustum habet impedimentum is qui ire nõ potest, licet pro absolutione mittere possit: non enim ad id ius eum obligat, sed vult, vt si possit, vadat.

Ad *sextam*, quod tale impedimentum habet non valens ire nisi relinquendo in necessitate extrema, vel valde magna, vxorem, & filios *a*.

a Arg. c. cæterum, & c. pasce, 86. dist.

Ad *septimam*, quod eiusmodi impeditus absolui non poterit à simplici sacerdote, etiamsi eum Nuntius, vel Episcopus absoluere recusent: non enim ad id potestatem habet, nisi in articulo mortis, in quo simplex sacerdos fit, quoad hoc, summus Pontifex *b*, & pulchre in Conc. Trid *c*. dicitur nullum casum esse reseruatum in articulo mortis.

b Arg. di. ca. si quis suadente.
c Sess. 14. c. 7.

91 Præ-

91 Præterea absolui possunt per Episcopum à percussione mediocri, non tamen enormi, Clerici simul viuentes in collegio *d*, & religiosi *e*, sed hi possunt absolui à suis prælatis. Clerici non nisi à suo Episcopo, secundum Panormitanum receptum *f*. Ianitor seu exequutor, merinus, aut alius minister, qui vt custodiat fores, aut cohibeat homines, manus infert Clericis absque intentione lædendi, etsi non sine culpa, & læsio est leuis, aut mediocris *g*: quamquam si est enormis, solus Papa absoluit: ab incursa vero ob paruam, vel leuem, Episcopus *h*. Nō intelligitur in hac materia per leuem percussionem illa, quæ non peruenit ad peccatum mortale, siquidem ob eam, quæ nō est mortifera, non incurritur excommunicatio maior, vt supra dictum est *i*, sed ea quę est quidem mortifera, at collatione aliarū magis mortiferarum est leuis, & non enormis, neque etiā mediocris. Quæ vero sit leuis declaratur per extrauag. *k* quę ascribitur Papę Ioā. XXII. & perperam, quoniam ante eius tempus eam allegauit Hostien. *l* vbi tamen ait respondisse sibi Innocent. IV. se non feciſſe eam: insulsius autem quidam tribuunt Pio II. cuius exemplum iamdiu Roma adducendum curauimus, & cuius precipua verba sunt hæc: *Perlectis, &c. Respondemus percussionem leuem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut vnguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen, quæ læsio sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solum factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi cum omnibus suis circumstantijs, loci, personæ, & alijs: personæ, si est magister, iudex, prælatus, pater, patronus: aut dignitas, percussus iniuste à subdito, aut alio se viliori, quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia cōditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quam declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum.* Hucusque sunt verba extrauagantis.

92 Cui addimus *primo*, enormem esse percussionē, qua quis interficitur, scinditur membrum, aut inutile, vel quasi ad suū munus efficitur; & illam, ob quam factam in alia parte, quā in naribus, vel alia vnde sanguis facile erumpere solet, defluit multum sanguinis; & illam quæ fit in proprium Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno scādalo est populo, vt declarat, & sentit Innocent. III. *a* Et quamquam idem dicat glossa *b* de quolibet excessu notorio, & idem asserat Syluester *c* de ea quæ infertur in foro, vel audientia publica coram iudice, aut in oculo, aut in facie *d*, aut in Ecclesia, aut in dormitorio: non tamen credimus id esse

d Ca. quoniā de vi. & honest. cler.
e Cap. monachi, de sen. excommun.
f In d.c. quoniam, col. 2.
g Ca. si vero parag. officialis, de sent. excom.
h Cap peruenit, de sen. excom. vbi text. singularis.
i Eodem cap. nu. 9.
k Quæ incipit perlectis.
l In c. peruenit, de senten. excom. sub finem.

a In d.c. cum illorum.
b Eiusdem c. verb. mutilationem.
c Verb. absolutio, 4. in princ.

esse verum, nisi quando percussio est in se notabilis, & gignit aliquod magnum scandalum: quia Lapus & Cardinalis e declarant aliquas ex his non esse etiam mediocres, sed leues. *Secundò* addimus, quod iniuria mediocris est, quæ est media inter leuem & enormem: & quia de hoc certa regula tradi non potest, relinquitur arbitrio Episcopi, & etiam Confessarij, qui habet facultatem Episcopi, iuxta Hostiensem receptum ab omnibus *f*, vt iudicent habita ratione circumstantiarum, personarum, locorum, & temporum, cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis est *g*. *Tertiò*, quod Lapus *h* concluſit esse percussionem leuem, à qua posset absoluere Episcopus, colaphum, quem impegit Capellanus quidam perpetuus Aretinæ Ecclesiæ cuidam Canonico in eadem Ecclesia absque sanguinis emissione: & quod Cardinalis *i* concluſit percussionem duorum clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugnos, & pedes impegerunt in itinere, esse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.

a Secundum glossam.
e In locis proxime citandis.
f In di. e. peruenit.
g Iuxt. Pan. ibidem.
h In allegat. 76.
i In consil. 42.

Excommunicatio tertia reseruata Papæ extra bullam Cœna est lata à delegato lapso anno. Quarta in falsarios. Quinta lata ab Episcopo in habentes Bullas falsas, &c. Sexta in clericos admittentes excommunicatos à Papa, num. 93. Septima, in incendiarios post denuntiationem, &c. Octaua in sacrilegos infringentes Ecclesias, num. 94. Nona, in male eligentes Senatorem Roman. Decima, in clericos soluentes talias, sed reuocata fuit, num. 95. Vndecima, in insequentes Cardinales, num. 96. & 97. Duodecima, in vexantes excommunicantium cognatos, &c. num. 98. & seq. Decimatertia, in inquisitores male procedentes, num. 100. Decimaquarta, in religiosos absque facultate administrantes certa sacramenta, num. 101. Decimaquinta, continetur in bulla Cœnæ, num. 102 Decimasexta, in facientes eligere sepulturas, num 103. Decimaseptima, in eos qui cogunt celebrare in locis interdictis, num. 104. Decimaoctaua in absoluentes per confessionalia Sixti IIII. Decimanona, in exenterantes mortuos, num. 105. Vigesima, in dantes aut accipientes ob ingressum monasterij. Vigesimaprima, in committentes simoniam in ordine vel beneficio. Vigesimasecunda, in eos qui ab ordine mendicantium ad alium transeunt, num. 106. Vigesimaquarta, in eos, qui asserunt hoc de conceptione Virginis Matris, num. 107 Vigesimaquinta, in delegatos, qui male auctorant alienationes ecclesiasticas, num. 108. Vigesimasexta, in septem genera personarum violantium monastica, num. 109 Vigesimaseptima, in peregrinantes in Hierusalem absque facultate Papæ. Vigesimanona, in Cardinales, qui secreta manifestant, num. 110. Trigesima, in prædicantes miracula falsa. Trigesimaprima, in Cardinales sede vacante simoniam committentes, num. 111.

106 *Consuetudo excusat à pœna, licet non excusat à culpa.*

111 *Bartholomæus à Carranza Doctor doctiss. Archiepisc. Tolet.*

93 TErtia excommunicatio reseruata Papæ extra bullam Cœnæ ponitur in cap. querenti a, quod habet delegatum Papæ lapso iam anno ad exequendam suam sententiam definitiuã ei concesso, non posse absoluere ab excommunicatione à se lata ob finitam eius iurisdictionem, & ita absoluit eius superior, qui est solus Papa b.

a De off. deleg.

b Ca. studuisti, de off. leg. & c. sane, de offic. deleg.

Quarta est in cap. ad falsariorum c, quod excommunicat falsarios, de quibus dictum est supra d, quæ quoad aliquos casus non continetur in bulla Cœnæ.

c De crim. fals.

d Eod. c. n. 52.

Quinta est in cap. dura e, quod reseruat Papæ excommunicationem latam ab Episcopo in habentes literas falsas Papæ, nisi eas intra viginti dies destruant, vel resignent.

e De crim. falf.

Sexta in cap. significauit f, quod reseruat Papæ absolutionem excommunicationis quam incurrunt clerici qui scienter & sponte communicant cum excommunicatis à Papa, admittendo eos ad diuina officia.

f De sen. exc.

Declaratio, quoad hanc incurrendam requiruntur sex, secundum Caietanum a. Primum, quod sit clericus: Secundum, quod excommunicatio fiat cum excommunicato à Papa. Tertium, quod ad diuina officia admittat. Quartum, quod scienter id faciat. Quintum, quod id faciat sine vllo timore, etiam iniusto, qui licet non excusaret à peccato mortali, excusaret ab excommunicatione, secundum eundem: contra quem facit, quod verbum illud, sponte, in quo se fundat, non probat id, quod ipse ait b, vt ex duobus iuris capitibus colligitur, quibus probatur satis sponte fieri dici, quod sine metu iusto fit, etiamsi interueniat aliquis metus leuis, & nõ iustus, per quod eius noua opinio tollitur efficaciter, quoad forum exterius, quamuis in interiori seruari posset in tali metu, qui est causa sine qua non fuisset cõmunicatum: quia talis metus quoad illud forum exæquatur iusto, vt dixi supra. Sextum, quod sit excommunicatus à Papa iudicialiter, aut nominatim, secundum omnes, vltra quod hodie requiritur denuntiatio c.

a Vbi supra c. 32.

b Arg. c. super hoc, de renunt. & c. ad audientiam, de ijs quæ vi.

c Per extrauag. ad euitanda, relatam supr. eod. c. nu. 15.

94 Septima in cap tua d, quod reseruat excommunicationem latam, & denuntiatam in incendiarios.

d De sen. excom.

Declaratio prima, quod d cap tua, non excommunicat, neque iubet denuntiari, vt cap. conquestus de quo in octaua, sed solũ, quod denuntiati non absoluantur nisi à Papa, & ob hoc non probat esse excommunicatos à iure. Secunda, quod Caietanus e, quem pridem sequuti fuimus f, & nunc etiam sequimur, recte dixit nullum esse canonem, qui excommunicet incẽdarios, etiam Ecclesiarum. licet glossa g communis Panormitani, & aliorum h, S. Anton i. & Stephanus k, contrarium teneant in incendiario Ecclesiæ. sed sine textu & ratione sufficienti, quæ defendi non potest, nisi id haberet consuetudo, & teneatur, quod illa tolerata, & approbata à prælatis vim habeat legis, vel statuti excommunicantis, per dicta supra l

e Vbi sup. ca. 22.

f In d. c. tua.

g Dict. c. tua.

h Ibidem.

i 3. par. tit. 24. c. 11.

k Clem. 1. de offic. ord. & de potestate Eccles. n. 68.

l Eod. c. nu. 5. m de sent. excom.

Octaua in cap. conquestus m, quod habet excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt, & spoliant Ecclesias.

Declara-

Declaratio prima, quod illud c. non excommunicat, sed præsupponit esse excommunicatos, siquidem iubet denuntiari eos vt tales *n. Secunda*, quod duo requiruntur ad incurrendã hanc, scilicet perfringere, & rapere, siue furari *o*: & ob id, qui effringit crucem, sacrarium, aut perpetrat alia similia nefaria scelera, & non furatur, non incurrit eam. Nec sufficit quecumque fractio, puta seræ, vel arcæ; sed requiritur Ecclesiæ, vel forium eius. *Tertia*, quod per Ecclesiam intelliguntur monasteria, hospitalia, & reliqua ædificia pia *p* auctoritate Episcopi ad id sacrata, & non alia *q*. *Quarta*, quod is dicitur effringere Ecclesiam, qui effringit, vel effodit parietẽ, aut frangit fores, diruit seras, & qui impellendo, vel quouis alio modo violento ingressum sibi parat *a*, nõ autem, qui reserat eas claue, siue etiam surripuerit, vel extorserit, siue non, iuxta sententiam omnium. *Quinta*, quod non sufficit denuntiatio generalis *b*.

n Arg. ca. pastoralis, parag. verum de appel.
o Panor. in c. fin. de fur. S. Anto. vbi supra cap. 12. & Caietan. vbi sup. c. 21.
p Paruor. in d. c. tua.
q Secundum eundem c. conquestus, argum. ca. ad hæc, de relig. domibus.
a Sylu. verbo, excommun. 7. cas. 8.
b Iux. dictam extrauag. ad euitanda.

95 *Nona*, & prima lib. sexti c, *excommunicat cum reseruatione eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem*, &c. *Comitem, procerem aliquem potentia, aut alium dignitate perinsignem, aut fratrẽ, aut filium eius*, &c. *& huiusmodi electos, qui sine consensu Papæ se intruserunt in illud, & qui præbuerint auxilium, &c.* De quo quia est de raro contingentibus, nil amplius.

c In c. fundamenta, de elect. l. 6.

Decima d, *Excommunicat clericos, qui pendunt vectigalia, decimas, vel talias secularibus*: sed reuocata fuit à Clem. e

d In d. c. clericis de immunit. eccl. li. 6.
e Clem. 1. de immuni. eccles.

96 *Vndecima* f, *excommunicat cum reseruatione cũ, qui infectatus fuerit, percusserit, aut ceperit, tamquam inimicus aliquem Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, aut mandauerit, aut id ratum habuerit, aut dederit consilium, vel fauorem, aut sciens receperit, aut defenderit, etiamsi ob ea non esset antiquiore iure excommunicatus: Principem item, & gubernatorem quemlibet, & suos ministros, qui contra prædictos non obseruauerint suam constitutionem intra mensem, postquam sciuerint.*

f In c. felicis de pœ. l. 6.

97 *Declaratio prima*, quod hæc extenditur nunc ad Archiepiscopos, & Episcopos per bullam Cœnæ Domini. *Secunda*, quod infectantes, domini, iudices, & officiales negligentes, &c. qui non percutiunt, etiamsi id maxime velint, non incidunt in d. cap. *si quis suadente*, sed in hoc sic. *Tertia*, quod quidquid dicat Syluester, & quos ille refert *g*, qui iubet alicui, vt infectetur Cardinalem tamquam inimicum, non incurrit nisi consequuta infectatione, sequuta vero sic: quamuis nulla consequatur percussio, licet qui iubet percutere non incurrat non sequuta percussione, non quidem per rationes Syluestri, sed per dicta supra *h*: puta quia iussio percussionis prohibetur vt accessorium illi: & ita non sequuta illa iussio non habet effectum: sed iussio infectationis est accessoria illi, & ita illa insequuta, etsi non sequatur percussio, impleta est iussio eius. *Quarta*, quod excusantur principes, domini, & iudices, si incipiant procedere intra mensem postquam sciuerint, quamuis non fiant processus, neque puniant.

g Vor. excom. 7 cas. 12.
h Eodem c. 11. 51.

98 *Duodecima* i *excommunicat cum reseruatione omnes, qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi, aut vexandi personas aliquorum, aut eorum facultates, aut suorum, eo quod tulerint sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, contra Reges, &c. aut contra quosumque alios eorum ministros: aut contra alios quoslibet, aut illos, quorum ratione eiusmodi sententiæ promulgatæ fuerunt, aut eos qui obseruant, aut qui nolunt communicare cum sic excõmunicatis, nisi antequam dicta facultas exequutioni mandetur, fuerit reuocata ab eis: aut si eius occasione iam sunt occupata bona, & intra septem dies non restituant, aut satisfaciant. Excommunicat etiam eos, qui usi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid ex prædictis. Et si duobus mensibus perseuerauerint in dicta excommunicatione, non possunt absolui, nisi à Summo Pontifice.*

i In c. quicunque de sent. excom. l. 6.

99 *Declaratio prima*, quod ex sola datione facultatis non incurritur in eam, neque etiam ex eius exequutione, si ante exordium reuocetur: neque etiam si post exequutionem, si ea solum fiat in bonis, & illa intra septem dies restituantur, vt recte adnotauit Caietan. *a Secunda*, quod ex Syluestro *b* colligitur, quod suo libro deerant illa verba, *Et quoslibet alios*: quia restringit textum ad excommunicationes latas contra solos prædictos dominos, & eorum ministros, contra verum tenorem huius textus. *Tertia*, quod iuste vexando non incurritur ista excommunicatio *c*, iuxta Caietanum: quod nostro iudicio locum habet etiam quando ob vindictam, & odium vexat, sed non plus, & alio modo quam iustitia postulat *d*: & quod omnes filij, famuli, aut cognati excommunicantis dicuntur sui in hoc casu, iuxta Ioan. Andream, & communem *e*, & etiam, nostra sententia, eius intimi amici, & omnes illi, quorum grauamen videtur grauanti esse grauamen excommunicantis, & ea de causa id facit, si quidem negari non potest esse suum grauamen quoad hanc constitutionem, & eius rationem, quæ eos omnes comprehendit *f*.

a Vbi supra, cas. 36.
b Ver. excom. 7. cas. 12.
c Arg. l. 1. ff. de appel. & c. vt debitus hon. cod. tit.
d Arg. c. cum minister. 23. qu. 5.
e In d. c. quicunque.
f Arg. l. illud, ff. ad l. aquil. & c. 2. de transl. prælat.

100 *Decimatertia* g *cum reseruatione excommunicat Inquisitores, & alios deputatos officio Inquisitionis ab episcopo, qui odio, amore, aut lucri, vel commodi temporalis gratia contra iustitiam, & suas conscientias omittunt procedere contra aliquem vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut ob easdem causas, & eodem modo imponendo hæresin, aut impedimentum officij præfati, præsumunt vexare aliquem.*

g In clem. 1. in parag. verum de hæret.

Declaratio, quod ad incurrendam hanc est necesse, vt sit Inquisitor, aut deputatus ad eius officium ab episcopo: quia ipse episcopus solum incurrit suspensionem officij in tres annos *h*, & quod non procedat quando, & quomodo debet, aut procedat vt non debet, & quod hoc faciat contra iustitiam, & suam conscientiam, sciens illud esse iniustum, & quod hoc faciat odio, amore, fauore, aut lucro *i*: quia non satis esset facere ignorantia, timore, aut ad euitandum scandalum *k*.

h Per eundē, parag. verum. i Iuxt. Card. in d. parag. verum, vbi text. & Caiet. vbi sup. cas. 3. k Iuxt. gl. in d. parag. verum.

a De priuil.

101 *Decimaquarta habetur in cle. a & excommunicat cum reseruatione religiosos, qui sine licentia expressa presbyteri parochialis præsumunt administrare clericis, vel laicis sacramentum vnctionis, aut eucharistiæ, aut benedicere nuptias, aut absoluere excommunicatos à canone, præterquã in casibus à iure, aut priuilegijs Apostolicis sibi concessis, aut à sententijs promulgatis à statutis prouincialibus, aut synodalibus, aut à peccatis à pœna, & culpa.*

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse, quod sit religiosus, quamuis non sit exemptus, neque professus, iuxta Cardinalem *b*, & quod non sit rector, seu curatus Ecclesiæ parochialis: quamuis glossa dubitet *d*, vti pridem super ea diximus, quidquid dicant *e* Cardinalis, & Imola.

102 *Secunda*, quod satis est, vt in licẽtia exprimatur sacramentũ cuius causa petitur, etiamsi non exprimantur nomina personarum *f*. *Tertia*, quod est necesse, vt faciat aliquid ex quinque hic expressis per præsumptionem: & non sufficit facere id per ignorantiam, vel credulitatem, quod parochus id ęquo animo ferret, saltem quoad forum conscientię, secundũ Cardinalem *g*, & ea quę nos diximus supra *h*, & latius in repet. *i Quarta*, quod non sufficit, vt vnus religiosus administret Eucharistiã alteri religioso exẽpto. Tũ quia nõ est subiectus presbytero parochiæ, quã subiectionem videtur pręsupponere textus esse ad hoc necessariam iuxta Caiet. *k* Tũ quia ille non est clericus, neque laicus, de quo textus loquitur, secundum Cardinalem *l*, quamuis oppositũ, sed non iuste, teneat Syluest. *m Quinta*, quod per presbyterũ parochialem intelligitur rector, quamuis non sit initiatus ordine missæ *n*, aut eius vicarius, & episcopus, iuxta glossã, & eius vicarius generalis *p*. *Sexta*, quod incurritur etiã ob administrationem factã in articulo mortis, iuxta Cardinalem, etiãsi facit ob defectũ parochi, iuxta Syluestrum *r*. *Septima*, quod non incurritur ex eo, quod administret parochiano, qui ait habere se facultatem, cum non habeat *s*, neque eo, quod administret sacramentũ pœnitentię, aut baptismi, secundum omnes ibidẽ: neque eo quod absoluat ab excommunicatione lata ab homine, iuxta gloss. & cõmunem *t*. *Octaua*, quod fratres Minores, & alij, qui participant eorum priuilegia, possunt ministrare secularibus quolibet die, excepto Paschatis, vt dictum est supra *u*.

Decimaquinta in clem. si quis suadente, de pœn. Nunc facta est bulla Cœnæ per S. D. N. Gregorium XIII.

103 *Decimasexta* x *excommunicat clericos, & religiosos, qui violent constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam in sua Ecclesia, aut quod non mutabit electam.*

Declaratio prima, quod ad incurrendã hãc est necesse, quod sit clericus, aut religiosus: & quod inducat ad iurandũ, vouendum, aut promittendũ de electione sepulturę, aut non mutandã electam, & quod persuasus aliquid horũ faciat: & quod sepultura

pertũ,

b In d. clem. 1. q. 3. & 4. elux. mentem Feli, & eorum quos citat in c. cum quidã col. 1. de iure iur.
d In eadem clem. 5.
e Ibidem.
f Iux gloss. d. clem. 1. receptam.
g In d. clem. 1. q. 3.
h Eod. c. n. 73.
i Ca. accepta, oppos. 2. de rest. spol. nu. 32.
k Vbi supra, cas. 64.
l In d. clem. q. 7.
m Ver. exco. 7. cas. 14.
n Arg. c. suffragantis de elect.
o Eiusdem elem. ver. parochialibus.
p Arg. c. 2. d. const. l. 6. q In dicta clem. q. 11.
r Vbi supra, dub. 3.
s Glos. & Comm. in d. clem. verb. non habitat.
t Ibid. ver. canonic.
u Ca. 21. n. 52.
x In clem. capientes, de pœnit. parag. 80.

pertineat ad Ecclesiam eius, qui persuadet, iuxta communem a, & quod temere faciat non existimando probabiliter id facere posse, iuxta Caiet. b *Secunda*, quod non sufficit precari, aut inducere ad eligendam sepulturam, si non promittit, iurat, aut vouet, iuxta S. Antoninum c.

a In d. paragr. fi.

b Vbi supra, cas. 49.

c 3. par. tit. 24. c. 51.

104 *Decima septima* d *excommunicat cum reseruatione nobiles, & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue compulsio fiat personæ clericorum, siue eorum consanguineis. Et qui voce præconis, aut sonitu campanæ, aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ, conuocant populum ad audiendum missam in tali loco, precipue excommunicatos, aut interdictos, & etiam qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti ab Ecclesia eiciantur, quando peraguntur diuina officia, qui admoniti à sacerdote nominatim nolunt exire.*

d In Clem. graue, de sent. excom.

Declaratio prima, quod per tria priora ex his quatuor, soli & omnes domini temporales incurrunt in hanc, quamuis sint prelati, si habent temporalem iurisdictionem, iuxta glossam, Cardinalem, & Imolam e, per quartum autem omnes. *Secunda*, quod conuocatio debet fieri aliquo modo ex prædictis, & non clam per nuntios. Et quod excommunicati sint nominatim admoniti f.

e In d. clem.

f Syl. ver. excomm. 7. cas. 16. parag. 7.

105 *Decima octaua* g *excommunicat cum reseruatione eos, qui ex priuilegio Papæ Sixti IIII. absoluunt ab aliquo istorum quinque votorum, scilicet peregrinationis in Hierusalem, & Romam, Compostellam, religionis, castitatis, nisi in dictis confessionalibus fiat mentio illorum de certa scientia, cum derogatione illius extrauagantis.*

g In extrau. & si dominī de pœn. & remis.

Declaratio, hanc extrauagantem nunc nihil, vel parum prodesse quoad contentum in ea principaliter: quia iam confessionalia illa desierunt: sed est notanda ad hoc quod dispēsatio quinque votorum in ea contentorum reseruatur Papę, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur.

Decima nona h *excommunicat cum reseruatione eos, qui exenterant mortuos ad eos conseruandos, aut eos concidunt in frusta, & eos coquunt, vt ossa carnibus denudata deferant, & sepeliant in alio loco, & qui hoc fieri iubent.*

h In extrauagan. 2. de sepult. inter communes.

Declaratio prima, quod non habet locū in his, qui moriūtur in terris infideliū, vbi non est facer locus ad sepeliendū, neque in eō qui hoc facit viuo, neque etiā mortuo alio fine, quam sepeliendi in alio loco, quamuis in vindictam, & etiam ad vescendū id faceret a. *Secunda*, quod non incurrit, qui hoc facit cadaueri ne fœteat, aut in anatomiā, aut cadaueri regio, vt ab eius populis iustus honor habeatur, Caiet. b quod in vsu habet Gallia.

a Sylu. vbi sup. c. 41. & colligitur ex text.

b Vbi supra, cas. 70.

106 *Vigesima* c *excommunicat cum reseruatione eos, qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingressum in aliquod monasterium.*

c In extrau. 2. de symon.

Declaratio prima, quod nō incurritur per acceptationē, vel largitionē absque pacto, aut ob consuetudinem, vél antiqua iura, aut sine presumptione bono animo: quia bis repetit illa verba, *Et, qui præsumunt*. Neque per acceptionem cum pacto in victū

d Vbi supra, cas.71.

eius, qui ingreditur ob necessitatem, iuxta Caietanũ *d*. *Secunda*, quod Innocentius VIII. declarauit, moniales nõ incurrere hãc, nisi ob receptionẽ cum pacto, aut alicuius nõ idoneę, ob largitionem. Et quod sanctus Antoninus *e*, quẽ referũt Syluester *f*, & Feliculag, ait, quod Martinus V. dixit se nolle hac teneri moniales. *Tertia*, quod consuetudo contraria excusaret à prædicta censura, quamuis nõ excusaret à peccato mortali, vt diximus *h* argumento glossæ singularis *i*, & eorum quæ Aufredus dicit *k*. *Quarta*, quod Clemens VII. concessit, vt moniales nullã simonię pœnã incurrerent propter pacta, & conuentiones, quas cõtraherent in dotibus monialiũ, in commodum earum victum, vt habetur in compendio priuileg. *l* qua de re latius scripsimus *m*.

e Tertia part. tit. 24. c. 7o.
f Vbi supra, cas. 44.
g In c. quoniam de simo.
h In d. c. quoniam.
i In c. cum venerabilis de consuet. c. denique, 4. d.
k In reper. clemen. 1. de offi. ord. in reg. 3. fas. 2.
l Ver. moniales, num. vlt.
m In tract. de red. q. 1. mo hit. vlt.

Vigesimaprima n *excommunicat cum reseruatione committentes simoniam in ordine, vel beneficio, & eius mediatores.*

Declaratio prima, quod non intelligitur, nisi de simonia, quæ committitur in ordine, & beneficio, secundum omnes: quia de ea tantum agit, quod etiam dicit Caietanus *o*. *Secunda*, quod nõ habet locum in simonia mentali, neque etiam in sola conuentionali, sed in reali, per prędicta *p*, & latius in commentario *q*. *Tertia*, quod mandatum positum in ea, vt denuntiẽt eam scientes, non obligat alios, quam Curiales Romanos, secundum Syluestrum *r*, neque nunc eos, neque alios, secundum S. Antoninũ *s*: quia non est quoad hoc recepta, Syluester *t*, & Caietanus *u*.

n In extrauag. Pauli 2. de simo.
o Vbi supra, cas. 72.
p Cap. 23. nu. 106. & ca. 25. n. 112.
q Ca ho. de simon
r Vbi supra, cas. 43.
s Vbi supra, c. 66.
t Vbi supra.
u Post. cas. 11.

Vigesimasecunda x *excommunicat cum reseruatione fratres ordinum mendicantium, sine speciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum, & etiam admittentes eos.* Hæc facit ad Istud Ioan. Maioris *a*, *Carthusia religionum optima.*

x De regularib. in extra. Martin. V.
a In 4. d. 38. q. 11.

Vigesimatertia b *quam refert Ioan. And. excommunicat cum reseruatione omnes eos, qui largiuntur, aut accipiunt aliquid, aut promittunt in Curia Rom. ad obtinendam iustitiam, aut promerendam grattam alicuius rei.* Sed Paludanus *d*, & Angelus, *e* & Syluester *f*, & Caiet. *g* asserunt fuisse reuocatam per Clementem V. fuit autem innouata, & maioribus pœnis aucta per S. D. N. Gregorium XIII. per extrauagantem, quæ incipit, *Ab ipso*, promulgata die 8. Nouemb. an. 1574. quam statim magno commentario donauimus in honorem sanctissimarum, earundemque fortissimarum virginum & martyrum Luciæ, & Catharinæ, intra viginti dies, quibus festa earum distant.

b In extrauag. de sen. excom.
c In c. nemo de simon.
d In 4. d. 18. q. 3 col. 1. en.
e Verb. excõ. 5. cas. 25.
f Vbi supra, cas. 46.
g Post. cas. 81.

107 *Vigesimaquarta* h *excommunicat eum, qui dixerit peccare mortaliter eum, qui crediderit Virginem Matrem fuisse conceptam in peccato originali, & etiam è contrario eum, qui dixerit peccare mortaliter oppositum tenentem.*

h In extra uag. graue, de relig. & vener. sanct.

Declaratio, quod qui syncero, & solido animo sine alia audacia, vel præsumptione dixerit hoc, non incurret, iuxta Caietan. *i* quia ait *ausu temerario*, & paulo ante *præsumerẽt*, & ita dolum, aut certe latam culpam requirit, per supradicta *k*. Quamquam in Con. Basil. *l* fuit declaratum fuisse conceptam sine peccato originali.

i Vbi supra, cas. 88.
k Eod c. n. 73.
l Sess. 36.

ginali. Quoniam plurimum interest scire, quomodo Conc. Basilien. B. Virginem sine peccato conceptam esse definierit, verba eius hic subijcimus. *Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusque doctrinæ coram hanc sancta Synodo allegatæ sunt, aliisque etiam super hac re visis, & matura consideratione prolatis, doctrinam illam differentem gloriosam virginem Dei genitricem Mariam præueniente, & operante diuini numinis gratia singulari, numquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper ab omni originali, & actuali culpa, sanctamque, & immaculatam, tamquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam definimus, & declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, & docere.* Hęc ibi: Qua in re nihil videtur esse Sixti IIII. declarationi, & Trid. Conc contrarium: qualequale tantum illud Concilium Basilienſe exstiterit, vt asserit Dom. Bartholomæus à Carranza, illustrissimus nunc Archiepiscopus Toletanus *m*, renouata est tamen præfata extrauagans Tridenti *n*.

m In summa editione Conc. n Sess. 4. sub finem.

108 *Vigesimaquinta* o *excommunicat cum reseruatione commissarios, & delegatos ad cognoscendum, an illa aut illa alienatio bonorum ecclesiasticorum sit in vtilitatem euidentem Ecclesiæ, vel non, qui amore, timore, aut pecuniæ ea auctorant.* Quamquam Caietanus hanc non posuit, siue quod non haberet pro authentica, siue quod non esset vsu recepta, quod ipsum de alijs multis significat *a*.

o Apud Syl. verb. excom. 7. qu. 47.

a Post cas. 11. b 3. par. tit. 24 c. 70. & Caiet vbi supra, cas. 82.

109 *Vigesimasexta in priuilegijs ordinum relata apud S. Antoninum* b, *excommunicat cum reseruatione ingredientes monasteria monialium, Minorum, & Prædicatorum sine licentia præfecti ordinis, aut generalis, aut eius, qui ab ipsis ad id habet facultatem. Et qui præsumunt proferre in lucem libellos famosos lingua vulgari, vel alia, aut componunt, aut habent, aut in vulgus emittunt versus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem status ordinis Prædicatorum, vel Minorum. Et eos qui præsumunt prædicare, docere, defendere prædictos religiosos non esse in statu perfectionis, vel non licere eis viuere ex eleemosynis, neque prædicare, neque audire confessiones cum licentia summi Pontificis, aut aliorum prælatorum sine licentia Rectorum Ecclesiarum, vel presbyteri Cardinalis. Et eos qui præsumunt inferre aliquam, quæ incommoda sit, violentiam locis prædictorum Prædicatorum, & Minorum. Et qui in suis monasterijs, vel Ecclesijs detinent apostatas prædictorum, nisi eiecerint postquam à monachis ipsorum ordinum fuerit eis denunciatum, ne eos retineant. Et monachos minores, qui præsumunt recipere ordinis Prædicatorum professos absque licentia summi Pontificis, quæ faciat expressam mentionem huius indulti, aut nisi prius petant, & impetrent facultatem suorum priorum, & qui palam vel clam conantur expellere ex vniuersitate Parisiorum Prædicatores, vel Minores.*

Declaratio prima, quod septem excommunicationes diuersorum

c Vbi supra. rum Pontificum in hac continentur, quas S. Anton. refert c. *Secunda*, quod primam non incurrit, qui ingreditur dicta monasteria ignorantia iusta, vel quasi iusta ductus, secundum eundē, d Vbi supra. & Caietanum d: neque qui ingreditur sciens, sed persuasus iustā e Iux. eundē. esse causam, ob quam ingreditur. *Tertia* e, quod secunda non habet locum contra componentes prædictos libellos in ignominiam ipsorum religiosorum, & non eorum status, per dicta f Ca. 18. n. 35. sup. f *Quarta*, quod in septimo loco, pro *Parisiorum*, est apud Sylg Vbi supra, cas. 54. uest. g *Perusini*, per errorem. *Quinta*, quod mulieres, quę priuata intentione ingrediuntur monasteria monialium prędictarum, possūt absolui à cōfessarijs sui ordinis per priuilegiū Sixti IIII. h *Sexta*, quod prelati prędictorum ordinum, & eorū qui gaudēt priuilegijs Carmelitarū, possunt excōmunicare omnes clericos & laicos, qui retinent apostatas sui ordinis a. *Septima*, qui faciūt dictā damnosā violentiā, possunt absolui à cōseruatore, & prælato ordinis in foro conscientiæ per priuilegium Leonis X. b

h Vt habetur in compendio ver. absolutio a n. 8.
a Vt habetur in d. compendio. verb. a postata, n. 7.
b Vt dicetur in d. cōpēdio, ver. absolutio, 2. quoad seculares, pag. fin.

110 *Vigesimaseptima* c *excommunicat qui peregrinantur in Hierusalem absque licentia Papæ.*

c Apud S. Anton. & Sylu. vbi supra.

Vigesimaoctaua d *excommunicat eos qui appellant à Papa ad futurum Concilium, &c.* Sed hæc hoc anno facta est tertia bullæ Cœnæ per S. D. N. Gregorium XIII.

d In extrauag. Iuli. 2. relata per S. Anton. vbi sup. c. 10.

Declaratio, quod qui consulit, vt appellet, nō incurrit, si nō appellet, secus de cōsulente licitū esse appellare e: quia priore casu prohibetur consiliū secundario; posteriore vero principaliter.

e Iuxt. Caiet. vbi sup.

Vigesimanona f *excommunicat cum reseruatione Cardinales reuelantes aliquid de secreto actis in Consistorio Papæ, cum ab eo datū sit præceptum speciatim, & expresse, vt id maneret secretum.*

f In Conc. Lateranen. sub Leone X. sess. 9.

111 *Trigesima* g *excommunicat eos, quæ prædicant miracula falsa, vel incerta, vel prophetias, quæ non continentur sacra Scriptura.*

g In eodem Concil.

Sed Caietanus ait h, quem sequitur Frater Bartholomæus Carranza Nauarrus, tunc Doctissimus, & religiosissimus Doctor, nunc autem illustrissimus Archiepiscopus Toletanus, i censuras huius Conc. non fuisse receptas.

h Verb. exc. in fine.
i In fine summæ Concilij Lateran. sub Leone X.

Trigesimaprima k *excommunicat Cardinales, qui sede Apost. vacante contrauenerint, ordinauerint, disposuerint, aut aliquo modo præsumpserint facere, vel attentare contra ordinata ab eodem Iulio II. vt sine simonia eligatur Papa.*

k In extrau. Iulij II. approbata in dict. Concil. Later. sess. 51.

De excommunicationibus reseruatis Episcopis, vel partim Papæ, partim illis, partim neutris.

112 *Excommunicationes reseruatæ Episcopis sunt tres, & aliæ duæ aliquando, num. 112. & 2. seq.*

Prima in cap. *peruenit l*, incursa ob leuem percussionem clerici, vel monachi, de qua supra.

l De sentent. excommun. in Eod. c. nu. 71. & seq.

Secunda, quam fert episcopus per suum statutum reseruando sibi

do sibi absolutionem, secundum omnes *n*.

n Arg. c. nup. de sen. excom.

Tertia est excommunicatio Papalis, cuius absolutio ob aliquod iustum impedimentum conceditur inferiori: quia illam dare debet Episcopus, & non alius inferior, secundum Innocentium communiter receptum *o*: quia quę dispensatio, vel absolutio reseruata Papæ priuilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi Episcopo, & non alij eo inferiori, iuxta eundem Innocentium *p* probatum per Panormitanum *a*: qua eadem ratione excommunicatio prima harum quinque censetur esse reseruata Episcopo.

o In c. 1. & c. monac. de sent. excom. p Inc. 2. de eo qui furt. ord. suscep. a Ib. & in d. c. monach. & in alijs locis multis ibi per Felin. citatis.

Quarta partim Episcopalis, partim non b, *excommunicat eum, qui scienter participat cum excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus cum reseruatione absolutionis ei, cui esset reseruata absolutio excõmunicationis ob crimen, in quo participando eam incurrit alius.*

b In c. nuper & c. si concubinus, de sen. excom.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc excommunicationem oportet, quod fiat participatio in crimine post illud commissum, & ob id incursam excommunicationem ab eo, cum quo participat, vt dictum est *c*. Et quod participet cum eo, sciens illum esse excommunicatum, *Secunda*, quod licet ante extrauagantem præfatam, *ad euitanda d*, sufficiebat, & requirebatur scientia excommunicationis: ita post eam requitur, & sufficit scientia denuntiationis illius, per ibi dicta. *Tertia* declaratio insolutionem propositi dubij, quod sicut qui percutit pluries clericum, ita vt appellentur diuersę percussiones *e*, singulis vicibus incurrit excommunicationem: sic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratæ participationes, singulis vicibus incurrit excommunicationem. *Quarta*, quod ab hac debet absoluere idem, qui ab altera *f*. Idcirco, cui reseruata fuit prior, eidem & hæc erit, & si illa nemini fuerit, neque hæc erit vlli.

c Sup. eodem n. 32. d Relatum, n. 35.

e Iuxt. d. sup. eodem, c. 6. n. 20. & seq.

f Dict. c. nuper.

113 *Quinta etiam partim Episcopalis, & partim non* g, *excommunicat eum, qui ob articulum mortis, aut aliud iustum impedimentum absolutus ab eo, qui aliter non potuisset, recuperata valetudine, vel sublato impedimento, quam cito commode potest, non repræsentat se superiori à quo debet absolui, quo obediat eius mandatis. Et etiam qui absolutus à Sede Apost. aut eius Nuntijs præcipientibus, vt se præsentet ordinarijs, aut alijs iudicibus, quo exequatur sua iussa, vel quo satisfaciat læsis, vel alijs, ob quos fuit excommunicatus, non facit quam cito commode potest.*

g In c. eos, de sen. excom. l. 6.

Declaratio prima, quod prima pars huius excõmunicationis habet locum in absolutis à quibuscunque, vt ex litera palã colligitur: & secunda non nisi in absolutis à Sede Apostolica, aut eius nuntijs, de quibus solum loquitur. Itaque nõ habet locũ in absoluto ab Episcopo, vel alio delegato, iuxta Caietanũ *h*: quãuis habeat nostro iudicio in absoluto à summo Pœnitẽtiario. *Secũda*, quod tẽpus intra quod quã cito cõmode potest, tenetur prę sẽtari, quoad forũ exteri[m] relinquitur arbitrio boni viri, quoad interius

h Vbi supra, cas. 69.

i Arg. l. 1 ff. de iur. delit. c. de cauſis de off. deleg.

k Arg. c. significauit 2. de homic.

interius autem conscientię absoluti *k*. *Tertia*, quod hæc est Papalis, vel Episcopalis, si prima talis erat, & nemini, si prima non erat reseruata: quia textus habet eandem esse.

De excommunicationibus nemini reseruatis in Decreto, & Decretalibus.

114 *Excommunicatio prima nemini reseruata, in seculares non reddentes ius Ecclesiasticis. Secunda, in consentientem electioni de se in Papam malefactæ. Tertia, in eum, qui sic suscepit manus administrandi partem talis Episcopatus. Quarta, in scholasticos Bononiæ, qui sic conducunt. Quinta, in imponentes tributa, &c. Ecclesiasticis, nu.* 115. *Sexta, in certos clericos, qui audiunt leges, aut medicinam, n.* 116. *Septima, in clericos suscipientes præfecturas seculares. Octaua, in schismaticos. Nona, in capientes bona naufragorum, nu.* 118. *Decima, in seruantes statuta contra libertatem Ecclesiæ, n.* 119.

118 *Lex quæ amissum in mari tribuit, &c. N. iniusta.*

119 *Libertas Ecclesiastica quæ, quis eam violat, n.* 120.

a In c. administratores, 22. q. 5.

114 PRIMA, *quæ excommunicat Gubernatores, & iudices, qui admoniti ab Episcopis, & alijs Ecclesiasticis, omittunt ius illis reddere, ob negligentiam, vel iniquum animum.*

b In c. licet de elect.

Secunda b *excommunicat eum, qui non electus saltem à duabus partibus Cardinalium in Papam, consentit suæ electioni, & etiam recipientes eum in Papam.* Hæc non est reseruata Papæ, nisi permixtam habeat hęresim credendi duas esse Ecclesias, aut schisma absque illa, & tunc reseruatur per bullam Cœnæ in clausula prima, &

c Sup. eodem c. n. 56. & 57.

secunda *c*.

d In c. quoniam, de off. ordin.

Tertia d *excommunicat Episcopum, qui in ciuitate diuersarum linguarum suscipit gubernationem eorum, qui sunt suæ, priusquam suscipiatur à proprio Episcopo in coadiutorem suum.*

e Vbi supra, num. 68.

Hanc Caietanus e hodie esse parum vtilem significauit: quia Papa communiter confert omnes Episcopatus in similibus locis, qui si lustrasset Episcopatus Castellæ, Nauarrę, & Galliæ, in quibus alij Vasconice, alij Hispanice, alij Gallice, alij Teutonice loquuntur, id non dixisset.

f In c. 1. de locat.

Quarta f *excommunicat doctórem, & scholasticum vniuersitatis Bononiæ, qui conducit domos alterius doctoris, aut scholastici sine eius consensu ante finem termini.* Iuxta Innocentium, & communem g, contra Hostiensem, hæc non habet locum extra Vniuersitatem Bononię: & ideo nihil amplius dicimus de ea.

g In eod. c.

h In c. non minus de cõmun. 1. Eccl.

115 *Quinta* h *excommunicat consules, rectores, & potestates imponentes Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis talias, vel vectigalia, si admoniti non desistunt, & omnes qui præbent consilium, fauorem, vel auxilium, & eorum successores.*

Decla-

Declaratio prima, quod per potestatem hic intelligitur secularis, iuxta Ioan. And. & quod satis est vna admonitio *b*. *Secunda*, quod non incurrit Gubernator, qui vt debuit cōtradixit, etiam si non relinquat officium, iuxta Panormitanum *c*, & melius Angelum, & Syluest. *d* & Ioānem Tabiennam *e*, quamquam Ioannes Andreas oppositum teneat *f*, & Innoc. dubitet *g*: siquidem non peccauit, si contradixit tantum, quantum, & quemadmodum debebat *h*, & sine peccato mortali, non incurritur excommunicatio maior *i*, vt dictum est supra *k*. *Tertia*, quod hęc non incurritur propter tributa omnino realia, quæ clerici debent ob sua bona, nec ob realia extraordinaria, quæ immediate spectant ad eorum bona: vt ad reficiendum iter, vel callem, qui est ante prædium, vel domum suam: sed incurritur propter onera mere personalia, & mixta, quę imponuntur personis, & bonis *l*.

116 *Sexta* m *excommunicat religiosos, qui exeunt à suis monasterijs, vt audiant leges, vel medicinam, & audiunt, & non redeunt intra duos menses ad illa. Et clericos qui habent dignitatem, vel personatum, quamuis non sint presbyteri. Et presbyteros, quamuis omnino nullam habent dignitatem, neque Ecclesiam parochialem, qui audiunt dictis duobus mensibus.*

Declaratio prima, quod hanc non incurrit religiosus, qui audit intra monasterium, aut extra in eadem ciuitate, degens in eadem, aut egreditur ad audiendum aliquod exordium, vel aliquam prælectionem, vel honoris, vel informationis causa, vel redijt ante prædictos duos menses ad claustrum, iuxta mentem Panorm. cui Caietanus *n*, & alij recentiores consentiunt. *Secunda*, quod clerici seculares, quamuis obtineant beneficia, etiamsi sint subdiaconi, vel diaconi, modo non habeant dignitatem, vel personatum, non incurrunt in eā: quia non loquitur de illis, iuxta glossam singularem *o*. *Tertia*, quod presbyteri, etiam beneficium non habentes, & qui habent dignitatem, vel personatum, quamuis non habeant nisi minores ordines, eam incurrunt, si audiunt duos menses, etiamsi non egrediantur è suis terris, neque domibus, iuxta communem *p*. *Quarta*, quod nemo istorum incurrit eo, quod doceat eam etiam extra domum suam, iuxta Innocentium, & Panormitanum *q*, quidquid dicat Syluester *r*.

117 *Septima* a *excommunicat sacerdotem, qui est Vicarius Vicecomitis, aut alterius præfecti secularis si admonitus non relinquat præfecturam.*

Declaratio prima, quod non incurrit hanc clericus minorum ordinum, iuxta Panormit. *b* quidquid Syluester dicat *c*. *Secunda*, quod incurrunt in eam prælati, qui sunt gubernatores, vel præsidentes Cancellariarum, iuxta Caietanum *d*. *Tertia*, quod non incurrit prælatus, qui habet eiusmodi procurationem annexam suæ dignitati, aut suo patrimonio, iuxta omnium sententiam.

Octaua e *de schismaticis*. Sed hæc hodie continetur bulla Cœnæ supra relata.

a In d. c. non minus.
b Iux. Host. ibidem.
c In c. aduersus eod. tit.
d Verb. excōmun. 9 cas. 5.
e Cas. 18.
f Ibidem.
g In c. nouerint, de sen. excom.
h In cap Ephesis, 43. dis.
i Ca. nemo, & c. nullus, 11. q. 3.
k Eod. c. n. 9.
l Iux. Panor. rece. in d. c. non minus.
m In c. non magnopere, & c. super speculis, nec cle. vel monach. & c. 1. eod. tit. l. 6.
n Vt supra, cas. 50.
o Ca. cum ex eo verb. literarum, de elect. l. 6.
p In dictis trib. c.
q Vbi supra.
r Verb. excōmun. 9. cas 6.
a In c. cler. ne cleri. vel monach.
b In d. c. cle.
c Vbi supra, cas 7.
d Cap. 76.
e In c. nullitas, 19. dict. & c. 3. de schis.

f Inc. excom. de raptor.

118 *Nona* f *excommunicat eos, qui capiunt bona Christianorum naufragio perdita, & non restituunt eis.*

Declaratio prima, quod hęc facta est bullæ Cœnæ per S. D.N. Gregorium XIII. vt patet: quę tamen etiam tantum accipientes scienter excommunicat, quamuis non videatur comprehendere eos, qui bono animo, aut saltem non malo accipiunt, donec sint in mora restituendi. *Secunda*, quod neutra incurritur ex sola acceptione bonorum, sine mora, & voluntate (vt ita dicam) restituendi, secundum omnes. Quod est verum attenta decretali, & etiam attenta bulla, nisi acceptio fuerit scienter patefacta: quia tunc illa sufficit, licet sic absque monitione, secundum Panorm. *h* & Caietanum *i*, quos sequor ob rationem firmam Caietani, contra Ioan. Andream *k*, quamuis eum sequatur Syluester *l. Tertia*, quod ex his sequitur, quod lex, quę statuit bona naufragorum esse tribuenda illi vel illi, est iniquissima, quippe quæ afflicto addit afflictionem contra *m*.

g Sup. n. 60.

h In d.c. excomm.

i Vbi supra, cas. 33.

k In d.c. excommunicationi.

l Verb. Excomm. 7. cas. 20.

m Ca. cum percussio, 7. q. 2. & l. Diuus, ff. de of. præsid.

119 *Decima* n *excommunicat eos, qui obseruari faciunt statuta facta, & consuetudines inductas aduersus libertatem ecclesiasticam, nisi ea libri radant: & eos qui ea faciunt, & scribunt, & potestates, consules, & gubernatores, & consiliarios quorumlibet locorum, vbi eiusmodi statuta seruantur: & qui iudicant secundum illa, & qui ea publica in forma scribunt.*

Declaratio prima, quod non incurrunt hanc omnes, qui violant libertatem ecclesiasticam, vt nonnulli censuerunt, sed solum qui eam violant per viam statutorum, & consuetudinem contrariam, vt rectè dixit Caietanus *o*. *Secunda*, quod non satis est facere non obseruari, si eradit ex libris intra duos menses, neque non eradere, si obseruari non facit, iuxta gloss. singularem *p*, quamquam Sylvest. *q* contradicit, & Caietanus dubitat. *r Tertia*, quod quidquid dicat Caietan. *s* potestates, consules, gubernatores, & consiliarij incurrunt eam, quamuis non obtemperent, neque obseruari præcipiant, si sciant, & non impediant eorum obseruantiam: quia hæc est aperta sententia textus dicti ca. *nouerit*. Nec obstat eius ratio, scilicet, quod ex omissione non videtur incurri excommunicatio: quia falsum est *a*, & ipsemet contra Syluestrum tenet *b*. *Quarta*, quod qui faciunt obseruari, vel scribi eiusmodi statuta syncero corde, quia credunt esse salutaria, non incurrunt *c*, maxime si credunt de consilio viri eruditi, & pro idonea scientia, & conscientia prędito habiti *d*, & glossa singularis quę est tertia, ex qua Panor. communiter receptus hoc *e* colligit *f*. *Quinta*, quod *libertas ecclesiastica est, quam habet Ecclesia vniuersalis, quatenus est talis, in spiritualibus, & temporalibus concessam à Deo, vel Papa, vel Imperatore*, iuxta Innocent. *g Sexta*, quod qui ordinat contra hanc, vel illam Ecclesiam particularem, non incurrit hanc excommunicationem, nisi illa etiam pertineat ad hanc Ecclesiam vniuersalem. *Septima*, quod non sufficit aliquid esse contra societatem humanam, vt dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam: vnde *h* non

n In c. nouerit, de sen. excom.

o Vbi supra, cas. 31.

p Ca. grauem, de sent. excomm. & Commun. in d.c. nouerit.

q Verb. excom. 9. cas. 10.

r Vbi supra.

s Dict. cas. 31.

a Per clem. 1. parag. verum de hæret.

b In c. 27.

c Iuxt. Inno. in d.c. nouerit, in fin.

d Arg. notatorum, in c. 1. de constit.

e Ibidem.

f Cap. capellan. de scrijs.

g In d.c. nouerit, col. 2.

h In c. fin. de immunit. eccles. l. 6.

non dicitur, quod statuere, ne laici coquāt, molant, aut vēdant clericis panē, &c. esse contra libertatem Ecclesiæ, sed quod præsumitur esse: quia per se nō tangit Ecclesiā, quatenus est Ecclesia, sed quatenus est congregatio hominū, vt sunt aliæ, quod est singulare dictum Caietani *i*, quod alias dicto c. vlt. addidimus. 120 *Octaua*, quod ad hoc vt aliquod statutū dicatur contra libertatem Ecclesiasticā, debet esse factū intentione derogādi ei, aut alicui rei eiusmodi, quod ex sua natura aduersetur eidem: quale est statuere, ne Ecclesijs, vel ecclesiasticis dētur eleemosynę, vel decimę, vel vt vectigal, gabellā, seu scissam soluāt de his quę emūt sibi, & nō ad negotiandū, seu ad causa lucri reuendēdū. *Nona*, quod nō est huius generis statuere, ne in funeralibus, primis missis, vel nuptijs extra modū offeratur, neque fiāt immoderata cōuiuia, neque sumptus cerę, lusus, & reliquæ pōpę, iuxta Caiet. *k* licet Tabienna *l* contradicat, cui per prędicta respondeas. Quamuis enim hoc fiat Ecclesiæ, & ecclesiastici minus lucrentur, tamen hoc factum suapte natura nō eò refertur, sed per accidēs, quod non consideratur *m*, vt & late traditur per Arist. *n* declaratū per B. Thomam *o*. *Decima*, quod ca. vlt. *p* quatenus dicit, quod laici non possunt statuere de funeralibus, intelligendum est de his, quę sua natura diriguntur ad Ecclesiam, vel salutem animæ mortui, vel ad cultum diuinum, vt sentit Felin. & *q* expressit Caiet. *r* & non de alijs. *Vndecima*, quod hæc excommunicatio hodie est reseruata Papæ, vt patet supra *a*.

i In d. cas. 32. & 37.

k In d. cas. 31. l Cas. 20. m Arg. l. fi quis ne causam, ff. si cert. pet. c. quia diuersitatem, de concess. præbend. n Lib. 2. de physico auditu. o Ibid. lect. 9. p De rebus eccles. q In c. eccles. col. 38. de constitut. r Vbi supra. a Num. 61.

Excommunicationes lib. Sexti Decretalium nulli reseruatæ.

121 *Excommunicatio vndecima nulli reseruata, & prima Sexti in eos qui secreto mittunt, &c. Cardinalibus quando sunt in conclaui ad eligendum. Duodecima, in dominos, &c. qui in electione Papæ non faciunt obseruari, &c. Decimatertia, in eos qui molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab eis, num.* 122. *Decimaquarta, in noue vsurpantes ius custodiendi aliquam Ecclesiam sede vacante, &c. nu.* 123. *Decimaquinta, in directorem electionis monialium, qui hoc, vel illud facit, nu.* 124. *Decimasexta, in eum, qui procurat suum conseruatorem, &c. Decimaseptima, in facientes se metu absolui à censuris. Decimaoctaua, in fingentem aliquid, quo iudex vadat ad mulierem, nu.* 125. *Decimanona, in compellentes submittere bona ecclesiastica, nu.* 126. *Vigesima, in inuentores nouarum religionum, num.* 127. *Vigesimaprima, in exigentes ab ecclesiasticis portoria, nim.* 128. *Vigesimasecunda, in sic impedientes iurisdictionem ecclesiasticam, num.* 129. *Vigesimatertia, in dominos, qui prohibent subditis ne vendant, neue emant à clericis, &c. nu.* 130. *Vigesimaquarta, in religiosos temere habitum deferentes, n.* 131. *Vigesimaquinta, in religiosos*

ligiosos ad studia sine licentia euntes, &c. 133. Vigesimasexta, in doctores docentes religiosos. Vigesimaseptima, in sepelientes hæreticos, n 134. Vigesimaoctaua, in iudices non auxiliantes contra hæreticos, &c. n. 135. Vigesimanona, in interficientes per assassinos, n. 136. Trigesima, in permittentes fœneratores, n. 136. Trigesimaprima, in dantes represalias contra ecclesiasticos, num. 136. Trigesimasecunda, in negligentes persequi iniurias Cardinalibus, nu. 136.

126 Tempus decem annorum est longum tempus.
126 Monitio extraiudicialis non debet esse necessario trina.
128 Mercator quis, qualis non est monasterium asportans terram, &c.
130 Lex, quod nemo vendat prædium nisi tributario, valida.
132 Religionis habitum quis relinquit, quando peccat mortaliter, & est excommunicatus, 133.
133 D. Franciscus à Nauarra olim prior Ronceuallis, post Archiepiscopus Valentinus laudatus.
134 Religiosi doctor qui excommunicatus.
134 Iudex non auxilians contra hæreticos, vt excommunicatus.
136 Assassinus quis sit proprie, & quis improprie.
136 Represalias quis concedat contra clericos.

a Ca. vbi periculum de elect eod. l. parag. nulli.

121 VNdecima a *excommunicat omnes, qui mittunt literas, vel nuntium, vel clam loquuntur Cardinalibus inclusis conclaui ad eligendum Papam.*

b In d. parag. nulli.

Declaratio prima, quod non obligat ipsos Cardinales, qui sunt intus. *Secunda,* quod quamquam Archidiaconus b, quem sequuntur Ioan. Andreas, Dominicus, & Francus cum alijs, dicat, vnumquodque horum trium secreto faciendum esse ad incurrendum: contextus tamen eius id de solo tertio significat, quod ante dicit Caietanus.

c In d. c. vbi periculum, parag. præterea.

Duodecima c excommunicat Dominos, Gubernatores, & quoslibet alios magistratus, seu officiales ciuitatis, vbi creandus est Papa, qui diligenter obseruari non fecerint omne id, quod eo tempore faciendum esse statuitur in illo cap. Huius declarationes missas facimus: quia raro, & in paucis locis sunt necessariæ.

d In c. sciant cuncti, de elect. l. 6.

122 *Decimatertia d excommunicat omnes, qui per se, vel alios præsumpserint vexare aliquam personam ecclesiasticam, vel alia loca pia, eo quod rogati, seu alias inducti, eum, pro quo rogabantur, seu inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos eorum, &c.*

e Caiet. vbi sup. c. 34.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc necesse est vt interueniat grauamen spolij, vel iniusta persequutio, & quod id fiat, quia noluit eligere eum, pro quo fuit rogatus vel suasus: & quod persona eligenda sit ecclesiastica: & quod grauamen, seu molestia fiat rogato, vel eius cõsanguineo, vel Ecclesiç, monasterio, vel pio loco e. *Secunda,* quod ex hac infertur nos bene respondisse cuidã domino, eum nõ incurrisse hanc, quod prætermisisset largiri eleemosynas consuetas cuidã Ecclesiç, quia non fuisset

fuisset electus in ea is, quem optaret. *Tertia*, quod per spoliū intelligitur *quæcumque acceptatio quorumlibet bonorum mobiliū, vel immobilium, occulta, vel violenta*, iuxta Archidiaconum in d. c. *sciant cuncti*. *Quarta*, quod id ipsum, quod dicitur de electione, dicendū est de præsentatione spectante ad personam Ecclesiasticam, sed non ad laicam, iuxta glossam finalem *f*: & idem de cōfirmatione, institutione, & postulatione, iuxta Dominicum receptum

f In d.c. sciū. g In c. generali, de elect. l. 6.

123 *Decimaquarta* g *excommunicat eos, qui vsurpare conantes noue ius custodiendæ, & seruandæ alicuius Ecclesiæ vacantis, præsumunt capere aliqua bona illius.*

Declaratio prima, quod duo sunt necessaria ad incurrendam eam, scilicet vt velint vsurpare tale ius, & vt capiant bona, ita vt alterum sine altero non sufficiat *h*. *Secunda*, quod qui hoc facit, eo quod ad eum pertinet ex fundatione, vel antiqua consuetudine, vel præscriptione, non incurrit, per finem illius cap. *Tertia*, quod noue vsurpare dicitur, qui nondum possedit 40. annos, iuxta glossam *a*.

h Caietanus cas. 38. & ante ipsum Dominic. in d.c. conquestus de for. comp.

a Eiusdem c. verb. de nouo.

124 *Decimaquinta* b *excommunicat accersitum in directorem electionis monialium, non temperantem à rebus, ex quibus nasci, vel ali potest dissensio.*

b In c. indemnitatibus, parag. postrem. de elect. l. 6.

Declaratio prima, quod nihil refert, an is sit religiosus, aduocatus, prudēs vir, vel fœmina, iuxta gloss. receptā *c*. *Secunda*, quod hic colligitur, quantū errent, qui existimant moniales S. Clarę, & cuiuscnmque alius religionis, nō posse accersere aliquā personam extraneā, scientia, & conscientia ad id idonea prędita, cui fidant ad faciendam sanctam, & canonicam electionem suę Abbatissę, cum possint vocare medicos, chirurgos, latomos, fabros lignarios, & alios ministros ad res necessarias: cū canonica electio sit maxime necessaria monasterio, & recte factu difficillima, in qua tanta sese offerunt dubia, vt pauci, quamuis sint consummata canonum peritia, eam sic dirigāt, quin super aliquo errent. Verum est tamen ceteris paribus, quod satius esset vocari in directorem eiusdem ordinis virum, quā extraneum. *Tertia*, quod vt recte Dominicus ibi ait, non incurrit hanc, qui interest electioni non accersitus in directorem, neque qui excitat, vel alit discordiam facta iam electione, iuxta Caiet. *d*

c In d. parag. postremo.

d Vbi supra, cas. 80.

125 *Decimasexta* e *excommunicat partem incitantem conseruatorem ad procedendum in eis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & quæ requirunt altiorem indaginem.*

e In c. fi. de off. deleg. l. 6.

Hāc nō incurrit, qui nō est pars in iudicio, neque si est, & procurauit, sed iudex nō processit, per dicta supra *f*. Neque cū conseruator datur cū clausula, vt possit cognoscere etiā de eo quod requirit altiorē indaginē, vt cōmuniter hodie conceditur. Quę vero nouè de hac re induxit Conc. Trid. videre licet ibidem *g*.

f Eo. c. n. 51.

g Sess. 14. n. 5. de reform.

Decimaseptima h *excommunicat eos qui vi, aut metu consequuntur absolutionem vel reuocationem sententiæ excommunicationis, interdicti, vel suspensionis.*

h In c. 7. de his quæ vi. li. 6.

Decla-

Declaratio prima, quod non satis est inijcere metum, si absolutio non fuit impetrata *i*. *Secunda*, quod nil refert, an sententia sit iusta, vel iniusta *k*, neque quod sit lata à iure, an ab homine *l*, neque an ipse excommunicatus faciat hoc, an alius *m*. *Tertia*, requiritur vt timor sit iustus, sicut sentit gloss. penult. *n* & communis ibidem: quamquam oppositum dicat Caiet. *o* quod videtur tenendum quoad forum conscientiæ, per posita *p*.

Decimaoctaua a *excommunicat eum, qui fingit casum, vel fraudem aliquam facit, quo iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ.*

Sed nihil refert, quod qui fingit, sit ipsemet iudex, neque quod iudex sit clericus, aut laicus, modo profectio personalis iudicis perficiatur: sed non erit excommunicatus, si ipse non fingi fecit, iuxta communem opinionem *b*, & Caietani *c*.

126 *Decimanona* d *excommunicat omnes, qui compellunt prælatos, & alias personas ecclesiasticas ad submittendum perpetuo, vel in longum tempus Ecclesias, bona immobilia, aut iura earum laicis in casibus iure prohibitis, & accepta referentes illis tanquam superioribus, patronis, vel defensoribus. Et qui aliquid horum habentes per aliquem contractum licite factum, vsurpant plusquam per illum illis est permissum, & admoniti ab eo non desistunt.*

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse interuenire omnes qualitates in ea tactas: & ideo iuxta gloss. eam non incurrit, qui hoc facit ad breue tempus, quod iuxta communem est illud, quod est minus decē annis *f*, quidquid gloss. dicat *g*. *Secunda*, quod admonitio secundæ excommunicationis debet esse trina *h*. Quamquam nostra sententia vna est satis, per gloss. celebrem *i*, & resolutionē Panormitani, & Decij *k*, quę habet monitionem extraiudicialem, quam non facit iudex ad excommunicandum, sufficere vnicam, & etiam eam quæ fit in iudicio alteri, quam partibus litigantibus: & hæc est extraiudicialis, quæ non fit partibus litigantibus, neque ad ferendam excommunicationem, quod gloss. am decepit, sed ad incurrendum à iure statutam. *Tertia*, quod hic modus submissionis appellatur in Castella commenda, & quibus fit, commendatarij, vt apparet ex lege *l*, quæ sub alijs pœnis id prohibet.

127 *Vigesima* m *excommunicat eos, qui instituunt nouum ordinem religionis, aut accipiunt nouum habitum illius, & mendicantes, exceptis quatuor ordinibus, qui absque facultate speciali Papæ recipiunt aliquem ad suum ordinem, & qui acquirunt nouam aliquam domum, vel locum, aut vendunt ex acquisitis.*

Declaratio prima, quod non incurritur hæc, eo quod aliquis, vel aliqua accipiat aliquem nouū habitum, vt per se solitarius degat in sua domo, vel in alio loco, iuxta gloss. singularē *n*, quam commendat Panor. *o* modo non instituat ordinem viuendi in societate. *Secunda*, quod nostra sentētia Caietanus *p* prætermisit hanc: quia visum illi fuit eam collectā fuisse à doctoribus ex quadam

b Archi. ibi.
k Gloss. ibid.
l Caiet. vbi sup. cas. 41.
m Gio. & cō-mun. ibid.
n In verb. vim, eiusdem cap.
o In d. cas. 4.
p Ca. 17. n. 5. & 30. & melius c. 22. nu. 51.
a In cap. 2. de iud. lib. 6.
b In d. cap. 2.
c Vbi supra cas. 59.
d In cap. 2. de reb. eccle. nō aliena. lib. 6.
e Illius cap.
f l. fin. ff. si a. ger, vectiga. vel emphyt. & gl. clem. 1. de reb. eccl. & Dec. consil. fin. 1. par. g Ca. 2. de reb. eccl. l. 6.
h Iuxt. gl. & Sylues. ver. excomm. 9. cas. 19.
i Clem. 1. parag. 1. verb. requisierit, de hær.
k In c. cum causa de off. delegat.
l Tit. 1. l. 1. ord. Castella.
m In c. 1. d. relig. domib. li. 6.
n In cod. ca. verb. habitū.
o Consil. 5. l. 2.
p Cap. 5.

quadam extrauagante relata per eum ibidem: vbi hoc significat, quæ non extenditur ad tot.

128 *Vigesimaprima* a *excommunicat eos, qui per se, vel alios, suo nomine, vel alieno exigunt ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis portorium, siue pedagium, & ducatum per se, vel alios pro suis personis, vel suis rebus, quas non deserunt causa negotiandi.*

a In c. quamquam, de cons. 1. 6.

Declaratio prima, hāc hodie cōtineri in bulla Cœnę, iuxta Syluest. *b* sed quia, vt recte declarauit nostro iudicio Caiet. per illa verba, *Portoria prohibita*, ibi non includūtur portoria, quæ licite exigūtur à laicis, sed quæ illicite petūtur tam à laicis quā clericis, dictū Sylu. limitandū est, vt non procedat quoad ea, quæ licite exiguntur à laicis, qui nō sunt priuilegiati, quamuis illicite exigantur à clericis, & laicis immunibus. Neque videtur posse fulciri dictū Sylu. ad intelligendū illud generaliter, vt loquitur sexta clausula *c*, quatenus excōmunicat eos, *qui exegerint aliqua onera ab ecclesiasticis, etiā sponte concedētibus*: quia nostra sentētia illa clausula loquitur de oneribus impositis petitis, & rogatis saltē indirecte ratione prouentuū ecclesiasticorum, & non de ijs quę petuntur vt ab alijs quibuslibet laicis, prout significatur in eadē clausula, & in eius declaratione. *Secunda*, quod ex hoc infertur, nos bene cōcepisse responsionē negatiuā in illo dubio, An portorij exactores, seu publicani, qui exigunt à clericis portoriū, seu vectigal, siue gabellā, seu scissam in casibus prohibitis, incurrant excommunicationē Cœnæ, sicuti hanc? quia dicendum est, quod non. *Tertia*, quod ille solus dicitur exercere mercaturā, qui emit, vt vendat absque mutatione eius: non autem qui emit in suos vsus, & postea per accidens vendit non mutādo: nec qui emit, vt vendat mutatum in aliā formam, iuxta Archidia. & cōmunem *d*. *Quarta*, quod monasteriū, vel clericus, qui habet venā ferrariam suam, & exportat eam in alias terras, vt inde ferrū conficiat, & vēdat, non debet vecturā, iuxta Feder. *e* quē sequitur Anchar. *f* vt nec deberet suos prouētus ecclesiasticos, si deueheret, vel sui patrimonij, iuxta Cynū receptū *g*, per illā legē *h*: quamquā deberet, si emeret venā, & aliorū, & ministrorū manibus cōficeret, iuxta Ancha. *i* contra Federicū in hoc vltimo. *Quinta*, quod locatores, & agricolæ partiarij prędiorum eccles. debent soluere pro sua parte, iuxta Dominicū, & Perusinū *k*. *Sexta*, quod qui accipiūt guidagia, seu ducatus, seu mercedē ob id, quod ducant, & portoria à clericis, & Ecclesijs persoluentibus sua sponte, non incurrunt hanc, iuxta omnes, sed pauci sunt qui sic soluant, iuxta Caiet. *l* Qui vero recipiunt fictas talliās, vel vectigalia illis imposita, quamuis sponte soluant, incurrunt eam, quæ continetur in bulla Cœnæ, de quo supra *m*.

b Verb. excō. 9. cas. 21.

c Positæ supra eod. ca. n. 61. dict.

d In d. c. 1. fr. cit, c. ejicientes. 88. d.

e Consi. 207.

f In d. c. quāquam.

g In l. omnes c. de episc. & cler.

h In parag. priuil.

i In d. c. quāquam, num. 5.

k In d. c. quāquam.

l Cas. 39.

m Eod. c. nu. 61.

129 *Vigesimasecunda* a *excommunicat impedientes iurisdictionem, & iudices ecclesiasticos ample.* Sed quia id amplius facit bulla Cœnæ, de qua supra *b*, eius rationem omittimus.

a In c. quando immun. eccles. l. 6.

b Eod. n. 69.

139 *Vigesimaoctaua* c *excommunicat eos, qui habent dominium, & prohibent*

c In c. fin. de immun. eccl. lib. 6.

prohibent subditis, ne vendant, vel emãt quidquam personis ecclesiasticis, neque molant frumenta, neque coquant panes, neque præstent alia officia.

Declaratio prima, quod per dominium, intelligitur temporarisi, secundum omnes. *Secunda*, quod non est necesse, vt de hoc statuto caueant, sed sufficit vt imperent subditis *d*. *Tertia*, quod, vt supra dictum est *e*, hoc ex se non est contra libertatem ecclesiasticam, sed contra societatem vitę humanæ: præsumitur tamen fieri contra eam, vt dicit textus singulariter, quia pręsumitur quod intentio est vexare eam *f*. *Quarta*, quod statuere, vt nemo vendat sua prędia ei, qui non confert in communia vectigalia, non est ex se contra libertatem ecclesiasticam *g*; quia intelligẽdum est, ita vt non comprehendat clericos: quamquam posset esse ob prauam intentionem, & iniustam extensionem.

d Domi. ibi.
e Eod. c. num. 119.
f Caiet. vbi supra. cas. 31. & 37.
g Dom. ibid.

131 *Vigesimaquarta* h *excommunicat religiosos, qui temere relinquunt habitum sui ordinis.*

Declaratio prima, quod hęc non incurritur ob honestam dimissionem: qualis est, quæ fit iusta de causa *i*. *Secunda*, quod neque etiam incurritur ob quamlibet dimissionem temerariam: quia quælibet dimissio absquerationabili causa est talis: quia necessario vri debet religiosus suo habitu in omni loco *k*, saltem de honestate, iuxta S. Antoninum *l*: & quelibet talis non est peccatum mortale, cum dimissio ad currendum, vel iaculandum lapidem, non sit talis, iuxta Paludanum *m*. *Tertia*, quod non incurritur etiam ob quamlibet dimissionem temerariam mortiferã: quia non incurritur ob dimissionem, vt expeditius fornicationi indulgeat, Syluester *n*, credens recte id, quod Paludanus *o* prima facie huic contrarium dicit intelligi de eo, qui relinquit, vt dissimulatus ad fornicandum vadat. *Quarta*, quod incurritur ob dimissionem, quæ fit ad vtendum alio ad scelus aliquod mortiferum, aut in tantum tempus, aut ob talem causam, & rationem, quod iudicio boni viri dicatur dimisisse habitũ, vt probat Syluest. *Quinta*, quod ex hoc sequitur, quod non incurritur ob dimissionem, si non accipit alium, neque etiam ob acceptionem alterius adeo exiguo spatio, vt vix sit notabile iudicio boni viri, vt dicatur reliquisse, siue relinquat illum intra monasterium, siue extra in aliquo hospitio, vel extra: vt qui reliquit hilari aliqua leuitate, vel ob lætum festum primæ missæ, vel nuptiarum, vel doctoratus, vel alterius rei similis, secundum sententiã Cardina. *a*. *Sexta*, quod incurrit etiam, qui non dimittit omnino, sed gestat occultum, iuxta glos. singularem *b*, etsi oppositum teneat Panormit. *c* cuius opinio videtur vera, cum adeo non occultat, quin familiares cognoscant eum esse religiosum: glossa vero, quãdo abscondit sic, vt non appareat talis familiaribus, vt optime innuit Caiet *d*. Et est consuetudo canonicis simplicibus regularibus in Hispania, qui cõmuniter gestant paruum habitum super sagulis veste talari obtectis. Dixi, *Simplices*; quia ordinum militarium, quales sunt Diui Iacobi, & Christi, deferunt alia insignia

h In c. 2. ne clc. vel monach. l. 6.
i Glos. c. si quis ex clericis, de vit. & honest. cler.
k Ca. viduæ 20. q. 1. c. sanctimoniales, 23. c.
l 3. part. tit. 24. c. 53.
m In 4. d. 18. q 3. col. 10.
n Verb. excommunicat. 9. cas. 2. notat. 2.
o Vbi supra.
a In clem. 2. de vit. & honest. cler. q. 3.
b In d. clem. 2. verb ex. arinsecus.
c In c. Dens qui, de vit. & honest. cler.
d Cas. 61.

signia in vestimentis exterioribus, quibus internoscuntur pro religiosis. *Septima*, quod incurrit, qui dimittit etiam ad accipiendum alium alterius religionis, iuxta communem, quamuis immediate sumat illum, iuxta Syluestrum e, & Caiet. f licet Lapus g, & Dominicus h oppositum teneant, detorquentes textum à suo proprio sensu.

e Verb. excō. 9 cas. 25. q. 8.
f Vbi supra.
g Alleg. 34.
h In d.c. 2.

132 *Octaua, quod Conc. Trid. i statuit, quod nullus regularis prætendens se vi, vel metu ingressum religionem, vel ante ætatem debitam professum, aut quid simile, volensque habitum quacumque de causa dimittere, aut etiam cum illo sine licentia superiorum discedere, audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, ac tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & ordinario. Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & nullo priuilegio suæ religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiusuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuiquam regulari facultas occulte ferendi habitum suæ religionis.*

i Sess. 25. c. 19. de reg.

Vigesimaquinta k *excommunicat religiosos, qui vadunt ad aliqua studia, etiam theologica, sine licentia sui prælati, aut cum ea, sine consilio maioris partis conuentus.*

k In d.c. 2. nō cler. vel mon. li. 6.

133 *Declaratio prima*, quod solēniori licentia indiget religiosus ad adeunda studia, quā alia negotia, quia ad hæc satis est licentia sui prælati, & ad illa nō sine sui conuentus. *Secunda*, quod nō incurrit hanc, qui proficiscitur ad alium locū, vbi est conuentus sui ordinis, & est studiū literarum ad studendū, eo quod magis dicitur mutare conuentum, quam ire ad studium literarū, iuxta Caiet. l *Tertia*, quod nō incurrit, qui proficiscitur cum sola licētia superioris prælati, à quo pendet licentia habitādi extra monasteriū, vti in ordinibus mendicantiū. *Quarta*, quod neque etiā incurrit abbas, vel prior superior ob id, quod ad literarū studia proficiscatur sine licentia sui superioris, & cōuentus, iuxta Ancharium, quē sequūtur ibi Ioan. Andr. Dominicus, & Angelus a, & cōmunis, quamuis Perusinus ibidem dubitet, & Syluester b teneat oppositum: quod per locum à speciali probatur, hic non esse quem excommunicatum eo solo, quod exeat monasteriū sine licentia prælati non dimisso habitu, licet contrariū asserat Rebuffus c. Quin & videtur exp ressum d, monitionē prę requiri, vt eiusmodi exiens sine licētia excōmunicetur, quæ opinio Archidiaconi obseruata fuit Tolosę erga illustrissimū D. Franciscum à Nauarra, qui, cum hoc Manuale Hispano sermone componebamus, erat Reuerēdissimus Episcopus Pacensis, cū antea fuisset prior maior celeberrimi Monasterij simul, & Xenodochij, seu hospitalis generalis B. Marię nostrę Ronceuallis, qui illustribus virtutū, eximiarū literatum, & admirabilis vitę, & cōsuetudinis ornamētis, & insignibus in illud vsque tēpus semper suā regiam stirpem honestauit, atque decorauit, quē tunc Cęsarea Maiestas Archiepiscopum Valentinum designauit, declarās

l Vbi supra, qu. 61.

a Verb. excō. cas. 27.
b Verb. exc. 9.
c Sine tex. in praxi benef. de dispens. cum reg. n. 7.
d In extra. viam de regular.

exterioris dignitatis accessione incrementa interiora heroicarum eius virtutum, quæ diuino munere in dies magis ac magis illustriores fiebant, & ferebantur in cælum, vbi iam à multis annis, vt par est credere, tam feliciter fruitur Christo, quam sanctè vixit in terra, cui viuenti, vt magno tempore suauissime conuixi, vtinã liceat post fata mea, quę longe abesse nequeunt, beate conuiuere æternum, Amen.

e In d.c.2. 134 *Vigesimasexta* e *excommunicat Doctores, qui docent leges, aut medicinam religiosos, qui reliquerunt suum habitum, aut detinent eos arroganter in suis scholis.*

Declaratio, quod quatuor faciũt hanc incurrere, scilicet, quod auditor sit religiosus, & audiat leges, vel medicinam, & id fiat relicto habitu, & quod doctor id sciat, eumque doceat, vel arrogãter detineat in scholis, iuxta Caietanum *f*, quamuis Archidiaconus *g*, & Ioan. Andreas, & Syluester *h* teneant non esse necesse, vt relinquat habitum: quia licet auditio nõ relicto habitu sufficiat, vt doctor incurrat aliam excommunicationem latam per cap. *nuper i*, cõtra participantes cum excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus: vt participat doctor, qui prælegit leges, vel medicinam religioso, postquam ob auditionem incurrit excommunicationem: non tamen sufficit ad incurrendam hanc, quæ requirit habitus dimissionem.

f In d.cap.61.
g In d. c. 2.
h Ver. excom. 9. cas. 26.

i Et c. si concubin. de sen. excom.

k In c. 2. de hæret. l. 6. *Vigesimaseptima* k *excommunicat eos, qui scienter præsumunt sepelire in loco sacro hæreticos, credentes, & eorum receptatores, defensores, aut fautores, & prohibet absolutionem, quousque suis propriis manibus è sepultura extrahant, & foras mittant.*

Declaratio prima, quod qui sint hi credentes, & qui sint implicite, & non explicite hæretici, dictum est supra *a. Secunda*, quod tam laicus, quam clericus hanc incurrit *b*.

a Num 56.
b Io. Andr. in d. c. 2. quem sequitur Perus. cum commun.

135 *Vigesimaoctaua* c, *octo excommunicationes complexa, excommunicat omnes habentes iurisdictionem temporariam, non obedientes Episcopis, & inquisitoribus in requirendis, prehendendis, & custodiendis hæreticis, credentibus, defensoribus, ac fautoribus: & qui non perduxerint illos ad Curiam, & loca ad quæ requiruntur, & qui non prehenderint prædictos, postquam eorum brachio seculari fuerint traditi, ad puniendum illos sine mora, & eos, qui postquam prehenderunt, dimittunt sine licentia Episcopi, vel inquisitoris: & eos qui aliquo modo cognoscunt, vel iudicant de crimine hæresis, & qui directe vel indirecte impediunt episcopos, aut inquisitores in illorum processibus: & eos, qui ad aliquid prædictorum præbuerint auxilium, consilium, vel fauorem.*

c In c. inquisition. de hæret. l. 6.

Declaratio prima, quod hæc non est reseruata, sed illi contra quos datur, toties incidũt in eam, quæ est bullæ Cœnę, quoties se faciũt fautores huius pestiferæ gentis *d*: & probatur per clausulam primam bullę positam supra *e. Secunda*, quod si episcopus iuberet vnum, & inquisitor contrarium, debet superfederi, iuxta Ioan. Andream *f*.

d Caiet. vbi supra, cas. 2.
e Bull. c. n. 55. & 56.
f In d.c. vt inquisition.

136 *Vige-*

136 *Vigesimanona* g *excommunicat omnes eos, qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum, aut iubent interfici, quamuis non sequatur mors, aut receperint, defenderint, vel celauerint.*

g In c.1. de homic. l. 6.

Declaratio, non incurrunt hanc, qui faciunt interficere ob pecuniam, quamuis huiusmodi interfectores vulgus Italicum appellet assassinos, quia non sunt proprie tales: illi enim soli sunt certi quidam pagani ditionis cuiusdam domini, ita persuasi, vt putent præcellens opus esse interficere, quem suus dominus iubet, quomodocumque, & quacumque de causa iubeat, & non esse omittendum, quamuis ob id occumbere oporteat, vt glos. Ioan. Andr. & Archidiac. sentiunt *h*, & Aretinus *i*, vbi non fuit ausus tueri contrariam opinionem.

h In d. cs.
i In consil. antepen. col. 2c.

Trigesima k *excommunicat Clericos, qui non sunt Episcopi, ob vnumquodque ex quatuor, scilicet, quod permittunt versari in suis terris fœneratores publicos, alienigenas, vel quod non expellunt eos ex illis, vel quod loeant illis, vel alio prætextu concedunt domos ad vsuras exercendum.*

k In c.2. de vsur. l. 6.

Declaratio prima, in excommunicationem duorum priorum casuum incurrũt solum Clerici, qui sunt Domini, in posteriores, quilibet, vt annotauit Caietanus *l*. *Secunda*, quod per alienigenam intelligitur, qui non est natus in illa terra, neque est filius orti in ea: quia dicit *alienigena*, & non oriundus, iuxta communem. *Tertia*, quod nihil refert an fœnerator sit Iudeus, vel Christianus, quoad hoc, iuxta Dominicum, & Perusinum *a*. *Quarta*, quod non satis est dare domum in habitationem, vel in hospitium, nisi concedat ad fœnerandum actualiter, vel virtualiter, iuxta sententiam communem *b*.

l Vbi supra, cas. 52.
a In d.c. 1.
b Ibidem.

Trigesimaprima c *excommunicat eos, qui concedunt, vel extendunt represalias ad ecclesiasticos, vel eorum bona, nisi intra mensem à concessione, vel extensione reuocauerint.*

c In c.1. de iniur. l. 6.

Declaratio prima, quod hæc locũ habet tam in represalijs, quæ iustè conceduntur contra gentem, vel ciuitatem, vnde est Clericus, vel Ecclesia, quam in his quæ iniustè: quia textus generaliter edicit, & eadem est ratio quoad hoc. *Secunda*, quod concedere pertinet ad superiorem, qui concedit, & extẽdere ad inferiorem, cui conceduntur *d*. *Tertia*, quod qui concederet represalias contra bona alicuius Clerici propter sibi debita, iudicans hoc conuenire, non incurreret hanc, iuxta Archidiaconũ, quẽ Ioan. Andreas, Dominicus, & Perusinus probant, quod validis rationibus confirmat Caietanus *e*. *Quarta*, quod propter debita Clerici vnius Episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius Clerici eiusdem Episcopatus *f*.

d Gloss. d c.1. verb. extẽdit.
e Vbi supra, c.21.
f Gl. eiusdem c. verb. concedi.

Trigesimasecunda g *excommunicat omnes Principes, & alios Dominos, & iudices non obseruantes tenorem illius statuti contra percutientes, vel insequentes hostiliter aliquem Cardinalem.*

g In c. felicis, de pœnit. l. 6. parag. quapropter.

Quæ hodie videtur facta bullæ Cœnæ, vt supra *h*.

h Eos. c. n. 67.

Excommunicationes Clementinarum nulli reseruatæ.

137 *Excommunicatio trigesimatertia non reseruata, & prima clem. in frangentes sequestrum, vel impedientes, &c. Trigesimaquarta, in sepelientes in loco interdicto. Trigesimaquinta, in religiosos, qui sibi appropriant decimas, num.* 138. *Trigesimasexta, in religiosos adeuntes aulas ad nocendum, num.* 138. *Trigesimaseptima, in Monachos habentes arma in Monasterio, num.* 139. *Trigesimaoctaua, in impedientes visitationem monialium, num.* 140. *Trigesimanona, in imitantes statum beguinarum, num.* 140. *Quadragesima, in contrahentes matrimonium in sex casibus, num.* 141. *Quadragesimaprima, in inquisitores pecuniam accipientes, &c. num.* 142. *Quadragesimasecunda, in facientes statuta ad soluendum vsuras, num.* 143. *Quadragesimatertia, in mendicantes accipientes domos, num.* 144. *Quadragesimaquarta, in religiosos dissuadentes decimas, num.* 145. *Quadragesimaquinta, in negligentes suaderedecimas, n. &c.* 145. *Quadragesimasexta, in religiosos non seruantes interdictum, num.* 146. *Quadragesimaseptima, in impugnantes literas Papæ electi, num.* 147. *Quadragesimaoctaua, in interpretantem clementinam, Exiui, num.* 147. *Quadragesimanona, in bizochos, aut beguinos, num.* 148. *Quinquagesima, in imprimentes libros sine examine, num.* 148. *Quinquagesimaprima, in impedientes nuntiorum, nu.* 149. *Quinquagesimasecunda, in alienantes, vel locantes bona ecclesiastica, num.* 149. *Quinquagesimatertia, in mulierum raptores, &c. Quinquagesimaquarta, in cogentes ad matrimonia minus libera. Quinquagesimaquinta, in cogentes ad virginem, &c. ingredi monasterium, &c. Quinquagesimasexta, in impedientes virginum sanctarum veli accipiendi voluntatem, &c. Quinquagesimaseptima, in concedentes locum ad duellum, &c. Quinquagesimaoctaua, in committentes duellum, &c. Quinquagesimanona, in dantes consilium in causa duelli, & illius spectatores. Sexagesima, in non habentes pro authentica libros sacrorum bibliorum, &c. Sexagesimaprima, in mulieres ingredientes claustra monasteriorum. Sexagesimasecunda, in malè tractantes ministros inquisitionis. Sexagesimatertia, in scientes, & non reuelantes iniurios Cardinalibus. Sexagesimaquarta, in capientes fructus beneficiorum primi anni, &c. Sexagesimaquinta, in moniales exeuntes monasteria, &c. Sexagesimasexta, in capientes Christianos in seruos. Sexagesimaseptima, in non parentes inquisitioni generali, nu.* 150.

137 *Sequestra infringens cur hodie excommunicatus.*

138 *Decimas ob retentas quis religiosus incurrat excommunicationem.*

139 *Religiosus adiens Regiam ad nocendum prælato, vel monasterio.*

139 Can-

139 *Canonicus regularis arma gestans excommunicatus.*
140 *Visitationem monialium impediens, est excommunicatus.*
142 *Inquisitores ob acceptam pecuniam quomodo excommunicati.*
144 *Religiosus quis loca ad habitandum accipiens excommunicatus.*
145 *Religiosus quis dissuadens, vel non suadens decimas, est excommunicatus.*
146 *Religiosi non seruantes interdictum Ecclesiæ matricis excommunicati.*
147 *Papa simul ac electus, est confirmatus à Deo.*
147 *Glossare clementinam, Exiui, de verb. sign. an prohibitum.*
148 *Impressio, & editio librorum vt prohibita.*
149 *Legati qui impedit receptionem, est excommunicatus.*
149 *Locat qui bona ecclesiastica vltra 3. annos an excommunicatus.*

137 *TRigesimatertia* a *excommunicat eos, qui capientes fructus beneficij impediunt, vel infringunt sequestrum inductum super beneficio ab ordinario ob latam in curia Romana vnam sententiam definitiuam super possessione, vel proprietate eiusdem.*

a In clem. 1. de sequ. possessio, & fruct.

Declaratio, quod visum fuit Caietano *b* hunc casum raro contingere: quod aliquando mirum nobis fuit, cernentibus quoti die sequestra poni, & infringi, & impediri, donec aduertimus sequestra huius temporis non poni ab ordinarijs, de quibus loquitur hic textus, sed ab ipsis auditoribus Rotę, auctoritate Papę, & sic hodie non incurritur hæc lata à iure, sed alia quam ferit iudex, qui decreuit sententiam.

b Vbi supra, cas. 43.

Trigesimaquarta c *excommunicat sepelientes aliquem in loco sacrato interdicto in casibus non permissis, aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut vsurarios manifestos.*

c In clem. 2. de sepult.

Declaratio prima, quod incurrunt hanc clerici exempti, & non exempti, laici, fœminę *d*, etiãsi iussu prelati hoc faciant *e*. *Secunda*, quod incurrũt sepelientes in Ecclesia *f*: quamuis textus non loquatur nisi de sepelientibus in cœmiterio: non tamen de sepultis in agris, & locis profanis, etiamsi sint cõiuncta sacratis *g*. *Tertia*, quod omnes, & soli illi videtur hodie quoad hũc effectũ publici excõmunicati, vel nominatim interdicti, qui pro talibus sunt denuntiati, per extrauagantẽ *ad euitanda h*, quamquã glo. 7. eiusdem cle. & doctores super illam, & Panormitanus, Felinus, & alij i aliud dicant. *Quarta*, quod vsurarius manifestus dicitur quoad hoc, qui notorie sine palliatione, siue simulatione interesse, vel aliorũ contractuum fœnerat, secundum mentẽ cõmunem, quã exprimit Caietanus *k*. *Quinta*, quod solũ qui sepeliũt, & collocant corpus in sepultura, incurrunt hanc, & nõ qui efferunt, vel prosequuntur, aut diuina officia peragunt *l*, quãuis solus baiul*s* sepeliret, iuxta Caietanũ: quod videtur defendi posse per adducta supra: quãuis glossa singularis cum cõmuni refragetur *m*, eo quod cõstitutio esset ludibrio *n*: pro qua facit limitatio quędã ibi tacta, & fundata in c. *significauit o*. At quis audeat dicere

d Glos. 1. de clem.
e Card. q. 3. ibidem.
f Idem q. 7. ibidem.
g Gl. 3. ibidẽ.
h Relatam supra eod. c. n. 35.
i In c. exceptionem, de excep.
k Cas. 46.
l Iuxta glos. eiusdem cle. ver. sepelire.
m In eadem clem.
n Contra c. commissa, de elect. l. 6.
o De iudæis.

dicere mille prosequẽtes funus excommunicari, vno solo baiulo sepulturę inferẽte; quod consequeretur ex glossa. *Sexta*, quod neque sepelientes incurrunt, nisi scienter & pręsumptiue id faciant: & ita qui crederent eos fuisse absolutos, aut dedisse cautionem iustam, non incurrerent eam *a*. *Septima*, quod horum absolutio sine debita satisfactione est iniusta, & nulla: quia præfata Clem. habet, vt sine illa nullatenus absoluatur, quæ dictio nullitatem ipso iure inducit *b*.

138 *Trigesimaquinta* c *excommunicat religiosos quoscumque, qui nouallium, aut alias decimas Ecclesijs debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut qui exquisitis coloribus, & dolis vsurpant, & eos qui non permittunt, vel prohibent solui decimas Ecclesijs animalium suorum familiarium, vel pastorum, vel aliorum, quæ suis commiscent, aut animallum, quæ in fraudem Ecclesiarum in multis locis emunt, & tradunt venditoribus, vel alijs tenenda, aut terrarum quas colendas alijs tribuunt, si requisiti ab ijs quorum interest, non desistant intra mensem, aut si quod contra prædicta præsumpserint vsurpare, non restituerunt competenter intra duos menses Ecclesijs læsis.*

Declaratio prima, quod hanc incurrunt quilibet religiosi, quãuis sint ordinum mendicantium, sed non laici, neque Clerici seculares *d*, neque religiosus trãslatus ad Ecclesiam secularem, quia non est simplex religiosus *e*, neque etiam, nostro iudicio, incurreret suspensionem quam incurrunt alij religiosi, qui habent beneficia regularia, per dicta supra *f*, per quandam decisionem Felini *g*. *Secunda*, quod nemo eam incurrit eo solo, quod non soluit, nisi appropriet, vsurpet, aut prohibeat, vel non permittat *h*. *Tertia*, quod non incurrunt qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad sua beneficia per priuilegium, vel pręscriptionem: quia textus habet, *præsumpserunt*, & ita requiritur dolus *i*. *Quarta*, quod sufficit vna requisitio *k*.

139 *Trigesimasexta* l *excommunicat religiosos simplices, qui petunt aulas Principum animo nocendi suis prælatis, aut monasterijs.*

Declaratio, quod hæc incurritur ab eo qui prædictum facit, quamuis proficiscatur in aulam cum facultate siue licentia *m*.

Trigesimaseptima n *excommunicat monachos, qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasteriorum.*

Declaratio prima, quod non incurrunt hanc Canonici regulares *o*, neq; qui habent lapides, & baculos *p*, quicquid dicat Panormit. *q* non quia non sint proprie arma, sed quia non fuit legis intentio intelligere de illis, & quia per se non sunt bellica, quamuis per intẽtionem fieri possint talia, per ea quę late diximus *r*, & tactũ est supra *s*: incurrunt tamen qui habent cassides, thoraces, & alia arma defensiua, quæ ex se sunt talia, secundum communem. *Secunda*, quod claustrum est locus vnde exire non licet sine facultate *a*. *Tertia*, quod nõ incurrit, qui per negligẽtiã, igno-

a Caietan. vbi supra.
b Iux. gloss. sing. clem. 1. de sequest. possess.
c In clem. 1. de decim.
d Gloss. 1. eiusdem clem.
e Sylu. verb. excom. 9. cas. 36.
f Eod. ca. nu. 101. in excom cle. 1. de priuil.
g In c. tua, 1. de iureiur.
h Glos. recep. ibi, ver. prohibuerunt.
i Per dict. in repet. accepta, de restit. spol. oppos. 8. n. 32. & seq.
k Glos. verb. facta eiusdem clem.
l In clem. ne in agro, parag. quia vero, de statu monach.
m Gl. in ver. ipso facto, recept. commun. in d. parag. quia.
n In eadem clem. & eo parag.
o Glo. 3. recep. eiusdem clem.
p Glo. 3. eiusdem clem.
q In d. clem.
r In repet. c. ita quorundã, not. 11. n. 13. de Iudæ.
s Num. 63.
t Bart. ibid.

ignorantiam iuris; vel obliuionem sine praua intētione offendēdi habet eiusmodi arma, etiam in cubiculo *b*, neq; qui habet ad resistendum suo Abbati, quem probabiliter timet se inuasurum *c*, neque qui habet in alio monasterio: neque qui foris venit cum illis in monasterium, nisi in eodem seruauerit *d*.

140 *Trigesimaoctaua* e *excommunicat eos, qui præsumunt impedire visitatores monialium in eo quod statuitur à concilio* f, *si à visitatoribus admoniti non cessant.*

Declaratio, quod hæc admonitio fieri debet posito iam impedimento, & non sat est ea, quam ante nonnulli visitatores faciunt, quamquam satis est, vt sit generalis glossa recepta ibidem.

Trigesimanona g *excommunicat fœminas, quæ sequuntur statum beguinarum, vel de nouo restituunt, & religiosos, qui eas iuuant consilio, auxilio, & fauore.*

Declaratio, quod non includuntur hac moniales tertij ordinis S. Dominici, neque S. Francisci, neque fœminę, quę sine regula aliqua degunt in suis domibus, vel suorum patrum, vel cognatorum, vel aliorum, cœlibes inseruientes Deo, vt ab ipso afflatæ fuerint, iuxta Caietanum *h*.

141 *Quadragesima* i *excommunicat eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.*

Declaratio prima, quod hæc ligat septē genera hominū, quāuis glossa prima *k* recepta dicat sex: quia omittit clericū, qui sciens eiusmodi celebrat contractū. *Secunda*, quod interpretatio Caiet. principalis *l* huius Clem. est obscurior ipsa, & quod nō incurritur ob matrimoniū cōtractum cū Iudęa, Sarracena, vel Pagana, vel cum affine spirituali, vel cū qua intercedit publicæ honestatis impedimentū, vel aliud quodlibet, quamuis sit tale, vt impediat valorem matrimonij, nisi in solis prędictis septem casibus: nec in istis, nisi quando sine iusta dispensatione contrahitur *m*, & sine conditione, si Papa dispensauerit *n*. *Tertia*, quod illud aduerbium, *scienter*, tres priores casus tantū respicit, & in septimo, loco eius ponitur *sciens*: quia in alijs non est communiter locus ignorantię: vbi tamen esset, idem iuris foret, vt sentit glossa *a*. *Quarta*, quod à pœna istius clem. sola ignorantia facti probabilis excusat, secundum glossam *b*, quam dixit singularem Præpositus *c*, contra quam tenui pręlegendo illam Salmanticę, & nuper cōsulendo in sacro Pœnitentiariæ prætorio, cum Ioan. Imola, & Bonifacio *d*. Tum quia dicta clem. nō loquitur simpliciter de contrahente, sed de contrahente scienter, & lex puniens facientem aliquid scienter, requirit dolum *e*, à quo quęlibet ignorantia, etiam crassa excusat *f*. Tum quia alioquin nihil referret, an lex diceret simpliciter, qui contrahit, vel qui scienter contrahit, quod est contra mentem omnium. Tum quia certum est quod

b Caj. cas. 63.
c Card. ibid.
d Gloss. in verb. tenentes eiusdē clem.
e In clem. attendētes, parag. fi. de stat. monach.
f In d. clem.
g In clem. 1. de relig. domibus.
h Vbi sup. cas. 6. & commun. in d. clem.
i In clem. 1. de consang.
k Eiusdem clem.
l Vbi supra, cas. 47.
m Iuxta dictam gloss.
n Couar. in epit. c. 3. n. 7.
a Ver. contrahentes, eiusdem cle. rec. sub fin.
b Ver. scien.
c In c. ex parte 1. col. penult. de appe.
d Super eandem.
e l. sed si lege para. scire ff. de petit. hæred.
f l. igitur, ff. de l. caus. & l. plagij C. ad legē Flau. de plag. vbi gl. hoc dicit citans in id alias leges in ver. iuuat.

quod quacumque ignorantia quis aliquid faciat, vere nō facit scienter, & ita vere nō continetur lege lata contra facientē scienter, quānis quoad forū exterius aliud interdū præsumi posset, sed hic de foro conscientię agimus. Tū quia quęcumque ignorantia, quæ non est tantum comes, sed etiam causa, sine qua nō fieret actus, diminuit de culpa illius, secundū S. Tho. receptū g. *Quinta*, quod non incurrunt contrahendo sponsalia, siue Matrimoniū per verba de futuro, neque ob id, quod rē habeāt ante illa *h*, neque postea, si eā habuerūt sine voluntate maritali, secus si cū hac habuerunt, incurrunt: in quo casu intelligēda est dicta glossa, quæ est vera secundū antiqua iura, non post Conc. Trid. in locis vbi legitime publicatū est, secūdum quod hodie nulla sponsalia possunt transire in Matrimonium per copulam, quia nullum est validum nisi fiat saltem coram parocho, & duobus, vel tribus testibus, vt dictum est supra *i*: cui hoc addēdum erat, sicut & huic loco addēdū est, quod supra habetur *k*. *Sexta*, quod ad incurrendam hanc non sufficit, quod scientia supradictorum impedimentorum superueniat post cōtractum, licet sufficiat ad peccatum, si non separentur, secundum glossam cōmuniter receptam *l*. *Septima*, quod qui prębent consilium, auxilium, vel fauorē ad id, vel mandant, non incurrunt hanc, quæ contra solos contrahentes Matrimonium, & clericum celebrātem datur, vt patet ex verbis: quāquam per cōstitutiones synodales solet extendi etiā ad testes. *Octaua*, quod qui contrahit Matrimonium ob timorem, qui in alijs contractibus foret iustus, non incurreret, per supradicta *m*, licet peccaret mortifere, etiam ducendo consanguineam in tertio vel quarto gradu: quia talem trāsgressionem iustus timor non excusat à mortali, iuxta Caietanum *n*.

142 *Quadragesimaprima o excommunicat omnes Inquisitores, & Commissarios suos, aut Episcopi, vel capituli sede vacante, qui prætextu sui officij illicite sumunt pecuniam aliquam, & qui scientes confiscant bona ecclesiastica.*

Declaratio prima, quod per Commissarium potest intelligi Vicarius Episcopi *a*, & per pecuniam quęlibet res, quæ illa æstimari potest *b*. *Secunda*, quod est casus Episcopalis, sed præcedere debet satisfactio, & alias nō valeret, quia adimit potestatem dicendo, quod non possint absolui sine ea: quod est verum, quando potest satisfacere *c*, nisi in articulo mortis. *Tertia*, quod non est soluenda pœna vltra id, quod fuit acceptum, vt valeat absolutio, iuxta glossam *d*, quæ probat quandam conclusionem singularem supra positam *e*.

143 *Quadragesimasecunda f excommunicat omnes officiales ciuitatum, vtcumque appellentur, qui faciunt, scribunt, vel dictant statuta, vt soluantur vsuræ, vel quod solutæ non possint repeti: & eos qui iudicant vsuras esse soluendas, aut non esse repetendas solutas, & qui ad id potestatem habentes, non eradunt libros talia statuta, vel consuetudinem vim eorum habentem.*

Declaratio

g 1.2.q.74. art. 1.

h Gloss. sing. d. cle. verb. contrahere.

i Ca.24.n.vlt. per præfatum Conc. explicatum in ca.22.n.28.

k In di.cap. 22.n.43.

l In d.verb. scienter.

m Ca.22.n 51. n 2.2.q.96. art.4.

n In clem 2. de hæret.

a Caietan. in sum. verbo, excom. cas. 4.

b Ca. totum, 2.q.3 & gl. in d. clem. 1.

c Secundum gloss. in ver. satisfecerit, in d. clem. 2. d Ibi in ver. officij.

e Ca.23.n 66.

f In clem. 1. de vsur.

Declaratio prima, quod duo requiruntur ad incurrendum hanc: scilicet, quod sint officiales ciuitatum, & quod faciāt aliquid ex sex prędictis in ea prohibitis *g*: & ideo, qui sententiā scribit, eā nō incurrit *h*, quamuis in casu c. *nouerit*, de quo supra, incurrat. *Secunda*, quod nō incurritur statuēdo, vt nemo accipiat pro vsura, nisi tantum quid pro viginti in mensem, iuxta glos. singulārē *l* per quam iamptidē defendimus quandā legem Lusitaniæ.

g Cajet. vbi supra cas. 51.
h Gloss. recep. in dict. clem. verb. iudex.
i De sen. excom.
k Lod. ca. nu. 119 in prin.
l In d. clem. ver. facere.

144 *Quadragesimatertia* m *excommunicat omnes religiosos mendicantes, qui accipiunt nouas domos, vel noua loca in habitationem, aut commutant, vel alienant acquisita ante Concilium Lugdunense aliquo titulo.*

m In clem. cupientes, de pœn.

Declaratio prima, quod non incurrit hanc, nisi qui est mendicans, & præsumit facere aliquam rem ex his tribus per prædictam clem. coniunctam prædicto ca. *ob id non incurrunt*, qui relinquunt, vel mutant accepta post Concilium *n*: quia illud relinquere, & mutare ad hos solum refertur, iuxta Anchar. & Dominicum *o*. *Secunda*, quod neque etiam incurrit, qui ad finem, vt sit eremita, accipit, vel construit sibi aliquam domum remotam à populis, vt probatur *p*, vel ob aliam causam, quam ad habitationē antiquam, iuxta Dominicum, & communem *q*. *Tertia*, quod Papa Iulius II. de quo in supplemento *r*, concessit Minimis, vt non obstante hac prohibitione, possint recipere quaslibet domos, & ædificare basilicas, siue eremitoria, & loca in suam habitationem, sine alia facultate Apostolica, & per consequens omnes qui eisdem priuilegijs gaudebunt, vt gaudent fratres Minores obseruantię per participationem. *Quarta*, quod etiam possunt ministri prouinciales obseruantiæ per priuilegium Leonis X. *a* occurrente necessaria causa transferre, vel mutare Ecclesias, tam fratrum, quam monialium, ab vno loco in alium, & conuertere priora loca ad vsus humanos, vt melius videbitur conducere eiusmodi locis, & monasterijs, sic vt materia ædificiorum adhibeatur ad alteram Ecclesiam.

n De quo, d. ca. 1.
o Ibidem.
p Ibid. sub. fin.
q In d. c. 1.
r Fel. 8. concess. 27.
a In dict. supplementis, fol. 92. concess. 277.

145 *Quadragesimaquarta* b *excommunicat religiosos, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertendos audientes à soluendis decimis debitis Ecclesiæ.*

b In d. elem. cupientes.

Declaratio prima, quod tria requiruntur ad incurrendam hāc, scilicet, quod sit religiosus, quod habeat intentionem auertendi, & quod decimę debeantur Ecclesiæ. Addimus quartum, vt audientes sint qui eas debent, vt palam colligitur ex eodem textu. *Secunda*, quod nullus religiosus excluditur ab hac, siue sit, siue non sit mendicans *d*, & quod nulla religiosa, nullus laicus, neque clericus secularis comprehenduntur, secundum Guiliel. mum receptum communiter *e*.

c Caiet. vbi sup. cas. 65.
d Glos. verb. religiosi, recept. in dicta clem.
e Ibid. & gl. prædict.

Quadragesimaquinta f *excommunicat religiosos, qui de industria nullum conscientiæ scrupulum incutiunt in confessionib. pœnitentibus de solutione decimarum, & postea non expiata hac negligentia, cum commode possent, præsumunt concionari.*

f In d. clem. cupientes.

Declaratio prima, quod quinque requiruntur ad incursionem

huius. *Primum*, quod sit religiosus. *Secundum*, quod fuerit negligens in onerando scrupulo cōsciētiam pœnitētis in confessione, vt solueret decimas. *Tertium*, facere hoc scienter, & nō purgare illam negligentiam, cum commode posset. *Quartum*, cōcionari absque purgatione illius. *Quintum*, quod non sit religiosus monasterij quod accipit decimas. *Secunda*, quod ad hāc non est necesse præcedere requisitionem: quia id non colligitur ex litera, & notat Cajet. g quamquam Syluester sentiat oppositum h.

146 *Quadragesima sexta* i *excommunicat religiosos, qui non seruant interdictum, vel cessationem à diuinis, quam seruat ecclesia Cathedralis, vel matrix, vel parochialis oppidi.*

Declaratio prima, quod in hanc non incidunt laici, neque clerici, sed solum religiosi: & hi sic, siue sint mendicantes, siue non k, si sciunt obseruationem interdicti l. *Secunda*, quod nō habet locum in interdicto, vel cessatione speciali, sed solum in generali. *Tertia*, quod habet locum, etiam in interdicto, vel cessatione inualida, siue nulla, ratione pręcedentis appellationis, vel alia m. *Quarta*, quod nō satis est illud obseruari à nonnullis canonicis, si portionarij, vel alij capellani non seruant illud, & celebrant publicè. *Quinta*, quod quādo non est in oppido Ecclesia Cathedralis, neque matrix, & sunt multæ parochiales diuisæ, necesse est ab omnibus eam obseruari ad huius incursionem a, quamuis parochialis, intra cuius fines situm est monasterium, obseruet b. *Sexta*, quod quamuis religiosi teneantur obseruare quod matrix obseruat, etiamsi nullū sit; non tamen sunt immunes ab obseruatione validi, licet à matrice non seruetur c. Imo incurrerēt nisi seruarent pœnas per aliquos textus positas d. *Septima*, quod habet locum in omnibus interdictis, & cessationibus generalibus positis à iure, vel ab homine quacunq; auctoritate, vt bene determinat Bonifacius e contra aliquas limitationes Cardinalis, & Imolæ. *Octaua*, quod Conc. Trid f statuit, quod censurę, & interdicta nedum à sede Apost. manātia, sed etiam ab ordinarijs promulgata mandante Episcopo, à regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atque seruentur.

147 *Quadragesima septima, in extrauag. fin. de sent. excom. inter communes, quæ ibi tribuitur Clem. V. & à B. Antonino* g *Bened. III. & à Felino* h, *excommunicat impugnantes literas electi Papæ antequam coronetur.*

Declaratio prima, quod ratio extrauagantis est, quia eodē momento, quo canonice Papa eligitur, confirmatur à Deo immediate, & eandem habet potestatem, quam post coronationem i. *Secunda*, quod nō habet locum in eo, qui ob iustum timorem fuit electus, per textum singularem k, iuxta Panorm. l dicentem hoc procedere, quando iniectus fuit timor in electione illius, vel illius, & non quando vnius ex illis, vel ex illis, sed idem esse in hoc casu probat Fortunius. m.

Quadragesima octaua, in extraua. Nicolai relata per S. Antoninum

g Cas. 66.
h Ver. excom. 9. cas. 46.
i In clem. de sen. excom.
k Glos. verb. religiosi, d. clem. recept.
l Gloss. ibid. verb. sciuerit.
m Gloss. d. cle. probata communiter & singulariter secundum Rauen. ibidē.
a Gloss. cum communi eiusdem clem. verb. matri.
b Card. Panor. & Imm. contra Steph. in d. clem.
c Gloss. cele. & recep. in ver. obseruare, & verb. obijcere, dict. clem. 1.
d Cap. fin. de excess. præla. c. auctoritate
e Episcoporū de priuil. l. 6.
f In d. clem. col. 10.
f Sess. 25 c. 12. de regul.
g 3. par. tit. 24 c. 68.
h In c. eam te, colum. 5. de rescript.
i Cap. in nomine, 23. d.
k In d. cap. in nomine.
l In d. c. licet col. 7. & in c. cū terra, col. 3. de elect.
m l. 1. de vlt. fi. illat. 21. col. 11. n. 310.

num n, excommunicat commentantes Clem. exiui, de ver. sign. quæ declarat regulam S. Francisci. n 3. part. tit. 24. c. 69.

Declaratio, nec suspensa fuit per quandam extrauag. Ioannis XXII. quam S. Antoninus o, quem sequitur Sylue. & Tabienna asserit se vidisse, & quod Cardinalis eam refert p: tamen non affirmat hoc, sed quod Papa Nicolaus III. excõmunicat omnes, qui quandam suam declarationem q interpretati fuerint, nisi certo modo r, de quo, nescio cur nullus alius facit mentionem, neque glossa s, quæ colligit omnes casus li. 6. & quod illam excommunicationem suspendit Ioan. XXII. & quod nemo vetuit interpretationem d. clem. Quamobrem credimus suspensionẽ, quam vidit S. Antoninus fuisse excommunicationis d. ca. *exijt*, & non eius, quę data fuit contra interpretantes d. clem.

o Vbi supra. p In prin. dict. clem. Cardi. q Ca. exijt, de verb. sign. l. 6. r Vt patet in fin. d. c. exijt. s Cap. eos, de sent. excom.

148 *Quadragesimanona relata à Caiet. videtur esse eadem, quæ posita est pro trigesimanona, ideo eam omitto.*

Quinquagesima in Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 10. excommunicat eos, qui aliquem librum, vel quamlibet aliam scripturam imprimunt, vel facient imprimi sine approbatione certarum personarum.

Declaratio, quod Caietano, & Fratri Bartholomęo Carranzæ videtur, neque hanc, neque reliquas censuras positas in Conc. Later. postremo obstringere; quia nõ sunt receptę, vt dictũ fuit supra a: quamuis pars solẽnitatis huius seruetur in Hispania, & Conc. Trid. decreuerit sub ijsdem pœnis d. Conc. Later. quod nemo imprimat, vel imprimi faciat librũ de sacris rebus absq; nomine auctoris, neque vẽdat, neque habeat nisi examinatum per ordinariũ, neque sine facultate sui superioris, si fuerit religiosus: & idem statuit de eo, qui edit librum aliquẽ manuscriptum, & amplius, quod qui habuerit, cẽsebitur pro auctore eius, nisi det aliũ, & approbatio tradetur in scriptis, idque gratis. quę reponatur in principio libri, quod nescimus, an sit receptũ, vel an recipietur: quia videmus libros impressos siue illius obseruationis solẽnitate, insignium virorũ Dominici Soti, Bartholomæi Carranzæ, & Ambrosij Catharini, qui eidẽ Cõcilio interfuerunt. Quamquã nunc in recentibus editionibus cernimus impressos cum dicta solemnitate. In Regno tamẽ Castellę lege Regia vsu recepta requiritur, & sufficit licentia Cõcilij Regis supremi, cuius auctoritate examinatur prius ab aliquo viro in id designato, quod etiam seruari audio in Regno Franciæ, cum magno Reipubl. fructu. In vrbe autem Vicarius, aut eius vices gerens, remittit videndum Magistro sacri Palatij, quo decernente posse imprimi, Typographus imprimit, præfixa in principio libri sola clausula *de licentia superiorum*, aut equipollenti.

a Eodem c. n. 111.

149 *Quinquagesima prima excommunicat omnes, qui impediunt, ne Legati & Nuntij Papæ recipiantur, vel ne exequantur mandata ob quæ sunt missi non obstante quacunque consuetudine de non mittendo Legato, nisi eo qui petitur, &c.*

b In extrau. super gentes Ioan. 22. de consuet.

Hęc quamquam virtute huius extrauagantis non est reserua-

ta; est

ta, est tamen quatenus includitur in bulla Cœnę, de qua supra c.

c Num. 67.

d In extrau. Pauli 11. q. 1. de reb. eccles. non alien.

Quinquagesima secunda d *excommunicat omnes qui alienant, vel locant in plures quam tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum extra cas. iure permissos, & qui prædicta bona percipiunt.*

Declaratio prima, quod hęc extrauagans non vetat alienationem in casibus permissis à iure, & quod in nihilo fuit recepta, iuxta Sylu. *a* & quod consuetudo valet contra illam, iuxta Rochum de Curt. *b Secunda*, quod Caiet. *c* dicit, quod in aliquibus locis ad nihil, in aliquibus ad aliquid est recepta. Et quod in hac re Confessarius inquirere debet de consuetudine, ad internoscendum quem, & quanti debeat condemnare.

a Verb. alienatio, q. 13.

b In repet. c. fin. de cõsuetud. fol. 23.

c Vbi supra, cas. 75.

150 *Tertia*, quod idem per eandem rationem debet perpendere iudex fori exterioris. Et credimus nullibi esse omnino receptam, quia in nullo loco est vsu recepta priuatio beneficiorum, quam incurri iubet ipso iure ab alijs, qui fuerunt minores, quâ Episcopi, vel Abbates, intra sex menses, si perseuerant in dicta alienatione: & quod in Lusitania non videtur recepta, quoad locationem in solos tres annos: quia passim videmus fieri locationes in quatuor. *Quarta*, quod iampridem nos Salmanticæ tulimus sententiam, qua iudicamus ex probatis coram nobis, irritam & nullam fuisse quandam locationem in plures, quam in tres annos factam, Clericum autem, qui eam fecit, non debuisse iudicari excommunicatum iuxta antiquum ius *d*, neque per consequens irregularem, eo quod celebrasset post illam locationem absque absolutione: & sic credimus in paucis locis esse receptam, quoad pœnas extrinsecas, quamquam in multis est recepta, quoad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis, alienationis, & locationis factæ in plures, quam tres annos. *Quinta*, quod Conc. Trid. *e* statuit, quod nullæ locationes beneficiorum anticipatis solutionibus factę valeant in prędiudicium successorum, quocunque indulto, vel priuilegio non obstante, ne huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra confirmentur. Non liceat etiam iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus, per se, aut alios ea exercere. Locationes vero rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, S. Synodus irritas decernit, quas à 30. annis citra ad longum tempus factas Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt. Per longum vero tempus intelligitur decem annorum, etsi varient glossæ *f*.

d Capit. 1. ne prælat. vic. suas.

e Sess. 25. c. 11. ne for.

f l. codicillis, parag. institut. ff deleg. 2.

Quinquagesima tertia in mulierum raptores, ac illis cõsilium, auxiliũ, & fauorẽ præbentes, qui etiã sint perpetuo infames, & dignitatum incapaces. Et si fuerint Clerici, de proprio gradu decidãt a, *& teneatur raptor mulierem raptã, siue eam duxerit, siue non, decenter iudicis arbitrio dotare* b.

a Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reform. matr.

b Ibidem.

Quinquagesima quarta, in eos, qui quouis modo subditos suos, vel quoscunque alios cogunt minus libere matrimonia contrahere c.

c Conc. Trid. vbi supra c. 9.

Quin-

Quinquagesimaquinta, in eos, qui quomodocumque coëgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem, præterquam in casibus iure expressis, ingredi monasterium, vel suscipere habitum, aut profiteri, quique consilium, auxilium, vel fauorem in id dederint, vel præsentes ei actui scienter fuerint d.

d Conc. Trid. sess. 25. c. 18. de reg.

Quinquagesimasexta, in eos qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel profitendi, quoquo modo sine iusta causa impedierint e.

e Ibidem.

Quinquagesimaseptima, in concedentes locum ad monomachiam, vel duellum in terris suis inter Christianos, & iurisdictione, ac dominio Ciuitatis, & loci, in quo, vel apud quem fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinuerint, priuantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquiruntur f.

f Conc. Trid. sess. 25. c. 19. de reform.

Quinquagesimaoctaua, in eos, qui duellum commiserint, & eorum patrinos, cum bonorum proscriptione, ac perpetuæ infamiæ, ac homicidij pœna. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura g.

g Ibidem.

Quinquagesimanona, in eos qui consilium in causa duelli dederint, vel illius spectatores fuerint, non obstante quocumque priuilegio, &c. h

h Ibidem.

Post hæc anno proxime præterito 1582. Nonis Decemb. S. D.N. Gregorius XIII. addidit præfato Concil. Trid. hæc verba i: *Statuimus omnes illos, qui ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, sociiue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ literæ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint, censuris, & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri, perinde ac si publico, & consueto abusu singulare certamen iniuissent. Volentes etiam locorum dominos, si certamen ex condicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit non prohibuerint, omnesque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo sese præbentes, eisdem censuris, & pœnis subiacere, etiamsi illiqui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit, quo minus illa committatur.* Hactenus verba eius. Ex quorum illo, *Statuimus*, colligitur hanc additionem continere ius nouum *a*, consequenter non includere præterita *b*.

i In extrau. quæ incipit, ad tollēdum.

a Arg glos. recep. in c. vt litigan. ver. statuimus, de off. ordin. l. 6.

b Cap. fin. de constit.

Sexagesima, in non habentes pro authenticis omnes lib. sacrorum Bibliorum iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. lib. Esdræ, aut etiam constitutiones Apostolicas scienter contemnentes c.

c Conc. Trid. sess. 4. decre. de canon. scrip.

Sexagesimaprima, à Pio V. lata, excommunicat cum reseruatione omnes mulieres, etiam Ducissas ingredientes claustra monasteriorum etiam monialium, virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocat, & concedentes licentiam, comitantes, & recipientes, & prælatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes suspendit d.

d Lib. suarum constitutionum. fol. 41.

Adde his *primo*, id quod e scripsimus, scilicet, per prædictam extrauag.

e In commun. c. statuimus, n. 60. 12. q. 3.

extrauag. solum excommunicari ingredientes monasteria monialium virtute licentię Apostolicę, sed Pium V. declarasse mẽtem suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia.

Adde *secundo*, quod S.D.N. Gregorius XIII. anno 1575. idibus Iunij f, reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria concessas quibuscumque personis, etiam contemplatione Imperatoris, &c. cum omnium derogatione amplissima: nulla tamen mentione facta de intrantibus sine tali facultate: sed credendum est eandem mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ita seruare sacram Pœnitentiariam.

f Per extrau. quæ incipit. Vbi gratia.

Adde *tertio*, quod idem sanctissimus quando supra auxit eam ad intrãtes cũ licentia Episcopi, vel aliorum Prælatorum, quam possunt dare per Con. Trid. g exceptis necessitatibus vigentib.

g Ca. 5. sess. 25. de regulari.

Adde *quarto*, quod idem sanctissimus anno 1581. 23. Decemb. h extendit eam ad Episcopos, & alios Prælatos, quibus tributa est facultas ingrediendi monasteria, ne vtantur ea, nisi in casibus necessarijs, & à paucis, ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati.

h Per extrau. quæ incipit. Dubijs quæ.

Sexagesima secunda, eiusdem Pij i, *excommunicat, & punit perinde ac hæreticos, omnes quicumque ex Inquisitoribus, aduocatis, procuratoribus, Notarijs, aliisq; ministru prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denuntiatorem, aut testem in causa fidei quomodocumque productum, vel euocatum occiderint, verberauerint, deiecerint, seu perterrefecerint, quiue Ecclesias, ædes, aliasve res, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerint, inuaserint, incenderint, expilauerint, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta, siue publica, siue priuata, vbicumque posita combusserint, diripuerint, seu interuerterint, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerint, seu qui in conflagratione, expurgatione, aut direptione etiam intermissiue capiendi, siue comburendi, siue supprimendi causa fuerint, siue res, aut personas seruari defendiue prohibuerint, quiue carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerint, vinctum extraxerint, seu emiserint, capiendum prohibuerint, captumue eripuerint, receperint, occuluerint, seu facultatem fugiendi dederint, seu iusserint id fieri. Qui cœtum concursumue fecerint, siue vt aliquid prædictorum fieret, homines accommodauerint, siue alias consilium, auxilium, aut fauorem publice, vel occulte in quolibet prædictorum scienter præstiterint, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum; succensum, direptumue, nullum denique dammum reipsa sit secutum* a.

i Per extrau. quæ incipit. Si de protegendi, editã anno. 1569.

a Eod. l. fol. 128.

Sexagesima tertia, eiusdem Pij b, *extendit excommunicationem cap. felicis, de pœnis, li. 6. ad scientes quomodocumque crimen in Cardinales commissum, vel committendum, & non reuelantes illud opportune Papæ, vel ordinario, &c.* c

b Per extrau. quæ incipit. In felicis, editam anno 1569.

c Eod. li. fol. 150.

Sexagesima quarta excommunicat cum reseruatione personas accipientes pri-

ti priuilegio, vel consuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis, & interdicit Capitula, & suspendit episcopos idem facientes, non autem includit loca pia d.

d Eod.l.fol. 184.

Sexagesimaquinta, eiusdem Pij e, *excommunicat omnes Abbatissas, & moniales exeuntes à monasterijs, quacunque de causa, etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel ægritudinis, lepræ, vel epidemiæ probatæ literis superioris, & episcopi* f.

e Per extrau. quæ incipit: decori, editã 1569.

f Eod.l.fol. 191.

Sexagesimasexta, eiusdem g, *excommunicat eos, qui Christianos habitantes in terris occupatis à Turcis, capiunt in seruos, & nolunt eos relinquere libere cum bonis suis* h.

g Per extrau. quæ incipite licet omnib.

h Eod.l. fol. 331.

Sexagesimaseptima, eiusdem, excommunicat omnes dominos totius orbis, nullis exceptis, non parentes illustrissimis Cardinalibus, inquisitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officium S. Inquisitionis k, quam, vt à viris fide bonis audio, suo Imperatorio & regio exẽplo confirmarunt ante paucos dies Imperator Rudolphus, & Rex Catholicus Philippus II. mittendo ad vrbem ad prædictæ inquisitionis requisitionem duos de crimine hæresis impetitos, quæ res vtrique Monarchę magnæ glorię fuit.

i Per constit. quæ incipit: sanctissimus.

k Eod.l. fol. 266.

De suspensione, quid, & quotuplex.

151 *Suspensio quid, an peccatum, excommunicatio, irregularitas, vel depositio, nu.* 152.

153 *Suspensio vera non tollitur sola pœnitentia, & est triplex, nu.* 154.

154 *Suspenditur ipso iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in Episcopum, ordinatus sine licentia, vel extra tempora, vel sine legitima ætate, n.* 155. *An in duello pugnans, excommunicans sine monitione, vel sine scripto, capiens fructus vacantis Eccles. num.* 156. *Conseruator excedens, iudex Ecclesiasticus male iudicans, concurrentib. 4. admittens ad sacramenta tempore interdicti: mendicantium Prælatus admittens professionem ante annum. Clericus vestem versicolorem deferens. Religiosus sic alienans, n.* 157. *Ordinatus cum pacto non petendi alimenta, nu.* 158.

151 CIrca hęc *dico primo*, quod suspensio generaliter accepta, iuxta mentem iurium *a*, & etiam doctorum, præsertim Calderini *b*, *est prohibitio vsus, officij, vel facultatis alicuius*: nam & appellatio dicitur suspendi *c*, & petitorium per possessorium *d*: sed hic accipitur specialiter pro tertia specie censuræ Ecclesiasticæ: quę definitur esse censura, *qua alicui personæ Ecclesiasticæ prohibetur exercitiũ sui officij, vel beneficij Ecclesiastici, in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum, quoad partem ob suam culpam à iudice, vel à lege*. Dixi, *censura*, pro genere: quia omnis suspensio est censura, non contra *e*: & ad significandum quod non potest ferri, nisi ab habente ordinem, & iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem, ad quam pertinet ferre censuras (vt supra dixi, eam definiens *g*.) Dixi, *qua prohibetur personæ Ecclesiasticæ*, ad excludendas prohibitiones aliorum exercitiorum, vel ab illis factas

a Cistorum à glos. & alijs in clem. cupientes, & in rub. de sen. excom. & c. fin. aduersus, de hæret.

b De eccle. interdicto, memb. 1.

c Ca. venientes, de iureiur. d Ca. pastoralis, 1. de caus. possess.

e Ca. quær. de verb. sign.

f Eod. c. n. 1.

g Arg. c. dudũ 2. de elect.

factas alijs personis profanis, aut Ecclesiasticis, alio respectu, quã quia sunt Ecclesiasticæ. Dixi, *vel in perpetuũ, quoad partẽ*; quia prohibitio totius exercitij, officij, vel beneficij in perpetuũ, est depositio, vel priuatio, & nõ suspensio, iuxta Cardin. *h* & sentit Panorm. *i* & Bonifacius *k*. Dixi, *ob suam culpam*; quia licet suspensio ob qualẽcumque culpam mortalẽ ferri possit, secundũ Aretinum *l*, imò, & ob venialem, secundum Caiet. *m* non potest tamen sine vlla propria, cuius sit pœna *n*: nam quæ ob senectutẽ, lepram, debilitatem, vel aliam causam fit *o*, licet possit dici generaliter suspensio, non tamen est stricte censura, de qua loquimur. Vnde sequitur *primo*, quod prohibitio, siue suspensio confessarij à celebrando, non est proprie suspensio: quia non est facta ab habente iurisdictionem, quę est vera ratio, cur contrauenies illi non fit irregularis, secundum glossam receptam *p*.

h In clem. 1. parag. cæterum, nu. 6. de priui.
i In c. at si n. 7. de iud.
k In clemen. cupientes, de pœn. n. 43.
l In c. cum non ab homine, de iud.
m In summa, verb. suspen.
n Arg. c. 1. de constit.
o Iuxt. c. tuas nos, & c. dilectoribus, & c. fin. de cler. ægro. & c. 1. eod. tit. l. 6.
p In c. is cui. de sen. excom. l. 6. post Specul. de dispen. parag. iuxta, nu. 32.

152 *Secundo dico*, quod quidquid fere omnes incogitanter dicant, licet prohibitio, qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare, vocetur generaliter suspensio *a*, non est tamen talis stricte accepta. Tum quia suspensio non est peccatum, sed eius pœna, iuxta omnes. Tum quia peccatum mortale antiquius est iuribus canonicis, quorum inuentum est suspensio. Tum quia non est censura, qualis est suspensio.

a In c. fin. de cohabit. cler. & ca. fin. de cler. excom.

Tertio dico, quod neque excommunicatio maior, neque minor est suspensio. Tum quia est species diuersa censuræ. Tum quia non vetat exercitium Ecclesiasticum quatenus est tale, sed quatenus est species communicationis humanæ Christianę.

Quarto dico, quod quamuis quodlibet peccatum mortale, & excommunicatio minor suspendant à perceptione sacramentorum, in hoc sensu, quod percipiendo peccetur mortaliter; non tamen incurritur irregularitas: quia non contrauenitur suspensioni prout est species censuræ, sed solum prout est prohibitio resultans ex natura illorum.

Quinto dico, quod neque irregularitas, neque depositio verbalis, neque degradatio realis, est suspensio, licet Innoc. *b* & multi alij appellent eas suspensionem: quod verum est capiendo verbum *suspensio* generaliter, non stricte, vt hic capitur *c*. Tum quia sunt priuationes, vel inhabilitationes quę priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ad ordinem obtinendum, vel exercendum. At suspensiones solum sunt impedimenta exercitij, iuxta mentem Panormitani *d*, & communem.

b In c. fin. de excess. prælat.
c Cap. quæ renti de verbo sign.
d In d. c. at si n. 7. de iud.
e In c. si celebrat. de cler. excom. n. 4.

153 *Sexto dico*, quod illa diuisio suspensorum Panormitani, & aliorum, scilicet, quod quidam sunt quoad se solum, alij quoad alios solum, alij & quoad se, & quoad alios, licet communis sit & vera, accipiendo vocabulum *suspensum*, generaliter, nõ tamen accipiendo, vt hic, pro impedito per suspensionẽ speciem censurę Ecclesiasticę, per proxime dicta de peccato mortali, & de excõmunicatione minore. Et quia exemplũ tertij mẽbri, quod afferunt de sacerdote peregrino, qui deuotionis causa potest

celebrare

celebrare in occulto,& non in publico *f*, non est idoneum : siquidē peregrinus non peccans, non incurrit suspensionem, quę sine peccato à iure non imponitur, vt recte dixit Caietanus *g*.

Septimo dico, quod neque vlla suspensio laici est suspensio, de qua hic agimus,& per consequens, neque suspensio officij aduocandi etiam in foro Ecclesiastico: quia nō est proprie Ecclesiasticū, neque suspensio facultatis dandi gradus concessæ per Regē, vel Imperatorē, quidquid sentiat glossa *a*, & Tabienna *b*.

154 *Octauo dico*, quod suspensio est triplex, officij, & beneficij simul *c*, officij tātum, vel partis eius, & beneficij, vel rei pertinētis ad illud tantū, vt colligitur ex exemplis positis per glossam magnā, & finalē *d*. Est item duplex, lata à iure, & lata ab homine. A iure ipso facto ferūtur multę, quas tangit prędicta glossa, & ante omnes Angelus *e* in ordinē redigit. Quarū (omissis raro contingentibus) prima in ca. *nullus f*, & alijs multis capitulis suspendit presbyterum, diaconū, vel subdiaconum fornicariū notorium, donec pœniteat *g*, ita quod sicut ipso iure incurritur per notoriam fornicationem, ita ipso iure tollitur per pœnitentiā, iuxta glossam receptam *h*, de qua plura supra *i*, vbi dicitur, quod huiusmodi fornicarius vtens ordine suo ante pœnitentiam, fit irregularis: quia infringit censurā suspensionis. Et nota, quod lōge differt prohibitio, qua huiusmodi fornicarius vtitur ordinis sui vsu, à prohibitione, qua infectus crimine magno depositione digno,& notorio prohibetur: quoniā hæc est irregularitas delebilis ab Episcopo, cui cōtraueniens peccat, sed non incurrit aliam irregularitatem, de qua supra *k*: illa vero est suspēsio,& vera censura, cui contraueniens incurrit irregularitatē à solo Papa delebilē, distinctam à suspēsione sic violata, de qua *l*.

155 *Secunda* m *suspendit triennio à beneficijs clericos eligentes in Episcopum eum, qui non est legitimus, vel legitima ætate, scientia, & moribus præditus.*

Declaratio prima, quod comprehendit etiam eos, qui eligunt tamquam compromissarij *n*. *Secunda*, quod non comprehendit eos, qui eligunt in aliam dignitatem, neque laicos, vt reges, & Imperatores, qui præsentant in Episcopos, neque Cardinales, qui eligunt Papam *o*, quia solum loquitur de clericis eligentibus Episcopum.

Tertia p *suspendit eos, qui sine legitima facultate, vel ætate, vel extra tempus legitimum, ordinem sacrum accipere præsumpserint, & facit irregularem ordine vtentem.*

Declaratio prima, quod ob ignorantiam illius extrauag. & per cap. *vel non est compos q*, quod non suspendit, sed iubet suspendi, oppositum dixerunt ferè omnes cum glossa *r*. *Secunda*, quod non comprehendit eum, saltem quoad forum conscientiæ, qui bona fide, & simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est, vt late diximus *s*: quia textus habet, *præsumpserint*, quod significat dolum, secundum doctrinam Cardinalis *a*.

f Cap. vlt. de cler. peregri.
g Verb. suspensio.
a Dict. ele. cupientes. colum. 2.
b Verb. suspēsio, in princ.
c Ca. tuarum.
d Clem. cupientes, de pœnit.
e Verb. suspēsio, a num. 2.
f Cap. præt. 32. dist. & capit. scisciatibus, q. 8.
g Et cap. si qui sunt 82. dist.
h In d. cap. 1 Ca. 25. n. 77.
k Cap. 25. num. 73.
l In d. capit. 25 num. 77.
m In cap. cū iocundis para. fin. de elect.
n Cap. si compromissarius eod. tit. lib. 6.
o Arg. l. interpretatione, ff. de pœnit. ca. pœnæ, de pœnit. d. c. p In extraua. cum ex sacrorum P. J. II.
q D. tempor. ordin.
r Clem. generalē de ætat. & qu. & in d. c. vel non est compet. S. Anton. in 3. part. tit. 14. c. 16. Maior in dist. 24 q. 1. S. in repet. ca. accepta de rest. spol. op. 8. a num 32.
s In cle. 1. q. 38. de priuil.

156 Quod idem ausi fuimus dicere ibi de eo, qui temerarie quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato, exercuit ordinem, existimans sibi licitum esse: quamquam ad illud vsque tempus non fueramus ausi affirmare.

Quarta b *suspendit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam descendit*, iuxta Syluestrum c, & Tabiennam d: sed non est verum: quia textus e solum dicit deponendum fore.

Quinta f *suspendit vno mense ab ingressu Ecclesiæ eum, qui excommunicat absque monitione*, quę debet esse talis, qualē supra diximus g.

Sexta h *suspendit ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis eum, qui excommunicat, interdicit, aut suspendit aliquem solo verbo sine scripto, aut expressa caussa illius, vel non dat copiam requisitus.*

Septima i *suspendit à quolibet officio, & beneficio capitula, & singulares personas, quæ vacante sede Episcopali, vel collegiata, vsurpant sibi aliqua bona, quæ reliquit vita functus, aut collecta fuerunt tempore vacationis.* Quod locum habet etiam in reditibus sigilli, & in quolibet alio emolumento k.

175 *Octaua* l *suspendit Episcopos, & superiores eorum ab ingressu Ecclesiæ, & inferiores ab officijs, & beneficijs, qui vsurpant aliquid ex reditibus dignitatum, & Ecclesiarum vacantium, & illis subditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale priuilegium, vel consuetudinem præscriptam ad hoc.*

Nona m *suspendit vno anno ab officio conseruatorem sedis Apostolicæ, qui sciēter cognoscit causas, quæ nō sunt notoriæ.* Quod intelligendū est de his, quę cōcedūtur sine clausula, quod possit cognoscere etiam de aliis, cum qua ante Conc. Trid. concedebantur: per illud tamen statutum fuit n, vt esset longe restrictior vsus.

Decima o *suspendit vno anno à suo officio iudicem Ecclesiasticum, qui contra ius, & suam conscientiam aggrauat partem gratia, vel sordibus.* Sed debent concurrere quinque, vt hæc incurratur. *Primum*, quod non sit Episcopus p. *Secundum*, quod aggrauet contra iustitiam. *Tertium*, quod faciat contra conscientiam. *Quartum*, quod sit iudex: quia non satis est, quod sit merus executor, vel arbiter. *Quintum*, quod faciat pretio, amore, timore, vel odio, vt ex glossa recepta colligitur.

Vndecima a *suspendit ab ingressu Ecclesiæ (quousque satisfaciant) eos, qui admittunt ad diuina officia, aut sacramenta, aut Ecclesiasticam sepulturam excommunicatos, aut interdictos publicos.* Quę tamen, vt dictū est b, locum non habet nisi contra exemptos, iuxta communem, contra glossē eiusdem capitis.

Duodecima c *suspendit eos qui admittunt aliquem ad professionem ante finitum annum probationis in aliquo ordine mendicantium.*

Decimatertia d *suspendit in sex menses clericos beneficiarios, qui gestant vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiatos, qui*

h Est in c.1. de cler.pug. In duel.
c Ver. suspensio verb. 13.
d Ibidem.
e In d.c.1.
f In c. sacro de sent. excomm.
g Bod. c. nu. 10 & 11.
h In c.1. de sent. excom. lib.6.
i In ca. quia sæpe de cler. lib.6.
k Clem. statutum de elect.
l In c. præsenti de off. ordin. li.6.
m In c.fi. de off. deleg. l.6.
n Sess.14. c.5 o In c.1. de re iud. li 6.
p Gl. ibi verbo ordinarius arg. c. quam periculosum de sen. excom. l.6.
a In c. episcoporum de priuileg. l.6.
b Sup. c.25. nu.94.
c In ca. non solū, & c. cōstitutione de reg. l.6.
d In cle.2. de vita & honest. cler.

qui non sunt beneficiarij, & minoribus insignitos, qui cum prima tonsura gestant tales vestes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus.

Non autem incurrit illam qui ob celebrationem nuptiarum, vel doctoratus, vel alicuius alterius similis festi, aut aliam iustã causam gestat, iuxta Cardinalem e.

e In dict. clement. q. 3.

Decimaquarta suspendit quoslibet religiosos, qui habent aliquam administrationem, & alienant aliquam rem ad eam pertinentem, etiam solum prabendo alicui ad vitam absque necessitate, aut absque facultate sui capituli, si habet, vel sui prælati, si non habet capitulum.

f In clem. 1. de reb. eccl. non alien.

Hanc non incurrunt, qui in modicum tempus locant fructus g licet incurrãt aliam excommunicationem h, vt supra dictum est i.

g Per final. illius clem.

h Extrau. 2. de reb. eccl. non alien.

i eod. c. fin.

158 *Decimaquinta k suspendit Papaliter, qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum: & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiarij, cum pacto nihil petendo ab eo.*

149.

k In c. penul. de simonia.

Declaratio prima, quod per eandem rationem nostra sentẽtia suspenditur, qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo, pactus antequã ordinaretur se nõ petiturũ postquã ordinatus fuerit, qui casus est valde quotidianus. *Secunda*, quod qui post ordinationem remittit vel retrodonat ius, aut patrimoniũ quod illi fuit donatum, vel promissum sine pacto ante ordinationem facto, non incurreret *l*. *Tertia*, quod qui ordinatur cum facultate sui Episcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renuntiati, non censetur nostra sentẽtia ordinari absque facultate, quoad effectum incurrendi aliam suspensionem supra positam *m*: quia talis renuntiatio facta antequam ordinetur non videtur valere, per ea, quæ omnes dicunt *n*, etiam si esset iurata, iuxta Felinum, & Agnaniam, contra Panormitanum, hanc tamen incurrit.

l Arg. gl. singu. cuius de præb. & glo. memorabilis c. si Episcopu. eod. tit. lib. 6.

m Nu. 115.

n In d. c. penult.

Decimasexta o suspendit Episcopum ordinantem absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solum fit votum temporale religionis: quia is quoad hoc reputatur secularis.

o In constitutionibus Pij V. fol. 407.

Hęc Pij V. constitutio, qua inter alios religiosi Societatis ante professionem ad sacros ordines promoueri prohibebãtur, per S.D.N. Gregorium XIII. reuocata fuit per bullam quæ incipit: *Ex sedis Apostolicæ*, editam anno 1573. die vltimo Februarij, quatenus illa eosdem religiosos attingebat. Concessumque ijs est, qui in eadem Societate tria vota simplicia religionis emiserint (quę hic temporalia dicuntur) ante solemnem professionem de licentia Præpositi Generalis ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueri posse. Proinde hæc suspensio, qua Episcopitales promouẽtes incurrere poterãt, penitus est sublata.

Quarto dico, quod rursus est duplex suspensio, altera ã diuinis, altera ab alijs *a*: & quantum differat harum altera quoad irregularitatem transgressorum, dicitur infra.

a Vt colligitur, ex c. 2. parag. fina. de sen. excom. l. 6. & c. 1. de reiud. eod. l. cũ eis annotat.

Quis, cur, & quomodo potest suspendere, & suspēdi, & absolui, & quę pœna contrauenientis.

159 *Suspendere, & suspendi quis potest: requiritur monitio scripta, & peccatum, non certa verba.*
160 *Suspensio ab vno non est ab alio: & sic à iurisdictione non est ab ordine, nec contra, & à beneficio non est ab ordinibus, vel iurisdictione: nec quæ ab officio est à beneficio, nu. 161,*
161 *Generalis non incurritur ab Episcopo, qua forma tollitur, 162.*
162 *Absoluere quis potest à suspensione lata à iure, vel ab homine.*
163 *Suspensionis transgressor quis irregularis, & vt peccet participans.*

159 CIrca hoc dico sequentia. *Primo*, quod cōmuniter omnes, & soli illi qui possunt excōmunicare, possunt etiā suspendere: & quāuis omnis Christianus possit excommunicari, solæ tamen personæ Ecclesiasticæ possunt suspendi, per definitionem suspensionis supra *b* positā: & quod suspensio scripto ferenda est, sicut excommunicatio *c*: & quod debet præcedere monitio suspensionem, quādo ponitur ob contumaciā, quamuis non, quando in pœnam, iuxta Innocentium *d* receptum per Panormitanum, & communem *e*: & quod ob quodlibet peccatum mortale, imo & veniale, potest quis suspendi, vt dictū est.

b Eod. cap. num. 151.
c Cap. 1. de sen. excom. lib. 6.
d In ca. fin. de excess. prælat.
e In cap. reprehensibilis de appel.

Secundo dico, quod vt excommunicatio lata post legitimam appellationem est nulla, & inualida, sic suspensio, & vt appellatio non suspendit excommunicationem præcedentem, sic neque suspensionem *a*.

a Domin. cū cōmuni, in c. 1. parag. & hæc de sent. excom. li. 6. per ca. ad hæc quoniā de appel. & ca. is cui, parag. fin. de sent excō. l. 6

160 *Tertio dico*, quod suspensus à quibusdam actibus non est suspensus ab aliis nō annexis eis. Ex quo sequitur, quod suspensus à iurisdictione, nō est suspēsus ab ordine, qui est diuersus ab ea *b*, neque contra, suspensus ab ordine, est suspensus à iurisdictione, neque suspensus à beneficio, est suspēsus ab ordine, neque à iurisdictione, quę ei conuenit alia ratione, quam beneficij, à quo est suspensus. Neque suspensus simpliciter ab officio, censetur esse à beneficio quoad ea, quę dantur non interessenti diuinis officiis, modo suspensio non sit tā diuturna, vt tacite, vel expresse habeat vim priuationis *c*, quidquid dicāt Cardinalis, & Imola, post Gasparē: quia multa ad beneficium pertinētia potest facere suspēsus ab officio clericali, qualia sunt regere, & gubernare illa, quę ad se attinent, & quę nō sunt diuina officia.

b Ca. 2 qua, de consec. eccle. vel alta, & c. transmissum, de elect. cū glis annot.
c Iux. Bonifa. in d. cle. cupientes, à num. 31. vbi hoc latissime probat.

Per quæ nuper respondi beneficiarium suspensum, ideo quod presbyter factus fuit ante annum 25. cœptum, non perdidisse fructus beneficij: quia per illam transgressionem suspenditur tantum ab officio.

161 *Quarto dico*, quod suspensus ab ingressu Ecclesię tantum potest excōmunicare, & absoluere: quia adhuc retinet iurisdictionis vsū *d*: & quod quis, eo quod sit suspēsus à beneficio, nō est ab

d Ca. sacr. de sent. excom.

est ab officio, neque suspensus ab officio tantum, est à beneficio: & vt suspẽsus ab officio, & beneficio simul, est ab vtroque, iuxta omnes, sic suspẽsus ab officio, aut beneficio diuisim, à nullo illorum est, iuxta Panormitanũ receptum contra glossam e.

Quinto dico, quod non incurrunt hanc censuram latam generaliter à iure Episcopi, nisi fiat mentio specialis illorum, licet secus de excommunicatione f.

Sexto dico, quod suspensio terri, & tolli potest quibuslibet verbis id significantibus: quia nulla sunt prescripta in formam substantialem suæ lationis, vel solutionis: quamquam in absolutione necessarium est iusiurandum, vt in excommunicationis absolutione g licet communiter quando est certa suspensio docti vtantur hac forma. *Absoluo te à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem, vel talem causam, & restituo te pristinæ executioni*: & si est dubia, hac: *si teneris aliquo vinculo suspensionis, quo te possum absoluere, absoluo te*, iuxta sententiam Syluestri h aliquantulum reformatam: & quod suspensio tam lata ab homine, quam à iure, quę certo tempore, aut facto, aut omissione facti alicuius terminatur, tollitur lapso tempore, vel adueniente termino, ipso facto, absque vlla absolutione, secundum glossam a receptam communiter, & putatam singularem à Panormitano b, quæ tamen habet alias similes.

162 *Septimo dico*, quod à suspensione lata ob contumaciã, & nõ in pœnam delicti absolute sine termino, & reseruatione, siue iure communi, siue particulari, confirmata, vel nõ confirmata per Papã, potest absoluere Episcopus, & eius vices gerens c, vt tradit Innocentius cõmuniter quoad hoc receptus d: & quod à lata in pœnã alicuius delicti etiam à iure, non potest absoluere Episcopus, siue sit temporaria, siue perpetua, quidquid dicant glossæ e, licet cõmuniter recipiantur in suis locis, vt probat efficaciter Panor. f vbi eum sequitur Aretinus, & Felinus, altius ibi rẽ perpendens, quam in d. c. *nuper* g, vbi aliud dicit, eo quod non satis perpenderat dicta Panormitani recepti ab omnibus, qui ea diligenter expenderunt, quod non fecerunt aliqui, vt Sylu. h & alij, qui sibi ipsis contradicunt, dum sequũtur Panormitanum tenentem contrarium eius quod ipsi. Potest tamen in ea dispensare, si posita fuit ob adulterium, aut alia minora delicta, secundum eundem Panormitanum *i*. Dixi, *à iure*; quia à suspensione absolute posita ab homine regulariter non potest absoluere, nisi quiẽ tulit, aut eius superior, aut successor k. Male autẽ exceperunt à regula prędicta, quę habet suspensos à iure ob contumaciã posse absolui ab Episcopo, clericos, & religiosos, qui administrant sacramẽta, aut sepulturã hęreticis, aut accipiunt eleemosynas ab illis: quia textus cap. *excõmunicamus* 2. l quo nituntur, nõ loquitur de suspensis ab officio, sed de priuatis, & de suspensione irrogata in pœnã, & nõ ob contumaciam, & de pœna reseruata. Male etiam excipiunt exauctoratũ, siue

e Cap. latores, de cleri. excom. min.
f Cap. quam periculosum de sen. exc. lib. 6. cum glos. & ei annot.
g Ca. super eod. ca. venerabili, de sent. excom.
h Ver. absolutio 6. dubio 2.
a In clem. 1. verb. donec. de decim.
b In c. 1. de iud. not. 6.
c Arg. c. nuper, de sen. excom. & melius c. ex literis de cõst.
d In ca. 2. de solut.
e Clem. 1. de hæret. parag. pen. ver. excõ. & c. cupient. c. parag ceterum verbo suspensus, declect. lib. 6.
f In ca. 2. de solut. & c. tam literis, de testibus.
g Et in c. pastoralis, parag præterea de offic. ordin.
h Verb. suspensio, q. 8.
i in d. c tam literis, & c. 2. de solutio. iuxta not. in c. at si, parag. de adulteriis de iud.
k Arg. c. pastoralis, parag. præterea vbi Felin de offic. deleg.
l Parag. fin. de hæret.

degradatum, aut depositum realiter, cum neque hic, neque depositus verbaliter, sint suspēsi, per dicta supra *m*. Male etiā excipiunt suspensum ob collationem beneficij factam indignis *n*: quia illa suspensio irrogatur in pœnam, & non ob contumaciā.

m Eod. cap. num. 152.
n Iuxt. c. graue, de præb.

136 *Octauo dico*, quod omnis, qui violat suspensionem strictè acceptam pro vna specie trium censurarum Ecclesiasticarū, peccat mortaliter *o*, & incurrit irregularitatem, si violat eā, exercēdo aliquē actum peculiarem alicuius ordinis, siue maioris, siue minoris, per capit. 1. *p* & *q* Innocentius receptus cōmuniter dicit, quod illa duo capita non solum habent quoad hoc locū in casibus, in quibus loquūtur, sed etiam in omnibus alijs violantibus suspensionē: quia non fuit mens eorū conditoris, qui fuit ipsemet Innocentius IIII. quidquam nouè inducere in illis, sed declarare secūdū antiquas sāctiones canonicas, de quibus meminit textus, eam incurri. Dixi, *aliquem actum peculiarem ordinis*; quia secus si exerceret alium, etiam Ecclesiasticū, & ad officia diuina pertinētem, qualis est psallere etiam in choro cū alijs, canere respōsa defunctorū, vel litanias, baptizare sine solēnitate, vt alius laicus, & alia id genus, quę non sunt peculiariter alicui ordini deputata. Illa autē dicuntur deputata alicui ordini, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione: vt in presbyterio potestas cōsecrandi, baptizandi, solemniter dicendi collectas in choro: in diaconatu potestas canendi solemniter Euangelium: in subdiaconatu canendi solemniter epistolam, in acolytatu ferēdi cereos, &c. Dixi, *etiam minoris*; quia violās exercendo solemniter actum deputatū ordini minori, ita incurrit, ac exercens deputatum maiori, secundū Innocētium, & communem *a*. Repetij sępe, *solemniter*; quia faciēs aliter aliquod horum, vt cantans epistolam, ferens cereos, vel vrceolos tamquam alius laicus, non incurrit, secūdum omnes.

o Arg. c. 2. de maior.
p Libro 6. de sen. exc. & c. 1. de re iuxt. eodem lib.
q Vtrobique
a Cap. fin. de excess. præla.

Ex quo *infertur primo*, quod verius est, Episcopū celebrantem in apparatu Pōtificali incurrere irregularitatē: quia id est actus peculiaris ab alijs ordinis Episcopatus, quem esse verum ordinē distinctum ab alijs significasse Concil. Trident. dictum est *b*.

b Sup. c. 22.

Secundo infertur, quod psallere in choro non facit irregularem: quia non est peculiare vlli ordini vero: licet enim videatur peculiaris Psalmistatui, siue primæ tonsuræ, tamen illa non est verus ordo *c*.

c Per ibid. dict.

Tertio infertur, quod suspensus à perceptione sacramentorum, quamuis peccet mortaliter in percipiendo ea, non tamē est irregularis *d*: quia perceptio non est officium diuinum, neque opus peculiariter ordini alicui addictum.

d Ca. si celebrat de cler. excom. min.

Quarto infertur, quod suspensus ab eorum collatione, dando illa non tāquam ad suum ordinem pertinentia, sed vt aliusquilibet laicus, non incurrit eam, iuxta Hostiensem *e*.

e In ca. 1. de sent. excom.

Quinto infertur, quod sacerdos suspēsus ab officijs sacerdotalib⁹ administrādo in ordine inferiori nō peccat, neq; est irregularis.

Sexto

Sexto infertur, quod suspensus à beneficio non peccat eligendo, si ius eligendi non competat ei ratione illius *f*.

Septimo infertur, quod suspensus ab officio peccat, sed nõ incurrit irregularitatem eligendo, & acceptando electionem de se factam *a*, & excommunicando, & conferendo beneficia *b*.

Octauo infertur, quod licet suspensus ab officio prędicandi celebrando non peccet, nec fiat irregularis, secundum Panormitanum, & communem *c*, concionando tamen peccat, & est irregularis, secundum opinionem, quã sequimur supra *d*, quod actus prædicandi est lege diuina vel humana, vel consuetudine actus peculiariter diaconatui deputatus: quia licet institutione diuina sit soli sacerdotio peculiaris *e*, lege tamen, & consuetudine humana videtur deputatus diaconatui, vt tandem Caietanus *f* concludit: quando saltem solemniter vti ex officio suo tamquam sacerdos prędicat.

Nono infertur, quod sicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, per supra dicta *g*, ità suspensum in eo à quo est suspensus: & non vitando in diuinis officijs, & in actibus deputatis suis ordinibus peccamus mortaliter, si est denunciatus, alias non, per extrauagantem *ad euitanda h*, & per latius dicta alibi.

f Ca. cum cri-ctis, parag. ſi. de elect.

a Ca. cum dilectus, de consuetu. iunct. glo.

b Cap. quia diuersita. de concess. præb.

c In d. clem. cupientes.

d Ca. 25. nu. 141.

e Iuxt. c. ad-ijcimus, 16. q. 1.

f Vbi supra.

g Cap. eod. n. 26. & seqq.

h Relatum sup. nu. 35.

Interdictum quid, & quotuplex.

164 *Interdictum hic non generaliter, sed specialiter sumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & suspensione, num.* 165.

166 *Interdictum triplex, & quid vnumquodque includat, nu.* 167.

i Cap. 1. parag. laborem, de Pœn. d. 6.

k Inst. de interdict. in prin.

l Vt in repe. c. dilectus, de appell. dixi.

m In tract. de eccles. interdict. membr. 1. col. 1.

n De off. ordin. & cap. quamuis, eo. tit. li. 6.

o In d. c. dilectus, nu. 18.

p Vbi supra, col. 2

q In d. c. 1. parag. superi de sen. excom. lib. 6.

r Verb. interdictum.

a Ca. quærendo de verb. sign.

b Cap. 1. de sen. excom. lib. 6.

c Ca. is cui parag. fin. eod. tit. lib. 6. & c. ad hæc quomã, de appel.

164 CIrca hęc dico sequentia. *Primum*, quod vt interdicere significat prohibere *i*, sic interdictum generaliter dicitur, quælibet prohibitio: sed hic accipitur speciatim pro vna trium censurarum Ecclesiasticarum: quod *k* cautius definiri potest, quam à Calderino *l*, *esse censura Ecclesiastica, qua prohibentur diuina officia, sacramenta, & sepultura actiue, & passiue, exceptis aliquibus*. Dixi, *censura Ecclesiastica*, pro genere, quo distinguitur à cessatione à diuinis, de qua in c. *irrefragabilis m*, quæ non est censura Ecclesiastica: quia non est nisi ipsa omissio officiorum diuinorum, iuxta Panormitanum *n*. Reliqua adduntur ad differentiam inter interdictum ex vna parte, & inter excõmunicationem, & suspensionem ex altera, quę tres conueniunt in nouem, iuxta Calderinum *o* receptum per communem, Dominicum, & Perusinum *p*, Syluestrum, & Tabiennam *q*, & per complures alios alibi.

Conueniunt enim *primo*, quod quęlibet earũ est censura Ecclesiastica *a*. *Secundo*, quod quęlibet in scriptis debet ferri, & cũ causa in eis expressa *b*. *Tertio*, quod nullam earum suspendit appellatio subsęcuta, & quamlibet annulat præcedens *c*. *Quarto*, quod

quod quamlibet debet præcedere monitio *d*, cum fertur ob contumaciam, & non cum in pœnam *e*. *Quinto*, quod quælibet est nulla, cum fertur sine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes excommunicatis à se *f*. *Sexto*, quod quælibet impedit à diuinis, excepta illa suspensione, quæ non fit ab eis *g*. *Septimo*, quod in absolutione omnium iuratur *h*. *Octauo*, quod nulla earum contra receptos in filios speciales Papę ab ordinario ferri potest *i*. *Nono*, quod quęlibet est à superiore seruanda *k*, imo, & à ferente quousq; eam tollat, Calderinus *l*.

165 Differunt autem *primo*, quod excommunicatio directe priuat cōmunicatione, quatenus est communicatio humana: Suspēsio priuat directe vsu facultatis Ecclesiasticę: Interdictū vero priuat directe sacramentis, & diuinis officijs. Dixi, *directe*; quia indirecte, & per consequentiā priuant etiam cōsequentibus directe prohibita. *Secundo*, quod excommunicatio non potest suspendi, & aliæ sic *m*: quamquam idem esse de excōmunicatione dixit Dec. *n* quē per multa fundamenta sequimur. *Tertio*, quod Episcopus non incurrit suspensionem, neq; interdictum latum à iure, nisi exprimatur in eo, excōmunicationē vero sic *p*. *Quarto*, quod vniuersitas non potest excōmunicari *q*, suspendi autē, & interdici sic *r*. *Quinto*, quod excommunicati nūquā admittūtur ad diuina officia, alij vero sic interdum *s*. *Sexto*, quod excommunicatio, & suspensio non feruntur nisi ob culpam propriā, & maior ob mortalem, & minor, & suspensio, etiam ob venialem, interdictū tamen etiam ob alienam *t*. *Septimo*, quod absolutio excommunicationis semper requirit aliqua verba; suspensionis vero, & interdicti non, quando feruntur quousq; certū quid fiat: quia sufficit, vt illud fiat glossa putata singularis, *u* quę tamen habet alias quatuor similes citatas à nobis alibi *x*.

166 *Secūdo dico*, quod interdictum est triplex, locale tantum, personale tantum, locale, & personale simul. Locale tantū, quo solus locus interdicitur: quod rursus est duplex, generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt regnū, prouincia, episcopatus, ciuitas, oppidum, pagus, aut parochia. Et speciale, quo interdicitur aliquis locus particularis, vt Ecclesia, & non desinit esse tale, eo quod comprehendat multa loca, modo sint particularia, quale est, quod interdicit multas Ecclesias, etiamsi interdicat omnes ciuitatis, episcopatus, prouincię, rēgni, aut quotquot sunt in mundo, iuxta Calderinum *a* receptum per Dominicum, Perusinum, & communem *b*: singulare autem, quod addit Angelus *c*, est species interdicti particularis minime necessaria. Interdictum personale tantum est, quod interdicit personas tātū: quod etiam est duplex, scilicet generale, quod interdicit aliquam vniuersitatem hominum, vt populi, regni, prouincię, ciuitatis, oppidi, collegij, aut pagi *d*: & speciale, siue particulare, quod interdicit personas singulares, vnam, aut multas, certas, aut incertas, vt quod interdicit hoc, vel illud facientem. Interdictum

d Cap. reprehensibilis, de appel.
e Cap. 2. de constit. li. 6. & c. quamquam, de cēsibus eo lib.
f Cap. statuimus, iunct. c. fin. de sen. excom. lib. 6.
g Cap. pastoralis, parag. verum de appellat. d. c. is cui.
h Ca. venerabili, & ca. ex tenore, de sen. excom.
i Cap. 1. de verb. sig. li. 6.
k Cap. cū ab Ecclesiarū de off. ordin.
l Vbi supra mēb. 1. col. 3.
m Dicta ca. ad hæc quoniā.
n Ibi.
o Ibidem.
p Cap. quia periculosum de sen. excō. lib. 6. cū glo.
q Ca. Rom. para. in vniuersitatem, de sen. excō. libro 6.
r Cap. quia sæpe, de electionib. lib. 6. c. si sent. de sen. excom. eod. lib.
s Cap. fin. de sent. excom. eod. lib.
t Dicto c. si sent.
u Clem. 1. de decim. verb. donec.
x In c. 1. not. 6. de indic.
a Vbi supra mēmb. 2.
b In ca. præsenti, de sen. excom. lib. 6.
c Ver. interdictum, 1. para. 1.
d Dicta ca. si sententia.

dictum locale & personale simul est, quod interdicit locum, & personas simul: & quod interdicit locum, & populum, & tales, vel tales personas: exemplum quotidianum est in interdicto, quod appellant ambulatorium, quo interdicitur aliqua persona, & locus vbi est, vel fuerit quamdiu ibi fuerit, aut etiam certo tempore postquam recesserit, de quo, quatenus est locale, iudicandum est, vt de locali tantum: & quatenus est personale, vt de personali tantum *e*. Quibus addimus, vnumquodque illorum posse diuidi in simplex, & mixtum, hoc est, generale tantum, aut particulare tantum, aut generale, & particulare simul. De quo quatenus est generale, iudicandum est, vt de generali, & quatenus particulare, vt de particulari *f*.

e Arg. l. quæ de tota, ff. de rei vend.

167 *Tertio dico*, quod interdictum generale loci non includit populum nec personas eius: neq; interdictum generale populi alicuius loci comprehendit eũ: itaq; quando est interdictus vnus locus, qui sunt in eo, & non fuerunt causa interdicti, possunt audire, & dicere in alio loco diuina officia, & dare, & accipere sacramenta, & alij aliorum oppidorum non possunt hoc facere in illo loco interdicto, cuius illi sunt. Et quando interdicitur solus populus, illi qui sunt eius, non possunt audire, neque ibi, neque alibi: & exteri possunt audire ibi & in eo potest celebrari patentibus ianuis, exclusis eius loci hominibus, perinde ac si non esset interdictus *g*. Rursum interdictum cleri alicuius loci non comprehendit locum, neque populum, & habitatores eius laicos: neque è contrario interdictum populi comprehendit clericos *h*. Cuius rei nouam rationem tradidimus *i* post Decium *k*: quamuis interdictum cleri videatur includere religiosos, & religiosas, conuersos, & cõuersas, nouitios, & nouitias, secundum Dominicum *l*, & Calderinum *m*. Item interdictum ciuitatis includit suburbia, & ędificia prope mœnia *a*: quę vero ędificia dicenda sint talia, relinquitur arbitrio iudicis. *b* Interdictum etiam Ecclesiæ, licet speciale tantum, includit sacella, & cœmeterium contigua, alia non *c*. Interdicta vero Ecclesia, non censentur interdicti clerici eiusdem: neque contra, interdictis clericis, censetur interdicta eorum Ecclesia *d*.

f Arg. d. l. quæ de tota & c. pastoralis, parag. item cũ totum, de offic. deleg.

g Dict. ca. si sententia cũ ei annotat.
h Dict. ca. si sententia.
i In ca. 2. de præb.
k Ibi. & in c. eccles. de constit. col. 4.
l In d. cap. si sententia, in fin. prin.
m Vbi supra membr. 2.
a Ca. si ciuit. de sen. exco. li. 6.
b Glo. ibid.
c Dict. cap. si ciuitas.
d Arg. c. per exemptionẽ. de prin. li. 6.

Quis, cur, & quomodo potest interdicere, & interdici.

168 *Interdicit communiter, qui excommunicat, & suspendit, & contra.*

169 *Interdictum fertur ob culpam alienam, sed non ob culpam debiti, & ponitur ipso facto à iure his casibus, num.* 169. *& quæ opera prohibeat, num.* 170.

168 *Quarto dico*, quod cõmuniter, qui potest excommunicare, & suspendere, potest etiã interdicere: & qui potest excõmunicari, & suspẽdi, potest etiã interdici. Et vniuersitas quę non potest excommunicari *e*, & locus, qui non potest suspendi *f*, potest interdici *g*. Et quamquam aliud est populus,

e Ca. Romana, parag. in vniuersitatem de sen. exc. li. 6.
f Vt supra dictum est.
g Dict. ca. si ciuitas & d. c. si sententia

vel vniuersitas, & aliud particulares eiusdem *h*, interdicto tamē illo censentur interdicti omnes eius particulares fontes, & insontes *i*: quia potest vnus interdici propter culpā alterius, licet nō excōmunicari, vel suspendi, vt prędictum est: quamuis semper debeat interuenire culpa propria, vel aliena, vt feratur interdictum: nec sufficit culpa non soluendi debitum, vt ferarur interdictū generale auctoritate ordinaria, vel delegata sine speciali Papę mādato *k*: quāuis particulare Ecclesię ferri posset, iuxta Cald. *l* & Dominicum *m*, non tamen parochiæ, quamuis per incogitantiā, nostro iudicio, contradixerit Stephanus *n*, interrogatus olim Salmanticæ, an infans lactens, & amēs includantur interdicto? Respondi, includi, nec esse admittendos ad diuina: quia, vt prædictum est, sine culpa propria quis potest interdici.

169 *Quinto dico*, quod fertur generale ipso facto contra vniuersitatem, quæ facit solui portoria illicita clericis *o*, & contra eā, quę facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exilium mittatur suus Episcopus *p*. Et contra eam, cuius dominus impedit ingressum, aut negotia nuntij Apostolici *q*. Imo & in omnibus casibus, in quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictum populi, in eisdem fertur etiam generale personale contra suum populum: quamuis non, quando fertur ob delictum solius domini, si non exprimatur *a*: fertur etiam particulare locale Ecclesiæ in aliquot casibus, scilicet, quādo vniuersitas facit, vt capiatur, percutiatur, vel mittatur in exsilium suus Episcopus *b*. Et quando clerici, aut conuentus Ecclesiæ, nolunt restituere corpora, aut monumenta eorum, quos in ea sepelierunt, eo quod inducti ab eis iurauerunt se electuros sepulturas *c*.

170 *Sexto dico*, quod interdictū personale particulare solū includit personas nominatas, & actus in eo expressos, & qui includuntur in illis. Si vero nulli exprimātur, omnes qui verātur interdictis cēsētur inclusi. Vnde interdicto simpliciter Petro, omne illud, quod interdictū prohibet, vetatur illi. Interdicto autem eo, quoad ministeriū altaris, reliqua omnia potest facere, quoad ingressum vero Ecclesiæ, omnia diuina officia illi prohibētur intra illā: quia includuntur in prohibitione ingressus illius: & nulla extra illam: quia potest facere domi, vel in tabernaculo *d*, aut in sacello nō erecto auctoritate Episcopi, perinde ac si nulla re esset interdictus, iuxta S. Ant. & ante illum Cald. secūdum quē approbatum ab Ancharano, Dominico, & Perusino *f*, cui est interdictus ingressus Ecclesię, bene potest introire in eā, & orare quando non aguntur diuina officia, vt glos. singularis dicit de excōmunicato *g*, quāuis multi contra sentiant, sed male: non potest tamen audire diuina officia, iuxta Dominicū, & communem *h*, quidquid dicat Calderinus *i*, sed nostra sententia potest transire per eam, etiā quando illa fiunt: quia id non est audire *k*. Quorum ratio est: quia prohibitio ingressus Ecclesiæ solum respicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea.

Quæ

h Arg. c. denique, 7. q. 1. & l. proponebatur, ff. de iud.
i Dict. cap. si sentent. vbi id affirmant Dom. & Per.
k Extrauag. pronide, de sen. excom.
l Vbi supra, memb. 1. c. 4.
m In c. præsenti, de sen. excom.
n De potest. eccl. cas. 10.
o Cap. quanquam de censib. lib. 6.
p Clem. 1. de pœnit.
q Extrauag. super gentes de consuet.
a Ca. si sen. de sent. excom. lib. 6.
b Dict. clem. 2. de pœnit.
c In c. 1. de sepult. lib. 6.
d Iux. glo. c. is cui de sen. excom lib. 6. & commun.
e 3. par. tit. 29. c. 2. par. 2. *f* In d. c. is cui.
g Ca. qui studet, 1. q. 1. & Inn. in c. nuper de sent. excommun.
h In d. c. is cui.
i Vbi supra, col. 16.
k Arg. eorum quæ sup. cod. c. num. 34. diximus de excom.
l Dict. cap. is aut, cum ei annot. &c. præsenti. 5. quæst. 1.

Quæ prohibeãtur interdicto, & tẽpore interdicti.

171 *Interdicto vetantur omnia diuina officia, sacramenta, & sepultura, præter expressa.*

172 *Officia diuina quæ, & permissa quomodo in interdicto generali, num.* 174.

173 *Missa vna singulis hebdomadis licita in interdicto speciali.*

174 *Clerici etiam alteni admittuntur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati.*

174 *Aqua benedicta vt benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti.*

175 *Interdicto in loco, & etiam in Ecclesia clerici recitant horas, num.* 176. *& vt campanæ pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium vsus liceant, n.* 177. *Confessio itẽ, & alia plurima,* 178.

179 *Interdicta quæ priuilegia particularia relaxant, & 2. seq.*

182 *Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an alijs hoc priuilegio & 2. seqq.*

187 *Interdictum non denuntiatũ nõ obligat, neque nullum, & quando tale, & validum violando qui laici, & moniales peccant.*

171 *Eptimo dico*, quod per quodcũque interdictum prohibẽtur omnia diuina officia, sacramenta, & ecclesiastica sepultura (exceptis his, quæ expresse, vel tacite permittuntur) vt colligitur ex cap. *non est*, & alijs *a*, & notatis in eis, & ex definitione interdicti *b*. Ex quo sequitur, quod regulariter prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui ordini, siue maiori, siue minori, vt dicendi epistolam solemniter cum manipulo Subdiacono, & Euangelium Diacono, offerendi vrceolos Acolyto, dicendi missam, aut agendi hebdomadarium, quando peragitur matutinum, aut aliæ horæ canonicæ Presbytero, & ordinandi Episcopo: quia omnia talia exercitia sunt diuina officia, quæ est ratio noua, & firma, non perpensa ab alijs.

a De spon. & c. fin. de excess. prælat. & c. quod in te, de pœn. & remiss. c. respon. de sen. excom. c. quoniam, & c. fin. cod. tit. lib. 6.

b Supra, nu. 164.

172 *Octauo dico*, quod male definierunt Angelus *c*, & aliqui alij diuina officia in hac materia, esse officia diuina in missali & breuiario contenta: quia neque omne in illis ordinatũ est diuinum officium, nec omne diuinum officium est in illis ordinatum: siquidẽ multa sunt ordinata in Põtificali, & multa in missalibus, & breuiarijs, quæ non sunt diuina officia prohibita tempore interdicti. Qualis est benedictio mensæ, & fructuum, qualis baculi, & sacculi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. Possunt autem recte definiri esse officia ordinata in dictis tribus libris, aut in alijs legitime ad vsum ordinum, & aliorum sacramentorum, vel sacramentalium, aut ad horas canonicas.

c Verb. interdictum, 2. parag. 4.

173 *Nono dico*, quod potest dici vna missa quaque hebdomada etiã in Ecclesia specialiter interdicta, ad renouandum sanctum sacramen-

sacramentum, quod asseruatur infirmis, cũ moderatione versiculi sequentis *d*, & etiã plures quam vna, si necessitas infirmorũ id postularet *e*. Et quod possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, sicut prius iamuis clausis, voce submissa, non pulsatis campanis, & excluſis excõmunicatis, & interdictis *f*, expulsis itẽ non habentibus priuilegium iuris communis, aut specialis *g*. Dixi, *In loco generaliter interdicto*; quia in interdicto specialiter non habet locũ, iuxta glossam receptã *h*.

174 Et quamuis Ancharanus dicat, quod talia officia diuina debent fieri per solos clericos, & monachos illius Ecclesiæ, vel monasterij, & nõ per alios, cuius opinio obseruabatur meo tẽpore in Gallia, vbi pauca interdicta ponũtur: sed cõtrariũ, scilicet, quod omnes clerici maiorum, & minorum ordinum, etiã primę tonsurę, vndecunque, & cuiuscunq; Ecclesię, nisi fuerint causa interdicti, possunt admitti ad dicendũ, & audiendum illa, tenẽt Io. And. Dominicus, & Philippus, & alij *e*, quod seruatur in tota Castella, vbi ferũtur infinita interdicta *a*, & etiam in Lusitania, vbi feruntur pauciora, etsi plura, quam in Gallia: sed clerici coniugati non sunt de horum numero: quia quidquid dicat Margarita confessorum, non gaudent nisi duobus priuilegijs, *d* è quibus nõ est hoc, & consequenter, quoad hoc habẽtur pro laicis, vt iam pridem respondimus Salmanticæ, quamquam si esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, valeret illis *e*, etiamsi esset introducta per errorem iuris *f*. Et adeo quidẽ excludendi sunt non habentes priuilegium, vt non sint admittendi ad oblationem, quæ fieri solet in medio missæ, neque sit eis porrigenda pax, neque aperienda fenestra, neq; foramen, per quam intueri possunt corpus Domini nostri *g*. Neque sacerdos potest benedicere aquã absq; prędicta modificatione: neque benedicta illa inspergere populum absque illa ante missam, cum antiphona, *Asperges, &c.* sicuti solet, iuxta Calderinum *h*. Quãquam credimus populum posse sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, & clericum dare ei, tãquam laicum sine peccato, quidquid sentiat idem Calderinus, *i* quia id nullibi prohibetur. Et vox debet esse tã submissa, quę foris non audiatur, vel saltem proferatur ea intentione, vt non audiatur, & cum debita cautione: quia hoc excusaret peragentes officia, quamuis ab aliquibus curiosis audirentur cõtra eorum voluntatem: siquidem tam clare est proferenda, vt alij ab alijs possint audiri in choro *k*. Possunt tamen accipere funeralia *l*, & alias oblationes factas pro defunctis, quamuis sepeliantur extra locum sacrum, & illi essent interdicti, si decesserunt pœnitentes: siquidem potest, & debet rogari pro eis *m*.

175 *Decimo dico*, verum esse id, quod Salmanticę respondimus, & defendimus, sequentes mentem Hostien. *n* cum cap. illud prælegeremus contra Villadiegũ *o*, & satis contra Cald. *p* & Angelum, & Syluestrũ *q*, scilicet, quod in tempore generalis interdicti

a Ca. permittimus de sent. excom.
e Iuxta Hostien. ibidem.
f Ca. fin. parag. adiecimus, de sent. excom. lib. 6.
g Iux. gl. d. parag. adducim. verb. interdict.
b In d. c. fin. verb. eccles.
c In eod. c. fi. Feder. consi. 70. Angel. verb. interdictio, 5 parag. 3. & Syl. verb. interdict. 5. q. 1.
d Ca. 1. de cler. coniug. lib. 6.
e Arg. ca. fin. de consuet.
f Arg. eorum quæ inf. nu. 177. dicũtur.
g Iuxt. clem. 1. cum suis gloſ. de sent. excom.
h Vbi supra.
k Iuxt. mentem text. ca. alma mater, & omnium doctorum.
i Card. in d. memb. 6. col. 20.
m Arg. c. fin. de sepu. & c. à nobis, 2. de sent. excom.
n In c. quod in te, de pœn. & remiſſ.
o De irreg. col. 14.
p Di. mem. 6. col. 12.
q Ver. interdictũ, 6. q. 2.

dicti non solũ vnus, sed etiam duo, tres, & plures recitare possunt suas horas in campo, ianuis, quæ non sunt, non clausis, & domi, & in cubiculo clausis illis, & etiam non clausis, modo nõ audiantur ab alijs non habentibus priuilegium ad audiendũ, quamuis audiant aliqui per transitum, & casu. Et quod etiam intra Ecclesiam potest quis solus nõ clausis ianuis recitare horas ita submisse, vt à nemine alio à se audiatur: & ita duo, vel tres diuisi in aliquo sacello, aut tam submisse, aut tam seiuncti à populo, vt audiri nequeant, & à fortiori intra vnum sacellum clausum, quãuis ianuæ Ecclesiæ, vbi illud est, sint apertæ, quidquid dicant Hostiensis, Ioannes Andreas, & Cardinalis *b*: quia intentio iurium, quæ permittunt diuina officia cum prædicta moderatione in Ecclesijs, non est excludere alia loca, vt ponderabat Villadieg. *c* imo à fortiori includere illa, vbi regulariter non audiuntur ab alijs, permittendo ea dici in Ecclesijs, vbi solent audiri: & principalis scopus prohibendi diuina officia est ne audiantur à laicis *d*, cum non obstante illo quisque clericus teneatur dicere suũ officiũ *e*. Dixi, *tempore interdicti generali*; nam in loco specialiter interdicto non esset licitum quidquam horum facere, neque clausis ianuis, neque apertis *f*.

b Ind. c. quod in te.
c Vbi supra.
d Arg. d. cap. quod in te, & d. c. alma mater.
e Gloss. recep. c. 1. de cler. excom. facit glos. ordin. c. illud, eo. tit. & cap. presbyterum 28. dicti.
f Arg. glo. de c. alma, verb. ecclesiis,

176 *Vndecimo dico*, quod nõ prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quã vocant Aue Maria, neque benedictio mensę *g*, neq; ea qnã Episcopi iter facientes concedunt. Neque prohibetur lectio, neq; declaratio psalmorũ, aut euangeliorũ, aut aliorũ similium, quæ in diuinis officijs dicuntur, cum non prohibeatur prędicatio *h*, neq; oratio priuata in Ecclesia, etiam illis ipsis, quorum causa positum est interdictum, licet illi sint interdicti personaliter *i*, neq; dare, neque accipere aquã benedictã in ingressu Ecclesię: neq; cantus laicorum, etiamsi cantẽt litaniã, aut psalmos, & laudes Dei, aut eius Sanctorum in suis confraternitatibus, etiam intra Ecclesias *k*, neque excommunicare, neque absoluere excõmunicatum absque stola, & solẽnitate sacerdotali, iuxta Innocent. *l* & Calder. *m* neque etiã introducere puerperã in Ecclesiã ad reddendum Deo gratias in illa, etiam cũ confessione generali absque stola, & ornatu sacerdotis *n*, neque consequẽter confessio generalis, quam solent facere laici sacerdoti *o*, neq; adoratio crucis in die Veneris sancto *p*, neque recommendatio animarum defunctorum *q* neque alia similia: quia non sunt diuina officia. Et quamuis laici non possint sepeliri in loco sacro tali tempore, neque extra illum cum officio diuino, licet sublato interdicto deferri debeant ad illũ, & si sepeliantur in illo durante interdicto, non sunt extrahendi *a*. Clerici tamen seruantes interdictum, possunt sepeliri in loco sacro absque solemnitate, quia id eis permittitur *b*, quãuis sint coniugati, si consuetudo præscripta habet, vt clericus cõiugatus cũ vnica & virgine, perinde possit interesse diuinis tẽpore interdicti, ac alij non coniugati, alias nõ, iuxta dicta supra *c*.

g Chald. vb. sup. col. 16.
h Ca. responsio, de sentes excommun.
i Iuxt. Monal. recepr. per Angel. verb. interdictum, 6. parag. 14.
k Card. vbi supra, mem. 6. col. 10.
l In ca. fi. de excess. prælat.
m Vbi supra.
n Cas. vbi sup. col. 3.
o Idem ibid. col. 14.
p Idem ibid. col. 15.
q Calder. vbi sup.
a Iuxt. gl. receptam, ca. à nobis verb. forma, de sent. excom.
b Dict. cap. quod in te.
c Bod. cap. num. 174.

Ad quæ-

Ad quęsitum, an dictum Calderini de litanijs habeat locum in clericis? Respondeo habere: quia litaniæ cum cantu, vel sine cantu absque solemnitate consueta crucis leuatę, superpelliciorum, & ordinis procedendi, de quibus loquitur Calderinus, licet tam clericis, quam laicis: cum prædicta vero solemnitate neutris, licet minus clericis quam laicis: quia hæc sunt diuinum officium, illę vero nequaquam *d*.

d Per dict. supra.

177 *Duodecimo dico* quod non possunt pulsari campanæ, neque campanulæ ad horas canonicas *e*, quamuis sic ad alios fines, veluti ad Aue Maria prędictũ, aut ad ostendendũ reliquias, aut notificandũ horas, aut prędicandum, aut ad aliud quod nõ sit officiũ diuinũ *f*. Vnde fortassis originem duxit Salmanticensis consuetudo pulsandi ad interdictum (hoc est ad notificandum illud) horis quibus finięda erat pulsatio ad primã, & ad vesperas. quę tamen etsi nostra sententia iã excuset à pœna, & à peccato, ob id quod potuit sua antiquitate effectum interdictorũ quoad hoc minuere, tamen non excusasset in exordio, neque modo excusaret, vbi primum inciperetur, quia esset manifesta fraus, vt ad aliud propositum dixit Calderinus *g*. Neque etiam potest Episcopus tempore interdicti publice benedicere solẽniter cum baculo, & versu, *Adiutorium nostrum, &c.* secundum Calderinum *h*, neque benedicere Abbatem, neque Abbatissam, neque consecrare calices, altaria, virgines, neque benedicere corporalia, & alia ornamenta ad dicendum missam, neque vela monialium, neque ipse, neque parochus possunt benedicere aquam, vt declarauit bene Federicus *i*, & Calderinus *k*, neque candelas in die Purificationis, neque palmas, & ramos in Dominica palmarum *l*, neque missam, quam siccam dicunt, sine consecratione, Syluest. *m* quia sunt diuina officia. Dixi, *Publice*, quia clam ianuis clausis, &c. bene possunt, iuxta eundem, quia non sunt, vt ille dicit, sacramenta, sed diuina officia ad facienda quędã sacramẽtalia: & ideo etiã fieri possunt in festis, in quibus tollitur interdictũ, de quibus infra *n*, iuxta Federicũ *o*.

e Cald. vbi sup. membr. 5. col. 16.

f Calderi. d. memb. 6. col. 16 receptus communiter in c. fin. de sent excom. lib. 6.

g Dict. mem. 6. col. 6.

h Memb. 6. col. 16.

i Consil. 3. col. 2. & 3.

k Vbi supra, col. 14. & 15. & seq.

l Calder. d. col. 15.

m Verb. interdictum, q. 1.

n Eod. cap. num 182.

o In dict. consil. 3. & Calder. vbi sup.

178 *Decimotertio dico*, quod sola & omnia illa sacramenta, & sacramentalia, quę ius, aut priuilegium exprimit, aut tacite permittit, sunt permissa in loco interdicto siue interdictũ sit generale, siue speciale, iuxta Calderinum: quale est sacramentũ baptismi pro paruulis *b*, & etiã pro adultis *c*: qualia sunt catechismus, & exorcismus, & vnctio olei, & chrismatis, siquidẽ in baptismo iubentur hęc fieri *d*: quale est etiam sacramentũ cõfirmationis *e*, & cõsecratio chrismatis, quę ad id, & baptismum est necessaria *f*, & eadẽ ratione conseruatio olei baptizandorum. Quale est sacramentũ pœnitentiæ pro infirmis, & etiam pro sanis *g*, qui non fuerint excõmunicati, neque interdicti, neq; fuerint causa interdicti sua culpa, neque consiliũ, neque fauorem, neque auxiliũ præbuerint delicto, ob quod fuit positũ. Siquidẽ hi nequaquam sunt admittendi ad sacramentũ pœnitẽtię, nisi satisfa-

a Memb. 6. col. 19.

b Capit. non est, de spons.

c Ca. quoniã, de sen. excõ. lib 6.

d Ca. accepisti, de cõsecr. dist. 4.

e Ca. respõso, de sent. excommun.

f Dict. cap. quoniam.

g Dict. cap. non est.

satisfaciant prius si possunt, sin minus, præbeant idoneã cautionem, iurando se daturos operam fideliter, vt satisfiat per se, aut per alios *i*. Quale est etiam Eucharistia, siue viaticũ *k*, solum in articulo mortis *l*, & sic non potest dari sanis, quamuis sint clerici, & religiosi, iuxta Calder. *m* & Philippum *n*.

179 Quod verum est, nisi haberent priuilegia, quibus nõ præiudicaret bulla S.D.N. Gregorij XIII. transcripta infra *o*, licet secundum ius commune possint sumere, quãdo celebrãt: quale est celebrare semel in hebdomada ad renouandum sanctissimũ Sacramentum *p*: quale etiã pulsare campanulã, quando fertur ad infirmos, & etiã ostẽdere ipsum in reditu vbi mos est *q*, partim quia videtur iustũ & decorũ, partim quia nõ est de actibus prohibitis per interdictum cõspectus S. Sacramẽti, nisi in missa. Quale est etiã sacramẽtũ matrimonij *r*, etiã inter interdictos personaliter, & specialiter, iuxta Card. *s* sed non est talis benedictio nuptiarum, iuxta Hostien. *u* receptum per communẽ *x*, & Calder. *y* Non est etiam tale sacramentũ extremę vnctionis *z*, etiam quoad clericos: quia quamuis sint priuilegiati quoad sepulturam, non tamen quoad extremã vnctionem, iuxta Ioan. And. *a* neque religiosis potest dari extrema vnctio, secundum ius commune. Neque etiam est tale ordinare in loco interdicto, iuxta Innocẽt. *b* neque extra illum, si ordinator, vel ordinatus sint interdicti personaliter, Panorm. *c* & melius Cald. *d*

180 *Decimoquarto dico*, quod priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, cum prædicta moderatione, non valet ei, qui fuit causa eiusdem, aut cuius culpa, aut fraude fuit positum, aut commissum delictum, ob quod fuit positum: ei autem qui hoc non commisit, si est persona singularis, valet, non solũ pro se, sed etiam pro suis familiaribus domesticis, qui nõ sunt fraudulenter recepti, ad audiendum, aut celebrandũ cum illo *e*, sed si est collegium non valet, nisi collegis *f*.

181 Et quanquam in alijs materijs per familiares, & domesticos intelligãtur mulier, filij, nepotes, serui, & famuli illi subiecti, qui ratione potestatis paterne, vel dominij degunt cũ illo *g*, in hoc tamen casu nõ sumitur tã late, iuxta Ancharanũ *d*: & sic nostro iudicio, in hoc casu illi tantum intelligendi sunt familiares & domestici alicuius, qui eũ de more comitãtur. Hęc enim ampliatio huius priuilegij fit ne inutile sit, vt posset esse, nisi sic ampliaretur ad multos, qui sine comitatu nõ possunt honeste ad Ecclesiam ire, aut celebrare in ea, iuxta glossam solemnem, quę penultima est *e*, & commendata ad pulchram conclusionẽ per Decium *f*. Et sic clericus qui habet vnũ famulum laicum, potest dicere missam in Ecclesia seruiente illo, siue receperit ante interdictum, siue post, & in eius locum, si egrotaret, vel abesset, posset sumere aliũ etiam non laicum, Calderinus *g*. Addo etiã quod priuilegia cõcessa aliquibus religiosis, vt tẽpore interdicti possint admittere ad diuina officia suos cõfratres, intelligũtur de

h Dict. c. fi.
i Dict. c. fin. para. illis.
k Dict. cap. quid non te.
l Gloss. d. c. si recepta.
m In d. mẽbro 6. col. 22.
n In d. c. fin. para. adiicimus & para. seq.
o Nu. vlt.
p Ca. permittimus, de sẽtent. excom.
q Calde. vbi sup. membro 6. colum. 19.
r Dict. cap. quoniam.
s Gloss. dict. cap. fin.
t Dict. mem. 6. col. 21.
u In d. cap. non est.
x Ibidem.
y Di. memb. 6. col. 22.
z Dict. cap. quod in te.
a Dict. cap. quod in te.
b In d. cap. non est.
c Ibidem.
d Membr. 7. col. 22.

a Ca. licet ps rag. cum conceditur de priuil. l. 6.
b Dict. cap. licet.
c Iuxt gl. & determinationẽ Arer. & Felin. in c. in literis de testibus.
d Cap. licet.
e Di. c. licet. f In c. cum ordinem, de reseri. col. 2.
g Vbi supra memb. 6.

tur de illis, qui licet sint, & maneant extra monasteria, tamen se addixerunt illi ordini mutato habitu seculari, aut donarunt inter viuos sua bona suo ordini, seruato sibi quamdiu vixerint vsufructu *h*. Eodē modo, qui habent priuilegia, quod tempore interdicti possint admitti ad diuina officia, possunt sepelri in cœmeterio, iuxta Calderinum *i*, quem sequitur Angelus *k*, licet Federicus *l* in contrarium inclinet, cuius opinio facile defendi posset, si consideretur sepultura pro principali, & officium pro accessorio, sicut & opinio Calderini consideratione contraria, & tamquam fauorabilior seruanda videtur.

h Ca. vt priuilegia, de priuil.
i In 6. mem. col. 24.
k Verb. interdictum 6. parag. 35.
l Cons. 3.

182 *Decimoquinto dico*, quod etiam possunt fieri omnia diuina officia festis Nauitatis, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Dominę nostrę dieb⁹ solū, & nō octauis, etiam sine prædicta modificatione, apertis ianuis, cāpanis pulsatis, & alta voce, exclusis excōmunicatis, & admissis interdictis: ita tamē, vt quorū culpa tale interdictū positū fuit, nō accedant ad altare: quia id expresse permittitur *m*. Quod idē postea permissum fuit in festo Corporis Christi, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium IIII. in suis extrauag. quæ legi solent intra octauā eiusdem festi, & in die Conceptionis, & sua octaua Virginis Matris in Ecclesia, in quibus dicitur officium ordinatū per protonotarium Leonardum Nogarolum, & eius missa, quę incipit, *Egredimini*; & non in quibus illud non dicitur, vt monuimus *n*.

m Per c. alma mater. parag. in festiuitatibus, de sent. excom. lib. 6.
n In Enchir. siue Manual. de ora. & hor. canon. siue repet. c. quā do, de cons. dist. 1. c. 10. nu. 6.

183 *Decimosexto dico*, quod in diebus, in quibus à iudice suspēditur interdictū, id omne & solum, ad quod suspenditur potest fieri in illis: ita quod si non suspenditur ad illud, quā ad sepeliēdum aliquem, aut faciendam certam missam, aut certum officium, aut dandum certum sacramētum (vt sæpe fit Salmanticę) non potest fieri nisi illud: & ideo cum suspenditur aliquod interdictum, scire oportet quoad quantum tempus, & quoad quę officia illud suspenditur, quod tenor suspensionis monstrabit.

184 Et si nouerimus interdictum esse simpliciter suspensum in vnum diem, vel dimidiatum, poterimus in eo facere omnia quæ possunt fieri, si nullum esset interdictum. Si autem nouerimus esse suspensum quoad officia diuina tantum, vel ad aliquot missas tantum faciendas, non licebit facere alia: & ita nō licebit alia sacramenta, vel sacramentalia dare, suscipere, vel facere. In prædictis autem quatuor diebus suspenditur à primis vesperis illorum *b*, vsque ad completorium inclusiue diei, aut octauæ postremæ, Archidiaconus, Dominicus, & Perusinus *c*.

b Arg. 1. & 2. de feriis.
c In c. fin. de sent. excom. lib. 6. contra glo. antepen. eiusdem.

185 Et suspēditur illis diebus *d*, quoad omnes missas, & omnia diuina officia illorum festorum, & quęuis alia tam publica, quā peculiaria, & tā ordinaria, quā extraordinaria, iuxta glossam receptā *e*: quia textus dicit generaliter missæ celebrētur, & alia diuina officia dicantur sicut prius, & quia sic vsus habet.

d In d. c. fin. parag. festiuitatibus, de sent. excom. lib. 6.
e Verb. sicut prius, per Domin. Perus. & comm. ibid.

186 Et consequēter publice potest Episcopus in illis consecrare Abbates, Abbatissas, calices, Ecclesias, virgines, corporalia, & alios

alios apparatus altaris, vela, & omnia alia, quæ fieri possent secreto prædicto tempore, de quibus supra *f*. Et quamquam alias nobis visum fuit, quod die corporis, & Conceptionis, & eorum octauarum, non poterant peragi, nisi officia diuina eorum festorum, ponderantibus illud verbum, *Huiusmodi officia*, quod est in dicta extrauagãte Martini V. & Eugenij IIII. quia tamen mẽs auctoris videtur fuisse suspendere quoad illos dies tantũ, quantum suspendebatur à iure quoad prædictos quatuor dies, & etiam amplius: siquidem suspẽdit quoad octauas: & quia videtur sic eam interpretari consuetudo, dicimus permissum esse in illis omne id, quod permittitur in prefatis quatuor festiuitatibus, & etiam in omnibus aliorum Sanctorum prædictorum ordinum, in ecclesijs, in quibus suspenditur.

f Eod. c. nu. 177.

187 *Decimoseptimo dico*, quod nemo tenetur nostra ætate seruare interdictum aliquod, nisi denuntiatum, vt supra dictum est de suspensione *a*, & de excommunicatione *b*, per extrauagantem *ad euitanda*, cuius tenor de verbo ad verbum refertur supra *c*. Nec quando interdictum est in se nullum, & nullitas est sufficienter publicata, exceptis religiosis, qui debent illud obseruare, si Ecclesia matrix id obseruat, vt dictum est supra *d*. Interdictum autem est nullum regulariter in eisdem casibus, in quibus excõmunicatio, de quibus supra *e*.

a Eo. c. n. 113.
b Nu. 15. & 35.
c Eod. c. n. 39.
d Eo. c. n. 146.
e Eod. c. n. 4.

Decimooctauo dico, quod laicus non dicitur violare interdictum vllũ, quãuis sit validũ & denuntiatũ, audiendo missam, vel alia diuina officia in loco interdicto, etiã ab eo qui dicendo ea peccet, & quãuis audiat cum aliquo personaliter interdicto, iuxta Caiet. *f* exceptis quatuor casibus, in quibus peccaret, quãuis nõ incurreret irregularitatẽ. *Primo*, cũ ipsemet est interdictus personaliter, etiãsi interdictum sit generale oppidi eius, quidquid ille dicat *g*. *Secundo*, cũ expresse, vel tacite est causa, quod illa dicantur, rogãdo, iubẽdo, aut prębẽdo ad id causam sua præsentia, & auditione: quia faciẽtes, & cõsentiẽtes, & c. *h* *Tertio*, cũ dicit talia officia, qualia dicendo violarent clerici *i*, vt sentit Calderinus *k*, affirmãs quod tali casu potest puniri per iudicẽ ecclesiasticum, quia delictum est ecclesiasticum. *Quarto*, cũ mentiendo asserens se esse clericum minorum, aut habere priuilegium, intraret ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur clausis ianuis.

f Verb. interdicti violat. parag. pen.
g Ibid.
h Arg. c. 1. ad Rom. & c. 1. de offic. del. & facit optime gl. fing. cle. in fin. de priuil.
i Arg. ration. c. pastoralis parag. 1. de cleri. excom. min.

Decimonono dico, quod monachi, & moniales, qui nullũ ordinẽ habent, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis: quia merẽtur includi ob id in alijs monasterijs strictioribus quo faciant pœnitentiam *l*: & licet non incurrant irregularitatem, fiunt tamen ineligibiles actiue, & passiue, iuxta Calderinum *m*. Et à fortiori clerici, qui violant interdictum peccãt mortaliter, quantumlibet dubitet Caiet. *n* & censentur violare quoad hunc effectum, quoties faciunt quod illis est prohibitum per interdictum personale, & quoad effectum incurrendi irregularitatẽ, illis tantum vicibus quibus supra dictum est *o*.

k In d. membro 6. col. 10.
l Di. c. pastoralis.
m Di. memb. 6.
n Vbi sup.
o Cap. 25. n. 8. & 84.

De cessatione à diuinis.

188 *Cessatio à diuinis quid, & est duplex, & in his differt ab interdicto.*
189 *Cessatio qualis, & cur ponatur post interdictum.*

188 VIgesimo dico, quod cessatio *à diuinis est quædam desistentia à diuinis officijs, & ab administratione sacramentorũ*, iuxta mẽtem Innocentij, & cõmunis *a*: quæ est duplex, generalis, quæ fit in loco vniuersali, vt ciuitate, oppido, aut parochia; & particularis, quę in particulari, vt in Ecclesia, aut ecclesijs. Quo fit, nõ esse certum, quod ãsserit auctor compendij priuilegiorum *b*, allegans in hoc duos doctores Salmanticenses, scilicet, cessationem à diuinis generalem, & interdictum generale esse idem, contra mentem Calderini *c*, & Cardinalis *d*, vbi Bonifac. *e* declarat. Tũ quia, vt supra *f* dixi, cessatio non est censura, & interdictum sic. Tum quia secundum Innocentium *g* receptum ibi per Antoninum, Panormitanum, Perusinum, & Præpositum, qui transgreditur cessationem à diuinis etiam particularem, non est irregularis: & qui transgreditur interdictum, quamuis sit generale, sic: quod optime probat Bonifacius *h* post Cardinalem, & Imolã, licet Ioan. And. *i* quem sequutus fuit Angelus *k*, teneat contrarium, sed male, vt demõstrauimus Salmanticę *l*. Tum quia ipse Angelus *m* fatetur cessationem particularem, non esse idem, quod interdictum particulare, neque facere sui transgressorẽ irregularem *n*, ob idque qui habet priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit tẽpore cessationis *o*, neq; qui habet priuilegium audiẽdi tempore cessationis generalis, poterit tempore specialis, quamuis verum sit, quod interdictũ generale, & cessatio generalis æquãtur quoad modificationem prædictam *p*, & quoad rigorem prædictæ clem. *q*

189 Rogati vero cur ponatur sępe cessatio post excommunicationẽ, & interdictum, quibus non est paritum, si interdictum est fortius illa: Respondeo, quod hoc non fit, nisi à summo Põtifice: & quod ille non ponit cessationẽ generalem post interdictũ generale, sed aliud interdictum speciale, aut cessationẽ specialem, quę aufert celebrationem diuinorũ officiorum etiã clausis ianuis, &c. Cæterum quãdo feruntur simul interdictum, & cessatio specialis, ponderandæ sunt diligenter literę, & secundum eas iudicandum. Tum quia transgressor censetur irregularis ea ratione, qua est interdictũ, & nõ ea qua est cessatio, per prædicta. Tũ quia interdicta, & cessationes posita à summo Põtifice nonnumquam sunt strictiora, nonnumquam vero laxiora, quã communia: tantum enim, & nõ plus obstringunt, quantum ille vult, secundum omnium sententiam. Alia de cessatione vtilia, sed confessarijs non vsque adeo necessaria, tradit nouissime vir eruditissimus, & clarissi. Alphon. Aluarez Guerrerus Præses Regius in Regno Neapolitano, in suo laude dignissimo Iuris Ponti-

a In c. dilectis, de appẽ. & c. irrefragabili de offic. ordin.
b Verb. interd. 1. parag. 17.
c Vbi supra, memb. 3.
d In clem. 1. parag. in cessationis, de sen. excom.
e Num. 4.
f Eod. ca. nu. 164.
g In d. c. irrefragabili n. 4. & in d. c. dilectis, n. 3.
h In d. cle. 1. n. 90.
i In c. si canonici de offic. ordin. l. 6.
k Verb. cessatio.
l Repetentes dictum c. dilectis.
m Verb. cessatio.
n Ca. is qui de sen. excom. l. 6.
o Arg. c. priuilegia, 3. d. & c. porro & c. fine de priuileg.
p Di. c. alma.
q 1. de sen. excom.

Pōtificij, ac Cæsarei Speculo, varia eruditione referto *a*. Qui tamen potius referre, quā probare videri debet Phil. Francum *b*, dicentē, cessationem generalem positam ab habente potestatē eam ponendi, vim interdicti ad inducendam irregularitatē habere, quum paulo ante cum communi cōtrarium recte teneat.

a Ca. 37 de ecclesiastico interdicto.
b In c. ñ canonici, de offi. ordin.

190 Porro, vt quod adnumerū vltimum huius ca. retuleramus, hic opportunius expediamus, multa super interdictorū suspensione priuilegia sunt à Sede Apost. concessa religiosis, quorum summā hoc in loco in vulgari scripseramus, sed quia putam⁹ ea esse sublata per *c* Conc. Trid. consulto etiam super hoc S. D. N. eam prętermittimus, desiderantes, vt Sanctitas eius faceret illis facultatē suspendendi interdicta in diebus tantū, & nō Octauis Sanctorum sui ordinis, modo eandem faceret etiam parochis, quoad dies Sanctorum suarū Ecclesiarum patronorum, quam pijs faciet, si humiliter petatur. Dixi, *In diebus tantum*, ne nimis enerueturneruus cēsuræ ecclesiasticę. Dixi, *modo*, *&c.* vt seruetur æqualitas & concordia, 'qua, vt post Salluſtiū *d* ait Hieron. etiā paruę res crescunt, vt discordia magnæ dilabuntur. Nō arbitror tamē eis sublata priuilegia super necessitate, vel modo prę sentandi ordinarijs Confessarios, quia credimus, quod per præfatū *e* solū tolluntur eis priuilegia contraria iuribus cōmunibus, quæ in capitibus præcedētibus eiusdē tituli iubentur seruari, & in nullo illorū iubetur seruari ius cōmune præsentādi præfatos Confessarios, sicut ius cōmune de interdictis seruandis iubetur seruari *f*, & alia in aliquibus alijs. Qua ratione idem dicendū est de alijs priuilegijs concessis eis contra alia iura communia, quę non iubentur in illis seruari. Et hęc quidem de tribus censurarū ecclesiasticarū speciebus, puta excōmunicatione, suspēsione, & interdicto dicta sufficiant. Veniamus nunc ad irregularitatem.

c Cap. 12. & postremum, de reg. sess. 25.
d Sallust. in bello Iugur.
e Fin. de reg.
f In d. c. 12.

De irregularitate, & de eius multiplicitate, & regulis generalibus.

191 *Irregularitas quid, humanum inuentum est, tollitur manente peccato, & est quintuplex, nulla mentalis tantum, num.* 192.

193 *Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori, sed sic in interiori.*

194 *Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis.*

191 PRimo dico, quod nomen *irregularitas* est parum Latinum, & generaliter acceptum significat id quod aliquem extra regulam ponit, quia componitur ab in, pro non, & regularis, secundum omnes. Sed irregularitas accepta, vt in hac matē. ria sumitur, definiri potest ex mente canonum, & Innocentij *a* communiter recepti, paulo cautius quam definiat Speculator *b*, & Villadiegus *c*, Nicolaus *d*, S. Antoninus *e*, & Aluarus *f*, & alij alibi, *esse impedimentum inductum à iure canonico, directe impediens*

a In c. nisi n. 7. de renun.
b De disp. parag. iuxta.
c De irreg. cōclum. 1.
d De irreg. e 3. part. tit. 28 c. 1.
f De plan. eccle. l. 1, a. 46.

impediens acceptationem ordinum Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorum quatenus sunt ordines, etiam post pœnitentiam. Dixi, *impedimentum*, pro genere, *& inductum à iure canonico*, ad significandum non esse inuentum iuris naturalis, neque diuini. Dixi, *directe impediens*, ad differentiam excommunicationis, suspensionis, interdicti, & aliorum impedimentorum canonicorum, quę quamquam ordines, & eorum vsum impediunt, quatenus sunt communicatio, aut sacramenta, aut beneficia ecclesiastica, non tamen quatenus sunt ordines, saltem directe. Dixi, *aut aliquem vsum acceptorum*; quia aliqua irregularitas impedit acceptionem, & nō vsum acceptorum, & aliqua vnum vsum, & non alium g, vt statim dicetur. Dixi, *post pœnitentiam*, ad maiorem eius naturæ declarationem, & ad significandum posse quem absolui à peccato, quo irregularitas incurritur, remanente ipsa, secūdum Cardinalem h, quidquid innuat extrauagans 1. de priu.

g Cap. 2. de cler. ægro.

h In clem. dudum, parag. ac deinde q. 8. de sepult. i Ca. ad audiētiā, de homi.

Ex quo *sequitur primo*, quod recte dixit Innocentius i, omnem irregularitatem inductam esse à iure canonico humano, quāuis aliqua eius origo in veteri testamento fuisset, secundum mentem gloss. k

k parag. 1. de consecr. d. 1. l In prin. ver. irregular.

Secundo, quod incaute Syluester, & Tabienna l significauerunt irregularitatem esse suspensionem, & plus aliquid. Tum quia irregularitas non est censura ecclesiastica, suspensio vero sic m. Tum quia est species pœnæ multum differens ab illa.

m Ca. quæreti, de ver. sign.

Tertio, quod incautius Speculator n significat omnem excōmunicatum, & suspensum, aut interdictum esse irregularem.

n In d. parag. iuxta.

192 *Quarto*, quod iuxta mentem textuum (omissis multis modis diuidēdi Doctorum) irregularitas diuidi potest in quinque species, quæ manāt ex quinque defectuum generibus, scilicet, sacramenti, corporis, animę, lenitatis perfectæ, & delicti, quamquam Aluarus Pelagius dixit esse innumerabiles o: quod verum esse potest accipiendo eam generalissime, sed non accipiendo specialiter, vt prædictum est; quia in solis casibus iure expressis incurritur p.

o In l. de plāct. Eccles. l. 1. ar. 24. arg. c. fin. 15. q. 1. p Ca. is qui, de sen. excō. li. 6.

Quinto, quod prima regularum, quibus regulanda est irregularitas est, quod nulla earum incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id ob quod imponitur, & ideo nulla est mentalis, vt infra dicetur a.

a Nu. 226.

193 *Secundo dico*, quod vt Panormitanus b receptus per cōplures recentiores dixit, in foro exteriori nemo in dubio irregularis iudicādus est, quamuis in interiori secus, in quod est aptus textus in cap. *significasti* 1. c Interius autem reputatur non solū forum pœnitentię, sed etiam cōsilij, secundū Villadiegū d. Cuius differentiæ ratio non est, vt diximus e, quod in rebus dubijs nō sit accipienda pars securior, sed quod nemo potest facere absq; peccato id, de quo dubitat an sit peccatū, nec ne, & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat an debeat condemnari nec ne, propter ibi allegata, monstrādo, quod

b In c. ad audientiam, de homi.

c De homic. d De irregul. colum. 43.

e In c. si quis autē, de pœn. d. 7. a n. 35.

Inno-

Innocēt *f* non dixit, quod ei Panormitanus, & alij imponunt. 194 *Tertio*, quod licet irregularis, qui celebrat, antequam obtineat dispēsationem, peccet mortifere *g*, nō tamen incurrit nouam irregularitatem. Tum quia Innocentius *h* receptus id dicit *primo* de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis. Tum quia paulo post idem asserit de irregulari ob magni criminis notorietatem. Tum quia ratio eius, scilicet, quod id iure non cauetur, & quod Sedes Apostolica, quando dispensat cum præfatis irregularibus qui celebrarunt, solum dispensat super irregularitate, quam ante celebrationem incurrunt, militat in alijs. Tum quia firma ratio dictorum Innocentij, quam nec ille, nec alius aduertit, est quod, vt supra diximus, irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, & ita celebrās ille irretitus nullam violat censurā, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatē, & illa non incurritur, nisi cū exprimitur, vt mox dicetur.

Quarto, quod potestas absoluendi à peccatis ad dispensationē irregularitatis non extenditur, Dominicus, & Alexander per illum textum *i*, neque potestas quę per bullas Papę ad absoluendum, vt recte dixit Villadiegus *k*, & probatur latius infra *l*.

Quinto, quod nemo sit irregularis, nisi in casibus à iure expressis. *Sexto*, per quam respondetur quæstioni circa hæc propositę, videlicet, quod irregularitas quamlibet occulta, tantum nocet quoad forum conscientię, quantum publica, & ęque necessaria est dispensatio in vtraque. Nec obstat, quod Castrensis *m* loquens de illegitimitate occulta contrarium teneat. Tum quia nouum, & sine textu, & efficaci ratione dictum contra communem, Anton. *a* & contra textum fere expressum *b* ibi, *si tamen culpabiles*, & causa. *c* Tum quia est contra omnem vsum Ecclesiæ hactenus seruatum. Tum quia communis efficaciter colligitur ex *d* Concil. Trid. cuius verba sunt: *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, exceptis ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per se ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.*

Ad quęsitū autē circa hoc dico, eum qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium, debere occulte dispensationē impetrare, & si scienter accepit possessionem, quia per id incidit in intrusionem, quę fecit eū inhabilem ad illud, iuxta citata per Felinum *e*, debet facere mentionē de illa in impetratione à Papa, vel certe impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collationem ab ordinario, modo non fuisset reseruatum Papę, quando obtinuit illud, quod nuper consuluimus.

f In d.c. ad audientiam.
g Arg. ca. fin. temp. ord. & c. inquisitionis, de accus.
h In c. si celebrat. nu. 3. de cler. excom.
i In c. minoza 50. d.
k Vbi supra in fin. I Nu. 254.
m Li. 2. de lege pœn.
a In c. 1. de fil. presbyt.
b Ca. nisi pareg. persona.
c De renuntiat.
d Ca. 6. sess. 24.
e In c. in nost. coroll. 4 referib.

Septimo, colligitur ex *f* Conc. Trid. quod in omni irregularitate descendenti ex delicto occulto, & non deducta in iudicium, excepta ea quæ descendit ex homicidio voluntario, potest Episcopus dispensare. Ex quo *g* nota *primo*, quod difficilior impetratu est dispensatio super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorum, quàm iniustorum non voluntariorum: quia illa à solo Papa potest haberi, vt clare colligitur *h*, hæc vero etiam ab Episcopo. *Secundo*, nota textum expressum contra Castrēsem *i*, ad hoc quod omnis irregularitas descēdens ex crimine quamlibet occulto, indiget dispensatione, licet hęc dari possit hodie ab Episcopo. *Tertio*, quod per illud non datur Episcopis vlla potestas dispēsandi super vlla irregularitate occulta, descendente aliunde quam ex delicto, & consequenter, neque super illegitimitate, vt dicitur infra *k*.

f Dict. c. 6.
g Eod. c. 6.
h Ex d. c. 6.
i Vbi supra.
k Nu. 201.

De prima specie irregularitatis ex bigamia.

195 *Bigamia quid, est triplex, & quælibet iuris humani, delebilis à Papa, & similitudinaria etiam ab Episcopis, quæ non contrahitur à laico contrahente nulliter cum vidua, &* 2. *seq.*

195 *Dico primo*, quod *bigamia est status coniugati cum duabus coniugibus, siue ante, siue post baptismum ductus a*, de qua secūdum glossam *b* fuit statutum, vt esset impedimētum ordinum, ob quatuor, scilicet, quod bis coniugatus non potest apte significare vnionem Iesu Christi cum Ecclesia vnica sua, & sancta sponsa, iuxta cap. *debitum c*, cuius glossa recepta *d* id late declarat, & quod excellentia Sacramenti ordinis hoc meretur *e*, & quod est signum incontinentiæ *f*, & quod ad persuadendam castitatem auctoritatem adimit *g*.

Secundo dico, quod triplex est bigamia, scilicet, vera, interpretatiua, & similitudinaria, iuxta glossam receptā *h*, quam sequūtur ibi Antoninus, & alij, & dixit antea Rota *i*, & declarauit Speculator *k*. Vera est eius, qui habuit, & cognouit duas vxores veras, alteram mortua altera *l*, quamuis vtramque, vel alterā antequā fuisset Christianus, habuisset *m*. Interpretatiua est, quam incurrit is qui fingitur duas vxores habuisse: qualis est contrahens cū vna sola, sed vidua, aut cū corrupta per alium *n*, secus si per se *o*. Idem si cum virgine, quam post commissum adulterium ab ea cognouit *p*, quamuis per ignorantiā id contingeret *q*: qualis est etiā cōtrahens cum vna validum matrimonium, cum alia inualidum, aut cum duabus de facto, cum neutra valide, ob aliquod impedimentum viuētibus ambabus, aut cum vna, mortua altera. Similitudinaria est, quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solemni adstrictus cum aliqua etiam vnica contrahēs, & consummās *r*, licet illa sit virgo, vt sentit Angelus *s*, cui consentiunt Syluester *t*, & S. Antoninus *u*. *Primo*, per d. cap. *quotquot*.

a C. acutius, 26. d. glos. vna, ead. d.
b In summa eiusdem d.
c De bigam. d Verb. Sacramentum.
e Dict. c. vna.
f Ca. proposuisti, 32. d.
g Dict. c. vna.
h In ca. 2. de bigam.
i Quæ in nouissimerubricatis est prima eiusdem tituli, decisione 447. in nouis.
k De d. pen. parag. iuxt. n. 26.
l Di. c. debitum. m Di. c. deinde, & c. acutius, 26. d.
n Cap. maritum, 33. d.
o Glo. recep. in d. c. fin. de bigam. & c. 2. de cler. coniug.
p Ca. si cuius, 34. d.
q Glo. recep. in d. ca. si cuius, Panor. in c. si vir. de adult.
r Ca. quot quot, 27 q. 1. & c. si de bigam.
s Ver. bigam. parag. 9.
t Ver. bigam. in prin.
u 3. par. tit. 23. c. 1.

Secundo,

Secundo, quod licet neque de iure, neq; facto contrahat cũ duabus, vel vna corrupta valide, tamen habet affectum contrahẽdi cum opere subsequuto, postea quam per ordinem sacrũ, vel votum solemne contraxit similitudinarie cum Christo. Dixi, *Ordine sacro insignitus, vel voto solemni adstrictus*, ad significãdum, quod nec laicus, nec minoribus tantum initiatus, conntrahens cũ vidua, siue corrupta, inualide, siue nulliter propter aliquod impedimentũ efficitur irregularis, vt in sacra Pœnitẽtiaria nuper cõclusum fuit. Tum quia nullo iure id cauetur, & irregularitas nõ contrahitur, nisi in casibus à iure expressis *x*. Nõ obstat Rota *y*, quæ per cap. *finale* *z*, tenuit contrarium in clerico minorum ordinum: quia non aduertit integram rationem decidendi illius cap. *final.* esse prędictã, quę cessat in tali clerico. Tum quia non obstat cap. *nuper: a* quia loquitur de presbytero, & verb. *clericis* in eo posito addit Innocentius *constitutis in sacris*. Nec etiam obstat d. capit. *fin.* quia loquitur de subdiacono, nec ratio in ea expressa, scilicet, quod habuit affectum contrahendi opere subsequuto, quia non est integra, sed integranda, supplendo (& quia iam similitudinarie contraxerat cum alia) quę suppletio colligitur ex ipso textu, non frustra loquente de subdiacono, cui est annexum votum solemne castitatis *b*.

x Ca. is qui, de sen. excõ. l. 6.
y Decis. 1. de bigamia.
z Eiusdem tit.
a Eod. tit.
b C. à multis de ætat. & qualit.

196 *Tertio dico*, quod non incurrit quis sine matrimonio de iure, aut facto cõtracto, eo quod habeat concubinas etiã multas, etiamsi eas cõiugatus cum vna sola virgine haberet *c*, neque eo quod cum desponsata alteri per verba de præsenti matrimoniũ contrahat, modo adhuc illa virgo esset *d*, neq; etiamsi cũ multis contraheret, si non haberet copulam, nisi cum vna tantum.

c Cap. pen. de bigami. & c. fin. 34. d.
d Ca. debitum de big.
e Cap. si quis viduam, 2. 24. dist.

Quarto dico, quod qui matrimonium cum muliere scurrili, seruа, aut cum publica fabularum actrice contrahit, non est bigamus si erat virgo, quamquam mortua illa non debet ordinarie.

f in cap. a. de biga. & ca. ad audientiam, de homic.
g In quolib. 4. art. 13.
h in cap. 1. de bigam.

197 *Quinto dico*, quod quidquid aliqui dicãt, pro certo habetur, posse Papam cum bigamis dispensare ad ordines, vt ait Innoc. *f* & S. Thomas *g*, quem sequitur Ancharanus *h*, & Rota *i*, & communis habet in omni bigamia posse Papã dispensare: quia omnis irregularitas solo iure humano introducta est, licet fuerit inducta à S. Paulo *k*. quãuis in vera nõ soleat neq; possit sine magna causa ordinaria potestate dispẽsare *l*. In interpretatiua vero, & similitudinaria solet, & iuste potest, saltem cum iusta causa.

i Quæ in nouæ rubricatis est prima eiusdem tit. decis. 447.
k Cap. lector cum gl. 34. di.
l Iurt. Ror. in prædicta dec. 447.

Sexto dico, quod nemo alius à Papa in vera, vel interpretatiua ad ordines sacros potest dispensare, iuxta omnes, neq; ad minores, iuxta Ioan. Andream *n*, Ancharanum & Philippum *m*, quamquam S. Thom. *n* & Syluester *o* oppositũ dicant, & Rota *p*, quorum opinio admitti posset quoad vsum ordinũ susceptorum *q*, sed non ad accipiendum nouos.

m In ca. 1. de biga. li. 6. vbi bonus textus, & ibi Domin.
n In 4. di. 25. o Ver. bigam.
p In d. dec. 447.
q Ang. d. c. lector.

Septimo, quod super similitudinaria, si illa erat virgo, Episcopus dispensare potest *r*, quod ibi tenent Panormitanus cum Cardinali, Prępposito, & communi.

r Cap. 1. cum gl. qui cleri. vel vouent.

De secunda specie irregularitatis ex defectu corporali.

198 *Irregularitas ex quali defectu membri, vel visus nascatur: & quæ quoad vnum officium, & non quoad aliud. In qua solus Papa dispensat, num.* 199. & 200.

201 *Irregularitas illegitimitatis quos notat, & à quo tollitur.*

202 *Irregularis quis minor, æger, obsessus, lunaticus, furiosus, hermaphroditus, n.* 203. *seruus, infamis, & abstemius,* 204.

198 *Dico primo*, quod defectus cuiuslibet membri principalis contingens ob culpam inducit secundę speciei irregularitatem *a*, quamuis membrum sit occultum, neq; facultatem vtendi ordine impediat, vt sunt pudędā *b*: quamuis quis sibi nō abscindat, sed alius sua culpa, quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operam id casu perdidit *c*, aut in pœnā alicuius delicti ab inimicis fuit illi abscissum, vt ait Hostiensis *d*, quem sequuntur Ioan. Andreas, & communis determinauit de eo cui maritus mulieris, cum qua fuit deprehensus, pudenda abscidit, & à fortiori, si iure à iudice abscissa fuere *e*.

Secundo dico, quod etiā defectus partis membri, quam ipse per indignationem abscidit, eam inducit *f*, quamuis facultatem naturalem bene celebrandi non adimat, si est notorium, quod per indignationem, & impatiētiam fecit, & alias non, iuxta Anton. & Cardin. *g* quamquam de eo Villadiegus dubitet *h*, & possunt conciliari dicendo, quod non est irregularis ob defectū mēbri, sed ob notorietatem peccati, quod se abscindendo commisit *i*.

199 *Tertio dico*, quod neq; imbecillitas membri, neq; eius defectus contingens absq; propria culpa (nisi impediat celebrationem) irregularem efficit: qualis est illius, cui cōsilio medici, aut chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis sine sua culpa abscinditur: qualis illius, qui natus fuit sine pudendis, aut post per vim à parentibus, aut alijs castratus. Qualis claudicatio eius, cui scipio in altari nō est necessarius *k*. Qualis macula oculi, quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem tribuit *l*. Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius, aut vtriusque oculi, si non sint notabilis deformitatis.

Quarto dico, quod verum videtur, quod iam pridem respondi, scilicet, quod quāuis monoculus sit irregularis *m*, nō tamen qui caret visu oculi dextri, qui alijs videtur sanus, & siniſtro quātum satis est ad bene celebrandum cernit, licet glossa *n* idem de carente oculo, & de carente eius visu videatur censuisse, etiamsi integer appareat, secundū Alexand. *o* & Vuendel. *a* quod teneri potest de oculo siniſtro, quem stylus Romanus oculum canonis appellat, cum est necesse videre eo, vt canonem missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione legere possit, alias secus. Quod nuper consuluimus ei, qui visu dextri oculi tantum

a Ca. 1. si euāgelica, 55. d.
b Ca. si quis abscideris, & c. seq. 55. d.
c Arg. c. presbyt. c. continebatur de homic.
d In summa de corpor. vitia. parag. Et quæ & in c. ex parte eo. tit.
e Ca. fin. de temp ordin.
f Ca. qui parcem, 55. d.
g In c. fi. de corpore vitiat.
h Vbi supra, col. 3ā.
i Di. c. fi.
k Gloss. c. si quis in infirmitate, 55. d.
l Cap. 2. de corp. vitiat.
m Di. c. si euāgelica.
n In c. 2. de verb. signifi. l. 6.
o In c. hinc etiam 149. d.
a In 4. d. 15. n. 1. col. 12.

tantum valebat, vt sine tali conuersione legere posset: magis enim deformitas, quam defectus visus videtur in hoc expensus: & ideo caput *si euangelica*, disponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non extendendum ad carentiã visus, quæ eam non facit *b*.

210 *Quinto dico*, esse errorem vulgi, dicere oportere eum, cui abscissa sunt virilia, ea arefacta, aut in puluerem redacta secũ gestare ad celebrandum *c*, & Hostien. *d* dicit melius etiam fore, quod nonnulli neque virilia gestarent, cuius falsum dictum est verum, quando ob illud non essent irregulares.

Sexto dico, quod quilibet defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, quæ inhabilem facit ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, aut scandalo, irregularem efficit, siue incurratur culpa, siue sine ea *e*, quæ est regula Panor. *f* quam dixit singularem Villadiegus *g*: quod ipsum de membro superuacaneo, aut nimis grandi dicendum *h*. Quis autem defectus, aut deformitas si talis, determinabit Episcopus, iuxta Innoc. *i* per cap. 2 *k* receptũ per Gardin. & Anton. & non confessarius, neque alius prælatus eius qui est ordinandus, quamuis sit religiosus, Syluester *l*.

Septimo dico, quod defectus, aut excessus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium ecclesiasticum, efficit irregularem ad illud, non autem ad illud, secundum Panormitan. *m* per illum textum. Exemplum de clerico, qui eo quod membro aliquo captus sit non potest missare, sed sic pœnitentes absoluere, & aliqua alia officia exercere. Quod verum nobis videtur, quando non incurrisset eum sponte, aut sua culpa, iuxta Villadiegum *n*: & probatur per supradicta, quoad iam ordinatos, non autem quoad ordinandos *o*, quod etiam sensit eruditissimus R. D. Symachus *p*.

Octauo dico, quod in illa irregularitate solus Papa dispensat, secundum Innoc. *q* receptum à Ioan. Andrea, & Antonino *r*, licet Villadiegus *s*, & Syluest. *t* & aliqui alij contrarium teneant.

210 *Nono dico*, quod defectus naralium, siue, vt ita dicã, illegitimitas, qui ad defectum corporalem redigitur, includit omne illegitimorum genus *a*, & omnes facit irregulares *b*, quãuis eorũ defectus occultus sit, & publice habeantur pro legitimis: quales sunt multi, quos cõiugatę ex adulteris habuerunt, adeo quidem, vt qui scit, aut credit per dictum matris se talem esse, legitimationem occultam debet petere, quæ facilè illi conceditur, iuxta Antonin. post Hostiensem *c*: quamuis matri adulteræ credere si nolit, non teneatur, iuxta eosdem *d*, & dicta supra *e*.

Decimo dico, quod in hac irregularitate solus Papa ad ordinem sacrum, dignitatẽ, & beneficium curatum dispensat, sed ad minores, & vnum beneficium simplex potest etiã Episcopus *f*, & professio religionis ad omnes ordines *g*, nõ tamen vt possit esse prælatus, aut prælata *h*, etiã cum dispensatione Episcopi, secundum

b Arg. c. odia de reiur. l. 6.
c Vtait gl. sing. recept. in c. eunuchus, 55. dist.
d In c. fin. de corpor. vitia.
e c. pen. & c. fi. de corp. vitiat.
f In c. 2. de cler. ægro.
g De irreg. col. 39.
h Arg. gl. d. c. qui partem.
i In c. 1. de corp. vitiat.
k Eiusdem tituli.
l Ver. corpor. vitiat. q. 1.
m In c. 2. de cler. ægro.
n Vbi sup. col. 39.
o Arg. c. fi. de corp. vitiat. & not. ibi per gl. & arg. c. 2. de cler. ægrot. & not. ibi per Pan. & gl. in c. filium, de ver. sign.
p In tract. de irreg. c. 2. & alijs locis.
q In c. 1. de reiud. l. 6. & in c. 2. de corp. vi.
r In c. signifi. de corp. vitiat.
s Col. 49.
t Verb. corp. vitiatus q. fi. a Gl. c. nisi cũ pridem de renunt. verbo manserès &c. per venerabilem, parag. quod autem qui filij sint legit.
b C. 1. & fin. de fil. presby.
c In d. c. 1.
d Ibidem.
e C. 16. à nu. 45. & alijs super hoc vide sup. n. 194.
f C. 1. & 2. de fil. presb. l. 6.
g Ca. 1. de fil. presbyt.
h Pal. in 4. d. 43. q. 2.

dum Villadiegum *i*, & efficaciter probatur per cap. 1. *de fil. presbyt.* *k* adiuncta glossa *l*, quatenus habet, *per verba illa (Nullo modo tolli potestatem dispensandi Episcopis.)*

202 *Vndecimo dico*, quod ætatis defectus, qui etiam ad defectum corporalem reducitur, dum durat, irregularem facit, iuxta Villadiegum *m*. Quę vero ętas in ordinando requiratur dictum est supra *n*. Et quamquam ordinatus ante legitimam ętatem characterem accipiat (licet sit infans, & ordinetur presbyterio, iuxta Archidiaconum *o*) non tamen ordinum exequutionem, neq; priuilegia ad eam pertinentia, quamuis sic ad characterem spectantia, qualia sunt canonis & fori.

Duodecimo dico, quod in hoc defectu solus Papa dispensat *q*, quamuis sit religiosus, non obstantibus priuilegijs, quę videntur excluſa per Conc. Trid. *r*

Decimotertio dico, quod lepra, quę etiam ad hunc defectũ corporalem redigitur, irregularitatem inducit, & non solum susceptionem ordinum, sed vsum susceptorum impedit *s*, quod ipsũ in qualibet alia corporis infirmitate, quę notabile scandalũ ordinum vsui præbet, videtur dicendum, saltem quoad actus in quibus id facit *t*, & in hac solus Papa dispensat *u*.

203 *Decimoquarto dico*, quod qui patitur epilepsiam, quam quidam appellant epilẽtiam, alij morbum caducum *x*, arreptitius item, energumenus, aut à dęmone obsessus est irregularis, iuxta Aluarum *a*, qui dicit epilepsiam duplicem esse (quod ille philosophice declarat) & quod solus Papa super ea dispẽsat *b*, & adeo est irregularis, vt semel hoc morbo infectus, nunquam amplius possit ordinari, quamuis omnino sanus appareat, neq; qui iam ordinatus est, si sępe decidit: neque etiam si raro, modo ipsum orevomat, celebrare potest, alias sic, vt colligitur ex cap. *communiter*, & duobus sequent. *d* adiuncto socio præparato ad perficiendam Missam inceptam, si forte morbo corriperetur *e*, exceptis obsessis à dęmonibus, qui nunquam celebrare debent, vt sentit S. Antoninus *f*, & quod dicitur de epileptico, idem de amente, lunatico, & furioso *g* dicendum est.

Decimoquinto dico, quod hermaphroditus, qui est vtroque sexu præditus, non est capax characteris, si sexu fœmineo magis quã virili præstet, & licet sit eius capax, si magis virili, quam fœmineo pollet, non debet tamen ordinari *h*, secundum S. Antoninum *i* receptum: quia est monstrum, & in hac solus Papa dispensat *k*.

204 *Decimosexto dico*, quod est irregularis seruus, sic vt nõ possit sine facultate sui domini ordinari, & si cum illa ordinatur, fit liber, illo vero ignorãte, vel contradicente, manet seruus sicut antea, si non initietur nisi minoribus. Et si initietur subdiaconatu, vel diaconatu se liberare potest, dato alio seruo æquali sui lo-

co, aut

---

l Vbi supra, col. 39.
k Verb. nullatenus.
l fin. clem. vt hi qui verbo nullo modo, de ætat. & quali.
m Vbi supra, col. 30. facit c. fi. de temp. ord. l. 6.
n C. 25. n. 68.
o In c. fi quis suadente, 17. qu. 4.
p Iuxt. d. c. fi quis suadẽte, & c. 2. de foro cõper. & cle. vtili qui, de ætat. & quali. verb. constituus iuxta gl. clem. fin. de ætat. & qualit.
q Iuxt. gl. & Cardin. ibi.
r Sess. 23. c. 12. de refor.
s C. cũ percussio, 7. q. 1. & c. de recto. & c. ex parte de cler. ægro.
t Arg. l. illud ff. ad l. Aquil. & c. 2. de trãsl. prælat.
u Arg. notat. in c. at si cle. parag. 1. de iudi. & Villa. vbi supra, col. 48.
x C. in literis, 7. q. 2.
a De planct. Eccles. l. 1. c. 48. litera F.
b Per not. in d. c. at si cle. & Villa. vbi supra, col. 48.
c Arg. parag. fi. 35. q. 1.
d 33. d. & c. illud c. nihil, 7. q. 1. & c. penult. 7. q. 2.
e Di. c. illud, & d. c. nihil.
f 3. par. tit. 28. c. 5. & Villadieg. col. 42. vbi supra.
g Iuxta eundem ibidem.
h Arguu. ca. illiteratos, 36. d. & ca. fi. dist. 49.
i Vbi supra c. 16. para. 5.
k Per prædict.

co, aut iusto pretio soluto. Ad presbyterium autem promotus, manet liber dato suo peculio, aut redimendo se, si peculiū non habet, & si nec illud habet, nec hoc facere potest, satisfaciet præstando domino obsequia non indecentia presbytero, iuxta S. Antoninum *l*.

Decimoseptimo dico, quod infamis tam facti quàm iuris infamia est irregularis *m*, in qua, cum nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispensat, iuxta Villadiegum *n*, nisi quando Episcopus dispēsat super delicto, ad quod sua facultas se extendit, accessorie infamiam demit, iuxta glossam singularem *o*, cui similis in cap. *Domino p*, & ea quę post Decium dicimus *q*: in ea vero, quæ nascitur ex infamia facti, qualis est illa quę nascitur ex crimine graui notorio, etiam Episcopus dispēsat *r*. Quin etiam pœnitentia iusta, & emendatione vitæ interdum aliqua tollitur, quia omnis res per quascumque causas componitur, per easdem dissoluitur *s*.

Decimooctauo dico, quod qui vinum non potest bibere, quin euomat, est irregularis *a*, cum quo etiam Papa non posset dispēsare, nisi teneatur eum posse dispensare, vt qui celebrat, non sumat sub vtraque specie *b*, de quo tractare hic non conuenit: nō videotamen, cur is non possit promoueri ad ordines minores, cum non teneatur communicare sub specie vini, etiamsi seruaretur cap. *peracta c*, quo glossa illa mouetur.

De tertia specie irregularitatis ex aliquo defectu animæ.

205 *Irregularis quis Idiota, Neophytus, & infidelis, & quis dispensat.*

205 *Dico primo*, quod idiota, siue illiteratus, penitus ignarus literarū, est irregularis *d*, de quo late dixi in prælectione *e*. Nunc autem addo Concil. Trident. *f* quod videtur facere, irregularem, etiam ad primam tonsuram eum qui nescit legere & scribere, & ad quatuor minores, eum qui saltem Latinam linguam non intelligit.

Secundo dico, quod raro, aut numquam in hoc defectu directe Papa dispensat, quamquam sic indirecte, dispensando super ætate necessaria ad discendum, vt dixi *g*: de amentia vero, & defectu iudicij continuo, vel interpolato supra *h* meminimus.

Tertio dico, quod defectus fidei irregularem facit, ita vt qui non est baptizatus, non est capax ordinis *i*, quamuis sit catechumenus, & factus: quia character ordinis præsupponit characterē baptismi, iuxta Ioan. Andreā, & communem *k*: neq; baptizatus ordinatur, licet capax, si est hæreticus, aut fautor hæreticorum, quamuis

l Vbi sup. c. 6. parag. 6. & colligitur ex c. 1. 2. & 3. & cap. nulli, & c. ex antiquis, & c. frequens, 54. d. & tot. tit. de seruis non ordin.

m Cap. infamib. cū glos. & nota. ei per Franc. de reg. iur. l. 6. & c. 2. iuncta gl. fi. de ordin. cogn. & c. ipsi Apost. 2. q. 7.

n Vbi supra, col. 50.

o Ca. Euphemium, parag. 1. 2. q. 3. p 50. dist.

q In c. at si, parag. 1. de iud.

r Vt dictum est sup.

s Ca. 1. de reg. iur. & c. testimonium, de testib. & glo. c. primum, 25. d. in fin.

a Glo. fing. de c. ipsi Apost.

b Contra c. comperimus, de consecr. d. 2 & c. illiteratos, 63. d. c. fin. de temp. ordin. l. 6.

c De conf. d. 2.

d Ca. illiteratos, 36. d.

e Ca. si quando, de rescrip. excep. 13.

f Sess. 23. c. 4. de reform.

g In d. prælect. c. si quando, de rescrip. excep. 19.

h parag. proximo.

i Ca. 1. & c. veniens, de presbyt. non baptis.

k In d. c. 2.

quamuis sit iam conuersus *l*: neq; etiam filius hæretici, qui talis excessit vsque ad secundam generationem per lineam virilem, aut vsque ad primam per fœmineam *m*. Neque Sarracenus, Iudæus, aut paganus, Neophytus, siue recenter conuersus, aut baptizatus *n*. Dixi, *recenter conuersus*, & non nouus Christianus; quia vulgus nouos Christianos appellat etiam ab hinc plus decem, viginti, triginta, & quadraginta annis conuersos, in quibus hoc locum non habet *o*, & minus in eorum filijs, quos etiam praua non nullorum consuetudo nouos Christianos appellat; quamuis statutis aliquatum Ecclesiarum à Sed. Apost. confirmatus aliud statutum sit.

Quarto dico, quod in his irregularitatibus defectus animæ solus Papa dispensat *n*, neque ille satis bene potest in defectu iudicij continui, vt sentit Baldus *b*, neque in defectu baptismi: quia ea iure naturali, aut diuino in eo, qui est ordinandus, requiruntur, iuxta illa, quę adduximus *c*.

l c. fi quis omnem, 1. q. 7. & c 2. parag. hæretici, de hæret. l. 6. *m* Di. parag. hæretici, & c. statutum, 2. eod. & l. n Ca. 1. & 2. 48. d. & c constituit, 7. q. 4. *o* Arg. c. eam te, de rescrip. vbi Fel. n. 2. *a* Argu. eorũ, quæ supra proximo, parag. di. sunt, & notatur in parag. 1. c. at si, de iudic.

b In ca. cum adeo, n. 10 de rescript.

c In d. c. fi quando excepti. 10.

De quarta specie irregularitatis ex homicidio iusto, ob defectum perfectæ lenitatis.

206 *Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio, & seq.*

209 *Irregularis est ex defectu perfectæ lenitatis, omnis, & solus qui, &*
210 *& ita iudex, accusator, testis, &c. qui fuerunt causa deformationis secutæ, nu.* 212. *&* 214.

211 *Causa propinqua deformationis quid, & quotuplex, & multa illata, & seq.*

211 *Intentio virtualis specialior necessaria ad irregularitatem iustam quam iniustam.*

213 *Irregularis deformans ob defensionem parentum, & patriæ, &c. non autem denuntians, &c. num.* 214. *& quid adiuuans Chirurgum deformantem, num.* 218.

215 *Irregularis non est sic dans arma horũ iuuans, pugnans, &c. contra Aluarum Pelagium. Et qui ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum, & seq.*

217 *Dispensare nequit Episcopus cum irregulari iusto, & cum male ordinato, num.* 241.

206 *Dico primo*, quod hęc oritur ex occisione, vel mutilatione membri hominis in casu licito: quia visum est Ecclesiæ non posse eum satis referre lenitatem, atque mansuetudinem D. N. Iesu Christi (qui propter nos suum proprium sanguinem fudit, & morti se tradidit) qui occidit, vel mutilat etiam licite, per dicta S. Thomæ *d*.

Secundo dico, quod illa sola pars hominis dicitur membrũ, quę officium per se distinctum habet, vt manus, pes, auris *e*: quare digitus non est membrum, sed pars membri, iuxta Bartolum receptum,

d 2. 2. q. 40. art. 2.

e Arg. c. singul. 89. d.

receptum *f*, quẽ firmiter sequimur contra Caiet. *g* licet eum sequatur Sotus *h*. *Primo*, quod à cõmuni opinione, præsertim recepta, non est discedendum sine textu, aut ratione necessaria, qualia ipsi non afferunt. *Secundo*, quod Caietan. confitetur, quod ille, cui vnus digit⁹ abscinditur, sine quo bene celebrare potest, non est irregularis, & consequenter non perdidit membrum, cùm amissio membri apparentis irregularem faciat *a*. *Tertio*, quod *b* habetur, quod habens abscissum vnum digitum habet abscissam partem membri, & non ipsum membrum. Et alibi *c* innititur habentem æquo plures digitos nõ habere æquo plura membra. *Quarto*, quod falsum est id quod Caietanus pro se adducit, scilicet, quod vt sit membrum, non est necesse vt habeat officium distinctum ab alijs mẽbris, & satis est quod sit socius, & adiutor in illo officio faciendo: quia etiam pars digiti manũ in suo officio iuuat, attamen nõ est membrum, vt ipsemet fatetur. Tum quod cap. 1. *d* ab ipso citatum, potius pro nobis, quam pro eo facit: quamquam neutram partem probat. *Quinto*, quod non est verum id quod assumit, scilicet, testiculos hominis sine parte genitali membrũ per se facere: quia quamuis qui sua culpa eos amisit, nõ possit ordinari, non tamen ex eo sequitur esse membrũ: nã non potest ordinari qui sua culpa partem digiti amittit *e*, quam tamen non esse membrum ipsemet confitetur. *Sexto*, quod nullus æquus iudex iudicare auderet, quod statutũ irrogans magnam aliquam pœnam in abscindentem alteri mẽbrum, includat digitum abscindentem: nam & Felinus *f* ponẽs sex casus, in quibus digitus habetur pro membro, oppositum pro regula ponit. Monemus tamen nullam esse glossam, quæ hanc conclusionem Bartoli expresse teneat, licet Soto fuerit visum id tenere glossam clement. 1. *g* quæ tamen nihil tale habet, nec vllus nostrorum eam in id citauit.

Tertio principaliter *dico*, quod quamuis paria sint quoad hoc, interficere, & mẽbrum abscindere *h*, non tamen sunt paria abscindere illud, & debilitare, etiam adeo, vt nihil eo facere possit, secundum Cardinalem, Panormitanum, & Præpositum *i* post Calderinum *k*, quia saltem excusat à deformitate.

207 Contra quod tamen facit, quod idem Panormit. *l* quem sequuntur Angelus, Syluest. & quidam alij, contrariũ tenuit, asserens, quod clemen. 1. *m* quę de hoc loquitur, pro diuersis ponit mutilare, & truncare, & quod per mutilare intellexit debilitare. Pro quo facit, quod Bonifac. *n* ait quod irregularis est, qui facit alium irregularem, id est, inhabilem ad sine scandalo celebrandum: quę duo assumpta esse falsa iam pridem probauimus Conimbricæ. Tum quia præfata clemen. 1. non habet truncare, sed solum mutilare, vt palam est. Tum quia *o* irregularitas non cõtrahitur, nisi in casibus à iure expressis, ẽ quibus non sunt illi, quos ipsi de suo addunt. Tum quia iura statuentia irregularẽm eum qui occidit, aut mutilat, oppositum de debilitante significant.

f In l. 2. ff. de publ. ind.
g 2. 2. q. 95. a. 1.
h Li. 2. q. 5. a. 1. de iust. & iur.
i Iust. c. de quibus, 20. & Ioan. And. recept. in c. 1. de constitut.
a Iuxta omnium pẽtem.
b In l. item Filius, ff. de æstim. edict.
c In l. nõ sunt liberi. ff. de statu mon.
d De corp. vitiat.
e Ca. qui partem, 55. d. &c. 1. de corpor. vitiat.
f In d.c. cum illorum, de sen. excom.
g De homic.
h Clem. 1. de homicid.
i In c. 1. qui cler. vel vouent.
k Ibidem.
l In d.c. cum illorum.
m Ead. clem. 1. col. 6.
o Vt supr. dictum est, n. 194. & 192. per c. is qui de sent. excom. l. 6.

cant *a*. Tum quia generans filium extra matrimonium, irregularem facit *b*, non tamen est ob hoc ipse irregularis, & iudex furem furti damnando, facit eum irregularem *c*, ipse tamen ob hoc non est irregularis. Tum quia membrum aridum vere est membrum. vt habetur *d*, *si cuius manus arida est, membrum quidem est, licet inefficax.*

208 *Quarto dico*, quod ad maiorem breuitatem vtemur hoc verbo *deformare*, loco illorum verborū *occidere*, & *mutilare membrum*, & non absre, quia vterque potest dici deformator: Mutilator quidem, quia tollit formam figuræ accidentalem; Occidens autem, quia tollit formam substantialem *e*.

209 *Quinto dico*, quod omnis & solus ille est irregularis huius speciei, *qui iam baptizatus, hominem deformat in casu licito, alio quam infirmitatis, aut dat causam propinquam deformandi aliquem, aut saltem, vt citius deformetur, quam alias fuisset deformatus, extra necessitatem ineuitabilem suæ vitæ defendendæ*. Dixi, *iam baptizatus*; quia per mortem iustam anteriorem irregularitas non incurritur *f*; secūdum Panormitanum, & Præpositum *g*, Cardinalem *h*, quem secuti sumus cum gloss. *i* & Innocentium *k*, & Villadiegum *l*: non quia infidelis sit incapax omnis irregularitatis: est enim capax bigamiæ *m*: sed quia iura solum constituerunt hoc de actibus baptizatorum *n*. Per quod soluitur argumentum, quod ad oppositū tenendum Villadiegus induxit *o*. Dixi, *deformat*; quia nisi deformatio sequatur, non incurritur.

210 Dixi, *hominem*, ad includēdum eum, qui deformat Sarracenum, aut alium infidelem, & excludendū eum, qui solū corpus mortuum, aut antequā animetur, deformat, ob dicenda *p*. Dixi, *in casu licito*; quia qui in alio hoc facit, hanc irregularitatem non incurrit, sed aliā peioris speciei, scilicet, delicti *q*. Dixi, *alio quam infirmitatis*; quia deformitas ob illam inducta deformatorē irregularem nō facit, neque deformatum, si per hanc facultas recte celebrandi non adimatur *r*: quorum tamen nullum loquitur de deformatore, sed solū de deformato. Quod autem idem sit dicendum de deformatore, colligitur ex dicendis infra *s*. Dixi, *aut est causa generaliter*, ad includendum quatuor causas, scilicet, efficientem, materialem, formalem, & finalem, de quibus infra *t*.

211 Dixi, *propinqua*; quia non sufficit esse remotam *u*: causa vero propinqua, quoad hoc, est dictum, vel factum licitum directum sufficienter in deformationem inde secutam. Dixi, *licitum*; quia illicitū causat irregularitatē speciei sequetis. Dixi, *directum*; quia oportet vt sit tale quod tendat in deformationē ex se, siue suapte natura, vel intentione operantis, vt est ictus mortifer, etiam sine intentione occidendi, vel cōtra, ictus ex se non deformatorius cum intentione deformādi. Dixi, *sufficienter*; quia non sufficit qualiscumque: nō enim sufficit directio, qua minimus ictus ex se dirigitur in deformationem, neque directio per quamlibet generalem intentionem, qualem habet, qui præbet arma

a Arg. c. nonne, de præsum. & l. cum prætor. ff. de iud.
b Ca. 1. de fil. presbyt.
c Cap. tantis, Daniel 81. d. & c. omnipotens, de accusat.
d Ca. sicut vrgeri, 1. q. 1.
e Arg. eorum quæ habētur in c. de fabri. de consecr. d. 1. & in c. in quadam de celeb. miss.
f Per c. si quis viduam 50. d.
g In c. gaudemus, de diuort.
h In clem. 1. n. 13. de homicid.
i In summa 11. d. & in d. c. si quis viduam.
k In d. c. gaudemus.
l Vbi supra, col. 54.
m Cap. acutius, 26. d.
n Di. c. si quis viduam.
o Vbi sup. collat. 44.
p Infra n. 219.
q De qua d. n. 219.
r Ca. si quis à medicis, cum 5. seq 55. d.
s Num. 217.
t Num. 219.
u Arg. c. de occidēdis, 33. q. 5. & glos. sing. c. de cetero, de homi.

ma militi ad bellum iustũ generaliter, & qui hortatur generaliter exercitũ ad prelium iustum, & ad victoriam, etiã iuuando sine intentione speciali deformãdi. Dixi, *saltem*; quia sufficit, vt sit causa vt deformetur citius quam alias deformaretur. Dixi, *extra necessitatem ineuitabilem*; quia hæc excusat *a*, quãuis ante illã oppositum tenuit S. Thom. *b* eo quod nondũ per illam hoc ius nouum erat inductum, vt opinatur Caiet. *c* licet illa non contineat verba ius nouum denotantia: sed parui refert an nouum, an vetus contineat. Idem autem esse de deformante ob necessitatem euitandæ mutilationis, dixit Cardinalis *d*. Ille vero dici tur esse in prędicta necessitate, qui neque fuga, neque vllo alio modo, nisi interficiendo, aut deformando aggressorem, eam vitare potest *e*: quia licet regulariter quis non teneatur fugere ad peccatum vitandum, ne aggressorem interficiat; tenetur tamen quoad vitandam irregularitatem, vt recte Panor. declarauit *f*, & senserunt glossę *g*: quia hęc sine peccato incurritur *h*, non tamẽ dicitur fuga posse vitari, cui ipsa est periculosa, secundum communem, quam sequitur Felin. *i*, & etiã Bonifacius post Zenzelinũ *k*. Dixi, *secutam*; quia sine illius cõiecutione alia nõ sufficerẽt, etiã si alia pœna sanguinis irrogaretur *l*. Dixi, *inde*; quia non sufficeret aliunde: nam si captus à iudice, contra quem sum testatus, occideretur ab alio, quam à iudice, vel ab eo alia de causa, vel non moueretur per meum dictum, quia non vidit, vel flocci pepẽdit, non essem irregularis, quippe quod ex meo dicto non fuit secuta mors.

a Iux. clem. 1. de homic.
b 2. 2. q. 64. a. 7. ad 3.
c Ibid.
d In d. cle. 1. q. 3.
e Iux. gl. cle. 1. & c. suscepimus, eod. tit.
f In c. olim, n. 27. de rest. spol.
g Dict. cle. 1. verb. non valens, & c. suscepimus eo. tit. verb. interimetur.
h Vt supra dictum est.
i In d. c. suscepimus.
k In d. c. cle. c. n. 75.
l Iux. d. sup. n. 192. & glo. recep. in c. si aliquis de homic.

212 Ex qua regula *sequitur primo*, quod est irregularis huiꝰ speciei iudex iuste procedens, accusator, aut promotor fiscalis, testis & notarius, qui sententiã scribit, aut pronũtiat, aut testimonia testiũ scribit, aut legit quando publicãtur, scribens, aut dictans literas, quibus iubetur deformatio, agens, aut procurans contra reũ talẽ deformationem patientem, etiã pro eo, qui vicit cum condemnatione talionis, per quam accusatus fuit deformatus, assessor, & quilibet alius officialis *a*: omnes enim hi deformãt, vel dant causam propinquam deformandi, per prędicta.

a Ca. aliquanto, 51. d. & c. clericis, & c. sententiam ne cle. vel monach. & gl. summa, 51. d. & clem. 1. de homic.

Secundo sequitur, quod non est irregularis, qui alteri arma prębet, vt se, alias se defendere non valentem defendat, si ille aggressorem deformet: quia quum per seipsum deformando non incurreret *b*, à fortiori non incurreret faciendo id per alium *c*.

b Per fin. d. clem.
c Arg. c. penul. de hom.

Tertio sequitur, quod è contrario qui dat arma proximo valenti se sine illis defendere, & ille occidat inuadentem, est irregularis, quia tota regula conuenit ei, quum non det illa ad necessariam suę vitę defensionem: & à fortiori si non daret illi arma, sed ipsemet illis occideret eiusmodi inuadentem, vt tenet glossa fere ab omnibus recepta *d*.

d In d. clem. verb. suum sollerter ab illa expẽsum.

213 *Quarto*, quod est irregularis, qui deformat aliũ ob defensionem iustam vitę alterius, etiam patris, aut matris, etiam in bello iusto, etiam in casu in quo, nisi ipse id faceret, ciuitas obsessa

capere-

caperetur, aut exercitus iustum bellū gerens fugaretur: & à fortiori, qui ob iustā defensionē sui honoris, & bonorū, aut proximi, deformat, licet id iuste faceret, quod fieri posse dictum est e: quia solus ille, qui necessitate ineuitabili suę personę deformat, ab illa excusatur *f*. Nec obstat, quod doctissimꝰ Fortunius *g* oppositum tenuit, quem aliqui secuti sunt, moti eo, quod nō incurrit excōmunicationem, qui clericum propter defensionem necessariam proximi percutit, iuxta Innocēt. receptum *h*. Quod certum est licere, imo & interdum oportere proximum defendere *i*. Non inquam, hęc obstant: quia excōmunicatio generalis non incurritur sine peccato mortali, vt supra *k* dictū est; irregularitas autem sic, per dicta *l*: & quia non sufficit iustā esse deformationem, quo non inducat irregularitatē: & quia sequeretur, quod qui defendendi honoris, aut bonorū causa in casu licito interficit, nō foret irregularis; quod asserere esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare cōtra textum fere expressum *m*. Dixi, *iustam*; quia qui ob iniustā defensionem, aut in bello iniusto hoc facit, non est irregularis huius speciei, sed sequentis hac deterioris, & difficilioris dispēsationis: nullam tamen illarum incurrunt, qui iudicibus denunciant proditiones, homicidia, & alia delicta, cum protestatione se hoc facere solū, vt impediantur ne fiant, & non vt aliqua pœna saltem deformante puniantur, etiamsi sint clerici eiusmodi denuntiantes, vt supra *a* diximus, modo extra confessionē sciāt: quia licet clericus, qui alium ob alienas iniurias coram iudice etiam cum prędicta protestatione accusat, irregularitatem non vitet, si iudex accusatum deformet *b*; non tamen incurreret, si ad euitāda mala, quæ imminent, eos denuntiet cum prædicta protestatione, præsertim ad id conscientia eum perstringente, per locum à maiori. Quamquam etiam laici, qui hoc faciunt sine prędicta protestatione huius speciei irregularitatem incurrunt, licet non peccent: & clerici beneficiarij, vel ordine sacro initiati alterius speciei deterioris, quia peccant.

214 *Quinto infertur*, quod eam non incurrūt laici, vel clerici, qui deferunt ad iudicem crimen, quod non meretur deformationem, licet captum ob illud, iniuste, vel ob alia aliunde ad eum delata deformet: modo nō tenerentur credere id euenturum: quia non prębent prędictam causam propinquā, neque sufficit quod intersint deformationibus, quæ per iudicis sententiam fiunt, iuxta glossam Panormitanum, & communem *e*, nisi interstint, auctoritatem, vel auxilium præbendo, sed tantum nil dicendo, aut faciendo, quo deformatio fiat, aut anticipetur; quāuis clerici *d* peccent, si eis interstint sine causa rationabili, vt cōsolandi, aut confitendi condemnatum *e*. Quod nostro iudicio restringendum est ad clericos sacrorum ordinum, & beneficiarios, per supradicta *f*, & Angelum *g*, & Syluestrum *h*.

215 *Sexto infertur*, quod clericus præsens bello iusto etiam adhortan-

e Ca. 15. n. 2. & 3. post alios citatos ibi, & latius in c. olim. 1. de re. spo.

f Di. cle. 1. cū glo. fere ab omnib. recepta, de homic. Caiet. 3. 2. q. 40. ar. 2.

g In l. vt vim. ff. de iust. & iur. col. 9.

h In c. si vero de sent. exc.

i Ca. dilecto de sen. excō. l. 6. c. quanta, eo. tit. in antiqu.

k Eod. c. n. 9. l Num. 206.

m In dicta clem. vbi gl. recepta fere per omnes hoc tenet.

a Ca. 12. & in repe. c. inter verba, 11. q. 3.

b Vt sup. dictum est.

c In c. sententiā, ne cleric. vel monach.

d Secundum eand. gloss. recept.

e Secundum Panorm. ibi.

f Cap. 25. nu. 110.

g Verb. cleri. 4. parag. 1.

h Verb. cler. in parag. 4.

hortando ad victoriam generaliter, & percutiendo multos proprijs manibus, & efficiendo, vt commilitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis, si per se non deformet: quia non dat causam propinquam deformandi supra definitam, cum non faciat actum speciatim ad deformationem directum quoad percussos ab alijs: & licet faciat talem quoad percussos à se, illi tamen non sunt deformati: secus, si per se deformet: quia licet necessitas defendendæ patriæ, parentum, cognatorum, aut alius proximi à peccato excuset, non tamen ab irregularitate, per proxime dicta.

Septimo infertur, quod ex hoc colligitur ratio, cur interdum prębere lanceam, aut ensem, ballistam, aut scopletum, nõ faciat aliquem irregularem, & interdum sic: & interdum prębere ante prælium non, & in eo sic: quia interdum dando illa est causa propinqua, & interdum non, & ita interdum inducit irregularitatem, interdum non: non enim facit talem eum, qui non dat principaliter ad deformandum, licet det generaliter ad bellandum, præliandum, & vincendum, vt passim dant patres, patrui, cognati, amici, & domini Ecclesiastici, & seculares, vt colligitur ex Panormit. & communi *a*, & S. Antonino *b*, & alijs supra citatis: neque etiam *c* qui dat ballistam, aut sagittas sagittarijs, vt iaciant in hostes, sine tamen intentione speciali, vt deforment, sed generali, vt vincant: nec eadem ratione qui sclopetum, aut globulos præbet, & à fortiori, nec qui dat lanceam, ensem, & alia arma quibus rarius quis interficitur, neque qui hortatur milites, vt animose, & fortiter aggrediantur prælium iustum, vt Deo, iuramento, Regi, & Imperatori suis satisfaciant, neque etiam, qui in ipso pręlio cohortatur, sic dicens: præliamini, vincite, iuxta communem *d*.

a In d.c. sententiam.

b 3. par. tit. 23. c. 2. parag. 5.

c Iux. Inno. in d.c. sentẽtiã.

d In d.c. sententiam.

216 *Octauo* infertur verus intellectus c. *quod in dubijs* e, quatenus habet sacerdotes qui ad pręliandum incitant in bellis, esse irregulares, & glossæ *f* dicẽtis irregularem esse, qui ad pręliandum dat arma, si eis aliquis interfectus fuerit, & communis *g* cõcludentis, qui in prælio ad interficiẽdum incitat, esse irregularem, quamuis bellum iustum sit ex parte sua, & illius dicti Innocẽtij approbati communiter ibidem, scilicet, eum qui ballistam, aut sagittas prębet ei, quem credit interfecturum, si interficit, esse irregularem, quamuis bellum iustum sit: intelligi enim debent de incitante, vel dante arma cum prædicta intẽtione sufficienti ad constituendum causam propinquam deformationis.

e De pœn.

f Ca. ira quorundam de Iudæ.

g In d.c. sententiam.

Cõtra hęc tamen omnia plurimũ vrget *primo*, quod intentio actualis, siue expressa, & virtualis, siue tacita æquiparantur *h*. Et qui incitat, iuuat, aut prębet arma ad præliandum, & vincendũ hostes, virtualiter videtur velle, vt percutiant, mutilent, & occidant eos, vel aliquẽ eorũ, quum id non possit contingere moraliter nisi ea faciendo, & qui vult consequens, vult necessariũ antecedens *i*. *Secundo* vrget, quod qui hortatur suos in prælio

h In l. cum quid, ff. de reb. cred. & c. quemadmodũ de iureiur. i l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea de off. deleg.

iniusto secuta deformatione sit irregularis ea sola ratione, quod videatur virtualiter deformare. *Tertio* vrget, quod dupliciter vult quis aliquid, scilicet in se, vel in causa sua: & quod sufficit velle in causa homicidium ad incurrendam irregularitatem *k*. Ad soluendum hæc, & constituendum definita supra in hoc dicto, & septimo, & octauo corrollario eius prędictis, quę nullibi satis resoluta legimus, adhibito multo studio, & diuino fauore per sacra implorato in vigilia S. Matthæi anno 1556 ea occurrerunt, vnà cum consideratione, quod non omne quod sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam intentionē sufficientem deformandi quoad deformationem iniustam, vt incurratur irregularitas, sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam sufficientem intētionem occidendi, quoad occisionem iustam, vt eadem incurratur. Tū quia qui iubet aliquē percuti baculo iniuste, etiā expresso modo ne interficiat, si iussus interficit, est irregularis: quia dat propinquam causam, & habet intentionem ad id sufficientem *a*. At prelatus qui ciuitati, cuius iurisdictionem temporariam habet, gubernatorem præficit, vt iustitiæ munera exequatur, non videtur dare causam propinquam, nec habēre intentionem sufficiētem vt interficiat, quāquam expresse id non prohibeat *b*, cū tamen certius sit illū gubernatorem aliquem morte cōdemnaturum, quam iussum percutere, occisurum. Tum quia opem ferens, & assistens etiā sine armis iniuste preliantibus, dat talem causam, & habet talem intentionem sufficientem, vt post Innocentium *c* supra dictū est: qui tamen assistit iuste preliantibus, nō *d*, etiamsi assistat armatus *e*, etiamsi hortetur *f*, nec etiamsi percutiat *g*. Per quam respondetur tribus argumentis prædictis, quod assumpta in eis sunt vera quidem regulariter, sed fallunt in his, quæ spectant ad hāc irregularitatem: quia sicut speciale est in ea, vt pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, vt ad id requiratur causa ita propinqua, & intentio adeo specialis, vt dictum est.

217 *Nono*, consequitur hęc omnia modus excusandi ab irregularitate prælatos, & clericos, qui non solum solent interesse bellis sacris, & pijs, cum suis subditis, & militibus, sed etiam exhortari eos ad pręliandum, & vincendum, sine tamen intentione speciali ad deformandum per alios, & sine deformatione ab ipsismet facta, quamquam nulla probabilis excusandi eos ratio occurrisset Aluaro Pelagio *h*: modus item excusandi ab ea clericos, & fratres Lusitanos, qui magno zelo fidei Christianos, & non minori animo suos in Indijs contra Sarracenos, & paganos hortati solent, manibus crucem gestantes, & aciem ipsam præeuntes, qui non irregulares, sed regularissimi sunt.

Decimo facit, quod est irregularis huius speciei, qui vt consequatur indulgentias, fert ligna, quibus hæreticus vratur, si ex eis factis cooperatus fuit ad occidēdum, alias nō, iuxta S. Antoninū *i*, & communem. Quæ consequitur, quod quando antea strangulan-

k Pro quo est c. presbyterū & c. continebatur cum multis alijs, de homic.

a Ca. fin. de homic. l. 6.

b Ca. prælatis de hom. l. 5.

c Ca. pen. de homic.

d Cap. igitur cum 2. sequ. 23. q. 8.

e Ca. continebatur de cler. percuss.

f Ca. 3. eo. ti.

g Di. 5. pen.

h De plane, eccle. art. 48.

i 3. par. tit. 26. c. 2. parag. 5.

gulantur heretici, quam vrantur, non fieri irregulares eos qui huiusmodi ligna detulerunt, neque etiam quando viui vruntur, si ligna iacta fuerint mortuis iam illis.

Vndecimo facit, quod fit irregularis comitans iudicem tanquam notarius, sarelles, aut cultos damnati ducti ad mortem, aut deformationem; vendens item, vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, ballistas, aut alia instrumenta ad sagittis configendum, ad laqueo suspendendum, iugulandum, aurem, aut aliud membrum decidendum.

Duodecimo, qui capit, aut indicat furem, aut reum, vt à iudice capiatur, & qui etiã suę vtilitatis causa tradit, aut cõqueritur de aliquo apud iudicem sine protestatione, ne procedat ad deformationẽ *a*: quia omnes isti sũt causa propinqua deformationis, in casu licito; & ita irregulares. Dixi, *etiam suæ vtilitatis causa*; quia si causa alienę tantũ id faceret, etiam cum protestatione, fieret irregularis *b*. Quod autem protestatio non solum verbo, sed etiã mente debeat fieri, quoad forum conscientiæ, dicetur infra *c*.

Decimotertio, quod etiam est irregularis hortans condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, aut cippum, aut ascendat scalas, aut faciat aliquid aliud ex quo acceleretur deformatio. Et qui acuit gladium, aut præparat funes, aut instrumenta, quo citius, & minori cum dolore fiat executio, iuxta mentem S. Anton. *d* & omnium aliorum.

218 An autem adiuuans Chirurgum ad secandum iuste membrũ fiat irregularis, quęstio noue mota est. Pro cuius parte affirmante facit, quod adiuuãs iudicem iuste iudicantem occidere, vel mutilare fit irregularis, per prędicta. Ergo eadẽ ratione adiuuans Chirurgum iuste mutilantem incurrit eam. Sed tenenda est pars negatiua. Tũ quia rem, quę culpa caret, in damnũ vocari non cõuenit *e*. Et quod præfatus actus iuuãdi est bonus, iuxta illud Apostoli *f*: *Alter alterius onera portate*. Tum quia nullo iure cauetur, quod iuuans Chirurgũ incurrat irregularitatẽ absque sua culpa, propter mortem, vel mutilationẽ *g*: de iuuante autem iudicem sic *h*. Et ad oppositum, cui nullibi responsum memini, respondetur, negando, in vtroque casu eandem rationem idem ius dictare, quoniã iudex damnans aliquem, vt mutiletur, & is, qui eum quoquo modo ad mutilandum reum iuuat, licet moueatur ad id virtute iustitiæ, finis tamen eorum est vindicare, & actum, terrorem, & horrorem incutientem facere, vel ad illum iuuare: Chirurgus autem volẽs mutilare, & qui eum iuuat, mouentur misericordia, & pierate ad sanandum ægrotum: & Ecclesia induxit irregularitatem ob homicidium, & mutilationẽ ad assimulandum Christo miti, & mansueto, ministros eius, quo mites essent, & nõ crudeles, nec similes crudelibus, quales sunt etiam, qui iuste occidunt, vel mutilant, iuxta cap. *non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videatur. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem*

a C. Præfatis, de homic. l. 2.

b Perd. c præfatis, in ver. suas, secũdum communem quam Fran. sequitur ibi.

c Num. 226.

d Vbi supra.

e Cap. 2. de constit.

f Ad Gala. 6.

g Ca. ad aures, de ætat. & qual. & c. re., de homicid. cum eis adnot. per Innoc. recep.

h Ca. sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach.

a 23. q. 5. *putata*, chirurgus autem, & qui iuuant illum misericordia, & pietate moti, nec sunt crudeles, nec similes crudelibus, & ita longe diuersa ratio induxit Ecclesiam ad constituendum iudicem, etiam iuste iudicantem, & iuuantem eum irregulares, quam Chirurgum, & eum iuuantem. Pro quo facit primum dictum supra *b*. Ex quibus infertur idem esse iudicandum de medico, & iuuante illum, quod dictum est de Chirurgo, & eum iuuante, quoniam nec illi, nec iuuantes illos absque culpa incurrunt irregularitatem: cum culpa autem sic *c*.

b Nu. 206.

c Vt Innoc. communiter recept. ait in d c. ad aures & c. tua, arg. l. illicitas, paragr. sicuti, ff. de offic. præsid.

Sexto principaliter *dico*, quod in hac irregularitate solus Papa dispensat, sed longe facilius, & ex minore causa, quam in sequenti, quę ex actu illicito nascitur: licet post Conc. Trid. in illa, si est occulta, dispenset Episcopus, & in hac non, vt *d* dicetur.

d Inf. n. 240.

De quinta specie irregularitatis ex homicidio iniusto, vno ex delictis, vnde illa nascitur.

219 *Irregularis per deformationem illicitam est omnis, & solus ille, &c.*

219 *Causæ sunt quatuor, efficiens, formalis, materialis, & finalis.*

220 *Causa propinqua deformationis noue definita, & seq.*

222 *Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla mere casualis, mixta vero facit contentum in hac regula. 28. corollarijs ornata de monacho, Chirurgo, abortiente, vulnerante, & deformante, ministrante arma, iuuante, & hortante, accusante sine protestatione, detinente furem, alente feram, magistro castigante, ludente illicite, Clerico venante, cordigero equitante, & de adulterante, vsque ad, nu. 229.*

233 *Mandans vel consulens hoc, differunt, nec refert, an cito, an tarde executio fiat, & seq.*

219 D*Ico primo*, quod quoad hunc effectum paria sunt occidere, & mutilare, siue abscindere membrum: non tamen debilitare, vt dictum fuit supra *e*: & vt ibi, ita hic vtemur verbo deformare, pro occidere, aut mutilare, seu membrum abscindere.

e Nu. 206. & 207.

Secundo dico, quod deformatio est triplex, mere voluntaria, mere casualis, & mixta. Mere voluntaria est deformatio intentata, seu volita in se iuste, vel iniuste: qualis est quam quis intēdit facere iuste, vel iniuste, per se, vel per alium, iubendo, consulēdo, aut cooperando, vel iuuando, testimonio, vel patrocinio, ferro, veneno, aut alijs modis, aut deducēdo ad locū vbi deformetur, aut procurādo, vt faciat aliquid, ob quod deformetur. Mere casualis est nō intenta, seu volita in se, neque in causa ad eā sufficienter ordinata: qualis est mors, quā infert fulmē eo loco illi, qui sine talis deformationis pręuisione ad eū iuit, vel miss⁹ fuit.

Illa

Illa enim neque est volita in se, neque in causa ad illam sufficienter ordinata. Mixta est, quæ non est intenta, vel volita in se, sed sic in causa sufficienter in illam ordinata, qualis est facta à seruo iusso palo cędere alium citra deformationem, & testificatio in causa sanguinis nolentis deformationem. Illæ enim non sunt intentæ, siue volitæ in se, sed sic in causa sufficienter in eam ordinata, vt bene declarat S. Thom. *a*

Tertio dico, quod sicut ad soluenda dubia occurrētia circa irregularitatem quartę speciei posuimus vnam regulam, ita nunc ad soluenda dubia circa hāc tradimus alterā, scilicet, *quod omnis, & solus ille est irregularis hac specie irregularitatis, qui discretus, & baptizatus, seipsum, aut alium hominem illicite deformat, aut causam propinquā illicitā illius, aut suæ anticipationis præbet.* Dixi, *discretus*; quia infans, & furiosus, qui nūquam habuit iudicium, aut amisit illud ante deformationē, eam nō incurrit *b*. Dixi, *baptizatus*; quia prius facta nō sufficit *c*. Dixi, *deformat*; ad includendum occidentem, & mutilantem, sed non solū debilitantem, etiam sic, vt sine scandalo non possit celebrare, vt proxime diximus. Dixi, *seipsū*; quia cum nemo sit dominus suorū membrorū *d*, etiam irregularitatem incurrit, qui seipsum illicite deformat *e*, quamuis id sancta intentione faciat, vt qui se castrat, quo melius castitatē colat *f*. Dixi, *aut alium hominē*; quia non satis est deformare embryonem nondum anima rationali animatū *g*, aut cadauer ea destitutū *h*. Dixi, *illicite*; quia qui ob morbum consilio Chirurgi abscindi facit, aut abscindit aliquod suum, aut alienū membrum, hanc irregularitatem non incurrit *i*, quamuis aliam quę ex defectu corporali nascitur, incurret, si ob eam fieret inhabilis, aut deformis ad celebrandū sine scandalo, per supra dicta *k*. Dixi, *causa*, generaliter, ad cōprehendendum quatuor causas, quę sunt efficiens, materialis, formalis, & finalis, iuxta Aristotelē *l*, & nos collegimus dudum *m*, & tradit Marianus in hoc proposito *n*, & consequenter ad includendū eum, qui est causa efficiens deformitatis, qualis est qui eā facit, iubet, mandat, ratificat, vel iuuat, & eū qui est causa materialis illius: qualis est, qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum, vbi sunt inimici parati ad deformandum ipsum; & eum qui est causa formalis, qualis est, qui instruit, docet, aut consulit; & eum qui est causa finalis, qualis est qui præmium, aut receptationem deformatori pollicetur. Dixi, *propinquam*; quia non sufficit, quod sit causa remota *a*, qualis est de se omnis armorum fabricatio. Dixi, *illicitam*; quia irregularitas huius speciei, quę oritur ex deformatione illicita, numquam sine peccato saltem veniali nascitur, vt statim dicemus.

220 Causa vero propinqua illicita deformationis potest definiri *esse dictum, aut factum illicitum directum sufficienter in deformationem inde secutā*, declarando partes eius, vt supra *b*, excepto, quod non requiritur intentio tam specialis ad incurrendum ex causa illicita, de qua hic; quam ad incurrendum ex licita, de qua

a 2.2.q.64. art.8.

b Clem.1. de homic.

c Ca.si quis viduam, 50.d. & per d. sup. n. 207.

d l. liber homo, ff ad l. Aquil.c. cōtingit. de sen. exco.

e Ca.si quis abscideritt, & c hi qui 55.d.

f Di.c.hi qui.

g Ca. sicut ex tuarum, de homi.c. quod vero, & c. Moyses, 32.q. 2.

h Archid c.si quis, 15.q. 1.

i Ca.si quis à medicis, &c.si quis infirmitate, 55.d.

k Eod. ca nu. 200.

l Li 2. Phys.

m Ex gl.1. decretalium.

n In d.c. ad audiētiam, q. 42.de homi.

a Per gl.sing. c. de cætero, de homi.receptam per omnes.

b Nu. 215.

ibi, vt c declaratur. Dixi, *suæ anticipationis*; ad includendum eos, qui dicunt, aut faciunt aliquid, sine quo deformatio quidem sequeretur, sed non tam cito, iuxta Speculatorem d, Panormitanum e, Villadiegum f, & S. Antoninum g.

Ex hac regula sic declarata *infertur primo*, quod prima deformatio intenta, & volita in se semper inducit irregularitatem.

Secundo infertur, quod nulla secunda, scilicet mere casualis inducit illam; quia neque est in se, neque in sua causa volita.

221 *Tertio infertur*, quod omnis, & sola deformatio mixta secuta ex opere illicito lege iustitię, quod est causa propinqua eius, inducit irregularitatem huius speciei, ca. *tua*, ca. *suscepimus* h, quę de opere in se illicito loquuntur, & cap. *continebatur*, & cap. *presbyterum* i, quæ de opere licito illicite facto agunt. Dixi, *lege iustitiæ*; nō enim sufficit, quod sit iniustū lege charitatis: nā iudex, qui iuste secundum legem iustitiæ iubet homicidam occidi, licet forte id faciat animo vindictæ priuatæ, vel etiam, qui erat Clericus beneficiarius, qui licite non poterat esse talis iudex, neque miles, qui occidit in bello iusto hostem, malo tamen animo, non est irregularis hac specie irregularitatis, sed tantū specie præcedentis defectus lenitatis, quæ est facile dispensabilis. Dixi etiam, *sola*; quia nulla deformatio casualis, quę ex opere licito licite facto nascitur, facit quem irregularē huius speciei k. Non dixi, vt alias, *de opere licito illicite facto*; quia opus licitum illicite factum illicitum est l. Dixi, *quod est causa propinqua eius*; quia non sufficit, quod sequatur ex illicito, nisi sit causa eius propinqua, qualis est deformatio fulminis ictu facta eius, qui male iussus aliquo ibat, quia illa mala iussio neque de se, neque per intentionem directam in illam est causa propinqua ipsius, per prædicta: sicut & culpa præcedens casum fortuitum non efficit, vt fortuita imputentur a, nisi illa culpa dirigatur sufficienter ad illum, vt in hac ipsa specie singulariter dicunt Ancharius, & Francus b: nam & tunc demum culpa præcedens casum nocet commodatario, cum illa aliquatenus ordinatur ad illum, iuxta mentem omnium c. Mula enim commodata periens in itinere ictu fulminis, non perit commodatario, licet propter eius culpam in ludendo, vel fornicando non transijt prius locum, vbi fulminauit; quia culpa illa non fuit sufficienter directa in illum casum d: & ideo mandans percutere citra mortem, si mādatarius occidat, fit irregularis; quia percussio culpabiliter mādata sufficienter dirigitur in mortem. Quid autem dicatur sufficienter directum, boni viri arbitrio terminandum est e.

222 *Quarto infertur*, pro resolutione eorum, quę cōtra hęc adduci possunt ex Soto f, & alijs infra citandis, dicendum esse, quod non est aptus, nec verus intellectus, quem pro certo dat Sotus ca. *tua* g: scilicet, quod Monachus, qui vtendo chirurgia ad solam pietatem curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus exponēs se vento cōtra pręceptum eius moritur, non est irregularis, & si ob

c Num. 221.
d De dispens. parag. iuxta, n. 12. & 13.
e In c. sententiam. ne cler. vel monach.
f Vbi supra, col. 22.
g 3. part. tit. 28. cap. 2. parag. 5.
h De homi. & c. fin. eod. tit. lib. 6.
i Eod. titu.
k Ca. lator, c. dilectus, c. ex literis, 1. & 2. c. Ioan. de homic. & c. prælatis, eod. tit. l. 6.
l Ca. cū minister, 23. q. 5. glo. iuncta text. c. 1. de collus. deleg.
a Contra l. si creditor, & l. quæ fortuitu, C. de pig. act.
b In gl. pen. c. fin. de homic. l. 6.
c In d. c. 1. de commod. & c. fin. de deposit.
d In c. fin. de homic. l. 6.
e Arg. l. 1. ff. de iur. de liber, c. de causis, de off. de leg.
f Lib. 5. q. 1. ar. 9. de iust. & iur.
g De homic.

ob lucrum curat, sic. Tum quia Ioan. Andreas, Panormitanus, Anagnias, & Felinus dicunt in vtroque casu esse irregularem, quamuis in altero casu, quam in altero facilius dispensetur. Tum quia textus aperte dicit illum monachum exercendo alienum officium sibi vetitum peccasse, ibi: *Licet ipse monachus multum deliquerit, officium alienum vsurpando, quod sibi minime congruebat*: & ita ex opere illicito sufficienter ad id tendenti secuta fuit deformatio. Tum quia textus in illis verbis, *si tamen, &c.* palam concludit necessariam fuisse illi dispensationem, etiamsi ob solam pietatem curasset.

Quinto infertur, quod nimis audacter videtur dixisse idem Sotus contra omnes Canonistas imo, & Theologos non esse textum probantem, quod ex deformatione casuali ex opere illicito secuta fiat quis irregularis. Tum quia c. *dilectus*, & ca. *ex literis h*, id probant à contrario sensu, quod licet, vt ipse ait, sit infirmum logicis, iuris consultis tamen firmissimum est *i*, saltem quando desumitur ad probandum illud, cuius contrarium non est iure expressum *k*, vt in proposito contingit. Tum quia prædicta duo ca. *dilectus*, & *ex literis*, non solum probant id à contrario sensu, sed etiam à cessante ratione, & causa, quod est validum *a*, vt palam est ea perpendenti. Tū denique quia plurimi sunt textus, quibus pro regula statuitur, quod qui deformat, irregularis est *b*, & adeo quidem, vt videatur includere etiam eos, qui iuste, & sancte, directe, aut indirecte deformant, aut illius causa fuit. Quin multi, & in his S. Thomas *c*, contra casum clementinæ *d* tenuerunt esse irregularem etiam deformantem ob necessariam suæ vitæ defensionem. Cum ergo à regula non sit discedendum, nisi iure, aut ratione in id cogente *e*, eumque ius ab hac irregularitate non eximat, nisi casu citra culpam deformantem, regula prefata probeta relinquitur.

Sexto infertur, quod deformans embryonem inanimatum, vel cadauer exanimatum, non est irregularis, per dicta supra *f*. Nec qui propinat mulieri, aut viro potum, quo eis generandi facultas impeditur: quia non deformat *g*: neque qui prægnantem abortire facit, antequam fœtus anima rationali animetur, *h* quæ quadragesimo die masculo, & octuagesimo fœminę infunditur *i*. Si vero nescitur, an fœtus abortiuus quem mulier abortiuit post diem quadragesimum, sit mas, an fœmina, debet se censere irregularem qui eius causa fuit *k*.

Septimo infertur, quod non est irregularis, qui vulnerat pluries, & plurimum, etiam cum maxima sanguinis effusione, etiā abscindendo aliquas partes membrorum, modo non abscindat membrū, nec vulneratus moriatur, etiāsi maneat inhabilis ad decenter celebrandum: quia non deformat. Monemus autem, quod licet auris, siue cartilago illa sensum auditus exornās nō videatur esse membrum, eius tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatem, quam in parte adeo edita, &

h De homic. l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdict. & c. Apostolicæ, de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. c. 2. fastig. de fur. & homic. 3. ex sent. excom. & gl. c. significasti, de for. compet. a l. adigere, parag. quamuis, ff. de iur. patr. ca. cum cessante, de appellat.

b Ca. miror c. si quis viduā, c. clerico, ca. de his 50. d. c. continebatur & c. presbyterum, de homicid. c. 2. 2. qu. 64. art. 8.

d De homic.

e Gloss. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. & in rub. de reg. iur. 6. l. c. recepi. per omnes.

f Numer. 9.

g Ca. si aliquis de homic.

h Ca. sicut ex tuarum, de homicid.

i Iux. gl. sing. in prin. d. 5.

k Arg. c. ad audientiam, de homic.

l Arg. 1. qui partem, 55. d. m In parag. iuxta de dispensat.

publica inducit *l*, quod colligitur ex iure, & ex eo, quod paulo ante diximus, per illud quod Speculatori placuit *m*.

m Ca. significasti, 2. de homic.

Octauo infertur, quod nō est irregularis, qui iuste aliquem percutit, & non occidit, licet ab alijs sine ipsius culpa occidatur *n*, aut moriatur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo superueniente: quia illa mors nō est sequuta ex eius opere illicito: secus tamē est de iniuste percutiente: nā etiamsi percussio non sit mortifera, est tamen causa, quod alius eū interficiat, aut incidit ob illam in morbū, quo moritur etiam culpa medici, vel malo regimine: quia quoad hoc paria sunt interficere, & iniuste percutere, ex quo mors sequatur, etiā sine alia culpa percutientis *o*.

o Vt singulariter probant c. presbyterū, c. ad audientiā de homic.

224 *Nono infertur*, quod non est irregularis, qui non occidit, nec mutilat, licet debilitet membrum, adeo vt nequeat celebrare, per supradicta.

Decimo infertur, quod est irregularis huius speciei præbens arma ad bellum iniustum eūtibus, si quis in eo deformetur *a*, & à fortiori si ipsemet prælietur. Imo, & quidquid dicat Speculator, *b* & nonnulli alij, nos opinionē Innocentij, Panormitani, & cōmunis *c* certam putamus, scilicet, quod qui in prælio, vel alia quacūque rixa intersunt, illis, ex quorū parte sunt iniusta, auxiliando, vel fauēdo, sunt irregulares, si aliquis in eis deformetur, siue intersint armati, siue inermes, siue deforment, siue nō, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non: quamuis non, qui intersunt ad dissuadendum prælium, & suadendam pacem, licet inde nonnihil animi suorū parti, & nōnihil timoris aduersę redderetur. Neque etiā qui intersunt ijs, qui iuste bellum gerunt, etiam ad fauendum, modo suis manibus non deforment, etiāsi animo deformandi percutiant, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussi, vel medici: quia hoc differt iusta percussio ab iniusta. Addo etiam, quod qui suis manibus interficiūt in iusto bello, non sunt irregulares huius speciei, sed illius quæ nascitur ex defectu perfectę lenitatis, de qua supra *d*, si sūt laici, nec si sunt clerici, si initæ ipsis pugnæ tanta est necessitas, vt excusęt à peccato, quamuis non ab irregularitate, vt contingere potest, iuxta notata per Caiet. *e* & tractatur supra *f*.

a Iux. gloss. c. ita quorundam de Iudæ, fundatam in c quod in dubijs de pœn. b Tit. de dispens. para. iuxta vers. 56. c In c. pen. de homi.

d 2 n. 206.

e 2. 2. q. 40. art. 1.

f Eod. ca. n. 215. 216. & 217.

225 *Vndecimo infertur*, quod est irregularis huius speciei laicus, vel clericus, qui alium in iudicio iniuste criminis merētis mortem, aut deformitatē, accusat, si ea sequatur. Et qui inimico indicat vbi sit, quo iter teneat, quomodo inueniet quē quęrit ad deformandū iniuste, si illud sequatur. Iudex item condemnans iniuste, & omnes eiusmodi condemnationi scienter fauentes. Dixi, *iniuste*, quia quamuis laicus, qui iuste accusat, sentētiā fert, vel exequitur, cū omnibus ad id auxilium præbentibus sit irregularis alterius speciei, vt dictum est *g*, non tamen huius, quę est deterior, & difficilioris dispensationis quam illa, excepto clerico ordinis sacri, qui hoc facit etiam iuste accusando sine protestatione prædicta, quia facit actum illicitum, iuxta regulam

g Sup. n. 206.

S. Tho-

S.Thomæ *h*, vnde sequitur deformatio.

h 2.2.q. 64. art.7.

226 *Duodecimo infertur*, quod non est irregularis huius speciei, nec alterius, qui ad recuperādum sua detinet furem quoad iudex veniat, aut eidē tradat, neque qui furti sibi facti accusat in iudicio, quāuis suspendatur, modo expresse protestetur, se nolle vt iudex illi irroget pœnam sanguinis *a*, & alias sic, etiam in foro cōscientię, licet id ei vere displiceat, vt colligitur ex glossa, & Archidiacono *b*, & affirmat Calderinus probatus ibi à Perusino *c*: si autem vere placeat, fiet irregularis, quoad forū conscientię, etiam si scripto, aut verbo protestetur contrariū, secundum Ioan. Andream, Dominicum, & Perusinum *d*. Et ideo nō semel consului mus, quibus id contigit, vt dispensationem obtinerēt, quamquam Felinus *e* contrariū significet, allegando ibi Ioan Andr. *f* qui tamen in meo libro id nō dicit, neque in libris Dominici, & Perusini *g*, qui eum pro nostra parte allegāt, & bene, quia ipse remittit se ad Hostiensem *h*, vbi copiosius quam omnes id, quod nos asserimus tenet. Nec obstat, quod per solā volūtatem, aut intentionem sine opere exteriori irregularitas nō incurritur, vt supra dictum fuit *i*: quia in proposito cū volūtate concurrit accusatio, aut querimonia exterior, quæ ad iudicem defertur, & deformatio illam consequuta, & protestatio nō est talis, qualem ius requirit ad excusandum ab irregularitate: ius enim non requrit protestationem mendacem, & fraudulentā, qualis est prędata: in nullo enim casu mētiri permittitur *k*. Hęc tamen irregularitas non est huius speciei, sed præcedentis, quæ ex defectu perfectæ lenitatis nascitur, nisi in clerico sacris initiato, vel beneficiario, qui peccat sic detinendo, tradendo, aut accusando sine dicta protestatione, vt dictum est.

a C. prælatis de homic. l. 6.
b In d.c. prælatis.
c Colum. 2.
d In d.c. prælatis.
e In postulatis, de homic. l. 6.
f In c. 2. de hom. l. 6.
g In d.c. 2.
h In summa de hom. parag. qua pœna, à verbo, si verum.
i Nu. 192 per c. fid. 13. q. 1.
k C. 2. 1. 22. q. 2. c. super eod. de vsur.

227 *Decimotertio infertur*, quod est irregularis huius speciei, qui illicite rixatur, aut certat cum alio, si eius amici superuenientes eum deforment, etiamsi absque aliquo eius consensu id faciant, iuxta Ioan. And. *l* receptum à Panormitano, Felino, & communi, quia ex eius opere illicito in id aliquo modo ordinato sequuta est deformatio.

l In c. Petrus de homi.

Decimoquarto infertur, quod est irregularis huius speciei, qui domi suę alit, aut custodit ferā aliquam bestiā, vt leonē, elephantē, aut vrsū, & est in culpa soluendo, vel tenendo solutam, vt illa aliquem deformet: secus si non est in culpa, secundum Innoc. Cardinalem, & communem *m*: quia quum est in culpa, ex opere illicito sequitur deformatio, non autem, cum non est in ea.

m In d.c. ad audientiam.

228 *Decimoquinto infertur*, quod est irregularis huiº speciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorātia, aut negligētia, aut audacia, omittendo suæ artis regulas, ictus, vel ęgrotus deformatur, alias secus, iuxta mentem Speculatoris receptam *n*, & Innocentij, & omniū *o*. Custos item infirmi, qui dolo, aut notabili culpa, aut cōtra consiliū curātis prębet, aut facit aliquid quo infirmus deformatur saltem citius, non autē si id faciat bona fi-

n Vbi supra, n. 1.
o In c. tua, de homic.

de sine culpa notabili, licet in aliquo errauerit, & potest se liberare scrupulo consilio Doctorum, qui si etiam dubitant, irregularem se debet putare, iuxta Speculatorem *a*.

a Vbi supra, n. 13.
b Vbi supra.

229 *Decimosexto infertur*, quod est irregularis, secundum Speculatorem *b* receptum, qui cum nō sit medicus, neque chirurgus, sagittam, aut aliud telum corpori infixum percusso euellit, vt citius moriatur, vel si ob id celerius moriatur, quam alias moreretur: & etiam qui ad aliam partem infirmum vertit, vt citius moriatur, & qui aliquid horum iubet, rogat, aut consulit, & ob id citius moriatur, alias non.

c Clem. 1. de homicid.
d Prædicta clem.

230 *Decimoseptimo infertur*, quod non est irregularis infans, neque dormiens, neque furiosus alium deformās *c*. Infans autem quoad hoc dicitur minor septennio, secund. gloss. *d*. quod certum est quoad forum exterius, quoad forum autem interius, videtur iudicandus talis maior eo, si nondum nactus est iudicium sufficiens ad peccandum, & non minor eo, si nondum nactus est illud, vt colligitur ex Ioan. And. & Panormitano *e*, Imola, & Bonifacio *f*, vbi fuit defectus iudicij, quod præsumitur post septem annos, & non ante. Et quamuis Zenzelinus receptus per Cardinalem, & Ioh. Coloniensem, & Villadiegum *g*, & Sylu. *h* dicat, quod est irregularis qui ebrius iudicio carens deformat, quia causa fuit illius, cum se inebriauit *i*: nobis tamen nūquam placuit quoad omnino ebrium, & extra iudicium positum. Tū quia furiosus quamuis sua culpa furat, siue insaniat, non est irregularis deformādo *k*. Tum quia multi inebriantur citra suam culpam. Tum ob duodecim argumenta, quę adhibet Maior *l*, ad probandum, quod ebrius non peccat in eo, quod extra iudicium manens facit. Tum quia neque qui dormiens deformat, fit talis, etiamsi deformet, quem vigilans deformare intendebat, vt *m* communis declarat. Et magnopere lętatus fui, cum primum hoc Bonifacium tenere vidi *n*: quamquam communis opinio procedere potest in ebrio, qui iudicium omnino non amisit, & quoad forum exterius, si tanta ebrietas non probaretur, & etiam quoad forum interius, in eo qui sciens solere se inebriatum sumere arma, & alios percutere, sua culpa inebriatus fuit, vt Marianus annotauit *o*, quia facit opus illicitum ordinatum ad id consuetudine ipsius. Quod ipsum dici potest de dormiente, & furioso, qui interdum ad se redit, si admoniti se dormientes, aut furentes capere arma, & percutere alios, sunt in culpa, non prouidendo tempori, quo dormierint, vel furuerint, ne talia faciant, à paritate, siue identitate rationis *a*.

e In c. 1. de delictis puerorum.
f In d. clem.
g In tract. de irregul. colum. 28.
h Ver. homicidiū, 3. q. 4.
i Ca. inebriauerunt.
k Iuxta glos. c. si quis insaniens, 15. q. 1. & Card. in d. clem. 1. q. 6. & Imol. in gloss. 2.
l In 4. d. 15. q. 8.
m In dicta clem.
n In d. clem. n. 26.
o In c. ad audientiam, n. 55. de homic.

a l. illud, ff. ad l. Aquil. & c. 2. de trans. prælat.
b Arg. c. si quis viduam, 50. d. c. periculose, de pœn. d. 1.

231 *Decimooctauo infertur*, quod fit irregularis iniuria affectus, si eius amici iniuriantem deformant, rogati, vel iussi ab ipso: & etiamsi eo sciente, & non contradicente id faciant, alias secus.

Decimonono infertur, quod est irregularis, qui auertit aliquem à liberando alio ab iniusta deformatione *b*, quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato sequuta est: quamquam nemo fit irregula-

irregularis ex sola complacentia, quod deformetur alius, quia id non sequitur ex ea *c*, licet in eo peccet. Nec consequenter medicus, qui non vult curare infirmum, qui ob id moritur, nec dives non pascens, vel non vestiens fame, vel frigore morientem, nec qui cum potest, non defendit quem alij deformant, nisi sit iudex, aut qui suo officio ad id tenetur, iuxta S. Antoninum *d*: quia non sequitur ex opere illicito iustitiæ lege, & omissio operum charitatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, nec ad pœnas irregularitatis *e*.

c Glo recep. d.c.si quis viduam.

d 3.par.tit 28. c.2.

e Per d.c.24. n.5. & intract. de red. eccles. q.3.monit.3. f 3.par.tit. 28. cap 2. in princip.

232 Ex quo sequi videtur, non esse irregulare eum, qui omittit aliquod trium prædictorum facere, etiamsi omittat volũtate, & desidero mortis eius, cui subuenire omittit, secundum S. Antoninum *f*, quamuis Syluester oppositum teneat *g*, & ante illum Angelus *h*, sed sine ratione, & textu idoneo, quia cap. *quanta i*, quod Angelus adducit, & est fortissimum fundamentum omnium, quæ allegari possunt, non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione, & magis inducit præsumptionẽ quoad forum exterius, quam veram dispositionem, vt diximus *k*.

g Verb. homicid. 2. q. 5. h Ver. homicid. 1. parag. 17. i De sen. excommun. k Sup. c. 24.

233 *Vigesimo infertur*, quod est irregularis qui iubet, mãdat, vel cõsulit aliquem deformari illicite, sequuta deformatione *l*, siue statim, siue multo post id faciat, antequã iussum, vel mandatum reuocetur expresse, aut tacite per restitutionẽ inter eos primæ amicitiæ, ita vt in notitiã iussi, vel mãdatarij veniat, iuxta Innoc. *m* & Villadiegũ *n*. Idem de iubente, mãdante, vel cõsulente percussionẽ alicuius citra deformationem, ea sequuta *o*. Dixi, & repetij supra, *illicite*, quia secus si licite, quidquid Sylu. *p* subtiliter, sed periculose dicat. Tũ quia nunc non sequitur deformatio ex opere suo illicito. Tũ quia ex dicto Syluestri inferretur, eũ, qui exercitum ad prœliandũ, & vincendum absque alia intentione expressa, vel virtuali interficiendi cohortatur, esse irregularem huius speciei, cũ tamen nõ sit etiã speciei præcedentis, per probata supra *q*. Idẽ de ratificante deformationem suo nomine factam, quã ante quã fieret mandare poterat: quia ratihabitio his duobus cõcurrentibus mandato cõparatur *a*, pro quo facit glossa *b*, quidquid ibi Archidiaconus dicat, & alias non: vt si factum fuit alterius nomine, aut suo, cum esset infans, aut furiosus, qui mandare non possunt, iuxta Ioan. Andr. & Panormitanũ *c*. Hæc autem procedunt, siue is contra quem consulitur, iubetur, vel mandatur, deformetur, siue consultus, iussus, vel mandatarius, iuxta Panormitanum *d*. Inter consulentem autem, & alios hoc distat, quod consulens non satisfacit reuocando cõsilium, quia tenetur persuadere contrarium: nam consilium datur gratia eius, cui consulitur, qui non tã cito credit ei qui contrariũ priori consilio suadet, quam iussus, vel mandatarius mandanti, vel iubenti. Ex quibus colligitur, fuisse irregularem illum Clericum, qui me pridẽ consuluit, dicens se consuluisse coniugi cuiusdam absentis, quę facta erat prægnans, certum modum abortiendi, quod

l Nu. 215.

a Ca. ratihabitionem, iuncto ca. ratum, de reg. iur. l. 6. & c. cum quis de sen. exc. cod. lib. b In c. omnes, 17. q. 4. c In c. 1. de cõuers. in fid. d In d.c. ad audientiam.

quod consilium postea pœnitentia ductus reuocauit, sed illa verita maritum regredientem, exequuta consilium, abortiuit.

234 *Vigesimoprimo infertur*, quod non est irregularis, qui scit tractari de alicuius deformatione illicita, & non significat illud ei (quamuis peccet mortaliter) si nec dicto, nec facto ad id iuuet, quidquid dicat Syluester *e*, per dicta superius *f*: est tamen qui interest pugnę iniustę, auxiliando, incitando, aut exhortando suos, aut animos contrarijs imminuendo, & etiam custodiendo vestimenta, aut sarcinas eorum, qui ad pręliandum iniuste proficiscuntur.

e Verb homicidiũ, 1. q. 10. & Mod. c. n. 232.

235 *Vigesimosecundo infertur*, quod magister castigans discipulũ non fit irregularis, etiamsi moriatur, si circumspecte faciat, alias secus *g*, & Clericus ludens cum Clerico, aut laico, qui decidens suo se cultello deformat, sine alicuius notabili culpa, nõ fit irregularis, si licito ludo licite ludebat, alias secus *h*. Et quod tecta reficiens, aut aliquos lapides in alium locum iaciens, aliquem deformans, est irregularis, si dicto aut signo debite non præmonuit illac transituros, alioqui secus *i*. Et quod iaciens lapides in sues, aut alia animalia aliquẽ deformans, est irregularis, si admisit culpam non satis circumspecte id faciendo, alias non *k*: & quod Clericus venans, aut balliſta se exercens, aliquem casu deformãs, est irregularis, iuxta Angelum *l*, & Syluestrum *m*: quod intelligendum est de venatione, aut exercitio illi illicitis, non autem de licitis: non enim omnis venatio, nec omne balliſtæ exercitium est illicitum illi, vt illi præsupponunt *n*.

g Ca. presb. de homic.
h Ca lator, & c. continebatur, de homicid.
i Arg. l. si putator, ff. ad l. Aquil. & c. si duo, & c. clerico, 50. d.
k Gl. dist. d. c. cler.
l Verb. hom. n. 2. parag. 13.
m Eodem ver. q. 7.
n Arg. gloss. recept. in c. 1. de cle. venat. & not. in c. 1. de sagit.

Vigesimotertio infertur, quod Clericus introducens meretricem per tecta in domum suam, si decidens moriatur, vel abortiat, fit irregularis: si vero introducat per viam planam, & idem cõtingat, minime, quia licet vtrumque opus sit illicitum, & ex vtroque sit secuta deformatio casualis, prius tamen est sufficienter ordinatum ad eam, & posterius non. Et quod circumuersans campanam, cuius tintinnabulum solutum aliquem deformat, non est irregularis, si non fuit in culpa male ligandi tintinnabulum, alias secus, vt quia erat campanarius ad id obligatus *o*.

o Cap. Ioan. cum ei ann. de homi.

236 *Vigesimoquarto infertur*, quod iocans, aut saltans cũ grauida muliere, quę ob id abortit, non est irregularis, si licite id facit, vt frater, propinquus, aut amicus honestus: secus si illicite, vt amator obscœnus, aut Clericus, aut monachus, cui eiusmodi saltatio esset prohibita *b*. Et quod Monachus, vel Clericus beneficiarius, aut ordine sacro initiatus, videns furem furripientem, vociferatur, *latro, latro*, secuta deformatione, est irregularis huius speciei, si animo, vt deformaretur, clamauit, aut credens, quod superuenientes eum deformaturi erant, vel ad iudicem vt deformaretur ducturi, alias non *c*. Laicus autem, vel alius Clericus idem faciens, esset irregularis præcedentis speciei.

b Ca. sicut, ex tuarum, cum annot. ei per Pan. de homic.

c Cap. significasti, cum ei annot. de homicid.

Vigesimoquinto infertur, quod est irregularis, qui dormiẽdo suffocat infantem in eodem lecto illicite à se positum, alias secus.

Quando

Quando autem id licite fiat,& quando non,dictum est supra *d*. d Ca.15.n.13.

Idem de mittente puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi suffocatur. Et de eo qui fugiens ictum vnius,propellit alterum, qui deformatur, & alia similia, quę illicite facta inducunt irregularitatem,alias non.

237. *Vigesimosexto infertur* , quod recte dixit Sotus *e*, aberrasse Sylvestrum dicendo irregularitatem incurri à Clerico, qui cędendo alienam arborem,casu aliquem interimit,etiam adhibita diligentia, quæ ipsum cędentem propriam à culpa excusaret. Recte etiam dixit,non fieri irregularem monachū,eo quod sursum versus ipso mouente campanam tempore prohibito, illius tintinnabulum aliquem occidat, si eam diligentiam adhibet,quæ sufficeret ad excusandum eum à culpa,si tempore debito id faceret: licet enim in his duobus casibus opus sit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem. e Li.5.de iust. & iur.q.1.a.9.

Vigesimoseptimo infertur , quod eadē ratione recedo ab eodem Sylvestro *f*,dicente irregularem fieri Clericū,qui mercās illicite casu occidit aliquē,absque alia culpa in id ordinata: & quod limitādus est Caiet. dicens,quod licet Clericus occidēs casu venando,si tantā diligentiā, quantā laicus adhibet,ne homicidiū sequatur,nō magis peccet quā ille, incurrit tamen irregularitatem,quā non ille,limitandus est,inquā,ne procedat in venatione,quę sua natura in homicidiū nō dirigitur,qualis est venatio passerū,& perdicū ad aucupis cantū,vel accipitris,sine armis,in prouincijs in quibus non est prohibita: licet Clericus peccaret id faciendo tempore,quo diuinis interesse tenetur,neque si rogatus,vt se venantem comitaretur, fulminis ictu periret. Dixi, *limitandum*; quia saluari potest in venatione vrsorum,aprorum, & ceruorum,quę armis exercetur,si mors per illa contingeret. f Ver.homi. 3.q.2.

238 *Vigesimooctauo infertur*,quod non fit irregularis monachus minor peccans equitando, eo quod mula mansuetissima, qua vehitur citra suam aliam culpam puerū occidat,quia culpa incessionis eiusmodi mulæ nullatenus dirigebatur in talē mortē: & quod adulter qui à marito cū vxore deprehensus suæ defensionis causa eū occidit,est irregularis, vt dixi supra *a*, sequutus S.Antoninū *b*,quia adulterium est actus illicitus,& sufficienter directus ad mortem inferēdam,attenta maritorū procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros,& suas vxores,& lege permittente in certis casibus patri,& marito eos,& adulterantes occidere *c*:& eadē ratione Clericus adultet fit irregularis,si maritus ob id occidat vxorem,secundū meam opinionē,quam fel. record. Pius V. probauit,cum in sacra pœnitentiaria id controuerteretur. Adde hic ea quæ tradimus in rub. de iudic. *d* a Ca.15 n.7. b 3.part.tit.3. c Ar.l patri. l matrito,ff.ad l.iul.de adul. & l. Gracchus,c. eod. d A nu.107.

De dispensatione huius irregularitatis.

239 *Missam qui irregularis iuste dicat.*

239 Dis-

239 *Dispensare potest, sed non solet, Papa in irregularitate homicidij voluntarij*

239 *D. Franciscus Toletus Societatis* IESV *insigniter laudatus.*

240 *Homicidium voluntarium exactè definitum, & cum quo dispensat Episcopus.*

239 DE dispēsatione huius irregularitatis *dico primo*, id quod pridem respondimus, scilicet, licere facere sacrum post debitam contritionem, & confessionem ante dispensationem ei qui occultissime occidit alium, & probabiliter est certum, & creditum, infamatum iri eum illud fecisse, nisi celebret: quia lex naturalis, & diuina de defendenda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate, per dicta supra *a*. Ad quæstionem autem, quam hic quærit quidam vir eruditus, scilicet, an idem sit dicendum de excommunicato occultissimo posito in simili periculo infamię, & de moniali incidente occultissime in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem possit cōmunicare, quando alię ad id tenentur, & interesse choro, & alijs, quibus si abstineret, fama eius, & monasterij periclitaretur. Ad quod respondeo affirmatiue eadem ratione.

a Ca. 7. n. 2. & 3. & c sicut, de consecr. d. 1.

Secundo, quod tam mala est quoad forum conscientiæ hæc irregularitas occulta, quam publica, per dicta supra *a*, vbi transcripsimus *b* Concilium Triden. quo Episcopis nouè conceditur facultas dispensandi super quacumque irregularitate descendente ex quocumque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super dispensatione vero descendentis ex voluntario idem Concil. *c* statuit in hæc verba: *Cum etiam, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari auelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiamsi crimen illud nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferre liceat; sed omni ordine, beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcunque, ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu vicinjori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, aut narratis, nec aliter dispensare possit.*

a Eodē num. 194.
b Ca. 6. sess. 24.
c Sess. 14. c. 7. de refor.

Ex quibus duobus ca. *nota primo*, quod ante prędictum Conc. non licebat Episcopis dispensare super hac irregularitate publica, neque occulta. Ad quod probandum alias hic adduximus multa, quę nunc tanquam superuacanea omittimus.

Secundo nota d, duplex homicidium voluntariū illicitum: Alterum in se intentum ac volitum, super quo statuitur, ne dispensetur: Alterum vōlitū in se causa defensionis: nam vers. *si vero*,

d Ex d. c. 7.

ponit

ponit duplex genus homicidij illiciti, scilicet, casuale, & factum causa defensionis, quod intelligendū est de intento, & volito in se, licet causa defensionis, alioquin enim superflueret, quia cōtineretur sub casuali altero mēbro disiunctiuę. Ex quo *tertio nota*, quod homicidiū intentū, & volitū in se causa defensionis, licet sit illicitū ob excessum inculpatę tutelę, nō est indispensabile, quod est quotidianum in praxi. Ad quod hunc canonē efficaciter in sacra Pœnitentiaria inducentē iucunde audiui admodum Reuerendum Collegam in ea meum Franciscum Toletum, excellentem sacræ paginę Doctorem, & acerrimum antea Gymnasiam, ac nonnullis annis primum fel. record. Pij V. & nunc S. D. N. Ecclesiastem cum primis Vrbis, & orbis suspiciendum, illustrissimæque Societatis Iesu singulare ornamentum.

240 *Quarto nota*, quod ex eodem Conc. *a* & his, quę alias hic, & prius *b* de consec. dixi, potest definiri homicidium volūtarium, super cuius irregularitate dispēsandi potestas excipitur in omnibus facultatibus dispēsandi super irregularitate factis tā summo Pœnitentiario, quam Legatis, Cruciatarum Cōmissarijs, & quibusuis alijs. Definiri inquam potest, *esse homicidium illicitū, intentum siue volitum in se, saltem æquipollenter, alias quam vitandæ mortis causa ab oratore*. Dixi, *Illicitū*, ad differentiam eius, quod neque licitum, neque illicitum, quale est factum ab infante, vel furioso: eius item, quod est iustum, quale est quod ministri militię, vel milites in bello iusto iuste faciunt, de quo supra in quarta specie. Ex quō videtur inferri prædictos, & alios quibus sit facultas dispensandi super omni irregularitate, excepta illa, quæ nascitur ex homicidio volūtario, posse dispēsare super ea, quæ nascitur ex homicidio iusto, cum solum homicidium iniustum dicatur voluntarium per prædictam definitionem. Dixi, *Intentum, vel in se volitum*, quia non sufficit, vt sit volitū in causa, quale est omne casuale producens irregularitatem, secundum Sanctū Thomam receptum *d*. Dixi, *Saltem æquipollenter*, ad includendum illud, quod non est quidem intentum, seu volitum in se, sed in causa adeo propinqua morti, vt moraliter vix sint patibilia, velle illam causam, & nolle occidere. Cuiusmodi sunt nolle occidere, & venenum, quod scit esse mortiferum, propinare, vel ferire ense punctim circa præcordia, vel circa caput etiam cæsim. Dixi, *Alias quā, &c.* ad excludendum intentum ob defensionem, vitandę mortis causa *e*. Dixi, *Ab oratore*, quia non sufficit vt intendatur ab alio: fit enim sępe, quod idem homicidium sit voluntarium vni, & non alteri: quale est, quod facit Petrus percutiendo alium animo occidendi mādante Ioanne, vt aliquam iniuriam leuem citra deformationem ei dicat, vel faciat. Illud enim Petro est voluntarium, & Ioanni non. Et contra quod famulus facit propinando potum veneno infectum animo iocādi, mandāto heri persuadentis esse solo sale insperſum, id enim famulo non esset voluntarium, & hero sic. Qua definitio fundatur

a Cap. 7.
b In principio d. 1.
c Ca. illud. 15 q. 1.
d 2. 2. q. 64. art. fin.
e Per dictum 7. cap.

datur tam in dicto c.7. quatenus in tribus locis significat omne homicidium indispensabile esse volitũ in se, scilicet, ibi, *Per industriã, vel per insidias*, & ibi, *Voluntate sua*, & ibi, *Ex proposito*. Tum quia S. Thomas receptus *a*, ait voluntariũ differre à casuali, eo quod illud est volitũ in se, & casuale in causa tantum. Tũ quia lõge magis peccat, qui intendẽs occidere, occidit, quam qui nõ intendẽs illud facere, id facit. Adeo quidem quod occidẽs sine animo occidendi, minus peccare dicatur, quã vulnerans animo occidẽdi *b*: quia hic est in dolo, ille in culpa, & dolus præponderat culpæ *c*. Tũ quia mandans vulnerare aliquẽ citra mortem, licet mãdatarius occidat, nõ debet pœna ordinaria mortis puniri, sed minori, secũdum cõmunem, quem post plurimos alios sequitur Decius *d*, & Alciatus *e*, & nõ alia ratione, quã quia non intendebat occisionem. Ergo qui occidit aliquẽ non intendens occidere, non incurrit irregularitatẽ indispensabilem, quam incurrit intendens occidere, quũ secũdum mensuram delicti debeat esse plagarum modus *f*. Tum quia c. *finale g*, quod maxime contra hoc facit, non probat mandãtem percutere citra mortem, ea consequuta, esse homicidam voluntariũ, neque irregularem irregularitate indispensabili, sed tantum esse irregularẽ, quod & nos fatemur. Tum quia nullo iure probat Caietanus *h*, quod percutiens in vtero prægnantẽ, sine animo causandi abortum, si ille sequatur, est homicida voluntarius. Et quod faciẽs sine animo occidẽdi aliquid, ex quo vt plurimũ sequitur mors, illa sequuta est homicida voluntarius, quia id maxime fundat in dict. c. *finali*, & in dictis S. Thomæ. Quod autem in dicto ca. finali non probetur, supra probatũ est, & quod dicta S. Thomę id non probent, probatur eo, quod ait in corpore quæstionis, omne, quod non est volitum in se, sed in causa tantum, esse casuale, & in secundo argumento, & eius solutione, sentit homicidiũ percutientis in vtero pręgnantem sine occidendi animo esse casuale, licet punibile, & non voluntarium. Tum quia dict. ca. finale si probaret quod ait Caiet. probaret, quod etiam faciens id, ex quo non sequitur vt plurimum homicidium, esset homicida voluntarius, quia vt plurimum non sequitur mors ex percussione nolentis occidere: nam & ex percussione volentis occidere pluries desinit sequi mors, quã sequatur, vt experiẽtia docet. Tũ quia in c. *significasti i*, clare significatur dispensandum esse cum clerico, qui percussit sacrilegum fossorio, sine animo occidẽdi, licet ob id ab alijs fuerit occisus. Tum denique, quod vt supra ponderatum est, prædictum cap. 7. probat non omne homicidium illicitum intẽtum, & volitum in se, esse indispensabile, dicens, *non esse tale intentum causa defensionis*.

Quinto nota, quod post prædictum Conc. non potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad vllos ordines, neque vllum beneficium, etiam simplex, vt disponitur *a*, quamuis cum alio posset dispensare quoad ordines minores *b*, & etiã ad benefi-

a Vbi supra.

b l.1. para. diuus ff. de sicar. & facit, l.1. & l.is qui C. eod.

c l. item si obstetrix, parag. fin. ff. ad l. Aquil

d Const. 622.

e In l. magna negligentia, ff. de verb. signi.

f Deut. 25. & c. non afferamus, 24. q.1.

g De homic. l. 6.

h In d. ar. fin.

i 2. de homi.

a In d. c. 7.

b Iuxta notata in c. ad audientiam, de hom.

beneficium, per cap. 2. *c* omniũ iuris optimum, secundũ Anagniam *d*, modo sit simplex, iuxta Panorm. *e* & Felinum *f*, & etiã ad retinendum curatum iam obtentum, licet non obtinendũ, iuxta Decium *g* concordantem sic opiniones contrarias.

c De cler. pug. in dupl.
d Ibid.
e Ibid.
f In d. c. ad audientiam.
g In c. at si parag. 1. de iud. n. 6.

De irregularitate delicti accipiendi, aut exercendi male ordines.

241 *Irregularis vt sit ordinatus, aut ordine vtens in censuris, aut ab Episcopo censurato, aut extra tempora, aut vtens ordine non habito, & seq.*

241 CIrca hæc *dico primo*, quod est irregularis, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum excommunicatione maiori, aut interdictum, aut suspensum, saltem à suscipiẽdis ordinibus, ordinatur *h*. Dixi, *Excommunicatione maiori*; quia minor quamuis sufficiat ad peccandum, non tamen sufficit ad irregularitatem incurrendam *i*. Dixi, *Vel debens scire*; quia ignorantia crassa non excusat *k*, qualis est eius, qui ad constitutum diem sub pœna excommunicationis fuit citatus, & non comparuit, & postea celebrat nesciens se à iudice fuisse excõmunicatum, vbi de consuetudine tales contumaces excõmunicãtur, iuxta Archidiaconum *l* receptũ etiam per Villadiegum *m*. Neque Episcopus in hac potest iure antiquo dispensare, nisi cum ingrediente religionem post bonã aliquanti temporis conuersationem *n*. Dixi, *Iure antiquo*; quia nouo Tridentino *o* potest, si delictum sic celebrandi est occultum: erit autem occultum si excommunicatio est occulta, licet celebratio sit publica *p*, quia quamuis actus celebrandi sit publicus, non est tamen publica eius malitia: quod in sacra Pœnitentiaria definitum fuit.

Secundo dico, quod etiam est irregularis, qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno eodemque die suscipit *q*, sed consuetudine excusari potest, iuxta S. Antoninum *r*, vt supra diximus. Et à fortiori, si duos sacros ordines suscipit. Nec obstat, quod supra *t* dicitur, quod est suspensus, ideoque non est irregularis: tum quia cap. *literas a*, quod de illo disponit, vtitur verbo *suspensus*, vti antiquiora iura, quę pręcesserũt cap. *nisi b*, ante quod non erat frequens in canonibus verbum irregularitatis, vel potius quia d. c. *literas* loquitur de ordinato duplici ordine sacro non pręcedente excommunicatione cõtra eum, qui sic ordinaretur, qui licet sit irregularis, non tamen est tantum, quantum qui duos ordines sacros accipit præcedente excommunicatione contra sic accipientem, vt colligitur ex cap. 1. 2. & 3. *c* cum eis adnotatis à Panormitano, & alijs: quamuis Episcopus potest concedere vsum aliorum prius susceptorum *d*.

Tertio dico, quod est irregularis, qui ordinatur ab Episcopo, qui se abdicauit episcopatu suo quoad locum, & quoad dignitatem,

h Ca. 1. de eo qui furt. ord. suscep. & ca. cũ illorũ de sen. excom.
i Ca. si celebrat de cler. excom. mini.
k Ca. Apost. de cler. exc.
l In d. cap. Apostolicæ.
m Col. 4. vbi supra.
n Cap. fin. de eo qui furt. ordin.
o Sess. 24. c. 6.
p Argu. l. 1. delictis, parag. si extraneus, ff. de noxa act.
q Ca. 2. eo. ti. r 3. parte, tit. 14. c. 16. para. 10.
s Ca. 25. n. 71.
t Ca. 25. n. 71.
a De tempo. ord.
b De renun.
c De eo, qui furt. ordin. suscepit.
d Dict. c. 2. de eo qui furt.

ratem e, sciens, aut scire debens eius abdicationem, quamuis de facultate sui Episcopi ordinetur iuxta omnes *f*.

Quarto, quod qui ab Episcopo excommunicato, interdicto, aut suspenso, simoniaco, schismatico, hæretico, aut deposito, aut degradato ordinatur, est irregularis, quamuis characterem suscipiat, per prædicta *g*: non tamen exequutionem, siquidem qui eam non habet, alteri dare non potest, modo sit denuntiatus talis, per extrauagantem *ad euitanda* relatam suprà *h*. & ad id iusto timore non cogatur *i*. Potest autem Episcopus dispensare cum eo, qui ignorans denuntiationem, ordinatur *k*.

Quinto dico, quod qui ordine sacro ordinatur ante legitimam ætatem, vel extra tempora legitima, vel absq; literis dimissoriis, non est irregularis, est tamen ipso iure suspensus, & si antequam absoluatur eum exerceat, fit irregularis *l*.

242 *Sexto dico*, quod quamuis qui per saltum ordinatur, accipiendo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem suscipiat, etiamsi primo saltu ex laico presbyter fiat, iuxta glossam *m* receptam communiter, est tamen suspensus, & prætermissum ordinem sine dispensatione accipere nequit. Potest tamen Episcopus antequam accepto vtatur, dispensare, vt prætermissum suscipiat, & postea ambobus vtatur: sed si priusquam dispensetur, vtatur accepto, aut prætermisso, videtur talis irregularis, cū quo solus Papa ad maiorem ordinem dispensat, si sciens errorem id fecit, si autem per ignorantiam, episcopus potest, imo & si scienter vsus fuerit ad exercendum acceptum, quamuis nō ad maiorem suscipiendum *n*.

Septimo dico, quod est irregularis, qui ordine, quem non habet, vtitur *a*, modo illo vtatur serio, & non ioco *b*, & tanquam ordinatus eo, & nō vt laici ex consuetudine interdum exercent officium minorum ordinum, iuxta S. Thomam *c*, & S. Antoninū, *d* aut nō initiatus presbyterio, sine consueta solēnitate, vt alius baptizat, aut nondū subdiaconus, epistolam cātat ex choro, aut altari, etiā cum dalmatica, sed sine manipulo, aut cum eo, vbi est talis consuetudo iuxta S. Antoninum *e*, & affirmat Villadiegus *f* fratribus mendicātibus esse consuetudinē eā dicere, etiā cum manipulo: secus enim si solū executione careret, eo quod in ordinatione aliqua solemnitas accidētalis defuit, licet enim peccet vtendo antequam illa suppleatur *g*, nō tamen fit irregularis *f*. Quin prædē respondi, quod quāuis clericus primæ tonsuræ, qui solēniter cantauit epistolā cum manipulo, tanquā subdiaconus, vbi nō erat consuetudo cantandi eā cum illo nisi subdiacono, sit irregularis: in foro tamē animæ nō est talis, si noluit id facere tāquā subdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis, quia præsumeretur id fecisse vt subdiaconus. Ad dubiū de laico audiēte serio cōfessionē sacrā, & absoluente, simulādo se presbyterū: Respōdeo quod sit irregularis, per prædicta, quia solēniter facit actū appropriatū ordini presbyterali, quo caret.

e Cap. 1. de ordin. ab Episcop. qui Episcop. renuntiat.
f Ca. 2. 19. d. c. quod quidam, paru. quamuis, & para. sciendum, 1. q. 7.
g Et per ca. gratiam, & c. statuimus, 1. & 2. 2. q. 1.
h Eod. a. 25.
i Arg. c. constat, 1. q. 5.
k Arg. c. fi. de ord. ab episcop. & c. statuimus & c. fi. a simoniacis 1. q. 1.
l Per extrauag. cum ex sacrorū citatam sup. c. 25. nu. 70. & in hoc n. 155. in Ca. solitudo, 52. d. & c. 1. de cle. per salt. promot.
m Arg. c. 1. & eorum quæ post alios ibi annot. Pan. de cler. per salt. promot. & Syl. verb. irreg. q. 11.
a Ca. 1. de cler. non ord. ministr.
b Arg. c. illud 15. q. 1. c. In 4. d. 24. d. 3. par. tit. 28. c. 1.
e Vbi supra, para. 3.
f Vbi supra, col. 42.
g Ca. 1. de sacram. non iterand. cum annot. ibi.

243 *Octauo dico*, quod est irregularis Clericus violans interdictum generale, aut speciale, locale, aut personale, sepeliēdo, administrando sacramenta, aut celebrando diuina officia sic, vt aliquod opus peculiare alicuius ordinis faciat, vt dictum est supra *h*. Dixi, *Clericus*; quia laicus quamuis sæpe peccet mortaliter interdictum violando, numquam tamen irregularitatem incurrit, vt supra *i* dictum est. Dixi, *Interdictum*; quia secus de cessatione non mixta interdicto, vt dictum est supra *k*.

Nono dico, quod solus Papa cū tali ad ascendendū ad maiorem ordinē dispensat, quāuis ad vtēdum accepto possit Episcopus *l*.

h Eod.c.nit. 189.
i Eod.ca.nu. 187.
k Eod.c.nu. 188.
l Panor. in c. 1. de cler. non ordin. ministr.

De irregularitate ex delicto violandi censuras celebrando.

244 *Irregularis vt sit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo, & seq.*

244 *Primò dico*, quod excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus, aut suspensus, qui sciēs, aut scire debens, celebrat officia diuina, faciendo solēniter aliquid alicui certo ordini suo deputatum, tāquam ordinatus tali ordine, aut audit auctorando, est irregularis, iuxta communem, quā Hostiē. Ioan. Andreas, Panormitanus, & alij tenent *a*. Et probatur de excommunicato in cap. *si celebrat*, à contrario sensu *b*, & de suspenso in cap. 1. *c* Dixi, *Excommunicatione maiori*; quia minor ad hoc non sufficit *d*. Dixi, *Sciens*; ad excludendum eum qui per ignorantiam probābilem hoc facit, & ad includendū eum qui per crassam *e*. Dixi, *diuina officia*; quia peragendo alia, puta iudicando, visitando, castigando, præsentando, eligendo, confirmādo electum, &c. non incurritur, quia id nullibi cauetur, & ita nō est dicendum *f*. Dixi, *Aliquid certo ordini suo*; ad excludendum, iuxta doctrinam Innocentij *g* receptam cōmuniter, eos qui recitant aliquas horas, etiā canonicas, & responsoria ad sepulchra mortuorum cantant, aut psalmos in choro, quod etiā consueuerūt laici facere, aut ferūt cereos, aut faciūt aliquid aliud minoribus ordinib⁹ annexū, quę mere laici cōsueuerūt facere, vt S. Thomas, & Antoninus *h* dixerunt. Dixi, *solemniter*, ad excludendum eum, qui dicit epistolā, aut euangelium sine apparatu solito, vt proxime dictum est. Dixi, *Tamquam ordinatus tali ordine*, ad includendum hebdomadarium, qui tamquam sacerdos capitulum dicit, & orationem in choro, & aquā solemniter benedicit. Quod Syluester declarat *i*. Dixi, *Aut audit auctorando*, ad includendum prælatum, aut dominum, qui ligatus aliqua censura coram se celebrare facit aliquem, siue sit ligatus ea, siue non, aut aliquem ligatum, licet ipse non sit ligatus, iuxta glossam singularem *k*, commendatam per plurimos.

a In cap. 2. de cler. excom. minist.
b Eod. tit.
c De re iud. l. 6.
d Per d. ca. celebrat, de cler. excom. minist.
e Arg. cap. Apostolicæ, cū ej. ann. eo ti.
f Ca. legatur. 24. q. 2. & c. is qui de sent. excom. lib. 6.
g In c. fin. de excessib. prælat.
h Citati sup. proxime.
i Verb. irregularitas, q. 13.
k In clem. 1. de priuileg. verb. celeb.

245 *Secundo dico*, quod non distinguimus, vt alij, inter suspen-

sum quoad se solum,& inter suspensum quoad se,& quoad alios: quia loquimur de suspenso suspensione propria, quæ est

l Eod.c.n. 158.
m In c.1.de re iud,lib 9. adiunctis, quæ dicit in ea 1.de sent. excom.eod. li.& c.fide excess.prælat.

species censuræ ecclesiasticæ *l* definita, qualis non est ea,quam peccatum mortale, vel irregularitas facit,vt ibidem dictum est.

Tertio dico, quod in hac irregularitate solus Papa dispensat, iuxta Innocentium, & communem *m*.

De irregularitate ex delicto iterandi Baptismum.

246 *Irregularis est bis baptizans, aut bis baptizatus,num.247.*

246 PRimum *dico* esse irregularem,qui scies se esse baptizatũ, iterum se permittit baptizari *n*, & qui rebaptizat quem scit esse baptizatum *a*,etiam ignoranter *b*,nisi ignorantia esset probabilis & iusta iuxta Scotum *c*,& Card. S. Xisti *d*, quamuis glossa,Archidiaconus,& citati per eum aliter ibi dicant per illum textum,cui nos ibi noue respondimus, & etiam dubium probabile excusat; quoniã non monstratur esse iteratum,quod nescitur esse factum *e*.Ignorãtia probabilis est ei, qui adhibita diligentia debita scire nõ potuit,an qui offertur sit baptizatus, vel nõ,qui baptizandus est sub ea cõditione,*si non es baptizatus, ego te baptizo f*.Talis tamen non est ei,qui scit eum natum ex parentibus Christianis,& educatũ inter Christianos, qui infãtes recens natos baptizant; debet enim credere esse baptizatum *g*.

n Cap.eos de consec.d.4.
a Cap.2.de apostat.
b Ca.qui bis ignoranter, de consec. d.4.
c In 4.di.6. q.8.
d In d.c.qui bis.
e Ca.solemnitates,de consec.di.1. &c.1.de cleric.per saltũ promot.
f Cap.2.de bapt.
g Ca. veniẽs, de presbyt. non baptiz.

Secundo,quod,vt diximus *h*,parochus nõ debet iterato baptizare illum,quem obstetrix baptizauit,donec cognoscat ex ea, an & quomodo baptizauit,& si cognouerit eã scire baptizare,& baptizasse recte,debet alia omnia supplere, sed non baptizare, etiã sub conditione,*si non es baptizatus,&c.* quosdam tamẽ qui sic baptizarunt bona fide,respondi pridẽ non fuisse irregulares quoad forũ exterius,licet peccauissent; quia vere non baptizarunt,cũ conditio esset de præterito,vel præsenti,& talis falsa faciat cessare actũ *i*. Et quia intentio eorũ non fuit iterare baptismũ,& actus agentiũ non operantur vltra intentionẽ eorum,&

h In d.c.qui bis.
i l.cum ad præsens ff.de rebus cred. cum glos.& citat in cap.
k l.non omnis,ff.eod.
l De consec. dist.5.

247 *Tertio dico*,quod idem est de iteratione reliquorum sacramentorũ,quę characterem imprimunt,quæ sunt Confirmatio & Ordo,secundum S. Antoninum,per ca.*dictum l*,quod agit de bis confirmatis,& cap. 1.*m* quod agit de bis ordinatis, licet acerrimus Scotus *n* communiter receptus oppositũ teneat,cuius opinio etsi iuri scripto aptior videatur,consuetudini tamen illud interpretandi aptior est S. Antonini,& ideo tenenda *o*.

m 68.dist.
n In 4.dis.7. quæ vlt.
o Arg.c.cum dilectus,& c. final.de consuet.

De irregularitate ex delicti notorietate.

248 *Irregularem sola enormitas peccati non facit,quid aliud requiratur, num,seq.*

249 *Sodo-*

249 *Sodomita non est irregularis, sed hodie grauissime punitur.*
249 *Matthæus Contarellus S. D. N. Datarius laudatus.*
251 *Collatio beneficij facta irregulari nulla.*
252 *Irregularis an omnis incapax beneficij.*
252 *Irregularitas pœna maior excommunicatione minore, nu. 253.*
253 *Commissio sicut mandatum expirat morte committentis.*
254 *Confessarius quis per bullam electus tollit irregularitatem.*
255 *Occultum, & pene occultum quid, & quotuplex.*
255 *Publicum quid, & quotuplex.*
255 *Qualitas adiuncta verbo iuxta eius tempus intelligitur.*
255 *Dispensat vt Episcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla Confessarius.*

248 *Dico primo*, esse irregularem eum, qui notorio crimine enormi, & digno depositione notatur *a*. Dixi, *Notorio*, quia id requiritur. Quod autem sit illud, dictum est supra *b*, de hac ipsa re tractando. Quibus est consequens, non sufficere, quod probari possit, aut sit fama de eo, aut sit confessum extrajudicialiter, vt S. Antoninus dixit *c*. Dixi, *depositione digno*, alias secus, vt dictum est *d*.

Secundo dico, quod crimina depositione digna sunt adulterium, & omnia alia maiora illo, concubinatus diu continuatus, præsertim notorius, & stuprum virginis, & alia similia, de quibus late Panormitan. & alij *e*, & Aretinus *f*.

Tertio dico, quod quęcũque enormitas sine notorietate non sufficit, quãuis contradixerũt glos. *g* & Villadiegus *h*, & Angel. & Syluest. *i* post S. Anto. *k* male inijcientes magnos scrupulos multis ecclesiasticis, qui delicta enormia occultissima cõmiserunt. Tũ quia contra eos est dict. ca. *ex tenore*, vbi expresse hoc ait Innocentius. Tũ quia Bartholo. Brixiensis *l* tenet contra eã, inducendo cap. fin. *vi* per quod noue declarauit Gregorius IX. nulla crimina occulta pręter homicidium facere irregularem. Tum quia hoc probatur per cap. *ii cui n*, quatenus habet, nullum crimẽ, quantumlibet graue, irregularitatem inducere, nisi de quo id à iure specialiter statuatur, vt hunc effectũ habeat, vt homicidium. Tum quia nullo solido fundamento nituntur contradictores: solum enim nituntur auctoritate Bernardi, & Hostien. *o* & Speculatoris *p*, & Ioan. *q* quos licet Anton. sequatur *r*, contra tamẽ tenet *s* sequutus *t* Innocẽtiũ. Speculator etiam vltimo loco *u* refert opinionem Vincentij contrariam. Tũ denique per ea quę adducit contra eos Aretinus *x*.

249 *Quarto dico*, quod hęc consequitur crimen occultum sodomiæ, licet nefandum, de quo interrogamur, non inducere irregularitatem quãuis Speculator *y* contra teneat, nisus opinioni supra reiectę. Tũ per prędicta. Tũ quia, vt dictum est, enormitas non sufficit, nec requiritur ad inducendam irregularitatem: Hæresis enim mentalis enorme crimen est, & multo maius quã

a Dist. cap. fi. de temp. ord.
b Ca. 25. nu. 73.
c 3. part. tit. 22. c. 6. & 7.
d Vbi supra.
e In ca. at si cler. parag. 1. de iudic.
f In ca. cum non ab homine, cod. ti. glo. in summa, 15. q. 8. & c. 1. 81. dist.
g In c. fi. 25. di. & c. ex tenore, de temp ord.
h Vbi supra, col. 35.
i Ver. irregularitas, q. 4.
k Vbi supra.
l In additione glo. in d. c. fin. 25. dist.
m De tempore ord.
n De sen. excom. lib. 6.
o In ca. nisi patag. 1. de renu.
p In tit. de dispensat. parag. iuxta, n. 27.
q In ca. vlt. 25. dist.
r In d. c. nisi parag. 1.
s In d. c. ex tenore.
t Ibidem.
u Num. 18.
x In c. cum non ab homine, col. 13. & duobus seq.
y In d. n. 27

quędam alia inducentia irregularitatem z, & etiam desperatio a, & multo enormius odium Dei b, quorum tamen nullum irregularitatem inducit, & alia multo minora eam inducunt c, quin aliquando opera bona d. Tū quia numquam vidi, nec audiui dispensationē super hoc à Sede Apostolica datam esse, vel petitam. Tū quia e Aretinus ex professo hęc tractans irrefragabile id comprobat. Nec me in contrarium mouent illa plurima quæ diligentissime tradit præfatus illustrissimus Prędes f: quia vt ipsemet fatetur, non est de casibus expressis in iure, extra quos non incurritur irregularitas, vt dictum est suprag.

Quinto, quod dubitari potest, an incurrat eā iure nouo extrauagantis felicis recordat. Pij V. h cuius tenor, quoad hoc est: *Omnes & quoscumque presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares, cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas,* (puta Sodoma) *exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur.*

Ad quod *dico primo*, non inducere illā, quoad laicos; quia nil agit de illis. *Secundo dico*, quod nec quoad clericos, si teneamus pœnas eius ipso iure non incurri, quod tamen teneri nō potest, propter illa verba: *Præsentis canonis auctoritate priuamus:* quę cum sint præsentis temporis, inducunt ipso iure pœnam i, vt tradit Felin. k & sentit glossa l communiter recepta. *Tertio dico*, non includere illam quemcunque clericum sodomitam, sed solum exercentem, quod verbum dixit mihi S. D. N. Gregorius XIII. de industria posuisse in ea Reuerendiss. eundemque doctiss. ac integerrimum, nec pretio, nec precibus à recto flexibilem virum Matthæum Contarellum Datarium eiusdem Sanctissimi fidelissimum, qui à me consultus idipsum respondit.

250 Ideoque arbitror tantum comprehendere eos, qui quasi ex vsu continuato id exercent, vt colligitur ex §. *secundum* m, per quem Bartolus n. quē sequitur Panormitanus o, dicit artificem, vel mercatorem non dici eum, qui semel aut iterum artem, vel mercaturam exercet, sed eum qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali, sicuti etiam erro, & abigeus non dicitur quis pro vno vel altero actu p: & ita temperanda videtur dicta extrauagans saltem quoad forum conscientiæ, vt solum cōprehendat eum, qui sic labitur in præfatum crimen, vt boni viri arbitrio dici possit exercitor eius, non autem qui tantum cadit aliquoties, & pœnitet cecidisse.

Quarto dico, quod cupienti mihi, vt solum forū exterius respiceret, idem Sanctissimus respondit, etiam interius respicere, quum non fundetur super præsumptione, nec ponat discrimē inter vtrumque forum. *Quinto dico*, etiam videtur temperanda, ne comprehendat omnem exercentē luxuriam contra naturā, quæ comprehendit omnē pollutionem extraordinariam, secundum

z S.Tho.22. q.17.art.3.
a Idem ibid. q.20.ar.3.
b Idem ibi q. 34 ar.2.
c Ca.presbyterum, c continebatur, de homic.
d Vt supra, num.206.
e Vbi supra.
f In clem.1. de homic.1. part.num.6.
g Num.192. per c.c.is qui
h Quæ incipit Horrendum, editam anno 1568.
i Ca.excommunicamus de hæret. & multa capitula bullæ Cœnæ inserta sub eo, nu.52.
k In c.Rodulphus, nu.28. & melius n. 33. de rescrip.
l Cap.in pœnis, de reg.iu. lib.6.
m Argum.l. scienduum, parag.illud, ff de edil.edi.
n In procem. ff.nu.50.
o In c.1.nu. 24 de iudic.
p In l.quis fit fugitiuus, parag.errone, ff.eodem, & l. fin.ff.de abig.

cundum S. Thom. *a* neque exercentem actũ sodomiticum, qui cõprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinarium, secundum eundẽ *b*, sed solum habentem copulam sodomiticam argu. cap. fin. *c* quod habet nõ consummari copulam, nisi intra vas naturale semen effundatur, & cap. *extraordinaria d*, quod habet ex tali pollutione non gigni affinitatẽ. Quærenti autem, an vt vidimus eam grauiter in foro exteriori receptã, ita ea in foro interiori sit recepta: Respõdemus, quæstionẽ esse facti, ad quam respondere non est iurisconsulti. *e Sexto* dico, quod quoad illos, quos comprehendit, inducit depositionem ipso iure, quæ non est irregularitas, sed peior illa *f*.

251 *Sexto principaliter dico*, quod nulla irregularitas inducit priuationem beneficij iam quæsiti ipso iure, quę videtur sententia Innocentij *g* communiter recepti *h*, pręsertim à Felino *i*, & probatur per cap. *clericus k*, quod probat irregularitatem ex homicidio natam non inducere illam: & cum illa sit potissima *l*, à fortiori non inducent aliæ.

Septimo dico, quod omnis irregularitas pręcedens collationẽ, reddit ipsam subsequutam nullã ipso iure. Quod probatur *primo*, quod verior resolutio illius grandis quæstionis tractatæ à multis citatis à Felino *m*, An collatio beneficij facta criminoso valeat, est, quod facta irretito crimine inducente irregularitatẽ non valet, facta vero alij sic, vt colligitur ex cap. fin. & alijs quæ citantur *n* per Felinum. Et ita ratio, cur valet, vel non valet, non est criminis magnitudo, vel paruitas, sed quod inducit irregularitatem, quæ ratio non esset iusta, nisi irregularitas impediret valorem collationis. Tum quia inhabilis ad vnum, est inhabilis ad et annexum *o*, vt in hac specie dicit hoc glossa notabilis *p*, & & probat c. *postulastis q*. At irregularis est inhabilis ad ordinẽ, & vsum eius, & beneficium ecclesiasticum prærequirit ordinem, & illius vsum: quia datur propter officiũ *r*, ergo irregularis est inhabilis ad beneficiũ, & consequenter collatio illi facta nil valet. Deinde quod cap 2. *s* & d. cap *studeat*, probant irregularem esse inhabilem, etiã ad beneficium simplex sine dispensatione.

252 Contra tamen hoc facit, quod ex eo sequeretur, quod collatio facta initiato aliquo ordine, qui sine sua culpa fieret irregularis defendẽdo iuste proximũ, vel amittendo aliquod membrum, vel deformitatem grandem incurrendo casu, vel morbo, vel malitia aliorũ, non valeret, quod videtur contra totũ titulũ *de cler. ægrot.* & cap. *cum percussio a*, quod licet omnis irregularis sit incapax omnis ordinis suscipiendi, non tamẽ est incapax omnis ordinis vsu suscepti, vt per eius definitionem patet, & constat ex ca. 2. *b* quod probat, clericũ, qui perdit aliquod membrum, quo fit inhabilis ad sacrificandũ, non ideo fieri inhabile ad alium vsum ordinũ, scilicet ad canendum in choro, vel ad audiendas confessiones, & absoluendum: ergo saltem irregularis, quum sit habilis ad aliquem vsum ordinis suscepti, etiã erit

a 2.2. q. 154. art. 171.
b ibi.
c De sponsi.
d 35. q. 2.
e Arg. l. vt responsum, C. de transa.
f Per dicta supra.
g In c. cum nostra de concess. præbend.
h Ibi. & vbique.
i In c. inquisitionis de accus.
k Ne cleric. vel monac. ver. priuetur
l Arg. c. minor, 50. dist.
m In c. 2. de rescript.
n Vbi sup. de tem. ord.
o Ca. translato, de constitut.
p In c. studeat, 50. d.
q De cle. excom. minist.
r Cap. fin. de rescr. lib. 6.
s De cleric. pug. in duel. 150. dist.
a 7. q. 1.
b De corp. vitiat.

habilis ad beneficiū, cui seruiendo sufficit ille vsus: & cōsequēter videtur, quod qui est irregularis ob defectum, quo solū est inhabilis ad celebrandum, & non ad canendum, licet inhabilis sit ad susceptionem Ecclesię parochialis, non erit ad susceptionē beneficij simplicis. Pro quo faciunt etiam cap. 2. & cap. *Studeat* c, quibus conceditur dispensatio ad beneficium simplex ei, cui non cōceditur ad officiū altaris. Sed responderi potest per hæc solū probari, quod ei qui sine sua culpa incidit in irregularitatē, quę nascitur ex defectu ad vsum vnius ordinis, & nō alius iam susceptj, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum, quod concedimus, & consequenter in casu dict. cap. d ei qui duos digitos, & dimidiam palmę amisit sine sua culpa, posse conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam. Nec ex hoc sequitur, quod cuilibet laboranti quarta specie irregularitatis, quę sine culpa contrahitur, possit conferri quodlibet beneficiū, ad quod clericus huius ordinis iam susceptj sufficit: non inquā hoc sequitur: quia licet sine culpa contrahatur, nō tamen contrahitur ob defectum habilitatis ad vsum vnius ordinis, & non alius susceptj, sed ob defectū contrarium cuiuslibet ordinis susceptj, & suscipiēdi vsui, scilicet defectus lenitatis ad omnium ordinum vsum requisitę.

Octauo dico, quod ad incurrendam irregularitatē, quę ex delicto nascitur, non sufficit, quod illud sit veniale, quod sentit Sotus e. Tū quia irregularitas est pœna valde grauis, quippe quæ omniū ordinum vsu priuat, & ideo non imponenda pro culpa veniali f. Tum quia sine contēptu non incurritur, dicēte Panor. g quod est pœna contemptus, quod ipsum dixit Dominicus h. 253 Tum quia non obstat ratio Caietani cōtra tenētis a, scilicet quod excōmunicatio minor, quę incurritur per peccatum veniale, est maior pœna quā irregularitas: quia id falsum est: nam licet irregularitas nō priuet sacramētorū perceptione passiua, vt excōmunicatio minor b, priuat tamen actiua, & collatiua, & omnis ordinis vsu, quod est maius, à quo omni non priuat illa: & præterea excommunicatio minor est medicinalis, & facile solubilis d; irregularitas autē difficilis, cum regulariter à solo Papa sit delebilis, qua ratione licet excōmunicatio maior dicatur pœnarū maxima e, quia tamē est facilis solutionis, & medicinalis, censetur minor aliis multis, secundū Pan. & cōmunē f. Nec obstat, quod Panor. & communis tenent g, quod licet excommunicatus minore excōmunicatione nō peccet mortaliter, nisi celebrando, peccat tamen venialiter conferēdo sacramēta, eo quod text. h id videtur exprimere: quia ille intellectus est ineptus, vt i tetigi, & contrarius textui, probanti, quod minor excōmunicatio tantū prohibet à participatione sacramētorum, quæ in sola perceptione consistit: & ita ne textus sibi sit contrarius, quatenus ait peccare conferendo sacramenta, debet intelligi de collatione, quę fit vna cum perceptione, ex mente Hostiensis, &

Ancha-

c 50. dist.

d De cler. ægro.

e Lib. 5. q. 1. art. 9. de iust. & iur.

f Arg. c. non offeramus, 34. q. 1.

g In c. pastoralis, parag. verum de appel. n. 5.

h In c. solet de sent. excom. li. 6. vbi bon. glo. pœn. proillis & Feli. in c. Rodulphus, num. 43 de rescript.

a In summ. verb. irregularitas.

b Cap. fi. de cle. excom. mini.

c Per d. sup. 10. num. 24.

d Ca. cum desideres, de sen excom.

e In c. corripiantur, 24. q. 3.

f Vbi supra.

g In d. c fin.

h In 2. part.

i In dict. n. 34.

Ancharan. *k* qualis est collatio Eucharistię facta sano à celebrãte, & ordinis ab Episcopo missante *l*.

k Ibidem.
l Vt ibidem dixi.

Nono dico, quod subieceram hic in alia editione quandam resolutionem Cosmę glossatoris Pragmaticæ sanctionis, quã attexuit § *& nihilominus m*, quã quia intelligo nõ esse adeo perpẽsam, ac solet esse alię illius viri doctissimi, omitto, & illi substituo rationem qua non debeat D. Lector fidere illi decisioni quotidianę ac periculosę relatę in hac materia dispensationũ à viro alioqui eruditissimo *n*, scilicet, quod cũ Papa dispensat per commissionẽ factam ordinarijs, vt de veritate precum cognoscatur, iuxta Conc. Trid. *o* cõmissio illa nõ expirat morte Papæ, etiam re integra, ad quod citat Syluest. Armillã, & Federic. imo & me aliqua ex parte in id inuoluit, quod tamẽ nõ est verum: quia mãdatũ, & cõmissio alteri facta, expirat re integra morte mandantis *p*, etiã si sit iudiciale *q*. Nec obstat auctoritas eorum, quos allegat: nã Federicus, quẽ alij sequuntur, nõ loquitur de mandato, vel cõmissione dispensandi, sed gratia potestatis factæ ad dispensandum, & de dispensatione iam facta: loquitur enim de gratia, qua Papa concessit cuidã magistro Prædicatorũ potestatẽ dispẽsandi cũ centũ fratribus sui ordinis illegitimis, vt possint esse priores, & de dispensatione iam facta ab illo Magistro, & nõ de mandato, & commissione dispensandi cum tali, vel tali religioso: nos autem loquimur de commissione dispensandi cum tali, vel tali, si preces eius veritate nitantur, quę non est gratia facta commissario, sed mandatũ conditionale de gratia facienda alteri tertio expresso, sicut facultas, quam facit Papa cuipiam cõferendi aliqua beneficia aliquibus personis idoneis, nõ exprimendo eas, censetur gratia facta illi delegato, quę non expirat re integra morte Papę. Facultas autem à Papa cõcessa cuipiã conferendi aliquod beneficium alicui certæ personę, nõ videtur gratia facta illi, sed mandatũ de gratia facienda ei, cui conferendũ est beneficium: & ideo si Papa re integra moriatur, expirat, vt expresse habet textus sing. cap *si cui a*. Et hoc est quod voluit dicere Decius *b*, quatenus ait id, quod Panormit. concessionẽ, quę gratiam continet, non expirare morte mandantis *c*, intelligendum esse de concessione facta per viam gratiæ eius, cui fit concessio, & nõ de facta per viam simplicis commissionis alij tertio: qualis est commissio dispensandi cum aliquo expresso, *si preces veritate nitantur*, quia tunc nõ fit gratia ei, cui committitur, sed tertio, cum quo est dispẽsandũ, in quod citat Ioan. Andr. & alios, & efficaciter probatur per prædicta.

m Titul. de concubinariis, vers. inhabiles.
n In trac. de irregula. nuper edito, li. 5. c. 5. nu. 6.
o Cap. 5. sess. 20. de refor.
p l. mandatũ c. de mãdato.
q Ca. relatũ de offi. & ibi per omnes.
a De præb. l. 6 in dict. c. relatum, n. 5.
b Ca. si super gratia de off. d. leg. li. 6. & d. c. li cui de præbẽd. eod.
c

254 *Decimo dico*, quod cum nullo irregulari dispẽsare potest cõfessarius electus per bullas Papæ, quę solum habent clausulam absoluendi à qualicunq; censura: quia irregularitas non est censura, neq; absolutio eius est necessaria ad peccatorũ absolutionem, vt dictũ est supra *d*, post Dominicũ, Alexand. & Villadiegũ ibi citatos: neq; etiam si habent clausulã dispensandi à quibuslibet

d Eod. cap. num. 194.

buſlibet votis,& abſoluēdi à quibuſlibet cenſuris,& pœnis.Tū quia ſtylus Curiæ habet,quod per eā non intelligatur data facultas diſpēſandi ſuper irregularitate,niſi exprimatur:quodcolligitur ex eo,quod aliquoties eā exprimit. Tū quia quoties id exprimit dando facultatē expreſſam diſpenſandi ſuper irregularitate,ſolet excipere illā,quę ex bigamia,& homicidio voluntario naſcitur. Et itaex cōtrario cōſequeretur quod clauſula abſoluendi ſimpliciter ab omnibus cēſuris,& pœnis,quæ paſſim in iubilæis,& bullis indulgentiarū ponitur ſine irregularitatis expreſſione,maioris virtutis eſſet,quā cūea:quia in hoc caſu sēper excipitur irregularitas, quę ex bigamia,& homicidio voluntario manat,& in illo nō. Tum quia pari ratione poſſet abſolui à pœna pecuniaria pro illo peccato à iudice impoſita, vel imponēda,quod eſt palā falſum. Tum quia facultas illa abſoluēdi à cenſuris,& pœnis,quę ponitur in dictis iubilęi,&bullis, ſolū videtur reſpicere illas cēſuras,& pœnas, quæ impediunt abſolutionē à peccatis:quia in illum finem datur, vt colligitur ex illis verbis. Et cū abſolutio peccatorū recte fieri poſſit ſine ſublatione irregularitatis,vt ſupra *a* dictū eſt,non videtur eius ſublatio cōceſſa,niſi exprimatur:quia ex fine ſumenda eſt intētio auctoris *b*. Nō obſtat, quod ſecundū hoc,verba illa,*alij pœnæ*,ſuperfluerent,quū nō videatur occurrere alia pœna diſtincta à cenſuris,cuius ſublationem prērequirāt abſolutio Sacramētalis,& ſacra cōmunio:non inquā hoc obſtat; quia imo poteſt dari aliqua,ſcilicet ſuſpēſio à Confeſſario,ne intra certum tēpus confiteatur,vel cōmunicet,quā non eſſe proprie cenſurā diximus ſupra *c*.Et etiā illa , quam ipſe pœnitens promitteret aliquo bono fine ſubire, vel ſoluere,ſi intra certū tēpus illa Sacramenta ſuſciperet. Et illā,qua aliquot canones pœnitentiales mandant arceri quem intra aliquod tēpus à cōmunione *d*. Adde quod fere omnes prēlati omnium religionū poſſunt diſpēſare ſuper qualibet irregularitate ſui monachi,excepta illa,quę naſcitur ex homicidio voluntario,& bigamia,non quidem iure cōmuni,ſed priuilegio conceſſo ſpecialiter eis , vel generaliter communicando illis priuilegia omnia omnibus alijs conceſſa.

Vndecimo dico,quod in hac materia irregularitatis , & facultatis conceſſæ ad diſpenſandum ſuper occultis,& non publicis,vt in c.2.*e* & in Conc.Trid.*f* & alijs,ac bullæ ſacræ Pœnitentiariæ, & aliquorum legatorum, circumſpectis omnibus videtur reſoluendum,quod occultum eſt,quod non eſt publicum.

255 Publicū autem,quod eſt notoriū,manifeſtum, vel fāmoſum.Tū quia ratio cur alterum concedatur , & alterū negetur, eſt,vt obuietur ſcādalo publico *g*,cui ſatis obuiatur non diſpēſando in notorijs,manifeſtis,& famoſis.Tū quia non eſt de occulti eſsētia,quod ſuapte natura nō ſit probabile,qualia sūt ſola mētalia *h*. Neq; quod licet ſuapte natura ſit probabile, nullatenus tamē pōbari poſſit:quia id eſt cōtra §. *hæc ergo*,quate-

a Eod.c.nu. 191.
b l.& ſi non ſint,parag. peruenimus ff.de aur.& arg.lega. & l. fin.ff.de hæred.inſtit.
c Eod.n.152.
d C.presbyt. 82.d.& c.de his vero 33. q.2.
e De ſortile. f C.6.ſeſſ 24.
g Iux.c.nihil.de præſcr. h Ca. erubescant,32.d. Iuxt gloſſ. verb.ſecreta ſub cap.quis aliquando,de pœn.diſt.1.

nus probat dici occultum factum in præsentia quinq;,& contra ca.2.*k* quatenus probat ministerium Acolyti iuuantis rebaptizantem posse esse occultum. Tum quia penè occultum videtur esse species occulti,iuxta §.*ceterum l*, quatenus occultum,& pene occultum dicit esse quod toleratur,etiãsi ab aliquibus sciatur,& gloss. ibi *m* ait id dici penè occultum, quod probari potest,licet difficulter. Tum quia nulla irregularitas cõtrahitur sine facto sua natura probabili,& paucæ sunt,quarum factum aliquo modo probari non possit,per supradicta *a*. Tũ quia omne,quod non est publicum,potest dici occultum: & publicum definitur esse,quod patet omnibus,secundum Bart. *b* Et ita oportet esse saltem notorium,manifestum,vel famosum,sufficit tamen esse tale vicinię,collegio vel monasterio, licet non prouinciæ,ciuitati,vel parochiæ. Tunc autem dicetur tale alicui eorum,quando maiori parti eorum fuerit tale, modo saltem decem inueniantur in eo,per notata à Panormitano, & citatis ab eo *c*. Publicum autem est triplex,scilicet notorium,quod nititur scientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifestum,quod nititur fama eiusdẽ partis maioris, orta à sciẽtibus: &, Famosum,quod nititur fama maioris partis orta ex vno scienti,vel ex indicijs, vel præsumptionibus illi æquipollẽtibus *d*. Occultum item triplex,scilicet,quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mẽtalia, & quod est probabile suapte natura,sed non potest probari, quia coram nemine factum est, & quod probari quidem potest, sed adeò à paucis, quod nulla inde fama orta est,nec est in iudicium deductum, quod præfatæ glossæ penè occultum appellant.

Duodecimo dico,quod vt delictum dicatur publicum,non sufficit,vt actus qui est delictum,sit publicus,nisi etiam publice sciatur esse delictum: missa enim facta corã populo ab excõmunicato occulto,actus publicus,& delictum est,nõ tamẽ delictum publicum,quia nescitur publicũ esse delictum. Tũ quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum qualitatẽ eius l. *in delictu e*,quatenus probat non dici dominũ serui delinquentis, qui non erat dominus serui cum deliquit,& vt aiunt Dialectici, nõ dicitur vidisse Papã,qui vidit eum solum antequã esset Papa. Tum quia testamentum factum ab aliquo ante militiã,nõ censetur militare,nisi in ea approbetur *f*: & Bartolus *g* ait,quod pupillus moriens post mortẽ tutoris,per cuius scientiã reputabatur sciens in vita eius,dicitur moti ignorans,quoad effectum *h*.

k De apostat.

l Dict.c. vestra.

m Et c.manifesta,2.q.1.communiter recepta.

a Bod.c.nu.192.

b In leg.1.parag.pœni.ff.de suspect.

c In d.c.vestra.nu.10.& 16.& supra c.25.nu.73.

d Iuxt.gl.di.c.manifesta,2.q.1.& cap.vestra,de eo.hab.cler.

e parag.1.ff.de noxalib.act.

f Titius,ff.de testam.

g Ibi,& in d.parag.1.

h l.cum antiquiorib.C.de iur.delib.

De sex casibus, quibus Ecclesia pro polluta habetur, ita quod non liceat in ea celebrare.

256 *Ecclesia vt dicatur polluta in sex casibus,& seq.*
258 *Polluta Ecclesia pollutum est cœmeterium contiguum,sed non cõtra.*

256 Primus

256 PRimus casus est *i*, quando intra eam sanguis humanus iniuriose effunditur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur. Dixi, *intra*; quia secus si extra eã, etiã desuper in tecto, vel subter eam in specu, iuxta Archidiaconum *a*. Dixi, *Ecclesiam*, generaliter, ad comprehendendam etiam nondum consecratam *b*, quamuis quoad reconciliationem sit magna differentia: quia reconciliatio consecratæ debet fieri ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, aut ab alio Episcopo, non consecratæ vero potest fieri à solo presbytero, & cum aqua à seipso benedicta *c*, quod probant *d* Io. Andreas, Anchrarius, Cardinalis, & Panormitanus, licet dubitet Anton. *e* Dixi, *effunditur*; ad significandum, quod non sufficit aliquatum guttarum sanguinis emissio: quia iura requirunt effusionem, qnæ largitatem denotat *f*. Dixi, *sanguinis*; quia non sufficit percussio, quæ nõ sit mortifera sine eius effusione, quamuis sit eiusmodi, vt carnes contundat, aut ossa frangat, iuxta Speculatorem *g*. Dixi, *humana*; quia nulla effusio ceterorum animalium ad id sufficit *h*. Dixi, *iniuriose*; quia non sufficit naturalis effusio per nares, aut per os, aut quæ casu fit, lapsu, vel offẽdiculo, aut ictu lapidis, aut tegulæ per se decidentis *i*, neque facta ob iustam defensionẽ *k*, neque ludo, aut ioco *l*, quod nostro iudicio intelligendum est de licito, & licite facto *m*: qualis raro accidere potest in Ecclesia, nisi cum aliqua pia repræsentantur *n*, nec effusio facta per furiosum, aut stultum *o*, aut per puerum iudicio carentem *p*. Dixi, *aut datur causa, &c.* quia sufficit, vt vulnus infligatur intra eam, quamuis percussus ante egrediatur, quam sanguis in illã infundatur, & quamuis recipiatur ille aliquo vase, ne in eam decidat, nec contra sufficit, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra inflictum est *q*. Dixi, *naturalis*; quia nõ sufficit, vt feratur sententia cõdẽnatoria, etiam intra, si per eius exequutionem effusio extra illam facta est. Dixi, *aut mortis*; quia satis est ad id suffocare, aut alias intra illã hominem sine sanguinis effusione interficere *r*. Sufficit etiam mors, & effusio sanguinis ob fidem Catholicam occisi, vel vulnerati *s*: non tamen sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in existentem extra eam, quamuis sufficiat mors, vel effusio facta in Ecclesia per tormentum foris missum, secundum mentem prædictorum. Ad quæstionem hic propositam respondeo, quod nec ista, nec alia pollutio occulta impedit celebrationem in Ecclesia, secundum glossam receptam *t*, ex qua cum eam Salmanticę prælegerem, intuli fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire, & non ante: nam facta tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibns, nunc autẽ publicantibus, ita vt fama gi-

gnatur,

i In c. ecclesiis, 68. di. & ea. ecclesijs, de consec. d. 2. c. proposuisti de consec. eccles.

a In d. ca. ecclesiis, & gl. in c. 1. de cõsec. eccles. lib. 6.

b Cap. fin. de cons. eccles.

c Cap. aqua, de consecr. eccl. d. c. fin.

d Ibidem.

e Ibidem.

f Ca. reuertimini, 16 q. 1. & gl. sing. in hac specie c. cum illorum, de sen. excõ. verb. effusionem cõmendata per Fel. ibi, & Panor. in d. c. proposuisti.

g De dedic. eccl. col. 10. in ration. diuin. offic.

h Gl. in d. c. 1. de conse. eccles. verb. sanguis, li. 6.

i Gio. dict. c. 1. recepr.

k Pano. in d. c. proposuisti, & Dominic. in d. c. 1.

l Specula. vbi supra, col 9.

m Argu. cap. continebatur, & c. lator, de hom. n Arg. c. cum decem adiũcta gl. de vit. & hon. cleric. & ca. decet, de imm. eccles. lib. 6 & per ea quæ in ca. quando, de consec. dist. 1. c. 5 nu. 36. diximus.

n communiter & gl. recepr.

o Archid. in di. cap. 1.

p Collectarius in d. cap. fin. argu ca. 1 de delict. pueror. *q* Glos. in di. recepr. *r* Gloss. in dict. cap proposuisti, facit l. qua actione, parag. 1, ff. ad l. Aquil. *s* Archidiac. in d. cap. 1. *t* Cap. 1. de consecr. eccle. lib. 6.

gnatur,

gnatur, non impediet, vt ita dixerim, ex tunc, sed ex nunc.

257 *Secundus casus est*, quando in Ecclesia semen humanum voluntarie effunditur. Dixi, *humanum*; quia ceterorum animalium ad id non pertinet *a*, & quia satis est, vt sit cuiuslibet hominis, siue fœminæ, viri, clerici, laici, fidelis, siue infidelis, & quod effundatur, iuxta, contra, aut extra cursum naturalem *b*. Imo, & per copulam coniugalem, iuxta glossam notabilem *c*, & alias tres, quamuis alia oppositum teneat *d*, quam eius additio à nobis ibi probata confutat. Dixi, *Voluntarie*; quia non sufficit quæ dormiendo fit *e*, quamuis Angelus *f* oppositum dicat, sed absque sufficienti ratione, quia ex eo quod teneatur coniugalem violare, non sequitur sufficere eius qui dormit, cum ista non non contineat eam irreuerentiam, quam illa erga Ecclesiam.

Tertius casus est, quando in ea aliquis excõmunicatus sepelitur. *g Quartus est*, quando in illa aliquis infidelis sepelitur *h*: quamquam in hoc casu non solum reconcilianda est Ecclesia, sed etiã parietes illius abradendi: licet in præcedenti reconciliatio sufficiat, iuxta Panormitanum *i*.

258 *Quintus est*, quando Ecclesia per Episcopum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur *k*.

Sextus, quando omnes parietes renouantur *l*. Sed contrarium verius videtur, vt docuimus *m*, nisi quando omnes, aut maior pars eorũ simul deiiciũtur, quod raro fit. Et addo, quod quoties aliqua Ecclesia polluitur, etiam cœmeterium illi cõtiguum est pollutum, quãuis non id quod non est contiguum, licet è contrario polluto cœmeterio ecclesia illi contigua nõ polluatur *n*.

a Gl. in d.c. 1. verb. humanum.
b Text. in c. ecclesiis, ver. cuiusque, 68. dist. & Spec. vbi supra, ti. de dedi. eccle. col. 10.
c In d. cap. 1. consecrat. & in d.c. eccle. de cons. d. 1.
e Glo. fin. in d.c. ecclesiis communiter recepta
f In verb. cõsecrat. eccle. parag. 9.
g Ca. consuluisti, de cõs. eccle. vel alia.
h Cap. eccl. cler. 1. & 2. de consec. d. 1. ft. 1.
i In d.c. consuluisti.
k Arg. d.c. cõsuluisti, vbi not. Panor.
l Glos. in ca. ligneis, de consec eccl.
m In d.c. ecclesi. not. 3.
n Cap. 1. de conse. eccle. vel altar. lib. 6.

De casibus reseruatis.

259 *Casus reseruatus quid, & quotuplex.*
259 *Casus reseruatus dicitur, quia tollitur, non quia non datur.*
260 *Absoluere omnis Sacerdos iure diuino potest.*
260 *Papa à quo, & qua potestate absoluitur.*
260 *Absoluitur Episcopus non potestate à sede data.*
261 *Casus nullus reseruatus Papæ sine censura, qua sublata cessat reseruatio; secus in Episcopali.*
262 *Casus quot, & qui reseruantur Episcopis.*
262 *Blasphemi absolutio vt facienda.*
263 *Papa iurisdictionem immediate sumit à Deo in omnes.*
263 *Papa absoluit ab omnibus sibi, & aliis reseruatis.*
263 *Regis operibus præfecti sæpe hoc modo peccant.*

259 CIrca hoc dico sequentia. *Primo*, quod *casus* videtur proprie descendere à *cado*, & significare ruinam, iuxta illud Curtij: *Casu rhedæ inopinato oppressus*: per translationem autem significare alia, scilicet miseriam, per quam

quis ruit à statu feliciori, iuxta illud:

a Virgil. 2. AEneid. a *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.*

Et euentum inopinatum, quia cadit, & deuiat à regula prudentiæ. In proposito autem significat peccatum, quo quis cadit à rectitudine virtutis: & est duplex. Alter reseruatus, alter non reseruatus. Reseruatus est, *cuius absolutio adimitur alicui inferiori sacerdoti*: & est duplex. Alter Papalis, *cuius absolutio adimitur omnibus parochis, & etiam Episcopis*: alter Episcopalis, *cuius absolutio adimitur solis parochis.*

Secũdo dico, quod ex his infertur, casum nõ dici reseruatum eo solo, quod nõ concedatur potestas absoluendi ei, qui nõ habebat eã actu, vel habitu (vt aliqui sentire videntur,) sed quia tollitur, & minuitur ei, qui eã actu, vel habitu habebat, & ita verissimum videtur id quod ait Paludan. *b* relatus à nobis *c*, scilicet omnes sacerdotes simul cum ordine sacerdotali accipere potestatem super verum Christi corpus, ad cõficiendũ Sacramẽtum Eucharistię, & super corpus Christi mysticũ, ad absoluẽdum ab omnibus peccatis mortiferis eius sumptionem impedientibus; quod nos latius quã alij fundauimus *d* per illius contextum, & multa alia. Quibus nunc addimus *primo* ca. *adijcimus e*, & ca. *generaliter f*, in quibus Gratianus exserte concludit, quod omnes sacerdotes, siue regulares, siue seculares, in sua consecratione, & ordinatione æqualem susc ipiunt potestatem baptizandi, prædicandi, & pœnitentias dandi, & peccata remittendi, &c. licet eis omnibus interdicatur exercitium illius potestatis, donec iure ordinario per electionẽ populi, vel de alius licentia cõcedatur.

b In 4. li. sent dist. 17. q. 3. art. 2.
c In cap. 1. in princ. nu. 73. de pœn. di. 6.
d In cap. placuit, de pœn. dist. 6.
e parag. ecce.
f Parag. ecce 16. q. 1.

Secundo, quod Panormitanus iam senex, & id animaduertens *g*, reuocauit quædã, quę *h* dixerat, quem postea omnes, qui eum legerunt, sunt sequuti. *Tertio*, quod S. Anton. *i* pro re certa præsupponit, sacerdotibus datam esse plenariam potestatem absoluendi à Christo, & sacerdotem posse diuino iure omnia, quę pertinent ad forum pœnitentiale, præter ea quæ iure humano fuerint ei adẽpta. *Quarto*, quod Gratianus *k* cõcludit monachos accipere tantã potestatem in hoc per suam consecrationem, quantã parochi, & alij sacerdotes; quia eisdem verbis consecrãtur omnes: & subdit, quod cum in consecratione coniungãtur, non debet fieri diuortium, siue diuisio quoad potestatem, sed tãtum quoad exequutionem eius. *Quinto*, quod Bartolus, quem sequuti sunt omnes, dixit *a* esse iudices, quos vocãt cartularios, habẽtes iurisdictionem in habitu, & nõ in actu, super eos qui se voluerint illis subiicere: sicut delegatus à Sede Apostolica contra aliquem expressum cum clausula, & quosdã alios, generaliter habet quidem in expressum iurisdictionem in habitu, & actu, & in non expressos habitu tantum, vt probatur *b*. Quales videntur fuisse in primitiua Ecclesia communiter omnes sacerdotes, donec parochiæ diuiderentur *c*, & Vrbanus statueret, ne quis audiret confessiones alienorum parochianorum *d*.

g In clem. 1. de priuil.
h In c. significasti, de foro compet. 13 part. suæ summæ titu. 17. cap. 11.
i In d. c. adijcimus, & di. c. generaliter parag. ecce.

a In l. 1. ff de iud.
b In ca. Sede Apostol. de rescript. & in cap. eum in multis, eod. tit. l. 6.
c Iuxt. ca. 1. 23. q. 1.
d In ca. placuit, de pœn. di. 6.

260 *Tertio principaliter dico*, quod etiam ex prædictis infertur, nõ satis caute dixisse Scotum *e*, vnum esse omniũ consensum, quod in ordinatione sacerdotis nulla iurisdictio absoluendi à mortalibus conferatur. Tum quia omnium consensu iure diuino competit eis potestas, & iurisdictio absoluendi: & per nullum actum eis conceditur illa iure diuino, nisi per consecrationem: ergo in sua consecratione, & ordinatione accipiunt illam iurisdictionem saltem in habitu. Tum quia expresse habetur *f*, quod potestas absoluendi datur in consecratione iure diuino: licet iure humano adempta sit eius executio, donec assequantur eam ratione tituli, vel de alia licentia.

Quarto dico, quod etiam infertur ex eis dē, incaute ipsum dixisse Papam constituere sibi confessariũ, & dare illi iurisdictionē super se. Tũ quia si confessarius acciperet iurisdictionem à Papa, non posset eum absoluere potestate iure diuino sibi data, cũ eam solum haberet ab ipso iure humano. Tum quia non aduertit id, quod nos lõge ante ipsum scripsimus *g*, scilicet non posse asseri, quod ipse dicit. Tum quia Papa non habet iurisdictionem super se, imo neque super successorem suũ *h*. Tũ quia iure naturali vetatur quis habere iurisdictionem super se, secũdum omnes *i*, & nemo potest dare alij, quod ipse non habet *k*.

Quinto dico, quod incautius idem subijcit, idem prorsus esse in Episcopo quod in Papa, scilicet, quod in eligendo confessarium *l*, ipse dat iurisdictionem illi, quod nusquam alius dixit: cũ secundum omnes confessarius non absoluat Episcopum virtute iurisdictionis acceptę ab eo, sed virtute iurisdictionis diuinitus acceptę per claues, quas accipit in ordinatione, nõ ab homine, sed supernaturaliter à Deo, vt ipsemet dixit *m*, & sentit *n*, dum per multas rationes nobis applaudentes cõcludit, solum sacerdotem esse verum ministrum sacramenti pœnitentię, nec sufficere quod sit sacerdos, sed oportere, vt sit proprius, vel delegatus à proprio, & quod tres soli dicuntur quoad hęc proprij sacerdotes, scilicet Papa, Episcopus, & parochus, quos ait esse iure diuino proprios, & ita accipere à Deo diuinitus potestatem absoluendi. Et cum per nullum alium actum, quam per consecrationem eam accipiant, & omnes eodem modo, & eisdem verbis consecrentur *a*, consequitur eos accipere à Deo iurisdictionem, saltem in habitu in sua ordinatione, & consecratione, vt eruditissime *b* dixit Panor. quem omnes postea secuti sunt, & dilucide Gratianus *c* concludit, omnes sacerdotes accipere potestatem dandi pœnitentiam, & absoluendi à peccatis per consecrationem, licet iure humano vetetur eis executio eius, donec per titulos, vel alio modo licentiam assequantur.

Sexto dico, quod ex hoc sequitur aliud esse casum reseruatum, aliud censuram, quæ est pœna eius, vt est tactum supra *d*.

Septimo dico, quod Concilium Trid. *e* definit esse hæreticum dicentem, quod Episcopus non possit reseruare aliquē casum

e In l.4.sen.d.18.q.4.ar.3.

f In d.c.adiscimus & c.generaliter.

g In d.c.placuit.

h Cap.innotuit de elect.

i l.pen.ff.de recep.arb. & l.ille à quo, parag.tem. pe stiuum, ff. ad Treb.

k Cap.quod autem, de iure patron. l. siuniuersis, C. de leg.

l Iuxta c.fin. de pœn. & remiss.

m Di 20.q.1.ar.3.

n Art.1.& d.18.q.14.a.1.& 2.

a Vt in sup. dictis c.adijcimus, & generaliter habetur.

b Vbi supra.

c Vbi supra.

d Eod.cau. 15.

e Cap.7.& cã.15.sess.14.

quoad

quoad forum interius, sed solum quoad exterius. Et addit quòd in articulo mortis omnis casus, & omnis censura desinit esse reseruata, & *f* quod Episcopi absoluere possũt in omnibus casibus occultis reseruatis Papæ: cuius tenor refertur supra *g*. Huic §. in editionibus prioribus Latinis hic posito videtur contradicere bullæ Cœnę Domini *h*, quatenus reseruat absolutiones excõmunicationum illius bullę, nõ obstantibus quibusuis Cõcilijs. Per quę verba videtur derogare prefato cap. 6. *i* Et quod vt audio, S.D.N. nõ permittit, vt Episcopi absoluant per seipsos, nec per suos vicarios speciales hęreticos occultos: licet illud cõcedatur eis *k*. Et quod eadẽ ratione videtur eis ablata facultas absoluẽdi ab omni excõmunicatione, & casibus reseruatis in illa bulla: nisi dicamus, quod hic §. limitat illum, ne procedat in occultis, & habentibus complices, & ita non sunt cõtrarij. Pro quo facit quod lex specialis nõ cẽsetur tolli per generalẽ, siue præcedat, siue sequatur, iuxta glossam singul. & receptam *l*, cui similis in l. *sciendum m*, quatenus probant præfatã authẽticã, licet sit posterior, limitari per prefatam l. *sciendum*, licet sit prior, & non tolli per d. authenticam, licet sit posterior, & tradit Decius *n*.

261 *Octauo dico*, quod nullus est casus reseruatus Papæ, cui non sit annexa aliqua censura, vt testatur S. Antoninus *o*, & sentit Caietanus *p*. Quo fit vt bulla quæ concedit facultatem absoluendi à casibus Papalibus, videatur concedere potestatem absoluendi à censuris Papæ reseruatis.

Nono dico, quod ab omnibus peccatis habentibus annexam censuram Papæ reseruatã, post sublationem eius legitimã simplex parochus absoluere potest: quia per id definit esse reseruatum *a*, nisi cum reseruatione censuræ Papalis concurreret etiam Episcopalis, qua sibi reseruat peccatum, ob quod illa censura ponitur *b*, quatenus habent, altero ex duobus impedimentis sublato, alterum non tolli: quod quamuis iure nitatur, videtur tamen vsu indistincte interpretatũ, sublatã esse episcopalẽ reseruationẽ, & censuram sublata Papali, per ea quæ diximus alibi *c*.

Decimo dico, quod Episcopus concedendo casus suos, siue sibi reseruatos, nõ videtur concedere absolutionẽ à censuris sibi reseruatis: quoniã à diuersis non fit illatio *d*: & aliud est peccatũ reseruatum Episcopo, aliud censura ei reseruata: nã aliqua sunt peccata annexã censuram nõ habentia, quę sunt Episcopo reseruata, & etiã sunt cẽsuræ aliquæ illi reseruatę, peccatis ob quę illę dantur ei non reseruatis. Nec etiã concedendo absolutionem à suis casibus, & à censuris, videtur concedere absolutionẽ, aut dispensationem votorum, aut irregularitatum, à quibus ipse potest: quia nec sunt casus, nec cẽsurę ipsi reseruatæ: & ita ex illis nõ infertur ad hæc, neque è contrario *e*. Ad quæstionem de parocho habẽte facultatẽ absoluendi à casibus reseruatis Episcopo suo, an possit absoluere pœnitentẽ alterius Episcopatus cũ iusta licentia sibi cõcessa à peccatis reseruatis suo Episcopo: Respon-

f In c. 6. sess. 24. de refor.
g Eod. c. 794.
h In parag. ceterum relato, sup. eod. n. 73.
i Sess. 24. de reform.
k Per illud c. 6.
l In auth. offeratur, C. de lit. contest.
m ff. qui satisd. cognat.
n In regu. 1. ff. de reg. iur.
o Vbi supra colum. 1.
p In verbo casus.
a Caietan. in sum. verb. casus.
b Arg. c. ex tuarum, de auctor. & vsu pal. & l. si domus, ff. de ser. vrb. præ.
c In cap. ita quorundam de Iud. not. 11, n. 71.
d l. Papinianus, ff. de minor. & c. ad audientiam de decim.
e Arg. prædictorũ iuriũ.

Respondi, posse. Tum quia glossa *f*, & clarius per multa Panormitanus *g*, habent, cõfessarium legitimũ vnius parochiæ posse absoluere confessum à peccatis vbicumque cõmissis: & Episcopi videntur tacite velle debere, vt idem sit de peccatis eis reseruatis, quando confessio fit habenti facultatem absoluendi à reseruatis suo Episcopo. Tum quia id videtur habere consuetudo: numquam enim intellexi vllum confessarium legitimum, cui esset præfata facultas, remisisse quem ad Episcopum alterius Episcopatus. Et consuetudo ampliare potest iurisdictionem, imo & dare non habenti *h*.

Vndecimo dico, quod Episcopus concedendo alicui omnem suã facultatem, & omnem suam auctoritatem ad audiendam confessionem, & absoluendum auditos, non videtur concedere casus sibi reseruatos iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali, vel speciali *i*: quamquam oppositum credo, quando concedit omnes suos casus: quia iuxta communem loquendi consuetudinem, quæ attendi debet *k*, per suos casus peccata illi reseruata intelliguntur, nec S. Antoninus *l* oppositum tenet. Et etiam quando concedit omnem suam facultatem excepto tali casu reseruato *a*. Et etiam quoad forum conscientię, quando apparet intentionem Episcopi fuisse concedere reseruatos ei, cum omnem suam facultatem concessit *b*.

262 *Duodecimo dico*, quod excõmunicationes Episcopo reseruatę referũtur supra *c*. Qui autẽ, & quot sint casus ei reseruati, magna est inter doctores contentio, vt colligitur ex glossa *d*, S. Antonino *e*, & Angelo *f*, & Syluestro *g*: in qua controuersia cõmunior cõclusio est, esse quatuor, quinque, aut sex. *Primus* est peccatũ clerici, quod irregularitatẽ annexã habet, secũdũ Syluest. & eos quos ipse refert *h*: sed nobis verius, & vsitatius videtur dictũ Cardinalis *i*, scilicet, clericũ qui ob aliquod peccatũ irregularitatem incurrit, posse absolui à censura, si qua subest, & à peccato, antequam cũ illo in irregularitate dispensetur. *Secũdus* est incendium domorum, frugũ, aut aliarum rerum ex proposito factũ, & consiliũ, & auxiliũ in id præstitum *k*. *Tertius* est peccatum, ob quod pœnitentia solemnis imponenda est, quæ ob solum notorium peccatum graue, & scandalum imponitur *l*. *Quartus*, absolutio blasphemiæ publicæ, & notoriæ, per capitaliter *m*, cui cõmunis innititur, sed non probat: quia loquitur de foro contentioso, vt recte Angelus insinuauit *n*: & quia ius nouũ Cõc. Lateranẽsis sub Leone X. oppositũ eius quod communis dicit, significat: quatenus vetans, ne confessarij blasphemos in foro conscientiæ, nisi cum grauissima pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij imposita absoluant, innuit eos posse cũ prędicta pœnitentia absoluere, prout supra *p* dictũ est. *Quintus*, dispensatio votorum, & iuramentorum: sed hic non debet numerari inter casus, cum non sint peccata, qualia illos esse diximus supra *q*. *Sextus*, absolutio excommunicationis

f Ca. placuit, 16. q. 1.
g In c. cum contingat, n. 29. de iurisdict.
h Ca. duo simul cum gl. de offic. ord.
i Arg. c. fi. de offic. vic. l. 6. & eorum, quæ Io. Andre. citat in c. tua eod. tit.
k Ca. ex literis, de sponsal. l. librorum, parag. quod tamẽ Cassius, ff. de leg. 3. l. 3. part. tit. 17. c. 13.
a Arg. dominus, 13. q. 7. & eorum, quæ late notat Dec. in 1. g. ff. de reg. iuris.
b Arg. c. intelligenti a de verb. sig.
c Eod. c. n. 112. cum seq.
d Ca. 2. de pœn. & rem. li. 6.
e 3. par. tit. 12. c. 11.
f Verb. casus in prine.
g Eo. ver. q. 2. & gl. & doctor. in cle. dudum, para. statuemus de sepult.
h Vbi sup. q. 3.
i In cle. dudum, parag. at etiam, de sepult.
k 23. q. 8. c. pessimam.
l Ca. fin. ad iunct. gl. 2. q. 6. c. quæ tamẽ nõ est in vsu.
m De maled.
n Vbi supra.
o para. ad absolendam.
p Ca. 12. n. 13.
q Eod. c. nu. 134.

r Glo.d.c.1. de pœn.& remiss.l.6. maioris *r*, sed hic non est casus reseruatus: quia non est peccatū, sed illius pœna: neque intelligenda est de omnibus excommunicationibus, sed de reseruatis Papæ, quarū absolutio in aliquibus casibus inferiori conceditur, per quem Episcopus intelligi-

s Eod.c.112. tur, vt dictum est *s*: nā ab alijs casibus reseruatis parochi quoad

t Eod.n.39. forum conscientiæ iure cōmuni absoluere possunt, per dicta supra *t*. Per quæ videtur vnum, vel alterum tantum ex his casibus esse vsu receptū. Alij vero casus reseruantur Episcopis ipsis per consuetudinem generalē, aut quasi generalē, quos tangit, & re-

u Extrauagant. inter cunctas, de priuil eg. a 2.par.tit. 17.c.11.in fi. fert glossa *u*. *Primus* est homicidium voluntarium, aut realis mēbri abscissio: quia mentalis, nec verbalis etiam perueniens ad percussionem non comprehenditur, secundum S. Antoninū *a*. *Secundus*, peccatum falsitatis falsandi scripturas, ac dandi testimonium falsum, aut tacēdi verum coram iudice, iuxta notata à

b In c.1.de crim. falsi. c In l.1.ff.eodem. d Iuxta l.1. parag. qui de posita, ff.eod. e Eod.ca. nu. 119.& c.25.n. 17. f Eod.c.n.120. in fine. g Syn. verb. casus, q. 4. h In c.17.nu. 92. i Ca. vtinam 36.d. Panormitano *b*, & Bartolo *c*, & peccatum admissum ab Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ostēdēdo scripturas partibus aduersis *d*. *Tertius* violatio libertatis, aut immunitatis Ecclesię, de qua supra *e*, per quam iniuste personis, aut rebus Ecclesiasticis iniuria infertur. Quamquam nunc sæpe habet annexam excommunicationē Cœnę, per dicta supra: & consequenter videtur, quod omne sacrilegium est casus Episcopalis per consuetudinem *g*. *Quartus*, peccatum retinendi incerta aliena, quem supra *h* vtiliter declarauimus. De casibus tamen qui per consuetudinem, aut constitutionem specialem episcopatuum reseruantur, certa regula dari non potest, iuxta omnes: quia vnaquę que prouincia suo sensu abundat *i*.

263 *Decimotertio dico*, quod non videtur satis tuta opinio cuiusdam viri eruditi, quam publicauit in tractatu suo de casibus sedi Apostolicæ reseruatis sub finem: nempe quod confratres sanctissimæ Trinitatis, & alij Christi fideles non possunt absolui à casibus reseruatis Episcopis, eis inconsultis, auctoritate bullæ S. D. N. Gregorij XIII. per quam facit facultatem præfatis Christi fidelibus in hæc verba: *Et insuper vt ipsi confratres, & alij Christi fideles indulgentiarum, remissionum, relaxationum præfatarum Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eorum cuilibet, vt temporibus, & diebus supradictis quoscunque seculares, vel quorumuis ordinum, etiam mendicantium, regulares presbyteros idoneos ab ordinatis locorum approbatos in suos posśint eligere confessores, & qui eorum confessionibus diligenter auditis, & eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumque grauibus, & enormibus, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in literis in die Cœnæ Domini legi consuetis, totiens, quotiens, & etiam à criminibus in eis literis contentis, semel in vita tantum, & in mortis articulo eadem auctoritate absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, &c.* Præfatus enim auctor fūdat suam opinionem in eo, quod Papa

non

non potest tollere ius diuinum: & quod iure diuino est cōcessa potestas Episcopis reseruādi sibi aliquos casus: quæ potestas videretur eis auferri, si virtute prefatę concessionis possent prædicti Christi fideles absolui à peccatis reseruatis Episcopis. Quę tamen opinio non est vera, nec bene fundata. Tum quod Papa habet super omnes Christianos iurisdictionem *k*, & non solum qualem qualē, sed immediatā quoad omnia spiritualia, vt colligitur ex S. Thoma *a*: & sicut habet illā immediate à Deo, ideo nemo alius potest eam illi tollere, vel minuere *b*. Tum quia nō satis caute arguit tolli ab Episcopis ius reseruandi casus, eo quod Papa conferat facultatē absoluendi ab eis aliquibus alijs in aliquot casib⁹, vt in casu proposito: quia effectu arguit à sublatione partis ad sublationē totius, & sic à minori ad maius affirmatiue contra regulam Dialecticorum, & Baldi *c*. Tum quia etiā omnis presbyter solo iure diuino attento potest absoluere quēlibet à quolibet peccato, vt dictum est supra *d*, & efficaciter probauimus *e*: attamen plurimis non licet, iure humano Papę id verante. Nec sequitur ex hoc tolli eis potestatē illis diuinitus datā, sicut iure diuino, & naturali cuilibet licet paciſci, & contrahere *f*, nihilominus iure non solum Pontificio, sed etiam Regio vetantur multi ad paciscendum, & contrahendum: nec propterea dicitur tolli ius naturale, & diuinum, sed tantum ex ęquo, & bono restringi. Tum quia omnium est vna conclusio, multa iura iure naturali, & diuino competentia multis restringi, & limitari à summo Ecclesię Principe quoad spiritualia, & à seculari quoad temporalia *g*, tam per interpretationem inter ius, & ęquitatem interpositam *h*, quam per pœnę interpositionem *i*, quā per iustam dispēsationem *k*, quam per rationem iustā naturalem *l*: & copiosè tradunt Felinus, Decius, & alij *m*: & palam est in casu proposito solū ius Episcoporum restringi, & limitari ex iusta causa, sancta & honesta. Tū quia glossa *n* damnatur ibi cōmuniter, quatenus dicit confessos religiosis habentibus à Papa priuilegiū audiendi confessiones, teneri confiteri iterū suis parochis, si absque ipsorum licentia confessi fuerint ipsis. Tum quia prefata opinio sapit hęresim Ioann. Poliaci dānatā *o*, quatenus asseruit, quod stante statuto cap. *omnis vtriusque sexus*, non potest Papa facere vt parochiani nō teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parocho Ecclesiæ. Et quod Papa nō potest dare licentiam audiendi confessiones, quin confessus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio Parocho fateri. Tum quod destruit Clement. *duaum p*, & omnia iubilæa, cruciatas, & confessionalia, quibus fit facultas eligendi confessores, & consuetudinē generalem totius Ecclesiæ Christianæ, quæ contrariam eius opinionis sententiam vbique terrarum seruat. Tum denique quod facile diluitur argumentum eius, concędendo quidem Papam non posse tollere ius diuinum

k Per extrau. vnā sanctam de maior. & obed. & dictū Innoc. in c. 1. de const. amplificatum ibi per Felin. à n. 2.
a Recept. in tract. contra errores Græcorum concl. 15. alias c. 3. conclu. 33.
b Ca. 33 cuncta per mundum, & c. per principalem, 6. q. 3.
c In l. cōuenticulam, C. de epis. & cler.
d Eo. in prin.
e In c. placuit de pœn. d. 6.
f l. 1. ff. de pactis.
g Iuxt. c. quod in dubijs, & c. pen. de pœnis.
h Iuxt. l. 1. C. de leg.
i Iuxt. l. quisquis, C. ad l. Iuliā. maiest. & c. cum secundum de hæret. l. 6.
k c. ex multa; & toto tit. de voto, & c. quāto cum eis adnot. de intereiur.
l Iuxta l. Lucius, ff. de cuict. & l. itē si verberatū, ff. de rei vēd. parag. si constat. ff. cōmu. præd.
m In d. c. quæ in ecclesiarū.
n Ca. omnis de pœn. & remiss.
o In extrau. vas electionis, de hæret.
p De sepult.

a Ca. sunt quidam, 25. q. 1.

b Ca. 7. de casuum reser. nat. sess. 14. Conc. Trid.

c In c. fin. de consuet. n. 3.

d In prædicto c. 7.

e Ca. in nouo 21. d.

in totum *a*, imo & concedendo potestatem reseruandi sibi aliquos casus iure diuino Episcopis conuenire *b*: negando tamen, quod non possit Papa illam ex iusta causa limitare, & restringere aliquo prædictorum modorum: negando item, quod per limitationem, & restrictionem in hoc casu factam, tollatur Episcopis potestas reseruãdi sibi facultatem absoluendi in aliquot casibus, per supradicta. Quin & Panormitanus dicit *c*, secutus Innocentium receptum ab omnibus, quod per rationem naturalem potest declarari, & limitari ius naturale, & diuinum, nõ solum per legem Papæ, quoad spiritualia, & per legem alterius principis, quoad temporalia, sed etiam per consuetudinem rationabilem: vt passim limitatur præceptum de non occidendo, & de stando duorum, vel trium testimonio, &c. Dixi supra, *Imo & concedendo, &c.* Tum quia Conc. Trid. *d* non habet præfatam potestatem reseruandi dari Episcopis iure diuino, id est, immediate à Deo, sed mognopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, vt hãc potestatem habeant, summi quidem Pontifices in toto orbe, Episcopi vero in suis diœcesibus. Quod longe aliud est, cum multa iure humano constituta multum ad Christiani populi disciplinam pertineant. Tum quia hæc reseruandi potestas non pertinet ad ordinis substantiam, neque ad iurisdictionem ad absoluendum necessariam; sed ad aliam extrariam Ecclesiæ Christianæ gubernandę valde opportunã. Tum quia nullibi probari videtur iure diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, quam illam, quę datur eis per ordinationem, & consecrationẽ: quia omnis alia conceditur eis mediate, vel immediate à Papa *e*. Per quã considerationem negari posset, quod ita immediate suscipiant Episcopi iurisdictionẽ hanc reseruandi extrariam à Deo, sicut ordinis characterem, sed à Papa per electionẽ, confirmationem, vel aliam dispositionem ordinariam, vel delegatam, expresse, aut tacite per traditionem, & consuetudinem iam inde ab ipso Petro in hunc diem continuatam.

Ad *primam* quęstionem hic propositam respõdeo, quod Regis præfectus publicis operibus, qui minore pretio cogit subditos ad importandam materiam eorum, non potest iuste in gratiam alicuius priuati etiam gratis curare, vt importent similem ipsius operi. Ad *secundam*, quod non sufficit ad id consensus Regis, qui operis subditorũ non potest ita in vtilitatem priuatam, ac publicam imperare. Ad *tertiam*, quod talis priuatus non excusatur, eo quod ipse præfectus suæ conscientię oneri id accipit, magis quam Pilatus suscipientibus in se Iudęis culpã damnationis Christi: nec magis quam iuuans ad furandum eum, qui totam culpã in se recipit, quia facientes, & consentientes, &c. *a*

a Ad Rom. 1. & c. 1. de offic. deleg.

Miscellaneum 1. de præsentatione Confessariorum Religiosorum.

265 *Concilio non derogatur nisi expresse.*
266 *Præsentatus semel, & admissus noua præsentatione non indiget.*

264 DE præsentatione fratrum confessariorum facienda ordinarijs *b* hoc in loco scripsimus in vulgari multa, & diligenter quidem, quę ob iustas causas, præter hæc pauca, in editione latina omittimus. *Primum*, quod *c* tenentur pręlati fratrum petere ab Episcopis, & superioribus, vt placeat ipsis, quod fratres ad id per suos prælatos nominati, possint in suis ciuitatibus, & diœcesibus libere eorum subditorum confessiones audire, & salutares pœnitentias imponere, & cum sua facultate, & bona venia absoluere, quidquid dicat Syluester *d*, allegãdo Cardinalẽ *e*, qui licet ibi subobscure loquatur, tamen in §. *ac deinde*, *f* resoluit, teneri fratres ad petendum prædicta. *Secundũ*, quod *g* debent fratrum Pręlati eligere fratres idoneos in numero conuenienti ad tria prędicta, ac eos pręsentare Episcopis. Dixi, *Præsentare*, quia nõ sufficit nominare *h*, quod dixit esse sensibus corporis exhibere. *Tertiũ*, quod Episcopo sine iusta causa nolente admittere, possunt præsentati facere illa perinde, ac si fuissent admissi *i*. Nec videtur obstare *k* Cõc. Trid. Tum quia huiusmodi præsentatus, & sine causa ab Episcopo reiectus habetur pro approbato ab eo, sicut & regularis petens licentiam transeundi ad regulam strictiorem, negata ea sine iusta causa habetur pro licentia donato *l*, & sicut Abbas, qui petijt tertio benedictionem ab Episcopo, habetur pro benedicto, si eam sibi neget *m*.

865 Tum quia Conc. Trid. non videtur voluisse derogare iuri communi, & conciliari *n*, neque Concilio Lateranensi *o* argument. dicti solemnis Archidiaconi, quod requirit derogationem expressam Concilij ad hoc, vt illi censeatur derogatum, de quo late Felinus *p*. Tum quia expedit iura concordare *q*, & possumus hæc iura commode concordare dicendo, quod Concil. Trid. limitetur per alia duo prędicta ob rationem specialitatis, quæ colligitur ex eis, *Ad frænandam aliquorum Episcoporum duritiem*: vt in d. ca. 1. *r* statuitur, cum etiam posteriores leges limitentur per priores.

266 *Quartũ*, quod semel præsentatus, & admissus non indiget noua pręsentatione, etiamsi aliquoties exierit diœcesim, ad quã fuit præsentatus *a*. *Quintũ*, quod pręsentatus non debet absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi data ei ad id facultate, & minus dispensare in iuramẽtis, vel votis *b*, quod est tutius secũdum S. Antoninum *c*: licet Sylu. *d* cõtra teneat quoad casus per ipsum Episcopum reseruatos. *Sextum*, quod prædicti confessarij per priuilegium Papæ Sixti IIII. possunt audire confessiones omnium, qui ad sua loca confitendi causa venerint, licet non sint ex Episcopatu, ad quem fuerunt præsentati *e*, non tamen possunt extra loca pro quibus sunt præsentati, nisi, &c. *Septimum*, quod Episcopi, si voluerint, possunt remittere religiosis obliga-

b Iux. clem. dudum, de sepul.
c Iuxt. dictam clem. dudum, parag. statuimus, & Conc. Later. sub Leone X. sess. 11.
d Ver. confessor, 2. q. 1.
e In d. parag. statuimus.
f Quæst. 5.
g Iux. dictum parag. ac deinde.
h Iux. gl. sing. & recept. ibidem verb. præsentare.
i Di. cle. parag. si vero.
k Ca. 15. de refor. sess. 23.
l Ca. licet, regula.
m Cap. 1. de sup. neglig. prælat.
n Di. cle. dudum, parag. si vero.
o Sess. 11. in c. 1. de const. l. 6.
p In c. nonnulli, de rescript.
q Ca. cum expediat de electio. l. 6.
r De sup. negl. prælat.
s l. sed & posteriores, ff. de legib.
a D. ct. clem. parag. ijdem, vbi Card. q. 1.
b Iuxt. glo. recept. in d. parag. si vero.
c 3. part. tit. 17. c. 11.
d Verb. confessor, q. 5.
e Supple. fol. 58. concess. 159.

tionem petendi,& presentandi,habendo eos pro præsentatis*f*, vt sentit *g* Conc. Later. ibi,nisi eos exhiberi sibi petierint. *Octauam*,quod prędicti Patres habent priuilegium Innocentij VIII. quo se possunt aliter præsentare Episcopis,relatum in Cõpendio priuil.fratrum Minorum *h*.Hæc tamen præsentatio non est tantæ virtutis,ac alia,quia non nisi in vnum annum durat, neque facit vt sic præsentati pro presentatis habeantur,iuxta formam iuris,nec consequenter, vt gaudeant priuilegijs, quibus presentati gaudent,vt colligitur ex tenore concessionis, quæ quia est priuilegium, stringi debet *i*, & eo non esse vtendum consulit Compilator præfatorum priuilegiorum *k*.

f Ar.c. quod ob gratiam,de regal.iuris,l. 6.
g Prædicta sess.11.
h Ver.præsentatio fratrum,& meliur,verbo absolutioquoad seculares, & habetur in monumentis primæ impressionis, fol.95.& secũdæ impressionis, 93. & in supplemen. fol.9. concess.351.
i Ca.porro,& c.sane de priuileg.
k Verb. præsentatio,parag.vlt.

Miscellaneum secundum,de quibusdam regulis Confessariorum.

267 *Bona facta in peccato mortali ad hæc multa prosunt.*
268 *Absolui non debet sacramentaliter non confessus,etiam non valens.*
269 *Confessio facta vni non sufficit vt alter absoluat.*
269 *Voluntas non fertur in incognitum.*
270 *Religiosus qui testans non absoluendus.*
272 *Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda.*
272 *Mortuus absolui, & excommunicari an possit.*
272 *Hæres cuius excommunicati absolutionem quærere non debet.*
272 *Excommunicatum etiam non confessum absoluit sacerdos,etiam excommunicatus in morte.*
272 *Absoluere non potest laicas excommunicatum etiam in morte.*
273 *Collatio beneficij facta excommunicato quæ valida.*
273 *Excommunicatio non ligans extra Episcopatum, etiam Episcopo volente.*
273 *Excommunicatio conditione non trahitur retro.*
283 *Appellatur ab excommunicatione durante conditione,etiam post decennium.*
274 *Pensio,cui quis per se consentit statim tenet.*
274 *Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam.*
275 *Absoluit quis ab hæresi per Papæ commissionem.*
275 *Dispensare potens super voto, cur non potest super iuramento.*
276 *Volens intrare religionem, an tenetur extra prouinciam.*
277 *Absolutio excommunicati ad cautelam quotuplex, à Confessario vt dari potest,278.*

267 PRo contentis in regulis Confessariorum,& Pœnitentiũ hic in vulgari positis, quæ excepto vno supra locis opportunioribus inseruntur, substituo illud, & alia sexdecim responsa totidem noue quęsitorum. *Primo*,quod vltra illa,ad quę *a* diximus prodesse opera bona facta in peccato mortali, prosunt etiam ad implenda præcepta,& excusandũ à nouo pecca-

a In prælud. 3. nu.3.

to,iuxta

to,iuxta ea quę diximus *b* & ad illustrandam mentem peccatoris,quo suum malum statum agnoscat,& eius pœniteat *c*,& ad quærendas virtutes morales *d*, & ne peccatum nos suo pōdere in aliud trahat,secundum Altisiodorensem *e*,& ad quęrendam cordis lætitiam,iuxta illud Pauli *f*: *Spe gaudentes*: & ne angelus noster tutelaris ob ingratitudinem nos omnino deserat,& ne tam cito nos Deus puniat:tardius enim puniuit Achab: quia se humiliauit *g*. Id autem quod hic diximus in vulgari de actu de se malo,fieri bonum ex circumstantia,& contra,explicatum est supra *h*,per quod soluitur dubium.

b In princ. c. 1. de pœn. d. 6 n. 43.
c Ca. falsas, de pœn. d. 5.
d Ca. vides 33. n. 6.
e In 4. parte summæ.
f Rom. 12.
g 3. Reg. 21.
h Ca. 25. n. 1.
i Ca. 26. n. 27.

268 *Secundo*,quod firmiter est tenenda sententia posita supra *i*, scilicet non debere quē absoluere sacramentaliter infirmū,qui verbis,vel nutibus non fuerit ei confessus aliqua peccata, licet antequam obmutesceret,vel iudicium amitteret,vocauerit eū, quamtamlibet voluntatem confitendi cum signis contritionis ostēderit alij, vel alijs quam absoluturo.Tum per rationem irrefragabilem ibidem insinuatā.Tum quod S.Thomas pro cōtraria parte citatus *k*,dicens posse talē vngi extreme,baptizari, & à peccatis absolui, intelligendus est de absolutione alia quā sacramentali,pura generali deprecatiua,vel à pœna per indulgentias ei concessas. S.item Antoninus *l* pro eadē citatus,qui solūait in tali casu sacerdotē debere prębere infirmo quidquid humanitatis potest absoluendo,& reconciliando,est secundum prędicta intelligendus.Medina etiam pro eadem citatus *m*,potius cōcordat sequendo glossam *a*, quæ vt *b* diximus, verbum, *pœnitentiā*, in textu positum intelligit de alia absolutione, quā sacramentali.Tum quia quamuis valeat confessio facta scripto absenti, saltem ex iusta causa, vt dictum est supra *c*,non tamen sufficit velle scribere illa, nisi scribat,& id faciat animo confitendi ea,& non cuicumque,sed illi presbytero,à quo vult absolui,& ita non sufficiet vocare confessarium,& dicere se velle confiteri,imo neque confiteri peccata coram alio,nisi ad summum quum confiteretur omnia, ei mandando vt deferret illa tamquam nuntius ad presbyterum eum absoluturum.

k In opusc. 65.
l 3. par. tit. 20. c. 2. de iure firmo.
m In Cod. de confess. tit. & de absolut. ab oblitis.
a Ca. is qui, 26. qu. 6.
b Vbi supra.
c Ca. 21. n. 36.

269 Tū quia cōtra Conc. Trid. & omnes receptas sentētias esse videtur dicere,quod voluntas cōfitendi absque cōfessione,vel cōfessio facta vni,prēsertim nō presbytero,vel aliter,quā sacramentaliter,sufficiat vt absoluatur ab alio,qui eā non audiuit,& iudicialiter debet absoluere:cū voluntas nō feratur in incognitum,secundū Augustinum *d*,præsertim iudicis(qualis est confessarius.)Tum quia nō vendicat sibi locū eadem ratio in hoc sacramēto,quę in Baptismo,Eucharistia,& Extrema vnctione: nā illa nō ministrātur iudicialiter, & causa cognita,vt hoc:nec vllius eorū pars essentialis est cōcursus vllius actus actualis illa sumpturi quoad eorum ministrū: imo sufficit voluntas præcedens ea suscipiendi:in hoc autē non sufficit voluntas confitendi,& accipiendi absolutionem,imo confessio est eius pars substantia-

d In l. 9. & 10. de Trini. & probatur in c. 1. 29. q. 1. et l. de qua re, ff. de iud.

f Sess. 14. c. 1. & 5. & c. 11. 4.

stantialis, vt definit Conc. Trid. *f* Tum denique, quod si maior cognitio peccatorum non requireretur ad absolutionem, non concluderetur confessionem esse iure diuino præceptam, per illud *g*: *Quorum remiseritis, &c.* vt subtiliter insinuauit Medina *h*, quod est contra veritatem declaratam in Conc. Trid. *i*

g Ioan. 20. h Vbi supra. i Sess. 14. c. 5. & c. 3 & 9. de sacrament. pœnit.

270 *Tertio*, quod confessarius absoluere, & si moriatur, in sacro sepelire nō debet vllum religiosum, etiam Canonicum regularē (qui omnium laxissime regulæ seruit,) *k* testantem, vel testari volentem, nisi à proposito desistat, & si quod testamentū fecit, reuocet illud, aut certe efficaciter reuocare proponat *l*, vt late tradit admodū Reuerendus Pater Ioan. Trullus, eruditione, ac pietate insignis, simul Prior sanctę Christianę Canonicorū regularium Aragonię, de ordine suo optime meritus *m*, qui ait cauendum esse cuiuis Canonico regulari, & à fortiori cuilibet alij monacho, à scribēda scheda, vel memoriali significāte suam de vllis rebus suis vsibus deputatis sic, vel sic distribuēdis voluntatem, vel intentionem vltimā: quod tamen solum intelligēdum est de faciente illa ea mente, vt sint testamentū, codicillus, donatio mortis causa, vel alia vltima volūtas vim ex sua dispositione trahens, nō autem de illo, qui expresse, vel tacite protestatus nolle testari, vel nullatenus disponere, solū rogat Prælatum, vel Cōuentum, vt pro sua libera voluntate, illud, aut illud pietatis, aut misericordiæ opus illi, aut illi faciat, cū hoc nullatenus sit disponere, sed ad pie disponendū alium pie rogare, aut exhortari, quod cuilibet religioso, etiā Franciscano, licet, quia misericordia est virtus omnibus, etiam pauperibus, communis *a*: quæ quotidiana conclusio est, quam nuper latius tradidimus *b*.

k Cap. quod Deo, de statu mon. l Arg. c. non licuit, 13. q. 2. c. 1. de test. in c. monachi, & c. super eo, & c. cum ad de stat. monach. m In c. 22. libri primi ex quatuor libris de eodem ordine Canonicorum regularium pie valde, ac erudite scriptis qui in c. 40. n. 11.

a Ca. in sing. 26. d. b In Comm. 2. de regula super ca. non arctàtis, 12. q. 2.

271 *Quarto*, quod hęres eius, qui moritur absolutus à peccatis, & susceptis alijs sacramentis, & in loco sacro sepultus, licet postea credat eum obijsse excōmunicatum, nō tenetur petere absolutionē. Tum quia mortuus proprie, & quoad Deū, nec absolui, nec excōmunicari potest, quia nō est homo mortalis, quem solū excōmunicari posse supra dictū est. Nec obstat c. *si quis*, per quod glossa eius contrarium dixit per illa verba: *Dicatur mortuo anathema*: quia non significauit, quod excōmunicetur, vt putauit glossa cum Panormitano *d*, sed quod fiat ei maledictio, qua declaretur decessisse anathematizatus, vt pulchre ait Castrensis *e*, nec absolui, quia solus potest absolui, qui & excōmunicari, & è contrario *f*. Nec obstat prędictum c. *à nobis g*: quia sensus non est, quod excōmunicatus mortuus proprie quoad Deum absoluatur, sed quod denuntietur Ecclesiæ decessisse quoad Deū absolutus, ita vt liceat ei nominatim orare pro illo, secūdum mentē Panor. & cōmunis *h*, & Castrensis *i*. Tum quia, si quoad Deū, & culpā per pœnitentiam fuit absolutus, nō indiget absolutione quoad illa, & quum excōmunicatio esset occulta, non indiget etiā quoad Ecclesiā, quę nō indicat de occultis *k*: & si per pœnitentiā nō fuit absolutus, nil prodest quoad Deum absolutio.

c De hæret.

d Ibidem. e Li. 2. de iusta hæret. punit. c. 19. f Per supra dicta. g Ca. 2. de sen. ex com.

h Ibidem. i Vbi supr. c. 20.

k Cap. si homo, 26. q. 1.

Tum

Tum quia solus denuntiatus excommunicatus indiget absolutione quoad Ecclesiam *l*, & hic de quo quęritur, non erat denūtiatus. Nō, inquam, tenetur, imo nec expedit petere, quia nihil prodest animæ quoad Deum, & nocet honori quoad homines. 272 *Quinto*, quod idē omnino dicēdum est de hęrede illius, qui sine absolutione cum signis tātum cōtritionis in excōmunicatione occulta moritur *m*, nō autem de hærede excommunicati denuntiati: quoniā is debet quęrere absolutionem ab eo, à quo viuus, & sanus erat absoluendus, si non fuit absolutus, saltē ab aliquo sacerdote simplici in articulo mortis *a*, qui tunc potest absoluere, vt clarius, quam omnia alia iura antiqua definit Conc. Trid. *b* in hęc verba: *In articulo mortis omnis sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere potest.*

Sexto, quod per hoc videtur, quod omnis sacerdos potest absoluere ab excommunicatione in articulo mortis etiam non confessum, modo signa contritionis pręcedant: quia in tali articulo nō solum habet facultatem absoluendi à peccatis, etiam reseruatis, sed etiam à cēsuris, vt per prædicta verba patet, quod clare sentit Panorm. *c* dum ait, quod præsupposito quod laicus posset absoluere à censuris in articulo mortis, illa prodesset, ne iterum oporteret eum absolui. Et constat secundum omnes, nō posse laicum absoluere à peccatis. Ergo à fortiori absolutio sacerdotis sine absolutione à peccatis, prodesset. Præsuppositum tamen non est verum, vt dictum est supra *d*. Quod ipsum postea videtur confirmasse prædictum Conc. Trid. per prędicta verba, quæ non habent, *omnis homo*, sed (*omnis sacerdos*) significando non posse id facere etiam alium clericum, etiam sacris initiatum, quanto minus laicum.

Septimo, quod per eadem verba ausim dicere, quod sacerdos etiam excommunicatus, & denuntiatus potest hodie absoluere licite cōstitutum in prędicto articulo, sicut non excommunicatus. Tum quia Conc. vniuersaliter nullum excipiendo loquitur. Tum quia non obstat, quod per excommunicationem tollatur, vel certe suspendatur iurisdictio, quā saltem habitualem habet iure diuino *e*, sine qua nō potest consistere absolutio: quia probabiliter credi potest piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionē quoad talis articuli tempus, licet, vt proxime dictum est, non deceat credi, quod laico eandem quoad eundem articulum videatur cōcedere: quia quoad eum non agitur de non tollenda, vel non suspendenda iurisdictione, sed de nouo danda, quod est difficilius *f*, præsertim incapaci, qualis est laicus, talis iurisdictionis *g*: Ausim, inquam, id nunc dicere, quamuis ante prædictum Conc. communis contra tenuit, *h* quam ipse quoque immemor prędicti Concilij sequutus fueram supra *i*. Cæterum facessat subtilis illa nouitas differentiæ quorundam inter articulum mortis, & periculum mortis: eadē enim sunt quoad iura facientia facultatem absoluendi in eis.

l Per d. extrauag. ad euitanda.

m Arg. c. fin. de sepult. & c. in literis de rapto.

a Di. c. à nobis.

b Sess. 4. c. 7.

c In d. c. à nobis, n. 10.

d Ca. 26.

e parag. ecce, 16. q. 1.

f Ca. quemadmodum de iureiur.

g Ca. tuam de ordi. cog. & c. 2. de iudic.

h In c. non est de spons. & S. Thom. in 4. l. sen. d. 17. q. 3. & 3. par. q. 82. art. 7. ad 2.

i Ca. 26. n. 26.

k Vt satis probat. c. eos, de sent. excō.

273 *Octauo*, quod illud dictum de collatione beneficij facta alicui excommunicato, quod sit nulla, procedit etiam in eo qui se excommunicatum ignorat, secũdum glossam, Panormitanum, & communem *a*: nam licet ignorantia excuset à pœna transgressionis, non tamen efficit capacitatem acquisitionis, cuius excommunicatus est incapax *b*: sufficeret tamen dispensatio Episcopi, si ad eum spectabat collatio, secundum omnes, non tamen si ad alium, quidquid dicat Panormitanus *c*: quod tamen non procedit in collatione facta à Papa, vel Legato cum clausula *absoluentes quoad effectum præsentium consequendum*, in literis eorum apponi solita *d*.

Nono, quod non est tenenda opinio Bartoli *e* communiter recepti à Legistis, vt tradit Hyppolitus *f*, scilicet, excõmunicatio Episcopi ligat extra Episcopatum ipso id volente: quia irrefragabiliter confutatur per c. 1. *g* & fortius per rationem eius *h*, vt recte affirmat Panormitanus *i*. Nec obstat l. fin. *k* qua magno colore motus fuit Bartolus: quia est male traducta è Græco in Latinum, vt testatur eruditissimus And. Alciatus *l*, secundum cuius translationem nihil facit pro Bartolo, & sequacibus.

Decimo, quod excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrotrahitur, quia fictio retrotractionis non habet locum in censuris. Tum arg. c. *licet m*. Tum quia fictio fundatur in æquitate *n*, & nulla æquitas suadet, vt qui iuste communicabat ante conditionem impletam, censeatur iniuste tunc communicasse: id enim esset fingere impossibile secum pugnans *o*.

Vndecimo, quod sicut excommunicatio lata sub conditione non ligat ante eam impletam, ita potest quis appellare ante illam impletam, etiam post decennium, ita quod sine scrupulo potest communicare, etiam ea impleta, vt sentit glossa, quam contra Panormitanum sequitur communis *p*.

274 *Duodecimo*, quod pensionarius, qui personaliter consentit cõstitutioni pensionis, non soluens eã die statо, incidit in censuram etiã ante intimationem literarum: secus si consentit per procuratorem, iuxta stylum curię, de quo testatur Cassador. *q*

Decimotertio, quod pro cõmuni opinione, quam tenuimus supra *r*, cõtra glossam secundam *s*, scilicet, quod ignorãtia probabilis excusat ab excõmunicatione statuti pro facto damnato, vltra ibi dicta facit, quod licet non requiratur consensus delinquentis in pœnã, vt obligetur ad eam, quia obligatio non nititur eius cõsensu, sed potestate legislatoris imponentis eã; requiritur tamen consensus in causam, ob quã imponitur, vt dixit S. Thomas *a*: & vt quis dicatur consentire in causam alicuius, nõ sufficit, quod cõsẽtiat in eo, quod est causa, sed requiritur quod sciat, aut scire debeat id esse causã *b*: & qui scit aliquid esse malũ, & ignorat pœnam ob id impositam, scit quidem id quod est causa illius, nõ tamen causam illius. Nec obstat, quod ex eo sequeretur, quod mulier, rusticus, & alij, qui probabiliter pœnas

legum

a In c. penu. de cler. excommunic.
b Ca. postulastis, cod. t.
c In d. c. postulastis.
d De qua Fel. in c. apostolica colum. 2. de excep. & alij alibi.
e Io l. 1. n. 45. C. de summa Trinit.
f In l. fin. ff. de iurisd. om. iudic. n. 148.
g De constit. l. 6.
h Sumptam ex d l. fin.
i In c. à nobis, 2. num. 11. de sent. excom.
k ff. de decr. ab ord. fac.
l Li. 2. de dispunct. c. 18.
m De sent. excom l. 6.
n l. qui in vtero, ff. de stat. homic. tradit Bar. recep. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsu, n. 67.
o Contra. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.
p in c. præterea, 2. de appellat.
q Decis. 2. de pens. super reg. Cancel. & 32. de rescrip. 1 Num. 17.
r Ca. à nobis, 2. de sent. excom.
a 2. 2. q. 64. art. 2.
b Arg. l. in delictis, par. 2. ff. de noxal.

legum ignorant, in nullam earum inciderent. Responderi enim potest negando quidem sequelam, quoad pœnam ordinariã, & mediocrẽ proportionatam delicto, secundum naturam eius statutam, vel prudentia cõmuni imponendam, quam quilibet discretus paulo plus minus præuidere potest, saltem hallucinãdo per legem naturalem, dictantem delicta mediocriter puniẽda c: cõcedendo vero sequelam, quoad pœnam extraordinariam, & exorbitantem, & auctam vltra naturam suam nude consideratã, propter frequẽtiam, vel alias circumstantias personę, temporis, loci, &c. ea ratione diuersitatis, quod quicumque scit, vel scire debet aliquid esse malũ, scit, vel debet scire id esse puniendum iuxta naturam eius, & ita non solum consentit in eo, quod est causa eius, sed etiã in eo quod scit, vel debet scire esse causam eius: secus tamen est de pœna exorbitanti aucta, & addita vltra naturam eius, ob frequentiam, & alias circumstantias: quia nec scit, nec scire debet illud malũ esse causam illarũ, cuius generis est excommunicatio, & eo magis, quo sola ratio naturalis, quæ docet pœnã debitam malo, non pertingit ad illam sine lumine fidei. Quæ est ratio germana ca. 2. *d* per quã extenditur ad quascumque alias pœnas exorbitantes, sola natura delicti cõsiderata. Per eandem rationem idem censeo cum Syluestro *e* de excommunicatione lata per legem cõmunem Pont. Max. *f* cũ multis eruditis Curiæ, putantibus multas extrauagantes cum censuris grauissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia numquam transijt Pyrenęum, nec Alpes, non excõmunicasse Hispanos eas penitus ignorantes: nam & percutiens clericum, aut patrem, aut dominum, & interpellans monialem, vel virginem, ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id non feciſſet, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis additas *g*: quia etsi sciat esse malum id quod facit, nescit tamen, nec scire debet tantam pœnam pro illo malo impositam: & minus peccat, qui frangit legem grauissimis, & extraordinarijs pœnis munitam, ignorando eas probabiliter, quam sciendo: sicut minus contemnit, & peccat qui ingreditur hortum leni cespite septum, causa furãdi, quam qui alto pariete cinctum.

275 *Decimoquarto*, quod nullus pręter Papã sine eius cõmissione speciali, potest absoluere ab hęresi, & censura ei annexa, etiã occultissima: quia Papa eã sibi reseruat in bulla Cœnę, quamuis Conc. Trid. *a* concedit Episcopo, vt per seipsum in suo Episcopatu possit absoluere subditos suos ab occulta hæresi: quãuis item possit cõtendi, quod nõ sit derogatum quoad hoc illi per bullam Cœnę: quia S. D. N. Gregorius XIII. & Pius V. adeo id expresse declararunt, vt etiã summo Pœnitẽtiario negauerint illã facultatẽ, nisi cum certis modificationibus, sine quibus nec hic absoluit sine maxima causa, nec ille dum vixit absoluebat, etiam cũ illa. Per quod *b* moueor ad credendum, quod nec virtute iubilęorum, nec bullarum Cruciatarum, in quibus non datur

c l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.

d Const. l. 6.

e Verb. ignorãtia, parag. 1.

f Vt probo in comment. c. fraternitas, 12. q. 2.

g Ca. si vero, 2. de sen. excom. & l. si quis ignorãs, ff. locat.

a Ca. 6. sess. 24. de refor.

b Et arg. c. fin. de offic. vic. l. 6. & c. ita generali. de reg. iur. eo. l.

datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, potest quis absolui ab ea, licet expresse detur facultas absoluendi à casibus bullæ Cœnę c, iuncto dicto S. Antonini d, scilicet quod facultas generalis absoluendi ab excommunicatione non includit absolutionem illius, quæ spiritualiter non fuisset concessa.

c Arg. ea. frater noster 26. q. 1.
d 3. par. tit. 34 c. 77. para. 1.

Decimoquinto, quod Cõfessarius, eo quod sit munitus facultate dispensandi super voto, non potest dispensare super iuramento etiam eiusdem materię. Tum quia iuramentum videtur continere duo vincula, promissionis, & iuramenti, quæ sunt fortiora vno e. Qua ratione S. Thomas f ait votum iuratum esse firmius non iurato. Tum quia, secundum eundem, alia ratione ligat iuramentum, quam votum. Iuramẽtum enim ligat, quia est sacrę rei attestatio, ratione reuerentię, qua quis debet implere quod per nomen eius promittit. Votum vero rãtione fidelitatis, qua quis debet implere, quod Deo promisit. Tum quia secundum omnes, votum, vt votum, non est iuramentum, nec contra: nam diuersitas nominum, definitionum, & titulorum g, & rationum obligandi supradictarũ concludit esse diuersę speciei iuramentum, & votum: & facultas dispensandi super vna specie, nõ extenditur ad aliam h, quatenus probat, virtute mandati, vel priuilegij de conferendo beneficio valoris maioris, non posse conferri beneficium minoris. Tum quod Abbates habentes potestatem absoluendi à sententia canonis, *si quis suadente* i, non possunt absoluere à multis alijs excommunicationibus minoris auctoritatis, iuxta Federicum k: quia exorbitantia à iure communi non sunt extendenda de alio ad aliud l.

e Cap. 1. de treng. & pace.
f 2. 2. q. 89. art. 8.
g De iure in 2. Decr. & de voto, in 3.
h Arg. c. cui, de non sacerdotali, de præbend. l. 6.
i sux. c. cum illorum, de sent. excommunic.
k Cons. 14. Monac. Perusinus.
l Reg. quæ à iure l. 6.

276 Hoc ipso die, quo hęc in prima editione latina excudebãtur, puta, pridie Idus Octob. an. 1573. quo sui sacrę Pœnitẽtiariæ Prætorij primum habuit cõuentũ illustrissi. & Reuerendiss. Cardinalis Stanislaus Hosius, posteaquã fuit in summũ Pœnitẽtiariũ à S. D. N. designatus, magna cũ laude, & gloria vtriusque, vtpote gratis, & absens, nihilq; minus prędens, ob solam eandẽque celeberrimam pietatis, integritatis, & eruditionis famã, (qua nõ solũ Vrbi, sed orbi toti Christiano etiã ante purpuram fuit notissimus) tactum fuit, an qui Hispanus probabiliter ante annos 20. vouerat ingredi Religionẽ ordinis fratrum minorum Conuentualium, (qui postea à fel. recorda. Pio V. in tota Hispania abrogatus fuit) teneretur quærere extra illã, vbi non est abrogat⁹, monasteriũ in quo reciperetur? Et videtur nõ teneri. Tũ per dicta sup. a Tum quod actus agentium non operantur vltra fines eorum b. Et orator non intenderat intrare extra Hispaniã.

a Ca. 12. n. 48.
b l. non omnis ff. de rebus cred.

277 Eodem die rogatus de potestate absoluendi ad cautelam Confessarij electi per confessionalia, iubilæa, & alias bullas Apost. dico tumultuariè *primo*, quod absolutio excõmunicationis simplex, est absolutio integra excõmunicationis quę scitur esse lata, & valida. Absolutio vero ad cautelam est, quę non est talis: & ista est triplex, dimidiata, quæ ad certum tempus, vel actũ

fit: &

fit:& integra,eius,quæ dubitatur esse lata:& eius,quę scitur esse lata,sed dubitatur an valeat. Quæ colliguntur ex ca. *solet* c,& scribentibus ibi,præsertim Innocentio *d*.

c De sent. excom. l.6.
d Etc. veniēs, 2. iuxta gl. vit. de resti. & 10. And. & Pan. supra c. & alijs alibi.

Secundo,quod præfatus electus Confessarius non potest dare primam harū,& ita non potest absoluere cum reincidentia. Tū quod illa non est integra. Tum quod in effectu est quędam suspensio, vt ait Innocentius e, & Decius *f*, & confessario huiusmodi non est potestas dimidiandi absolutionem , nec suspendēdi. Tum quia eam dare esset fere absoluere pure,& excōmunicare sub conditione , ad quod faciendum nulla est illi potestas: nec potest absoluere ad certum tempus,vel actum,quia id effectu esset absoluere cum reincidentia.

e In c. cum bona de æta. & qualit.
f Consil. 145.

278 *Tertio dico*,quod potest dare secundam, quam passim dant Confessarij confessis ignorantibus se esse excōmunicatos, per verba illa: *Si teneris vinculo excōmunicationis,&c.* Per quam absoluitur ab ea,vel eis,in quas potestas eius extenditur,modo præmiserit satisfactionē, vel aliud quod bulla requirat,vel certe eo sit animo,quo faceret illud,si meminisset se esse excōmunicatum, & faciet cū primū meminerit. Tum quia attēta sua ignorantia,satis videtur facere,quod potest, & facienti quod potest non est neganda absolutio. Tū quia passim ita absoluunt Confessarij laudati ob hoc ab eruditis,vt etiam prædictum est *g*.

g Iu c.26.

Quarto dico,quod nō potest dare tertiā sine præuia satisfactione,si cōfessus agnoscit esse verā offensam,ob quam est excommunicatus:quia quum offensa est manifesta, nō potest dari illa etiā cū cautela sufficienti sine pręuia satisfactione *a*. Potest autē dare,si dicat se nō offēdisse,sed si dicat se dubitare de offensa,videtur quod nō possit: quia cōmissa simpliciter absolutione nō censetur commissa absolutio ad cautelam *b*. Non obstat quod semper tenuerim,& teneam,quod delegatus,cui commissa est causa,potest partes absoluere ad cautelam,cū Aretino *c* recepto frequenter à Decio,& nobis, contra glossam communiter receptam *d*:quia glossa loquitur de commissione absolutionis ab excōmunicatione,quę tractari potest cōmode sine absolutione ad cautelā:& decisio Aretini,& vsus loquitur de commissione causæ,quæ sine absolutione partium ad cautelā non satis commode posset tractari. Adde ijs illa,quæ scripsimus in ca. 1. *e*

a Di. c. solet.
b Iuxt. gl. sing. c. capitulum, de rescript.
c In d.c. de testib. col. 3.
d In d.ca. solet.
e In princi. n. 6. de pœn. di. 6.

Quinto dico,quod Confessarius,cui cōmittit Sacra Pœnitētiaria,vel alius superior,vt absoluat latorē ad cautelam in foro cōscientiæ tantum,non tenetur seruare formam d.c. *solet*:quia illi foro non congruit citatio partis,quā illa requirit *f*,sed satis est, quod constet ei per confessionem partis, preces veritate niti.

f Secundum Inno. recep. in d.c. solet.

Sexto,quod Confessarius,cui simpliciter,vt simplici confessatio,committitur absolutio ad cautelam in vtroque foro,debet antea accipere cautionem sufficientē *g*, licet non debeat citare partem,nec audire excipiētem de manifesta offensa, saluo,si aliquid amplius,vel minus faciendum ei præcipiatur: quia vno

g Iuxta d. c. solet.

onere

onere sublato, non censetur sublatū alterum *h*: & ita cū absolutio ad cautelā requirat citationem, & sufficientem cautionem, etiāsi sit dubia offensa *i*, licet onus citandi tanquā incongruum foro pœnitentię tollatur, satisfactio tamen, vel cautio sufficiēs, quę etiam illi foro congruit, non videtur tolli: adeo vt putem, quod si excōmunicatus agnosceret offensam esse veram, deberet eum cogere ad prius satisfaciendū. Dixi, *in vtroque foro*, quia si cōmitteretur quoad forum cōscientię tantum, putarem sufficere seruare propositum firmū satisfaciendi debito, vel offeso, si apparuerit eam valere, quū quoad illud cor magis respiciatur, quā manus *k*. Dixi, *nisi plus, vel minus præcipiatur*, quia si præciperetur, vt sine vlla cautione, vel cum sola iuratoria, vel satisfacto dimidio, vel toto absolueret, id esset seruandum *l*.

Septimo, quod Confessarius, cui cōmittitur absolutio specialis alicuius ad cautelā in vtroque foro, deberet absoluere corā notario, & testibus, vel saltē testibus, vt absolutus posset probare alijs suam absolutionem, quæ non præsumitur, nisi probetur *a*.

Octauo, quod excōmunicato, denuntiato, & absoluto à Confessario, siue simpliciter, siue ad cautelam quoad forum conscientiæ tantum, non tenentur communicare alij, præsertim publice, neque iure possunt, nisi probabiliter illud credentes: quia limitata causa limitatum producit effectum *b*: nec absoluto, quoad vtrumque forum, nisi legitime id ostendatur, vel probabiliter credatur.

h Ca. ex tuarū, de auctor. & vsu pal.
i Per d. c. soles.
k Ca. si quid inuenisti, 24. q. 5.
l Ca. cum dilecta, cum nota. ibi à Fel. de rescri.
a Ca. sicut nobis de sen. excom. & gl. c. proposuisti de cler. excom. minist.
b l. in agris, ff. de acquir. rer. dom.
c Per d. c. sicut nobis, & per dict. gl. d. c. proposuisti.

Miscellaneum III. de scientia, fide, opinione, dubitatione, & scrupulo.

279 *Scientia, fides, opinio, dubium, & scrupulus quid, vt differunt, & conueniunt, & seqq.*
280 *Conscientia quid, quotuplex, ad quid obligat, scrupulosa quam mala, nascitur ex sex causis, & curatur* 10. *medicinis, a nu.* 282.
281 *Dubijs in rebus pars tutior an necessario eligenda.*
283 *Legis rigor temperatur per æquitatem quinque modis.*
284 *Intellectus illius dicti*, Bonæ mentis est culpam timere, vbi non est.

279 *Decimus primo*, quod scientia, fides, opinio, dubitatio, & scrupulus in quibusdam conueniunt, & in quibusdam differunt, vt resolutius alijs tradimus alibi *d*. Quorum summa est, quod sciētia est cognitio visiua rei *e*, tam intellectus, quam sensus *f*. Fides est cognitio, qua firmiter ita esse iudicamus id quod non videmus, iuxta illud Augustini: *Fides est credere quod nō vides g*, iuncta gl. 7. quę citat illud Greg. *h Fides non habet meritum vbi ratio humana præbet experimentum*. Opinio est cognitio, qua iudicamus aliquid esse, vel non esse, quod non videmus, nec firmiter

d In c. si quis autem, de pœn. d. 7 à n. 9.
e Glos. 6. in l. 2. parag. 20. ep. ff. aqua plu. art.
f Vt præl. 2. & 3. dictum est.
g C. in domo de pœn. d. 4.
h Hom. 20. Euang.

miter credimus ita esse,sed cũ formidine,ne contrarium sit verum *i*. Dubitatio est cognitio duarũ rerũ contrariarum, neutrã earum iudicando veram,iuxta glossam *k*, quę dubietatẽ appellauit titubationẽ Scrupulus est cognitio argumenti apparentis contra prędicta. Ex quibus *infertur*, hæc quinque conuenire in hoc,quod sunt cognitiones,& actus potentiæ cognitiuæ,& nõ appetitiuæ,vt ex verbo,*cogmitio*,apparet:& quod differũt in eo, quod scientia est firma,& euidens cognitio. Fides firma,nõ tamen euidẽs,sed obscura *a*. Opinio autẽ nec euidens,nec firma, quãuis sit iudicatiua. Dubitatio vero,nec euidens,nec firma,nec iudicatiua. Scrupulus autẽ est solum quoddã argumentũ cõtra aliquam prędictarũ. Et quod quatuor prima sunt contraria,quę nõ possunt simul inesse vni,& eidem personæ eodem respectu: Scrupulus autem cum qualibet aliarum quatuor esse potest.

i Facit gl. d. parag. antepe. & gl. in l. fi. de parag. penult. ff. vtĩ possidet.
k Gl. recep. l. de fiatu, ff. de testam. & gl. rub. ff. de iur. & fac. igno.
a Ca. firmiter, de sum. Trinit.

Miscellaneum IIII. de conscientia.

280 COnscientia,vt definit,& diuidit S. Thomas *b*,nõ est potentia,nec proprie habitus animæ,sed actus eius iudicatiuus,interdum testificans,quod illud fecimus,vel non fecimus,iuxta illud: *Scit conscientia tua te crebro maledixisse alijs,&c.* interdum accusans,vel excusans dictando aliquid bene,vel male factum esse,iuxta illud B. August. *Sentι de Augustino quidquid libet,sola me in oculis Dei conscientia non accusεt d*:& interdum dirigẽs, dictãdo aliquid faciendum, vel non faciendum esse *e*:& ita hic accipitur,definirique potest esse scientia, fides, opinio, aut dubitatio de aliqua re facienda,vel non facienda,secundum communẽ in locis proxime citatis: & est duplex. Vera,quę vere iudicat aliquid esse faciendũ,vel non faciendum. Et erronea,quæ falsè iudicat esse faciendum,vel nõ esse faciendum *f*. Est & aliter triplex: Certa,quę pro certo iudicat. Dubia,quæ nullatenus iudicat: & scrupulosa,quæ contra id quod iudicat habet argumenta. Porro,quælibet conscientia certa ligat eam habentem. Quantum autem quælibet harum obliget,dictum est supra *g*.

b 1. par. q. 79. art. 13.
c Eccles. 7.
d Cap. sent. 11. q 3.
e Ca. per tuas, 2. de simon.
f Dist. c. per tuas, c. inquisitioni, de sen. excom.
g Prælu. 3. à n 9.

281 Quibus addo,non semper esse necessarium partem tutiorem eligere,quia satis est quoad pręcepti implementum tutam eligere, vt late *h* probauimus, etiam in his, quæ ad fidem, & mores pertinent: in alijs enim, nec de consilio quis tenetur eligere tutiorem, vt ibidem probatur.

h In d. c. si quis autem, n. 34.

Miscellaneum V. de causis ex quibus fit conscientia nimis scrupulosa.

282 *Dico primo*,quod conscientia nimis scrupulosa nascitur ex vitio naturali,vel acquisito.

Secundo dico,quod conscientia nimis scrupulosa gignit multa mala,scilicet incõstantiam,augmentum peccatorũ,animi paruitatem,

uitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, acediam, & id genus alia.

a 1.par. tit. 3.c.10.parag. 10.

Tertio dico, quod huius vitij causę, secundum S. Ant.*a* sunt cõplexio timida, melancholia, & mania, dęmon tranquillitatis osor, vigilię, ieiunia immodica, & conuersatio cum scrupulosis.

b 1.par. tit. 3.c.10.parag. 10.

283 *Quarto dico*, quod decem sunt huius ęgritudinis medicinæ, secund. S. Anto.*b Prima* Deus per suam gratiam intus habitans, & foris benigne assistens. *Secunda* pharmacum contra melancholiam, maniam, & alios malos humores iudicium debilitantes. *Tertia* auersio cogitatus à re scrupulosa. *Quarta* submissio sui aliorum iudicio. *Quinta* contrauentio scrupulorum. *Sexta* vsus

c 2.2 q.210.

epijchię, siue ęquitatis circa leges, de qua S. Tho.*c* persuadendo sibi non peccare, qui implet legem, secundum mentem auctoris, licet in verba offendat *d*, neque qui eam in sensu benigniore seruat, quamuis in duriore violet *e*, neque qui eam non seruat vbi, & quando est impossibile, vel valde difficile *f*, neque qui eam non seruat, vt pro stulto non habeatur, nec qui in rebus dubijs secundum communem bonorum vsum eam seruat *g*.

d S.Thom.ibi art.3.
e l.benignius & l.seqq.ff.de legib.
f S.Ant. vbi supra colu.6.
g Arg para. & l.leges.4.d. minimè, ff. de leg.

284 *Septima* rectus intellectus illius vulgati. *Tutior pars est eligenda in dubio h*, nępe, in eo quod est proprie dubium: quale non est, cum sufficienti auctoritate, aut ratione altera pars creditur, neque cum ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. *Octaua* rectus intellectus illius, *Bonarum mentium est etiam culpas agnoscere, vbi culpa non est*: cuius vnus verus sensus est, generaliter se culpatum agnoscere, licet non meminerit specialiter culpam, iuxta glossam *k*, & late tradita à S. Antonino *l*. Alius, (qui visus est *m* Ioan. Gerson. aptior) signum animę in bonum propensæ, timore, ne sit culpa, quod non est tale: quamquam hoc non est bonitas, imo scientiæ, aut probi iudicij defectus.

h Ca.ad audientiam, de homic. cap. si quis autem, pœn. d. 7.
i Ca.ad eius, 5.di.
k Dict. ca. ad eius.
l 1.par.tit.3. c.10 colum.6.
m 2.part.de nat. & qual. conscient.alphab.2.

Quæ opinio deligenda. Miscella. VI.

285 *Opinio communis quæ, & quando alteri præiudicat.*
286 *Opinio quæ deligenda late, & resolut.* 287.
288 *Opinans deponat dubium, antequam iudicet, consulat, aut operetur, & seq.*
290 *Scrupulos mitigat sibi parum, & multum Christo fidere, & eum talem imaginari.*
290 *Auxilio sine speciali Dei quæ bona moraliter agi possunt.*
291 *Deus, vt Deus, nullius figuræ, vt homo, gratiosissimæ & benignissimæ.*

285 NOna medicina est electio bona ex varijs opinionibus, & quiescere in ea. Electio autem bona fit, secundum Matth. Mattheśium *n*, & alios alibi, eligendo *primo* consuetudine receptam, nisi sit contra legem naturalem, vel diuinam certam, contra quam consuetudo nihil potest *a*.

n Li. de elect. verior. opra. 1.volum. tract.
a l.minimè, cum glo. ff. de leg. & c. cũ dilectis, d. consuet.

286 Dixi, *certam*, quia dubiam interpretari potest consuetudo, & eius

& eius interpretatio seruāda est, iuxta *a* Panormitanū. *b Secundo* cessante cōsuetudine, eligendo eā, quæ nititur alicui textui, cui cōtraria licet sit communis, nequit apte respōdere, etiamsi quęstio principalis sit vnius iuris, & textus alterius, per citata à Philip. Franco. *c Tertio* eligendo eā, quæ nititur aliquo argumento, cui apte respōderi non potest. *d Quarto* cessantibus his eligendo communem, si scitur esse talis. *e Quinto* cessante cōmuni eligendo eam, quæ pluribus fundamentis, & rationibus nititur, quamuis satis apte dissolui queant; quia cæteris paribus funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur. *f*

287 *Sexto* cessantibus prędictis, eam, quę benignior aut fauorabilior fuerit. *g* Qualis est quæ iuramento fauet. *h* Et quę matrimonio, doti, testamento, aut libertati, *i* aut alijs pijs, & religiosis rebus *k* aut pupillo, viduę, peregrino, aut alteri personæ miserabili. *l* Qualis etiā quæ priuato cōtra fiscum fauet, *m* cum fiscus in delicto priuati fundatur, alias secus, *n* vt recte Decius declarauit. *o* Qualis etiam est quæ valorem actus defendit, siue actus, de cuius fauore agitur, sit vltima voluntas, *p* siue contractus, *q* siue libellus, litis contestatio, sentētia, aut quilibet actus iudicialis, rescriptum, aut priuilegium; *r* quia præsumptio pro actus valore pręponderat alijs, *s* quamuis valor actus in actoris fauorem, & damnum rei redundet. *t Septimo* prædictis deficientibus illam, quæ reo fauet. *u Octauo*, si nullo modo prædictorum alia opinio aliam superat, illam quam affirmant Doctores auctoritate, & scientia in materia, de qua agitur, præstātiores, *x* & ita quam tenent Theologi, si quæstio est theologa, & quam Canonistæ, si Pontificia, & quam Legistę, si ciuilis. *y*

288 Quatuor autē nobis videntur addenda omnibus, qui hac de re tractarunt, quoad forum cōscientiæ. *Primum* quod iudex, cōsultor, aut agens, qui in re dubia iudicaturus, cōsulturus, aut facturus est aliquid, antequā id faciat, debet, vt nō peccet, expellere ex animo illā dubietatem, & credere, aut certe opinari opinionē dicto modo electam esse verā, & secundum eam debere in eo casu iudicare; quia si priusquam id faceret, & dubius iudicaret, cōsuleret, aut faceret, peccaret cōtraueniēdo cōscientiæ dubiæ per dicta. *a Secundum* est, quod in vtroque foro vnus & idem de vna, & eadem re potest, & debet credere aliquid esse verū quoad vnum effectū propter vim alicui⁹ rationis, & cōtrarium, quoad alterum propter vim alterius, *argum. cap. Dominus*; *b* & multorū, quę pro eius vera cōcordia adduximus, *c* per quæ probatur vnā, & eandē mulierem posse, & debere credere suum maritū esse illum cui cohabitat, quo reddat debitū, & cōtrarium ad effectum exigendi. *Tertium*, quod quamuis in

a Ca. mala c. frustra, adist.
b In ca. 1. de iudic.
c In princ. cōsipater, de testam. l. 6.
d Dist. c. Capellanus de ferijs.
e Arg. cap. prudētiam de offic. de leg. c. de quibus 20. dist.
f Eccle. 4. c. 1. de treug. & pace.
g l. semper in dubijs, ff. de reg. iur.
h Arg. cap. quamuis de pact. lib. 6. & ca. cum contingat de iureiur.
i l. quoties dubia, ff. de reg. iur. c. fi. de re iudic.
k l. sunt personæ, ff. de reli. & sump. fun.
l Arg. totius dist. 85.
m l. non puto, ff. de iur. fisc. secūdum Matthes. not. 13.
n l. 1. C. de iur. fis. li. 10.
o In l. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur.
p l. quoties ff. de reb. dub.
q l. quoties, ff. de reb. sign.
r Matt. in d. tracta. col. 4.
s l. in contrahenda quāad hoc ibi ponderat Dec. n. 6. ff. de reg. 2. iur.
t Arg. l. inter partes, ff. de re iud.
u Arg. c. cum statu hom. posuisti cum excommun.

sunt iura partium, de reg. iur. l. 6 & cap. fauorabiliores, ff. eod. x Arg. l. septimo mense, ff. de & eorum, quæ per eam ait Decis. in cap. proposuisti, nu. 11. de probat. y Argum dist. ea, pro notat per Panorm & alios. a Supra n 277. b De secund. nupt. & cap. inquisitioni, de sent. In dicto c si quis, à n. 102.

foro contentioso regulariter prędicta obseruari debeant, in foro tamen conscientię, ad effectum non peccandi sufficit eligere pro vera eius opinionem, quem merito censemus esse virũ idonea ad id scientia & conscientia prędituin, iuxta dicta *d*; quibus adde gloss. *e* adiuncta doctrina Panormitani.

d Num. 283. e 2. cap. Capellanus, de ferijs.

289 *Quartum*, quod non videtur vna opinio appellanda communis, ad effectum prędiudicãdi alteri, eo solo quod plures eam sequantur tamquã oues alię alias, quę præcedunt sine iudicio sequẽtes, velut aues, quę vnam volantẽ aliæ omnes sequuntur, secundum Decium *f*: Cõmuniorem enim ad hoc existimarem illam quã sex, vel septem auctores classici rem ex professo tractantes assererẽt, quam probatam à quinquaginta sola fere auctoritate priorum ductis. Opinio enim cõmunis non ex numero opinantium, sed ex põdere auctoritatis fit, vt dicit Alexander *g* relatus à Ludouico Gomez *h*: quin & arbitror vtramque ad hoc posse dici communem, quando vtraque habet octo vel decem assertores graues, & cum iudicio eam deligentes. Quo fit, vt non sit multum laudanda diligentia quorundam recentiorum inquirentium vtram teneant plures: doctrina enim prędicta Ioann. Andreę *i* de sequenda communi, intelligenda videtur, cùm pauci respectu aliorum teneant contrariam.

f In consil. 494. incipiẽte, quod sup. &c. col. fin.

g Consi. 202. lib 7. nu. 6.

h In quæ 2. proœmij regul. cancellariæ.

i In ca. 1. de constit.

290 Decima scrupulosi medicina colligitur, considerando *primo*, quod opinio, quæ videtur esse S. Augustini, & aliorũ antiquorũ, (quam sequitur Gregor. Ariminens. *k* & in quam inclinat S. Thom. *l* & S. Bonauentura, *m* quamquę munit ibi Maior vigintiquatuor argumentis) tenet neminẽ posse solo libero arbitrio, & cõcursu Dei generali, sine auxilio eius speciali etiam moraliter tãtum bene operari: & quod licet contrariũ teneat Guilielmus Ocham, *n* & videatur receptior apud recentiores: licet itẽ nostra sentẽtia ei sit locus in operibus bonis, quę, suapte natura, & ex propinquo, ad solos virtutũ moraliũ fines attingendos ratione naturali duce dirigũtur (qualia sunt secundum rationem naturalẽ, honeste viuere, alterum nõ lędere, ius suum cuique tribuere; quale, quid liceat, quid deceat, quidue expediat, iuxta naturalem captũ, & rationẽ prouidere) necessario tamen tenẽda est antiquiorũ sententia in actibus moraliter bonis, quę ex propinquo spectant ad iustificationẽ: qualia sũt bene credere, sperare, diligere, pœnitere; qualia, percupere cœlestia, cõtemnere terrena, & horrere inferna; & id genus alia, vt colligitur in directo sensu *a* ex Conc. Trid. in hæc verba: *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia cõferatur, anathema sit.* Qui sacer canon argumento à contrario sensu satis etiam probat opinionem recentiorum, quoad alios actus moraliter bonos. *Secundo* considerando quod bona pars scrupulorum nascitur ex quadam nimia confidentia propriarum viriũ, per quam fere quis putat se posse lis

k 2. lib. sent. dist. 21.

l 1. 2. q. 109. art. 6.

m Dist. 28.

n Dist. distinct. 28.

a Canon. 3. sess. 6.

lis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, bene precari, & alia id genus operari, & videns ea non tam recte, ac vellet, facere, pluries iterat ea, non implorato, vt deberet, à Deo auxilio diuino; & postrema facit imperfectius quam prima; & ita nunquam sibi plene satisfacit, & turbatur tristitia erratorum, & timore errandorum. Huiusmodi ergo scrupulosi medicina fuerit considerare paruitatem & infirmitatem suam, & omniũ communem, ob quam vix quis potest, etiam moraliter tantũ, bene agere sine gratia gratũ faciente, vel auxilio speciali Dei; & ita reputare sua opera, qua parte sua sunt, nõ posse fieri tam perfecte, vt sint digna tanta maiestate; & consequenter diffidere sibi, & fidere infinitæ bonitati eius, qui pronior est ad miserendum, quam vlciscendum: & quod vt est austerus in eos, qui nimium sibi fidentes, & sine illo ei bene seruire posse putantes, & sic non satis de ipsius auxilio curantes, omnia perfecte suis viribus facere nituntur, & non faciunt; ita est clementissimus erga eos, qui memores suæ imbecillitatis, & ipsius auxilij necessitatis, sine quo ei placere non possunt, illi se totos subijciunt, & pro naturalibus sui liberi arbitrij viriculis, ac pro auxilio ab eo superaddito, bona fide, obseruãtiæ legum eius, & Ecclesię suæ student, sperantes eum boni æquique consulturum eam, quæ mediocris fuerit, etiamsi nõ sit exacta. Qui enim hæc pio animo secum voluerit, contentus erit, quod vel mediocriter obligationi suæ satisfecerit, & gratias agat Deo, quod ad id ita sua diuina bonitate eum iuuerit, desiderans, speransque fore, vt in dies maiore opere auctus, melius id faciet, scrupulos abiget, animumque serenabit.

291 Et quia Deus vt Deus nullam figurã, & ita neque vultum seuerũ, neque gratiosum, nisi metaphoricõs habet, quippe qui lõge, imo infinite simplicior est, quam anima & Angelus, plurimum scrupuloso cõducet imaginari vultum illum speciosissimum, & benignissimum reuerendissimę & benedictissimę humanitatis D.N. Iesu Christi, qualem Sancti cõtemplãtur eum, cum olim doceret, cõcionaretur & conuersaretur, exhibere solitum, nempe serenum, subhilarem, in sui amorem rapientem, consolantem, & lętificantem, imo & promittentem se à nobis fragilibus & humilibus, nostræ paruitati parum fidentibus, eiusque magnificentiæ plurimum confidentibus, & bona fide sibi seruientibus, non exacturum adeo seueram rationem, qua nos condemnet, sed adeo beneuolam, qua saluet, Amen.

Quoniam vero *a* promisimus inferere hic tenorem cuiusdam Bullæ fel. record. Pij V. & moderationis eorum, de quibus in subiecta Gregorij XIII. Bulla, si exiret interea: quę quia non exiuit, solam hanc subijcimus; prout supra *b* etiam promisimus.

a In c. 11. nu. 5.

b Cap. 25. nu. 68.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN tanta negotiorum mole, qua Rom. Pontifex assiduè premitur, vix vitari potest ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitu necesse est moderationis remediũ adhibere. Cũ itaq; alias fel. rec. Pius PP. V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinũ mẽdicãtium ab ordinarijs locorum, & parochialium Ecclesiarũ rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniũgendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, alijsq; huiusmodi iuribus, nec non decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, ac regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, reformatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, locorum acquisitione, certisq; alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis Fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multaque præterea priuilegia eisdem 17. Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea de vicarijs perpetuis Ecclesiarum quæ illis sunt vnitæ, &c. decreuerit. Demum animaduerso, quod illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerit. Deinde plenius prouidens priores literas moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremò circa confessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infrà: Statuimus de prædictis, & alijs omnibus literis & constitutionibus, quæ ab eodẽ prædecessore eisdem de rebus pro quorũcumque regularium, etiam mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem atq; decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue aliis legitime ante dictarum literarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, suumque pristinum statum illa omnia reducimus. Quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumq; alia nostris statutis, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus, &c. motas nondum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum, & futuras dubias quandocumq; orientur, ad nos referenda esse. Nec non irritum, &c. Dat. Romæ Pontif. nostri anno primo.

Deo Iesu Christo æterni Dei æterno Filio laus & gloria.

CAPITA

CAPITA QVAEDAM ET LEGES VTRIVSQVE IVRIS, ET ALIQVOT ITEM GLOSSÆ EORVNDEM, QVÆ A DOCtore Nauarro breuiter aliquando,& aliquãdo satis copiosè in hoc manuali explicantur: quibus etiam addidimus Bullas Pontificum Maximorum in corpore iuris non insertas, quas magna ex parte Auctor explicauit. Loca autem S. Scripturæ in hoc opere explicata ad vocem Scripturæ in indicem rerum propter eorum paucitatem contulimus.

EX DECRETO.

CAp. ad eius, dist. 5. habens, bonarum mentium esse, ibi timere culpam, vbi non est. 894.a

Cap. Ecclesia 22. dist. quatenus habet sacerdotem cum stola & superpelliceo communicare debere. 490.c

Ca. Vnum 25. dist. quod habet nullum peccatum adeo esse veniale quod non fiat criminale, dum placet. 556.b explicatur.

Cap. interdixit 32. dist. & similia, quæ habent licere clerico cohabitare filię, matri, sorori, amitæ, &c.

Cap. Maritum d. 33. quatenus habet nõ ordinandum eum qui in insaniam aliquando versus fuerit. 674.n

Glo. cap. Metropolitanum, 2. q. 7. quæ dicit eum qui sine caussa legem transgreditur, videri contemnere. 362.b

Cap. audi, & cap. omnis 11. q. 3. quatenus habent excommunicatum posse videri à diabolo. 740.c

Cap. Nihil, 16. q. 2. quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectum. 679.a

Cap. Si quis suadente 17. q. 4. habetur & fusè explicatur. 775.b.& seq.

Cap. Monach. 26. q. 4. quatenus habet monacho non licere vouere. 186.b

Cap. Non in inferenda 23. q 3. emendatur & explicatur. 632.b.& seq.

Cap. De occidendis 23. q. 1. quatenus habet quem non posse velle alium occidere nisi militem, vel publica auctoritate fungentem. 234.a

Cap. Is qui 26. q. 6. quatenus insinuat ęgrotum contritionis signa ostendentem absoluendum. 724.c

Cap. Agathosa 27. q. 2. quatenus habet maritum, cuius vxor fornicata est, posse religionem ingredi. 511.a

Cap. Sacrificium, de consec. dist. 2. quatenus habet sacramentum esse sacrum signum, vel inuisibilius gratiæ formam 493. a,b

Cap. cum in cunctis, de electiõn quatenus suspendit clericos eligentes in episcopum eum, qui non est legitimus, &c. 817.c

Ca. Literes de tempore ord. quatenus dicit suspensum, qui duos sacros ordines eodem die suscipit. 865.c

Glo. cap. 1. de sac. vnctione, quatenus habet cor esse animæ sedem, explicatur. 7. a

Cap. fin. de sacrã. non iteran. quatenus habet Baptismum supplendum esse & non iterandum. 504.b

Cap. finale, de Bigamis, quod dicit clericum irregularem esse etiamsi contrahat matrimonium nulliter. 859.a

Cap. fin. de offic. deleg. quod excommunicat partem incitantem conseruatorem ad procedendum in eis, quę non debet. 789.a,b

Ca. fin. de his quę vi, quod excommunicat eos quę vi vel metu alicuius censuræ absolutionem consequuntur. 798.a

Ca. licet de ferijs, quatenus habet tam veteris quam noui testamenti paginam septimum diem humanæ quieti deputauisse. 197.c

Cap. Veniens de iureiurand. quatenus habet in quocumque iuramento esse superioris ius exceptum. 190.b,c

Cap. 1. de re iudicata, quod suspendit iudicem ecclesiasticum, qui contra ius aggrauat partem gratia vel sordibus. 818. b

Caput 2. de rebus Eccles. non alienand. quod excommunicat compellentes prælatos ad submittendum bona Ec-

clesiæ laicis. 798.b.c

Cap. final. de rebus Eccles. quatenus dicit, quod laici non possunt statuere de funeralibus. 795.b

In aliquibus ſ. ille de decimis quatenus habet diuino iure decimas deberi. 479. c

Caput non minus, de immunit. Eccles. quod excommunicat seculares magistratus clericis taleas imponentes. 792.c

Caput non magnopere, ne clerici vel monachi, quod excommunicat religiosos, qui exeunt à suis monasterijs, vt audiant leges & medicinam. 793.b

Ca.1. de desponſ. impub. quatenus habet filium teneri ducere vxorem illã, de qua assumenda pater paciscitur. 223.c

Cap. significasti, de diuortijs, quatenus habet non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante, sine iudicis auctoritate, explicatur. 510.c

Cap. per vestras, de donatione inter virum & vxorem, quatenus habet, vt marito vergente ad inopiam dos apud fidelem mercatorem deponatur. 403.b,c

Gloss. cap. vir, de secundis nuptijs, dicens sacramentum, id est, benedictionem nuptialem non deberi iterari, reprobatur. 543.a

Gloss. cap. consulere, de simonia, quatenus habet voluntatem non efficere quem simoniacum. 587.b,c

Cap. de hoc, simonia, quatenus habet acceptum per simoniam iuste retineri non posse. 296.a,b

Cap. mandato, de simonia, quatenus habet eos non teneri de simonia, qui solo affectu animi vtrinque spirituale pro temporali dederint. 552.c

Cap. penult. de simonia, quod suspendit eum qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum. 819.a

Cap. si quis de hæretic. quod habet, *dicatur mortuo anathema* 888.c

Cap. Ad audientiam, de homic. quod habet, tutior pars est eligenda in duo. 896.b

Cap. Excommunicatione, de raptoribus, quod excommunicat eos qui bona capiunt Christianorum naufragio perdita. 794,a,b

Cap. fin de vsuris, quatenus habet vsurarium censendum, qui mutuat pecunias nauiganti, aut ad nundinas proficiscenti, pro eo quod suscipit in se periculum. 414.a,b,c & sequent.

Cap. final. de cleric. excomm. minut. quatenus habet clericum minore excommunicatione irretitum peccare conferendo sacramenta. 872.c

Cap.1. de pœn. & remiss. quatenus semel in anno communicandum esse præcipit. 486.b

Cap. officij de pœnit. & remiss. quatenus habet quem à restitutione excusari, eo quod sine vitę & salutis periculo restituere non possit. 326.a,b,& 328.b

Cap. nuper. & cap. si concubinæ, de sententia excommunicat. quæ excommunicant eum qui scienter communicat cum excommunicato in crimine criminoso. 791.b

Cap. Eos, de sentent. excommunicat. quod excommunicat eos qui propter aliquam causam ab eo absoluti, à quo non poterant, non se præsentant quam primum possunt ei, qui eos potest absoluere. ibid.c

Cap. Nouerit. de senten. excommunic. quod excommunicat eos, qui obseruati faciunt statuta, vel consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam. 794.b

Cap. Significauit, de sent. excom. absolutionem excommunicationis Papa reseruans, quam incurrunt clerici communicantes cum excommunicato à Papa 783. a,& b

Cap. Conquestus, eo quod habet excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt & spoliant Ecclesias. 783.c & 784.a

Cap. A nobis, 2. de sent. excommun. quatenus habet excommunicato mortuo, qui viuus signa contritionis ostendit, beneficium absolutionis impendendum. 888.c

Cap. Tua, eodem, quod reseruat excõmunicationem latam & denuntiatam in incendiarios. 783.c

Gloss. cap. Cum desideras, de senten. excommunic. quæ habet hunc versum: *Vitio, lex, humile, res ignorata, necesse,* 743. c,& 744.a,b

Ca. Quod in dubijs de pœnis, quatenus habet sacerdotes, qui ad prælíandum in bellis incitant, esse irregulares. 850.a

Cap. Sciant cuncti de election. lib. 6. quod excommunicat omnes qui vexant personas ecclesiasticas, eo quod non elegerint, quem voluerint. 769.c

Cap.

Cap. Indemnitatibus de election. in 6. quod excommunicat directorem electionis monialium. 797.a

Cap. 2. de iudicijs lib. 6. quod excommunicat eum qui fingit casum, quo ipse iudex ad mulierem vadat. 798.a

Cap. Quicunque de sentent. excommun. libr. 6. quod excommunicat eos qui vexant eos qui se excommunicauerunt, vel cognatos eorum. 785.a,b

Gloss. cap. 1 de Decimis li. 6. quatenus habet decimam partem fructuum deberi in lege noua, iure diuino errare conuincitur. 479.b

Cap. 1. de relig. domib. in 6. quod excommunicat eos, qui instituunt nouum ordinem religionis. 798.c

Cap. Quanquam de censib. lib. 6. quod excommunicat eos qui exigunt ab Ecclesijs portorium vel ducatum. 799.a,b

Cap. fin. de immunit. Eccles. in 6. quod excommunicat prohibentes subditis ne vendant vel emant à clericis. 800.a,b

Cap. 2. ne cler. ne mon. in lib. 6. quod excommunicat religiosos temere habitum relinquentes, ibid. b & qui vadunt ad aliqua studia sine licentia sui prælati, 801. b, c & doctores qui docent religiosos leges & medicinam. 802.a

Cap. 2. de homicid. lib. 6. quod excommunicat mandantes aliquem interfici per assassinos. 803.a

Cap. 1. de vsuris lib. 6. quod excommunicat clericos quatuor modis vsurariæ prauitati fauentes. ibid. b

Cap. 1. de iniur. libro 6. quod excommunicat concedentes represalias in Ecclesiasticos. ibid. c

Cap. Felicis de pœnis, lib. 6. quod excommunicat eum qui insectatus fuerit aliquem Cardinalem. 784. b,c

Cap. Qui prior de reg. iur. in 6. quatenus habet, *Qui prior est tempore, potior est iure.* 309.a

Clement. 1. de sepult. quæ excommunicat sepelientes aliquem in loco sacrato, in quo non debet sepeliri, vel qui non debet. 805.b,c

Clem. 1. de decim. quæ excommunicat qui decimas vel alia iura Ecclesiæ appropriare sibi præsumpserint. 806.a,b

Clem. 1. Ne in agro de statu monach. quæ excommunicat monachos sine facultate Abbatis arma in claustro tenentes. ibid. c

Clem. 1. de consanguin. quæ excõmunicat eos qui matrimonium in certis casibus scienter contrahunt. 807. b,c

Clem. 2. de hæreticis, quæ excommunicat inquisitores qui prætextu sui officij illicite sumunt pecuniam. 808 c

Clem. 1. de vsuris, quæ excommunicat officiales ciuitatum, qui faciunt statura, vt vsuræ soluantur. ibid. c, & 809.a

Clem. 1. de priuilegijs, quæ excommunicat religiosos certa sacramenta sine licentia parochi ministrantes. 786.a,b

Clem. cupientes de pœnis, quæ excommunicat religiosos inducentes aliquem ad vouendum eligere sepulturam in sua Ecclesia 786. c & quæ excommunicat religiosos mendicantes, qui nouas domos accipiunt 809. a,b & qui concionantur ad auertendos audientes à soluendis decimis, ibid. c & qui de industria in confessionibus nullum faciunt scrupulum ijs, qui non soluerunt decimas. ibid. c

Clem. de sent. excom. quę excommunicat religiosos, qui non seruant interdictum, quod seruat matrix Ecclesia. 810.a

Clem. grauis de sent. excom. quæ excommunicat nobiles & dominos temporales qui cogunt diuina celebrare tempore interdicti. 787.a

Extrauag. 2. de sepult. quæ excommunicat eos qui exenterant mortuos ad eos conseruandos. ibid. c

Extrauag. fin de sent. excom. quæ excommunicat impugnantes literas electi Papæ anteqnam coronetur. 800. c

Extrauag. 1. de simonia, quæ excommunicat eos qui dant aut accipiunt aliquid ob ingressum in monasterium, 787. c

Extraua. 2. de simonia, quæ excommunicat committentes simoniam in ordine aut beneficio. 788.a

Bulla Martini V. de vitandis excommunicatis, quæ incipit *Ad euitanda*. 745. b,c

Bulla Pij V. de censibus, quæ incipit *Cum onus*. 395. 396.

Bulla Pij V. de officio recitando, quæ incipit *Ex proximo*. 703.a,b

Bulla Pij V. aduersus taurorum agitationem, quæ incipit *De salute*. 244.

Bulla Pij V. de cambijs, quæ incipit, *In eam pro*. 245.a,b

Bulla Pij V. de simonia confidentiali, quę incipit *Intolerabilis* 608. 609. 610. 611.

INDEX.

Bullæ Pij V. contra ambientes officia administrationem iurisdictionis habentia. 643.b,c

Bullæ Pij V. aduersus nefandum crimen exercentes, pars.

Bulla cœnæ Gregorij XIII. quæ incipit, *Consueuerunt*: cui adiunctum est id, quod eidem Sixtus V. addidit vel mutauit 756. a,b & seq.

Bullæ Gregorij XIII. de duellis quę incipit, *Ad tollendum*, pars. 813.b,c

Bullæ Gregorij XIII. de indulgentijs concessis fratribus sanctissimæ Trinitatis, pars. 882.c

Bulla Gregorij XIII. qua priuilegia quædam à Pio V. fratribus mendicantibus concessa reuocantur; quæ incipit, *In tanta*.

LEGES ALIQVOT QVÆ IN HOC OPERE *continentur*.

L. Iuris gentium, para. sed si fraud. ff. de pactis, quatenus habet fraudem ineſſe dolo. 576.b

L. 4. sed & quod, ff. de condict. ob turpem cauſ. quatenus ait meretricem, etsi turpiter faciat eo quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit cùm sit meretrix. 299.b,c & 300.b,c

§. Sæpe l. 1. ff. depositi, quatenus agit de illo qui se gratis offert ad depositum custodiendum. 92.c

L. §. denique, ff. de aqua plu. arcen. quatenus habet eum qui puteum effodit in suo, non teneri de damno vicino illato, si non animo nocendi faciat. 318.c

L. Si quis in metalla, C. de pœnis, quatenus habet faciem hominis non esse maculandam aliqua nota pœnæ. 19.a

INDEX RERVM COPIOSIS-SIMVS, OMNIVM QVÆ IN HOC OPE-re continentur summam complectens, in quo litera a columnæ principium, b medium, c vero finem denotat. Definitiones porro, & quædam alia diuerso charactere designantur.

A

ABbas qui tertiò petijt benedictionem ab Episcopo si eam non obtineat, habetur pro benedicto. 885.b

Abbates quinam nõ possunt excommunicare. 733.b

Abigens quis pro vno vel altero actu non dicitur. 870.c

Abortiens, vel abortiendi periculum subiens, vel procurans vt peccet. 241.b

Aborsum qui procurat antequam fœtus anima rationali vegetetur est irregularis. ibid.b

Absoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiori, & minori sic. 715. b

Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet. 86.a

Absoluendæ quæ familiares peccantes cum cognatis & heris. 87.b

Absoluendi qui aulici non sunt Reginarum mensis præsentes. 89.b

Absoluendi potestas à censuris & pœnis non extenditur ad irregularitatem. 873.c

Absoluere omnes omnis sacerdos iure diuino potest. 874.c

Absoluere quis potest à suspensione lata à iure, vel ab homine. 821.b

Absoluere non potest laicus excommunicatum etiam in morte. 889.b

Absolui, vel excommunicari an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus. 724.b

Absolui qui possunt ab Episcopo acan. si quis suadente 17.q 4. ob enormem percussionem, & qui ob mediocrem, & quod omnes possunt ob leuem. 780.a,b

Absolutio sacramentalis, quod sit actus iudicialis est de fide. 94.c

Absolutio male absoluentis à censura Bullæ cur non reseruata. 772.c

Absolutio per Bullam quam formam requirat, & an extra confessionem detur. 725.c

Absolutio à censuris quid prosit mortuo. 726.b

Absolutio excommunicationis à quo delegatur. 751.b

Absoluitur Episcopus non potestate à se data, sed à Deo. 879.b

Absolutus ob impedimentum, vel à Papa cum onere præsentandi se ordinario, quid facere debeat. 751.c

Absolutionem sacerdotalẽ esse actum iudicialem Tridenti definitum est, & alia de ea. 54.b

Absolutio à peccatis quæ confertur maiore vel minore excommunicatione ligato communiter valet. 118.c & multo magis si excommunicatio erat inualida. 119. b

Absolutio concessa excommunicato scienti, & peccatum quod committit eam accipiendo non ignoranti, nulla est. ibid.c

Absolutio non habentis iurisdictionem nulla est, & debet iterari. 120.a

Absolutionem quæ ratificatio bonam efficit. ibid.

Absolutio illius qui potest absoluere ab his & non ab illis, partim valida, partim inualida. ibid.c

Absolutio per scriptum data valet. 482.c

Absolutionem peccatorum accipiens qui nouum peccatum contrahit. 501.b

Absolutio non neganda pœnitenti ob peccatum, de quo sunt contrariæ doctorum opiniones. 718.b

Absolui non debet qui habet reseruatum, sed pro eo ad eum cui reseruatum est remitti. ibid.c

Absolui pœnitens excommunicatus prius debet ab excommunicatione quam à peccatis. 750.b

Absol-

INDEX.

Absoluitur quis ab excommunicatione quomodo. ibid. c

Ad absolutionem sacramentalem quæ requiratur attritio, & quæ non sufficiat, 74. c

Absolutio sacerdotis regulariter valet, etiamsi fuerit iniusta. 118. c

Absolutionis sacramentalis forma, & multa ad eam spectantia. 715. c & 716. a

Absolutio cum conditione de futuro dari non debet. ibid. a

Absolutus ab omni excommunicatione & peccato reseruato ab eo qui potest, potest à quocunque absolui ab ea excommunicatione, vel peccato reseruato, quod tunc non meminit confiteri ibid. b, c

Absoluens ab aliquo casu, vel excommunicatione, à quibus non poterat, quid faciet. 717. b

Absolutio non neganda pœnitenti eo quod nolit acceptare pœnitentiam. 719 c & 720. a

Absoluere potest quilibet sacerdos in articulo mortis quēlibet à quolibet peccato vel censura. 723. b modo sit Catholicus, aut non præcisus ibidem c. quod ampliatur ad omnem, qui non est hæreticus. ibid. c

Absolutus in articulo mortis à peccato à quo poterat absolui, non tenetur iterum confiteri. 724. a

Absolutio sacramentalis est à culpa & pœna. 892. b

Absolutio ab excommunicatione simplex quid sit, & ad cautelam triplex. ibid. c & 893. a

Absoluere non potest confessarius cū reincidentia. ibid. a

Absoluere ad cautelam ab excommunicatione ignorantes se esse excommunicatos laudabile est. ibid. b

Absoluere ab excommunicatione, quæ scitur esse lata, sed dubitatur an valeat, sine præuia satisfactione confessarius non debet. ibid. c

Absolutus ab excommunicatione quoad forum conscientiæ tantum est vitandus atque antea. 894. b

Absolutio ab excommunicatione, & excommunicato in quo conueniant. 748. c

Absolutio data mandato Papæ ad absoluendum secundum formam iuris valet, quamuis ea non seruatur. 749. a

Absolutio & excommunicatio in quo differant. ibid. b

Absoluere potest ab excommunicatione minore quilibet sacerdos, & à minore non reseruata quilibet prælatus, & proprius sacerdos. ibid. c & 750. a

Absoluere potest excommunicatum ab homine ipse, aut eius successor aut superior. ibid. b

Exceptis tamen quibusdam qui excommunicarunt. ibid. c

Absoluere qui potest ab excommunicatione lata à iure, potest etiam à lata ab homine generaliter. 751. a

Absoluere qui possunt ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatæ à principe, aut virtute alterius ordinariæ potestatis, vices suas possunt alijs committere. ibid. a, b

Absolui qui possunt ab Episcopo ob percussionem clerici. 779. b

Absolui possunt ab Episcopo ob quācumque excommunicationem Papæ reseruatam legitime impediti. ibid. c & 780. a

Absoluere ab hæresi sine speciali commissione Papæ nemo potest. 891. c

Virtute iubilæorum quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, ab ea absoluere sacerdos non potest. ibid. c

Acedia continet omnem tristitiam de spirituali bono: proprie est *vitium mentem nans ad tristandū de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in eo qui tristatur.* 622. c in quo maxime consistat peccatum acediæ ibidem c sex filiæ eius, desperatio, pusillanimitas, torpor animæ, rancor, malitia, & euagatio mentis; & cur hoc vitium pigritia vulgo nominetur 923. b qui peccat mortaliter in acedia, & eius filiabus. ibid. b

Acceptum iniuste de voluntate dantis, ita vt turpitudo ex vtraq; parte versetur, nulli regulariter est restituendum. 294. c

Accipiens aliquid vt faciat bonum quod tenetur facere, debet restituere 195. b Quod etiam contra Sotum asseritur verum esse in actibus qui contra specialem iustitiam non fiunt. 297. a, b, c

Accipiens aliquid ne male faciat, in foro conscientiæ non tenetur restituere, donec, qui dedit, repetat. ibid. c

Acceptum ob operam meretriciam, sicut & ob alia maleficia, non restituendum

dum, quia vtrinque turpitudo versatur. 297.c 298.b,c 300.b,c

Accipiens aliquid occulte ab eo cui non displicet acceptio sibi nota, peccat, sed venialiter. 332.a

Acipiens alienum magis peccat quam qui retinet. ibid.c

Accipiens bene aut male ab eo qui male dat, ad restitutionem non tenetur 595.a,b

Accusans iuridice non peccat, imo meretur, circumstantijs omnibus ad id requisitis concurrentibus. 436.b,c

sine Accusatione peccata aliorum secreta reipubl. perniciosa detegens non peccat. ibid.c

Accusare tenetur quis alium eius criminis quod scit alteri falsò imponi. 449. a

Accusare de vero crimine secreto non tenetur ad restituendam famam, quam accusator amisit. 446.b,c 447.a,b

Accusatus in iudicio criminis falsi, vel petens debitum falsum. P.M. 655.b

Accusans aliquem veri criminis, sed malo animo, vel sine mortali, P.M. ibid.b

Qui paciscitur in causa criminali adulterij quando peccat. ibid.c

Accusare omittens quando peccat, ibi. c 220. b

Actus humanus est *Actus hominis trãsitorius & voluntarius perfecte, simpliciter, vel omissio eius.* 37.b

Actus in genere naturæ vnus quomodo bonus & malus esse possit 43. b non tamen eodem tempore. 44.c

Actus vnus malus, vel bonus, quomodo multiplex peccatum vel meritum esse possit. 53.c

Actio & passio eiusdem rei dantur contrariæ, mala scilicet actio, & passio bona. 399.c

Actionis mater obligatio. 44.c

Actio furti dari non debet pro re quæ non pertingit ad culpam mortalem. 280. c

Actus de se est inuendibilis; cum miscetur inuendibili vt peccatum, & spirituale. 307.c

Ad actus bonos virtus, & ad malos vitium mouet, & multæ actuum diuisiones tam boni quam mali. 547.b,c

Actum faciens regulariter plus peccat quam consulens. 338.a

Actus indifferens in specie datur, in individuo nullus. 547.b

Adoratio imaginum quæ illicita. 149.a

Adultera de Ecclesia non extrahitur sine debita cautione. 329.a

Adulterans perdit ius exigendi debitum, debite tamen petit. 510.b

Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti. ibi.b

Adulterantis coniux quando religionem ingredi potest. 511.a,b

Adulter non tenetur credere esse filium suum, sed si credit alterius vxorem ex se concepisse, quid restituere teneatur. 276.a,b Adulter magis est quam fur, qui furatur vt adulteretur 436. b ab adultero marito vxor non cogitur discedere 510.b adulter suæ defensionis causa maritum mulieris occidens est irregularis. 861. c

Aduocatus non idoneus ad patrocinandum, & id muneris subiens P. M. 654. b & qui iniustam causam tuetur vel dubiam, ibi. Negligentia sua iustam partem suam amittens. ibid.b

Et id faciens per quod aduersarius iustam causam suam amittit. ibid. b pauperi in extrema necessitate non subueniens ibid. Stipendium accipiens quando non debet, & maius quam debet ibid. c conueniens de quota parte litis si vincat. ibid. c

Aduocatus peccat litium secreta sibi reuelata detegens. 659.a

Ægrotis sanæ mentis præditis quid maxime consulendum. 725.a,b

Ægrotis in mortis articulo quomodo indulgentiæ concedendæ. ibi.c

Ægrotus qui cum signis contritionis moritur post mortem ab excommunicatione absolui potest 726. a ei morituro pœnitentia non imponenda, sed spes in Deum maxime excitanda. ibid.b

Ægroti de fide Catholica dum moriuntur maxime tentantur, & quid tunc respondere debeant ibid.c & 727.a cum eis de cognatis, & rebus temporalibus non colloquendum, nec spes eis vitæ facienda. ibid.b

Ægrotis interdicti tempore etiam clericis extrema vnctio danda non est. 831. b

Ægrotum in articulo mortis excommunicatum, & signa contritionis dantem, etiam non confitentem sacerdos, non laicus, ab excommunicatione

potest

potest absoluere. 889.b
Ægroto à iudicio mentis alienato quę sacramenta ministrari debeant. 724.b
Æger pœnitens quem ante ægritudinem non pœnituit, cur teste Augustino securus non exeat. 60.c
Ægrotus respuens humanum remedium,& soli se prouidentię diuinę committens, quando peccet vel non. 152.c
Ægrotus non petens extremæ vnctionis sacramentum per contemptum. P.M. 503. c
Ægrotus quis à peccatis absolui potest vel non. 724.b
Ægyptium seu Cingarum de sua fortuna percontans quando peccat. 148.c
Æquitate seu τῆς ἐπιεικείας quomodo scrupulosus vti poterit. 896.b
Æstimabile est aurum maximum, fama licet minima non item. 328.c
Æthiopes à piratis captos qui emunt, quando antiquæ eos libertati reddere tenentur, & quando non. 583. b Qui eos emere sine peccato possunt vel non possunt. 584.a
Affinitas est *propinquitas duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit.* 519.a hanc affinitatem quæ copula faciat. ibid.b
Aliena peccata audita ab alijs referre quando peccatum sit vel non. 440.c
Alienum qui retinet tantum fere peccat, quam qui accipit. 310.a
Alienum qui retinet quoties peccat non restituendo illud. ibid.b
Alienum restituere satis est, cum id commode fieri potest boni viri arbitrio. ibid. c
Aliena res non semper domino restituenda. 336.b
Aliena res retenta cui pereat,& quando ad restitutionem obligat. 211.b
Alienigena *est qui non est ortus in regione in qua habitat, nec filius orti in ea.* 803.c
Ambitio est *vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.* 553.b
Per ambitionem quando quis peccat mortaliter. 555.a
Amicitiam aliquorum bonam notabiliter lædere intendens, vel lædens per susurrationem grauiter peccat. 433.b
Amans insequens amatam vt peccet. 261.a
Amor Dei maximus esse debet quoad firmitatem. 57.a
Amor Dei, quo plus quam alia omnia diligitur, est virtualis pœnitentia. ibid. b,c
Amor Dei obedientialis virtualiter continet voluntatem adimplendi quicquid Deus præcipit. ibidem.
Amor Dei minus principalis ob eius beneficia bonus, si principalis propter Deum sit. 58.c
Amor Dei si nō maior sit quam alius quoad firmitatem, non sufficit. ibid.c
Amor Dei super omnia solis viribus naturalibus haberi non potest. ibid.c
Amor Dei in hac vita qualis esse debeat. 66.b
Amare patriam, parentes,& Deum ipsum lex naturæ iubet. 135.a,b
Amor Dei non super omnia quomodo bonus. 135.b
Amor Dei actus est maxime bonus, 136. b de Amando proximo præceptum cur non in decalogo habeatur. 142.b
Ex Dei amore omnia præcepta pullulant. 208.b
Amor duplex, diuinus & humanus,& quis vterque horum. ibid.c
Humanus item duplex, alter concupiscentiæ, alter amicitiæ, ibidem. diuinus Amor est charitas, quę si habeatur ad proximum, eiusdem est naturæ cum Dei amore. ibid.c
Amor nostri & proximi quomodo caritatis esse poterit. 309.a
Amor concupiscentiæ quomodo caritatis esse poterit. ibid.b
Amor caritatis rarus inter Christianos. ibi. c
Amor proximi quo nos tempore ad actum obligat. 210.a
Amor honestus in libidinem qua ratione non conuertetur. 211.a
Amoris gradus non seruans peccat. 210.a qui illi sint. ibid.b amans adeo aliquem vt eius caussa Deum velit offendere, peccat. ibid. b ad amorem inhonestum quouis modo volens alium allicere M.P. 225.c
Amore Dei principaliter datum acquiritur Deo. 340 c
Amore libidinoso & mortali ab alio amari volens P.M. 454.a
Ancilla qua dominus abutitur, ab eo separari debet. 264.b,c
Animæ cognitio parum à plurimus curatur.

curatur. 3.b
Anima est *substãtia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, vbi & quando infunditur corpori vt sit forma corporis, per se ad beatitudinem per gratiam, & bona opera consequenda apta* ibi. c
Animas in homine tres esse, & duas in morte interire, tertiam vero superuiuere falsum & hæreticum. 4.b
Anima non est creata ante corpora, sed simul creatur & infunditur. ibid. c
Est vere forma corporis. 5.a est incorporea. 6. a,b
Et tota in qualibet parte corporis. ibidem. anima non est homo ibid. c
Omnes corporis partes simul informat. b Animæ scientia præstat reliquis scientijs. ibidem. b De animæ essentia male sentientes qui sint hæretici, & qui non. 9. a, b
Animæ, vt vegetatrix est, tres sunt potentiæ, nutritiua, augmentatiua, & generatiua, 10. c eius item, vt sentiens est, vires exteriores, sensus quinque, & interiores quatuor. 11. b & habet vim appetitiuam, quæ sensualitas dicitur, cuius partes sunt irascibilis & concupiscibilis. 11. c hæ vires non sunt anima. ibidem. b,c Habet item intellectum & voluntatem. 13. b anima est intellectus & voluntas ipsius. 14 b Diuersa ratione diuersa sortitur vocabula. ibidem. b Quæ & quot, quatenus intellectualis, est cognoscere & appetere possit. 14. b & c. Seipsam per actum sui intellectus cognoscit. 18.a
Anima est imago Dei secundum suas potentias & actus. 19.c
Animæ proximi salus præferenda est corporis proprij saluti. 629.a
Animal laqueo captum alterius, est accipientis. 365.b
Animal domesticum alterius in prædio suo damnum inferens, occidens, aut percutiens, peccat. 345.b
Per animalia domestica vel feras nocens proximis peccat, etiamsi postea cumulatissime satisfaciat. 348.a,b
Animalia aliena etiam fugitiua accipiens, vt eis vtatur, peccat. ibid. c
Animalia qui locans peccat. 405.b
Animalia in societatem qua ratione conferenda sint ibid. c Excommunicari non possunt. 739.a
Apum examina antequam in aluearia includantur sunt accipientis. 348.c
Appellationem iura remouentia in aliquot casibus, intelligenda sunt in foro exteriori. 648.c
Ad appellationem non requiritur, vt sententia sit iniusta, sed sufficit vt credatur esse iniusta. ibid. c
Appellans ad futurum consilium excommunicatur in bulla cœnæ. 758.d
Appellatio ab interlocutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata sit. 648.b
Appellatur ab excommunicatione durante conditione etiam post decennium. 890. b
Appetendi vis rationalis diuiditur sicut & sensualis. 15.c
Appetitus excellentiæ de re vera & bona & in bonum finem directa bonus est. 549.b
Appetitus excellentiæ quatenus non excellentia est, non est superbia, sed aliud vitium. ibid. c
Appetens propriam excellentiam cum actuali contemptu Dei P.M. 551.a,b
Appetitus bonorum honorabilium quando bonus vel malus. 552.c
Aqua vt benedicenda, & aspergenda tempore interdicti. 824.a
Arma mittens Sarracenis ita est excommunicatus ac deferens. 755.b
Arma bellica sunt arma principaliter ad pugnam facta, vel destinatione animi ad eam designata. 762.b
Arma offensiua & defensiua quæ sint. ibid. c
Arma prebens generaliter militi ad bellum iustum, & cum exhortans ad prælium iustum non est irregularis. 847.a
Arma præbens alteri, vt se, alias se defendere non valentem, defendat, non est irregularis. ibid. b
Arma dans proximo non valenti se sine illis defendere, est irregularis si ille alterum deformet. ibid. c
Arma dans eunti ad prælium, quando est irregularis, & quando non. 849.a
Arma præbens eunti ad prælium iniustum, si quis in eo deformetur, est irregularis. 856.c
Artes mechanicæ, quarum vsus bonus & malus esse potest, sunt licitæ, quanquã plures illis male vtantur. 231.a
Ars faciendi opera, quibus male, etiam mortali, et vti homines possunt, non est

non est prohibita. ibid.b
Artibus bonis, & alijs rebus hominum maior pars male vtitur. ibid.b
Artium mechanicarum professores quomodo peccant accipiendo seruos, quos in alijs rebus occupant. 341.b
Artifices à ieiunio qui excusantur. 474. b, c
Articuli fidei qui sint explicite credendi. 141.c & 142.a
Assassini qui proprie nominentur, & vt vulgo male hoc nomen accipiatur. 203. a
Assecurare principale in societate quomodo liceat. 403.a
Assecuratio licita & vtilis. 414. c & 415. a
Astrologiæ iudiciariæ fidens aut credens, P. M. aut physiognomiæ aut similibus necessitatem hominibus imponentibus credens aut fidens. P. M. 150. c 151. a
Astutia vitium est inclinans ad quærendum vera bona per media mala, eiusque administri sunt dolus & fraus, 576. b
Attentio in horis necessaria quæ sit: & triplex esse potest, verborum, rerum, & personarum. 585.b
Attentio virtualis sufficit, & quæ illa sit. ibid.c
Attentionem virtualem is non habet, qui aduertit se euagari, & ad nullam attentionem animum reuocare nititur. ibid. c
Ab attentione quæ lectio, vel scriptio auocat. 688.a
Ab attentione alienorum locutio & auditio auocant. ibid.a
Attritio, qua quis dolet se non satis de peccatis dolere, quomodo valeat ad obtinendam absolutionem. 62.a
Attritio duplex, vna cum qua absolui pœnitens potest, altera non. 69. c
Attritus virtute sacramenti fit contritus, sed non attritio contritio. 61.c
Attritio quæ non putatur esse contritio, nec futura talis, accedente sacramenti calore non sufficit. 73.c
Attritio baptizando non sufficit, quæ non videtur esse contritio. 133.c
Attritio quæ sufficit ad absolutionem recipiendam, non sufficit ad Eucharistiam sine confessione. 74.b
Auaritia est *vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ.* 573.c
Auaritia quæ liberalitati opponitur, peccatum veniale, & quæ iustitiæ, mortale. ibid.c
Auaritia est capitale vitium, cuius septem sunt propagines, scilicet duritia cordis, inquietudo mentis, violentia, fallacia, periurium, fraus, & proditio. 574. b
Auaritia in retinendo superflua quando sit peccatum mortale. ibid.c
Augurijs credens peccat mortaliter. 150. c
Auctorum dicta de passionibus animæ qualiter interpretanda. 35.a
Auris non est membrum, sed carentia eius facit irregularem. 855.c

B

Baptizandi qualem de suis peccatis, si sint adulti, concipere pœnitentiam debeant.. 70,c & 71.a,b
Baptizatus qua ratione ex decalogo vitam suam conformare debeat. 130.b
ante Baptismum actualem Dei amorem concipere quomodo sit necessarium. 133. c
Baptizans filium suum ex fornicatione conceptum non potest eius matrem in vxorem ducere. 270.b
Baptismus *est sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cum debita intentione abluitur.* 495.b
Baptizans quem scit certo esse baptizatum, P. M. & est irregularis. 675.c
Baptismus aquæ solum proprie baptismus est, flaminis autem & sanguinis metaphoricè. 495.c
De Baptismo errores Tridenti damnati 496. a Baptizans bis vel se baptizari permittens, peccat, & est irregularis, ibid. c Baptismi ministri qui & quando peccant. 497.a
Baptizando qui peccare possunt, ibid.b Ad baptismum sufficit quantulacunque pars tingatur aqua ibid.c Ad baptismum aquam esse consecratam non est necessarium 498. a Baptismus est ianua sacramentorum ibid. b Ad baptizandum in extrema necessitate dans pecuniam, est simoniacus. 589.c
Non baptizandi anthropophagi non proponentes perpetuò carnibus humanis

tis abstinere. 621.c

Baptizandi non sunt filij infidelium sine parentum consensu. 628.c

Baptizans bis, quem scit esse baptizatum etiam ignoranter, nisi ignorantia sit iusta, vel probabilis, est irregularis. 868. b

Beatitudo obiectiua nostra Deus est, essentialis eiusdem adeptio. 23.a

An hæc sit in intellectu vel voluntate dubitatur, ibid. significat omnem rei volitæ possessionem, & in verã & falsam diuiditur ibid. b aliæ eius diuisiones. ibid. e

Beatitudo vera *est possessio veri boni*; falsa *est possessio boni apparentis*. 23. c Beatitudo vera summa increata *est ipsemet Deus*. ib. Beatitudo vera sũma creata *est cognitio intellectiua Dei cum fruitione eiusdem*. ibid.

Beatitudo summa creata perfecta *est cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua, cum fruitione eiusdem &c* 24 b

Beatitudo summa creata imperfecta *est cognitio Dei intellectiua, non intuitiua, perpetua cum fruitione eiusdem*. 25. c.

A paucis aliorum comparatione nota est, ibid. a Beatitudo creata est *qualitas quædam creata in potentia intellectiua, qua Deus clare & à facie ad faciem cognoscitur*: si est perfecta; per speculum vero, & in ænigmate, si est imperfecta. 26. a Est operatio in animo manens ibid. b Imperfecta habetur in hac vita ibid. c Quomodo sit vita æterna 27. a nulli perfecta in hac vita contingit ibid. c Quomodo replcat omnium hominum desiderium cumulatissime ibid. 28. a Quot & quanta bona hominibus conferet ibid. b Beati non omnes pares in gloria. 28. c

Quam pauci sunt hac beatitudine felices 25. a 26. b Beatitudo summa & miseria ei contraria sunt explicite credenda 21. a Beatitudinis & miseriæ perpetua meditatio est magnum ad pœnitentiam incitamentum, ibid. b Beatos non videre Dei præsentiam asserere est hæreticum. 24. c

Ad bellum iniustum miles redire volens non est absoluendus 86. b ad bellum iniustum proficiscens, vel ad illud intentione praua pergens P. M. 241. c in bello iusto cur incitans ad prælium non est irregularis, sed sic in bello iniusto. 849. a

Benedictio sacrarum vestium ad sacrum faciendum necessaria 678. a Benedictio nubentium quibus danda, & an ante copulam præmittenda. 542. b, c

Beneficiorum electores non faciunt damnum ijs, quos non eligunt, sed Ecclesiæ, 320. a Beneficiariorum officium non recitantium pœna ex Bulla Pij V. & Cõcilio Lateranensi statuta. 703. a, b

Beneficia aut officia publica male distribuens vbi & quando restituere teneatur, 319. b, c Beneficia sunt instituta propter seruitium Ecclesiæ, non eius cui conferuntur, 320. a Beneficium quamuis exiguum ad recitationem officij obligat. 686. b, c

Beneficij Eccles. dãtio aut procuratio à restitutione non excusat. 320. b

Beneficiarij fructus suorum beneficiorum impendentes in vanos, & profanos vsus peccant, & ad restitutionem tenentur, 332. c Quæ bona illi in profanos vsus impendentes peccant mortaliter vel nõ, 333. a Sine Ecclesiastico beneficio nemo ordinari debet, quod ad victum sufficiat. 463. c

Beneficium dicitur incompetens vni, quod alijs multis est competens. 564. a

Beneficij collatio facta excommunicato non valet. 119. c

Beneficia incompatibilia plura accipiens, vel cupiens sine iusta dispensatione P. M. 555. a Aut plura compatibilia quam ad sui honestam sustentationem sufficiant. ibi. b vel ea principaliter propter honorem vtilitatemue temporariam, ibid. c Beneficiarius non erogans superflua statui decentiæ, P. M. 575. c Beneficiorum permutatio si fiat sine superioris auctoritate simoniaca est, 588. c Beneficiorũ permutatio qua ius ad rem cum iure in re commutatur, & qua renuntians beneficium minoris valoris reddit pecuniam permutanti valoris maioris beneficium est simoniaca, 589. a Beneficij domini translatio per simoniam collati impeditur solum humano iure ecclesiastico, 597. a Beneficij nulla collatio potest esse pendens. ibid. c

Quod intelligendum est iure antiquo, sed non nouo. ibid. c

Beneficium omne inuendibile esse demonstratur, 605. b, c Beneficium per simoniam per se vel per alium quærens vel quærere volens. P. M. 697. a, b

Beneficiarius qui vexationẽ aut pẽsionem male redimit, vel per simoniã quæsitum

tum beneficium non restituit, P.M. ibi. d
Beneficiarius suspensus quod presbyter sit factus ante ætatem non perdit fructus beneficij. 820. c
Beneficium tenens vel accipiens sine titulo canonico cum obligatione restituendi, P.M. 697. b post secundum beneficium curatum obtentum non renuntians prius, P.M. ibid. c Et ante legitimam ætatem sine dispensatione, ibid. c & 698. a Beneficium accipiens carens qualitatibus quas illud requirit, P.M. ibid. c 699. a
Beneficium quodnam accipiens sine intentione presbyterium accipiendi, P. M. vel non. ibid. b, c
Beneficium accipiens cum intentione relinquendi illud, si pinguius se offerat, non peccat, neque cum intentione ducendi vxorem si expedire videretur, modo ea faciat quę illud requirit ibid. c & 700. a Beneficium retinens clericus post matrimonium per verba, de præsenti cõtractum, P. M. ibid. b In Beneficio non residens sine iusta causa, P. M. ibid. c & 701. a non residendo in beneficio quæ causæ excusent. ibid. b
à Beneficio absens sine causa licet peccet, non tamen tenetur restituere fructus ibid. c Abesse à beneficijs etiam curatis quando licet. 702. a, b
Beneficiarius non tenetur ad restitutionem fructuum eo quod in peccato noto io fuerit. 704. b
Beneficiarij bona sui beneficij destruentes & suspensi, & excommunicati, sui beneficij fructus percipientes, P.M & tenentur ad restitutionem, ibid. c & 705. a Beneficia plura habens diuisa in titulum, quorum vnum ad sustentationem sufficit, vel sine iusta dispensatione. P.M. ibid. b, c
à Beneficiorum pluralitate quæ causæ excusare possint. ibid. c & 706. a
Beneficiorum fructus in plures quam tres annos locans est excommunicatus, 707. a Beneficiarius accipiens beneficium aliqua censura notatus, P.M. & titulus eius nullus: item qui non dicit tot missas, quot dicere tenetur, P.M. ibid. c & 708. a
de Beneficiarijs Tridenti definita, ibid. b Beneficia Ecclesiastica omnia sunt iura spiritualia, quæ nullus secularis princeps erigere, vel destruere potest, nisi habeat potestatem à Papa. 738. c
Beneficij collatio facta criminoso quæ valeat, vel non. 871. a Beneficium aliquod clerico iam ordinato, qui sine culpa irregularis factus est, conferri potest ibid. c Beneficij collatio facta excommunicato etiam ei, qui se talem ignorat, est nulla, 874. c Bigamia est, *status coniugatorum duabus coniugibus sine ante, siue post baptismum ductis*. 838. b Cur sit ordinis impedimentum, ibid. b triplex est; vera, interpretatiua, & similitudinaria, & quid sit harum vnaquæque. ibid. c
in Bigamia omni dispensare potest Papa, & in similitudinaria etiam Episcopus. 839. b & c Blasphemum quis tenetur corrigere, etiamsi emendatio non speretur, 195. b Blasphemiæ formæ horrendæ. ibid. c
Blasphemiæ in sanctos horrendæ, 196. b Blasphemia non est dicere, *per corpus Domini*, & cur. ibid. b
Blasphemia est *infamatio gloriæ Dei, & Sanctorum, & Angelorum*. 435. b, c
Blasphemus non est hæreticus quatenus talis est, 650. c Blasphemus quomodo absoluendus in foro conscientiæ. Blasphemari Deum audiens ad actum diuini amoris tenetur, & illum qui eum blasphemauit redarguere. 825. b
Blasphemare est, *dicere tacite vel expresse, verbo aut scripto, contra Deum aut eius sanctos quippiam contumeliosum*. 194. a Blasphemia triplex, mentalis, vocalis, & scripta, ibid. est grauissimum peccatum, sed non hæresis, ibid. b Blasphemia est confessioni fidei & caritati diuinæ contraria, ibid. a Bona non sunt omittenda ob scandalum, sed occultanda aut differenda, 232. b Bona incerta sunt *bona debita alicui homini, qui vel quorum quantitas ignoratur, etiam post inquisitionem debitam*. 329. c Horum bonorum restitutio per se citra episcopi consensum fieri potest. 330. a
Incertorum bonorum restitutioni obnoxius si est pauper, potest sibi ea capere, ibid. b Bonorum incertorum compositio facta in camera valet, si non sit indiscreta. 331. a
Bonorum omnium impensa & retentio inordinata peccatum est, ibid. c Ecclesiasticorum bonorum impensa inordinata peccatum mortale, & laicorum veniale est. 332. a
Bona naufragorum qui accipiunt quomodo

modo peccant, & sint excommunicati. 335.a Bona alicuius delinquentis abscondens ad compensationem alicuius dotis vel debiti, non tenetur ea manifestare, etiam sub pœna excommunicationis vel iuramenti. 351. a Bona quæ nullius sunt cuiusmodi sint. 363.b

Bonus volens videri cum non sit, venialiter saltem peccat, & mortaliter si id ad malum finem faciat. 432.a

Bonum siue bonus actus constat ex integra causa, malum autem siue malus actus ex quocunque defectu. 547. c Bona honoraria quinque, laus, honor, fama, gloria, reuerentia, & definitiones eorundem. 552.a

Bonorum honorabilium appetitus est indifferens, & quando mortalis. 552.b

Bonum spirituale diuinum hominis consistit in charitate & amicitia inter ipsum & Deum. 63.a

Bona opera in peccato mortali facta ad quæ prosint. 40.b & rursus. 886.c & 887.a

Bonum constat ex integra causa. 41.c

Bona opera in statu mortali facta sunt mortua. 68.a

Prosunt ad multa etiam tangentia ad iustificationem. 82. b Non sunt peccata, & quoad substantiam actus præcepta implent. 138. a Bona vitæ, salutis, libertatis & famæ inæstimabilia sunt, quæ pro æstimabilibus non est necesse reddere, licet sit interdum vtile. 326.a

Bonis nostris operibus ne mala admisceantur quanta cura adhibenda sit. 41.b

Bonum absolute consideratum est obiectum potentiæ concupiscibilis, vt arduum vero irascibilis. 33.a

Borbonium ducem in vrbe capienda qui iuuit quid restituere debeat. 288.c

Breuia sunt illicita, nisi quatuor habeāt conditiones, & quæ illæ. 149.c Bullā cœnæ non derogasse Trident. Concil. concedenti facultatem episcopis absoluendi ab hæresi contendi potest. 891.c

Bulla cœnæ adimens episcopis facultatem absoluendi hæreticos cum Tridentino Concilio conciliatur. 879.c

Bulla cœnæ quæ sit & vnde dicatur, & vnde originem sumpserit. 756. a,b Bullam cœnæ D. Antonin. & alij interpretati, & ipse auctor alias, & nunc Bullam Gregorij XIII. exponit, ibidem, b eius iteratio non facit, vt toties quoties iteratur, noua indicatur excommunicatio, ibidem. c In Bullis verba quibus potestas datur absoluendi à quibullibet censuris & pœnis quomodo sunt intelligenda. 873.c & 874. a

Bullæ indulgentiarum in morte concessæ quibus non prosint. 771.c

C

Cæcitas mentis, luxuriæ filiæ, quæ per socordiam non proponit sibi pro fine Deum, & præcipitatio, & cæteræ quando sint peccata mortalia. 617. b Cæsar à Costa referendarius Papæ laudatur insigniter. 375. a Calidorum esus non est occasio propinqua peccandi mortaliter. 88. c Calidorum esus, ob quem pollutio in somnis euenit non est P. M. 56. Calidorum esus ad finem luxuriæ nisi sint coniuges, est P. M. 260. c Cambium proprie est *commutatio vnius rei pro alia*, & diuiditur in cambium pecuniæ numeratæ, & aliarum rerum. 415. b Vel cambium, *est contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus*, & diuiditur in siccum & reale. ibid.

Cambiorum septem sunt genera, & quæ illa sint, ibidem. c Cambiendi ars licita est Christianis. 416. a in omnibus cambijs non potest accipi aliquid vltra iustum valorem pecuniæ, quam dat cambiens ratione cambij, ibid. b Cambium per officium licitum, ibid. c Cambium per minutum, quo quis cambit præsentem pecuniam pro præsenti licitum, ibidem, c illicitum est autem quando plus accipit, quam lege vel consuetudine constitutum. 417. a Cambium per literas quale sit, & licitum, & reipub. necessarium. ibid. b

Quomodo in eo æqualitas seruanda, & pretium nec crescere nec diminui debeat, quod tardius vel celerius ei tradatur pecunia. ibid. c

Campsor scire debet personam, cui dat pecuniam recipiendam in remotis locis, habere eam in eo loco, vel fidem. 418. a Cambij & recambij literæ quomodo vsuram contineant. ibid. a Cambium de tempore ad tempus non licet ibid. a Cambium per literas è ciuitate vnius regni in aliam eiusdem licet, ibidem. b Cambium per translationem realem quomodo fiat, & licitum est. ibidem. c Cambium quo campsor recipit aliquid

vltra sortem ratione veri interesse licitum. 419. b Cambium quo quis lucratur ob custodiam pecuniarum, quæ apud eum deponuntur, licitum, ibidem. b Cambij species qua pecunia apud campsorem deponitur, ex qua deponens lucrum ex parte recipit, est vsuraria. ibid. c

Cambium quo commutatio fit, præsentis pecuniæ pro absente licitum. 420. b Cambij pretium pro multitudine vel paucitate eorum, qui pecunias ad cambium capere volunt, augeri potest vel minui. 421. a Cambium quo campsor dat pecuniam alibi alio tempore soluendam cum certo auctario, quomodo licitum esse possit. ibid. c

hoc Cambium licitum esse potest, ratione ea, qua absens pecunia maior minori emitur. 422. b Vt hoc cambium licitum sit, necesse est vt accipiens præsentem pecuniam, eam habeat in solutionis loco virtualiter saltem ibid. c & 423. a Cambia sicca qualia sint ex bulla Pij V. 425. a

in Cambijs realibus quid vitandum, ibidem. b Vsura est cambij nomine personata, illud lucrum quod capiunt campsores à creditoribus propter dilationem. ibid. c & 426. a Camplór dans Romę centum ad agendum sua negotia soluenda Parisijs post octo menses cum auctario quomodo sit vsurarius. 427. a, b alia de Cambijs multa vide. ibi. Camplor capit & reddit pecuniam dupliciter, re & chirographo. 319. b

Canonum scientia plus indiget tempore quam aliæ omnes, & quæ ad perfectum canonistam requirantur. 613. b

Canones & constitutiones Ecclesiæ vtentes verbo *præcipio*, vel ei æquipollenti ad mortale obligant. 693. b Canon extendens ad consulentem non comprehendit eum sine quo delictum fuisset admissum. 754. b

Canonicus regularis arma in claustro tenens non est excommunicatus. 806. c Canonicus in capitulo, vel quilibet alius eius congregationis, vbi maiori parti statur, consentiens delicto peccat, sed non tenetur de damno quod iniquam sententiam secutum est. 289. b

Cantiones profanæ & turpes cultui diuino non admiscendæ. 195. c

Cantiones in die Natali quæ non canendæ in officio diuino. ibid. c

Capitulum sede vacante literas dimissorias non dare nisi post annum debet. 671. b Capitulum sede vacante excommunicari potest. 849. a

Captiuus fugiens, aut in caussa existens, vt captiuus fugeret, peccat, & ad restitutionem tenetur. 337. b

Carceri mancipatum ob debita, iniuste soluens vt fugiat, quando peccat vel quando non. 332. c E Carcere licite fugiens ad damna custodis non tenetur ibid. b Carceratus ob delictum morte dignum aut abscissione, licite fugere potest. ibi. c

in Carcerem se rediturum iurans, & non rediens, nisi carcer sit iniuriosus, P. M. 161. b In carcerem aliquem iniuste conijciens P. M. aut in causa fuit vt cõijceretur. 231. a Caritate annonæ quomodo regularis gaudere possit. 463. a, b Caritatis iura violans ad restitutionem non tenetur. 634. c

Carnibus vesci diebus ab Ecclesia prohibitis ex aliqua caussa occulta sine illius manifestatione peccatum est. 232. b Carnalis omnis copula extra legitimum matrimonium prohibita. 254. b

Carnibus vescens in alia regione eo die, quo eis vesci licet in patria P. M. 621. b Carnibus humanis vesci extra extremam necessitatem est P. M. ibid. c

Carolus V. præscripsit pretium moderatum, quo suorum regnorum campsores cambirent. 418. b Carolus V. legem sanciunt, ne quis obligaretur fide sua ad ea soluenda quæ lusit. 461. c

Castitatis votum simplex impedit matrimonium, nec potest debitum petere. 535. c 536. a Castitas virginalis facilior seruatu quam vidualis, & hæc coniugali in absentia. 616. c Castitatis seruandæ remedium est fuga & resistentia. ibid. b castitatis seruandæ multa remedia, super omnia præstantissimum gratia diuina. 374. c

Casus quid proprie & metaphorice significat. 877. c

Significat peccatum, & est duplex, reseruatus & non reseruatus, & quid sit vterque. 878. a casus reseruatus ideo dicitur, quia potestas absoluendi tollitur ab eo, qui eam actu vel habitu habebat. ibid. b casus reseruatus aliud est &

est,& aliud censura eius. 879. c & 880. a De eis Tridenti statuta, ibid. Casus fortuitus est *inopinatę rei euentus, qui prouideri non potuit.* Casus fortuitus ei qui est in mora nocet. ibid.c

In casu fortuito nemo de damno tenetur,nisi in tribus casibus. ibid.c

Casus episcopis reseruati non sunt iure diuino, sed humano,ad disciplinam Christiani populi spectante. 884. a,b Hanc potestatem à Papa accipiunt ibidem. Casus reseruatus Papæ annexam habet excommunicationem, 871. b Casus Papalis sublata censura desinit esse papalis, & à quolibet absolui potest. 880. b Casus sibi reseruatos episcopus concedens non concedit censuras sibi reseruatas ibid. c Casus episcopis reseruati sunt quatuor, quinque aut sex. I. Peccatum clerici quod irregularitatem annexam habet. 885.b II. Incendium. III. Peccatum ob quod solemnis pœnitentia imponenda. IIII. Blasphemia publica. ibid.c Alij duo non sunt peccata. ibid.c

Casus reseruati episcopo per consuetudinem. ibid. b Caussa limitata limitatum producit effectum. 314.c

Caussa etiam remota ad restitutionem obligat. 276. b Caussa iusta semper excusat transgressorem legis humanæ saltem à mortali. 52. c Caussa impulsiua *est illa sine qua non fieret actus, modo principaliter ob aliam fiat.* 589.c

Caussæ principalis definitio, *qua cessante cessat effectus*, reprobatur. 590.a

Caussarum quatuor genera, efficiens, materia,forma, & finis, & quomodo hæ in irregularitate concurrant. 853.b Caussa propinqua illicita deformationis est, dictum aut factum illicitum directum sufficienter in deformationem inde secutam. ibid.c

Census emi non potest cum pacto de retrouendendo. 400.b

Censum illicitum emens vt peccat, & Bulla Pij V. de censibus. 395.a & b

Censum vendere pluris vel emere minoris non licet quam primo fuit venditum vel emptum. 581.c

Censuræ non incurruntur per solum consensum. 137.c

Censuræ ecclesiasticæ omnes conueniunt in nouem, & quæ illę sint. 817. a Quomodo hæ inter se differant. ibid.b

Censura ecclesiast. est *sententia lata à ca pace ordinis mediante iurisdictione ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur à cõmunione sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepulturæ.* 730.b Censurę vel irregularitates non defendendo alium non incurruntur, nisi ad id lege iustitiæ teneantur. 637.a

Censura triplex est, excommunicatio, suspensio,& interdictum. 730. b Cessatio à diuinis *est quędam desistẽtia ab diuinis officijs, & ab administratione sacramentorum.* 834.a Duplex est,generalis & particularis, & quomodo ab interdicto differat. ibid.b

Cessationem à diuinis non obseruans non fit irregularis, sed sic interdictum non obseruans. ibid.b

Cessio bonorum in foro exteriori excusat à solutione, sed in interiori nonnisi quantum necessitas sine cessione excusaret. 325.c

Charactere Christianus omnis in baptismo insignitur, & est *spiritualis potestas passiua ad recipiendum cultum diuinum necessaria.* 496.a

Carthusianorum religio optima omnium. 788.b

Chirurgus iuste alicui membrum secans,nec qui eum adiuuat est irregularis. 951. b

Chirurgus aut medicus cuius dolo aut ignorantia vel culpa æger deformatur, est irregularis. 859.b

Clisteres fundens vir aut mulier quando non absoluendus. 89.b

Choreas ducens quando peccat mortaliter. 622.b

Christianus omnis ad Deum orandum aliquo tempore iure diuino tenetur. 469.b Christiani soli gaudent immunitate Ecclesiarum 649.c Christianus captiuus apud infideles fugiendo non peccat. 337. b Item si iniuste ab alio Christiano detinetur. ibid.c

Quando tenetur iustam compensationem reddere. ibid.c

Christi anima in instanti suæ conceptionis iustificata & beatificata. 6.a

Christus caruit peccato originali,& secundum plerosque ipsius mater. 48.b

Christus quàm gratioso vultu & serena facie hic fuerit,& in cœlo sit. 884.b

Christi corpus in tota hostia & in qua-

jlbet eius parte cõtinetur. 6.b
Cibum quemcumque sumens credens eius esu se deuictum iri carnis illecebra, P.M. 471.b
Circũstantia *est accidens actus humani qui peccatum est.* 97.a
Eæ sunt septem: *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* ibidem.a
Quæ sint necessario confitendæ, ibid. b
De earum confessione Concil. Trid. decretum explicatur. ibid. c
Circumstantia loci & personæ confitenda, ibidem. c Et finis. 98. b, c minuens non confitenda, sed si eam aperiat non peccat. 99.a
Nisi ita diminuat, vt de mortali vel nullum, vel veniale peccatum faciat, ibid. b Quæ augent, si non mutant speciem, non confitendæ, ibidem, c Nisi quandoque & quando hoc fit. 101.b
Circumstantia diei festi vel alterius non confitenda, ibid. b Nisi in duobus casibus, & qui illi. ibid.c
Et loci sacri in quibus casibus confitenda, vel non. 102. a Et personæ non est confitenda, nisi cum peccatum repugnat statui vel voto, ibid. b Circunstantia scandali quando confitenda. 107. b Circumstantiam confiteri oblitus tenetur illam dicere, sed non peccatum quod confessus est. 108.a Circunstantia in confessione tacenda quando ex eius manifestatione alienum peccatum noscitur. 109. c Circunstantia graduum cognationis in incestu confitenda. 110. c Circunstantia qua persona reuelatur exprimi potest, quando id ei obesse non potest. 111.a
Circunstantia peccati contra conscientiam quando confitenda. 102.b
Circumstantia non est peccatorum numerus. 103.a Claustrum locus *est vnde exire non licet sine licentia.*
Clerico seruire Ecclesię cum spe ascendendi ad superiorem gradum minus principalirer licet. 383.a
Clericus sibi ipsi manus violentas injiciens excommunicatur. 40. b Clericorum bona quæ post clericatum acquirunt sunt quasi castrensia. 354. a Clericis vectigalia imponentes nisi ob mercaturam, vel à Papa facultatem habeant; vel ab eis exigentes quantum peccent. 377. a, b, c Clericus & monachus licite possunt etiam talis & chartis ludere. 456. b Clerici & monachi lege obligante ad mortale prohibentur ludere summa notabili. 456. b Ludum etiam spectantes quando peccent. 460. b Clerici non possunt vendere suum triticum pluris quam sit æstimatum communiter. 580. b, c
Clerici transgredientes leges humanas quomodo peccent mortaliter. 691. b Clericus quærens vel quærere volens beneficia per simoniam qualemcumque P.M. 697. a Clericum percutiens quis incidit in canonem. 775. b Et quis non. 776. b Clerici percussio quæ non est mortifera non excommunicat. 780. c & 781. a Percussio clerici leuis ob quam adeundus Papa non est, quæ sit, ibid. b Clerici percussio grauis quæ iudicanda, ibidem, b, c Clerici portoria soluere debent, quæ licite exiguntur à quibusuis laicis etiam immunibus. 799. a, b Clericus non debet vecturam de reditibus suis ecclesiasticis, nec de bonis patrimonialibus, ibidem. c Clerici coniugati interdicti tempore, diuinis interesse non possunt. 824. b Clericus non obstante interdicto tenetur dicere diuinum officium. 834. b Clerici seruantes interdictum possunt sepeliri in loco sacro. ibi. b
Clerici non seruantes interdictum P. M. ibid. c Clericum percutiens ob necessariam proximi defensionem non est excommunicatus. 848. a Clericus qui alium ob alienas iniurias cum protestatione accusat est irregularis; non tamen si accuset ob vitanda mala. ibid. b
Clericus deferens alium ob crimen, quod deformationem non meretur, si ille aliunde deformetur, non est irregularis. ibid. c
Clerici qui intersunt deformationibus quæ per iudicis sententiam fiunt nõ sunt irregulares, quamuis peccent si sine rationabili caussa interfint. ibid. c Præsens iusto bello adhortans & efficiens, vt milites suo hortatu multos occidant, non est irregularis. 849. a
Clericus qui mulieri consilium dedit vt abortiret, quod postea ille reuocauit, sed illa secuta est, fuit irregularis. 859. b
Clericus ludens ludo quo aliquis deformatur, quando est irregularis. 860. b
Clericus introducens meretricem in domum suam per tecta, si illa decidens moriatur, fit irregularis, non autem per viam planam.

planam. 860. b Clericus cum muliere grauida saltans ex quo illa abortit, est irregularis, ibidem. c Clericus occidens aliquem venando quando est irregularis vel non. 861. b Quis habitus non conueniat. 689. c In habitu, incessu, gestu, sermone & ceteris quales esse debeant. 606. c Quæ eis interdicantur in moribus, ibid. c Negotiari eis quomodo liceat vel non. 691. a

Clericale ius cui omnia beneficia sunt annexa, est à Deo institutum, & inuendibile. 606. c Clericum qui non defendit ab iniuria manifesta cum potest, excommunicatus est. 636. c Clericus à laico capi potest, ne committat delictum, non tamen pro commissis. 638. b Clericus vnius Ecclesiæ tempore interdicti clericos alterius Ecclesiæ admittens an peccat. 682. c Clericus ordinis sacri, aut beneficiarius horas omittens aut omittere volens toto die. P. M. 684. b

Clerici minorum ordinum, si non sint beneficiati, ad horas recitandas iure communi non obligantur. 688. b

Clericus sacri ordinis, & beneficiarius, & religiosus, habitum & tonsuram gestare debent. 689. c

Clerico minorum ordinum non beneficiario licent omnia quæ laicis in ciuilibus & criminalibus, ibid. c Clericis in iure prohibita quæ & quot, sed non sub peccato mortali. 690. a Clerici tabernarij & lanij & similium pœnæ, ibid. c Opera secularia ipsis licita quænam sint. ibid. b

Cognatio spiritualis, *est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur, vel ob baptismi & confirmationis administrationem vel susceptionem baptizati vel confirmati.* 516. c

Quotuplex olim fuerit, ibid. c Quomodo hæc à Concilio Trident. limitata fuerit. 517. a Non nascitur ex solemnitate baptismi, quæ in Ecclesia fit, sed ex baptismo, qui domi interdum confertur. 518. a Cognatio iam ex confirmatione Tridenti limitata, ibid. c Cognatio spiritualis impedit quo minus pater filij illegitimi, quem ipse baptizauit, cum eius matre possit contrahere, ibid. c Cognatio carnalis *est propinquitas duarum personarum eo quod vna ex altera, vel ambæ ex vna tertia descendant.* 519. a Cognatio legalis *est propinquitas ex adoptione alicuius in filium prouenies.* Est triplex. 520. a Quos & quas personas comprehendat, ibid. b Cognationes inter istas quod sit discrimen. 535. b Cognatio spiritualis nata ex catechismo quæ sit, & quæ comprehendat, ibid. c Cum cognata contrahendi matrimonium dispensationem petens tacito incestu falsum exprimit, & nullam gratiam obtinet. 546. b

Cognatio spiritualis sponte contracta magis ligat quam coacte. 269. c

Collatio beneficij pura quo modo possit esse pendens. 597. c Collatio beneficij facta irregulari nulla. 871. a Collatio beneficij facta excommunicato nulla. 891. a

Colũbarium illicitum quis habere dicendus sit, & peccare illum habens. 347. b in Columbario suo semina spargens quo aliorum columbariorum columbas allicit, peccat. 348. b

Commissio seu mãdatum finitur morte concedentis. 873. b Commissi pœnam quando quis iuste capit vel non. 571. c

Commodare ballistam vel alia arma quãdo occasio peccati mortalis esse possit vel non. 227. b

Commodatum ante tempus à commodatario cum eius damno repetens, P. 368. b

Commodatarius quomodo peccat re commodata vtendo, ibid. Commodatarius qui rem sibi commodatam cum domini damno alteri cõmodat peccat. 369. a Commodatum mittens per nuntium nõ habitum pro fideli si perit, ipsi perit, sed per fidelem mittens perit commodanti, ibid. b Commodatarius nolens reddere commodatum nisi solutis impensis leuibus peccat. 370. Commodatũ quid sit, ibi. b Debet esse gratuitum sicut & mutuũ, & quomodo ab eo differat. 380. & 381. a

Commune fieri & communicandum esse longe differunt. 313. a, b

Communicare quando aliquis possit sine confessione. 111. b Communionem ab alio quam à proprio parocho accipiens quando peccat, vel non. 489. c Cõmunicare quando quis potest censura ligatus vel non. 488. c Communionem petenti ob occultum peccatum non est neganda, ob notorium vero sic. 490. c & 491. a Communionem in paschate quis non sumens peccat, & quis ab ea excusetur. 487. a

Communicandum non est statim post primam totius anni confessionem, 486. b

486. b Non communicans in Paschate tenetur communicare cum primum poterit. 487. b

Communicans credens aut credere debens se mortalis culpæ reum P. M. ibidem, c Ad communicandum recte non necesse est scire se esse in gratia. 488. b Communicans contra præcepta Ecclesię, P.M. ibidem, b Communicans ante confessionem omnium peccatorum mortalium habita confessarij copia P. M. ibidem, c Non communicans propter odium, P. M. 489. a Communionem à non proprio parocho accipiens etiam extra quadragesimam, nisi habeat facultatem P. M. ibidem, c Communicans post aliquam cibi sumptionem à media nocte, nisi sit æger. P. M. 490. b Communicare in die pluries quàm semel peccatum est ibidem, c Communionē suis subditis tempore quo debent non procurans P. M. 491. b De communione sub vtraque specie Tridenti definita ibidem, c & 492. a Communicare quotidie melius est quam contrarium, ibid. b Communio triplex, interior, exterior, & mixta; & quid hæ sint. 470. b

Commutatio omnis æqualem valorem commutatorum requirit. 426. b

Compensatio quæ fit pro vita & fama non facit eas æstimabiles. 529. a Compositio de incertis quæ iusta. 530. c

Concilio non derogatur nisi expresse. 885. b

Concilium Tridentinum quatenus habet publicis peccatoribus pœnitentiam publicam imponendam esse, explicatur. 114. c

Concionator publice prædicans sine legitima facultate P. M. 710. a Item prædicans in mortali, & mentiens in doctrina fidei & morum ibid. b Item in alijs multis, sed venialiter tantum peccat ibidem, c De concionatoribus tam sæcularibus, quam regularibus Tridenti statuta. 711. a, b

Concubinarius clericus & fornicarius vagus si sint notorij eadem pœna plectuntur. 676. b

Concubinarius in loco sacro non sepeliendus ibid. Concubinarij neque publici, neque occulti absolui debent. 86. b Concubinarij sacerdotis Missam quis audiens non peccat. 676. c Concubina absolui non debet, quæ vult suo concubino in agone mortis assistere. 56. c Concubinarius cohabitans concubinæ absolui nō debet sine separatione. 264. b Concubinarij sunt in quibusdam diœcesibus excommunicati, vel certe vbique excōmunicandi, ibidem. Concubinam retinens non vere pœnitens. 315. b Concubinariorum clericorum pœnæ à Concil. Trident. decretæ. 860. c

Concupiscentia inordinata contra iustitiam & deliberata est P. M. 455. a Concupiscentia quæ venialis. ibid. a

Conditio est suspensio alicuius dispositionis donec aliquid futurum fiat. 529. a

Conditionum in matrimonio tria sunt genera: turpes, & contra matrimonij bonum, quæ illud annihilant, & turpes, sed non contra illud, quæ pro non appositis habentur, & honestæ quæ illud suspendunt, ibidem, b Conditiones de re præterita non suspendunt ibid. c Conditio: *contraho tecum matrimonium, si pater meus voluerit*, quomodo impleatur patre tacente. 530. a Conditionis implementum non retrotrahitur ad tempus dispositionis in his, quæ ex voluntate solius disponentis pendent ibidem, c Conditiones quædam in matrimonio adhiberi solitæ explicantur ibidem, c Conditio de re quæ necessario euentura est, pro non apposita habetur. 531. c

Conductor qui eo quod domo non vtitur pensionem non vult soluere, peccat. 376. c Et qui infert damnum notabile rei conductæ & non vult satisfacere, ibidem. b Conductor partiarius nolens soluere fructus arborum, aut eos cædens. P. M. 376. b

Confessarius prudens qua ratione confessionem imperito sacerdoti factam reiterandam esse cognoscet. 122. c

Confessarius pœnitentem audire non debet, qui non adhibuit ad se præparandum vllam diligentiam. 124. b Confessarij præparatio qualis esse debeat. 126. a Erga pœnitentem qualis erit ibidem. b Quibus de rebus cum principio interrogabit ibidem, c Quomodo in progressu confessionis se erga pœnitentem geret. 127. a Cōfessarius ob lucrum & fauorem audiens confessiones principaliter, mortaliter peccat. 129. b Confessarij male agunt cum pertrahunt pœnitentes ad iurandum, vel vouendum. 162. b

Confessarij non possunt negare absolutionem

lutionem ijs qui ea faciunt quibus homines vt plurimum ad venialia vtuntur, eos tamen ab ijs debent abducere. 131.a

Confessarius non debet reuelare ea quæ nouit per sacramentalem confessionem, etiamsi damnatum à morte liberaret. 242. b Confessarius quid faciet cum adultero, qui ex alterius vxore filium habuit, & qui hæreditatem patris putatiui vel adiuit, vel adituras est. 275. c Confessarius absoluens ante restitutionem vel antequam eam præcipiat parato, ad restitutionem obligatur 289. c Confessarius potest dicere hæredibus defuncti, vt restituant eis, quibus ipse debet, si is ei mandauerit. 290.a Confessarij mulierum impudicarum vel virorum, quibus aliquid ob scelus patratum promissum & non datum est, quid eis consulere debeant. 303. b confessarius non debet absoluere eum, qui statim restituere tenetur, nisi actu restituat, qui prius iussus non fecit. 312.b Confessarius videat ne reo præcipiendo aliquid iacturæ vitæ, & non præcipiendo iacturæ animæ caussa sit. 675.b confessarius simul multos pueros audiens vt peccat. 116. b Confessarius quos reos se & consortes reuelare iubebit. 452. b Confessio similitudinaria non inducit sigillum. 117. c Confessio similitudinaria qualis sit. 451. a Confessarius curare debet, vt pœnitentiam iustam imponat. 718. a Confessarij arbitrio pœnitentia semper imponi solita fuit. 719. a Confessarius in imponenda pœnitentia quot & quanta circumspicere debeat ibidem. b Quid pœnitenti dicet vt cum ad pœnitentiam suscipiendam animet, ibidem, b Quid faciet pœnitenti nolenti acceptare satisfactoriam pœnitentiam, ibid. c 720. a Confessarius ægroto sana mente prædito quid consulere debeat. 725. a Confessarius virtute bullarum electus cum nulla irregularitate dispensare potest. 873. c Confessarius munitus facultate dispensandi super voto, non potest dispensare super iuramento. 892. a confessarius cui committitur absolutio ab excommunicatione in vtroque foro quid facere debeat. 893. c confessarius ignarus quando confessiones audire potest. 93. c & 94. a confessarius debet esse ad minimum à lethali culpa liber, ibidem, b Tenetur interrogare pœnitentem de his quæ ignorat, vel occultare velle videtur. 95. a,b confessarij maxime de numero & specie specialissima debent interrogare ibidem, c De quibus sunt maxime communiter à confessario pœnitentes interrogandi ibidem c In peccatis carnalibus quomodo confessarius interrogare debeat. 96. a Non nominet turpiter, quod turpe est auditu, ibidem, b Confessarius est iudex, & non possit absque manifestatione circumstantiæ æquam proferre sententiam. 97. c & 98. a Confessarius non tenetur confiteri peccatum, ex quo confessio manifestaretur alterius. 110. c confessarius directe vel indirecte confessionem detegens semper peccat mortaliter. 112. c Non potest publicam pœnitentiam imponere pro peccato publico, quamuis illi eam sponte subire debeant. 114. c Quomodo se vocatus cum publicis peccatoribus geret. 115. b Quomodo possit de his quæ in confessione audiuit testari, si ea aliunde didicerat. 116. b, c Confessarius quando pœnitenti restitutionis dilationem dare potest, etiamsi pars nolit, & quando non debeat. 315. c & 316. a confessarij beneficiariorum qui male fructus suorum beneficiorum se impendisse confitentur, quid considerare debeant. 331. b, c confessarius vsurarium absoluens peccat, nisi ipse hoc & illud faciat. 411. b,c confessarius vel alius detegens peccatum medio confessionis sacramentalis auditum P.M. 444. b,c confessarius quid consulet ei, qui se non posse ieiunare putat. 475. c confessarius quid cum eis faciet quos videt in ornatu peccare venialiter. 574.b

Confessarius audita confessione quid facere debeat. 712 c & 713. a Quid pœnitenti iniungere debeat. ibid.b

Quid faciet cum pœnitens contrariam sententiam sequitur de aliquo peccato, de quo diuersæ doctorum sententiæ ibidem, c Confessarius cum pœnitente non plene contrito quomodo se gerere debeat. 61. c Confessarius debet pollere potestate, scientia, & bonitate 90. a

Confessarij quæ scientia perfecta, & quæ sufficiens. 92.b

Confessarius audiens sponte non maiori pollere debet scientia, quam qui ex obedientia, ibidem, c Confessarius non sufficienti scientia quis. 93. c Confessarius reum quando ad confitenda sua delicta impellere debeat vel non. 657. b

Confessio sacramentalis, *est accusatio peccatoris secreta de suis peccatis coram proprio sacerdote vt ab illis sacramentaliter absoluatur.* 75. a

Quæ definitio explicatur fuse. ibid. a & b. Confessionem qui non iterat quando debet, vel non eam ore proprio per semetipsum, sed per scriptum vel per nuntium facit, peccat. 482. c Confessio per scriptum facta valet, ibid. c Confitens negans in confessione se commisisse peccatum alias legitime confessum nō peccat. 483. b Confiteri non proponens peccatum mortale nisi à confessario interrogetur, & principaliter ob malum finem confiteri volens peccat, ibidem, c Confiteri omnia sua peccata confessario familiari, & postea leuia quædam alteri quale sit peccatum. 484 a

Laico, vel clerico non sacerdoti confitens peccata sua absque necessitate vt peccat, ibidem. a Confessionem laico factam non iterans, vel eam propter scrupulos sæpius iterans peccat, ibidem, b Confessionem sæpius iterans, & nunquam eam bene facere proponens peccat. 484. c Confessio eorundem peccatorum fieri sæpe potest. 485. a ad Confessionem obligatus semel in anno non confitens, vel non confiteri proponens, P.M. 481. c

Confessionem non faciens in casibus in quibus ad eam obligatur, P.M. 482. a

In Confessione sibi aliquid à confessario dictum reuelans in eius damnum notabile, P.M. 485. c

Confessio alteri quam sacerdoti absoluturo facienda non est, nisi vt nuntio qui confessario referat, 887. b Confessio sacramentalis à Christo est instituta. 75. b, c Et non ab alio. 76. a Eius sexdecim conditiones explicantur breuiter, ibidem, b Confessio publice etiam fieri potest, sed non est necesse. 77. b Ad Confessionem quando quis iure canonico teneatur, ibidem, c Vel ob alias causas. 78. b de Confessione errores in Concilio Tridentino damnati. 78. c

Confessionem alleuiari quoad eius necesse est, reipubl. Christianæ interest. 110. b

Confessio quando & cui facta iteranda. 118. & 119. Facta excommunicato non denuntiato valet. 121. b Etiamsi confitens id non ignoraret. ibidem. b Confessio facta parocho nullum titulum habenti nulla. 122. b Confessionis defectus ob quos ea iteranda est, ibidem. c Confiteri qui reus tenebatur si damnetur non tenetur se publicare. 657. c

Confidentia *est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, & erit;* interdumque in bonam partem, & interdum in malā sumitur. 608. a Confidentia beneficialis duplex, licita & illicita, & quę sit vtraque ibid. a Et illicita duplex, altera simoniaca, & altera non, ibid. a Confidentia beneficialis à Pijs IIII. & V. prohibita, solum est simoniaca, ibid. b Bulla Pij V. de confidentia beneficiali. 609. & per confidentiam beneficialem quot & quanta mala committantur. 612. a

Confidentiæ beneficialis ampla per Pium V. facta descriptio. 610. a in Confidentiam beneficia accepta sunt reseruata sedis Apostol. collationi. 612. a Ad confidentiam simoniacam probandam octo coniecturæ adhibentur. 612. c Confidentia simoniaca grauius punitur alia omni simonia. 611. c

Confirmatio *est Sacramentum vnctionis Chrismatis consecrati, quo Episcopus frontem baptizati inungit sub certa verborum forma.* 498. a

Ad Confirmationem Chrisma consecratum esse necessarium non balsamum ibidem. a Confirmatione baptizatus fit miles Christi, & de confirmatione Tridenti decreta, ibid. b, c Confirmari non se curans, vel familiam per contemptum peccat, ibidem. c Confirmari se sine patrino sinens, vel ante omnem ordinationem eam non sumens peccat. 499. a Confirmationis minister ordinarius est episcopus, sed potest esse presbyter. 498. b

Coniunx cognoscens suam eo animo vt quamuis non esset sua eam cognosceret, P.M. 265. c

Coniunx coniugi debitum negans loco & tempore idoneis petitum, nisi precibus contrarium suadeat, vel graue aliquod periculum subeat, peccat, ibid. b

Potest

Potest denegare debitum si ante consummatum matrimonium vult religionem ingredi. 366. b Coniux continentiæ votum habens matrimonium contrahens, etiamsi non consummet, & consummans, & quoties petit peccat, ibidem. a Coniux cum alterius consensu vouens cum debitum petit vel reddit ad eius petitionem qui vouit, P. M. 267. c Coniunx debitum petens aut reddens tempore menstrui non peccat. 268. b In loco sacro coniuges rem habentes peccant, ibidem. c Coniunx præbens vel sumens aliquid ad conceptionem impediendam, P. M. 269. b Coniunx filij patrinus exsistens non possit reddere debitum vt peccet. 270. b Coniunx sine iusta caussa matrimonium clandestine contrahens, vel sine testibus contracto vtens, P. M. 271. b Coniunx matrimonium contrahens clandestine cum priore, & publice cum posteriore, & cum hac relicta priore cohabitans. 272. b Coniunx de prioris coniugis morte dubitans, & secundo nubens, & permanente eadem dubietate petens, vel reddens debitum, P. M. ibidem, b, c Coniunx potest à coniuge Lutherano discedere eum ad suam hæresin inducente, non tamen noue contrahere. 509. b idem de alio ad quoduis peccatum inducente. ibidem. b

Coniux à coniuge ob amentiam vel morbum gallicum non discedere potest. 509. c & 510. a

Coniux adulterans non potest exigere debitum à consorte innocente, potest tamen petere tanquam rem iure licitam, ibidem, a Coniunx innocens negare debitum potest adulteranti sine iudicis auctoritate, ibidem c Si tamen postea adulteretur, tenetur reddere, ibidem. c Coniugatus quis quomodo ordines possit suscipere. 525. b Coniunx contrahens cum secunda priore viuente audita de huius prioris morte fama debet iterum contrahere. 526. b, c Coniugum aliqua peccata circa matrimonium vel sponsalia. 711. c & 712. a

Coniuges post copulam non debent ad communionem accedere, non tamen peccant si id faciant. 489.

Coniuges qui inter se continere pepegerunt vsque ad certum tempus possunt sibi pactum remittere. 181. b

Coniugum votum de non soluendo vel exigendo debitum est illicitum, ibid. c Votum autem eorum de non habendo, nisi quando mos gerendus est alteri coniugum, licitum. ibid. c

Coniunx sine alterius consensu religionem professus non potest petere, nec exigere debitum nec mortua vxorem aliam ducere, ibidem, c & 182. a Coniunx vota non seruans quæ non præiudicant alteri coniugum, peccat, ibidem. a Coniuges possunt sine mutuo consensu vóuere terræ sanctæ succurrere, sed non debent, ibidem, b Coniunx vetans vxori missam vel alia præcepta Dei & Ecclesię, P. M. 216. a Coniuges quæ vota alter alterius irritare possunt. 184. b Coniuges se mutuo infamantes, P. M. 116. Et qui se ad blasphemiam per iram prouocant. ibid. c

Coniuges quorum alter vouit continentiam, vel vterque, quomodo peccent debitum exigendo vel reddendo. 181. a, b

Coniunx in absentia coniugis delectãs se de copula quam habuit, vel habiturus est P. 258. b

Conscientia quid sit, & quam vim habeat. 895. a Duplex est, vera & erronea, & erronea triplex, certa, dubia, & scrupulosa, ibidem, b Conscientia scrupulosa vnde nascitur, ibidem, c Eius decem medicinæ. 896. a Contra conscientiam faciens quando mortaliter, & quando venialiter peccat. 221. b Conscientia quæ peccatum facit specialis esse debet. ibid. c

contra Conscientiam opus factum tũc confitendum est, cum nulla alia lege ad id obligatur. 102. c

Consentiens in alterius peccatum quãdo tenetur impedire id vno ex nouem modis. 137. b Consentiens peccat sicut principalis, ibidem, b Consentiens vni ex nouem modis quando tenetur ad restitutionem. 287. b

Consensus dantis impedit restitutionem, quando quod datur per viam contractus approbati. 551. b

Consilia euangelica vel canonica per contemtum nec implens nec implere proponens, P. M. 463. a Seruanda sunt in præparatione animi, ibid. b Consultum omittere non est de se vllum peccatum. 560. c

Consilio aut fauore alijs mortalis criminis causſa exiſtens P.M. 222. b Consilium peccandi alteri dans etiam ſine animo inducendi ad illud, P.M. 227.b

Consulens mortale aliquod proximo aut damnum notabile lata culpa P. M. 630. a Consilium non dicitur dare is, ſine quo factum fuiſſet admiſſum. 755. b Consulens ſuæ ſcientiæ aut prudentiæ non multum confidat. 349. c Consilium dare licet diebus feſtis etiam pro lucro. 203. c consulens appellare à Papa ad concilium quomodo excommunicetur. 758.c

Consulens male ſcienter, & doloſe, vel non adhibito ſtudio peccat. 350. b

Consulere dicitur *quicunque monet, & perſuadet, & precatur, vt faciat aliquid.* 755.c consulens deformationem debet eam reuocare & perſuadere contrarium, alioqui ea ſecuta eſt irregularis. 859. c & 860. a

Conſuetudo regionis in qua es in feſtis, ieiunijs & alijs ſeruanda 621.b Conſuetudo ſola per ſe non excommunicat, niſi legitime præſcripta ſit. 717.b

Conſuetudo puniendi clericos per laicos excuſat à culpa, ſed non à pœna. 778. c Conſuetudo poteſt ampliare iuriſdictionem, imo & dare. 881.b

Conſuetudo quæ contra ius eſt non eſt amplificanda. 473.a conſuetudo in ſacramentalibus valet. 543.b

Conſuetudo peccandi in foro interiori non probat legem per contemptum violari. 562.a Conſuetudo optima eſt legum humanarum interpres. 569.a

ex Cõtẽptu peccare quis vere dicatur, & quis vere coram Deo ex contemptu peccet. ibid. b Conſuetudo non inducit huiuſmodi contemptum, licet præſumatur. ibid. c

Contentio *eſt vitium inclinans ad inordinate altercandum.* 553. b per contentionem quomodo quis peccet mortaliter. 559. c

Continentiæ ſimplex votum habens contracto matrimonio, antequam conſummet tenetur religionem ingredi. 193. b Continentiæ votum habens matrimonium contrahens & conſummans duo peccata facit. ibidem. b

Contractus quando fiunt, quis tenetur de dolo & culpa, & quis non. 367. a Per contractus quoſdam rei dominium in alium tranſit, & per alios non, & qui illi ſint. ibid. b. In his ſeruanda eſt iuſtitiæ commutatiuæ æqualitas. 418.a

Contritionis effectus eſt delere peccatum quoad culpam, & partem pœnæ minuere 72. c Circa contritionem errores in Concil. Trident. damnati. ibid. c Contritionis effectus qui ſunt cauſſa repetendæ confeſſionis. 123.c

Contritum ſe eſſe nemo ſcire poteſt ibid. b Contritio diebus feſtis bona ſed non neceſſaria. 105. b Contritum qui ſe probabiliter credere poteſt, qui vere Deo tria dicere poteſt. 488. b Contritio ſuapte natura requirit formale propoſitum non vlterius peccandi, ſed per accidens virtuale ſufficit. 56. a Contritioni non repugnat minus principaliter propter alios reſpectus pœnitere, quam propter Deum. 58. b Contritio etſi dimittat peccata quoad culpam, non tamen tollit obligationem ea confitendi. 59. b Contritio eſt animi dolor, quia eſt cauſſa doloris. 56. a Contritus non eſt qui non mauult generatim omnes pœnas ſubire, quam peccare mortifere. 61. a Contritio generalis omnium peccatorum, non ſpecialis requiritur. 63. b Contritio ad deletionem venialium non neceſſaria. 64.a

Contritio ante confeſſionem delet peccata. 65. a Ad contritionem poſt peccatum ſtatim nemo tenetur. ibid. b Contritio quando ſub pœna noui peccati neceſſaria, ibidem, c Ea ſtatim poſt peccatum procuranda. 67. b De grauiore peccato non requiritur maior Contritio ſaltem ex neceſſitate. 68. b Quænam circumſtantiæ ad debitam contritionem requirantur. ibid. b

Contritionis cauſſa ex parte Dei eſt ſua gratia; & ex parte noſtra ſex, quæ nos ad eam mouent. 72. b, c Contritio *eſt pœnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali vel virtuali peccati proprij commiſſi cum propoſito non peccandi amplius, & confitendi.* 56. a Quæ definitio fuſe explicatur. ibid. b

Contumelia *eſt ſignificatio alicuius mali culpæ factæ præſenti.* 432. c Contumelia vt ſit ſine peccato quid habere debeat. 433. a, b

Conuitium *eſt ſignificatio facta preſenti mali culpæ vel pœnæ.* ibid. a

Correctio fraterna in proditionibus con-

bus contra remp. & hæresibus non necessaria. 451. b Correctio fraterna *est monitio proximi secreta, aut coram testibus, vt se à peccato emendet.* 530. b Ad eam sub peccato quando quis tenetur ibidem, b Correctio fraterna etiam ab eo qui est in peccato mortali facienda ibidem, c à quorum Correctione quis sine peccato abstinere potest. 631. a Correctionem differre interdum non est peccatum, sed meritum ibid. a Correctionis ordo quis, ibid. b Non est necessaria secreta peccato publico ibidem, c circa Correctionem fraternam quis peccat mortaliter ibid. c & 632. a Correctio iusta quomodo contumelia carere debeat. 433. b

Credere explicite quæ quis tenetur, & quando quis hæreticus censendus est non credens ea quæ sunt fidei Catholicæ, & quando non. 8. c & 9. a

Credendum est explicite eos articulos, quos Ecclesia solemniter celebrat. 31. a Credens à Deo se non posse sufficiens auxilium ad non peccandum impetrare mortaliter peccat. 125. a Credens quemlibet in sua lege posse saluari P. M. 141. c Credens patrem in diuinis filio maiorem vt peccat. 152. b

Crimina depositione digna sunt adulterium, & omnia alia maiora eo. 869. a Crimina enormia occulta non faciunt irregularem præter homicidium. ibid. b

Culpa *est voluntaria inordinatio actus, vel deuiatio à bono.* 365. c & 366. a Diuiditur in dolum & culpam simplicem, ibidē, b Culpa à dolo differt, quod ille sciēter, hæc vero ignoranter & negligenter fiat, ibid. b Culpa est triplex, lata, leuis, & leuissima, & quæ sit quæque earum. ibid. c *Culpa vbi non est, pœna esse non debet regulariter.* 390. a

Cum culpa remitti totam peccati pœnam dicere est hæreticum. 82. c

Culpa minor minorem meretur restitutionem male dictum est, sed meretur minorem pœnam, verum. 246. b Culpa præcedens casum fortuitum non efficit vt fortuita imputentur, nisi culpa dirigatur sufficienter ad illum. 854. b Et tunc sic ibidem. b Curiositas quæ *vitium monens ad nimis vel immoderate sciendum,* quando sit peccatum mortale vel veniale. 558. a

Curiositatis multa exempla, quibus peccatum mortale committitur ib. b & c.

Custos vrbis qui non accusat, quos noctu vagantes deprehenderit vt peccat. 656. b Custodes qui positi sunt ad videndum quæ merces exportentur vel importentur vt peccant ibid. b Ad restitutionem non tenentur mercium quæ exportantur, etiamsi hæ fisco applicari debent, sed vectigalis. 661. b Custos infirmi quādo sit irregularis & quando non. 858. a

Custodes piscatus, venatus & aliarum rerum contra fidem datam, venari, piscariue sinentes quando peccant vel non. 346. a Custos ciuitatis aut agri non obstans damno notabili quod fieri videt, peccat cum obligatione restituendi. 351. b

D.

Dæmonis inuocandi duplex modus, expressus & tacitus, & quis sit vterque. 144. b Modi aliquot quibus tacite dæmon inuocatur. ibidem, b, c Dæmonum & cæterarum creaturarum inuocatio & adoratio. P. M. 146. a Dæmonum inuocatio in auxilium, vel quid aliud P. M. 147. b Adiutans illos obsecrationis modo, non coactionis P. M. ibidem. b

Dæmonis opera vtens ad thesauros inueniendos, P. M. ibidem, c Dæmoni maledicere ratione suæ naturæ malum est, secus ratione culpæ. 619. a Dæmoni herbæ aut musica resistere non possunt. 151. b

Damnato ad mortem concedenda pœnitentia, sed non Eucharistia, nisi vt fit in vrbe. 651. c & 652. a

Damnum emergens quid sit. 385. a Quando peti potest ibidem, b Damnum datum à multis vnitis vel diuisis ad restituendum quis obligatur. 382. c Damnum datum alicui quis etiamsi sit iudex cum periculo non tenetur. 289. b Damnum ad inferendum proximo incitans P. M. 349. c Damnum datum alicui contra suam voluntatem regulariter est damnificato restituendum. 294. b Damnum iniuste datum per acceptionem iniustam restituendum est damnificato. 296. c Damnum magnum proprioium bonorum non est res alienas magni valoris restituere, vel desinent lucrari. 312. a In Damno dato participantes qui & quot peccant, & re-

& restituere tenentur. 349. b de Damno nemo tenetur quod casu fortuito contingit, nisi in tribus casibus. 366. c Damnum notabile est quod *est causa infamato, vt aliquod bonum animæ, corporis vel pecuniarum ei auferatur, vel putetur tali bono indignus.* 436. c ad Damnum proximi vitandum etiamsi is non extreme egeat, quisque tenetur, ad opem ferendam vero non nisi extreme. 637. c Datum ob maleficium quo titulo retineri potest. 302. c

Debiti remissio & condonatio quando à peccato excusat & restitutione. 322. a Debiti remissio quæ fit propter minas creditori illatas de non soluendo non est bona. ibid. b

Debitor paratus quantum sua facultas fert ad soluendum, & rogans creditorem vt ei debitum remittat, id consecutus & à peccato & à restitutione liber est. 323. a Sed si non habet animum soluendi peccat. ibid. b Debitor à soluendo non excusatur eo quod creditor metu non petat, ibid. c Debitor in genere non liberatur speciei peremptione, sed sic speciei debitor, si absque fraude, dolo, & culpa petierit. 324. a pro Debito nullus inter Christianos iam vendi potest. 326. b Debitum occulte recipiens quod palam recuperare potest, peccat. 342. c

Debitum sibi iure occulte recuperare peccatum non est, quando alias illud recuperari non posset. 343. a A Debitore creditor si minoris pignus vendat, quam illi creditum fuit, potest repetere reliquum, & si pluris debet reddere. 379. b Debitum qui non vult recipere nisi tempore quo eius pretium crescit, peccat. 392. b

Debitum soluendum à se vel ab alio post annum quomodo emens peccat vel non. 343. b

Debita iuste emi possunt. 394. b

Debitor vnius rei soluendo aliam non liberatur. 476. c

Debitum in India contractum potest solui in Vrbe, deductis cambijs, quibus illud in vrbem transuehi constitisset. 305. a Debiti ad condonationem non necesse est offerre pecuniam præsentem quæ debetur. 305. c

Debita certa prius soluenda quam incerta. 309. a Nisi res incerta debita sit integra, ibidem. c Debitor qui soluendo ordinem præscriptum non seruat suæ conscientiæ non satisfacit. 207. c Nisi creditor petendo alijs sit diligentior. ibidem. c

Debitor sciens se debere creditoribus non priuilegiatis, & sua sponte soluens posteriori fraudans priorem, grauiter peccat. 308. c Debita quę ex contractu iusto facta sunt quoad restitutionem non differunt ab his, quę ex delicto sunt contracta. 311. b Debitorum ob non solutionem multi damnantur, credentes se non teneri ad ea soluenda, antequam per sententiam condemnentur. 315. c Debitor quoties nouum peccatum committit nō restituendo. 310. a Debitor qui potest totum soluere, & non vult nisi paulatim, non absoluatur. 316. a Debitum ex contractu vel quasi, non soluendum vbi petitur vel debetur. 304. c

Debitum ex delicto aut quasi soluatur vbi damnum passum est. ibid. c

Decalogus continet summam omnium quæ facienda sunt. 130. a Adhuc in noua lege perseuerat, ibidem, a Est veluti speculum in quo baptizatus vitam suam contemplari debet. Decalogo cur duo charitatis præcepta non comprehendantur. 131. b Præceptum primum decalogi quid comprehendat, ibidem, c Decalogi præcepta impleri possunt quoad substantiam operis ab eo qui est in peccato. 138. a

Decimam ecclesiasticam qui non soluit integre, cui debet, P. M. 79. a Decimarum soluendarum lex erat iudicialis partim, partim naturalis, ibidem. b Decimas qui non soluit, aut impedit solutionem, quomodo possit absolui ante earum solutionem. 480. c Decimæ non debentur quoad quotam iure diuino, sed solum quoad necessariam substentationem ministrorum, ibidem, b Decima triplex: prędialis, personalis & mixta, & quid sint hæ tres, ibidem, c Soluens de vnis fructibus decimam & de alijs non, vel minus quam decimam, non peccat si cōsuetudine rationabili ita sit receptum, ibid. c Personalis decima fere toto orbe non debetur, nisi in Hispania de quibusdam. 480. b Decimæ soluendæ non sunt deductis impensis, ibidem, c de Decimis Concil. Trident. constitutio, ibidem. c A Decimarum solutione concionator vel confessarius religiosus auertens est excommu-

communicatus. 481.a

Defendere proximum quis sub peccato tenetur. 633.a Qui non defendit consentiendo peccat, ibid. b Qui non tenetur defendere quomodo peccat non defendendo, ibid. b Defendere proximi bona quando quis tenetur, ibid. c & 634.a Defendere se & alios lege caritatis & iustitiæ qui teneantur, ibid. b Non defendentes ab iniuria, etiamsi non vere consentiant, præsumuntur. ibid. c Inter non defendere & non defendere cum consensu, & consentire, & auxilium præbere, quæ sit differentia. 635.a Non defendens proximum cur peccat, ibidem, c & 636.a Non defendens proximum quamuis peccet, cur in foro exteriori non puniatur. 637. d

Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ quomodo esse debeat. 234. c & 235. a Defensionis omissio quæ censuras & irregularitatem inducit. 637. b

Deformare *est aliquem occidere aut mutilare aliquo membro.* 846.a

Deformatio triplex est, mere voluntaria, mere casualis, & mixta, & quid sit harum vtraque. 852. b, c Deformatio prima inducit irregularitatem, sed non secunda. 854.a Mixta etiam secuta ex opere illicito lege iustitiæ, quod est caussa propinqua eius, inducit irregularitatem, ibidem, b Deformatio casualis, quæ ex opere licito licite facto nascitur, non facit irregularem, ibid. ex Deformatione casuali ex illicito opere secuta fit aliquis irregularis. 855. a Deformans embryonem & cadauer inanimatum non est irregularis. ibid. b

Delectatio morosa vt peccatū sit quatuor requirit, & quæ illa sint. 135. c Delectatio morosa vnde dicatur. 136. a Delectationi resistere quæ nascitur ex cogitatione peccati mortalis virtus est, assentiri peccatum, ibid. c & 137.a De his delectationibus confitendum, & quomodo. ibid. b

Delectari propter bonum quod sibi ex alicuius morte oriretur peccatum non est, sed sic delectari cogitatione homicidij. 240. b Delectatio ex copulæ cogitatione nascens quam habiturus esset cum aliqua, si esset eius vxor, P.M. 258.a

Delectari de bono effectu ex peccato nascenti quisque potest, modo de ipso peccato non delectetur. 477.c

Delectatio tenet delectantem in opere, & tristitiam remouet. 623.b

Deliberatio ad obligationem quæ sufficiat. 431.c

Delinquens non excusatur eo quod alius id fecisset. 289.b

Delictum quis parati sciens, & non reuelans, puniri debet. 636.c & 637.a

Delictum vt dicatur publicum non sufficit vt actus sit publicus, necesse est vt sciatur esse delictum. 875.c

Denuntians iudicibus proditiones, homicidia, & alia delicta cum protestatione, non est irregularis. 676.b

Denuntiare personas quando sufficit, admonitio generalis non est necessaria. 451. c

Denuntians quando non debet vel quando debet intentione mortali, vel omittens denuntiare quando debet, peccat. 656.b

Denuntiare iussus crimina vel debita debet parere, nisi legitima causa excuset. 659.c & 660.a

Causæ ob quas quis denuntiare non tenetur, ibid. a Qui non denuntiauit delicta cum debuit, tenetur cum non potest. ibi. b per Denuntiationem cum quid manifestari præcipitur, intelligitur de eo, qui scit & probare potest. 350.c

Depositum furioso, iratoue, vel in eo suum damnum abusuro nō reddendum. 315. a Nisi quando ex retentione multo maiora mala euentura crederentur. ibid. b Depositum apud Ioannem clam accipiens pro debito quod Ioannes ei debet, tenetur reddere. 343. b Depositum facta potestate depositario vt eo vtatur incipit esse mutuum. 367. b Deponens rem in pondere, numero, mensura, cum potestate vtendi ea & pacto lucri peccat. ibid. c Circa deposita quæ peccata committuntur, ibid. c Depositarius tenetur de dolo & lata culpa, non de leui vel leuissima, ibid. c & 368.a

Deponens pecuniam apud mercatorem, & salua sorte aliquid exigens certo tempore, est vsurarius. 398.c

Depositum custodiēs sponte an magis obligatur quī qui coacte. 92. c Deponens suos nummos apud nummularios vsurarios quando peccat, vel non. 228.a

Derisio *est significatio inordinata malicułpę aut pœnæ ad iniiciendam erubescentiam*, & graue peccatū est. b Grauissima

est in Deum & sanctos. ibid. b
Desiderare quædam licet, quæ non licet procurare. 256. b Desiderare malum pœnæ alicui non est peccatum. 464. a
Desperatio quę mortalis. 623. c
Detectio mali proprij, aut famæ neglectio quæ mortalis. 627. b
Detractio *est significatio alicuius mali cuiuspiam hominis eius canonizati inordinata, expressa, siue directa & indirecta, seu tacita* 435. b Detractor est qui ipsum infamat. 436. a
Detractio sæpius diuiditur. 437. a Est quandoque peccatum mortale, aliquando veniale. ibid. b
Detrahentem audiens plus & minus, & æque ac ille qui detrahit peccare potest. 441. a
Detractor est, non corrector, qui fraterna correctione præmissa alterius crimē malo animo Ecclesię denuntiat. 451. c
Detractor est qui seipsum infamat etiā tortus. 436. a Detractor non est accusator, aut iustè crimen detegens. 449. b
Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet parte. 6. c Deus est quicquid in eo est. 23. a Dijs deabusque gentium aliquid potestatis tribuere impijssimum est. 153. a
Deum creatorem omnium esse visibilium & inuisibilium fides est Catholica. 40. c Deum Patrem corporeum & Spiritum sanctum qui imaginantur docendi sunt. 8. b Quid significent figuræ, quibus Deus & incorporeæ res repræsentantur. ibidem. c Diuersa ratione diuersa sortitur nomina. 14. b Dei in cognitionem vel per creaturas, vel per prædicationem venimus, 19. c Dei cognitio haberi quomodo possit per cognitionem nostræ animæ. ibid. c & 20. b in Deo generatio & processio spiritualissimæ. 21. a Dei beatitudo Deus est. 23. c Dei cognitio communis quomodo habeatur. 24. c
Deum in raptu videre non efficit hominem beatum. 25. c
Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficile. 99. c
Deus facienti quod in se est gratiam concedit. 125. b Dei amor in hac vita qualis esse debeat. 132. b
Deus diligendus est plusquam creatura comparatiue & absolutę, & firmius, sed non intensius. 139. a
Deum colendum & honorandum ius naturale & diuinum præcipit, sed tempus non definit. 197. b
Deus pro sua bonitate nostris peccatis ad bonos fines vtitur. 22. a
Deus est sponsus virorum æque ac mulierum qui se Deo consecrarunt. 252. c Deus qua ratione clementiam suam exserat in eos qui omnino ei fidunt, & seueritatem in eos, qui proprijs viribus nituntur. 1041. b Diem dominicum Apostoli auctoritate sua cœperunt celebrare, & celebrandum indicere. 197. c
Dominicis diebus & festis omnes vnā missam & non plures, & non alia diuina officia audire tenentur. 205. b
Dominicis diebus quis ieiunans peccet, vel non. 478. c
Digitos non esse membrum demonstratur. 845. a
Diligens Deum, & credens se esse in statu gratię quamuis non sit, de diligendo Deum præceptum implet. 134. c
Diligere Deum possumus amore naturali. 135. a Diligens Deum principaliter ob beneficia præsentia vel futura, peccat. 139. b
Dilectionis Dei præceptum quomodo sit omnium maximū. 132. b, c Potest impleri hoc præceptum in hac vita, etiam in statu peccati quoad substantiam. 133. a Quando implendum est sub noui peccati pœna in hac vita. ibid.
Discordia *est vitium inclinans ad ostendendum nostram voluntatem voluntati alterius præstare.* 553. b Per discordiam quomodo quis mortaliter peccet. 559. b, c
Dispensationem voti impetrans, vel in eo dispensans sine iusta caussa, peccat mortaliter. 108. b
Dispensare, irritare, & commutare votum quomodo differant. 183. b
Dispensandi & commutandi votum potestatem habens potest imponere aliquid loco voti ipsi vouenti. 184. a Dispensare & commutare vota soli prælati possunt, irritare vero plurimi. ibid. a Dispensans, commutans, & irritans votum quando non potest, peccat. 188. a
Dispensare super quinque votis solus Papa potestatem habet. 189. b In cęteris prælati eo inferiores possunt dispensare. ibid. c
Dispensandi potestatem habens non habet.

habet commutandi, nec contra. 191. c
Dispensare in votis religiosis quinam, & in quibus possunt. 192, c
Dispensari potest virtute cruciatæ in votis post ipsam emissis. 193. c Dispẽsare in ieiunio cuius sit. 476. a Dispensatus vt plures in die comedat non videtur dispensatus vt carnes comedat. ibid. b
Dispensatio in matrimonio raro danda, & quas ob causas. 545. b, c
Dispẽsat Papa aliter quam Episcopus, etiam in quo vterque potest. 675. b
Dispensare super voto qui potest non potest super iuramento. 103. b Dispensationis vna iusta causa est leuitas vouentis. 190. c
Dispensat cum illegitimo ad minores Episcopus, ad sacros autem solus Papa, 673, c & 673. a Dispensatio difficilius datur post cõtractum matrimonium in casu prohibito, quam post contrahendum. 545. c Dispensatio iusta à peccato contra legem diuinam & humanam excusat. 51. b
Quæ dispensatio iusta. ibid. c
Dispensatio sine causa legis humanæ valet, à peccato tamẽ nec dispensans, nec dispensatus excusantur. ibid. b
Dispensatio est relaxatio legis caussa cognita ibid. c Dispensatio inferioris circa legem superioris sine iusta caussa, non valet. 52. a
Dispositio non cessat cessante vna ex duabus causis eius finalibus. 339. c Dispositio pœnalis in dubio de minore pœna intelligenda, excepta excommunicatione. 757. c
in Dispositione dubia mitior eligenda est. 757. b Disputare de fide laicis quando sit peccatum mortale. 145. a
Distributor onerum & commodorum alicuius communitatis contra iustitiam distributiuam vt peccat mortaliter. 334. b
Diuertere ob quę potest coniux à coniuge, & quæ non. 509. b
Diues qui gratuito contractu recipit à beneficiario aliqua, sciens non esse patrimonialia P. M. 332. b Diuites qui agros colonis suis locant pluris iusto pretio ridido ob aliqua commoda eis præstita reducuntur. 384. c
Diuitibus Regibus mutuantibus ad vsuram quid consulendum. 428. a
Diues quando ad eroganda superflua cogi potest. 575. a
Doctor diebus festis consulere & prælegere potest. 203. c.
Doctor crudeliter scholasticum castigans, vel qui simpliciores contemnit, peccat. 664. c
de Doctoribus Tridenti definita. ibidem.
Doctor religiosi quis excommunicatus 802. a Doctor lauream magistralem indignus accipiens, vel principaliter propter honorem quomodo peccat. 663. a
Legens scripturam peccato mortali infectus P. M. ibid. Scholasticos admittens excommunicatos vel prauis moribus vtentes, quando peccat ibid. b Doctor legum vel medicinæ religiosum, presbyterum, vel clericum, vel doctor Theologiæ religiosum sine licentia sui prælati admittens excommunicatur ibid. c Inducens scholasticos alterius vt se audiant, peccat, ibid. Die festo prælegens quando peccat. 664. b Exigens stipendium quando peccat. ibid. b Præbendam cum pacto docendi accipiens est simoniacus. ibidem. c
Dolor de peccatis maximus esse debet quoad æstimationem. 56. c
Dolere de peccato plus aliquis debet eo quod sit offensa Dei, quam quod incommodet. 58. c Dolor sensus ad contritionem minime necessarius. 62. c
Nec rationalis debet esse intensior quouis alio dolore ob alia incommoda. 63. a
Nec nimius. ibid. b
Dolus est *machinatio seu circũuẽtio ad decipiendum alium adhibita*. 336. a Est duplex, vnus verbis, & vocatur fallacia, & alter rebus, qui dicitur fraus ibid. a Diuiditur in verum & præsumptum. ibid. a
Dolus, metus & fraus omnem contractum irritum vel irritandũ faciunt. 460. a
Dolus item quid, & eius species. 576. a
Doli actio non datur ob furtum quandocunque, etiam si illud quandoque ad P. M. perueniat. 280. b
Dolia aut alia vasa vitiosa scienter dãs aut vendens, P. M. 375. b
Domus quæ gaudens priuilegio Ecclesiarum, ne ex eis rei extrahantur. 649. b
Domicilij ratione subiectio maior est quam ratione originis. 803. b
Domini seruorum salutem notabiliter negligentes P. M. 217. b
Et seruorum errata ad ea corrigenda notabiliter scire negligentes. ibid. b
Et eos vxores ducere prohibentes. ib. c
Dominus rei quis dicatur, cui rei alienæ restitutio facienda est. 293. a

Dominus tradens seruum vel seruam matrimonio cũ libera vel libero videtur eam manumittere. 510. c Dominus matrimonio serui consentiens,& non dans ei ad debitum reddendum locum,peccat. 511. a

Potest eum vendere post matrimoniũ contractum, sed nõ in regiones remotas, ibid. b Domini terrarum in quibus prognati à Saracenis degunt,tenentur parochos sustentare,& ad inquisitores eos deferre, qui mahometicis superstitionibus vtuntur. 653.b

Dominium rei per vsuras quæsitæ trãsit in vsurarium.407.c Et rei emptę transit in emptorem.408.a Dominij translatio per simoniam solo iure diuino non impeditur. 597.a

Dominium vnius rei esse penes plures in solidum iura non patiuntur.313.a Dominus omnis eius rei non est,quam licite consumit.314.b Dominus rei consumptæ eam aliquando tenetur restituere ibidem, c Dominium directum habere is dicitur qui proprietatem rei sine vsufructu habet, dominium vero vtile qui sine proprietate habet ius fruendi re perpetuo vel pro sua vita. 364. b Dominium directum habens quando fructus pignoris dati in emphyteusin caperepossit.390. c Dominium rei venditæ per vsurarium transit in emptorem.408.a Dominus cui restituenda res est quis dicatur. 292.c

Donatio mariti de mobilibus etiam sine consensu vxoris valet, non autem de immobilibus.358.c Donatio quæ non ex mera liberalitate, sed ex necessitate quærendi pecuniam datur,non est vera.399.c Donatio & transactio non valet, quæ non fit animo libero.281. c Donare non possunt Abbates, religiosi,moniales,serui, & alij. 338. c Donatio patris facta filio, qui est in ipsius potestate non valet, nec contra nisi in certis casibus. 355. a Donatio patris & matris non remuneratoria,si excedat quantitatem de qua partes disponere possunt, reuocanda est,ibidem,b Donatio à marito facta vxori post contractum matrimonium non valet, & reuocari potest. ibid.c

Nisi in quibusdam casibus. ibid.c

Donare licet cum pacto, vt si donatarius ad tantum tempus vixerit duplum reddat.390. c Dotem ab vsurario datam quomodo quis retinere poterit. 430.a

Dos tota vxori reddenda,licet ornatus fuerit nimius. 358.a Dotis ob solutionẽ dilatam vt lucrum accipere liceat. 388.a

Dubia sunt in bonam partem interpretanda.36.a in Dubio pars tuta eligenda quomodo intelligendum. 896. b Dubitans de fide pertinaciter peccat mortaliter,subreptitia dubietas vel nõ est peccatum,vel veniale tantum. 140.c

Cum dubitatur an aliquid sit mortale, nec ne,securior pars eligenda: cum vero an aliquid sit dandum vel faciendum benignior. 711. b

Dubitatio est *cognitio duarum rerum contrariarum, neutram earum iudicando certam.* 895 a

Dubius deponat dubium antequam iudicet, consulat aut agat. 897. b Dubitare quis potest de vna re ad vnum effectum & ad alium effectum minime. 526.a

Duellum qui prouocatus acceptat,peccat mortaliter,nisi in duobus casibus,150. c de Duello quæ Tridenti definita. 151.a

ad Duella illicita vel torneamenta illicita procedens P.M. 239.b

Duella licita quæ ibid.c Duellis etiam qui interest peccat ibi. c Duella militum 10.ad 10. vel 20.ad 20. possunt esse licita vel non. 249.b,c

Duellum quibus pœnis & à Concil. Trident. & ab alijs prohibitum. 813. a Duritia cordis quid sit,quando peccatum mortale. 575.c

E

EBrietati se ipsum scienter dedens, & procurans vt alter inebrietur, P. M. 621. b

Ebrius iudicio carẽs alium deformans etiam sua culpa non est irregularis.858.c

Ecclesiæ priuilegio ne rei in ea capiantur, quæ loca sacra & profana gaudeant. 649. b Quæ loca eo priuilegio includuntur. ibid.c

Ecclesię Christianę praxis cogit seruos redire ad suos dominos. 338.b

Ecclesiæ principalia præcepta quinque, & quę illa. 464.c Ecclesiam adiens principaliter ad videndum fœminam potest etiam præcepto de audienda missa satisfacere. 469.b

Ecclesiæ priuilegio ne ab ea rei extrahantur, qui & quot horninum genera non

non gaudeant. 648.a,b
Ecclesiæ parochiales plures, vel vna parochialis & altera cathedralis ab eodem retineri non possunt. 706.c
Ecclesia in sex casibus polluta censetur, & primo cum intra eam sanguis humanus iniuriose effunditur, aut caussa eius effusionis, aut mortis datur. 875. c & 876. a II. Cum in ea semen humanum effunditur voluntarie. 877.a III. Quando excommunicatus in ea sepelitur IIII. Quando infidelis in ea sepelitur V. Quando per excommunicatum episcopum cõsecratur & VI. Quando parietes eius incrustantur, sed hic non tenetur, ibi. b Ecclesia non polluitur ob occultam sanguinis vel seminis effusionem. 876.c Ecclesiæ facies quæ olim & quæ nũc dicitur. 533. b in Ecclesia quæ fieri non debeant. 471. a
Eleemosyna aliquid per simulationem acquirens quando tenetur illud restituere. 339. b, c Eleemosynæ caussæ finales duę, amor Dei, & necessitas proximi, ibidem, c Eleemosyna interdum sumitur pro re & interdum pro opere. 625. c Eleemosyna spiritualis melior est corporali, & quando corporalis est de præcepto. 626. b Eleemosynam dare nisi extreme egenti nemo tenetur. 627.b
Eleemosynę encomium per preteritionem, ibid. c Eleemosynam de superfluo naturę vel personæ quando quis facere teneatur. 328.a
Eleemosynam quando vxor inuito marito largiri potest. 357.a
Eleemosynam præstat in vita facere quam eam faciendam hęredibus relegare. 628. a
Emanuel Sa doctor Societatis Iesu laudatur. 422.c
Electio bona opinionis dubię pro scrupulosis quomodo fieri possit. 898.c
Emens rem alienam bona fide, post quam rescierit, reddere illam venditori potest, & pretium recuperare. 284.b Non tenetur eam vero domino restituere. ibidem. b Emens rem alienam ignorantia crassa & supina non excusatur a restitutione & peccato. 325.a
Emens aliquid & dicens se pluris emisse, vt sibi illud plus retineret, P. M. 334. b Emens minore iusto pretio ob anticipatam solutionem, & vendens maiore propter dilatam sunt vsuratij. 384. b, c Emens triticum ante messem minoris ob anticipatam solutionem quomodo peccet. 393.b Emens aliquid cum pacto de retrouendendo simulate peccat, sed non si sine simulatione id fiat. 400. a Emi, vendi, & promitti res nondum nata potest. 416.c
Emptionem iniustam non facit venditoris necessitas. 578. b Emere minoris prædium licet cum pacto vt venditor quandiu vixerit fructus eius percipiat. 871. b Emere vili pretiosam rem ab existimante rem vilem, P.M. 481. a In emphyteusin rem Ecclesię habens, si pensionem soluere desinat per duos annos eam rem amittit, si vero rem priuatæ personę, ad tres annos solutionem differens eam perdit. 372. b
Emphyteusin donans non tenetur soluere in foro conscientię laudemium, sed vendens sic. 571. a Emphyteusis amissio quomodo possit esse pendens. 598.a
Epilepticus etiam semel hoc morbo infectus nunquam ordinari potest. 842 b
Episcopus an dispensare possit super voto ingrediendæ religionis, si hoc vel illud peccatum admissum sit. 372.b,c
Episcopi quomodo possint in voto continentiæ dispensare. 190.a
Episcopus præcipere non potest vt diebus festis non laboretur in necessitate. 204. c Episcopus potest dispensare cum coniuge voto obstricto ad petendum debitum. 270.c
Episcopi bonorum incertorum restitutionem quomodo sibi reseruent. 300. b Episcopi quando se bonorum incertorum restitutioni immiscere debeant. 330. b Episcopi excommunicatio, qua innodantur qui alicui nescienti res subtraxerint, non comprehendit eos, qui eas pro debito legali subtraxerunt. 342. c
Episcopo monenti, vt furtum reueletur, obediri non debet nisi correctio fraterna præcedat. 350. c & 351.a
Episcopus seipsum infamans, & suæ infamiæ non resistens, P.M. 453.b
Episcopus non potest præcipere, vt quisque missam in sua parochia audiat. 468. b Episcopus dispensat ad matrimonium cum his qui se incestu polluerunt. 538. c Episcopus ordinans aliquem impedimento notatum, in quo potest

dispensare, ipso facto non dispensat, sicut Papa, & cur. 675. b in Episcopum promotus quomodo consecrari debeat. 699. b Episcopus abesse à sua Ecclesia quando potest. 702. c Episcopus non potest excommunicare suos subditos extra suum territorium. 734. a Episcopos non afficit suspensio quando de eis non fit peculiariter mentio. 735. a Episcopos è suis terris exire iubentes, & lictores iussa exequentes, & alij similes excommunicantur. 765. b

Episcopus dicitur qui est consecratus non electus. 766. b Per se suis manibus clericos punire non debet. 778. c Episcopus potest ab omni irregularitate occulta dispensare excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & quæ ad forum contentiosum pertinet. 854. b

Episcopalem iurisdictionem habens in votis suorum subditorum quomodo dispensare possit. 189. c

Episcopi inquirere debent an clerici gabellis grauentur. 377. b

Epistolæ apertio quæ mortalis. 449. c

Euagatio mentis quando peccatum mortale constituat. 624. c

Eucharistiæ sacramentum est polyonymum. 499. b *Est sacramentum quod sub specie panis & vini, vel alterius eorum verum corpus & sanguinem Iesu Christi continet.* ibid. b De Eucharistia definita Tridenti. ibid. c Eucharistia non danda damnato ad mortem nisi vt in vrbe fit. 651. c

Eucharistia ægrotanti, & phreneti laboranti si antea contritionis signa dederit, dari potest. 724. c

Excommunicatio minor non incurritur communicando cum excommunicato ob eius animæ salutem. 126. c

Excommunicatio generalis contra omnes qui furantur, comprehendit eos qui furtum faciunt pertingens ad quantitatem peccati mortalis. 281. b

Excommunicatio non ligat, nisi quos & quot vult qui excommunicat, aut qui eam petit. ibid. b

Excommunicatio quæ potest esse pendens & quomodo. 597. c Excommunicatio *est censura, quæ priuat communione sacramentorum, vel communicatione sacramentorum & hominum*, & est duplex, maior & minor, & quid sit vtraque. 730. c Item generalis & specialis & generalis duplex, lata à iure, & ab homine, & quid sit vtraque. 731. a Inter has duas quod sit discrimen, ibid. Item iusta & iniusta, & quid sit vtraque. ibid. b

Quid operetur iusta, ibid. Iniusta diuiditur in validam & inualidam, & quid sit vtraque, ibid. c Iniusta item valida diuiditur in iniustam defectu rectitudinis, & defectu causæ, & quid vtraque operetur. ibid. c Iniusta defectu causæ vera est excommunicatio. 732. a

Excommunicatio iniusta in quinque casibus nulla, & qui illi sint, ibid. b, c Excommunicare qui possunt iure communi. 733. b

Excommunicare non possunt mulier, laicus, neque quis seipsum. 734. a In excommunicatione ferenda qui peccent mortaliter. ibid. c

Excommunicari nemo debet nisi ob contumaciam mortalem, aut ob futuram inobedientiam mortalem. 735. b

Excommunicatio lata à canone aut statuto non requirit monitionem. ibid. b De rebus perditis non dari debet nisi ab episcopo. ibid. c

Excommunicatus per annum de hæresi suspectus. 736. b Excommunicatio nisi præcedente monitione ferri non debet, nisi sit periculum in mora, ibid. c Sub conditione lata non ligat ante eius implementum, neque eum quem excommunicans ligare non intendit. 737. a

Eius nulla certa forma est. ibid. b

Excommunicatus statim non erit non parens canoni vel iudici sub pœna excõmunicationis, cum ea non detur verbis futuri temporis. ibid. c

Excommunicari non potest, nisi homo baptizatus, mortalis, habens superiorẽ; & proinde multi excommunicari non possunt. 728. a

Excommunicatione generali non includitur, quem proferens non intendit, nec quis si non soluat infra terminum excommunicatur, si illud prorogetur. 739. b

ab Excommunicatione quomodo & quatenus ignorantia excuset. ibi. c

Excommunicatio quam tollit communicationem & quam non. 740. a

Item à quibus officijs, & precibus, & commercijs excludat. ibid. c Eius alij effectus quamplurimi. 841. a

Excommunicatio minor solum priuat partic

participatione sacramentorum. 842. c & 843. a Excommunicatione minore innodatus potest dare sacramenta, audire Missam, & alia multa, ibid. b Solum per ius fertur, idque in octo casibus, qui tamen vno dempto non sunt in vsu, scilicet *participatio cum excommunicato.* ibid. b

Excommunicatio non transit in tertiã personam, ibid. b Excommunicatio minor non incurritur ab his, qui hoc versiculo designantur: *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* ibid. c

cum Excommunicato participatio non est plus quam venialis, nisi in aliquibus casibus. 744. b cum Excommunicato participans in delicto, ob quod incurritur excommunicatio ante illud non excommunicatur, sed post sic. 745. a Excommunicato ingrediente Ecclesiam Missæ tempore quid faciendum, ibidem. b cum Excommunicato non denunciato, nisi ob crimen notorium communicare licet, ibid. c

Excommunicatus denunciatus semper vitari debet, donec saltem de illo constet. 746. b cum Excommunicato timore mortis communicare licet, nisi quando ex hoc contemptus clauium Ecclesiæ sequeretur. ibid. c

pro Excommunicato orare quomodo sit P.M. 747. a cum Excommunicato participantes contra præceptum iudicis, P. M. ibid. b

cum Excommunicato orare quando sit peccatum mortale vel non, ibidem, b Excommunicati actus extraiudiciales etiam denunciati valent irregulariter. 748. a.

Exceptis his quæ pertinent ad iurisdictionem ecclesiasticam humanam, ibidem, b Excommunicatus semel semper præsumitur talis. 751. a Excommunicati à iure vel homine, si casu aliquo absoluantur ab eo à quo non possunt, se præsentare ei debent qui eos potest absoluere quam primum possunt, ibidem. c Excommunicationes iuris veteris quot & quam paucæ. 753. b Sed postea earum numerus auctus nimium est, ibidem. c Excommunicatio non debet extendi de vno casu in alium. 754. a

Excommunicatio. I. Bullæ est in hæreticos eorum credentes, & fautores, & libros eorum legentes. 756. b

II. In Schismaticos, & eos qui se ab obedientia Rom. Pont. subtrahunt. 758. b

III. In appellantes ad futurum concilium. ibid. c

IIII. In piratas & latrunculos maritimos. 759. a

V. In naufragorum bona diripiẽtes. ib. b

VI. In noua pedagia imponentes, ibidem. c

VII. In falsatios litterarum Apostolicarum. 760. b

VIII. In prohibita ad Sarracenos deferentes. 761. b

IX. In impedientes in Rom. curiam victualia deferri. 764. a

X. In vexantes Romipetas. ibid. b

XI. In eos qoi non habentes iurisdictionem in curia eam vsurpant. 705. b

XII. In capientes & carcerantes Cardinales & similes. ibid. c

XIII. In impedientes cursum causarum Rom. curiæ. 766. b

Quot & quæ hominum genera hac excõmunicatione comprehendantur. 767. a

XIIII. In Iudices iurisdictionem ecclesiasticam vsurpantes, ibid. b, c

XV. In iudices seculares personas ecclesiasticas ad sua tribunalia pertrahentes. 768. b

XVI. In impedientes cursum causarum ecclesiasticarum. ibid. c

XVII. In bona ecclesiastica inuadentes. ibid. c

XVIII. In exigentes prohibita ab Ecclesiasticis. 769. a

XIX. In iudices in personas ecclesiasticas iurisdictionem vsurpantes. ibid. c

XX. In inuadentes terras Rom. Ecclesiæ. 771. b

XXI. In inuadentes bona mobilia sedis Apostolicæ tempore vacationis. ibid. c

XXII. In eos qui absoluunt ab excommunicationibus in bulla contentis. 772. a

Excommunicationes reseruatæ Papæ præter bullam cœnæ, quarum I. Est in transgressores canonum. 774. c

II. In violentas manus in clericos vel monachos injicientes. 775. a

III. Lata à delegato lapso anno.

IV. In falsarios.

V. Lata ab episcopo in habentes bullas falsas.

VI. In clericos communicantes cum excommunicatis à Papa. 793. a

VII. In incendiarios ab Episcopo ex-

communicatos & denuntiatos. ibidem. c
VIII. In sacrilegos effringentes & spoliantes ecclesias. ibid. c
IX. In eligentes in senatorem aliquem regem aut magnum principem. 784. b
X. In clericos laicis decimas pendentes, sed reuocata. ibid. b
XI. In percutientes Cardinales & auxiliantes. ibid. b
XII. In vexantes eos qui aliquam tulerunt excommunicationem. 785. a
XIII. In Inquisitores in officio suo nō recte procedentes. ibid. c
XIV. In religiosos sine licentia parochi certa sacramenta ministrantes. 786. a
XV. In religiosos, qui inducunt aliquem ad vouendum eligere sepulturam in sua ecclesia. ibid. c
XVI. In nobiles qui cogunt celebrare diuina tempore interdicti. 787. a
XVII. In eos, qui absoluunt ab aliquo quinque votorum. ibi. b
XVIII. In eos, qui exenterant mortuos ad eos conseruandos. ibid. b
XIX. In eos qui dant aut accipiunt aliquid ob ingressum in aliquod monasterium. ibid. c
XX. In committentes simoniam in ordine vel beneficio. 788. a
XXI. In mendicantes transeuntes ad alios ordines excepta Carthusia. ibidem. b
XXII. In accipientes aliquid in curia Romana pro iustitia vel gratia obtinenda. ibid. b
XXIII. In eos qui asserunt peccatum mortale esse dicere B. Virginem conceptam esse sine peccato. ibid. c
XXIV. In commissarios qui male probant alienationem bonorum ecclesiasticorum. 789. b
XXV. In ingredientes monasteria mulierum ordinis Prædicatorum & minorum, & eis ordinibus iniuriam inferentes aliquam. ibid. b, c
XXVI. In eos qui peregrinātur in Hierusalem sine licentia Papæ. 790. b
XXVII. In Cardinales reuelantes de secreto actis in consistorio Papæ. ibid. b
XXVIII. In eos qui prædicant miracula falsa. ibid. b
XXIX. In Cardinales qui ausi fuerint attentare, vt Papa non sine simonia eligatur. ibi. c
Excommunicationes Episcopis reseruatæ sunt tres, & duæ aliquando, & quæ illæ sint. ibid. c
Excommunicationes nemini reseruatæ, quarum I. est in Iudices ius Ecclesiasticis non reddentes.
II. In non bene electum in Papam, & electioni suæ consentientem. 792. a
III. In episcopum qui in ciuitate diuersarum linguarum suscipit gubernationem eorum qui sunt suæ, antequam ab alio suscipiatur. ib. b
IV. In scholasticos Bononienses. ibid. c
V. In imponentes talias Ecclesiasticis. ibid. c
VI. In religiosos vel clericos qui audiunt leges vel medicinam. 793. b
VII. In clericos suscipientes præfecturas seculares. ibi. c
VIII. In eos qui obseruari faciunt statuta vel consuetudines contra libertatem ecclesiasticam. ibid. c
IX. In mittentes literas ad Cardinales in conclaui congregatos. 794. a
X. In magistratus eius loci vbi Papa creandus est, & in eos qui vexant ecclesiasticas personas, eo quod non elegerint quem voluerint. ibid. b
XI. In vsurpantes ius custodiendæ alicuius Ecclesiæ vacantis. 795. b
XII. In directorem electionis monialium. 797. b
XIII. In partē incitantē conseruatorē ad procedendum contra quod debet. ib. c
XIV. In eos qui extorquent absolutionem à censuris. 797. a
XV. In eum qui fingit casum, quo iudex vadat ad mulierem. 798. a
XVI. In eos qui compellunt prælatos laicis bona ecclesiæ submittere. ibid. b
XVII. In eos qui instituunt nouum ordinem religionis. ibid. c
XVIII. In dominos qui prohibent subditis ne vendant vel emant aliquid à clericis. 799. c & 800. a
XIX. In religiosos qui temere habitum relinquunt. ibid. b
XX. In religiosos qui vadunt ad studia sine licentia sui prælati. 801. b
XXI. In doctores qui docent religiosos medicinam vel leges. 802. a
XXII. In sepelientes hæreticos in loco sacro. ibid. b
XXIII. In eos qui inquisitores non adiuuant in deprehendendis hæreticis. ibid. c

XXIV. In interficientes Christianos per assassinos. 805.a
XXV. In clericos vsurariæ prauitati quatuor modis fauentes. ibid.b
XXVI. In eos qui concedunt repressalias in clericos. ibid.c
XXVII. In eos qui capientes fructus impediunt &c. 805.b
XXVIII. In sepelientes excommunicatos vel vsurarios manifestos. ibid.b
XXIX. In religiosos, qui decimas sibi appropriant. 806. a
XXX. In eosdem ad aulas principum proficiscentes. ibid.b
XXXI. In eosdem arma in claustra tenentes. ibid c
XXXII In impedientes monialium visitationem. 807.a
Excommunicatio. XXXIII. In mulieres quæ statum Beguinarum sequuntur. ibid. b
XXXIIII. In contrahentes matrimonia in certis quibusdam casibus prohibitis. ibid.c
XXXV. In inquisitores qui illicite sumunt pecuniam ratione sui officij. 808. b
XXXVI. In magistratus qui statuunt vt vsuræ soluantur. ibid.c
XXXVII. In mendicantes qui accipiunt nouas domos. 809.a
XXXVIII. In religiosos concionantes vt auertant à soluendis decimis. ibid.b
XXXIX. In eosdem qui nullum de non soluendis decimis confitentibus scrupulum faciunt. ibid.c
XL. In eosdem qui non seruant interdictum matris Ecclesiæ. 81.a
XLI. In impugnantes literas Papæ, antequam coronetur. ibi.c
XLII. In commentantes clement. *Exiui.* 811.a
XLIII. In imprimentes vel facientes libros imprimi sine licentia. ibi.b
XLIV. In impedientes ne legati vel nuntij Papæ recipiantur. ibid.c
XLV. In alienantes bona Ecclesiæ. 812. a
XLVI. In mulierum raptores. ibid b
XLVII. In cogentes ad matrimonia. 813. a
XLVIII. In cogentes mulieres religionem ingredi. ibid.a
XLIX. In impedientes eas religionem ingredi. ibid.a
L. In concedentes locum ad duellum. ibid. b
LI. In duellum committentes vel spectantes. ibid.b
LII. In non habentes pro authenticis libros S. Scripturæ. ibi. c
LIII. In ingredientes monasteria fœminarum sine debita licentia. ibid.c.
LIV. In eos qui inquisitores in suo officio quomodocunque molestauerint. 814. b
LV. In eos qui crimen in Cardinales commissum vel committendum Papæ vel ordinario non reuelauerint. ibid.c
LVI. In accipiētes aliquid ex fructibus primi anni beneficij vacantis. ibid.c
LVII. In moniales exeuntes è monasterio sine caussa. 815.a
LVIII. In capientes Christianos in seruos. ibid.a
LIX. In principes non parentes Cardinalibus inquisitoribus generalibus Romæ. ibid.b
Excommunicatio minor quamuis sufficiat ad peccandum, non tamen ad irregularitatem incurrendam. 865.a
Excommunicatus celebrans diuina officia est irregularis, non autem officia iurisdictionis. 876.b
Excommunicatio Episcopi etiam ipso volente non ligat extra episcopatum. 874. b
Excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrotrahitur, ibid.b
Excommunicationis pœna non incurritur ab ignorante eam esse tali statuto positam. ibid.c
Executor sententiæ sciens esse nullam & irritam peccat exequendo, sed non validam, sed iniustam. 647.c Executor testamenti non soluens debita vel legata, P. M. 668.b Vel etiam nimis tardans, ibid. c Exigere est *extorquere à nolente soluere.* 700. b
Exactor iurium illicite impositorum vt peccet. 377.a
Exemptus hodie multo plus subiacet ordinario quam olim. 846.c
Extremæ vnctionis sacramentum est *sacramentum quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, certa verba cum debita intentione proferendo.* 501. c Quibus hoc sacramentum sit ministrandum vel non. 502.b Materia & forma huius sacramēti, ibid. b

ibid. b Hoc sacramentum ad venialia maxime institutum, fieri tamen potest vt mortalia crimina remittat, ibid. c Per illud quis damnandus saluari potest, ibid. c Quare morienti senio vel morbo & non alteri conferatur, ibid. 503. a De eo Tridenti definita, ibid. b Extreme petenti satisfit mutuando non donando. 513. b

F

Facit qui per alium, non vere sed ficte videri facere. 754. c

Fallacia species doli est quæ fit in verbis. 366. a

Falsarius literarum episcopi vel nuntij non est excommunicatus. 761. a

Falsans literas Papæ quando excõmunicatus est excõmunicatione Papali. 362. b

Falsans pondera & mensuras, subscriptionem & sigillum. ibid. c

Falsarius nummorum in substantia, pondere, mensura, aut falsis vtens, P. M. 362. a Falsis reliquijs aut miraculis, aut veris turpis lucri gratia. 363. a

Fama *est existimatio bona de aliquo, qua existimatur bonus vel habilis in aliquem vsum bonum.* 436. b

Fama duplex, altera qua putatur bonus, & qua vtilis. ibid. c

Fama maius est bonum quam quodlibet pecuniæ bonum, nec cum eius iactura facienda est restitutio. 326. c Quod datur pro compensatione famæ, non datur pro solutione ipsius sed pro damno. 327. c

Famam qui illustri familiæ abstulit, eam compensare cum vitæ periculo non tenetur. 328. b

Famę cum iactura restitutio bonorum pecuniariorum fieri non debet. 329. a Fama virium naturalium pretio æstimabilis, non autem est virtutum, ibid. b Famæ restituendę obligationis condonatio non solum potest esse iusta, sed etiam meritoria. 443. b Famam mulier honesta pluris facit, quam libertatem. 328. b Famã qualis mali relator restituere tenetur. 447. a Famæ damnum notabile quodnam sit. 436. b Famæ ablatio non tollitur cõpensatione reciproca. 445. b Fœminam qui manu ducens non absoluendus. 89. b

Famulum alicuius odio prosequens, & faciens vt herus eum dimittat, quãdo tenetur ad restitutionem. 318. c

Famulæ cum heris peccantes sine separatione quando absolui possunt. 87. a Quomodo se gerendum sit cum his quæ reciderunt, ibid. b Famula ab hero fugere potest cui se non posse resistere putat. 264. b Vel certe eum ad eam vendendam compellere. ibid. c

Famulum habens ad ei seruiendum omnibus horis obligatum, victum & vestitum ei prębere debet. 343. a Si vero ci tãtum famulus certis horis vel certo tempore inseruiat, nõ tenetur nisi ad certam mercedem, ibid. b Famuli qui capiunt occulte esculenta à dominis nõ peccant, sed sic si ea ad dandum alij accipiant. 352 b Qui capit vno die minutatim quid, & sic alijs peccat venialiter, & tenetur ad restitutionem, ibi. b Famulus qui non expresse iuuat peccatum, neque in id consentit, quamuis inseruiat peccanti non peccat. 415. c

Ferrum quid signet in bulla. 763. a

Festa Sanctorum quibus ludis maxime exhilaranda. 245. c & 246. a Festo die viator per locum transiens vbi festum celebratur Missam audire debet. 200. b

Festis diebus contritio bona, sed non necessaria. 105. b

Festis diebus quæ opera pietatis fieri possint, vel nõ. 198. c & 199. a Diebus festis tam licite fieri potest ob pecuniam, quam gratis, id quod in eo fieri conceditur, ibi. b Dies Festi seruandi in vnaquaq; regione qui ibi lege vel consuetudine seruantur, ibi. c Dies Festos regionis in qua degit quisque seruare tenetur. 200. a

Festis diebus euntes ad ea loca vbi nõ celebrantur laborandi gratia non peccãt. ibid. b Festis diebus laborantes qui peccent mortaliter. 201. a Et qui quotue laborantes excusentur. ibid. b Diebus festis in Festorum contemptum aut Ecclesiæ laborare nullus debet. 202. a Vendere aut emere diebus festis quatenus liceat, ibi. b Tondere die festo quantũ liceat, ibi. c Et piscari, ibid. c Laborare in subsidium pauperum diebus festis vt liceat. 203. a Ad se sustentandum licet modo id occulte fiat. 204. c Venans audita Missa diebus festis non peccat. ibi. c Diebus festis Christiani grauius Deum offendunt, quam reliquis hebdomadæ diebus. 204. a In necessitate sine licentia Episcopi laborare licet, ibid. c & 205. a Festis diebus audita Missa ludens vel saltans coram ijs, qui eam non audierunt, P. M. 236. a Festi dies omnes

omnes iure humano in Ecclesiam introducti. 197 b

Festi dies Christianorum non ita stricte celebrandi ac olim. 198.a Diebus Festis exterior tantum cultus, non interior præcipitur, ibi.b diebus Festis opera seruilia prohibentur, & quę illa sint. ibid.b

Septem opera seruilia diebus festis licita, ibid.c Et quinque opera non seruilia prohibentur. 199.a

Opera necessitatis non pietatis ijs diebus fieri possunt. ibi.b

Fidei cognitio ex parte intellectus imperfecta est. 25.b de Fide in veteri Testamento præcepta data non sunt, quãquam sine ea Deo placere impossibile fuerit. 140.a Fides explicita post Christi aduentum necessaria. 141.c

Fidem negans verbo & non corde, P. M. Non tamen hæreticus est, nec excommunicatus. 146. b *In malis promissis rescinde fidem.* 169.a

Fideiussor potest accipere aliquid pro fideiussione. 416. a Hoc autem intelligitur modo sit sine fraude & dolo, ibid. b Fides *est cognitio qua firmiter esse iudicamus id quod non videmus.* 894.c

Filius ingressus religionem etiam professus quando tenetur egredi ad subueniendum patri in necessitate constituto. 213. a

Filius odiẽdo parentes, damnũ aliquod notabile eis optando, P. M. ibid.b Vel qui eis signa amoris non ostendit, eisque in rebus ad regimen domus, vel ad bonos mores pertinentibus non obedit. 212.a

Vel leuiter percutit, vel maledicit eo animo, vel eos accusat alicuius criminis, vel eos contemnit. 212.b Vel eorũ mortem optat, vel eis in necessitate constitutis non opitulatur, ibid. c Filius quando tenetur ex præcepto patris vxorem ducere. 213. b Filius male parta à patre nõ restituens, vel debita, vel pia eius legata nõ soluens, P. M. ibid.c Filij parentibus viuentibus quatuor peculiorum genera habere possunt, & quæ illa. 353 c

Filius de bonis paternis tanto plus debet habere, quanto plus in eis quærendis laborauit. 355.a

Si tamen pater non dat, non habebit, ibidem, b Filius familias quæ vota possit edere inuitis parentibus. 187.a

Filij vel filię renuntiatio legitime quãdo valet vel non. 356.b

Filius quas impensas studiorum causa factas in legitimam computare teneatur. 360. b

Filij quinam sunt legitime in matrimonio putatiuo geniti. 526.a

Filius qui patri viuenti inseruit quando plus alijs capere possit. 355.b

Filium vel filiam monasterio offerens, in quo laxe viuitur, vt sit monachus vel monacha, peccat. 178.a

Filijs naturali iure debetur legitima bonorum paternorum; de quibus filijs intelligendum. 729.b

Filius qui accipit aliquid ex bonis paternis cõtra voluntatẽ patris peccat. 359.a

Non potest ex his aliquid accipere ad eleemosynam dandam non extreme egenti. ibid.b

Filius ex patris consensu accipiens fructus aliquorũ bonorum, & post mortem eius nolens in diuisionem cũ ceteris fratribus illos conferre peccat, ibid.c Filius non conferẽs ea quæ pater ipsi emit, sed viuens non contulit peccat. 360.a Filius non tenetur conferre illa quę cum eo prę ceteris pater impendit. ibi.b

Filius qui id quod de patris pecuniæ lucratus est, eo mortuo non vult conferre, & qui non vult pro sua parte soluere debita honesta, quæ frater eius in literarum studijs contraxit viuente patre, peccat. ibid,b.c

Filius qui non vult computare in suam legitimã sumptus quos pater in sua bona aduentitia fecit, peccat. 361.a Et qui committens aliquod delictum, ob quod pater pœnam soluit, non vult illam computare in legitimam suam, ibid. b Filius quando tenetur ad denuntiãdam hæresin patris, quid faciet inquisitor. 661. a Filij clericorum pẽsiones super beneficijs, quę patres eorum habuerunt, habere non possunt, neque beneficia vbi patres eorum habuerunt. 699.c Vide illegitimi.

Finem cognoscere negligentes rẽdarguuntur. 22. b Finis *est bonum verum vel apparens quod propter se appetitum facit, vt aliud propter ipsum appetatur.* ibi.b In vltimum & medium diuiditur, & vterque in verum & falsum, ibid. b Et in finem cuius & finem quo. 23.a

in Finem mortalem actus relatus mortalis est. 53.a Finis malus quando votum irritum reddit, & quando non. 166.c Finis præcepti quando est aliud à re præ-

cepta nõn cadit sub præcepto. 198.b *Actus cuius finis mortalis est, ipse quoque talis est.* 483.c Finis vtilis rei domino excusat a peccato eum qui furatus est rem illam. 382. a Finis malus, & bonum ex eo natum differunt. 167. a, b Finis principalis operis boni non potest esse eo minus, sed minus principalis sic. 124.a

Fomes peccati non est peccatum, quãuis ita nominetur. 476.a

Franciscus Xauier vnus è patribus qui societati Iesu initium dederunt laudatur. 243.c Nauarri cognatus fuit, fidemque Catholicam in Indijs latissime propagauit. 629. a Mors eius glorioſissima & miraculis clara. ibid. b, c

Franciscus à Nauarra quis quantusue fuerit. 801.a

Franciscus Toletus Societatis Iesu laudatur. 863.b

Francorum regna, & patria communis omnium Roma, Christianum in eis nullum seruum esse patiuntur. 338.b Franci & Germani participantes cum Lutheranis manifestis quomodo excusentur à minori excommunicatione. 746.a

Fraus est *dolus qui factis fit.* 366.a

Fruitio est *inhæsio rei per amorem propter ipsam solam conceptum* 24.c

Fructus pignoris frugiferi quando ex pacto legis commissoriæ legitime capiantur, & quando non. 390.c

Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. 14.a

Fugere potest in carcerem cõiectus ob aliquod delictum. 337. a ad fugiendum etiam cum alter iuuare potest, ibid. b Fugere quis tenetur aggressorem ad irregularitatem vitandam, sed non ad peccatum. 847.a

Furtum est *dolosa contrectatio rei alienæ inuito domino suo, ad proprietatem eius, aut possessionem, aut vsum acquirendum.* 277.c Duplex est, mentale & reale 278.a

Furtum genere suo mortale est, nisi paruitas rei excuset. ibid. b

Furtum quæ quantitas mortale faciat boni viri arbitrio definiendũ, ibi. c Furari multum volens licet parum furetur, P. ibid. c Furatus rem paruulã, ex qua notabile damnum ad dominum prouenit non furatur rem notabilem, ibi. c & 279. a Est tamẽ hoc P. M. si fur damnum illud sciat vel scire debeat, ibid. b qui Furatur rem paruulam, ex qua scit dominum eius magna molestia afficiendum, P. M. ibid. b

Furtum duorum regalium vel duorum ducatorum notabilem esse vel non esse quantitatem male quidam colligunt, ibid. c Furtum mortale duorum regalium vel Iuliorum quantitas constituit vel circa. 280. b, c Excusat item à culpa mortali iudicij subreptio & probabilis ignorantia & necessitas. 281. b, c Et conditio iustificans, & quædam alia. 282. a

Furem quis videns furantem non peccat semper eum non manifestando; nec tenetur id reddere quod ab eo, ne eum reuelaret, accepit, nisi ad id ex officio teneatur. 288. c & 289. a Fur non tenetur restituere, nisi aliquando lucrum quod ex pecunia furtiua fecit. 291.a

Furtum aut aliud damnum datum sine sui manifestatione qui non potest restituere, per alium faciat. 216.b

Fur cui remissum est furtum, peccaret si esset animo non restituendi illud, etiamsi non esset remissum. 331. b Furtorum varij modi & species. 333. c Furans cum alijs aut damnum inferens peccat, & quid restituere teneatur. 249. b Furta solum venialia obligare possunt ad restitutionẽ sub pœna peccati mortalis. 352. b Fur tenetur ad expensas, quas fecit furtum passus in sua re quærenda, ibid. c & 353. a *Fur omnis est in mora.* 364. a Furta quæ non erant mortalia exercitus ductor morte afficiens laudari potest 569. a Furem detinens quoad iudex veniat, aut eidem tradens non est irregularis si protestatione vtatur. 857.a

Fur qui ad galeras damnatur parti in conscientia satisfacere tenetur. 278.a

Furi res furtiua ablata restituenda est, & quando non. 301. a Furtum idem diuiti & pauperi factum, quomodo in vno peccatum in alio non esse possit. 279.b

G

GAbellę rerum quas quis ad suam necessitatem portat soluendę non sunt. 378.b Gabellarum debitor quomodo verum interrogatus dicerę teneatur. ibid. b in Gallia pauca ponuntur interdicta. 828. b

Gallia vtraque Hesperia olim hilarior quibus ludis sua festa Sanctorum celebrarit. 246.a

Gener vestes pretiosas & alia ornamẽta etiamnum extantia à socero vxori data in legitima computare quando debeat vel non. 361. b Gener licite recipit fructus pignoris frugiferi traditi sibi à socero. 388. a Gener à socero vsurario accipiens quando peccat. 409. b

Generatio & processio in diuinis spiritualissima. 25. c

Gloria est clara cum laude notitia. 552. a

Gloriam æternam se suis meritis & libero arbitrio adepturum præsumens peccat mort. 554. c Gloripetæ ex philosophia magis quam ex Euangelio veritatem discere cupientes redarguuntur. 22. b Gnostici hæretici vnde dicti, & eorum de anima error. 4. b

Gratia gratum faciens valet plus quam omnia bona totius mundi. 40. a

Gratiam solus Deus creare potest principaliter, sacramenta vero instrumentaliter. 493. b

Gratia Dei gratum faciens est *donum Dei supernaturale, infusum à Deo creaturæ rationali, quo illi est ad vitam æternam accepta*. 40. a in Gratia quis se probabiliter esse credere potest. 488. b

Gratia Dei qui se priuatum non iri, nec punitum quantuscunque peccator sit credens, P. M. 554. c Gratiam primam nullus mereri potest, eam tamen nullus adultus absque motu liberi arbitrij consequitur. 5 c Infantes eam quomodo cõsequantur. ibid. c

Gratia Dei egemus ad perfistendum in bono statu. 17. b Gratiam Dei esse Spiritum sanctum, vel eam non esse inhærentem falsum. 35. c Gratia animæ essentiæ inhæret. 36. a Est formalis caussa ob quam peccata remittuntur. 65. a

Gratiam expressi falsi annihilat non autem veri taciturnitas semper. 546. a ad perstandum in Gratia, & persequerandum egemus speciali Dei auxilio. 13. b

Gratis qui tenetur aliquid facere turpiter aliquid pro eo accipit. 301. a

Gratuitum aliquid accipiens ab eo qui donare non potest peccat. 338. c Gratitudinis obligatio non parit actionem, neque ius petendi sicut obligatio legalis. 35. a

Gratitudinis ergo aliquid ob depositam pecuniam datum licet accipere. 698. c

Gratis accipiens aliquid ab vsurario tenetur ad restitutionem si sciat eum non habere bona ad restitutionem necessaria. 411. b

Gregorius XIII. Pontificatum feliciter cœpit, fœlicius prosecutus est, & felicissime consummauit. 756. a

Gula *vitium inclinans ad comedendum & bibendum inordinate*. 620. b Eius species quinque. *Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose*. ibid. c Filiæ item quinque, hebetudo mentis, immoderata lætitia, multiloquium, scurrilitas, & spurcitia, ibid. c Veniale est, quandoque mortale. 621. b

Gulæ vitium non est cibos vetitos edere vbi id licet. 621. a

H

HAbitus est *qualitas mentis mouens eam ad actus similes ex quibus productus est*. 547. a Habitus animæ est *qualitas stabilis inhærens essentiæ ipsius, vel alicui potentiæ eius, inclinans eam ad aliquid agẽdum*. 35. c Omnes habitus potentijs animæ inhærent, excepta gratia. 36. a Habitus duplex, infusus & acquisitus, & quis sit vterque, ibid. b, c Item bonus & malus secundum quid peior est actu malo, sed is simpliciter habitu peior est, ibid. c Habitus non sunt actus, & quæ inter eos differentia. 39. a

Hæres realia defuncti vota tenetur persoluere, non autem personalia. 180. a Et si votum partim reale, partim personale sit, tenetur illud quatenus reale est, non autem personale, reddere, ibid. b Nisi realia sint voti accessoria. ibid. c

Hæredes damnati ad mortem tenẽtur ad resarciendum damnum parti, sicut & alia debita. 248. b

Hæredes miserandi, qui non soluentes debita suorum propinquorum defunctorum, eos & non se miserantur. 316. c & 317. a

Hæres detractoris in iudicio exteriori & interiori tenetur restituere. 444. b Hæres mortui susceptis sacramentis, & in loco sacro sepulti, si postea credat eum obijsse excommunicatum non tenetur eius absolutionem petere. 888. b Hæres item excommunicati occulti non tenetur, sed sic denuntiati. 880. a

Hæresis mentalis non inducit excommunicationem. 9.c

Hæreticus est *qui pertinaciter credit aliquid fidei Catholicæ contrarium*, & est excommunicatus, si errorem suum prodiderit. 141.a

Hæreticus sine pertinacia nullus, ibidem.b

Hæretici non sunt simplices qui sine pertinacia male de rebus fidei sentiunt. 10.a Modo ea scire non teneantur. ibid. c

Hæreticorum credentes & fautores qui sint, saltem ad effectum vt excommunicationem contra tales latam incurrant. 757. a Hæretico extreme egenti tenetur quis subuenire, & non extreme egenti quatenus homo est. ibid.b

Hæretici mentales pure non incidunt in bullæ censuras, ibid. c Hæresis exterior siue mentalis ad bullæ censuras non pertinet, ibid.c inter Hæresin & schisma discrimen. 758.a

Hæretico notorio, si non est denuntiatus excommunicatus, quando licite communicatur. 121. a Hæretici non gaudent priuilegio immunitatis Ecclesiarum. 650. b in Hæreticos excommunicatio omniũ est antiquissima, sed non erat reseruata ante bullam. 757.a

Hebetudo mentis quid sit, quando peccatum mortale. 622.a

Henricus infans Portugalliæ & Cardinalis, & postea rex eximie laudatur. 380. b

Homicidium qui patrauit occulte præmissa contritione & confessione, potest celebrare ne prodatur. 862. a Homicidiũ voluntarium illicitum duplex, alterum in se intentum ac volitum, alterum volitum caussa defensionis. ibid.c & 863 a

Homicidium intentum ac volitum in se caussa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatæ tutelæ, non est indispensabile. ibid.b

Homicidium voluntarium super cuius irregularitate non dispensatur, *est homicidium illicitum, intentum ac volitum in se, saltem æquipollenter, alias quam vitandæ mortis caussa ab oratore*. ibid. b Homicidiũ iniustum dicitur voluntarium, ibid. c Homicidium iniustum dicitur voluntariũ & casuale quomodo vni & non alteri, ib. c Homicidium volũtarium & casuale quomodo differant. 864.a

Homicida quid restituere teneatur, & quam pœnam subire debeat. 247.a,b

Homicida sutoris magis restituere debet quam nobilis. ibid. c & 248. a Etiamsi à iudice puniatur tenetur parti læsæ satisfacere, ibid. b Homicida excedens modum legitimum defensionis tenetur satisfacere parti læsæ. ibid.c

Homicidium alterius iussu faciens tenetur de damno. 287.c & 288.a Homicida qua ratione poterit petere id quod sibi promissum fuit, si patraret homicidium. 303.c & 304.a

Homicidium casuale quando sit peccatum mortale. 238.a Homicida non tenetur se carceri offerre. 248.b

Homicidium percutientis in vtero prægnantem sine occidendi animo, est caduale, licet punibile. 238.a

Homo est imago Dei non secundum corporalem formam, sed secundum mentem. 18.c Homo secundum corpus repræsentat Deum per modum vestigij magis quam aliter. 19.b

Homo non est anima, sed compositum ex anima & corpore. 6.c Homo differt à reliquis rebus quod libero vtatur iudicio. 16.c Homines omnes mundi qui moriũtur in peccato originali damnati sunt saltem pœna damni. 48.b

Homines omnes quomodo inter parentes censeri debeant. 215.b

Homo liber nullo pretio æstimari potest. 248.c Homo suæ vitæ non est dominus sed custos, & potest eam pro Deo, & pro Rep. & pro alijs ponere. 326. b Hominis liberi emptio scienter facta nihil valet, ibid. b Vendere tamen se ipse potest, ibid.c Hominis liberi emptio vt licita vel non. 583.b

Homo ad cognoscendum Deum trinum & vnum qua maxime ratione perueniet. 20.b

Honor in Scripturis pro amore, obedientia, & subuentione sumitur. 208. a Honoris tuendi caussa inuadentem etiam sine armis licet repellere. 236.a

Honor est *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ, maximæ virtutis*. 435.a

Horas recitare horis indebitis sine iusta caussa non est plus quam veniale. 684. b Horæ vesperi dici subsequentis vsque ad matutinum & laudes tantum dici possunt. ibi.c

Ad ho-

Ad horas recitandas sacris initiati, beneficiarij, & religiosi obligantur. 685.a
Horas omittens, vel vnam, vel partem eius notabilem, P. M. ibid.a
Horas non recitandi propositum, P. M. ibid. b Horæ partis notabilis omissio facit P.M. ibid.c
Horas anticipare melius est quam postponere, ibid. b Horæ matutinæ vesperi diei dici possunt, ibid. In Horis recitandis quod peccatum grauissimum & frequentissimum committitur, ibi. c Caussæ aliquæ quæ ab horis recitandis excusant. 685. b
Horas à recitando prima caussa excusans est infirmitas corporis, & quæ, qualisue illa esse debeat, ibid. b Secunda est occupatio repentina, & quæ sine scandalo prætermitti non potest, ibid. c Tertia est defectus breuiarij: & quarta, Papæ dispensatio. 686. a Ab eis recitandis nemo, eo quod studeat, inseruiat, peregrinetur, excusatur, ibid. b Neque ob tenuitatem beneficij, ibidem. b V. est Quod fructus nec per se, nec per alium potest recipere, ibi. c ad Horas recitandas tenetur, qui litigat de beneficio fructibus sequestratis, & qui in pensionem omnium fructuum consentit ei qui in eius fauorem beneficium resignauit, ibidem, c Sed non si consensit vt omne seruitium & administratio renuntianti cederent. 687. b ad Horas necessarias est debita attentio. ibid. b
Horæ matutinę ante Solis occasum recitari possunt, neque earum obligationi satisfacit, qui per nouum breuiarium vel breuiarium cuiuscunque diœcesis recitat 688. a
Horas canonicas beneficiarius non recitans, P. M. & ad restitutionē fructuum quomodo teneatur. 703. a
Hospita cum hospite rem habere solita quando absolui potest. 87. a
Hospitalarius hospitalis bona insumens & ea non bene conseruans, P. M. 669, a de Hospitalitate Tridenti definita. ibid. a
Humilitas ad sui essentiam non requirit actualem contemptum subijciendi se Deo. 549. a
Humilitatis actus est sua bona naturalia vel diuina subijcere alijs maioribus, & omnia diuinæ gratię. 550. b, c
Hypocrisis est *vitium inclinans ad ostendendam propriam excellētiam falsis factis.* 553. b per Hypocrisin quomodo quis peccet mortaliter. 559. b

I

IAcobus Sabellus Cardinalis multis nominibus suspiciendus celebratur. 77. b
Iactantia est *vitium inclinans ad ostendendam inordinate verbo propriam excellentiam.* 551. b per Iactantiam quomodo quis peccet mortaliter. 555. c
Ieiunij transgressio quando obligat ad ieiunandum alio die, & quando non. 179. a
Ieiunium quod naturali lege Dei nos obligat. 471. b Pluries quā semel diebus ieiunij vel carnibus vescens, P.M. ibid. c Ieiunijs dies designati. 472. a Ieiunia Christianorum iure humano instituta ibid. b Ieiunij die sæpe bibere licet, ibi. c Item cibos prægustare, vel medicinam sumere, ibid. c Vespere aliquid sumere licitum, ibid. In Ieiunio sola secunda comestio peccatum est. 473. b Vetiti cibi ieiunium frangunt, ibid. c Omnis caussa non ieiunandi reducitur vel ad impotētiam, vel ad necessitatem, vel ad maius bonum, ibid. A Ieiunio opera misericordiæ excusant etium mercede facta. 475. a Ieiunij tempore inuitans eum ad cœnam, quem scit alias cœnaturum an peccet. 476. c
Ieiunij diebus cibos ministrans suis vel alijs, quibus credit eos sine caussa ieiunium soluturos, P. M. 477. c die Ieiunij per inaduertentiam comedens & postea non ieiunans ob id, P.M. 478. b Horam prandij diebus ieiunij notabiliter sine caussa præueniens peccat. ibid. b Ieiunij diebus famulos ad ieiunandum obligatos ad opera ieiunio incompatibilia adigens quæ differri possunt peccat, ibid. c Ieiunium quare die præfinito non obseruans, vel preces horarias non recitans ad alio die ieiunandum vel recitandum non teneatur. 487. b
Ieiunij obligationem quæ peregrinatio, & cum vxore discordia tollat. 475. b Ieiunio legitime solutus si comedat carnes sine necessitate, P.M. 476. b Ieiunare qui totam quadragesimam non potest, sed sic bis aut ter tenetur. 476. a Ieiunij dispensatio ad quem pertineat. ibid. b
Ignorantia iuris quod quis scire tenetur non excusat. 9. b per Ignorantiam factum

ctum quando est actus humanus, & quãdo non. 39.a Ignorantia facti & quandoque iuris à peccato excusat. 51.b Ignorãtia probabilis facti aut iuris obscuri à restitutione excusat. 324. b Ignorantia triplex, affectata, crassa, sine supina, & iusta, & quid hæ sint. 563.a,b Ignorantia interdum est caussa peccati, & aliquando comes tantum, illa à peccato aliquando excusat, hęc nunquam, ibid. b Ignorantia quoad legem naturalem vel diuinam cõmuniter iusta esse nequit, nisi quoad pœnam humanitus statutam. ibid.c

Ignorans pœnam legis quoad alia sibi notam, non eam incurrit. 734.c Ignorantia quæ non est tantum comes, sed etiam caussa sine qua non fieret actus, multum diminuit de culpa illius. 808.a Ignorantia licet excusęt à pœna legis, non tamen efficit capacitatem acquisitionis. 890.a

Illegitimus absque dispensatione beneficium accipiens, P.M. 898.c

Non potest habere pensionem super beneficio patris, neque vllum beneficium in Ecclesia in qua patres habent. ibid.c

Illiteratus penitus ignorans literarum est irregularis. 810.a

Imago Dei in homine est secũdũ intellectualẽ eius naturã. 28.c Ita est in muliere ac in viro, ibid.c Imago Dei est anima secundum suas potentias & actus. 19. b Hoc disertissime explicatur. ibi.c & 20.a

Imagines & reliquiæ venerãdę, & quid de eis Tridenti constitutum. 145.b

Propter ipsas imagines eas adorans peccat. 149.a

Impedimẽtũ publicę honestatis ex nullis spõsalibus ortũ, sublatũ Tridẽti. 527.a

Impedimentum excusans eum qui ad Papam pro absolutione recurrere debet, quod & quale sit. 779.c & 780.a

Impediens alium à consecutione officij seu beneficij quando restituere teneatur. 317.c Impediens ne alicuius cathedrę candidatus eam consequatur, vel etiam à labore agricolam vel alium, quando restituere teneatur. 321. b & Impediens à consecutione beneficij aliquem vt non restituere teneatur. ibid.

Impediens alium à consecutione beneficij & officij vt peccat. 354.c

Impediens aliquem qui impedire volebat damnum quod alter alteri inferre volebat, P. & restituere tenetur. 352.b

Impedire furtum quis, & quomodo teneatur. 351.b Impediens cursum causarum curiæ excommunicatur. 766.b,c

Impensa omnis inordinata, sed magis clerici quam laici. 332.a

Impensæ quas commodatarius exigere potest quæ sint. 370.a

Impressio & editio librorum vt prohibita. 811.b

Incantatio quantum sit peccatum, & fide indigna. 148. b

Incendiarij peccant mortaliter, & locorum sacrorum, sunt excommunicandi. 336. b Incendiarius excommunicatus ab episcopo non potest absolui ab eo post denuntiationem. 750.b

Incestus est etiam copula in virgine sacra, vel homino sacro. 251.c

Incestus est *coitus cum consanguinea vel affine in gradu prohibito.* 538.a

ex Incestu cum affine durante matrimonio admisso oritur impedimentum impediens matrimonium contrahẽdum cum quacunque alia. ibid.a

an ex Incestu cum consanguinea tale impedimentum oriatur, disputatur. ibi.b

Incestuosis qualis soleat dari dispensatio ad contrahendum. 160.c

Incestus in quo gradu commissus sit confitendum est. 110.c

Indignatio secundum legem Christianam mala, quamuis non secundum Aristotelẽ. 619.c Indignatio quando est peccatum mortale. 620.a

Indulgentia in morte concessa quomodo sit absolutio à Confessario impertienda. 725.b

ad Indulgentias consequendas quomodo sit necessarium formam bullę seruare. ibid. c

Infamare alterum, & retelare aliena peccata ea ignoranti, peccatum est. 109.a

Infamans alterum, & peccatum mortale falso illi imponens, P.M. 437.b

alium Infamans de peccato veniali, nõ infert damnum notabile, nec de se peccatum mortale facit. ibi.c

Infamare de veniali alium potest esse mortale. 438.a

Infamans alium de peccato mortali vero secreto, P.M. ib.b

Infamans seipsum non nisi peccatum veniale censendum, ib.c Nisi quando notabile damnum sequitur. ibid.c

Infamatus quando ex sua infamia respub. damnum capit, tenetur ad procurandam

dam famæ suæ restitutionem. 443. b
Infamantes se mutuo à restitutione non liberantur 445. b Infamatus cum infamante conuersans videtur remittere iniuriam, sed non restitutionis obligationem. ibi. c
Infantem furatus qui apud eum adoleuit, vnum furtum fecisse dicitur. 104. c
Infans sine solemnitate baptizatus, in loco sacro debet sepeliri. 496. b
Et cum solemnitate crucis & luminarium. ibid. b
Infans matre difficultate pariendi laborante baptizandus in quacunque parte foris apparente. 497. c
Infans & amens interdici possunt. 826. a Infans, furiosus, aut dormiens deformans non est irregularis, & quis infans hic dicatur. 858. a
Infantem qui illicite in lecto tenens cum suffocat, est irregularis. 860. c
Infantes gratiam quomodo consequãtur. 5. c Infante cum tenero in eodem lecto dormiens quando P. M. 241. b
Infantis expositi impensas hospitali soluere debent qui eum exposuerunt. 276. b
Infidelis positiue quis sit, & damnatur peccato infidelitatis, negatiue autem dãnatur ob alia peccata. 140. b
Infidelem credens in sua secta saluari posse peccat. 141. c Infidelis verbo, sed non corde peccat, non tamen est excommunicatus. 146. b
Nec est hæreticus. ibid. c
Infidelium matrimonia, si alter eorum ad fidem conuertatur, quomodo separari possunt vel non. 509. a
Infirmus absolui non debet sacramentaliter, qui verbis vel signis non fuerit confessus sacerdoti, qui eum potest absoluere. 887. b Potest tamen vngi extreme, & absolutione deprecatiua absolui. ibid. b
Inhabilis ad vnum, est inhabilis ad ei annexum. 200. b
Inimici omnes ex animo quomodò diligendi. 210. a
Inimico mortem æternum desiderans, vel ei ex animo maledicens, peccat. 200. b
Inimico iniuriam semper tenemur ignoscere. ibid. b
Non tenemur tamen ei signa amoris semper ostendere. ib. c
Inimicus mittentis vel cui mittitur epistola, potest eam legere quando dubitat sibi per eam aliquod damnum parari. 450. b
Iniuria affectus cuius amici iniuriantẽ deformant, quando est irregularis, & quãdo non. 855. b Iniurias remittere magnanimi est: inferre vero pusillanimi. 633. Iniurię qui consentire præsumitur, nõ præsumitur semper auxiliari. 635. b Nisi quatuor concurrant, & quę illa sint. ibi. c
Iniuriosa verba significantia diuersas iniurias proferre, diuersa peccata committit. 106. a Sed significantia vnam iniuriam, vnum peccatum facit. ibid. b
Iniuriæ satisfactionem in iudicio alteri remittere nemo tenetur. 221. a
Iniuriam remittens ei qui ei aliquid mutuat, quare ad vsuram non capiat. 397. a Iniurię pœna non debetur in foro conscientiæ. ibid. b
Iniuriarum actio ipso iure pacto nudo tollitur, ibid. b Iniuria si duo affecti sint, quando vnus prior tenetur alteri reconciliari. 221. a Iniuriam pati potest qui eam facere nequit. 459. c & 460. a
Iniustitia omnis peccatum mortale, est nisi surreptio, vel paruitas, vel imperfectio excuset. 574. c
Inobedientia est *vitium inclinans ad inordinate renuendum iussa saltem quatenus iubentur.* 553. b *Vel vitium inclinans ad non faciendum quod iubetur eo principaliter quod iubetur* 560. b
Inobedientia generalis omnis omnium vitiorum actus comprehendit. ibid. b
Specialis est cum omittitur iussum eo principaliter quod iubetur. ibi. c
Inobedientia mortalis est cum quis omittit deliberate facere quod sibi satis aperte iubetur à superiore. ibid. c
Innocentem nemo se, nec alium tenetur prodere, præsertim ad damnum & præiudicium. 548. a
Inquisitores ob acceptam pecuniam quomodo sint excommunicati. 809. a
Instrumenta artis quibus quis victum parat, non restitutioni subiacent. 312. b
Intentio virtualis specialior necessariæ est ad irregularitatem contrahendam ex homicidio iusto quam iniusto. 819. b
Intentio principalis sufficit ad constituendum peccatum vsuræ, non autem minus principalis. 383. a
Interdictum generale seruandum est ab omnibus religiosis, siue valeat, siue non, quando seruatur ab Ecclesia matrice.

trice. 800. a
Interdictum generale non excusat ab audienda Missa eum qui potest eam audire. 466. b
Interdictus ingressu Ecclesiæ si diuinis interest, P. M. & si celebrat sit irregularis. 675. b
Interdictum proprie est *censura ecclesiastica, qua prohibentur diuina officia, sacramenta & sepultura actiue & passiue, exceptis aliquibus.* 827. b
In nouem cum excommunicatione & suspēsione conuenit, & quæ illa sint, quomodo hæc inter se differant: & interdictum triplex, locale tantum, personale tantum, & locale & personale simul. 823. c & 828. a
Quid sit horum vtrumque ibid. b
Locale diuiditur in generale & speciale, & quid sint ibid. b
Personale duplex, generale & speciale. ibid. c
Item in simplex & mixtum. 825. a
Interdictum ambulatorium quale sit. ibid. a Interdictum generale loci non cōprehendit populum, neque interdictum generale populi comprehendit locum. ib.
Interdictum populi non includit clerum, neque cleri populum. ib. b
Interdictum ciuitatis comprehēdit suburbia. ibid. b
Interdicere potest, qui potest excommunicare, & interdici qui excommunicari, & vniuersitas & locus. ib. c
Interdici vnus potest propter culpam alterius. 826. a
Interdicta est ciuitas quæ facit solui illicite portatoria clericis, & alia. ib. b
Interdictum personale solum includit personas, & actus in ea expressos. ib. b
Interdictus ingressu Ecclesiæ potest introire in eam & orare quando in ea non aguntur diuina officia. ibid. c in Interdicto prohibentur diuina officia, sacramentum, & ecclesiastica sepultura. 827. c
in Interdicto diuina officia prohibita quæ sint. ibid. c tempore interdicti Missa vna singulis hebdomadis celebrari potest. ibid. c & 828. a in loco generaliter interdicto diuina officia quomodo celebrari possint. ibid. a
Et à quibus. ibi. b
Interdicti generalis tēpore clerici quomodo possint suas horas vel in campo, vel in Ecclesia recitare. 829. a Interdicti tempore quæ & quot licite fieri possint, etiam in Ecclesia, ibid. b Interdicti tempore quomodo & quatenus campanæ pulsandæ sunt. 830. a
Sacramenta & sacramentalia quæ interdicti tempore celebrari possunt. ibi. b.
Et quę non. 831. a
Qui priuilegium habent cum suis familiaribus diuinis officijs interesse interdicti tempore possunt, & qui non. ibi. c
Quibus diebus interdictum iure communi tollitur, ibi. c Interdictum aliquando suspenditur, & quomodo. 832. b
Interdictum nemo tenetur seruare nisi denuntiatum. 833. b
Interdictum est nullum in ijsdem casibus in quibus excommunicatio. ibid. c
Interdictum quando relaxandum religiosis & parochis. 835. a interdictum violans clericus exercendo aliquem ordinem sacrum sit irreglaris, laicus autem, P. M. 867
Interesse est *damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quod aliquid fieri cessatur.* 385. a
Interesse duplex, damni emergentis & lucri cessantis. ibid. a Interesse quando peti potest, ibid. b ad Interesse capiendum quę conditiones necessarię, & quæ non. ibi. b
Interesse verum peti & exigi potest, etiamsi promissio de eo soluendo non præcesserit. ibid. c
Interesse multi capere non possunt, 387. c In materia cambiorum de interesse verisimili à principio pacisci non debet, in alijs vero licet. 425. b
Inueniens alienum, & sibi retinens, & quam cito & commode potest non reddens vt peccat. 363. b
Inuentum post debitam inquisitionem non apparens cuius sit, pauperibus distribuendum. ibi. c
Inueniens pecuniam dispersam, aut in sacculo, aut metu belli occultatam restituere tenetur. 464. c
Inueniens aliquid vi fluminis delatum quando id pro suo potest retinere. 365. a
Inuentio nouitatum est *vitium inclinās ad ostendendum inordinate propriam excellentiam verbis, factis, laude falsa vel vana dignis.* 553. b Inuentione nouitatum quomodo quis P. M. 556. a
Inuidia est *vitium inclinans ad tristandum de bono alieno, eo quod suam excellentiam mi-*

tam minuat. 619.b
ex Inuidia septem vitia nascuntur, odiū, susurratio, detractio, in aduersis aliorum lætitia, & in prosperis tristitia, ibid. c Quis circa eam peccat mortaliter, 620. a
Ioannæ vxoris Principis Lusitaniæ admirabilis in morte sui coniugis constantia summopere prædicatur. 467. a
Ioannes Lusitaniæ rex & vxor filij principis quomodo mortem tulerint. ib.b
Ira est passio non habens contrariam nisi priuatiue. 32.b Ira quæ & quatenus à peccato mortali blasphemum excusat, 195.a Ira cum est caussa contumeliæ non correctio, graue peccatum, & frequenter mortale. 433. b
ex Iracundia votum vel iuramentum factum quando obligat vel non obligat, 164. b Ira & passionem & habitum vitiosum significat, & prout est vitium, *est vitium animę ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans.* 618.a Ex eo nascūtur septem vitia, indignatio, tumor, clamor, blasphemia, contumelia, opprobriū, rixa. ibid a circa Iram & eius filias quis peccat mortaliter. ib.b
Irregularis non est qui celebrat post simoniam ab altera tantum parte completam. 598. b Neque qui celebrat post intimationem executorialium antequam declaretur. ibid.c Irregularis quid generaliter significet. 835. c
Specialiter est *impedimentum inductum à iure canonico, directè impediens acceptionem ordinum ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorum quatenus sunt ordines, etiam post pœnitentiam.* ib.c & 836.a
Irregularitas diuiditur in quinque species, videlicet in eam quæ manat ex defectu animæ, corporis, sacramenti, leuitatis perfectæ, & delicti. ib.b Incurritur solum in casibus in iure expressis, & mentalis nulla est. ib.b In foro exteriori in dubio nullus censendus irregularis, in interiori sic. ibid. c
Irregularis celebrans ante dispensationem peccat mortaliter, sed non incurrit nouam irregularitatem. 837.a
Irregularitas non tollitur per bullas Papæ. ibid. b
Irregularitas contrahitur ex homicidio etiam iuste illato, nisi ob propriam vitæ defensionem. 237.b
Irregularis est homicida ob sui defensionem, si ea in facto illicito adhibeatur 238. b
Irregularis non fit qui non impedit homicidium quod nouit tractari, eo sequuto, sed si præsumeretur auxilium tulisse, talis fieret. 635.b
Irregularis est iudex ecclesiasticus, si celebret post sententiam contra conscientiam latam. 646.b
Irregularitas omnis iure humano canonico inducta est. 856.b
Irregularitas non est suspensio. ibid.b
Irregularitas occulta in foro conscientiæ tantum nocet quantū publica. 837.b
Irregularitas omnis descendens ex crimine dispensatione indiget. 838.a
de Irregularitate quæ ex bigamia oritur qualis. ibid.b
Irregularis non est qui cum muliere, scurrili serua, & publica fabularum actrice contrahit, licet ordinari non possit. 839. b In irregularitate ex bigamia solus Papa dispensare potest. ibid.c
Irregularitatem inducit defectus cuiuslibet membri principalis ex culpa contingens. 840. a Et defectus partis membri quam quis sibi per indignationem abscidit. ibid.b
Sed ille cui sine propria culpa contigit, non nisi celebrationem impediat, ibi. Irregularis est monoculus, sed non omnis, & quis ille, ibid. c Defectus aut imbecillitas cuiuslibet membri, qui inhabilem facit ad celebrandum, irregularitatem inducit. 841. a Defectus qui efficit inhabilem ad exercendum vnum officium ecclesiasticum, non inducit irregularitatem in alium. ibid.b
Irregularis est omnis illegitimus etiam occultus, ibid. a in Irregularitate ex defectu natalium quis dispensat. ibid.c
Defectus ætatis irregularem facit, & quis in eo dispensat. 842. a Lepra & alij morbi qui faciunt irregularem. ibi.b
Irregularis est seruus sic, vt non possit sine facultate sui domini ordinari. ibid.c
Irregularis est infamis tam facti quam iuris infamia. 841. a Abstemius irregularis est, potest tamen ad minores ordines promoueri, ibid. b Irregularis est idiota seu illiteratus. ibid.c
Et qui non est baptizatus. ibi.c
Hæreticus & hæretici filius, nouus Christianus seu recēter conuersus. 844.a
Irregularitas ex defectu perfectæ leuitatis,

nitatis, vnde oritur, & cur ad Ecclesiam introducta. ibid.c & 845.c

Irregularis non est omnis qui irregularitatem facit. ibid.c & 846.a

Irregularis est *ex defectu perfectæ lenitatis omnis baptizatus, qui in casu licito hominem deformat, alio quam infirmitatis, aut dat causam propinquam deformandi aliquem, aut saltem, vt citius deformetur quã alias fuisset deformatus, extra necessitatem ineuitabilem suę vitæ defendendæ.* ibid.b

Irregularis est iudex iniuste procedens, accusator, testes, & notarius, & multi similes, in caussa sanguinis. 847.b

Irregularis est deformans alium ob defensionem iustam vitæ alterius. ibid.c

Irregularis est indicans furē, aut reum vt à iudice capiatur, aut conqueritur de aliquo ad iudicem sine protestatione. 851. a Et qui reum hortatur, vt stipiti caput admoueat, vel scalas ascendat, ibi.b in Irregularitate ex defectu perfectę lenitatis solus Papa dispensat. 852.a Irregularis est ex homicidio iniusto, qui discretus & baptizatus, seipsũ aut aliũ hominẽ illicite deformat, aut caussam propinquam illicitam illius, aut suæ anticipationis præbet. 861.b

Irregularis nõ est qui multum sanguinis effundit, modo non deformet. ibid.c

Irregularis est qui cum non sit medicus neque chirurgus, sagittam vel aliud telum corpori infixum euellit, quo citius moriatur. 858.a

Irregularis est quando ebrius vel furiosus, vel dormiens deformans. ib.b

Irregularis est qui auertit aliquem à liberando alio ab iniusta deformatione, ibid. c Nemo fit irregularis ex sola complacentia quod alius deformetur. 859.a

Irregularitas ex homicidio occulto prouenies tam mala est, quam ex homicidio publico. 862.a

in Irregularitate ex homicidio prouenie nte quis dispensare potest, ib.c & 863. a Irregularitas suscipiendo male ordines quomodo contrahatur. 465.b

Irregularis est qui quatuor minores ordines & subdiaconatum vno die suscipit, nisi consuetudine excusetur. ibi.b

Irregularis est, qui ordinatus est ab episcopo qui se ab episcopatu abdicauit, ibid.c 866.a Irregularitas non est verbum antiquum in canonibus. 865.c

Irregularis qui ab episcopo hæretico simoniaco & denuntiato ordinatur. 866.a Quis in irregularitate ob susceptos male ordines dispenset. 867.a

Irregularis qui celebrat diuina officia sciens, aut scire debens se excommunicatum. ibi.b

in hac Irregularitate solus Papa dispẽsat. 868. a Irregularis est bis baptizans, vel bis baptizatus, nisi probabilis ignorantia excuset. ib.b

Irregularis est notorio crimine enormi depositione digno notatus. 869.a

ad Irregularitatem inducendam enormitas delicti non sufficit. ibid.b Irregularitas non inducit priuationem beneficij iam quæsiti, sed præcedens collationem reddit ipsam nullam. 871.b

Irregularis omnis licet sit incapax omnis ordinis suscipiendi, non tamen ordinis suscepti vsu, ibi.c ad Irregularitatem incurrendam quæ ex delicto nascitur, nõ sufficit peccatum veniale. 872.b

Est pœna maior minori excommunicatione, ib.c in Irregularitate nullus confessarius per bullas Papę electus dispensare potest. 873.c

In dispensatione irregularitatis quomodo publicum & occultum intelligatur. 874.c

Iteratum non monstratur, quod nescitur esse factum. 868.b

Iudex non debet agere aut aggredi ob famam vel indicium quod ex manifestatione confessionis oriretur. 129. b Iudex ecclesiasticus s à censuris quoad eius fieri potest abstineat. 736. c Iudex secularis episcopum è sua sede eijciens est excommunicatus. 765. c Iudex auxilium contra hereticos non præbens vt sit excommunicatus. 802.b

Iudex sciens aut scire debens, sententiam iniustam ferẽs, aut iustam ferre negligens, P. M. 646. b Et pecuniam vt bene vel male iudicet, accipiens, ibi.c Iudicans iuste, sed iurisdictionem non habens, eo quod persona exempta sit, ibi.c Iudicans sine sufficienti probatione, aut iuris ordinem non seruans. 647. a Pœnam remittens aut augens. ibid.b

Iudex qui grauat, peccat non admittẽdo appellationẽ, siue liceat appellare, siue nõ. 648.c Et qui negligit preferre alijs miseras personas, vel ecclesiasticam libertatẽ multis modis violat, ibi.c Iudex extrahẽs vel extrahi iubẽs reũ è sacris locis ad ea

confu-

confugientem. 647. b Iudex suis officiatijs consentiens aliquo dolo aut falsitate vtentibus 651. b Damnato ad mortem confessionis locum non tribuens. ibid. c Item aduocatus æquales partibus non tribuens etiam gratis eorum causam acturus si pauperes sunt. 652. b Clericum captum suo iudici non restituens. ibid. c

Feriatis diebus nisi in necessitate iurisdictionem exercens. ibi. c

Fingens aliquid quo eat ad accipiendū testimonium alicuius fœminæ excommunicatur. 653. a

in Inquisitione non rite procedens P. ibid. b

Iudex male interrogans non obligat reum ad respondendum vel iurandum ad mentem suam. 157. b

Iudex diebus festis litigantes audiens peccat. 203. c Ab hoc tamen plurimi excusantur. 204. a Iudex iniquam sententiam ferens ob iuris ignorantiam ad restitutionem tenetur. 287. c Iudex vsuras vsurario adiudicans, & eas restituendas non cogens P. M. 410. b Iudex procedens contra aliquem nulla præcedente infamia, P. M. 441. b Iudex reum conuictum interrogans de socijs occultis peccat. 442. a

Iudex interrogans præter iuris ordinem de se & socijs reum aliquem P. M. vel omittit interrogare iuxta iuris ordinem. 452. b

Iudex munus iudicandi accipiens quo est indignus, P. M. 646. b

Iudex in re dubia iudicaturus antequā id faciat debet ex animo dubietatem expellere. 897. b

Iudicium temerarium de proximo in eius damnum notabile peccatum mortale est, & quale sit illud, & eius exempla. 432. b, c Iurare est *affirmare vel negare aliquid adducendo expresse vel tacite Deū in testem tanquam infallibilem veritatem.* 154.

Est actus suapte natura bonus, quia est actus latriæ. ibi. b

Iurare non est *per fidem meam* dicendo. ibid. c

Iuramentum requirit tres comites, veritatem, iustitiam, & iudicium, alioqui peccatum est. 155. a

Quando mortale, vel veniale. ib. a

Duplex est, assertorium & promissorium, ibid. b Iurare per dæmonem, Mahometum, &c. blasphemia est. ibid. b

Iurare per creaturam quomodo sit vel non peccatum, ibid. c Iurans per creaturam non tanquam testem infallibilis veritatis, sed talis qualis est, non peccat, ibid. c Iurans falsum, & aduertens se iurare P. M. 156. b Iurare falsum non considerando se iurare, vel an sit falsum non est mortale. ibid. c

Iurans secundum mentem suam non illius à quo iurare iussus est, si iudex est competens, vel se ad iurandum obtulit, P. M. 157. b

Iuramentum de re parua licita non obligat ad mortale. 158. b

Iuramenta de cædendis filijs vel huiusmodi non sunt mortalia. ibid. b

Iuramentum de ludo non amplius exercendo graue est, & dispensari non potest, ibid. c & 159. a Iurans se aliquid facturum sine animo adimplendi, P. M. ibid. b Iurans sophistice sine causa, P. M. ibid. c

Iuramentum non obligat extra intentionem eius qui bona fide iurat. ibidem. b

Iuramentum eius qui dolo circumuentus iurat, non obligat. ibid. c

Iurans ob metum cum intentione obligandi se, de iuramento tenetur. 160. a

Iurare non tenetur quis ad intentionem eius qui male ad hoc ipsum cogit. ibid. b

Iurans contra præcepta diuina vel cōsilia Euangelica, P. M. ibid. c

Hoc postea limitatur ad id tempus quo hæc ad mortale obligant. 161. a

Iuramentum de re leui melius frangitur quam seruatur, & otiosa. ibi. b

Iurans redire in carcerem, redire tenetur etiamsi mors illi oppetenda sit, ibidem. c

Iurans dicere quicquid scit, intelligitur iurare dicere quod licite potest. 453. c Iurans in ludo se soluturum si perdiderit, & non soluens, peccat. 461. a Potest tamen repetere quod soluit, vel iuramenti solutionem impetrare. ibi. b

Iuramentum duo vincula continet, promissionis & iuramenti, & magis obligat ea ratione quam votum. 892. a

Iurans ad portas vrbis falsum quando peccat vel non. 161. c & 162. a Inducens ad iurandum eum quem perperam iuraturum arbitratur, iudice excepto ex

officio id faciente, P.M. ibid.b
Iuramentum à seruis vel famulis exigere quando peccatum vel non. ibidem.c
Iurans se id facturum quod scit se non posse præstare, P. M. 163.a
Iuramentum quando magis vel minus obligat quam votum. 167.c & 168.a
Iurans à iudice incompetente rogatus iuxta suam mentem, non illius non peccat. 196. a Iuramentum de actu qui tempore iuramẽti erat illicitus, quomodo obliget iurantem pro tempore quo cœpit esse licitus, ibid. b ad Iurandum eum inducens quem scit per Deos falsos iuraturum non peccat. 228.a
Iurare coactus vtrum acceperit aliquid quod bene accepit, se non accepisse iurare potest. 344.b
Iurans soluere vsuras est obligatus. 399. c
Iurisdictione vti quam quis non habet peccatum mortale est. 188.a
Iurisdictione aliena vti, vel sua extra suum territorium, vel absoluere à peccatis, vel dispensare & commutare vota sine ea, P. M. 554.c
Iurisdictionem ecclesiasticam emens, conducens, vel aliquo contractu nõ gratuito quærens est simoniacus, sed non excommunicatus. 614.b
in Iurisdictione seculari non potest cõmitti simonia, ibi. c Iurisdictio ordinaria merito fouenda & fauorabilis. 770.a
Ius humanum circa ea quæ sunt iuris humani sancire potest, sed non circa sacramentorum substantialia. 119.b
Ius regulare habet id quod est vnius sine consensu eius non effici alterius. 313.a
Ius ad rem est ius imperfectum, & ius in re ius perfectum. 317.c Ius patronatus est inuendibile, etiamsi cadat in laicam potestatem. 614. Iura multa iure naturali multis competentia testringuntur & limitantur per potestatem ecclesiasticam & regiam. 883.b
Ius naturale & diuinum per consuetudinem rationabilem limitatur. 884.b
Iustificatur nullus sine gratia Dei. 5.b
Iustificatio fit per motum liberi arbitrij in Deum, vel per motum aliquẽ moraliter bonum. ib.c
Iustitia originalis est *donũ supernaturale inditum à Deo Adamo pro ipso & pro posteris eius, quod vires inferiores subijciebat superioribus, & superiores Deo.* 47. 8
Iustitiæ *generalis officium est referre omnium virtutum moralium actus ad commune bonum humanum.* 282.c
Iustitię veræ est reddere debitum rei exterioris secundum æqualitatem. 284.c
Iustitię verę & partium eius potentialium differentia. ibi.a
Iustitiæ legum transgressio cur obliget ad restitutionem, & non caritatis & misericordiæ. ibid.b
Iustitia distributiua licet obliget ad dãdum aliquibus hoc vel illud officium, aut beneficium, nemini tamen ius in re, vel ad rem eius tribuit. 320.b Iuuans facientem delictum quando & quantum restituere teneatur. 290.c

L

LÆtitia immoderata quãdo peccatum mortale. 622.a
Laicus de fide disputans sciens id laicis esse prohibitum, P.M. 147.a
Laicus per quem iudex ecclesiasticus torquet vel punit clericos quando excõmunicatur. 778.c
Laicus quando peccat non seruando interdictum. 833. a,b
Laicus vel clericus in minoribus contrahens cum vidua nulliter irregularis non efficitur. 839.a
Laicus vel clericus qui alium in iudicio iniuste criminis merentis mortem aut deformationem accusat, si ea sequatur est irregularis. 992.c
Laicus audiens serio confessionem, & absoluens, fit irregularis. 866.c Latro qui furatur, ne a socijs mortem timere iudicetur, bis peccat. 238.c & 239.a
Latro diurnus & nocturnus licet differant in foro exteriori, in foro tamen interiori non.
Laus est *sermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis.* 552.b
Laudans se vel alium quomodo peccet mortaliter. 553.c
Laudatus falso ab alio & non contradicens quando peccat. 554.a
Laudemium non tenetur soluere donans, sed vendens. 671.a
Legata pia tempore & modo debitis non soluens peccat. 344.c
Legatum quod pater filiæ facit, cui debebat dotem, videtur relinqui in solutionem.

nem. 256.a
Legatum pecuniæ parocho factum vt perpetuo Missæ pro legante dicantur valet, & qua ratione de eo disponendum. 404. c
Legati qui impedit receptionem est excommunicatus. 811.c
Legitima filiorum varia est in varijs regnis. 359.b
Legis humanæ transgressorem rationabilis caussa semper excusat. 52.b
Lex de raris contingentibus parum curat. 56. c Lex cessat ratione cessante ob quod inducta est. 91. c Legibus duabus contrarijs in aliquo casu concurrentibus, illa quæ maior est minori debet anteferri. 109.b Legis diuinæ ignoratio non excusat à peccato, sed ne peccet non confitendo. 124. a Lex non definit obligare subditos ad id quod præcipit, etiamsi sine ea habeatur id quod ipsa præcipit. 270. c Lex præcipiens aliquod ob aliqua inconuenientia illis cessantibus non obligat. 271. a
Legem non arguit malam malus eius vsus. 231. b Legis rigor quibus modis per æquitatem temperetur. 896.b
Lex corrigens, vel limitans, metiens, censetur corrigere vel limitare mensum, si eadem ratio limitat in vtroque. 535.b
Legem superioris inferior nec tollere nec moderare potest. 545.b
Legem humanam qui transgrediens P.M. 561.c
Lex æterna Dei est summa ratio Dei per quam iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat. 40.c
Lex iniusta non obligat ad sui obseruationem, & qualis illa sit. 561.c & 562.a
Legem transgreditur ex contemptu, qui principaliter mouetur ad id quod illam legem parui faciat. ib.b
Legis transgrediendæ iusta caussa quæ sit, ibid. c Leges humanæ iustæ possunt obligare in foro conscientiæ etiam ad peccatum mortale. 564.a
Leges quarum latores non intendunt obligare ad mortale, non obligant. ibidem, b Leges Canonicæ quæ non habent verba præceptiua vel prohibitiua sed constitutiua ad mortale non obligant. ibi.c
Nisi in materia quæ de se ad mortale obligat. ibi.c
Leges quæ recte possunt intelligi de pœna maiori vel minori, in dubio de minori intelligendæ sunt. 565.a
Leges multæ naturales & diuinæ ad solum veniale obligant. ibid.b
Legislatoris ecclesiastici vtentis in sua lege verbo præceptiuo intentio est ad mortale obligare. ibi.c
Lex quæ continet pœnam præsupponentem peccatum mortale ad hoc obligat. 566.a
Leges seculares ad mortale non obligant eo solo quod verba præceptiua vel prohibitiua contineant. ibid.b
Leges humanæ præsertim seculares quę pœnam temporariam inducunt in dubio ad æternam non obligant. ibi.c
Lex pure pœnalis quatenus est talis ad aliquam culpam non obligat. 567.b
Leges etiam quæ statuunt pœnam amissionis magnorum bonorum nō obligant ad mortale. 568.a ad Legis iustitiam sufficit, vt præsumatur mortale in foro exteriori, quauis non sit in interiori, ib.c Lex quoad nihilum recepta, ad nihilum obligat, & quoad partem, ad partē. 570.a Legislatores qui ad nullam pœnam animæ interiorem, & ad grauem corporis subditos obligant, laudantur. ibi.c Lex nō extenditur ad præterita. 608. c Lex excōmunicans facientem aliquid non cōprehendit regulariter solum consentiētem, nisi id aliunde colligatur. 754. a Lex pœnalis extēditur de vno casu ad aliū quando alioqui esset frustratoria. 755.b
Lex puniens aliquid facientem scienter requirit dolum. 755. b
Lex specialis non censetur tolli per generalem, siue præcedat, siue sequatur. 880. a
Libellos famosos cōtra ordines Prædicatorū & Minorum scribentes sunt excōmunicati, vel qui affirmant illorum statum perfectionis non esse. 789.c
Libellum famosum componens, aut talem inueniens & non rumpēs, P.M. 440, c Libri qui purgandi, & quomodo lectione librorum curiositatis peccatum committi possit. 559. b
Libros imprimentes vel imprimi curantes qui excommunicantur. 811.b
Libros Catholicorum in quibus sunt hæreticorum verba legens, nec elucidatos ab hæreticis legens in Bullæ censuras incidit.

incidit. 758.a

Liberalitas est pars iustitiæ, & definiri potest *virtus inclinans ad appetitum dãdi ordinate pecuniam.* 573.b Est inter duo vitia, prodigalitatem & anaritiam. ibidẽ.c

Libertas ecclesiastica est, *quàm habet Ecclesia vniuersalis, quatenus est talis, in spiritualibus vel temporalibus concessam à Deo vel Papa, vel Imperatore.* 794.c

Libertatem Ecclesiasticam qui violant vel non, ibid.c contra Libertatem ecclesiasticam qui statuere dicendi sunt. 795.a Libertas animi magis tollitur metu quã blanditijs. 287.a

Liberum arbitrium est in homine, quatenus ratione præditus est. 16.a Est ipsamet anima, *qua cognoscente aliquid, illiꝰ velle & non velle potest*, ibi.b Hereses circa liberum arbitrium duæ confutantur, ibid.c Liberum arbitrium sufficit ad mala operanda, sed non ad bona facienda. 17.a Libido non extinguitur eius vsu, sed resistentia. 374. b contra Libidinem vera remedia. ibid.c

Ligna quis ad Sarracenos ferẽs excommunicatur. 763.a

Linguam ream non facit nisi rea mens. 170. b

Lites ad rescindendam venditionem citra dimidium iusti pretij non leuiter mouendę. 217.c

Literas aliorũ obseratas aut scripturas malo animo referans, P.M. 249.c Venialiter qui peccant eas legentes, ibid.c Literas falsas habere is dicitur, qui sciens esse tales eis vtitur. 761.b

Locans domum suam ad peccata in ea perpetranda peccat. 373.a

Locare domum meretrici in ea parte in qua ei habitare permittitur, peccatum est, ibid.b Hoc tamen postea non ita certum esse monstratur. ibid.c

Locationis merces quando sit soluenda. 375.c

Locatio bonorum ecclesiasticorum vltra triẽnium an licita, & excommunicat. 812. a circa Locationes bonorum Ecclesiasticorum Tridenti definita. ibid.b

Locator tenetur ad reddendam conductori pro rata temporis pensionem si eius fundus ob maleficium publicetur. 370. c Locator qui compellit ad soluendam integram pensionem domus locatæ superueniente peste, vel alia causa ob quam habitari non potuit, & locator fundi qui nõ vult deducere partem agricolæ debitam ob sterilitatem, peccant. ibid.c & 371.a

Locator in longum tempus quãdo tenetur ad remittendam pensionem ob casus fortuitos, & quando non. ibidem.b.c

Locationis pensio quando augenda propter copiam prouentus, & quando non. 372.a

Locans domum suam ad certum tempus in quatuor casibus inquilinum ante tempus ab ea amouere potest. ibid. c

Locus sacer in quo sacrilegium committitur quis sit. 354.b Loci sacri circumstantia quæ ludum mortalem reddat. 456. b

Locus sacer ex quo reum qui ad eum confugit non licet extrahere, quis sit. 649. b Ludus mediocris etiam eo die quo quis est confessus communicauitve non prohibitus. 456. a Ludus ex quibus circumstantijs fiat mortalis vel non. ibid.b

in Ludis operosis totum diem audita Missa consumere quale peccatum. 456.b

Ludus schaccorũ ad honestam recreationem ineptus. ibid.c

Ludus mortalis quis. ibid.c

Ludus multis prohibetur qui non prohibetur aliis. 457.b

Ludus alex prohibitus quis. ibi.b

Ludus etiam arte & industria nitens, quo principalius lucrum quæritur, prohibitus etiam laicis. ibid.c

Ludus laicis nulla lege humana ad mortale obligante prohibitus, sed clericis sic. 458.b

Nisi diurna naturali quandoque. ibid.c

Ludus quis ob lucrum principaliter dicendus, ibid. b a quibus personis in Ludo luciari aliquid notabile peccatum est. ibid. c

Ludis subministrantes domum, &c. quando peccent. 460.b

in Ludo fraus & dolus vitanda sunt. 461. a in Ludo fide sua se ad soluendum si perdiderit adstringens non tenetur soluere nisi iurauerit, ibid.b,c Ludicra exercitia quibus olim Gallia se recreare solita erat. 246.a Ludus est *actus principaliter factus ad recreandũ animum per voluntatem.* 455. b Ludus duplex est, bonus & malus, & quis sit horum vterque. ibid.b

Ludus malus quis, & vt plurimum venialis. Ludus ob lucrum principaliter actus

actus negotiatio mala est. ibid.c
Ludum clericus vel monachus spectantes quando peccant. 460. b Lumen gloriæ admirabile à Deo animæ inditum eam eleuat ad Deum videndum. 27.a
Lupanaria permitti non expedit reipublicæ. 374.b
Luxuriæ species fornicatio peccatum est, idque fide tenendum. 250.b
Luxuriæ sex species explicantur. 251.b
Luxuriæ octo infernales filiæ sunt, cæcitas mentis, precipitatio, inconsideratio, amor sui, amor huius mundi, horror futuri seculi, odium Dei. 617.a
à Luxuria qui maxime alieni esse debeant, ibid.b per Luxuriæ filias quomodo quis peccat. ibid b
Luxuria contrà naturam *comprehendit omnem pollutionem extraordinariam.* 850.c & 851.a
Luxuria est nimia diffluentia in esu, & potu, & similium, sed proprie est *vitium inclinans ad inordinatum venereorum vsum.* 616.b
Luxuria est capitale vitiũ, & cur. 617.a
Luxuriæ peccata omnium tribulationum quas hic patimur caussæ. 253.a
Luxuriæ species specialissimæ plures sunt quam sex, quæ confitendæ sunt. 253.a Non est tamen confessario in his immorandum. ibid.b
Luxuriæ peccatum tantum est si decies cum vna quam cum decem semel committatur. 254.c
Luxuriæ peccatum est contra naturam habere copulam, & impedire conceptionem 257.b Luxuriæ verba quomodo sint peccata. 258.a
Luxuria resistendo maxime sedatur, & fugiendo. 616.a

M

MAgicas artes discens, vel eis vtens, vel volens vtrumque facere, P. M. 147.c Magorum effectus non tribuendus verbis vel rebus quas applicant, sed dæmonibus. 148.b
Magi si aliàs non sint hæretici, non sunt excommunicati. 757.a
Magister castigans discipulum, si moriatur, quando est irregularis vel nõ. 460.a
Magister profanos poëtas explicans, & Deorum vanitatem ridendam suis non propinans peccat. 153.b Magistratus secularis iudicem ecclesiasticum ne vtatur censuris prohibere non debet 736.b Magistratus qui vectigalia prohibita à clericis exigunt grauiter redarguuntur. 377.b
Maledicere creaturæ quomodo sit peccatum blasphemiæ vel non. 195.b Maledicere proximo dicendo, *diabolus te arripiat*, diabolica est consuetudo. 618.b
Maledicens imprecando sibi malum, vel proximo, animo deliberato, P. M. 618.b
Maleficos aut diuinaculos consulens aut consuli suadens, P. M.
Maleficium alio maleficio soluere volens, P. M. 619.a
Maleficium licitis modis solui potest, vel sine dæmonum inuocatione. ibid.b
ad Maleficium rebus sacris & ecclesiasticis vtens, P. M. 148.a Maleficijs vtens ad consequendum suæ concupiscentiæ effectum, P. M. 260.a ob Maleficium datum titulus ipso iure nullus est. 295.c
ob Maleficium quod datur non est restituendum danti sed pauperibus. ibid.b
Malum quicunque scit aliquid esse, scire debet illud esse puniendum. 891.b
Mandans aliquem deformari, & iubẽs & consulens, opere secuto sunt irregulares. 859.b Et citra deformationem mandans percuti ea secuta. ibid.b
Mandans delictum tenetur ad restitutionem. 350.a Mandans non vere sed ficte, facit id quod mandatarius facit. 754.c Mandans percuti clericum vere committit in legem, ibid.c Mandans clerici percussionem, si ea sequatur excommunicatur. 775.c
Mandatum & commissio alteri facta re integra expirat morte mandantis. 873.a
Mandans & consulens quomodo differant. 859.b
Manifestare aliena peccata diuina lege prohibitum. 109.b
Manifestum est quod nititur fama maioris partis communitatis orta ex scientibus. 875.b
in Mari amissum quomodo occupantis esse possit tribus concurrentibus. 336.a
in Mari mercimonia agentes etiamsi aliquando prædas agant non incidunt in bullam. 673.b
Maria virgo dicens *quomodo* non dubitauit, sed modum inquisiuit. 835.b Fuit concepta sine peccato, contrarium tamẽ dicentes damnandi non sunt. 789.a

Nec obstat Basilienſe Concilium, ibid. b
Mariæ, & Hieremiæ, & Ioannis Baptistæ animæ quando iustificatæ. 6. a
Mendoza ob singularem in pauperes liberalitatem laudatur. 729. c
Maritus cuius vxor audita eius morte alteri nupsit, tenetur eam recipere, nisi ipsa postquam eum viuere resciuit, cum secundo rem habuit. 526. c
Maritus qui non potest habere copulam perfectam, licite potest niti. 528. c
Maritus de bonis vxoris capiens quomodo peccat. 357. a
Maritus tenetur dotem integram vxori reddere, & parapherna quę male impendit. 358. a
Maritus in terris vbi lucra sunt communia inter eum & vxorē donans aliqua clam vxore sua tenetur eā monere. 358. c
ad Maritum pertinet quod consanguinei eius offerunt vxori, & ad vxorē, quod consanguinei eius eidem offerunt. 361. c
Maritus quilibet potest capere fructus pignoris frugiferi sibi pro dote dati. 388. b
Maritus adulterans grauius peccat quā vxor adultera. 365. c
Maritus post copulam, cum vxor etiam eo ignorante adultera est, fit irregularis. ibid. c
Non se separans ab vxore adultera, sed ei debitum soluens, peccat. 266. c Nō potest adulterij vxorem incusare, si ipse est adulteratus. 265. a
Maritus vxoris votum continentiæ ipsius consensu factum irritare non potest. 182. b Maritus vxoris vota antequam cōtraheret facta irritare potest. 185. c
Maritus vxori Missam audire prohibens, vel eam cædens, vel contemnens peccat. 251. c Maritum vagabundum vxor quando sequi tenetur. 216. a
Maritus vxorem in adulterio deprehēsam non potest occidere. 236. b
Maritus vxorem adulteram in quibus casibus accusare non possit. 267. a
Martini V. extrauagans *ad euitanda* qui vim habeat in Gallia. 120. c Et alibi. 121. a
Martini V. extrauagans de non vitandis excommunicatis habetur, & declaratur. 745. b, c
per Martyrium sine vllo dolore explicito peccata condonantur. 57. b Et hoc non soli martyrio proprium est, sed idem amor Dei obedientialis operatur, ibid. b
Martyrium quando est de præcepto, vel de consilio, vel peccatur. 151. b
Martyrio se ob vitæ tædium exponens M. P. vel ob alium finem indebitū. 244. c
Martyrium in præparatione animi quisque subire debet. 463. b
Martyres multi prouocarunt tyrannos ad sui occisionem sine peccato. 442. c
Mater filium proprijs vberibus non lactās vt peccet. 253. a Vsque ad triennium filium nutrire tenetur, & pater deinceps. ibid. b
Mater vel nutrix, quæ tenellum filium in lecto ne ciulet, secum cum periculo tenet, P. M. 443. a
Matrimonium qui post simplex religionis votum consummauit, non potest petere debitum. 193. b
in Matrimonio sine separatione viuere aliquando possunt, qui non simul ob aliquod impedimentum commiscentur. 85. c
Matrimonium iusto timore contrahēs in gradibus prohibitis etiamsi peccet, nō est excommunicatus. 808. b
Matrimonia contrahentes in quibus casibus sint excommunicati. 807. b
Matrimonium contrahi non debet ab eo qui habet continentiæ votum, etiam sine animo consummandi. 267. b
Matrimonium contrahens sine iusta causa etiam præsente parocho & testibus, peccat. 270. c
Matrimonij clandestine contrahendi quæ iusta caussa esse possit. 271. a, b
Matrimonium clandestine contrahens eo solo quod ipse non vult publicare, M. P. 272. a Matrimonij impedimentum ex iniusta copula ortum sciens, antequam illud fiat, tenetur reuelare. 450. c
Matrimonium est *sacramentum, quo fit maris & fœminæ coniunctio individuam vitæ societatem retinens.* 507. c
Matrimonium vt contractus est apud infideles sed non vt sacramentum, ibid. c Est insolubile. ibi. c Matrimonium Christianorum gratiam confert ex opere operato. 508. a Materia & forma matrimonij sunt consensus legitimus & verba, ibid. b Verba sunt apta huius sacramenti forma, ibid. b Matrimonium diuiditur in totum, vel quoad thorum & habitationem tantum, vel quoad thorum tantum, ibid. c In totum quando diuiditur, ibid. c Quando quoad habitationem & thorum. 509. a Matrimonium qui clam

ante

ante Concil. Trident. contraxit, & coram iudice id postea negauit, vxori alteri copulatus non potest religionem ingredi. 510. c ad Matrimonium contrahendum quæ ætas legitima, & qui sint ad illud habiles. 514. a

Matrimonij impedimentum dirimens & impediens simul, & impediens tantum quodnam sit, ibid. b Prioris generis duodecim sunt, posterioris vero ad duo reuocantur. ibid. b Matrimonij impedimentum primum dirimens est *error personæ*, & quis sit iste error. 515. a Error fortunæ vel alius qualitatis non dirimit matrimonium, ibi. b II. Impedimentum *conditio seruans*, quæ & quatenus matrimonium dirimit. ibid. c

Matrimonium erroneum clandestinum propria auctoritate separari potest, sed in facie Ecclesiæ contractum non nisi per sententiam iudicis, ibi. c III. Impedimẽtum est *votum solemne* castitatis, in quo contrahens excommunicatur. 516. b

IV. *est cognatio*, quę est triplex, spiritualis, carnalis, & legalis. XI. *est affinitas*, quod in copula illicita est Tridenti limitatum. 519. b Matrimonium contrahẽtes in gradu affinitatis vel consanguinitatis prohibito sunt excommunicati. ibid. c V. *est crimen homicidij* ad contrahendum cum coniuge illius, *& adulterij* data fide illi de contrahendo cum adultera. 521. a

Matrimonium vt inter ignorãtem impedimentum & scientem, impedimento sublato valere possit necesse est nouus vtriusque consensus. ibid. c Quomodo talis consensus haberi potest, ibid. c VI. *est cultus disparitas*. 522. a

Matrimonium infidelium non diuiditur eo quod alter eorum ad fidem conuertatur. ibid. b

Matrimonium cum hæretica vel schismatica valet, ibi. c VII. *est vis*. 523. a Videmetus. VIII. *est ordo sacerd*. 525. a IX. *est ligamen*. ibid. c

Matrimonium cum secunda viuente prima nullum. 526. a X. *Honestas* seu *impedimentum publicæ honestatis* quod est *impedimentũ ab Ecclesia indictũ, dirimens matrimonium cõtractum inter sponsum aut maritum, aut omnes cognatos sponsę suę aut mariti intra gradũ prohibitũ*. 527. a Huius impedimenti gradus Tridenti limitati. ib. XII. *Impotẽtia coeundi* quæ est *impedimẽtum perpetuum naturale aut accidentale ad copulam naturalem perfectam*. 528.

Matrimoninm contrahens potẽs cum impotenti sciens esse impotentem, potest se separare ab eo contra eius voluntatem, ibid. c Impedimentum impediens tantum l. *est conditio*. i *est suspensio alicuius dispositionis, quousq; aliquod quod futurum est fiat*. 529. a Impedimentum impediens est *interdicti & feriarum*, & quod illud sit. 532. a de Matrimonijs clandestinis Tridenti statuta, ibi. c Matrimonia clandestina Trident. Concil. non annullat, sed illa solum quæ præsente parocho & duobus vel tribus testibus non fiunt. 533. b

Matrimonia clandestina *sunt quæ non præuia trina denuntiatione corã duobus vel tribus testibus fiũt*, licet valida sunt. ibid. c

Matrimonium contrahi sine parocho & duobus vel tribus testibus non potest concedere episcopus. 534. a

Matrimonium contrahi potest sine parocho & testibus, quando sublato impedimento denuo contrahendum est inter eos qui publice contraxerunt. ibid. b

Matrimonij celebrandi tempus Tridenti ampliatum, ibi. c III. Impedimentum impediens est id *quod oritur ex spõsalibus* 535. a IV. *est cognatio spiritualis nata ex Catechismo*, ibid. b V. *est votum simplex castitatis*, ibi. c an Matrimonium post votum simplex castitatis valeat rogatus respondens affirmatiue peccet, dubitatur & resoluitur. 536. a

Matrimonij VI. Impedimentum *incestus* VII. *vxoricidium*. 537. a VIII. *Et raptus sponsæ alterius* quod per Conc. Trident. factum est dirimens. ibi. b IX. *proprii filii de fonte susceptio* X. *Presbytericidium* XI. *Pœnitentia solennis* XII. *matrimonium scienter cum moniali contractum*. ibid. c

Matrimonium ficte contractum nullum, & quomodo validandum. 539. a

Matrimonium secundum contractum post fictum valet, ibid. b Matrimonium contrahens ob finem mortaliter malum P. M. 540. b in Matrimonium consensus diuerso tempore fieri potest, modo altera pars in suo cõsensu perseueret. 541. b Matrimonium excommunicatus vel mortali peccato infectus contrahens, P. M. ibid. b post Matrimonium contractum sciens illud non valere eo vtens, P. M. ibidem. b Impedimentũ matrimonij quando illud

uo illud, & quomodo denuntiare teneatur, ibid. c Sciens impedimentum inter duos bona fide coniugatos, non debet illis reuelare. 542.a

Matrimonij impedimenta omnia iuris humani sunt, & ea tollit Papa, excepto impedimento inter ascendentes & descendentes. 544. a Impedimenta matrimonij in Leuit. non fuere iuris naturalis, & ideo Christo aduenient cessarunt. ibidem, b In omnibus impedimentis non dirimentibus episcopus potest dispensare excepto voto simplici castitatis. 545. a In impedimentis dirimentibus episcopus dispensare non potest, nisi quandoque. ibid. b

Ijs qui in gradibus prohibitis matrimonium contraxerunt difficilius danda est dispensatio quam alijs. ibid. c & 546. a

Matrimonium consummare ante benedictionem quale peccatum sit. 542. b

Matrimonium contrahens cum secundo viuente primo quid faciet. 526. b

Matrimonium & sponsalia contrahēdi hodié quę ætas legitima. 514. a

Matrimonium confert gratiam ex opere operato. 508. a

Matrimonium præsumptum cessat, & coram quo parocho contrahendum. 711. c

Matthæus Contarellus Gregorij XIII. datarius laudatur. 870. b

Mediator simoniæ eam incurrit, & est excommunicatus. 615. b Mediator confidentiæ simoniacæ ipso facto excommunicatur. 613. b

Medicus empiricus quomodo mederi possit. 566. a

Medicus de aliquo medicamento dubitans & illud præbens, P. M. ibid. b

Medicus potest desiderare, vt ei cui medetur sine sua culpa eueniat pollutio. 256. c Medicus sine sufficienti scientia medicans vel negligens P. M. 566. a

Medicus curando infirmum vt sæpe peccet. 161. b Non admonens ęgrotum ad confessionem quomodo peccet, ibid. c Qui contra salutem animæ aliquid præcipit, vel abortiendi causa est P. M. 567. b Sine iusta causa frangendi ieiunij licentiam concedens, & multa eiusmodi, peccat, ibid. c Pauperi non medicans, vel diuiti nolenti soluere expensas quando peccat. 567. c

Medici & chirurgi clerici esse nō possunt nisi causa pietatis. 691. a

Medico mutuare non licet cum pacto vt sibi medeatur. 392. a

Mēbrorum suorum nemo est dominus. 988. b Membrum est *pars hominis, quę officium per se distinctum habet.* 758. c

Mēbrum abscindere & interficere paria sunt in irregularitatis materia, sed nō debilitate. 845. c

Membrum aridum vere est membrum. 846. a

Mendacium est *significatio falsi, vel putati falsi pro vero*, & quandoque mortale, & quandoque veniale. 429. b

Mendacium in formale tantum, & in materiale tantum, & mixtum diuiditur, & quod sit horum vtrumque. ibid. c

Item in iocosum, officiosum, & pernicioſum, ibidem. Mendacium de reuelui ad iudicium petinente non est mortale. ibid. c

Mēdacium omne in materia fidei pernicioſum & mortale est. 430. a

Mendacium in factis quomodo peccatum sit, ibid. b Mendacium in confessione sacramentali quando peccatum. 483. a

Mendicantes quomodo possint nouas domos construere, vel mutuare. 809. c

Mendicantes religiosi qui nouas domus accipiunt in habitationem excommunicantur. ibid. b

Mercaturā exercere is dicitur *qui emit vt vendat sine aliqua rei mutatione.* 799. b

Mercator non est qui emit vel vendit semel & iterum. 870. c

Mercenario diarium suum statim non soluens, vel non vt debet P. M. 808. a

Mercenario non tenetur soluere herus pro tempore quo ægrotauit. ibi. b

Meretrix quomodo peccet non solum contra sextum & nonum præceptum, sed etiam contra octauum. 302. b

Meretrici promissio facta quomodo valeat vel non. 303. c Quando mercedem prostibuli tenetur restituere. 304. b

ex Meretricum opera & lucrum & vectigal impurum exigitur. 375. a

Meretricis opera an sit inuendibilis in genere entis, sicut est in genere moris. 301. b Meretricū permissio vt licita. 373. a Meretricum & aliarum impudicarum cōfessarij quid eis consulere debeant circa eis promissa. 304. a

Meretrix cur in foro conscientiæ accepta ob turpem causſam non teneatur reſtituere. 298. b Meretrices pęccant quæ accipiunt mercedem tanquam debitum. 301. b

Meretrici domum ad meretricandum locans peccat, ibid. b Meretrices non tenętur reſtituere quod ſuis blanditijs abſque dolo, fraude, & mendacio obtinuerunt. 287. b

Meretrix vel alia mulier impudica non tenetur id reſtituere, quod pro mercede proſtibuli accepit. 295. b

Meretrici quod datur ne fiat talis repeti poteſt. 297. b

Meritum & actus bonus idē ſunt, meritum autem duplex, de condigno, *qui eſt actus humanus factus ab eo qui habet gratiam Dei gratum facientem*: & de cōgruo, *qui eſt ab eo factus qui non habet gratiam*. 40. a ſine Meritis gloriam ſe adepturum ſperans, aut meritis ſui liberi arbitrij, P. M. 554. c

Merx minoris valet cum rogatur emptor, quam cum rogatur venditor. 577. b

Merces futuræ etiam nondum natæ emi, obligari, promitti & legari poſſunt. 597. a

Meſſem lædens non tenetur reſtituere quantum valet in arca, ſed in herba. 461. b

Metus iuſtus qui ſit, boni viri arbitrio definiendus eſt. 523. a Qualem eſſe iudicabit iudex prudens iuſtum metum. ibid. c

Metu factū eſt *actus humanus partim voluntarius, partim non voluntarius*. 48. a

Metu factum meritum eſſe poteſt, & prodeſſe & nocere, ibi. b Reſcindi tamen poteſt, niſi ſint ſacramenta, quæ characterem imprimunt. ibi. b

Metu aliquid iniuſte datum eſt reſtituendum, non autem iuſte. 288. c

Metu facta regulariter valent, & ſacramenta quæ characterem imprimunt, ſed nequaquam matrimonium. 523. a

Metus minor iuſto reddit actum corā Deo ineffícacem. 524. a

Metus reuerentialis annullat votum pueri vouentis religionem. ib. b

Metu mortis teſtis deponens peccat, ſed nullum eſt eius teſtimonium. ibid. b

Metu mortis matrimonium contrahēs & conſummans peccat, ſed nullum eſt matrimonium. ib. c

Metus iuſtus annihilat matrimonium eius etiam qui vere conſentit. ibid. c

Metu coactus ſi ſponte copulam habeat, videtur conſentire quoad forum exterius. ibi. c

Minores & alij qui eiſdem priuilegijs gaudēt quolibet die excepto Paſchali Euchariſtiam poſſunt miniſtrare. 489. c

Miratula falſa, aut vitam Sanctorum aliter quam ſe habet prædicans, P. M. 430. c

Miſeria duplex, vera & apparens, ex malo duplici oriens. 29. c Item ſumma & nō ſumma, illa eſt *paſſio carentię viſionis & fruitioois Dei, vel miſeria carentię viſionis & fruitionis diuinæ comitata eterno ſenſus cruciatu, & omnium malorum genere*, ibi. b Non ſumma eſt *miſeria carentiæ & fruitionis Dei ſine cruciatu*. ibid. c

Miſeriæ gradus, & qui in eis ſunt. 30. a

Miſerorum in inferno damnatorum pœna ſeptuplex fuſe explicatur. Vide damnati. ibid. c

Miſericordiæ virtus eſt omnibus etiam pauperrimis communis. 888. b

Miſericordia eſt *virtus moralis inclinās ad miſerendum ordinate patienti aliquod malum vel defectum ad ſubueniendum ei*. 625. b Miſericordiæ opera cur vocantur opera caritatis & eleemoſynæ. ibid. c

Miſericordiæ opera duplicia, corporalia, *Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cōdo*, & ſpiritualia, *Conſule, caſtiga, remitte, ſolare, fer, ora*. 626. a

Miſericordiæ opera non exercens quādo peccat mortaliter. 628. c

Miſſam audire cum mediocri attentione omnes tenentur ſub pœna peccati mortalis. 215. b

Miſſam integram die feſto ſine iuſta cauſſa non audiens P. M. 462. c

Miſſæ pars notabilis qua non audita reum mortalis culpæ facit quæ. 465. b

Miſſam audire profeſto die nullus tenetur, ibi. c Ab audienda miſſa quæ cauſſa excuſet. 466. a

Miſſa non audienda neceſſario eſt in propria parochia. 468. b Miſſam non audiens cum debita attentione in parte ipſius notabili P. M. 469. a Miſſam die feſto iuſta de cauſſa non audiens non tenetur Deum apud ſe orare. ibid. b Preces in Miſſa recitans præcepto poteſt ſatisfacere, ibidem, b Miſſam ne audiant famuli aut filij dominus aut pater impediens

pediens die festo, P.M. 470.a de Missa errores qui Tridenti damnati. ibid.b,c
in Missarum celebratione obseruanda, ibidem definita. 471.c pro Missa facienda dare eleemosynam quomodo non sit simonia. 590.c
Missa pro dicenda certum quid ab episcopo statui non debet. 600. c Missam publici concubinarij qui audiunt, ita vt eius dicendæ caussa sint, P.M. 676.a
Missam commendare bono sacerdoti prudentiæ est, ibi. b Missam publici concubinarij audiens & legem nesciens non peccat, si autem sciat vel scire debeat, sic. ibid. c
Missam celebrare extra locum sacrum post Concil. Trident. non licet. 677.a In necessitate post illud sine licentia episcopi licere potest, ibid. b In mari celebrari non potest, ibi. c Eam in ecclesia interdicta vel polluta celebrans, vel ante matutinum recitatum, P.M. ibi.c
in Missa plurimos alios defectus committens, peccat etiam. ibi. 678.a
Missam ante lucem celebrare an liceat. ibid. b
Missa post meridiem celebrari potest, ibid. c In quadragesima post nonam potest. 779.a Missa quam sacerdos finire nō potest relinquenda est, nisi sit perfecta consecratio, ibi. b Non tamen per laicum vel clericum sacerdote minorem perficienda est. ibi.c
Missam pluries quam semel facere in die non licet nisi in septem casibus. ibi. c
Missam facere omnibus diebus excepto Parasceues, & Sabbatho sancto licet. 680. b
Missæ triplex valor, generalis, medius & specialis, & qui illi sint. 682. b
Missa vna pro duabus pitantijs dici non potest. ib.c
Missæ valorem nō applicans cui debet peccat: est autem Missa *actio qua ex institutione Christi in memoriam eius passionis panis & vinum in corpus & sanguinē eiusdem transubstātiantur, ac illa sub eorundem specie Deo patri offeruntur.* 691.c
Missæ nomen vnde deductum, ibid. c Missę valor & quatenus est opus bonum, & quatenus sacramentum, & quatenus sacrificium. 692.b
Missæ valor quatenus est sacrificium, certus & limitatus est. ibi.c
ex Missa quid singuli orthodoxi & nominati à sacerdote consequantur. 693. a Missa non solum prodest ex opere operato, sed ex opere operantis, ibidem, c & 694. a
in Missa quis modus optimus faciendi viuorum & mortuorum commemorationem. ibi.c
Missam de B. Maria dicendi onus habens, non tenetur de ea quotidie missam facere. 768.b
Missas episcopi, generales & abbates possunt minuere in suis ecclesijs. 709.b
Missam pro excommunicato vel infideli qua ratione quis dicere possit. 746. c
Missam post debitam contritionem & confessionem potest facere ante dispensationem qui occultissime occidit alium. 862. a
Missam celebrantis excommunicati delictum occultum est, si excommunicatio est occulta, licet celebratio sit publicatio. 875.a,b
Missa vna in interdicto speciali singulis hebdomadis celebrari potest. 851. a Missis pro nouis nil detur, & ignotus Missam celebrare non debet. 671. b
Missæ tres in die Natiuitatis quando dicendæ. 680.c
in Missa nulla cantio profana misceri debet. 471. a
Missa ab audienda quæ vidua excludetur. 466.b
Mollitiei peccatum faciens quando pluries peccat. 106.c
Mollities quomodo contingat, & vt peccatum sit. 254.b
Vide Pollutio.
Monachus quis sit in canone, si quis suadente. 776.b
Monachi & moniales non habentes facultatem facientes ea quæ prohibita sunt clericis interdicti tempore, P. M. 833. c
Monachus vtendo chirurgia siue ob pietatem siue ob lucrum sit irregularis, si ægrotus quem ille curat, moriatur. 854.c & 855.a
Monachis per suam ordinationem tāta potestas datur, quanta parochis aut alijs. 878.b
Monasteria monialium nulli, nec viro, nec mulieri, nec puero, nec fatuo ingredi licet. 913.c

Moniales

Moniales mulierum lasciua ornamenta fingentes, vt peccent. 231.b
Moniales tres ob causas exire monasterio possunt. 815.a
Moniales professę ad chorum ad horas dicendas obligantur, & non aliæ. 684.b
Monialium monasteria ingredi qui & quoties Pontifices prohibuerint. 813. c
Moniales exeuntes è monasterijs excommunicatæ. 815.a
Monialis quæ se polluit, vel fornicata est non potest consecrari. 253.b
Monialis semel in mense communicare tenetur. 492.a Monialis vel ad contrahendum inhabilis volens ab aliquibus videri quo ab eis in vxorem appetatur, P.M. 556.a
Monialium monasteria clericus frequentans vt peccet. 646.c
Moniales vt recte eligant abbatissam directore opus habent. 797.b
Moniales an incurrant simoniam pro dote quam dant in ingressu religionis. 788. a
Monitio extraiudicialisquæ non fertur ad excõmunicãdum vnica sufficit. 798.b
Monitus denuntiare sub pœna excommunicationis quid faciet. 350. c
Monitus testificari ad plus tenetur quã monitus denuntiare. 351.b
Monopolium qui facere dicantur, & quomodo in eo peccetur. 582.c
Montes pietatis sunt liciti. 387.c Quomodo instituantur. ibi.c
in Mora restituendi quis esse dicatur. 324.a in Mora debitor tenetur restituere damnum creditori quod ipse accepit, non dues pauperi cui non dedit eleemosynam. 627.c
Mortem alterius optans quando peccat. 240. Et quando non. ibid. b
Mortem suam qui exoptat, peccat, ibi. c
Mortis sententiam iniuste pronuntians, vel iniuste morte damnatum non liberans, P.M. 242.b
Mortis articulus quomodo sit intelligendus vt quis in eo absolui possit. 726. a
Mortis timor naturalis vel casualis nõ irritat votum nisi violente. 178.b
Mors triplex animæ per tres mortuos à Christo suscitatos designata. 49.b
Mors inuasoris intendi potest tanquã medium defensionis propriæ. 234.c
Mortuus nec absolui nec excommunicari proprie potest. 888.b
Morituris de cognatis & amicis, & rebus temporalibus quam minimum loquendum est. 726.c
Mortuus excommunicatus quomodo absolui possit, & in loco sacro sepeliri, ibid. a Mortuus quis in loco sacro nõ sepeliendus, ibid. b Moriens sine loquela non absoluendus, quamuis communicari possit. 724.c
Mulierem grauidam qui percutit ex qua aborsus sequitur, peccat, & quandoque est irregularis. 241.b
Mulier gcauida aborsum procurans etiamsi non sequatur, P.M. ibi.c
Mulier vim patiens si non aliquã vim adhibeat creditur consentire, etiam in foro exteriori. 251.a
Et peccat, si aliquid cooperetur in eo opere etiam metu coacta. ibi.b
Mulieri cohabitans cum qua credit se non manere posse sine peccati consensu, non debet absolui sine separatione. 264. a, b Mulier supponens sibi partum peccat mortaliter. 34. b Et quæ concepit filium ex adulterio, non tamen tenetur se prodere. 273.c Nisi iam esset de adulterio infamis. 274.b
Mulier virili veste, vel vir muliebri quando licite vti possunt vel non. 558.a
Mulierem nudam vir, & mulier virum nudum videre volens, P.M. ib.b
Mulier tutelæ officio fungens post secundas nuptias vel post stuprum, P. M. 669. a
Mulier percutiens clericum eam de stupro facto tentantem non excommunicatur. 778.b
cum Muliere grauida saltans ob quod illa abortit, quando est irregularis. 860.c
Mulier vanę glorię caussa futis vtens non peccat mortaliter etiamsi sciat alios ob id in eius concupiscentiam exarsuros. 221.c Mulieris suspectę consuetudine vtens & ob id scandalum præbens peccat. 223. b
Mulierem longo tempore persequens, nec ea fruens, quoties peccat. 107.a
Mulieres licitis quibusdam benedictionibus & orationibus vtentes non peccant mortaliter, prohibendæ tamen sunt. 150. b
Mulier secretum habens impedimentum, ratione cuius habitare cum viro non

non potest, quid faciet, si se cum viro habitaturam iurare compellatur. 157.c
Mulieris vota ante nuptias facta à viro irritantur. 185.b
Mulier ex adulterio filio concepto clā, quid faciet vt filius bonis patris putatiui cedat. 474.b
Mulier quæ tradidit filiū suum ad supponendum alteri partum, & adulter ex quo concepit filium aliena vxor damnum resarcire hæredibus tenētur quod ex supposito partu vel filio spurio eis prouenit. 275. b
Mulier quæ habet filios spurios testari potest. ibi.c
in Mulierum absentia castitas liberius seruatur. 323.a Mulier honesta potius seruiturem quam libertatem cum infamia debet eligere. 328.b
Mulier ob menstrua die festo à Missa non excusatur. 470.b
Mulieres ostentantes pectora nuda quo pulcriores videantur absque mala intentione, quomodo peccent. 556.c
Multiloquium quando peccatum mortale. 622.a
Mutuans quomodo cognoscet id quod sibi à mutuatario datur, non dari ratione mutui, sed gratis. 380.b
Mutuum si non peruenit ad mutuantem perit mutuatario. 369.c
Mutuum & commodatum quomodo differunt. 381.b
Mutuum duplex, verum & palliatum, & quid sit vtrumque. ib.c
ex Mutuo sperare possumus lucrum amicitiæ & gratitudinis. 383.b
accipiens aliquid à Mutuatario credēs sibi ob gratitudinem dari non peccat. ibid c
Sed sic si sentiat sibi coacte datum. ib.c
Mutuans pecunias expositas negotiationi potest capere interesse lucri cessantis ante moram & culpam. 385.c
Mutuum non soluens stato die nisi impotentia excuset peccat. 389.c
Mutuans apposita pœna ei quē à principio credebat non posse soluere peccat. ibid c
Mutuator accipiens pignus cum pacto legis commissoriæ quando peccat vel nō. 390. b
Mutuans triticū cum pacto vt sibi reddatur tempore quo pretiū eius creditur auctum iri, quando peccat, ibi.c & 391.a
Mutuans cum pacto molendi in suo molendino, & similibus peccat. ibi.b
Mutuans cum pacto, assecurationis vt peccet. ibid.b
Mutuans cum pacto vt si superuixerit duplum redderet, si moreretur nihil, peccat. ibid.c
Mutuus cum pacto Regi, vt sibi conferat officium pecunia æstimabile, peccat. 392. a Mutuans triticum vetus, vt tantundem nouum alio tempore recipiat, vt peccat vel non. ibid.b
Mutuans cum pacto vt mutuatarius det alicui tertio est vsurarius. 357.a
Mutuans cum pacto, vt sibi iniuria remittatur non peccat, nisi etiam damnum quod alter passus est sibi remitti postulet. ibid.b
Mutuans in malos fines non habenti vnde sua debita soluat, dignus est cui non soluatur. 407.c
Mutuans pecuniam traijciendam per loca periculosa eo pacto vt mutuatarius faciat eam assecurare è mutuante est vsurarius. 414.a
Mutuans centum ducatos ad annum si eorum valor crescat quando potest accipere eorum valorem quo tunc valent, & quando non. 422.b
Mutuo dans Romæ centum soluenda in Hispania qua ratione poterit plura his centum in Hispania accipere. 426.b
Mutuantes regibus vel alijs principibus sub vsuris defendi non possunt. 427. c
Mutuans argēteam pecuniam, vt aurea ei soluatur quando peccat, vel non. 393.b
Mutuans ea quæ mutuo accepit pro vsura quam ipse soluit quando peccat, vel non. 395.a
Mutuare cum pacto va mutuatarius teneatur assecurare mutuantem non est vsura. 414.b Mutuans pecunias alteri præstita assecuratione pretio iusto non est vsurarius. ibid.c

N

NAuarrus annum agēs octuagesimum ieiunare poterat. 474.a
Nauarrus cum Francisco Xauier Societatis Iesu voluit in Indiam proficisci. 629.b Nauarrus spatio lxx. annorum horas canonicas recitans, bis aut ter ob morbum ab illis recitandis destitit. 685.b

Ob nul-

Ob nullas occupationes quę ei grauissimę contigerunt eas omisit. ibid.b
Nauarrus falso accusatus quod male de potestate Papæ sentiret, sese defendit. 738. b
Naufragorum bona esse danda illi vel illi lex statuēs est iniquissima. 794.a Naufragorum bona accipientes excommunicantur. 759. b Si sunt in mora & voluntate restituendi. 794 b
Nec requiritur monitio. ibi.b
Necessaria Sarracenis & hæreticis in bello subministrans est excommunicatus. 761, b
Necessitate absque extrema aliquid ab alijs accipiens etiam superflua vel pro se, vel pro alijs peccat. 345.a
Necessitate in extrema petens sibi sub vsuram dari non peccat. 407.b
Necessitas extrema dicitur *cum non solum quis agit animam, sed creditur eo deuenturus, nisi ei subueniatur.* 626.b
Necessitatem extremam spiritualem quando Christiani pati dicuntur. 627. b A subueniendo constituto in extrema necessitate nemo nullo voto aut statu liberatus si potest. 630.c
Necessitate in extrema aliquis per se vel per aliū aliquid potest accipere. 344.c In ea pro alio accipiens ad restitutionem manet obligatus, nisi parua sit. 345.a
Necessitas extrema a restitutione excusat, nisi creditor eadem necessitate prematur. 312.c Necessitas extrema non excusat à restitutione eius quod quis in ea constitutus acceperit, si ad pinguiorem fortunam venerit. 313.a
Non efficit dominum rei eum qui est in ea constitutus. ibi.b
Necessitas inenitabilis, in qua quis potest sine irregularitate aggressorem occidere, quæ sit. 847 b
Necessitas status decentis à restitutione statim facienda excusat. 313.c
Negotiatori aut militi suam artem sine peccato exercere difficile. 41.b Eis tamen vt ab arte sua desistant præcipiendum nō est. 43. a Negotiorum alienorum gestores, damnum notabile nomine sui principalis alteri inferentes peccant, & tenentur ad restitutionem. 351.c
Nemesis quare, & quale peccatum sit. 620. b
Nobiles præ ipsis plebeios contemnentes, & ex charitate non diligentes redarguuntur. 209.c
Nobiles qui accipiūt pueros à pedibus, & eos honeste aluut non peccant. 341.c
Nobiles qui famulum conducunt ad certum tempus, non tenentur ei victum præbere. 342.a
Notarius est simoniacus accipiens plus pro instrumento quo maioris ordinis fides fit quam pro alio. 592.c
Notarius scribens instrumentum vsurarium simulatum peccat, & quando tenetur ad restitutionem. 410.b
Notarius non peccat accipiendo mercedem pro instrumento vsurario. ibidem.c
Notarius qui non seruat iurata à se cū factus est notarius P. M. & quæ illa sint. 662.a Et instrumentum falsum conficiēs, aut verum occultans, ibidem, b Et non dans instrumentum rogatus quod dare tenetur, ibidem, c Et statuta de vsuris scribens, aut in publicam formam redigens, & testamentum carentis ratione conficiens, ibid. Et stipendium majus debito notabiliter accipiens, & pro literis de maiori ordine maius accipiens, ibidem, c Notoria ars prohibita, & quæ illa sit. 662.a
Notorium est *quod est manifestum per sententiam, vel per confessionem in iure, vel euidentiam rei qua nulla potest tergiuersatione celari.* 491.b
Vel est *id quod est confessum à parte in iudicio, vel super quo est lata sententia quæ transiuit in rem iudicatam, aut est adeo manifestum, vt nulla possit tergiuersatione celari.* 674.c
Nouissimorū, inferni, & paradisi meditatio vtilissima. 31. b Nouitates fugiendæ sunt. 234. c Nouitij de delicto cognitio ad superiorem ecclesiasticum pertinet. 185. b
Nouitiatus est iusta caussa discedendi à sponsalibus. 511.b
Numerus peccati non est circumstātia, sed multiplicatio peccati, & quomodo ille confitendus sit. 103.a
Numerus peccatorum augetur quoties voluntas peccandi renouatur in peccatis internis, non in externis. ibi. b Neque etiam per præambula diuersa ad peccatum. 104. b Neque per plures actus in genere entis qui vnum sunt in genere moris. 104. a Neque actus consequentes actum principalem peccati numerum augent. ibid. b Sed sic si diuersi actus sint, quorum vnus ab alio non pendet. 106.a

Numerus multorum peccatorum vno verbo exprimi potest. 107.b

Numos in substantia, pondere, aut forma falsificans, aut falsis scienter vtens, P. M. 345. a Numos adulterinos dans pro veris non excusatur, eo quod tales ab alio accepit, ibid. b Numos auctoritate priuata circuncidens aut attenuans, P. Mort. ibid. c

Numus aureus pluris valet vbi est magna inopia auri, & argenteus vbi est argenti inopia. 421.a

Nuptiarum secundarum benedictio nec danda nec accipienda. 542.b

Nuptiæ primæ benedicendæ sunt, ibi. c secundæ Nuptiæ cur non benedicantur.

in benedictione Nuptiarum vbi altera pars nunquam nupsit, standum est consuetudini. 543.b

Nuptiarum benedicendarum tempus Tridenti ampliatum. 534.c

O

OBedientia à peccato excusat in dubio, modo ex animo dubietas pellatur. 377.a

Obedientia est *virtus inclinans ad faciẽdum quod iubetur eo quod iubetur.* 560.b Obedientia vt virtus est generalis omnes omnium virtutum actus comprehendit, ibid. c Obediendum quando non est superiori. 561.b

Oblatio in Missa quando est necessaria. 206. a

Obligatio quando præfinitur ad dilatandum solutionem non finitur post lapsum temporis quo præfinita est, sed vegetior efficitur. 487.a

Obligatio finitur quando tempus ad eam finiendam præfinitum est. ibi. b

Obseruantia est *virtus, qua viros in dignitate constitutos veneramur, tamquam principia nostræ gubernationis.* 207.b

Est pars iustitiæ. ibi. b

Obstetricis officio fungens & baptizandi formam nesciens, peccat. 496.c

Occasio propinqua peccandi vni non est alteri. 83.c

Occasionem qui non vult relinquere, qua sui similes ad peccandum pertrahuntur, non est absoluendus. 85.b

Occasio peccandi quæ datur per actus de se bonos, vel indifferentes vitanda. 225. b

Occasione peccati remota se nũquam vsurum pœnitẽs statuere non debet. 83.b Sed à propinqua, & quæ illa sit aliorum sententia, ibi. c Occasio nulla est quę nos possit ad peccandum cogere. 81.a Occasio propinqua est illa, quæ est peccatũ mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit vel credere debet Confessarius, vel pœnitens nunquam vel raro se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circumstantijs. ib.b

Occasioné etiam propinqua nõ sublata quando absolui potest pœnitẽs. 85.b Occasio peccati alterius est illa quę per mortale peccatum datur, aut intentione principali aut minus principali indutendo ad illud, aut adiuuando, aut contemnendo salutem spiritualem proximi, aut in id saltẽ interpretatiue consentiendo. 223.c

Cum proposito huius occcasionis dandæ nullus absolui potest. 124.a

Occasionem venialiter peccandi dans solum venialiter peccat. 225.b

Occasionem peccandi ei præbere sine mala intentione quem scias ex malitia peccaturum, non est malum. 228.b

Occasione peccati qua quis semel vsus est non abstinens, quando peccat. 554.c

Occidere mandans per assassinos opere non secuto, excommunicatur. 755.b

Occidere an licet auctoritate publica, in bello iusto, ob vitæ proprię defẽsionẽ, & rem suam tuendo. 234.b Et ob defensionem proximi. ibi. b

Quomodo hi casus differant. ibi. b

Occidere velle alium etiam ob sui tuitionem licet. ibid. c

Occidere alium antequam is aggrediatur, etiamsi sciatur id velle facere non licet. 235. b

Nisi aliter nulla mora interposita aggrediendus non possit effugere. ib.b

In tribus postremis casibus occidere licet cum moderamine inculparæ tutelæ. ibid. c

Occidere non potest vulnerætus aggressorem, qui eum reliquit, & fugit, nisi id non faciendo sui honoris iacturam faceret. 236.b

Occidens alium iniuste, mutilans, aut notabiliter percutiens vel procurans, P. M. 237. a Occidens furem diurnum, aut nocturnum cum posset eum apprehendere, & se suaque defendere, peccat mortaliter. ibid. b

Occidens aliquem casu quando peccat. ibid.c
Occidens alium ad necessariam sui defensionem in opere illicito, est homicida. 238. a
Occidens ministros iustitiæ homicida est. ibid.b
Occidens sine animo occidendi minus peccat, quam vulnerans animo occidendi. 867.a
Occidens aliquem non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indispensabilem. ibid.b
Occultum est triplex, *quod suapte natura probari non potest, quod probabile est, sed probari non potest, & quod difficulter probari potest* 875.b
Occulti species est pene occultum, & id est, quod toleratur, etiamsi ab aliquibus sciatur. 874.c
Odium & rancorem malum ob quamlibet iniuriam in proximum babens, peccat mort. 220. b
Odium siue malus animus sine opere iniurioso non obligat ad restitutionem. 232. b Odium Dei cur omnium peccatorum maximum. 238.c
Offerre Deo aliquid inter Missarum solemnia quando quis tenetur. 206.a
Officia publica quomodo & à quibus emi possint. 642.c Officium nemo debet accipere, ad quod per insciti am non est idoneus. 92.a
Officium aliquod appetens quod nescit exercere, quando peccat. 555.a
Officia iurisdictionem habentia in curia Romana emere prohibitum à Pio V. 643 b,c Officium per ecclesiasticum procuratum non obligatur quis à restitutione, sed per seculare sic. 324 b
Officia diuina quænam sint quæ interdicti tempore prohibentur. 828.a
per Omissionem incurritur excommunicatio. 794.c Omissio operum charitatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, nec ad pœnas irregularitatis. 859.a
Omissio cuiuspiam vt sit volũtaria tria requirit, & quæ sint illa. 37.c
Quomodo sit peccatum etiamsi factum non sit. 41.b
Operas suas qui locant ad opera quæ sunt peccata, sed permissa in foro exteriori, non tenentur ad restitutionem. 300. c & 301.a
Operarius fideliter non laborans, ob quod conductor damnificatur, peccat. 365. b
Operarius potest accipere pretiũ operarum suarum quas omisit ob preces alterius. 3.b
Opera bona facere quibus bonus appareas, quando sit peccatum mortale vel non. 432.a Opera bona in peccato mortali facta ad multa prosunt. 886.c
Opinio quæ eligenda scrupulosis ostẽditur. 897.a
Opinio fauorabilior & benignior in quibus maxima sequenda. ibi.b
Opinio communis potius est ea quam sex aut septem auctores classici tenent, quam ea quam quinquaginta sola vnius auctoritate ducti sustinent. 898.b
Opinio & dubitatio in quo conueniãt vel differant. 895.b
Opinionem tutiorem eligere in rebus agendis consilium tantum est, non præceptum. ibid. c *Opinio communis non facit ius.* 82.b Opinio est *qua iudicamus aliquid esse vel non esse, quod non videmus nec firmiter credimus.* 894.c
Opitulans damnum dãti aliquando ad restitutionem totius, & aliquãdo ad partis, & aliquando ad nihil tenetur. 288.b
Oratio Dominica omnium eorum quę petẽda sunt summam complectitur. 130.a
Ordinandus prima tonsura quid habere debeat, & quid minoribus initiandus. 671.a Ordinando cui capitulum vel alius sede vacante non potest dare licentiam. ibid. b
Ordinatus per saltum verum ordinem suscipit, est tamen suspensus, & quis cum eo dispensare possit. 866.b
Ordine vtens quem non habet quomodo sit irregularis. ibid.b
Ordo generaliter est *parium dispariumque sua cuique loca tribuẽs dispositio.* 504.a
Pro ordine ecclesiastico definitur *Sacramenta ministrãtium habitudo legitima, cuique ratione sui ministerii legitime conueniens.* ibi.b
Ordinis sacramentum non requirit necessario characterem confirmationis, sed baptismi. 499.a
Ordo est Sacramentum quo traditur character & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id administrandi. 504.b
Hoc sacramentum non est character, sed sic effectus eius. ibid.c

Ordines nouem sunt canonistis,& septem Theologis: quorum alij sacri sunt, alij non. ibi.c & 505.a

Ordine sacro insigniri.se faciens contra Canones Trident. Concil. P.M. 671.a

Ad maiores ordines quid requiratur, ibid. Et ad maiores assumendus quid faciet. ibi.b

Ordinatus ab episcopo denuntiato excommunicato P.M. Et suspensus est. 672.c

Et illegitimus, & qui in eo dispensat, ibid. Et extra tempora,& ante legitimam ætatem. 673.a

Et qui furtim,vel per saltum. ibi.b

Et qui ordinatur omisso aliquo quod est de necessitate præcepti, ibi.c Minores ordines & subdiaconatum vbi est cōsuetudo, quis vno die potest accipere. ibid.c

Ordines suscipiens notabiliter deformis peccat. 674.a

Item si est excommunicatus,vel peccato mortali infectus. ib.b

Et notatus aliquo peccato notorio depositione digno,etiam post actam pœnitentiam, ibid. c Ordinis aliquem actum specialem exercens excommunicatus,interdictus,& suspensus P.M. Et sit irregularis. 683.b

Ordine sacro insignitus matrimonium contrahens P.M. Et est excommunicatus. 688.c Et fœminæ cohabitās cum periculo ibid.c Et solus domum fœminæ de fornicatione suspectæ adiens. 689.a

Ordine sacro insigniendi iuxta Tridenti definita, qua ætate esse debeant. 264. c

Ordini sacro deputata illa dicuntur, quorum faciendorum potestas in ordinatione traditur. 822.b Ordinatus tacita irregularitate occulta petere debet dispēsationem tacite. 838.a

De ordinis sacramento Tridenti definita. 505. a Ordines quatuor, scilicet episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi sacramenta sunt, reliqui vero quinque sacramentalia. 506.a & b De hoc sacramento Tridenti statuta, ibid. b Ordinem sacrum metu iusto suscipiens non obligatur ad continentiæ votum,sed accipit characterem. 524.b

Ordinem sacrum suscipiens ad castitatem seruandam voto se obstrinxit, etiamsi id non proponat. 8. b Ad ordines promouendi à quocunque facultates nisi ob causam non concedendæ. 671. b Ordines minores nisi sigillatim non concedantur,nec maiores nisi tempore statuto. ibid. c

Nullus sine titulo promoueri potest, 672. b Ordinari nemo debet per simoniam,ibi.c Per simoniam se inscio factā ordinatus non peccat, ibid. c Origenis error de anima redarguitur. 4. c

Et de beatitudine. 27 b

Et de miseria. 29.b

Ornatus & vestitus animo pelliciendi alium ad sui concupiscētiam mortalem, est P. M. 556.b

Ornatu eo se ornans,vt non desisteret etiamsi ei prohiberetur, P. M. ibid. Ornans se splendide pro status sui decentia & more regionis bono fine, non peccat. ibid. b

Ornatus vanus ob leuitatem peccatum veniale est,ibi. Ornans se contra morem vel supra decentiam status quando P.M. vel non. ibid.

Ornatu aliquo ficto,vt fuco & pigmentis vti de se mortale. 557.b

Osculari,amplecti. &c. fœminam quido peccatum sit. 258.c

Otiosus omnis actus malus est. 45.b

P

PActio qua quid ob maleficium datur, non valet ipso iure, nisi forte vt donatio. 296.a

Pactum de retrouendendo multum diminuit de iusto pretio. 578.c

Pactum de retrouendendo est *quo emptor promittit reuendere rem emptam venditori quandocunque voluerit, vel intra certum tempus* 400.a Licitum est si aliqua in eo concurrant,ibid. b Potest esse pactum ne intra certum tempus redimere illud quis possit. ibi.c Pactum in quo qui aliena pecunia negotiatur, omne lucrum domino tradit,& ei certum quid assignatur,licitum. 404. b Pactum ne depositarius de dolo teneatur illicitum. 367.c

Papa solus in quinque votis dispensare potest. 189.b Papa solus potest dispensare in voto continentiæ emisso per sacri ordinis susceptionem, vel professionem solemnem. 190. a Non potest pro mera voluntate sua dispensare aut commutare vota. ibid.b

Papa habet generalem administrationem omnium quæ debentur pauperibus,

bus. 331. a Papa non dispensat in gradibus matrimonij in Leuit. prohibitis, non quia non potest, sed quia non solet. 544. b

In matrimonio legitime contracto & consummato dispensare non potest, ib. c Papæ declarationi assentiri debemus, licet rationem, qua ille motus fuit, non assequamur. 594. b

Papa peccare potest peccatum simoniæ, sicut & quilibet homo. 604. b Non potest efficere vt actus simoniacus iure diuino desinat esse simoniacus. ibid. c

Potest rem cuius spiritualitas iure tantum humano inducta est prophanam efficere, & rem spiritualem quæ constat ex spirituali & temporali vendere, ibidem, c Nullam pœnam contra simoniacos latam incurrit, & potest facere ne alius eam incurrat. 605. a Eximit à pœnis simoniæ omnes qui cum eo, vel eius consensu faciunt actum simoniacum. ibid. b

Papa habet in omnes Christi fideles iurisdictionem immediate sibi à Christo concessam. 883. a

Non tollit episcopis potestatem reseruandi sibi casus, dans aliquibus ab eis absoluendi potestatem. 882.

Papa ius diuinum tollere non potest, sed limitare. 884. a

Papa vendens beneficium & emens illud committit simoniam. 605. b

Papa non vendit beneficia, sed accipit aliqua non via venditionis, sed alijs viis iustis & licitis. 606. a Potest vendere beneficia quoad partem quam habent pecuniariam & temporariam. ibid. b

Papa consentiente multæ dispositiones super spiritualibus, quæ alioquin sunt tales, non sunt simoniacæ. 607. b

Papa nulli homini vel legi humanæ quoad pœnam subijcitur. 738. b

Papæ in beneficijs statuendis vel destruendis potestas astruitur. ibi. c

Papa eodem monumento quo eligitur confirmatur à Deo immediate, & habet eundem quam post coronationem potestatem. 809. c Papę facultas concessa alteri ad conferenda beneficia aliquibus idoneis, non expirat morte Papæ, sed facultas ad ea conferenda certæ personæ eius morte expirat. 88. b

Papa constituens sibi confessarium, non dat ei iurisdictionem super se, neque Episcopus. 879. b Papa super se iurisdictionem non habet, ibid. b Papæ beneplaciti reseruatio nihil prodest antequam de ea constat. 607. b

Parapherna bona sunt, *quæ vxor sibi reseruat præter dotem quam marito pro oneribus matrimonij dedit.* 537. a

Parentum nomine in decalogo qui cõprehendantur. 207. c

Parochi male agunt suis parochianis pœnitentias imponẽtes, eo quod in aliena parochia laborauerint diebus in sua festis. 200. b

Parochi in vrbibus mutatis doctiores esse debent, quam in pagis. 93. b

Parochi sunt sacrilegi qui simul multos pueros confitentes audiunt. 116. b

Et qui parochianos ob festum vel ieiunium violatum veniam petere cogunt. 205. a

Parochus peccat communionem subdito denegans propter peccatum occultum quod in confessione audiuit. 490. c & 491. a Manifestis autem negare illam potest peccatoribus, ibi. Parochus qui ob studiũ poesis vel officij mechanici ignorat res ad confessiones audiendas necessarias, P. M. 558. b

Parochus quis tenetur dicere Missam pro vno, non satisfacit dicendo pro illo & alio. 683. b Parochialem Ecclesiam accipiens sine intentione accipiendi ordines, P. M. 699. b

Parochus habens potestatem absoluẽdi à casibus reseruatis suo Episcopo potest absoluere à casibus alterius episcopi subditum illius. 880. c

Parochi iure diuino tenentur residere in suis parochijs. 702 a Aliquãdo tamen abesse possunt, & quomodo. ibi. c

Parochus in sacramentorum administratione vel alijs suis muneribus vt peccet. 707. b

Parochus quando & quoties Missam facere teneatur. 708. a

Parochus est ordinarius suæ parochiæ, & potest delegare alteri quæ sunt iurisdictionis suę. 610. a

Parochus mulieris in matrimonio sufficit, quãdo contrahitur in parochia mulieris, & viri quando in viri parochia id contrahitur. 712. a

Parochi non possunt excommunicare. 733. c

Parochus non debet baptizare quem obstetrix

obstetrix baptizauit. 868. b Qui tamen hoc facit bona fide non est irregularis, ibid. c Parochialis Ecclesia nisi per concursum & præuio examine conferatur. 709. c Passio animæ est *motus appetitiuæ virtutis, sensibilis in imaginatione boni vel mali* 32. a

Passiones animæ principales quatuor ibidem, b Omnes sunt vndecim, in concupiscibili sex, & in irascibili quinque, ibid. c Sunt bonæ vel malæ ratione obiecti de quo sunt. 33. c Quæ bonæ & malæ. 34. b Passiones confitentes quomodo peccent. 35. b Pater legans bona sua filijs non tenetur legibus iustitiæ distributiuæ. 729. a

Pater exhæredandi filios ius habens, eos melius in officio continet. 729. a

Pater quomodo possit iusta conscientia partes bonorum suorum filijs minuere. ibi. b

Pater dum viuit potest largiri de suis bonis in veras eleemosynas & opera pia ibid. c Pater filium in extrema famis necessitate vendere potest. 583. c Pater relinquens tertiam partem bonorum filio minus digno non peccat. 728. c Pater potest filium obligare ad peccatum mortale. 207. b Pater non potest filiam exhæredare, eo quod contra ipsius voluntatem maritum elegerit. 113. b

Pater qui filio necessaria si possit non suppeditat, P. M. 214. b Et filium exponēs in hospitali vel alibi nutriendum, ibid. c Et vota filiorum antea concessa irritans, vel à religione retrahens, vel ad coniugiū contra votum continentiæ compellens, ibid. c & 215. a Et eum ad religionem intrandam adigens. ibid. a

Pater & mater qui filias amari turpiter patiuntur, vel fucis vti, vel tactibus impudicis cum sponsis, peccant. ibid. b

Pater potest filios suos alios alijs iuxta variarum regionum leges præponere. 277. a

Patris peccata in filiorum bonis quæ & quot. 353. c & 354. & seq.

Pater qui inducit per metum vel fraudem filium vel filiam, vt legitimę suæ renuntiet, vel patrimonio, peccat. 356. b

Patrini in Baptismo qui sint, & quot esse debeant. 517. a Patrinus vir & vxor esse possunt. 518. a Quando per culpam parochi non designantur, omnes tangentes sunt patrini. ibi. a

Quando plures admittuntur, omnes item cognationem contrahunt. ibid.

Pauperes in quos bonorum incertorum restitutio fieri debet, qui & quot sint. 330. c

Pauperes intelliguntur *egentes ijs, quę sunt eis ad decentiam necessaria.* ibi. c

Pauperem qui se simulauit, vel religiosum vt aliqua obtineret peccat cum obligatione restituendi. 331. a

Pauper qui factus est sua bona donans, vt posset cooptari in aliquod collegium vbi soli pauperes recipiuntur, est habilis ad illud. 340. c

Pauperem eleemosynam petentem dure repellere inhumanitatis est barbaræ. 628. a Pauperibus dare aliquid debens, potest sibi illud retinere si sit pauper. 704. a

Peccare faciens quis & quid restituet. 286. a Peccata oris, cordis, & operis solum differunt secūdum maiorem & minorem perfectionem. 283. c

Peccat mortaliter qui facit aut dicit aliquid quod non est mortale ex quo alius ad peccatum mortale inducitur. 222. b

Peccans venialiter ad inducendum alium ad peccandū venialiter veniale peccatum facit, ibi. c Peccat qui bona petens ab eo qui sine peccato ea non præstabit vel non. ibid. a

Peccantium ministri vel famulæ quando peccant vel non. 461. a

Peccat suadens alij peccatum, licet nolit vt faciat. 237. b

Peccator quilibet præsumitur mori cōtritus, si qua contritionis signa ostenderit, non tamen hæc sunt vera contritio. 60. b Peccator non solum tenetur compensare damnum alteri illatum, sed etiam ad satisfaciendum Deo pro offensa. 80. b

Peccatum duobus constat, actu scilicet & rectitudinis defectu. 43. b

Peccatum mortale non potest cum caritate, neque cum gratia consistere, sed sic cum aliqua alia virtute. 36. c

Peccatum generaliter est *deuiatio & declinatio à rectitudine operi debita.* 40. b *Peccatum est dictum, factum vel concupitum contra legem Dei aeternam.* ibid. c vel *Voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat.* 41. b Comprehendit delictum, ibid. c Et originale peccatum, ibid.

Et veniale, ibid. c Omne peccatum non ideo malum, quia prohibitum, quomodo intelligendum. 43.a Peccatum in genere naturæ, & in genere moris aliud & diuersum, ibi. b Peccatum vnum sunt actus interior & exterior. ibid. c

Peccatum exterius confitens non tenetur confiteri interius, sed nō contra. 44. a

Hæreses circa peccatum quot fuerint. 45. b Peccatum in originale & actuale diuiditur, illud definitur: Peccatum primum primi parentis, quatenus fuit natura trāsfusum per virtutem seminalem in omnes immediate vel mediate ab eo genitos, quo sibi & illis perdidit iustitiam originalem, quoad hoc seculum, & beatitudinem æternam quoad alterum. 46. a Tollitur per baptismum, sed non carentia iustitiæ, ibi. b Illud negare hæreticum est. ibid. c

Peccatum originale est vere peccatum. 41. c Quomodo sit voluntarium. 46. b Nō est reatus. 47. b Peccatum originale non est mulcta quæ dicitur, ibid. c est Proprie peccatum, ibi. Est vnum in omnibus hominibus quod excludit à regno Dei. 48. a

Peccatum actuale est peccatum quod non est originale. 49. a

Peccatum veniale est vere peccatum. 50. b Peccati diuisio in mortale & veniale non est generis in species. ib. b

Peccatum mortale est contemptus cōsilij diuini aut salutis proximi. 52. c

Peccatum diuiditur in peccatum oris cordis, & operis. 49. b Aliæ plurimæ eius diuisiones. 50. a Peccatum mortale est, peccatum contra præceptum diuinū, vel humanum promulgatum, receptum & non derogatum, æterna pœna munitum vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale sit dubitatum, quod ignorantia, subreptio, aut paruitas rei, aut dispensatio iusta vel causa iusta, quoad legem humanam non excusat, vel contra diuinū consilium contemptum, vel contra salutem proximi spretam, vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus ponitur, ibi. b Quæ definitio fuse explicatur, ibi. c

Peccatum veniale est, *Peccatum quod non est mortale.* 53. b Peccatum multiplex etiam vnus actus esse potest. 53. a Peccata ante Christum per pœnitentiam dimittebantur. 65. b Peccata nobis nunquam complacere debent. 67. a Et ita illorum memoria non refricanda. ibi. b

Peccati præambula opere peccati subsecuto non faciunt nisi vnum peccatum. 103. b Peccatum operis non est circumstantia peccati mentis, sed eius perfectio. 108. b

Peccatum semel legitime rite confessum non est necesse iterum confiteri. 118. b Peccatum mortale est *quicquid est contra aliquod ex decem præceptis, nisi tria excusent.* 130. b

Peccatum vnum est quod committitur contra duo præcepta, vnum generale & alterum speciale. ibi. c

Sed duo quando contra duo præcepta specialia. 131. b Præcepti trāsgressio peccatum est, & propositum trangrediendi, & voluntas interpretatiua & expressa. 135. b, c

Peccati non solum executores; sed etiam in illud consentientes peccant. 137. b Ad peccatum inuitare alium quomodo quandoque sine peccato fieri potest. 477. a

Peccata venialia quando necessario confitenda. 482. a

Peccatum *ex quocunque defectu siue obiectiuo non iustificabilis, siue non iustificati, siue finis, siue alicuius circumstantiæ constat.* 547. c

Peccatum in Spiritum sanctum est *peccatum contra bonitatem Spiritui sancto attributam commissum.* 624. a

Peccata in Spiritum sanctum sex sunt: desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidia charitatis fraternæ, ibid. b Cur dicatur irremissibile. ibid. c

Peccatum etiam per contritionem dimissum necessario confitendum. 59. b

Peccatum & delictum in hoc opere idem sunt. 41. c

Peccatum quod non est in Deum referri potest. 463. c

Peccatum reseruatum non absoluendum, sed mittendum ad eum qui potest absoluere. 713. c

Peccato alieno vti licet, quando ipsa res peccatum non est, non autem peccato consentire, neque alium etiam paratum ad peccandum inducere. 148. a

Peccatum mortale alterius prohibere valens & non faciens, mortaliter peccat. 188. b

Ad peccatum mortale inducere volens P.M. 282. b

Peccatum nulla ratione desiderare licet, at-

cet, atque finis principalis, neque minus principalis esse potest. 124.b
Peccatum veniale ob nullam caussam committendum est. 227.a
Vnum tantum veniale disponit ad mortale. ibid.a
Peccatum ad minus cum inducere, qui est ad maius committendum paratus nō ad malum. 228.b
Mala omnia mundi potius debet homo perpeti, quam peccato consentire. 250.b
Ad peccatum mortale constituendum iudicium integrum requiritur. 257.b
Peccata nullius pretij sunt, & inuendibilia. 301.b
Pro opere quod peccatum est nihil accipi potest, nisi pro opere meretricio. ibid. c
Peculium castrense, quasi castrense, aduentitium, & profectitium quid sint. 353. c
Peculium quoddam mixtum est, partim aduentitium & partim profectitium, & quod illud sit. 354.b
Peculia castrensia non fiunt bona quę pater emit filio, si ea non ei tradantur. 360. b
Pecunia absens maior minori præsenti emi potest, & minus emi quo maior est locorum distātia 430.c *Pecunia est numerata, & quicquid ea est æstimabile.* 574.a
Pecuniam inordinate cuius, appetitus per se nec bonus nec malus est retinens & congerens, quando peccat mortaliter. ibid. c
Pecuniam adulterinam bona fide alteri tradens postquam id rescierit tenetur ei legitimam reddere. 283.c
Pecunia negotiationi exposita, vel alterius rei emptioni destinata pluris valet quam alia. 386.a
Pecuniam argenteam in auream vel contra, mutare, emere, & vendere cum moderato lucro licitum. 393.b
Pecunia inuenta est, vt esset pretium rerum, & mensura quædam publica. 415. b
Pecuniæ fines sunt septem, & qui illi. ibid. c
Pecunia præsens pluris valet, quam absens ceteris paribus. 422.a
Pecuniam habens quę ratione materiæ vel altero respectu pluris fit ab eo, quam vulgo æstimetur, illud plus accipere potest. 419.a
Pecunia emi vendiue potest. ibid.b
Pecuniæ depositio apud campsorem, & traditio eiusdem duobus modis fit, numeratione & traditione chirographorum. 419.b,c
Pro pecunia deposita apud campsorem nihil soluitur, sed gratiæ habētur, & redditur aliquando. 5. vel 7. pro centum, sed hoc vsura esse potest. 420.a
Pecunia deposita facta potestate ea vtendi mutuata censetur. ibid.b
Pecunia vna plus valere potest in eadem specie, quam alia octo ob causas. ibid. c
Pecuniæ publicę pretium qua ratione priuata auctoritate mutari possit, vel nō. 421. b
Pecuniæ publicæ custos qua ratione ea lucrari vel non lucrari possit. 583.a
Pedagia noua quis potest imponere vel non. 760,a
Pelagij error, quem posse sine gratia saluari, redarguitur. 5.b
Eius alij errores in Concilio Trident. damnati. 16. c
Pellę & Follię Lusitanæ quę sint. 246.a
Pensionarij beneficiorum tenentur ad officium minus B. Mariæ. 688.b
Pensionarius qui personaliter pensioni consensit, non soluens eam, in censuram incidit. 890.c
Pensionarius non soluens tempore statuto non censetur excommunicatus, donec is cui debetur id declaret. 589.a
Pensio emphyteusis duplex, & quæ ob casus fortuitos minuitur. 371.c
Pensio super quorum episcopatuum & Ecclesiarum parochialium reditibus cōstitui non possit. 709.b
Pensio super beneficio ecclesiastico non potest pecunia redimi neque constitui. 613. b
Potest gratis remitti etiam sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione. 614 a In emptione & venditione illius committitur simonia. ibid.a
Pensionem super beneficijs coniugati auctoritate Apostolica accipientes quomodo non peccant. 700.b
Percutiēs aliquem iuste, & non deformans, nō est irregularis, etiam si ille sua culpa vel alterius moriatur. 856.a
Secus si iniuste. ibid.a
Percussio leuis, mediocris, & enormis quæ

quæ sint. 781.a
Peregrinatio voluntaria non excusat à ieiunio semper. 475.b
Peregrinatio muliebris inepte in pœnitentiam imponitur. 719.b
Periculo peccandi se exponens peccat. 221. b Periculo amittendi vitam, vel alium, vel alterum eidem periculo obijciens, P.M. 238. b
Permissio peccati non est licita cum participatione lucri procedentis. 371.b
Permutatio rerum antiquior emptione. 415.c
in Permutatione rerum non est necesse vt res accipienda iam sit in rerum natura. 416.b
Pertinacia est vitium inclinans ad inordinate ostendendum proprium iudicium. 553. b Per Pertinaciam quomodo quis peccat mortaliter. 559.b
Pertinax est qui credit animo non discedendi à sua persuasione, etiam monitus contrarium ab Ecclesia teneri, & hic hæreticus censendus est. 141.b
Peste laborantibus qui non est parochus, nec prælatus, subuenire non tenetur. 629.c Qui hoc tamen faciunt, magna laude digni sunt. 630.a
Philtrum alteri propinans, P.M. 148.c
Pietas est virtus quę impellit homines ad colendum parentes, cognatos, patriam & amicos, tanquam principia quædam secundaria, quibus subsistimus & conseruamur. 206.c
Pietas & misericordia quomodo differant. 207.a
Pignore qui vtitur absque consensu debitoris, furtum committit, & vsuram, si cum eiusdem consensu. 378.c
Pignus qui leui aut lata culpa perire aut damnificari consentit peccat. 379.b
Pignus ab vsurario amissum emens tenetur restituere domino. 407.b
Pignus vendere quomodo liceat. 379.b
Piscatorum quæ societas sit vsuraria. 412. b Alia circa pignora peccata. 407.b
Pignoris traditi fructus in sortem computandus est deductis expensis. 390.a
Et hi etiam quos creditur colligere nō cogitabat. ibi.b
Pœna ipso iure incursa ob legem violatam non debetur in foro conscientiæ priusquam à iudice statuatur. 571.a
Hoc fallit in his pœnis, quæ executionem iudicis non requirunt. ib.b,c
Pœna imposita à testatore ante sententiam iudicis soluenda, sed non pœna conuentionalis, quam partes in suis contractibus conuentionalibus adhibent. ibid. c & 572. a
Pœnæ quæ in satisfactionem interesse debentur, sunt ante iudicis sententiam soluendę. ibi.b
Pœna ciuilis non excusat quem à soluendo damnum læsæ parti, si habeat vnde possit. 247.c
Pœna pro iniuria imposita vel imponenda in foro exteriori non debetur in foro conscientiæ. 571.b
ad Pœnam obligatus, quam non subit eo quod veritatem iudici negat, non tenetur eā in foro conscientiæ subire. 446.c *Pœna non debet extēdi vltra suum casum*, fallit in illis correlatiuis, in quibus eadē ratio idem suadet. 537.b
Pœnam commissi iuste capere potest is, in cuius fauorem committitur si iuste fuit imposita, secus si iniuste. 579.c
Pœna iure statuta debetur in foro conscientiæ etiam antequam à iudice constituatur, cum ita constat ex mente legislatoris, vel cum apponitur vt conditio. 699.b
Pœna temporalis in quam commutata est ęterna ab eo, qui est in statu peccati mortalis exsolui potest. 82.a
Pœna damnatorum in inferno septuplex, & quæ illæ sint. 30.b,c
Pœna magna quomodo ob leue peccatum infligi possit. 598.c
Pœnam statuti aliquis probabiliter ignorans non eam incurrit. 890.b
Pœnam delicti ordinariam naturaliter omnes norūt, sed pauci extraordinariam. ibid.c & 891. a
Pœnitentiam septennem pro quouis mortali peccato imponi solitam vulgatum est. 718.a Verius tamen contrarium putandum est. ibi.c
Pœnitenti sufficit habere propositum satisfaciendi Deo hic vel in futuro. 719. c
Pœnitentiæ minuendæ multę causſæ esse possunt, & quæ illę. 720.c
Pœnitentia iniuncta minui & mutari potest. 721.a
Pœnitentiam sacerdos imponens ieiunij aliquot dierum, in dubio vltra ea quę de præcepto iniuncta sunt, intelligentur. ibid.b

Cessatio à peccato & emendatio vitæ in pœnitentiam imponi potest. ibid. c

Hoc quomodo intelligendum sit, explicatur. 722.a

Pœnitenti relinquere officium, in quo multum peccat, non facile consulendum. ibid. b

Pœnitenti ad cuitanda in posterum peccata quid consulendum. ibid. c

Pœnitentes confessi religiosis habētibus priuilegium non tenentur peccata sua parochus suis iterum confiteri. 883. c

Pœnitentia cui dari non potest infirmo non confitenti per se, & Eucharistia, & baptismus, & extrema vnctio possunt ea non intelligentibus conferri. 887. c

Pœnitens nec confessarius non tenentur credere se nūquam peccaturum mortaliter occasione oblata peccandi vt possit absolui. 59.a

Pœnitens quomodo confessionem inchoabit. 128.a

Pœnitens quis confiteri alteri licentiā petere debeat. 111.a

Pœnitens mutato habitu confiteri debet si aliter confiteri non possit. ibid. b

Pœnitentes qui accedunt ad pœnitentiam & communionem cum animo peccandi, valde deplorandi. 62.b

Pœnitere est *pœnam tenere*. 54.a

Pœnitere est *nolle fecisse aliquid iam à se factum*. ibid. a

Pœnitentia verbum latinum ad sacramentum translatum. ibid. b

Pœnitentia solemnis vt impedit matrimonium. 537. c

Pœnitentia duplex, alia satisfactoria, alia restitutoria: hęc necessario subeunda, illa non. 719. c

Pœnitentiam ob non acceptatam non est neganda absolutio. 722. b

in Pœnitentiam opera alias debita imponi possunt. 721. c

Pœnitentia iusta pœnitenti imponenda. 718. a

Pœnitentia falsa dicitur quis pœnitentem fallere, potest credendo iustam quæ non est. ibid. a

Pœnitentia iusta quę sit, quam solus Deus nouit. ibid. b

Pœnitentia imponenda arbitrio prudentis confessarij semper relicta. 719. a

Pœnitentia est *secunda post naufragium tabula*. 501. a

Pœnitentia duplex, bona & mala, & bona vt actus pœnitentis est, ab Adamo, & vt sacramentum à Christo incepit. 54. b

Pœnitentiæ materiæ sunt tres actus pœnitentis, & forma *ego te absoluo*. ibidem, c

Pœnitentia virtus, voluntas puniendi, pœnitudo peccati, & susceptio punitionis quomodo differant. 56. b

Pœnitere metu pœnæ si voluntatem peccandi excludat bonum est. 58. c

Pœnitentiæ bonum signum est si dicat se malle mortuum esse, quam Deū mortaliter offendere. 62. b

Pœnitentia semper fuit & est iure naturæ peccatori necessaria. 65. b, c

Pœnitentia quæ ad baptismum requiratur Soti sententia, & quæ ad pœnitentię sacramentum. 70. b

Hæc sententia quoad pœnitentiam in baptismo requisitam reijcitur. 71. a

Quæ sit inter pœnitentiam ante baptismum, & eam quæ post illum differentia auctoris sententia. ibid. b

Pœnitens peccati consortes nominare non debet. 109. b

Qui non potest manifestare suum peccatum sine alterius infamia quid faciet. ibi. c & 110. a

Pœnitens ad iterandam confessionem accedens quid facere debeat. 125. b, c

Pœnitens sua ipse peccata ruditer exponens audiendus patienter. 128. b

Pœnitenti quamuis fides habenda sit pro se & contra se dicenti, prouidendum tamen est ne qui decepit, iterum decipiat. 312. b

Pœnitenti in foro conscientiæ contra se & pro se dicenti creditur. 401. a

Pœnitentię sacramentum est *sacramētum absolutionis quo sacerdos sibi subditum, & confitentem legitime sua peccata cum iusto dolore & proposito satisfaciendi absoluit ab eis*. 500. b

Eius partes integrales, contritio, confessio & satisfactio. ib. b

ad Pœnitentiam accedentes qui & quot peccent mortaliter. 501. b

Pœnitentiam sibi impositam & à se acceptam qui non implent, P. M. 485. b

Pœnitentia violenta & momentanea non sufficiunt. 56. b

de Pœnitente in fine vitæ cur recte D. Auguſt. dubitauerit. 60.c
Pœnitens plus debet odiſſe peccatum, quàm quoduis aliud malum pœnæ. 61. b
Pœnitens de ſingulis peccatis mortalibus concipere pœnitentiam non debet. 63. b
De ea Tridenti quæ definita ſint. 64. a
Pollutionis periculo ſe exponens loquens cum fœmina non abſoluendus. 89. a
Pollutio quæ citra peccatum poteſt cõtingere. 255.a
Pollutionem aduenientem qui non tenentur impedire, & qui ſic. ibid.b
Pollutionem cupere ſibi in ſomnis euenire non eſt peccatum. 256. a
Pollutio in ſomnis non eſt peccatum. ibid. c
Quæ poſt ſomnum placuit, quomodo ſit peccatum. 257.b
Pollutio Eccleſiæ occulta non impedit celebrationem. 876.c
Pollutio aut copula illicita non impedit communionem ſi quis de ea vere contritus & confeſſus exiſtat. 479. b
Minus autem pollutio in ſomnis. ibidem, b
Poteſtas publica permittere poteſt, vt in aliqua parte ciuitatis ſint meretrices. 373. a
Poteſtatem Eccleſiaſticam emens, conducens vel contractu non gratuito quærens eſt ſimoniacus, ſed non excommunicatur. 614. b
Præcepta negatiua ſemper & ad ſemper obligant. Affirmatiua obligãt ad certum tempus tantum. 310. a
Præcepta naturalia & diuina, poſitiua & humana, quandoque obligant ad mortale. 50. b
Præcepta affirmatiua non obligant niſi pro tempore neceſſitatis. 66. c
Præcepto ſexto & ſeptimo cur additũ ſit nonum & decimum, cum illa hæc cõprehendant. 251. b
Præceptum Eccleſiæ cum in totum ſeruari nequit, in aliqua ſui parte ſeruandum. 476. c
Præceptum de diligendo Deo impleri poteſt in hac vita extra ſtatũ gratiæ. 333. a
Præceptum de diligendo Deo quando adimplendum ſub pœna peccati. ibid. c & 134. a
Præcepta Dei impleri poſſunt extra ſtatum gratiæ, quoad ſubſtantiam operis. 38. a
Præcepti tranſgreſſio etiam mentalis eſt peccatum mortale. 135. b
Præceptum de diligendo Deo & proximo cur in decem Decalogi non numeretur. 131. b
Præceptum de diligendo proximo quid maxime ſub pœna peccati mortalis præcipiat. 209. c
Præceptorum multorum tranſgreſſio quomodo ſit vnum peccatum vel plura. 130. c
Prædicare eſt officium ordini ſacro peculiariter deputatum, & ideo ſuſpenſus prædicando fit irregularis ſi prædicet. 722. b
Vide concionator.
Prælato diſſipanti res eccleſiaſticas reſtituendum eſt quod ad eum pertinet, niſi ſit ſuſpenſus. 293. c
Prælato præcipienti audire confeſſiones quando ſubditus obedire debeat vel non. 94. b
Prælatus, iudex, viſitator, aut quiuis alius peccat ſecreta alterius quando non debet, ſcire volens, &c. P. M. 442. b
Prælatus imponens aliquam pœnam temporariam facienti aliquid, præſumitur excludere ſpiritualem. 569. c
Prælatus aut dominus qui ligatus aſtringit cenſuta coram ſe celebrare facit, vel ligatus ſi ipſe ſolutus eſt, eſt irregularis. 867. c
Prælati religionum poſſunt diſpenſare cum ſuis ſuper irregularitate, excepta bigamia & homicidio. 874. b
Prælati religioſorum confeſſarios ſui ordinis ordinarijs præſentare tenentur. 885. b
Præſcriptio canonica excuſat à reſtitutione. 325. b Præſcriptio modus eſt acquirendi dominium alicuius rei, ex eo quòd eam legitimo tempore modo ad id legitimo bona fide poſſederit. ibid. b
Præſcriptio & vſucapio quomodo differant iuxta doctiſſimum Alciatum. ibi. b
Præſcriptio ciuilis non excuſat à reſtitutione. ibid. c
Præſcriptio quæ continuata fuit, & inchoata mala fide, & cœpta bona fide,

sed non continuata à restitutione non excusat. ibid. b
Præsentatio fratrum ad audiendas confessiones facienda est ordinarijs. 885 a,b
Præsentatus semel & admissus noua præsentatione non indiget. ibid. c
Præsumptio cessat in foro interiori, vbi sola veritas valet. 339. b
non Præsumuntur facta nisi probentur. 530. c
Præsumptio est *vitium inclinans ad inordinatum appetitum eorum quæ vires & merita excedunt.* 553. b
Præsumptiones duæ speciales non debent circa idem concurrere. 635. b
Præsumptio quando sit peccatum mortale. 553. b
Prœuaricator est *qui parti aduersæ secreto aut publice fauet.* 654. a
Pretium est *cum res commodata est quousque commodanti placuerit.* 368. c
Precario res commodata vt repeti possit vel non. ibid.
Preces canonicas recitanti necessaria est intentio, sed sufficit virtualis. 59. c & 60. a
Precibus qui non vacauit tempore quo debuit quando mortaliter peccauit. 205. b
Presbytericidium quomodo impediat matrimonium. 537. c
Pretium rei iustũ est, pretium pecuniarium, quo communiter æstimatur res valere tunc, attenta illius intrinseca bonitate, & vendentis vtilitate, loco, tempore & copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum & venditorum earum, & modo vendendi eam, statutum à gubernatore loci, vel rei domino. 576. b
Res tanti valet quanti vendi potest quomodo intelligendum. 577. b
Pretium iustum est, in rebus taxatis quod ab habente in id potestatem præstituitur. 580. c
Pretium certum rebus præstituere non est è republ. 581. a
Pretium iustum habet suam latitudinem, 593. b
Iustum pretium non est id aliquando, quo quis suas merces pluris quam emit sumptibus & lucro moderate vendit deductis. ibid. c
Pretium rei iustum propter anticipatam vel dilatam solutionẽ nec crescit, nec diminuitur. 420. a
Pretium quod communiter iustum est in vno loco vel anno, non erit iustũ alio loco vel anno. 536. c
Pretiũ rei iustum triplex est, pium, rigorosum, & medium, seu moderatum. 577. b
Pretium iustum est quo communiter res in hoc loco & tempore & modo vẽdendi haberi potest. ibid. b
Pretiũ rei nõ auget dilata solutio. 578. b
Pretium rei non auget periculum perdendi rem creditam. 577. c
Pretium auget vtilitas venditoris, sed non ementis. 578. c
Pretium rerum defectus & copia emptorum & venditorum augent & minuunt. 576. c & 577. a
Pretio minore iusto emens quis non peccet. 578. c
Primitias iure vel consuetudine legitima debitas non soluens, P. M. 480. b Priuatio præsupponit habitum. 491. b
Priuilegium in remunerationem vel contractum concessum ex caussa reuocari potest. 772. b
Priuilegium aliquid contra ius cõmune operari debet, & dato quopiam quod operetur, sed in alijs stringi debet. 191. c Priuilegia sunt restringenda. ibi. c
Prodigalitas est vitium inclinans ad inordinatum appetitum effusionis pecuniæ. 573. b
Prodigalitas quædam mortalis, & quædam venialis. ibi. c Prodigalitas famę regulariter non est peccatũ mortale. 438. c
Profitens religionem non ad finem luxuriandi, sed sperans in ea se ad id occasionem habiturum vere profitetur. 167. b
Prohibita ex regno exportans vel importans non peccat, nisi velit ea vi defendere. 569. c Prohibita deferens ad Sarracenos excommunicatur. 761. c
Promissio facta de eo quod est mortale peccatum, est mortalis, & de veniali, venialis. 166. a
Promissio de re indifferenti quatenus est talis non est votum. ibid. b
Promissio obligans ad mortale est omnis vera, deliberata, voluntaria, etiam nuda rei licitę possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum status non enemauit. 430. c & 431. a
Promissio cuius caussa principalis non est vera, si ei qui promisit se absque ea obligandi non erat animus, non obligat.

obligat. ibid.b
Promissio simplex conferendi, vel restituendi alicui beneficium, non est confidentia, sed non obligat. 613.c
Promissio reciproca ob futurum aliquem euentum dandi aliquid quando licita. 461.c & 462.a
Propinans mulieri aut viro potum quo eis generandi facultas impediatur non est Irregularis. 855.b
Propositum faciendi aliquid boni absque animo seipsum obligandi non obligat. 165.a
Propositum ingrediendi religionem absque promissione non efficit votum. ibid. c
Propositum faciendi aliquid censetur esse prohibitum, simul atque illud factum vetitum fuit. 251.b
Propositum habendi copulam, & delectatio morosa in ea sunt P.M. 257.c
Propositum nocendi alicui vel damnum inferendi non obligat ad restitutionem. 318. b
Propositum conferendi beneficium multum differt ab ipsius collatione. 319. b
Propositum restituendi damnificato non excusat à peccato, quod admittitur damnificando aliena inuito domino. 347. b
Propositum quod requiritur ad incurrendam excommunicationem Bullæ contra vexantes Romipetas quale sit. 764. c
Protestatio quę facto contraria est, nihil prodest. 540.b
Protestatio quæ fit in caussa sanguinis, ad vitandum irregularitatem fieri debet ex animo. 857.b
Proxenetæ vsurarum quando peccant petendo sub vsuris. 408.a
Proxeneta aliquid ad vendendum accipiens, & sibi partem retinens quando peccat. 584. b
Proximum videns in ea necessitate, à qua nisi ipse subueniat liberari non potest, sub pœna peccati ad eum liberandum obligatur 211.b
Proximum non diligens amore charitatis vel humano quando debet, peccat. 219. a Eum à communione orationum separans, vel ad subueniendum animum non habens. ibid.c
Proximum non reprehendens vel denuntians cum debet peccat. 220.b
Proximi salutem negligens, adeo vt id faciat quod eum ad mortale inducat, P. M. 223.a
Proximi vitam quandoque plus tenemur diligere, quam fortunas nostras. 234. b
Proximi peccatum, qui cum potest, non impedit, peccat mortaliter, quod multis probatur. 638.a
Proximi damnum qui potest impedire & non impedit, P.M. ibid.b
Proximi mala impedire tenemur, etiam quæ ille vitare potest si vult, modo talia sint quibus ipse consentire non possit. 639. a Peccatum proximi impedire cum sub peccato tenemur, tria necesse est concurrere, & quę sint illa, ibid.b Cum quis ex malitia, non ex fragilitate peccat, tunc non tenetur quis eius peccatum impedire. ibid.c
Proximo qui desiderat, vt ille peccatum mortale, vel damnationem æternam incurrat, P.M. 200.b
Proximi omnes in quarto præcepto cõprehenduntur. 208.a Prudentia carnis est *vitium inclinans ad quærendum bonum apparens & non existens, per bona, vel malo media* 576. a Prudentiæ veræ duo vitia sunt contraria, prudentia carnis, & astutia, ibi.a Prudentia vera est *virtus quæ inclinat ad quærendum vera bona per vere bona media* ibi.a
Publicum est *quod patet omnibus*, & est triplex: notorium, famosum, & manifestum, & quid sit horum quodlibet. 875.b
Publici conuentus in bonum finem instituti licet in eis multi peccent, iusti & boni sunt. 231. c Puer habere discretionem quando dicendus sit. 481. c
Pueri in articulo mortis nisi sint iudicio admodum puerili communicare debent. 491. c in Purgatorio existentibus prosunt suffragia à peccatoribus facta. 82. a in Purgatorio animæ non detinentur quousque eorum debita soluantur. ibid.b
Pusillanimitate qua fugimus ardua quis peccat mortaliter. 623.c
Puteum fodiens in suo, si venas aquæ in alterius puteum fluentis abscindat, non peccat, modo id animo malo non faciat. 405. b, c Nec tenetur vicino de damno. ibid.

Piraticam exercentium naufragorum bona an occupantis esse possint. 335. c
Piratę qui proprie dicantur. ibi. c Piratę & latrones Missam audiętes prospera sibi cuncta euentura superstitiose putat. 759. a

Q

Qvestus turpis reliquiarum quis est, & quod peccatum sit. 363. a
Qualitas verbo adiuncta intelligenda est secundum tempus verbi. 875. c

R

Rancor bonus est, qui nascitur ex ira qua quis appetit vt castigetur delictum per iudicem. 200. a
Rancor malus est vna ex filiabus accidię. ibid. Rancor filia accidiæ est quo indignamur in bene monentes. 623. c
Rapina grauius peccatum quam furtum, & obligat ad restitutionem honoris. 333. c
Raptus est impedimentum impediens matrimonium, & dirimēs quamdiu rapta in potestate raptoris manserit. 537. b
Rationi subduntur vires concupiscibilis & irascibilis. 13. c
Ratum & gratum habens, quod alter suo nomine alteri nocuit, P. M. 349. c
Ratihabitio æquipollet mandato, ibi. b *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari non est dubium, deiecit, qui mādauit vel ratum habuit.* 350. a
Ratihabitio non solum habet vim augendi peccatum, sed etiam faciendi incidere quem in pœnam. ibid. b Ratificans delictum suo nomine factum est puniendus pœna, sed extraordinaria. ib. c
Ratificans clerici percussionem, si eius nomine facta sit, excommunicatur. 776. a
Ratificans rem suo nomine acceptam fingitur accepisse. ibi. b
Ratihabitio mandato comparatur duobus concurrentibus. 859. c
Ratificans deformationem suo nomine factam, est irregularis, si eam antequā fieret mandare poterat. 859. b.
Reatus peccati est obligatio nata ex peccato ad pœnam subeundam. 44. b
Vel status rei criminis apud I. C. qui accusatus est, & apud reos receptus. ibi. b
Reatus duplex est, vnus ad mortale, & alius ad veniale. ibid. b
Vel triplex secundum triplicem ordinem, quem peccator offendit, ad triplicem pœnam obligans. ibi. c
Reconciliatio ecclesiæ à quo, & quomodo fieri debeat. 876. a
Referre qui omittit omnia sua ad Deū, tempore quo debet, peccat. 138. c
Referri potest ad Deum quicquid non est peccatum. 179. b
Regularis petens licentiam transeundi ad arctiorem regulam, ea non obtenta habetur pro licentia donato. 885. b
Regularis semel præsentatus ad audiendas confessiones non indiget noua præsentatione, etiamsi dioecesin exierit. 886. a
Haberi possunt pro præsentatis si episcopi voluerint, ibid. b Regularis vllus, neque etiam canonicus testari volens est absoluendus, neque in sacro loco sepeliendus. 888. a
Potest tamen rogare suum superiorem, vt hoc vel illud de suis rebus faciat, ibi. b Regularis beneficiarij impensa quæ iusta & quæ non. 331. c
Religio est virtus impellens hominem ad honorandum colendumque Deum tanquam primum principium nostrum à quo sumus, & in quem viuimus. 206. c
ad Religionē spectant tria prima præcepta decalogi, quartum ad pietatem & obseruantiam. ib. b
Religiosus quis nō seruans interdictū Ecclesiæ matricis excommunicatur. 800. a
Religiosus adiens curiam ad nocendū prælato vel monasterio excommunicatur. 806. b
Religiosus concionando prælatis detrahens, P. M. 710. c Et decimarum solutionem dissuadens est excommunicatus, 711. a de Religiosis concionatoribus Tridenti statuta. ibi. b
Religiosus temere habitum relinquere quando dicitur. 800. a, b
Habitum occultum gestare religiosos non decet. 801. a Religiosus prętendens se vi vel metu religionem ingressum, audiri non debet, nisi intra quinquennium. ibid. b
Adire non potest studia sine licentia prælati. ibidem, c Religiosi habentes priuilegia quos confratres suos ad diuina possint admittere tempore interdicti. 832. a Religiosi præsentati ordinarijs ad audiendas confessiones, si sine iusta

iusta causa non admittantur, possunt confessiones audire ac si admissi essent. 885. b

Religionem ingredi vouens, laxam ingrediendo non satisfacit, & si eam intendit ingredi nullum est votum. 174. c

Religionem ingredi vouens in genere non satisfacit, si non recipiatur in eam quam vellet ingredi, sed qui restrinxit ad vnam non obligatur ad aliam. 175. a Et qui vouet religionem ingredi animo se obligandi ad seruandam continentiam, nec eam seruat, peccat. ibid. b

Sed si non eo fuit animo, & post vxorem ducat, non tenetur ad continentiam seruandam ex sua parte. ibid. c

Religionem qui vouit ingredi, & in ea profiteri magis obligatur, quam qui ingrediendi solum votum habet. 176. a

Religionem qui vouit ingredi ad probandum satisfacit ingrediendo licet exeat. ibid. b

Religionem strictiorem qui vouit ingredi, & laxiorem ingreditur quando tenetur priorem intrare. ibi. c

Religionem aliquam sine limitatione qui vouit ingredi, tenetur multas quærere, non autem qui votum ad aliquam limitauit. ib. c & 177. a

Ad ingrediendam religionem deliberatio cur non sit instituenda. 185. c

Quis animus ingressuro religionem cõcipiendus. 178. a

Religionem professus non obseruans ea quæ sunt religionis substantialia P. M. ibid. b Alia quæ sunt accidentaria non obseruans, si communiter non obseruantur, excusatur. ibi. c

Religionem vouens generaliter à multis ingressum petere tenetur. 182. c

Religiosorum vota superior irritare potest, non autem nouitiorum. 185. b

Religiosorum vota quare inualida dicuntur. 186. a

Valida sunt quandiu eis à superiore nõ resistitur. ibid. b

Religiosus ordinis mẽdicantium quomodo peccet dum dispensationem transeundi ad ordinem non mendicantium impetrat. 188. b

Religionis votum minus est quam votum castitatis, vel certe æquale. 199. b

Religiosi quamuis exempti dies festos ab episcopo indictos in suo episcopatu seruando. 200. a

Religiosus etiam professus quando tenetur egredi monasterio vt parentibus subueniat. 213. b

Religionis ad ingressum compellentes excommunicantur. 215. a

Religio nulla hereditatis incapax præter Capucinorum & Minorum obseruantium. 275. a

Religiosum quis laudans vituperet. 435. b Religiosus suæ infamiæ non resistens vt peccat. 453. b

Religiosus potest iuste gaudere quod pretium modiorum tritici creuerit, qui sibi à suo abbate assignantur. 463. c

Religiosus D. Benedicti semel in mense communicare tenetur. 437. c

Ad religionem inducere, in qua non seruatur obseruantia regularis, peccatum est. 174. a

Vouere ingredi eam nulli suadendum. ibid. b

Religiosus non potest audire confessiones nisi in articulo mortis, sine superioris licentia. 90. b

Quod intelligendum est, vt ibi habetur. ibid c

Habet suum velle & nolle in multis. 91. a

Religiosi aliorum religiosorum audire confessiones possunt, & confiteri secularibus idoneis. ibid. b

Religiosi ex obedientia audientes confessiones vt peccant vel non. 92. b

Religiosus quando tenetur personæ suæ circumstantiam confiteri vel non. 102. c

A religione retrahens eum qui propositum ingrediendi habet, vel iam ingressus est, peccat, sed non tenetur ipse ingredi. 173. a

Nisi hoc fiat bona intentione. 174. a

Reliquias falsas, vel miracula falsa vẽditans, P. M. 147. b

Reliquias sanctorum vana aliqua superstitione ductus gestans, P. M. 150. b

Reliquias falsas aut veras turpis quæstus gratia, aut nouas ab episcopo non approbatas proferens peccat. 363. a

Remiges in classe Saracenorum contra Christianos verberibus adacti remigantes peccant mortaliter, & non sunt excommunicati, non possunt absolui à confessarijs nisi amplius non remigare proponant. 763. c

Remigantes sponte contra alios infideles

infideles non peccant, nec excommunicantur. ibid.c
Remissio debiti sine rei soluendæ præsentia ad restitutionem sufficit. 305.b
Renuntiatio beneficij per simoniam realem facta nulla, nec renuntians non perdit illud. 600.a
Renuntiatio facta in fauorem alterius est simoniaca, nisi fieret in manibus Papæ. 603.b
Renuntiatio beneficiorum facta in fauorem propinquorum, qua minus dignis conferuntur beneficia postpositis dignioribus est P.M. 604.a
Renuntiatio beneficij in manibus superioris facta ea intentione vt conferatur alicui cognato renuntiantis nō est simoniaca. 603.c Renūtiare velle cum pacto vel modo vt detur illi vel illi etiamsi nulla sequatur renuntiatio simonia mortalis est. 604.b
Renuntians beneficium minoris valoris, reddens pecuniam vel annuam pensionem alteri, qui ei cedit maius beneficium est simoniacus. 589.a
Renuntiatarij qui promittunt renuntiandi pensionem si Papæ placuerit, si eā exequantur ante Papæ beneplacitum peccant. 603.c Renuntiato virtute mandati facta, qua post renuntiationem ordinarius rogatur, vt conferat illi vel illi libere est licita. 604.a
Renuntians beneficio cooptari potest in collegio vbi soli pauperes recipiuntur. 340. c
Represalias ad clericos extendentes excommunicantur. 803.b
Represalias concedere vel extendere quorum sit. ibi.c
Represalias contra bona alicuius clerici propter sibi debita concedens non est excommunicatus. ibid.c
Represaliæ ptopter debita clerici non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdem episcopatus. ibid.c
Reseruatio censuræ hęreseos in quo sit maior alijs. 891.c
Reseruare aliquem casum non licere episcopis asserens est hæreticus. 879.c & 880. a
Residentiam personalem iure communi omne beneficium exigit, licet de consuetudine & statuto multa non requirant. 700.c
de Residentia beneficiariorum in suis beneficijs Trideti definita. 701.c
Residentia in beneficijs curam animarum habentibus est de iure diuino. 702. b
Restitutio quæ facienda ei, qui in bonis animi proximum damnificauit. 222.c & 223.a
Restituere is tenetur bona animæ, qui vi, dolo, aut fraude ad peccandum induxit. ibi.b
Restitutio facienda nulla est ob cędem hominis liberi. 247.a
Restitutio est facienda impensarum & stipendiorum, quæ sanus lucrifeciſſet, homini libero vulnerato. ibid.c
Item earum impensarum, quæ is qui occisus est in se medicando fecit, & in funere, & in damno liberorum.
Restituere tenetur percussor, sicut & homicida, & impensas, & damna quæ fecit, & per totam vitam faciet vulneratus, si iniuste occidit, vel percussit, vel vulnerauit. 249.b
Restituere nemo tenetur bona inferioris ordinis cum iactura bonorum altioris. 247 b
Restituere non obligant peccata solius voluntatis. 278.b
Restitutio est *actus iustitiæ specialis cōmutatiuæ, quo redditur alteri quod suum est, vel quod ei debetur lege vera iustitię, formaliter vel virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris vel iustitię.* 282.b Restitutiones sunt condonationes & aliæ satisfactiones virtualiter. 284. c & 285.a
Restituere rem alienam subreptam tenetur fur, vel ipsius pretium, siue ea perierit, siue non. 284.b
Restituere quid teneatur patri, qui virginem defloratuit. 263.b
Restituere tenetur quisquis habet rem alienam, sed alio modo si eā habuit bona fide, & alio si mala. 285.a,b
Restituendi necessitas ex transgressione legum veræ & specialis iustitiæ nascitur. 285.b
Restituere tenetur ille, qui rem alienam tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis vere debet. 288.a
Quod postea multis sigillatim docetur. ibi.b,c
Restituendum est regulariter id ipsum quod acceptum est, vel quod debetur. 290. b

Et si

Et si res fructifera est, fructus & emolumenta. ibid.c
Restituendum est tantum, si res certa est, quanti res valet, si incerta, arbitrio boni viri. 291.c
Restituenda est res aliena regulariter domino absoluto aut dispensatori. 293. a
Nisi sit furiosus vel prodigus, & prælatus bonorum Ecclesiæ dissipator, vel is ignoratur, vel nimis remotus est, ibidem.c
Restitutio quæ non est facienda alicui certæ personæ, sed pauperibus, non debetur ex præcepto, sed ex consilio. 294. c & 295. a
Restitutio facienda est, vbi solutio fieri debet, & ita vbi res sit est, quando restitutio est facienda. 304.c
Restituere est *rem in primo statu reponere*. 305.a
Restitutio occulta esse debet si delictum occultum est. ibid.b
Restitutio etiam est *debiti remissio & condonatio*. ibi.c
In restitutione nullus ordo seruandus quando suppetit vnde omnibus soluatur. 306. b
Cum autem non suppetit, vnde omnibus soluatur, quis ordo seruandus ex Baldo. ibi.c
Restitutio facienda est statim. 310.a
Restitutionis impotentia à statim restituendo excusat. ibi.c
Restituere commode quis non posse dicitur. ibid.c
Restituere statim non tenetur, qui non posset decenter pro ratione sui status viuere. 314.c
Nec quando ex restitutione damnum redundaret. 315.a
Restitutio in ludo acquisitorum quæ necessaria, & quæ non. 462.b
pro Restitutione quæ compensatio in ludo valeat, & quæ non. ibi.c
Restituere iudex iniuste iudicans quando & quomodo tenetur. 648.a,b
Restitutio fructuum beneficij ab his qui horas non recitarunt, quibus facienda. 703.c & 704.a
Restitutio non statim facienda quando mortalia peccata, si ea fiat, euentura sunt. 315.b
Restituere qui potest totum, & nō vult nisi partem, non est absoluendus. 316.a
Restituere potens, si id solum testamento faciat, non discedit secutus. ibid.b
Restituere non tenetur ius ad rem impediens tantum, quantum si ius in re eripuisset. 318.a
In mora restituendi quis esse dicatur. 324. a
Restitutio non obligat ad danda bona altioris ordinis pro bonis quæ sunt ordinis inferioris. 325.c
Ad restitutionem non obligatur qui sine amissione famæ non potest restituere. 326. c
Restitutio bonorum incertorum pauperibus facienda est. 329.c & 330.a
Restituenda non sunt capta omnino pro derelictis habita. 335.b
Restitutio eorum qui simulans se esse pauperem acquisiuit, facienda est Deo. 339. b
Restituere quid teneatur, qui cum alijs damnum aliquod intulit. 349.b
Restituere tenetur, qui procurat ne alijs debita soluantur, vel suum cuique tollatur. ibid. c
Restituere testis tenetur ob testimonium, & iudex ob sententiam latam acceptum. 298.a
ad Restitutionem nulli ita tenentur ac delinquens. 288.b
Restituere quis teneatur confessarius negligens. 289.b
Restituere damnum, quod feræ, quas venari non licet prędijs alienis faciunt, domini venandi tenentur. 345.b
ad Restitutionem non obligat peccatum mentale tantum. 382.b
Restituere tenetur vsuras vsurarius, vxor, liberi & alij. 411.a
Restituendum est bonum famæ, quod & probatur. 442.c
Famam qui ob vitæ periculum restituere non potest, eam compensare tenetur. 445.a
Restituere non tenetur nocere volens noxa non secuta. ibi.b
Restituere tenetur qui immodice laudando alium, alterius famam notabiliter extenuat. ibid.c
Restitutio famę de peccato vero & occulto quomodo facienda. 444.c
Restitutio famæ ab infamato condemnari potest. ibid.c
Restitutionem famæ quæ causſæ impe-

impediant. 445.b
Qui ad famæ restitutionem non tenentur. 447.b
Restitui cur non debeat damnum ob eleemosynam denegatam consecutum. 627. b Restituendum est quod male accipitur, sed non male datur. 296. a, b Restituere magis tenetur, qui accepit pro eo quod debet facere, quam qui accipit pro eo quod non debet facere. 295.c
Reuelare aliorum peccata occulta in visitationibus quando sit P. M. 453.b
Retrouendendi pactum minuit de pretio. 587.b
Reus iniustam litem defendendam suscipiens aut prosequens, vel iuridice interrogatus non respondens, peccat mortaliter. 657.a
Reus negans veritatem iudici competenti eum interroganti cur peccet mortaliter. 430.b
Reus negans veritatem secundum ordinem iuris, & reuelans contra iuris ordinem, peccat mortaliter. 452.a
Et quæ sint vt iuridice interrogetur necessaria. ibi.a
Rei quos socios detegere debeant, & quos non. ibid.b,c
Rei ad socios reuelandos non torquendi. 453.a
Reus non tenetur confiteri delictum ob quod ad mortem ducitur, si illud antea negauerit. 653.c
Appellationem iustæ sententiæ interponens, P.M. ibid.c
Reus non tenetur reddere famam accusanti, qui eum vere de crimine quod ipse negauit accusauit. 442.b
Rex regna, & dominia iniuste quærēs, vel quæsita non restituens, peccat mortaliter. 640.b
Regis laborum finis est Deus. ib.b
Rex iuste possessa iniuste gubernans peccat mortaliter. ib.c
Et per incuriam non prouidens rebus statui suo, & sibi necessarijs, ibid.c Et pecunias non coaceruans, vel eas iniuste congerens. 641.b Et effusis largitionibus ærarium exhauriens, & suas arces munire negligens. ibi.b
Controuersiam inter se & alium regem non componens. ibid.c
Legem pœnalem in sui vtilitatem statuens, & in legibus diuinis & his male dispensans. 642.a
Iniustum bellum gerens. ibid.b
Tributa noua absque necessitate publica exigens. ibi.b
Officia vendens quando peccat, ibid.c Cogens ad matrimonia, vel officiarios indignos præficiens, vel ad ecclesiastica beneficia personas idoneas non præsentans. 644.a
Non abolens prauas consuetudines, aut indicta causa alium condemnans. ibid.b
Reges homicidæ sunt qui inauditum & indefensum subditum tollunt, ibid. c Eis contra ius naturale & diuinum non est obediendum. ibid.c
Sine citatione cū res notoria est, potest condemnare. 645. c Rex quomodo debita sua restituet, ibi.b Rex vel iudex superiorem non agnoscens quando peccat veniam reis concedendo, & quando non. 647. c Regum capellani possunt capere fructus in absentia, sicut & Papæ. 702. c
Reges, Imperatores, & domini Ecclesiam sanctam obseruare magnopere debent. 772.b
Regis præfectus curans materiam aliquam vehi minore sumptu pro publicis ędificijs, non potest curare vt similis materia pro priuatis ędificijs eodem sumptu vehatur. 884.c
Rixæ qui interest vel prælio, ex parte iniusta auxiliando, vel fauendo, est irregularis si aliquis in eo deformetur, sed non, si ad suadendam pacem interfit. 856. b
Rixans illicite cum alio, si eius amici superueniant & deforment, est irregularis. 857.b

S

Sacerdotes proprij vniuscuiusque sunt tres, Papa, Episcopus, & Parochus. 879.c Sacerdos non potest absoluere, nisi habeat iurisdictionem actualem. 90. b Nisi in articulo mortis, & habentem sola venialia, ibid.b Sacerdos omnis absoluere potest ab excommunicatione etiam non confessum, modo signa contritionis dederit, & à quibuslibet peccatis. 889.a,b Idque etiam si sit excommunicatus & denuntiatus. ibid.a
Sacerdos non omnis ad audiendas cōfessiones idoneus. 90.b

Sacerdō-

Sacerdotem mortali peccato irretitum inducens ad celebrandum quis peccet, vel non. 121.c & 122.a
Sacerdos simplex etiam si in articulo mortis de omni voti tractatione possit absoluere, non tamen in eis dispensare. 191. b Sacerdotem mortali peccato irretitum qui inducit ad infantem baptizandum non peccat. 222.b
Sacerdotem qui inducit ad celebrandum, quem scit in eo mortaliter peccaturum, quando peccat vel non. 230. a
Sacerdotibus in ordinatione nullam dari iurisdictionem ad absoluendum à peccatis male dictum est à Soto. 879.a
Sacerdos in ordinatione accipit potestatem absoluendi, sed non executionem ipsius. ibid.a
Sacerdos est minister pœnitentiæ, ib.b Sacerdos sciens aliqua secreta aliter quã per sacram confessionem vergentia in damnum reipub. tenetur ea reuelare cum protestatione, sine periculo irregularitatis. 450.c & 451.a
Sacerdos sine stola & superpelliceo cõmunicans ob infirmitatem non peccat. 490. c
Sacerdos quilibet dispensatione Apostolica confirmationis minister esse potest. 408.a Sacerdotium visibile & externum in Ecclesia esse fide tenendum est. 505. a
Sacerdos aduertens, si celebrat post cibum sumptum, P M. vel si est in peccato mortali, vel est concubinarius & fornicarius. 676.a
Sacerdotis boni & mali Missæ quoad quid pares vel impares. ibid.b
Sacerdos qui non celebrat ter aut quater in anno saltem, P.M. 680.b
Sacerdotis cuius negligentia sanguis cecidit pœna. ibi.c
Sacerdos consecrationis reliquias quomodo sumere debeat. 681.a
Quid faciet si aquam pro vino consecrauerit. ibid.b
Consecráns plures hostias si non aduertat, omnes consecrat. ibi.c
Accipiens pecuniam ad dicẽdum Missam per se vel per alium, quomodo peccet, si aliquid sibi datæ pecuniæ retineat. 682. a
Sacerdos qui obligatus est dicendam Missam pro aliquo, non applicat ei totum valorem, quomodo peccet. ibid.c & 683.a,b
Sacerdos sine auctoritate absoluens à casibus quibus non potest, P.M. & quid faciet. 684. a Sacerdos tenetur applicare valorem Missæ satisfactorium ijs quibus debet. 693.b
Sacerdos pro quibus in Missa nominatim orare teneatur. 694. a
Sacerdos non ordinandus ante 25. annum cœptum. 698.b
ad Sacerdotium intra annum promoueri tenetur, qui Ecclesiam parochialem accipit. ibid.b
Sed Episcopus potest cum eo ratione studij dispensare, si fiat intra annum subdiaconus. ibid.c
Sacerdos vt talis est, quid scire teneatur, vt vero est alijs officijs decoratus quid. 707. b Sacerdos negligens confessionem audire, & communicare morientem, etiam pestilentia laborantem, P.M. ibid. c
Sacerdos non debet sepelire mortuum qui toto anno vno non est confessus, & alios. 726.b
Sacerdos quilibet à minori excommunicatione potest absoluere. 743. b Non Sacerdos ab excommunicatione in foro exteriori, & interiori si non habeat coniunctam peccatorum absolutionem potest absoluere. 750.b,c
Sacerdotes omnes in sua ordinatione accipiunt potestatem super Christi corpus verum & mysticum. 878.a
Eis tamen potestate vti super corpus Christi mysticum non conceditur. ibid.c
Sacramenti nomen quid significet. 492. c
Sacramẽtum est *sacræ rei signum*. 497.a vel *inuisibilis gratiæ visibilis forma, cuius similitudinem gerit, & causa existit*. ibi.b
Sacramenta conferre gratiam ex opere operato quid significet, ibi.c Sacramenta nouæ legis septem sunt. ibid.c
de Sacramentis Tridenti definita, ibi.c Sacramentum quodlibet materia & forma constat. 494.b
de Sacramentis in genere Tridenti definita, ibi.c Sacramentum ministrans vel suscipiens à sacerdote excommunicato, excepto baptismo, & Eucharistia, necessitatis tempore, P.M. 503. c Sacramenta quæ & sacramentalia interdicti tempore licita. 830. c Sacramenta quæ characterem

racterem imprimunt, si iterentur, faciunt irregulares. 869.b
Sacramenta quæ characterem imprimunt metu facta vt valeant. 58.b
Sacramenta ad conficienda sufficit virtualis intentio. 60.a
Sacramenta cum proposito mortalis peccati percipientes, si se eis occasio offerat, mortaliter peccant, & deplorandi sunt. 61.c
Sacramentorum Eucharistiæ & pœnitentiæ differentia. 73.c
ad Sacramenti Eucharistiæ & pœnitentiæ susceptionem dispositionis diuersitas. 74.b Sacramenta ab excommunicato ministrata vel suscepta vera sunt & valida. 118.c
Sacrilegium species luxuriæ est *quando alter vel vterque est persona religiosa vel ordine sacro insignita.* 252.b
Sacrilegium non est omnis copula habita in loco sacro quartæ speciei. 253.a
Sacrilegium horrendum est copula religiosi cum religiosa. 252. c Et copula omnis ratione loci sacri. ibid. c Inter quæ non computantur dormitoria & monasteria. 253. a Datum alicui ne sacrilegium faciat, repeti potest. 297. a
Sacrilegium committit, *qui rem sacram ex loco vel non sacro, & rem non sacram ex loco sacro surripit.* 297.a Sacrum omne non est spirituale inuendibile, vt sunt bona Ecclesiæ. 586.a
De orandis Sanctis Tridenti definita. 145. a Sarracenis arma & alia necessaria deferentes, quibus Christianos impugnant, sunt excommunicati. 761.c
Sarraceni vel Iudei habitum gestans in loco, vbi ex habitu talis quis esse cognocitur, P. M. 147.a
Sarracenis dans vnum vel alterum equum & similia, vt gratiam eorum ineat, non putatur in bullam incidere. 763. b
Satisfacere possumus Deo per opera alias debita. 721.b
Et per flagella ab eo inflicta. ibid.c
Satisfacere ante mortem debere excommunicatum vt absoluatur, quomodo sit intelligendum. 752.a
Satisfaciendi quę cautio sufficiens esse possit. ibid.b
Satisfactionis tres species non recte ex tribus peccandi formis, oris, cordis & operis colliguntur. 76.c
Satisfactio dari potest per opera alias debita, & tribulationes à Deo immissas. 81.b
à Sacerdote iniuncta præstantior est illa, quam quisque sponte suscipit. ibid.b
de Satisfactione errores Tridenti damnati. 82.c
Satisfactionis defectus non facit confessionem nullam. 124.b,c
Satisfactionem sibi à Confessario iniunctam, & à se acceptatam non implens quando potest & meminit, P. M. 485. b
Satisfactio æque potest post absolutionem ac ante imponi. 718.c
Satisfactio pro peccato leuis esse non debet. 718.b,c
Satisfactio quæ iusta solus Deus nouit, ibi.c Satisfactionem septennem vnicuique peccato mortali imponi solitam falsum. 718.c
Satisfactionis impositio prudentis Confessarij arbitrio semper relicta. 719. a
Satisfactio large & stricte sumitur. 80 a Proprie sumpta est *passio voluntaria pœnę pro peccato ad placandum Deum, cum proposito non offendendi eum amplius.* ibid.b
Satisfactionis opera tria, ieiunium, oratio & eleemosyna. ib.c
Satisfactio in mortali peccato facta à sacerdote imperito valet. 81.c
Satisfactio habet duas partes, vna continet passionem pœnę, altera cessationem ab offensa. 83.a
Scandali circumstantia duobus in casibus confitenda, de tertio dubitatur, sed resoluitur 107.b
Scandalùm magnum confessario credens se exhibiturum, si aliquod peccatum confiteatur, potest illud tacere. 110.a,b
Scandalum pharisaicum quod quis sibi accipit negligendum. 128.a
ob Scandalum præcepta, imo neque consilia omittenda sunt. 232.a
Scandalum quod ex ignorantia vel infirmitate oritur, & pusillorum dicitur, quomodo vitandum. ibi.b
Schedulam alienorum peccatorũ quomodo quis reperiens vel legens peccet. Et eam diuulgans vt peccet mortaliter. 440. b
Schisma & hęresis quomodo differant. 758.b

Schisma generaliter est *peccatum quo quis se ab vnitate debita separat*, specialiter vero est *quo se separat ab vnitate Ecclesiæ*. ibi. b Schismatici in bulla excommunicati qui sint. ibi. a

Scholarum gradus & magisteria sunt licita, nec præbent peccandi occasionem ex se. 230. b

Scholasticus ob finem mortaliter malum studens, statuta Academię non seruans, suffragans indigno, & scientias malas addiscens P. M. 665. b Notabiliter negligens in studijs, & contra veritatem altercans. ibid. c

Scholasticus arrogans sibi gradum quē non habet P. M. ibid. c

Scholasticus pauper qui amisit fructus sui beneficij eo quod officium non recitauerit, potest eos sibi capere. 704. a

Scientia Dei, & Angelorum, & nostra quomodo differant. 18. b

Scientias licitas in Academijs docere. & gradus in eis conferre peccatum non est, etiamsi ob eas multi peccent. 230. c

aduersus Scientias impius Cornelius Agrippa, & impurus Lutherus scripserunt. ibid. c

Scientia est cognitio visiua rei tam intellectus quam sensus. 894. c

Scientia à fide, opinione & dubitatione quomodo differat. 895. a

Scientia res est spiritualis circa quod simonia non committitur. 587. c

Scientiam docens pro labore aliquid sumens non vendit spirituale, & quod cū permutatione beneficij comparari possit. 588. a

Scire debet vnusquisque quod illi necessarium est ad suum munus exercēdum iure naturę. 92. a

Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. 261. c

Scire, & debere scire paria sunt. 349. c

Scientiæ malus vsus non efficit eam malam. 230. c

Scientia sola apparatus delicti cur interdum plectatur, & aliquando non. 636. c & 637. a

Scripturæ loca quę in hoc opere explicantur.

Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 18. c

Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me. 131. b

Ibid. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. 154. a, b & ita decalogus fuse exponitur in hoc opere dum decem præceptis agitur.

Iob. 10. Vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram miseriæ, & tenebrarum, &c. 32. a, b

Psal. 50. Cor mūdum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua. &c. 126. a

Psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes, &c. 58. c

Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. 161. a

Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. 208. a

Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. 131. b

Luc. 14. Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios. 208. a

Ioan. 1. Sine ipso factum est nihil. 43. b

Ioan. 20. Et quorum retinueritis retententa sunt. 59. b

Rom. 6. Non regnet peccatum in mortali vestro corpore. 51. b

Scribere de se non est opus seruile, sed transcribere. 204. a

Scripturam aliquam falsans, aut sciens esse falsam ea vtens, aut malitiose confingens P. M. 362. c

Scriptura sacra ad iocum minime vtendum est, ibi. c Neque vila profana opera. 363. a

Scrupulosus nesciens se aliquod peccatum esse confessum, potest credere se illud rite esse confessum. 484. b

Scrupulus est *cognitio argumenti apparentis contra id quod scit, vel credit.* 894. c

Scrupulosus sua peccata sæpius ac sæpius confiteri non debet. 494. b

Scrupulus quomodo cum fide & ceteris conueniat. 895. a

Scrupulorum magna pars vnde oriatur. 896. b

Eius medicina salubris. ibid. c

Scurrilitas & spurcitia quando sunt peccata mortalia. 622. b

Scurra quando dat occasionem peccati mortalis vel venialis tantum. 226. c

Secretum cōfessionis vna cum ipsa ab ipso Christo Domino institutum. 112. b

Magis obligat quam vilum aliud ibi. b

Secretum confessionis nullus confessarius

sarius vel quiuis alius prodere potest præterquam facultate à pœnitente facta. 448. a Secretum est quod à nemine vel à iam paucis scitur, vt neque sit famosum neque notorium, ibid. b Secreti aliquot diuisiones, ibid. b Secreti celandi obligatio quibus legibus cauta sit. ibid. c

Secreti seruandi promissio ds re parui momenti non obligat ad mortale. ibid. c

Secretum in confessione auditum quis reuelans etiam plura peccata potest cõmittere. 449. a

Secreti detectio non in confessione audita potest esse venialis, sed non illius quod in confessione auditum est. ibid. b

Secreta ciuitatis vel consilij in iniustã aliorum perniciem non vergẽtia nemo, etiamsi sibi moriendum esset, reuelare debet. ibi. b

Sed ea quæ iniusta sunt sic. ibid. c

Secreti peccati detectio non licet nisi fraterna correctione præmissa. 451. b

Secretum peccatum sibi cõmunicatum non vergens in damnum alterius iudici competenti non reuelandum. 452. a

Secreta peccata in visitationibus non pandenda. 453. b

Secretum sibi commissum diuulgans, P.M. 453. b

Secreti detectio venialis est, quam constat nemini nocituram. ibi. c

Ad sepulturam eligendam in sua Ecclesia sacerdos adigens aliquem, vel sepeliens in loco sacro in peccato notorio mortuum peccat. 707. b

Sepeliens in Ecclesia vel cœmeterio interdictos & excommunicatos quis excommunicetur. 805. b

Sepelientes hæreticos in locis sacris, credentes, & receptatores sunt excommunicati. 802. b

Sẽsualitas vis est animæ appetitiua, quæ in irascibilem & concupiscibilem diuiditur. 11. c Sensus exteriores quinque sunt, & interiores quatuor, & qui illi sint. ib. b

Sensuum actus de se sunt indifferentes, & boni si bene ordinentur, & mali si male. 627. a

Per quinque sensus quomodo homines mortaliter peccent, & vt non est de eis necessarium pœnitentes interrogare. ibid. b

Sententia interlocutoria ex solis anteactis vel reprobanda vel approbanda. 769. c

Sepulchrum Domini visere sine licentia Papæ non licet. 790. b

Sequestra hodie qui infringunt vel seruant. 805. b

Seruile opus solum est quod proprie seruientibus conuenit. 198. b

Seruilia septem opera diebus festis permittuntur. ibid. c

Seruus in bello iusto captus peccat fugiens à domino. 337. c

Et hoc etsi sit Christianus ab infidelibus iusto bello captus. 338. c

sub Sigillo confessionis non habetur quod in aurem sub protestatione talis sigilli dicitur. 177. b

Ad hoc sigillum omnes tenentur qui quomodocunque aliquid in confessione reuelatum audiuerunt. 113. b

Sigillum confessionis comprehendit non solum peccata, sed & circumstantias, & omnia quibus detectis aliquod peccatum pœnitentis cognosceretur. 112. b, c

Sigillum est obligatio vel debitum occultandi aliquid. ibi. b

Diuiditur in sigillum legis diuinæ naturalis, & sigillum confessionis, ibi. b Illud potest reuelari aliquando, hoc nunquam, nisi in vno casu. ibi. c

Sigillo confessionis obligantur qui quoquo modo confessionem audiuerunt. 113. b

Sigillum Confessionis fortius est sigillo secreti. ibi. c Sigillum Confessionis per mortem durat. 114. c

Sigillum qui & quibus modis infringant, ibi. b Sigillum Confessionis quando non velatur. 115. b, c

sub Sigillo secreti se aliquid habiturum iurans, & illud sine causa rumpens. 163. a

sub Sigillo confessionis non habetur quicquid ab hominibus sub hac forma, dico tibi in cõfessione, exprimitur. 451. b

Signum genus est Sacramenti quatenus est sensibile, & efficit quod significat. 493. a

Simonia in receptione monialiũ quomodo non committatur. 912. b

Simonia non est dare eleemosynam pro regno cœlorum, nisi pro pretio darent, sicut eam committeret, qui daret principaliter eleemosynam pauperi vt oraret pro eo. 591. b

Simoniam committit canonicus, qui principaliter it ad matutinas, vt distribu-

tiones

tiones consequatur, non qui minus principaliter. 589.c & 590.a
Simonia non est prelato seruire principaliter ob finē aptum & minus principaliter ad beneficium consequendum. 589.c
Simonia est voluntas studiosa emendi vel vendendi spirituale, vel spirituali annexū, quæ definitio fuse explicatur. 587.a
per Simoniam acceptum iuste retineri nō potest, sed dandum est Ecclesiæ damnificatę vel pauperibus. 296.b
Simonia est mutuare alicui vt presentetur, vel eligatur ad beneficium. 381.b
Simonia mentalis vere peccatum est. 586.c Simonia non committitur circa corporea vel spiritualia, quę sunt naturaliter quęsibilia. 587.c
Simonia duplex, altera prohibita, quia simonia, & altera simonia, quia prohibita, 388.a Simonia committitur frequenter sine interuentu pecuniæ, vel rei ea æstimabilis. ibid.b
Simonia non est dare vel accipere alia ratione quam pro pretio quærendi spirituale. 589.c
Simoniam non facit minus principalis intentio. ibid.c
Sed sic principalis lucri quantumuis minimi. 590.b
Simonia non est dare pro sustentatione ministri. ibid.c
Neque pro impensis, vel pœna excommunicationis, vel absolutionis. ibi.c
Neque pro vexationis redemptione, modo qui dat, iam habeat ius acquisitū. 591.a
Simonia quando est munus à manu vel lingua pro spirituali accipere. ibid.b
Simoniam non committit, qui dat pecuniam notario pro literis ordinis, nec Episcopo post susceptum ordinem pro pastellis, nec canonicis leue aliquid in possessionis adeptione, ad quod tamen cogi non potest. 592.b
Simonia triplex, mentalis, conuentionalis, realis: mentalis est mente tantum concepta citra omnem conuentionem tacitam & expressam, siue res tradatur, siue non, & hæc item duplex. 593.b Simonia mentalis non obligat ad restitutionē, siue illud sit temporarium, siue spirituale, quod per eam acceptum est. ibid.b
Simonia mentalis cur ad restitutionē non obliget, sed sic vsura mentalis. 594.b
Simonia conuētionalis est ea quę conuenta est expresse vel tacite, nondum tamen ab vtraque parte executa. 596.a Duplex hęc item est, & vtraque in foro exteriori punibilis, ibid. Per eam acceptum restituendum, si acceptum sit temporale, non spirituale. ibi.b
Simonia realis est ea quæ conuenta est expresse vel tacite ex vtraque parte completa, saltem quoad aliquam partē promissorum vtriusque partis. 599.a
Simonia hæc quibus pœnis puniatur, ibid. c Simonia est conuentionalia promittere 100. scuta alteri pro beneficio, sine animo emendi illa vel persoluendi illa. 601.a
ad Simoniam sufficit velle dare aliquid quod formaliter vel virtualiter est temporale pro spirituali. ibid.b
Simonia non est conferre beneficium ei, qui est ad antidota obligatus animo se ab ea obligatione liberandi. ibid. c Nec propter consanguinitatem, quamuis conferens ob illam principaliter peccet. 602.b
Simonia realis quomodo committatur à duobus quorum alter familiaris est Papæ, quem alter monet de beneficio alicubi vacante, qui illud pro illo impetrat, & ipse conuenit de pensione inter se constituta danda illi. ibi.c
Simoniaca conuentio definit esse talis adiecta clausula, si, & quatenus sedi Apostolicę placuerit. 603.c
Et iterum. 607.b
Simoniaca confidētia non est qua quis confidit quod alter conferet beneficiū à se renuntiatum alteri sine vllo pacto & modo. ibid.c
Simonia conuentionalis confidentiæ beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, qua palam emitur vel venditur beneficium. 611.c
Simoniacorum pœna primum ignis ęternus. 606.a
Reliquæ pœnę. 615.a,b
Simoniacus ordinatus recipit quidem characterem, sed non executionem. ibi.b
Simonia non est accipere aliquem in familiarem, constituta ei mercede, donec ei beneficium conferatur. 697.a
per Simoniam ab alio in eius fauorem commissam eo ignorante quærens beneficium, & rescindens illud si non renuntiat illico. P. M. ibi.b

Simonia quæ vere non fuit causa quærendi beneficium coram Deo, non nocet. ibid. c

per Simoniam quęsitum restituendum est Ecclesię, ita vt nihil cedat delinquenti. ibid. b

Simonia quomodo non incurritur dãdo aliquid ob ingressum in aliquod monasterium. 788. a

Ob quam simoniam excommunicatio incurratur. ibid. b

Simulatio qua significamus esse quod non est mẽdacium in factis quando peccatum mortale sit. 422. b

Societas omnis circa animalia quæ illicita, quæ autem sit licita habetur. 406. a

in Societatem nautarum volentium ire piscatum & commeatum non habentium mittens pecuniam quis est vsurarius. 412. b Societas est conuẽtio plurium suam pecuniam, industriam, vel laborem conferentium ad lucrandum. 401. b

Ad societatem vt iusta sit, tria requiruntur, & quæ illa sint. ibid. c

Societas qua ratione peritorum iudicio exæquanda sit. 402. a

In societate pecuniæ iacturam subire debet, qui eam dedit, & laboris, qui eum contulit. ibid. b

Pecunia perire potest communiter, si pactum fiat, vt ea communis esset, & cõmuniter diuideretur. ibid. c

In societate quomodo sors & lucrum assecurari possit. 403. a, b

In societatem dans pecuniam ei quem scit ea non negotiaturum peccat. 405. a

Pecuniam in societatem conferens, sed à socio scripturam mutui vel depositi accipiens, peccat. ibid. b

Socius qui industriam confert, quas impensas à se factas computare debeat. 412. b

Societatis Iesu clerici vere sũt religiosi, & promoueri possunt ad ordines, aut professionem. 819. b

Sodomita occultus non est irregularis. 869. c

Si sit in hoc nefando opere diu volutatus per extrau. Pij. V. puniendus. 870. b

Eiusdem ab eodem pœnę huic sceleri constitutæ. ibid. b

Quis illis pœnis subijcitur, & an obligent in foro conscientiæ. ibid. c & 871. a

Est dignus depositione, quod grauius est, quam irregularis solum. ib. b

Somnijs credere quatenus sit vel non sit peccatum. 149. b

Somnians qui omittit aliquid facere propter sua somnia, quod facere debebat, peccat. ibid. c

Sortes iacere quando peccatum sit vel non. 150. b

Sozte salua qui lucrantur in Gallia. 403. c & 404. a

Spes vna e quatuor animę passionibus, est *expectatio de bono arduo*. 32. b

Spiritus multas habet significationes. 585. a

Spiritus in materia simoniæ est res pertinens ad salutem animæ. ibid. b

Spirituale est donum supernaturale à Deo datum ad animarum salutẽ, vel aliquid aliud institutum supernaturaliter ab eodem ad eandem efficiendam, vel ab Ecclesia potestate supernaturali & gratis sibi danda ad conficiendum illud, & gratis dandum. ibid. b

Spirituali repugnat emptio & venditio ibid. c

Spiritualium quædam sunt à Deo solo immediate creata vel instituta, quædam ministerio Ecclesiæ instituta: & vtrorumque venditio est simoniaca. 586. a

Spiritualia ab Ecclesia instituta, sunt instituta virtute potestatis diuinitus acceptę. ibid. b

Spiritualium quędam sunt pura ab omni rei temporalis mixtione, quędam mixta, & mixta duplicia sunt, ibi. c Quæ vendi possunt, & quæ non, ibi. Pro spirituali nihil accipi posse quomodo verum sit, & non. 589. a Spiritualia quædam antecedenter, & quædam dependenter, & quæ illa sint. 586. b

Pro spiritualibus tanquam pro caussa impulsiua, & minus principaliter aliquid temporale licet dare aut accipere. 589. c Pro labore qui suscipitur in rebus spiritualibus potest accipi aliquid temporale minus principaliter, sed non principaliter. 591. c & 592. a

Et principaliter itẽ pro obligatione exercẽdi munus aliquod spirituale. ib. b Pro spiritualibus actibus dari consueta licita peti possunt antequam præstentur. 601.

Per Spoliũ intelligitur *quęcũque acceptatio iniusta quorũlibet bonorum mobiliũ vel immobiliũ, occulta vel violenta*. 797. a

Sponsa-

Sponsalia clandestina non prohibita sicut matrimonium, & qui illa non complet, peccat. 711.c

Sponsa Dei est anima viri qui se Deo consecrauit, sicut & fœminæ quæ idem facit. 252. b Sponsalia quando ipso iure sine Ecclesiæ auctoritate soluuntur. 513.b

Sponsalia contrahens cum aliqua, & deinde matrimonium cum eius cognata, priorem debet accipere, nisi cum secunda rem habuerit, & tunc neutram habere potest. 527.c & 528.a

ex Sponsalibus & matrimonio inualide & clandestine contracto non nascitur impedimentum publicæ honestatis, ibi.b post Sponsalia cum vna, contrahens matrimonium cum alia sine iusta caussa, vel sponsalia, peccat. 525.a

Sponsalia quomodo dirimantur per sponsi in aliam regionem migrationem. 511. c

ex Sponsalibus ante septennium non oritur publicæ honestatis impedimentum. 512.b

Spondens non ducturum aliam, non tenetur eam ducere cui spondet. ibi.c

Sponsa certam dotem sponso nõ promittens, videtur omnia sua promittere. 513.a.

Sponsalia à quo regulariter dirimi possunt. ibi.b

Sponsalia duobus modis in matrimonium transeunt, per carnalem copulam (quæ tamen post Concil. Trident. non habet locum) & per declarationem consensus verbo aut signo factam. ibid.c

Sponsalia *sunt promissio mutua seu reciproca matrimonij* 511.a Multis modis solui possunt, & primo per partium remissionem, ibi.b II. per alterius in religionẽ ingressum III. per verbis de præsenti cõtractum, & sic alijs multis modis. 511. & 512. Sponsi quomodo possunt inter se sine copula honeste versari. 259 b

Sponsalia non transeunt in matrimonium per copulam. 513.c

Sponsi inter se soli ante matrimonium versari non debent. 259.c

Sponsio de aliquo præterito vel futuro quomodo sit peccatum. 461.c 462.a

Sponsalia tantum sunt matrimonia impuberum. 519.c & 520.a

Sponte fit, quod sine metu iusto fit, etiamsi interueniat aliquis leuis. 907.c

Status quem necesse est conseruare, etiamsi restitutio alienorum nõ fiat, intelligitur de statu iure quæsito. 311.b

Statum suum mutare, & ex plebeio nobilis fieri quomodo quis possit. 575.b

Status decentia in individuo non consistit. 627.a

ad Statum mutandum seculares pecunias cogere possunt. ibid.b

Sterilitas fortuita quæ dicenda sit, & quando eueniat. 371.b

Sterilitas quę ex vitio agri, aut tenuitate nascitur, fortuita dicenda non est, nec ob eam remissio pretij seruanda est. ibid.c

De annonæ sterilitate quomodo quis gaudere possit. 463.b

Stipendium aduocati quando iustum, & quando de eo paciscendum est. 654. b

Stipulationis quæ interrogatione & responsione fit materia & forma sunt consensus & verba. 508.b

Stoicorum opinio asserentium omnes passiones esse malas falsa. 34.b

Studium non est idonea caussa excusandi a recitandis horis canonicis. 341. b

Stryges & Sagas raptum à dæmone per aëra an credendum. 151.b

Subditus quando peccat superiorum iussa & leges non obseruans. 216. c

Subditus tyranni petens ab eo iustitiæ administrationem, vel beneficium non peccat. 229.b

Subreptio in materia peccati mortalis quomodo excuset. 51.b

Superbia non est vnum ex septem capitalibus vitijs, sed regina vitiorum. 548. b

Superbia quid ex aliorum opinione, & vnde ducatur. ibid.c

Superbus quid significat. 549.a

Superbia bona & mala, & vt habitus definiri potest esse vitium mouẽs siue inclinans ad appetitũ inordinatũ excellentiæ proprię, quatenus est excellentia. ib.b

Ad Superbiam requiritur actualis contemptus Dei, nisi ad mortale. 550.a

Superbiæ actus qui, & quot. ibid.b

Superbiæ species quatuor, & quæ illæ, ibid. c Modi quibus quis per superbiam peccat. 551.b

Superflua beneficiorum male impendentes teneri ad restitutionem probatur. 33. c Superflua naturę & status quando pauperum

pauperibus danda. 628.b
Superfluum naturæ est id quod supereſt alicui deductis neceſſarijs ad vitam ſuam & ſuorum, ſtatus vero, quod supereſt alicui deductis neceſſarijs ad vitā ſtatumque decentem ſuum ac ſuorum. ibi.a
Superior quando poteſt ſubdito præcipere vt audiat confeſſiones, & ille obedire tenetur. 94.b
Superior quomodo dicatur religioſorū votum irritare. 186.c
Quomodo peccet irritando votū prius à ſe ratificatum. 188.b
Superior votum commutans quid conſiderare debeat. 391. a
Superior ad multa ſubditum obligare non poteſt. 561.b
Quæ & quot illæ ſint. ibi.c
Superſtitio maximum pitiorum quę actibus moralium virtutum opponuntur. 143.b Et eius quatuor ſpecies. ibid.c
Superſtitionum ſpecialium & particularium grandem numerum vide pagi. 144. 145.& ſeq.
Superſtitionis omnes ſpecies excepta vna ſunt peccata lethalia. 144.b
Superſtitionibus homines diditi grauiter redarguuntur. 145.a
Superſtitio Iudaica & Mahometica prohibita, & peccata mortalia. 143.c
Suſpenſio generaliter eſt prohibitio vſus officij vel facultatis alicuius. 815.b
Proprie eſt cenſura qua alicui perſonæ eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij vel beneficij eccleſiaſtici, in totum vel in partem, in certum tempus, vel perpetuum, quoad partem, ob ſuam culpam a iudice vel à lege. ibi.c
Sine aliqua culpa propria ferri non poteſt. 816.a
Non eſt peccatum mortale, neque excommunicatio, neque irregularitas. ibidem.c
Suſpenſandi diuiſio quidem quoad ſe, alij quoad alios ſuſpenſa dicantur reprobatur. ib.c
Suſpenſio triplex, officij, & beneficij ſimul, officij tantū, & beneficij tantū. 817.a
Item à iure, & ab homine, & à iure quot. Et I. qua notorius fornicarius, ib.b II. Qua eligentes in epiſcopum eum, qui non eſt legitimus. ibid.c III. Qua qui ſine legitima ætate ordinantur, & ſic deinceps. 817. c Quæ ſunt in vniuerſum ſexdecim, quarum tamen poſtrema ſublata eſt. 819.b
Suſpenſio vna à diuinis, alia ab alijs. ibid. c
Suſpendere poteſt, qui poteſt excommunicare, ſuſpendi autem poſſunt ſolæ perſonę eccleſiaſticæ. 820.a
Ob quodlibet peccatum mortale, imo & veniale poteſt quis ſuſpendi. ibi.b
Suſpenſus à quibuſdam actibus non eſt ſuſpenſus ab alijs non annexis eis. ibid. c
Suſpenſio quibuſlibet verbis ferri & ſolui poteſt. 821.a
Suſpenſio quæ certo tempore terminatur tollitur lapſo tempore. ibid.b
à Suſpenſione lata ob contumaciam poteſt abſoluere epiſcopus, ſed à lata in pœnam alicuius delicti non. ibi.b
à Suſpenſione lata ab homine regulariter non poteſt abſoluere, niſi qui eam tulit. ibi.c
Violans ſuſpenſionem eccleſiaſticam P.M. & eſt irregularis. 822.a
Exercens ordinem etiam minorem ſuſpenſus fit irregularis. ibid.b
Suſpenſus ab Epiſcopatu ſi ſolemniter celebrat fit irregularis. ibi.b
Suſpenſi, qui fiunt irregulares vel non. ibid. c
Suſpenſus eſt euitandus ſi eſt denuntiatus. 823.b
Suſurratio eſt ſignificatio inordinata mali culpæ alienę alteri facta, per quam ſeritur diſcordia, vel cauſſa diſcordandi inter eos. 433.b
Graue peccatum eſt, & quid facere debeat vt abſoluatur. ibi. c
Symbolum Apoſtolicum ſumma eſt credendorum omnium. 122. c 130.a
Synagogas Iudæis, Meſchitas Turcis. templa paganis aut hæreticis conſtruens P.M. 225. c

T

TAbernarij & caupones diebus ieiuniorum cibos vetitos miniſtrantes, aut ieiunium ſine cauſſa ſoluturos recipientes vt peccent. 478.c
Tactus ſponſi cum ſponſa qui permittuntur, & qui prohibentur. 215.b
Tactus māmillarū vel aliarū corporis partium quando peccatum non eſt. 229.b
Tactus, amplexus, & oſcula, & voluntas eorum quando ſint P.M. 259.c

Tactus sponsorum,& delectatio ex eis nascens, sine tamen vlteriori proposito liciti. 359.b
Tactus verendorum sponsis nullo modo liciti. ibid.c
Tactus impudici coniugibus illiciti si ipsi se polluant. 273.a
Est periculosior visu. 259.q
Tacẽs non fatetur, nec negare videtur. 530. a Taciturnitas veri quod iura iubent exprimi, & falsi expressio ad gratiam impetrandam à principe nocet. 546. a
Taurorum agitatio an sit licita, rogatus quæ responderit Nauarrus. 243.a
Taurorum agitatio in Gallia non est vsitata, & illa est multorum vitiorum caussa. ibid.b
à Pio V. bulla de ea edita prohibita est ibid. c Moderata non reprehenditur nec prohibetur. 145.b
De taurorum agitatione præposterum quorundam Hispanorum iudicium. ibi.c & 246. a
Tempus decem annorum est longum tempus. 798.c
Tentare Deum quis dicatur, & quomodo hoc peccatum mortale sit. 152.b
Tentandi Deum modi aliquot. ibid.c
Terribilia multo plus terrent si speciatim cogitentur, quam si generatim. 61.b
Testamentum mutare faciens, aut legatum in alium transferri blanditijs sine vi, metu & dolo, non tenetur ad restitutionem. 318.b
Si autem per modos iustitiæ contrarios id facit, tenetur. 320.c
Testamenti executor qui non soluit debita, & legata præsertim pia P. M. 668. b
Testari volens, sanus, vel in principio morbi id faciat. 328.a
Testator in statu gratiæ id faciat. ibi.a
Non habens hæredes legitimos non tenetur relinquere bona cognatis nisi extreme egentibus. ibi.b
Testanti nõ sufficit iubere vt restituatur, si ille potest restituere. 316.b
Testis qui testatur verum quod credit esse falsum, vel se excusat, quando ad testificandum tenetur P. M. 658.b
Et secretum peccatum alienum detegens. 659.a
Qui ad testificandum non tenetur quid respondere debeat iudici cum interrogauit. ibid.b
Testis suo testimonio non succurrens ei, quem scit esse in extrema sui testimonij necessitate P. M. ibi.b
Et si iussus non testificetur, tenetur ad restitutionem. ib.b
Mercedem accipiens vt verum testetur tenetur ad restitutionem, sed non vt falsum. ibi.c
Nisi accipiat ratione laboris, & interesse. ibi.c
in Testem cum tenetur qui non se offert, vel se offert cum non tenetur peccat. 660.b
in Testem qui admitti non possunt nisi quando alij desunt. ibi.c
Testis qui legitime interrogatus super crimine ob quod bona publicantur negat veritatem, & reus absoluitur, non tenetur fisco de damno. 661.b
Testis in instrumentis vsurarijs scienter adhibitus vel dubitans P. M. Et tenetur ad restitutionem. 403.a
Testimonium falsum ob tria, peccatum mortale est. 429.a
Testatus aliquid esse tale, sed credens cuipiam illud affirmanti grauiter peccat, sed non tenetur ad restitutionem. ibid. b
Testes singuli ad probandam confidentiam simoniacam sufficiunt, & criminosi ad omnem simoniam probandam sunt idonei. 613.a
Testis verum esse in iudicio affirmans quod scit esse falsum, vel dubitat, aut tacet verum P. M. 658.a
Testis quando & quomodo suum testimonium reuocare teneatur. ibid.b
Testis integer quis sit. ibid.b
Testis vnius, etiam fide digni, dictum non sufficit ad alicuius credendæ rei necessitatem inducendam. 541.b
Testimonium vnius sufficit ad impediendum matrimonium contrahendum. 542. a
Testimonio suo qui potest alterum à morte vel pœna liberare nec facit P. M. 242. b
ad Testimonium ferendum quo quis condemnetur, nemo se tenetur offerre. ibid.b
Testimonium falsum qui protulit ob quod alter est in vitæ periculo, illud reuocare tenetur, etiamsi sibi vita perdenda

perdenda sit. ibid.c
Testis restituere tenetur quod accepit ob testimonium quod ferre tenebatur. 298.a
Testis à iudice legitime interrogatus an sciat tale furtum,& sciens tacet, peccat,& tenetur restituere. 350.c
Testificari quis tenetur post semiplenam probationem coram ipso factam. 351.b
Theologia, legum, & medicinæ disciplinę,quamuis ob eas multi peccant,vtissima. 230.a
Thesaurus est *pecunia sub terram,vel alibi abscondita vetustiore tempore,cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla est memoria.* 364.a
Est eius qui inuenit in suo, & in alieno, dimidium est eius, & dimidium loci domini. ibi.a
Thesaurum in loco sacro aut publico inueniens partiri debet cum fisco aut prælato Ecclesiæ. ibi.b
Thesaurum inueniens in agro quem emit, nil tenetur restituere venditori. 365.a
Thesaurarius alicuius ciuitatis negotiando pecunia publica vt peccet. 583.a
Thesaurum inueniens in alieno quando partem, & quando totum restituere tenetur. 364.a
Thesaurus non est omnis pecunia abscondita. ibid.c
Thesaurum qui inuenit in sua arte magica peccat,& ille est fisci. 361.a
D.Thomę mirabilis in sacros canones & leges obseruantia. 319. b
Tonsura prima insigniri volens quid habere debeat ex Concil.Trident. 671.a
Ealicet etiam hodie insigniri sine animo ascendendi ad ordines. 688.b
Tormentorum metu qui seipsos infamant peccant. 439.b
Sed non nisi venialiter, nisi in quatuor casibus. 439.b
Torneamenta prohibita iure canonico, & qui in eis moritur in loco sacro non est sepeliendus. 243.b
Quædam tamen licita sunt. ibid. c
Tributa,& iura regia, iuste publica auctoritate, consuetudine immemorabili imposita non soluens peccat cum obligatione restituendi. 376.c
Eadem sine auctoritate imponens, vel imposita exigens cum eadem obligatione peccat. 377.a
Tributa & gabellas licite laicis imposita à clericis exigens peccat, & est excõmunicatus. ib.a
Tributa soluenda non sunt de ijs etiã quę quis in suam suæque familiæ necessitatem inuehit. 378.a
Tributi debitor, qui obstrictus iureiurando, vt veritatem suarum mercium proferat, & eam non profert peccat. ibid. b
Tributa seu vectigalia nullus potest imponere,qui recognoscit superiorem in temporalibus. 760.a
Sanctissimæ Trinitatis fides explicita omnibus est necessaria. 142.a Incomprehensibilis Diuinissimæ. ibi.a
Trinitatem personarum solo lumine fidei possumus cognoscere. 18.a
Trinitatis imago in hominis anima clare explicatur. 19.c
Trinitatis sublimissimæ adorandissima & augustissima cognitio per animam magis, quam per alia comparatur. 20.b
De Trinitate errores aliquot. 142.b
Trinitatis beatissimæ personæ spiritualissimæ concipiendæ. 20.c
Tristari quod non sint tanta bona temporaria quanta alteri, quando peccatum mortale, vel veniale, vel nullum. 620. a
Qui Tristatur quod Deus bona malis tribuat quando peccat. ibi.b
Qui Tristatur de colloquio & familiaritate cum Deo P. M. 622.a
Qui Tristatur de bono spirituali aliarum mortalium virtutum non peccat peccato acediæ. 623.a
Triticum vel aliud tam immoderate emens, vt caritatem inducat, P. M. 582. b
Triticum vendere vno mense pretio quo valiturum est altero, quando peccatum. 581.a
Tritici caritatem desiderare,vel gaudere quod illa euenerit, simpliciter peccatum est. 463.c & 464.a
Triticum vendens pluris quam sit æstimatum à gubernatore, peccat cum obligatione restituendi. 580.b
Triticum mutuare caritatis tẽpore eo pretio,quo tunc venditur,vt tempore solutionis reddatur triticum eo pretio quo tunc valebit,non est vsura. 392.b

Triticum

Triticum quod sibi debetur qui non petit nisi tempore quo illud carius erit, non peccat, nisi solutionem impediat. 393. b

Turpis quæstus dicitur qui quæritur ex venditione, locatione, traditione vel ostensione reliquiarum, & aliorum sacrorum, cum pacto vel fine principali aliquid recipiendi. 363.a

Turpes cantilenas cultui diuino admiscere quale peccatum. 195.b

Tutor aut curator non conseruans bona sui pupilli aut minoris P.M. 634.a

Tutor & curator qui dicantur, ibi. Qui dat sui pupilli pecunias salua sorte nisi per tres contractus peccat. ibi.b

Tyrannum aliquem pro iustitia & gratia rogare peccatum non est. 229.a

V

VAlor rei iustus est, quo res præsenti pecunia emitur. 577.b

Vana gloria est vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ. 552.c

Vana gloria vitium capitale, & parens septem vitiorum, iactantiæ, inuentionis nouitatum, hypocrisis, pertinaciæ, discordię, contentionis, & inobedientiæ. 553.a

Per vanam gloriam qui peccant mortaliter. ibid.b

Ob vanam gloriam res ad diuinam gloriam institutas principaliter faciens vt peccet. 554.b

Vagabundum maritum quando vxor sequi tenetur vel non. 216.b

Vasa vini vitiosa locans, aut pro integris vendens sciēter, peccat, & ad restitutionem tenetur. 375.b

Vasa Ecclesię nisi in magna necessitate pignorari non possunt. 379.c

Vendens aliquid pretio iusto, quo illud valiturum est aliquo tempore, non debet exigere summum pretium, sed medium illius temporis. 397.c

Vendens aliquid dilata solutione pretio maximo quo valebit ad aliquod tēpus peccat, sed non medio si illud erat vsque ad illud tempus seruaturus. 398.b

Vendens aliquid, vt statim illud sibi venderetur, peccat, sed non, si non habuit emendi animum. ibi.b

Vendi res posse carius credito, vel emi anticipata pecunia vilius reprobatur. 599. b

Vendens equum pluris ob dilatam solutionem quam valeat peccat, licet tempore solutionis tantum valeret quantum venditus est. 399.a

Vendens arma iniuste bellaturo quando peccat. 582.a

Vendens arma infidelibus peccat, & est excommunicatus. 583.a

Vendere tantum vel minus quam emit quis teneatur. 394.a

Vendibile per se non potest vendi quādo miscetur inuendibili. 202.a

Vendere carius licet iusto pretio propter verum interesse lucri cessantis. 578. a

Vendens rem tanto pluris iusto pretio quanto damno saltem affectionis eius venditione afficitur non peccat. ibid.b

Vendere licet dilata solutione tanto pluris quanto credit se in eo recuperando insumpturum. 578.c

Venditio qua non exceditur dimidium iusti pretij est rescindenda. 579. a Ad illam venditionem rescindendam quid sit seruandum. ibid.b

Vendere volens carius iusto pretio rigoroso vt peccat. 580.a

Vendens rem vitiosam debet declarare defectus in specie, quibus illa laborat. 681. a

Manifestum vitium non tenetur dicere, nec occultum quod non est notabiliter damnosum. ibi.b

Vendens aliquid amissum ipso iure ob hęresin, vel aliud simile, tenetur id manifestare. ibid.c

Venditio qua quis emit rem aliquam ab alio, & statim eidem vendit, quomodo liceat vel non. 482.b

Vendens aut emens aliquid temporale carius eo quod aliquid spirituale annexum habeat P.M. 616.b

Sed non est excommunicatus. ibid.b

Venans diebus festis etiam quæstus gratia audita Missa non peccat, sed sic si Missam non audiuit. 289.b

Venari aut piscari prohibens cum non possit, peccat cum obligatione restituendi. 345.b

Ad iuste prohibendum ne quis venetur quinque necessaria sunt. ibi.b

Venantes prima vice in locis prohibitis occidentes, vel mutilantes malefaciunt. 349.a

Venatus custodes sinentes venari

quando peccant vel non. ibid.a
Venatio ferarum certis temporibus iuste prohiberi potest. ibid.c
Ad venandum profectus permittens canes nocere auibus domesticis peccat. 374. a
Veneni negotiatio vt licita esse possit. 582. a
Venenum qui sumit,vt experiatur theriacam quando peccat vel non. 259.a
Verba plura iniuriosa vel blasphema quando vnum vel plura faciunt peccata. 106. a
Verbum generale in dubio in bonum sensum interpretandum. 35.a
Verborum omnis inordinata prolatio octauo præcepto prohibetur, & quæ sit mortalis. 428.c & 429.a
Verecundia quando excusat à confessione apud proprium parochum,& quãdo non. 111.c
Vestitus quis licitus,& quis venialis,& quis mortalis. 556.b
Vestiens se habitu religiosi quando peccat. 558.a
Vexationem suam cuique licet redimere, iniustam scilicet,non autẽ iustam. 397. a
Vexationem suam vel alienam redimere virtutis actus est. 160.a
Vicariam spiritualem emens,vel ad tẽpus conducens est simoniacus, sed non excommunicatur. 614.b
Vicaria temporalis iurisdictionis vendi potest. ibid.c
Vicaria perpetua est beneficium,& vendi non potest sine excommunicatione. ibid. c
Vidua vel repudiata potest accipere aliquid donec dos ipsi soluatur. 388.b
Vidua gaudens de præterita copula & in ea se delectans P. M. 258. b
Vidua post mariti mortem sacrum per plures menses non audiens an peccet. 466. c Benefaceret quæ post mariti mortem quotidie sacrum audiret. 467. a Viduas toto primo à morte mariti anno à Missa abesse consuetudo ab Episcopis tollenda. 468.a
Vidua fornicata realiter non potest retinere bona relicta sibi à marito vt caste viueret. 570. a Vidua à marito vsufructuaria bonorum relicta quoad caste viueret si stupro commisso eis gaudeat, cum obligatione restituendi pecc-r,& viduus similitet. 668.b
Violentus actus est ille cuius principium est ab extrinseco passo non conferente vim. 37.b
Violenter facta & metu facta quomodo differant. 38.a
Violenter factum quomodo peccatum est,nec puniri potest. ibid.b
Vir volens intueri fœminas nudas,& contra mulier viros vt peccent. 558.c
Viri peccatum adulterij grauius est quam fœminæ. 365.b
Virginem qui corrupit sine dolo & deceptione ipsius, ad nihil tenetur in foro conscientiæ. 261.b
In foro exteriori quid ei faciendum. ibid. c
Tenetur tamen ad ei satisfaciendum. 262. a In foro conscientiæ quando tenetur ad restitutionem, ibid. a Qui pollicitationibus eam decepit ad quid tenetur. ibid.b
Si promisit eam ducturum, tenetur id facere, nisi sint admodum inæquales. ibid. c
Neque si magnum sequeretur scandalum. 263. a Quando obligatur ad satisfaciendum pro fractione sigilli virginalis. ibid. b
Et quid de ea quę putatur virgo & non est. ibid.c
Virgo quæ vult scire quanta sit carnalis copulæ delectatio, etiamsi eam experiri nolit P.M. 558.b
Virginitas cui renitenti violatur non peccat. 38.a
Virginitatis circumstantia confitenda, etiamsi qui confitetur non peruenit ad actum. 100.c
Virginitatem quæ vouit,tenetur castitatem seruare, postquam corrupta est, & pœnitere. 171.a
Virtus est qualitas quæ bonum facit habentem. 36.c
Virtutis omne opus iuramento promissum est faciendum. 160.a
Virtutis actus vno respectu delectabilis, alio pœnalis. 722.a
Virtus compati potest peccatum, sed non regina virtutum charitas. 36.c
Virtus bonus habitus est,& mouet ad bonos actus. 547.a
Virtutes duplo pauciores sunt vitijs eo quod habeant duo semper opposita vitia. 548. a

Vis quoties iusta est, resistentia est iniusta. 238.b
Vis absoluta excusat à crimine eam quæ ob eam virginitatem amisit. 250.b
Vt qui resistit iuste aggredienti peccat. 569. c
Visitatores monialium impediens est excommunicatus. 720.c
Visus & colloquium fœminæ pulcræ etiam cum aliqua delectatione quomodo peccatum non sit. 259.a
Vita contemplatiua qua ratione actiuam antecedit. 27.c
Viuere volens perpetuo in hoc mortali seculo peccat. 139.c
Vitam sibi per abstinentiam decurtans idque aduertens peccat. 241.b
Vita est pretiosior libertate. 583.b
ad Vitam redimendam iuste condemnati non tenemur, etiamsi rex potestatem faceret. 633.c
Vita proximi quando magis diligenda quam res propria. 234.b
Vita non est amittenda propter famã illustris familiæ. 328.b
Vitium est qualitas secundam quam malus est animus. 36.c
Vitium compatitur secum actum bonum. ibid.c
Vitia duplo plura sunt quam virtutes, & cur. 548.b
Vitia capitalia septem sunt, & cur ita dicantur. ibid.c
Vniuersitates non incurrunt excommunicationes, sed interdictum. 758.c
Vniuersitates quando ipso facto interdicuntur. 826.b
Voluntas vt alius mortaliter peccet mortifera est. 225.c
Voluntas est animi motus ad aliquid imitandum vel non imitandum. 15.a
Quomodo à vi volendi appetitiua differat. ibid.b
Voluntas mouet intellectum imperando, intellectus autem voluntatẽ præsentando, ibi.b Habet vim concupiscibilem & irascibilem diuersam ab appetitiua facultate. ibid.c
Voluntarij actus qui simpliciter, & qui secundum quid. 37.c
Voluntarius actus elicitus non potest esse violentus. 38.b
Voluntarius est actus per concupiscentiam impulsus. ib.c
Voluntas quæ semel in peccatum corruit vix multis admonitionibus ad virtutem resurgit. 243.a
Voluntas non patitur violentiam, etsi à Deo ad volendum cogatur. 38.a
Voluntas non fertur in incognitum. 887.c
Votum omne expresse vel tacite Deo fit. 746.a
Votum absque verbis expressis fieri potest. 165.a
Votum, deliberatio & propositum debent præcedere, quomodo intelligendũ. ibid.b
Votum non est promissio de rebus necessario euenturis, & de peccato. 166.a
Votum de re indifferenti quatenus talis, non est votum. ib.a
Votum non est abrenuntiatio quæ fit in baptismo. 167.c
Votum qui violauit non liberatur ab obligatione adimplendi illud. 168.b
Vota per iracundiã facta qua rationis iudiciũ nõ tollitur, irrita non sunt. 164.a
Votum cuius finis malus est, nullũ est. 166. c
Quando tamen non formali causa, sed alicuius boni ex malo prouenientis obligat. 167. a Votum est promissio Deo facta de aliquo bono maiori, deliberata, à superiore non irritata. 163.c
ad Votum promissio mentalis sufficit, & deliberatio ad peccatum mortale sufficiens. 162.a
Votum & de præcepto & de consilio esse potest. ibid.b
Vota filiorum familias, & aliorum legitime irritata non obligant. ibid.c
ad Votũ deliberatio necessaria in momento temporis fieri potest. 165. b
Votum quod fit magna præcedente deliberatione, & illud quod non præuia deliberatione fit, in dispensatione maxime differunt. ibid.c
Vouens sine animo adimplendi peccat, & obligatur, sed vouens sine animo se obligandi non obligatur. ibid.c
Votum non faciendi ea quæ Christus consuluit quando est peccatum mortale vel veniale. 166.b
Votum maioris boni ob malum finem emissum quando obligat vel non obligat. ibid.a
Voti caussa impulsiua mala non reddit votum nullum. 167.b
Votum quod in vltionem proprij peccati fit validum est. ibi.c

INDEX.

Votum duplex, solemne & simplex, & quid horum vtrumque. ibi. c
Votum quomodo magis vel minus obliget quam iuramentum, ibid. c & 168.a
ex Voto bonum opus factum melius quam sine eo. ibi. b
Votum de faciendo peccato mortali mortale est, de veniali veniale. 169. b
Vota stulta & temeraria faciens peccat. 170. b
& Vouens quod animaduertit se implere non posse. ibid. c
Votum qui vouit, & non potest id præstare, præstet quod potest. 171. a, b
Votum cum conditione factum non implens, cuius ipse conditionis implementum impedit, peccat. ibid. c & 172. a
Vota conditionalia quando obligant vel non. ibid. b
Votum eundi Hierosolymam genibus flexis, ore bufonem tenente an valeat. ibid. c & 173. a
Votum ducendi vxorem quando valet vel non. ibid. c
Vouens timore mortis spiritualis & corporalis, & impleta conditione votum non reddens P. M. 178. b
Vouens se nunquam bibiturum vinũ quotiescunque illud facit P. M. ib. c
Vouens & pœnitens se vouisse non peccat, sic si adimplere votum ductus pœnitudine non vult. 179. b
Casus in quibus loco alterius quis votum implere potest. ibid. c
Votum validum nullus potest emittere alterius potestati subiectus absque illius consensu. 184. a
Vota realia & personalia quę parentes, tutores, &c. irritare possunt, & quę non. ibid. b
Votum de non peccando quando valeat vel non valeat. ibid. c
Voti rei minimæ violatio non obligat ad mortale. 171. b
Votum ad certum tempus limitatum qui non implet præfinito tempore peccat, sed qui non præfiniuit tempus non. ibid. c
Votum non ducendi vxorem, non est votum continentiæ. 173. b
Vouens dignum quod vouetur, sed impedit maius bonum, & non seruat alterum P. 178. b
Votum qui non impleuit statuto tempore quando non implendo cum commode potest peccat. 178. a
Vouens abstinentiam, quam dubitans se non posse implere sine dispensatione violat, peccat. ibi. c
Voti materia est materia præcepti, quius consilij magis propria sit. 185. a
Vota impuberum irritata non obligãt simul atque illi qui vouerunt de potestate suorum exierunt. ibid. c
Vota eorum qui carent ętate sufficienti sed iudicio vigent, eos obligant. 186. b
Vota impuberum etiam solemnia, antequam ad legitimam ætatem peruenerint, irritari possunt, non postea. 187. a, b
Votum suum inualidum quomodo quis ratificet. ibid. c
Vota dispensandi & commutandi soli prælati potestatem habent. 198. a
Votum de non nubẽdo, & Votum continentiæ non æquiualent. 190. a
Caussa iusta dispensandi in voto quæ, ibid. b Votum omne in religionis votum commutari potest. 191. b
Votum non alium nisi vouentem obligat, nisi ratione contractus & promissionis. 192. b
Vota commutanda sunt in vtilitatem bullę quæ eorum commutandorum facit potestatem. ibi. b
Vouens ieiunium die Veneris non potest comedere carnes in natali Domini eo die incidenti. 472. c
Votum castitatis præcedens sponsalia illa dirimit, non autem sequens sicut votum religionis. 512. c
Votum simplex castitatis impedit, & non dirimit matrimonium, & quid ei faciendum qui sic vouit & contraxit. 535. c & 536. a
Votum de non nubendo non censetur castitatis votum, & in eo Episcopus potest dispensare. 546. a
Vota quinque quorum dispensatio Papę reseruata. 189. b
Votum lex est quam sibi vouens tulit, quod non magis obligat quam lex diuina vel Ecclesiæ. 185. a
Vsus principalis alicuius rei si mortifer est, mortiferum quoque erit rem eam efficere. 235. b
Vsusfructus numorum legari potest vt ex eo Missę dicantur. 404. c
Vsucapio iustificat acquisitionem rei alienæ ne incerta sint rerum dominia. 336. b

Vsuram capiens aliquas merces ad res vanas, P. M. 407.a
Vsuram suadens volenti mutuare gratis P. M. cum obligatione restituendi. ibid. b
Vsurarij bona non sunt obligata pro vsuris extortis. 408.a
Vsurarij minister, & qui nomine sui principalis ad vsuram dat vel colligit eas P. M. & tenetur ad restitutionem. ibid. a
ministri Vsuriariorum sunt principales agentes, & magis tenentur ad restitutionem quam illi. ibi. b
vxor Vsurarij, liberi & famuli quando peccant viuendo de bonis vsura acquisitis. ibid. c
Vsurarij testamentum, nisi hoc vel illud faciat, nullum est. 411. b
Vsurarius manifestus est, qui palam & notorie ad vsuram dat, aut suas res ob dilatam solutionem carius iusto pretio rigido manifeste vendit. ibi. c
Vsuras nauticas per ius pontificium prohibitas esse quomodo sit intelligendum. 414. c
Vsura mentalis cur obligat ad restitutionem, non simonia. 594. b
Vsura bene soluitur, & male accipitur. 135. a
Vsurarius publicus factus amens quomodo poterit sacramenta accipere. 724. c & 725. a
ab Vsurario mutuum petens, sciens eum non nisi ad vsuram daturum non peccat. 222. b
ad Vsuram petens etiam ab vsurario parato peccat, sed non qui mutuum petit tempore necessitatis. 227. c
Vsurarij manifesti tenentur vsuras restitu re. 111. a
Vsurarij famulus iussu domini dans ad vsuram ad restitutionem obligatur. 288. a
Vsurarius non tenetur restituere lucrū quod ipse fecit ex pecunia in vsuram accepta. 291. a
Vsurarius prius debet soluere debita per contractus licitos, quam vsuras iniquè extortas. 308. a
Vsurę nomen apud Græcos, Hebræos, & Latinos vnde ducatur. 380. c Vsura duplex, vera & palliata. ibid. c & 381. a
Vsura est lucrum pecunia æstimabile suapte natura, quod principaliter vi mutui veri vel palliati quæritur. ibid. b
Vsura est *illicitum lucrum, & velle, & accipere illam* P. M. ibi. a
Est prohibita in vtroque testamento. ibid. c & 382. a
Vsuræ peccatum duplex, mentale tantum, & mentale & reale simul. ibid. b
Vsura mentalis obligat ad restitutionem, sed non peccatum vsuræ mentale. ibid b
Vsura mentalis est *voluntas quærendi lucrum ex mutuo dato, intentione principali querendi illud sine vllo pacto expresso vel tacito* ibid. b Prohibita est iure Christianorum principum. ibid. c
Vsura centesima quæ. ib. e
Vsuram constituit intētio principalis, non autem minus principalis. 383. a
Vsurarius non est qui suum peccatum agnoscens magis principalem lucrandi intentionem in minus principalem mutat. ibi. b
Vsurarius non solum quoties ad vsuram dedit, sed quoties dare voluit confiteatur. 389. c
Vsuram etiam ad redimendos captiuos lucrari non licet. 397. a
Vsuras soluere qui iurauit, debet eas soluere. 399. b
Acceptio sub vsuris qua ratione licita. ibid. c
ad Vsuram dari non potest in fauorem ecclesiarum, pupillorum, & viduarum. ibid. c & 404. a
Vsurarium inducere ad vsuram peccatum mortale est. 406. c
Accipiens ad vsuram quando peccat. ibid. c & 407. a
Vsurarius manifestus qui in sacro loco sepeliri non potest, est qui notorie sine palliatione, sine simulatione damni vel interesse fœnerat. 805. b
Vsuriariorum absolutio sine debita satisfactione nulla est. 806. a
Vxor marito iurans se adulterium non perpetrasse quod fecit, quando peccat vel non. 161. c
Vxoris vota quæ inualida. 182. a
Vxor quæ contemnit marito debitam subiectionem præstare, P. M. 216. c & 217. a
Vxor quorum iocaliū sit domina. 361. c
Vxor quæ marito est notabiliter inobediens, P. M. 216. b
Quando tenetur eum sequi vel non. ibid. c

Vxor non tenetur viro cohabitare qui eam ad peccandum pertrahit. 264.b

Vxoris metus indicandi suum adulterium marito eam à restituenda hereditate liberat. 328.b

Vxor qua ratione tuto adulterium marito indicare poterit. ibid.c

Vxor quę pręter dotem non habet bona paraphernalia, donare non potest sine expresso aut tacito consensu mariti fol. 339.a

Vxor de bonis mariti occulte potest accipere ad soluenda eius debita. 344.b

Vxor vsurarij quando peccat viuens de bonis mariti per vsuram acquisitis. 408.c

Vxor quando potest dotem sibi ex vsuris datam reddere sine scandalo, tenetur. ibi.c

Vxor quæ sine mariti scandalo Missæ interesse non potest, non tenetur. 467.b

Vxor quæ marito, si ieiunet, placere nō potest, non tenetur. 474.c

Et à ieiunijs voluntarie votis si maritus repugnet, excusatur. 475.b

Vxor cuius maritus eam ad peccandum inducit, ab eo potest discedere, fol. 410. b

Vxor de mariti bonis accipiens quando peccat. 357.a

Vxor potest in octo casibus sine consensu mariti aliquid donare. ibid.b

Vxor exercens aliquam artem, potest ex lucro illius alteri donare. ibi.c

Potest licite etiam aliquid accipere necessitatis tempore congruo, si marius sit prodigus. ibid.c

Potest integram dotem mortuo marito repetere, etiamsi ille multa superflua in eam impendisset. 358.a

Vxor quæ etiam maximam dotem marito attulit, non potest. 40. aureos sine mariti consensu donare. ibid.b

Vxor de prioris mariti morte dubitans petens debitum coniugale vel reddens, peccat. 526. a

Potest tamen reddere credendo mortuum, & non petere de eo dubitando. ibid.b

Vxor quæ decepta est à viro fingente se matrimonium cnntrahere, quando potest secundo nubere. 539.c & 540.c

Vxoricidium & mariticidium impediunt matrimonium. 537.a

Deo Iesu Christo æterni Dei æterno filio, animarum nostrarum bis térve sponso suauissimo honor, & gloria.

FINIS.

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS

DE VSVRIS, IN CAPITVLVM Si fœneraueris. 14. q. 3. iam pridem sermone Hispano compositus à Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro, & nunc ab eodem Latinitate donatus, defæcatus, & auctus.

Auguſt. ſuper pſalmo 36. concione 3.

SI fœneraueris homini, id eſt, ſi mutuo dederis pecuniam tuam à quo plus, quam dediſti, expectes, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quam dediſti: ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud: ſi plus, quam dediſti, expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

SVMMARIVM.

1 *VSurarius eſt, qui plus, quam dedit ex mutuo ſperat.*
1 *Vſurarij ſunt quidam creditores in ædes debitorum diuerſantes.*
2 *Vſuræ verbum quid ſignificet.*
2 *Doctor Sotus laudatus.*
3 *Creditum duplex, & vtrumque gratuitum.*
3 *Vſura aperta in cuiuſmodi creditu reperiatur.*
4 *Vſura palliata inueniri poteſt in omni contractu, in quo ſolutio anticipatur vel differtur, cum exemplis.*
5 *Pretium rei iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili, immo habet latitudinem ſummi, infimi, & medij.*

PRIMO noto ex hoc capite, id quod præcipue D. Auguſtinus per illud intendit, ſiue ſummam eius, quæ ſecundum maximum illū Magiſtrum Gratianum, huius magni voluminis, quod Decretum appellatur, auctorem, eſt hæc: Qui plus, quam dederit accipit, vſuras expetit. Quæ parū contextui eius congruit, ob multa quæ non expedit referre, & videtur aptior iſta: *Qui aliquid vltrà id, quod mutuo dat, expetit, quid-*

quidquid illud sit, vsurarius est. Quod ipsum confirmat Hieronymus *a* in illis verbis: *Vsura appellatur, quidquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.* Et id ipsum affirmat Ambros. *b* per illa verba: *Neque, inquit, vsuram escarum accipies, neque omnium rerum Itē esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcunque accedit sorti vsura est. Item si quis instaurandum conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, vt absynthia si cupellam deferat sibi gratis: ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum aut Tyriacum requirat: ad lanium vt hyllam sibi procuret: ad alium vt sibi poma adornet.* Hęc ibi: pro verbo *hyllam* videtur habuisse in suo libro Archidiaconus *vuldam*, vel *vber*, vel *hyliam*, sed castigatior videtur litera hæc habens *hyllam*, quę est intestinum tantum, quod lanij solent in delicias, & xenia parare. Id ipsum confirmat Concil. Agathe. *c* Quibus consentiunt multi canones, & leges, quę in titulis de vsuris Codicis, & Digestorū, Decretal. Sixti, & Clemen. & hęc ead. causa q. sequen. & alibi sæpe: licet enim non omnes vsuram damnent, lucrum tamen illud vltra sortem vsuram appellant. Ex hoc notab. modo prædicto confirmato facile colligi potest, recte nos respondisse in Lusitania, vsuræ peccatum admisisse quosdam, qui morantes in ciuitatibus mutuabant tenuioribus multis pagos & vicos colentibus quasdam paruas pecuniarum summas, quas nō exigebant vsque ad messem, nec in ea si erat copiosa: sed quasi beneficium eis largientes differebant exactionem, dicentes, nolumus vobis nunc incommodare, & interim euntes, & redeūtes frequenter ad sua negotia in eorum pagis gerenda diuersabantur in eorum domibus cum suis equis, gratis prandendo, cœnando, & cubando, nunc in horum, nunc in illorum domibus, & postea aduenientе messe ita exigua, vt esset verisimile grana Maio sequenti futura cara, exigebant debita, ob quę miseri agricolæ non habentes aliud quod soluerent, dabant frumenta, & alia grana eis in solutum duplici nomine grauati: nempe quod multis diebus eos hospitio gratis susceperissent, & quod cogebantur soluere quando non poterant, nisi granum quo multum egebant, dando in solutum, cum prius commodius soluere potuissent, si fuissent exacti, argumento eorum, quæ diximus in Manua. Confessa c. 7. n. 225.

a in c. sequēti ex commētarijs eius super Ezechielem desumpto lib. 1. ca. 1.

b in c. 3. infr. ead. qu. desumpto ex commētarijs eius in Tobiam.

c in c vlt. infra ead. q.

2 Secundo noto, quod quamuis hoc verbum, *vsura*, originaria significatione vsum cuiuslibet rei significet, iuxta illud Cic. *d Vsuram huius loci, &c.* tamen iuxta significationem quam hic, & in alijs iuribus, & Doctoribus, tam Theologis, quā Canonistis communiter habet, significat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Græcis dicitur τόκος, id est, partus: quia eum mutuum parit: & Hæbręis appellatur morsus, quo mutuans mutuatariū mordet. Ex quo quidam recentiores intulerunt quoddam falsum. Post quos, & etiam nos, latius scripsit de hac eadem re Dominic. Sot. illustrissimi ordinis Dominicanorum clarissimum decus *e*, cuius dicta magis erudita, quam praxi, & vsui accom-

d pro Rabirio.

a l. 1. q. 1. art. 1. de iust. & iure.

accommodata gratia breuitatis prætermitto.

3 *Tertio* noto omnia mutua gratuita esse debere: quia omne creditũ, quod vulgus Hispanum appellat *præstado*, est tantum duplex. Alterum, quod latine dicimus *commodatum*, per quod rei creditę dominium non transit in commodatarium, immo eadem res in specie, vt Iurisconsulti loquuntur, siue in individuo, vt Logici, est commodanti reddenda: cuiusmodi est cõcessio mulę ad deambulandum: de quo quidem mutuo dictum est in prędicto Manual. cap. 17. num. 282. & debet esse gratuitum, iuxta glo. *f* Alterum est mutuum, per quod dominium rei creditę transit in mutuatarium: quod non est reddendum in eadem specie, & individuo, sed in eodem genere, vt colligitur ex text. & glo. *g* & ideo hoc creditum dicitur proprie mutuũ, quia per illud meum fit tuum, vt ait Vlpia. *h* & debet esse gratuitum, sicut commodatum *i*.

f c. 3. de commod. & tot. tit. ff. cõmod.

g l. 2. in prin. ff. & parag. 1 ff. de reb. credit.

h In l. 2. parag. appellata, ff. eod.

i iuxta glos. recep. in c. 1. de commod.

4 *Quarto* noto ex illis verbis, *mutuum dederis, &c.* quod clara, & aperta vsura nõ cõmittitur nisi in credito secundi generis prædictorum, scilicet mutuo: & consequenter, quod sicut clarũ mutuum nõ contrahitur nisi in rebus quę vsu consumuntur, & in pondere, numero, aut mensura consistunt, puta, pecunia numerata, vino, oleo, tritico, & id genus alijs, quæ vsu cõsumuntur *k*: ita clara vsura non nisi in huiusmodi rerum contractibus inuenitur. Et consequenter, quod quemadmodum mutuum palliatum, siue occultum, in omnium rerum contractibus inueniri potest, sic etiam vsura palliata, & occulta in illis omnibus inueniri potest; quin etiam reperitur in omnibus illis, in quibus ob solutionis tempus dilatum plus iusto pretio rigido, & summo accipitur, aut ob anticipatam solutionẽ datur minus iusto pretio pio & infimo *l*. Exemplum primi: vendo tibi domum, cuius iustum pretium summum, & rigorosum sunt centum: & quia do tibi vnum annum ad solutionem eorum faciendam, vendo tibi eam centum, & decem: in hoc casu vt mutuum palliatum contrahitur, ita & vsura palliata inuenitur: perinde enim est, ac si mihi mutuo dares centum aureos numeratos, quos rursum tibi ad annum crederem, vt eo transacto centum, & decem redderes. Exemplum secundi: conduco, vel emo à te fructus, aut prouentus tui beneficij, aut primigenij, aut alicuius oppidi, pagi, aut alicuius dominij, cuius iustum pretium pium & infimũ sunt mille aurei: & ob anticipatam solutionem anni vnius cõduco, vel emo noningentis: perinde enim est ac si ante annum mutuarem 900. vt in fine illius redderes mille. Non autẽ otiose in exemplo primo, verbis illis, *iusto pretio*, addimus verbum *infimum, & pium*: quia sicut etiam diximus in Manua Cons. *a* dare minus pretio iusto, summo, & rigoroso ab anticipatam solutionem, non est vsura, nec peccatum, modo detur iustum, medium, vel infimum, siue pium: neque accipere plus iusto pretio infimo, siue pio, vel medio propter dilatam solutionem, modo non accipiatur plus summo, siue rigoroso.*

k l. ost. quib. mod. re contrah. oblig. in prin.

l c. cõsuluit. & c. in ciuitate, de vsur. & c. ad nostram, de empt.

a c. 17. n. 282 & c. 23. n. 79.

5 Pro cuius rei clariori intelligentia memorandum est idquod etiam posuimus in pręfato Manual. *b* & cũ primis dicit Scot. *c* pretium nempe iustum non consistere in indiuisibili, immo habere latitudinem, cuius extremum inferius appellatur piũ, & superius rigorosum, & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatum: verbi gratia vnius vlnę panni iustum pretium dicentur decem iulij, vno plus vel minus, ita quod vndecim erunt rigorosum, nouem pium, & decem, & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatum. Pręfatorum quatuor notabilium summa inseritur pręfato Manuali *d*.

b c. 23. n. 79.
c In 4. dist. 15. q. 2.
d Cap. 17. num. 206.

SVMMARIVM.

5. & 6. notabil.

6 *Vsura quid, cum sua definitione exacta.*
6 *Peccatum vsuræ quid.*
6 *Vsura non est lucrum spirituale, aut quasi spirituale amicitiæ, &c.*
7 *Vsuram esse illicitam, & peccatum mortale est de fide.*
8 *Vsura prohibita etiam in noua lege, etiam in specie, etiam mentalis.*
9 *Sanctus Thomas intellectu angelico donatus.*
10 *Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit auctor, & 11.*
12 *Vsura realis, & mentalis, & cur ita dicantur.*
13 *Simonia mentalis ad restitutionem non obligat.*
13 *Peccatum mentale vsuræ vt differt ab vsura mentali.*
14 *Vsura nunc magis, quam vnquam antea verbis execrata, vt verò magis quam vnquam opere exerceatur palliata.*

6 Q*Vinto* noto ex mente huius capitu, quod aliud est vsura, aliud peccatum vsurę. Peccatum enim vsurę est ipse appetitus, vel acceptio lucri illiciti ex mutuo, siue propositum accipiendi illud, quod in hac materia, vt prædictum est, appellatur vsura. Vsura vero est ipsum lucrum illicitum quod appetitur, vel accipitur. Et quamuis à multis diuersis modis iuxta præfatam significationem definiatur, apertius tamen, & accommodatius verbis huius capi. & aliorum multorum huius caussę, *e* & aliorum de vsuris, & glossarum, & DD. tã Theologorum, quam Canonistarum, Goffredi, Host. & aliorum *f*, definiri potest sic:

Vsura est lucrũ pecunia æstimabile suapte natura, principaliter vi mutui veri, vel palliati quæsitum, vel speratum. Dixi, *lucrũ*, pro genere: Dixi, *pecunia æstimabile suapte natura*, ad differentiam lucri non æstimabilis suapte natura pecunia. Tũ ad includendum beneficium Ecclesiasticũ, quod licet non sit iure pecunia ęstimabile, est tamẽ sua natura tale, vt mox dicetur. Tũ ad excludendũ lucrum

e quæstionis 2. 3. & 4. & c. quoniam, c. in hoc c. quid dicam ead. caus. & c. consuluit.
f In summis, & in lib. 4. sent. ten. dist. 15. & in rubricis de vsuris.

crum rei spiritualis, meriti, & gratię, quod mutuãs in statu gratiæ quando, & quomodo, & cur oportet, quęrit apud Deum, iuxta illud *b*: *Beatus vir qui miseretur, & cõmodat*, siue *mutuat*. Et illud Euangelij: *Centuplum accipietis, &c.* *c* Quod proprie non est vsura, licet aliquãdo metaphoricõs sic dicatur, vt ait *d* S. Thom. recep. *e* Quale est *secundo* omne lucrum quasi spirituale, vel simile spirituali virtutis, & amicitię, quod mutuando quæritur: & non est vsura, quia suapte natura non est pecunia ęstimabile, licet multi pluris æstiment amicitiam, quam mutuando quærunt, quam pecuniam, quam ab vsurario quærerent propter similis pecuniæ mutuum. Dixi, *vi mutui*, ad differentiam eius quod ratione veri interesse lucri cessantis, vel damni emergentis accipitur: quia illud non est vsura *f*. Dixi, *veri vel palliati*, ad includendum lucrum quod de mutuo palliato quęritur.

7 *Sexto* noto ex illis verbis, *in hoc improbandus*, quod lucrum vsuræ est illicitum, & eius appetitus suo genere peccatum mortale: adeo vt cõtrarium asserere sit hæresis *g*: & vetitum nõ solũ iure humano, sed etiam naturali, & diuino, veteris, & noui testamenti. Tũ quia id sensit Conc. Lateranense, & Alex. III. *h* Quidquid Alex. Imol. *i* & alij citati ab eo dicant. Tum quia prohibetur septimo pręcepto Decalogi, *Non furtũ facies*, *k* quo omnis rei alienę illicita vsurpatio, qualis est vsura, prohibetur *l*. Tum quia iustitię naturali aduersatur, quatenus capitur vt fructus rei quę non est capientis ratione dominij directi, nec vtilis, nec vsus fructus, neque vsus, neque alterius iuris, vel seruitutis. Nã vsurarius quęrit illud ex re mutuata, quã mutuo dedit, quæ permutuũ desinit esse omnino mutuãtis, & fit õnino alterius *m*.

8 Tum quia in multis locis veteris testamenti *n* specialiter est prohibita. Et cum illa prohibitio non esset cæremonialis, neque iudicialis, sed moralis, etiam in nouo permanet *o*, & colligitur ex Thom. *p* Tum quia etiam in Euãgelio *a* per illud: *Mutuum date nihil inde sperantes*, specialiter prohibita est, vt præfatũ Concil. Lateranense, & præfatus. Alexand. III. significauerunt, quatenus aiunt eam vtriusque testamenti pagina damnari: & satis constat eos non intellexisse de generali damnatione septimi præcepti, *Non furtum facies*. Tum quia Papa Vrbanus id affirmauit *b*, allegando illud Luc. cap. 6. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Tum quia non obstat quod Carol. Molin. impius *de commercijs c*, & Sot. pius *d*, dicant præfatum illud Lucæ: *Mutuum date nihil inde sperantes*, (quod Vrbanus ad id adduxit,) id non probare, dicentes, quod solum consuluit, & non præcipit sine vsura mutuare. *Primo* quidem, quod quamuis prior pars eius, scilicet, *Mutuum date*, communiter contineat consilium: posterior vero, scilicet, *Nihil inde sperantes*, semper contineat præceptum, ne qui mutuat aliquid amplius exspectet, vt prędictum Concil. & Alexand. III. sanxerunt, & Vrbanus expressit, & S. Thom. ita declarauit *e*.

b Psal. 111.
c Matth. 19.
d Luc. 19.
e In 2.2. q. 78 art. 1. ad primum.
f Iuxt. glos. sing. & recep. in c. cõquestus, de vsur. facit ca. 2. & c. solubriter, de vsur.
g Clem. 1. de vsuris.
h In c. quis in omnibus, de vsur. & Alex. III. in c. super eo, eod. titu.
i In consil. 1. lib. 2.
k Exod. 20.
l Capit. pœnal. 14. q. 5.
m l. 2. parag. appellata, ff. de reb. credit. Institut. quibus mod. res contrahend. obligat. in princip.
n Deut. 13. Ezech. 18. & Psal. 43. & 71.
o parag. fin. d. 6. vbi. glo. notab.
p 1. 2. quæst. 94. art. 5. adiuncta qu. 100. art. 1. & 103. art. 3. & 104. art. 3.
a Luc. 6. vbi supra.
b In d. c. cõsuluit, eod. tit.
c Num. 11.
d lib. 6. q. 1. de iust. & iure.
e 2. 2. qu. 78. art. 1. ad 4. in prima responsione.

Secundo, quod alioqui dicendum esset Papam Vrbanum errasse, aut certe incogitanter respondisse adducendo illud Lucę. Et consequenter, Gregorium nonum dormitasse reponendo eius responsum in Decretalib. 9. libro adeo authentico, & D. Tho. angelico intellectu donatum torpuisse declarando, vt prædictum est, præfatum elogium Lucæ. Nam Vrbanus non solum asserit quod colligitur, sed etiam quod aperte colligitur ex illo Luc. peccare eum, qui ad vsuram mutuat, & non solum pecare qui mutuat cũ pacto de soluenda vsura, sed etiam qui mutuat absque pacto cum sola intentione accipiendi aliquid amplius. Et quod is non solum peccat, sed etiam tenetur ad restituendũ illud plus acceptum. *Tertio*, quod aliud Cõcilium recentius Lateranense *g* in bulla, quam approbante Concilio Leo. X. tulit super approbatione montium pietatis, expresse ait, illud Luc. continere apertum præceptum vsuram prohibens.

g Sess. 10. in bulla.

Quarto, quod nisi auctoritas illa sic intelligeretur, posset quis tueri non esse peccatum mutuare cum tali intentione, sine pacto expresso, aut tacito: sicut non est simonia renuntiare beneficium cum principali intentione vt suo nepoti detur, cui, nisi crederet illi collatum iri, non renuntiaret, modo non adsit pactum expressum, aut tacitũ *a*: quod etiam Sylu. & alij dixerũt: & tradimus latius in Manual. Confess. c. 23. num. 107. Quod autem id sequeretur, ex eo colligitur, quod nullo alio loco iuris diuini videtur probari, quod sola spe sine pacto admittatur vsura, saltem restituenda. Quod autem hoc non sit tenendum, constat ex omni Catholicorum sententia expressa, vel tacita.

a In text. gloss. ing. ca. ordinationes, 11. q. 1. Panor. in cap. dilecto, de præben. Felin. ad audientiam, 2. col. 4. de rescript. Anto. 2. part. tit. 1. c. 5. parag. 11.

10 *Quinto*, quia nisi illud Lucę intelligeretur ita vt ab Vrbano declaratur, aliqui tenerent, quod licet quis peccet cum tali intentione mutuando, ad restituendum tamen acceptum nõ teneretur, vt parum quidem pudenter, & nimium pertinaciter prędictus Carolus Molineus *b* ausus fuit tenere, existimans se prædicta responsione definitionem dicti Vrbani in d. c. *consuluit*, eneruare, citans in id aliquos, qui aut id non dicunt, aut facile in nostram sententiam exponi possunt: Tam periculosum est incipere mutare per nostras prȩcoces imaginationes id quod sanctissima Sedes Apostolica matura deliberatione constituit. Quare suscipientes, & reuerentes prȩfata duo Concilia, & prȩfatos duos Pontifices Maximos, concludimus, vsuram esse prohibitam specialiter iure diuino Euangelico, non solum admissam cum pacto expresso, aut tacito recipiendi aliquid amplius, sed etiam sine vllo pacto, cum spe & intentione principali aliquid amplius accipiendi: quod huius cap. contextus duobus locis sensit, in quibus verbũ, *expectes*, ponitur: siue asseramus leges Romanas ciuiles vetare vsuras saltẽ implicite, vt cõmunis opinio asserit, iuxta late tradita à Ioa. Andr. *c* à Panor & alijs: *d* siue asseramus eas permittere cum moderamine *e*.

b Molinæ. vbi supra, nu. 7. & 11.

c In Mercuria. regul. peccatum de reg. iur. l. 6. d In c. cum sit generale de foro compet. e l. eos, C. de vsur.

11 Quare non video quomodo ab hęresi, aut eius suspicione excusari possit Carol. Molineus *f* ibi: *Fremãt omnes licet, ego solius veritatis, &c.* qui cũ magna laude impij Philippi Melanct. & ma-

f Vbi supra à num. 7. nu. 8. & nu. 3.

iori cum grauissimorum auctorum irreuerētia, & nimia sui iudicij confidentia ausus fuit affirmare licitas esse vsuras moderatas, per illam l. *eos*, hoc textu, & toto iure canonico non obstante.* Cuius impudentię, & erroris damnatores proditoresque nos fuisse primos in celeberrimis Hispaniarum academijs credimus, & gaudemus. Quamuis, quia nondum erat tunc eius impietas adeo manifesta, modestius quam ipse merebatur, eū notauerimus.*

12 *Septimo* noto ex illo verbo *expectes* bis iterato, adiunctis c. *debitores* de iureiurād. & ca. *fina.* de vsur. & alijs multis, vsuram diuidi in vsuram realem, & mentalem. Realis, est vsura quæ ex pacto tacito, aut expresso recipitur. Vsura vero mētalis, est vsura quę accipitur sine pacto expresso, vel tacito ex mutuo facto intentione principali recipiendi eam, iuxta mentē omnium *a*. Vnde sequitur, vsuram mentalē non dici mentalem ob eādem rationem, qua alia peccata mentalia cōmuniter dicuntur mētalia. Alia enim dicūtur mētalia, eo quod sint actus interioris voluntatis, sine verbo, & opere consecuto: vt homicidium mentale, dicitur voluntas occidēdi mente, non consecuto opere *b*: & furtū mentale, voluntas furandi non secuto furto *c*. Mētale vero & reale dicitur, quando vtrūque concurrit. Et cōsequēter vsura mentalis cōmuniter non appellatur mētalis, eo quod sit voluntas cōmittendi vsuras sine opere consecuto, sed eo quod capitur sine pacto expresso, aut tacito, ex sola mētis intētione, qua mutuans mutuat vt aliquid amplius sibi reddatur. Vnde infertur, quod aliud est peccatū vsurę mētale, & aliud vsura mētalis. Vsura quippe mētalis est illa, quę supra proxime definitur: peccatum autē mentale vsurę est voluntas exercendi, vel recipiendi vsuras receptione nō secuta, neq; opere consecuto. Nam sicut omne illud peccatum quod opere perficitur, diuiditur in mētale tantū, quod est voluntas peccandi absque verbo, vel opere, & mentale & reale, quod est voluntas peccandi verbo, vel opere cōsecuto: ita & peccatū vsurę est duplex: mētale tantum, quod est voluntas quærendi vsuram opere non secuto: & mētale & reale, quod est voluntas eā quærendi opere subsecuto.

13 Sciendum autem est nullum peccatum vsurę mentale, quātumuis mentale sit illud, si nihil accipiatur, ad restitutionē obligare, & contra omnem vsuram receptam, quamuis solum sit mentalis, id est recepta sine pacto tacito, nec expresso, cum intentione principali recipiendi eam, obligare ad restituendum: licet simonia mentalis ad id non obliget, vt probamus in commentario resolutorio *d*, quem recognoscendo Manual. Cōfess. sermone Hispano, vnà cum hoc composuimus, & nunc latinitate donatus suo loco ponitur.*

Ex quo infertur, quod cū Doctores disputant de vsura mentali, an obliget ad restituendū, non quęrunt de peccato mētali vsuræ: certum enim est illud non obligare, sicut nec vllum aliud peccatum mentale tantum, ad restitutionē: sed disputār, an vsura

a In ca. cōsuluit, de vsur. & ca. fin. de simo.

b Ca. periculoso, c. homicidiorum, c. noli de pœ. dist. 1

c Cap. si propteres, & c. si cui depœ. d. 1

d Cap. fin. de simon. 3. not.

d. n. 2

an vsura mentalis, siue lucrum quæsitum ex mutuo sine pacto cum intentione principali ob illud facto obliget ad illud. Infertur etiam, quod inuenitur & frequenter peccatum mentale tantum vsuræ mentalis. Quippe multi sunt qui volunt mutuare mente, ac intentione principali recipiendi aliquid amplius sine vllo pacto, & tamen non mutuant. Per quod quidem appareret, quantum differat vsura mentalis à peccato mentali vsurę; cum illa sit frequenter obiectum huius: quæ plane hactenus, quod sciam, nullibi fuerunt sic declarata.

14 *Octauo* noto ex hoc cap. & eius pessima obseruatione, mirandum esse, quod cum totus orbis Christianus nūc magis quā vnquam vsuram damnet, & dicentem eam licere hæreticū iudicet; maiores tamen, saltem palliatas, dissimulat, quàm lex ciuilis olim permittebat e. Maxima enim vsurarum, quas illa lex permittit, est centesima, quę centum mensibus ipsam sortem exæquat. Quod diligenter & copiose ostendit Bart. Socin. *f* cui concordat Budæus *g*, & Alciat. *h* & alij recentiores alibi. Ita quod sors pariat vnū in vnoquoq; mense, & duodecim in anno, & eā nō permittit nisi in pecunia traiectitia sortis periculū in se suscipiēti: & aliis mercatoribus duas partes centesimæ cōcedit hoc est octo pro centū in anno: & aliis hominibus vulgaribus dimidiā centesimę, hoc est sex pro centum in anno: & nobilibus tertiā partem, quę sunt quatuor pro centum. Nunc tamen permittuntur saltē palliatę tam grandes, vt interdum sors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias: quę tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt: & ita centum pariunt triginta, & amplius in anno. Item antea ex vsuris vsurę non capiebantur *i*. At nunc de cābiis recambia exigūtur. * Neque obstat quod multi respondebunt, non recipere se ista pro vsuris, sed pro interesse, aut cambiis: quia non omnes, qui mutant nomen, rem ipsam mutant. Qua quidem de re in commētario resolutorio de cambiis super c. *fi. de vsur.* altius tractamus: atque veritate coacti addemus quędam, quæ facile terreant multos in cambiorum lucra infrenate intrepideq; anhelātes*.

e Per l. eos, parag. 1. C. de vsur.
f In l. si haeret. parag. item si ad leg. falcid.
g de asse. lib. 3. fol. 14.
h lib. 3. disputt. cap. 1.
i l. vt nullo, C. de vsur. & l. placuit, ff. eod.

SVMMARIVM.

15 *Vsuræ quæ definitio aptior.*
16 *Vsura etiam mortifera capere quidquam pro bono opere mutuandi, licet non capiatur pro vsu rei mutuatæ.*
17 *Vsura simoniaca mutuare ob beneficium.*
18 *Vsura vt inuenitur sine pacto, & voluntate paciscendi.*
19 *Vsura non est mutuare cum intentione minus principali lucri contra quosdam: mutuare autem cum intentione principali lucri sic, contra alios.*
20 *Finis minus principalis esse potest id quod nequit esse principalis.*

15 NOto nono, quod non abs re diximus supra *k*, definitionem vsurę ibi datam clariorem, iuribusque aptiorem esse quam sint quædam aliæ. Illa enim quam Ioannes Maior

k Not. 5. n. 6.

Maior dedit *a*, scilicet, quod est *volitio seu voluntas accipiendi lucrum vi mutui*, non est satis apta: quoniã non definit vsuram, sed peccatũ vsurę, inter quę magnã esse differẽtiam prędiximus *b*. Illa item noua, quam post nos dedit prętatus celebris Doctor Sotus *c*, quamque potuit decerpere ex quodã dicto S. Th. *d* Vsura nẽpe est pretiũ vsus rei mutuatę: non videtur esse apta. Tũ quia datur verbis in hac materia inusitatis, & rem ipsam obscurantibus: vocabulum enim *pretium* in hac materia parũ vsitatũ est. Tum quia sequeretur quod non esset vsura mutuo tibi dare centum aureos, vt in fine anni reddas mihi centum & decẽ, nõ propter vsum eorum qui per mutuum facti sunt tui, sed propter bonum mutuandi opus, quod meum est, quia nihil reddis pro pretio vsus rei mutuo datę, sed in prędmium operis mei boni. Quod tamen est contra mentem omnium post & ante S. Tho. *e* Tum quod mutuare ad obtinẽdum aliquod beneficium ecclesiasticum est dare ad vsuram, vt mox dicetur: beneficium tamen non est precium, nec iure pretio ęstimabile, iuxta glos. celeb. *f* vbi eam commendat Panor. & Ludou. *g* licet suapte natura sit ęstimabile, vt infra dicetur. Et quãuis ad hoc respõderi possit, sępe pretium pro prædmio vsurpari, iuxta illud Terent. in Andr. *Ego ob stultitiam pretium fero*: replicari tamen potest, quod ratio, cui definitio illa nititur, cõcludit illud pro pretio vsus assumi. Prętera noto, quod quamuis mutuare cõmuniter sit consilij, saltem quando extrema necessitas non adest, nihil tamẽ sperare principaliter vltra rẽ mutuatam prępcepti est, quãuis nõ sit mortiferũ, quãdo quod speratur, exiguum est, quẽadmodum nec furtũ rei exiguę non est nisi veniale, iuxta doctrinã S. Th. *h* quam in Manual. *i* & in Cõment. *k* latius declaramus.

17 Colligitur item mutuare principaliter ob beneficiũ Ecclesiasticũ obtinendũ, esse vsuram. Quia licet tale beneficium non sit iure pecunia ęstimabile, secundũ glo. celeb. *l* est tamẽ suapte natura tale, cũ sit ius percipiendi fructus, & prouentus aliquos, secundum Calde. recep. *m* latius declaratum à nobis in rubr. *de prębend.* Et ad hoc vt vsura cõmittatur sufficit vt accipiatur, vel speretur principaliter lucrum tei suapte natura pecunia ęstimabilis, licet à commercio rerum æstimabilium à iure separetur. Quẽadmodum etiam omnes res consecratę, licet dicantur iure inęstimabiles, eo quod eas lex à commercio hominum remoueat *n*, suapte natura tamen sunt ęstimabiles: & qui mutuaret ob eas quęrendas, vsurarius esset. Neque plane obstat quod hoc peccatum sit simonia, argumento definitionis simoniæ, datæ à gloss. summæ latius declaratæ per nos in Manual. Conf. *o* Quia eo quod sit simonia non desinit esse vsura: imo est vsura simoniaca, vel simonia vsuraria: & consequenter erit re ipsa duplex peccatum, aut vnum cum circunstantia necessario confitenda, iuxta ea quæ post alios diximus in prædicto Manua. c. 6.

18 Colligitur etiam, peccatum vsuræ reperiri posse sine pacto expresso, aut tacito accipiẽdi aliquid vltra rẽ mutuatam, immo &

a In 4. lib. sen. dist. 15. q. 23. col. 1.
b Supra n. 13
c Lib. 6. q. 2. de iust. & iur.
d 2. 2. q. 16. parag. 78. a. 8.
e 2. 2. q. 78. art. 1.
f Ce. coram, de offi. deleg.
g Sing. 613.
h 2. 2. q. 66. art. 6.
i Ca. 17. n. 3.
k Capitu. fin. 14. q. 4.
l d. c. coram.
m recep. in c. in nostra de rescrip.
n l. inter stipulantem, paragrapho, sacram, ff. de verb. oblig. paragrapho, sacræ instin. de rerum diuis.
o 1. q. 1. latius declarata per nos in Manual. conf. 23. num. 99.

& sine vlla voluntate paciscendi, mutuando scilicet cum sola intentione principali recipiendi ob id aliquid vltra rem mutuatã, per prędicta, quod inducit etiam obligationem restituendi, vt Papa Vrbanus declarauit *a*, cuius quidem sanctã declarationem nõ fuit veneratus, vt debuit immodestus Carol. Molinæ. *b*

a In d.c.cõsuluit, de vsur.

b De cõmerc. q.21.nu.11.

19 *Decimo* noto ex textu, & prędictis, vsurã requirere pactum expressum, aut tacitum, aut intentionem principalem lucrãdi aliquid ex mutuo. Nã minus principalis, & secundaria intentio lucrandi nõ sufficit ad constituendã vsuram: licet noue tenuerit oppositum Dom. in. Sot. *c* dicens vtramq; intentionem vsurã constituere, quod minus bene dictum est, *Primo* quidem, quod contrariũ tenent gloss. & Inno. *d* ab omnibus fere Theolog. & Canonist. recep, distinguentibus inter intentionem principalẽ, siue primariam, & minus principalem, siue secundariã, excepto Molinęo *e*, qui alterum extremum amplexus, ait, neutram, nec principalem, nec minus principalem obligationem restituendi vsuram sine pacto inducere. *Secundo*, quod Caiet. *f* (cuius quandam sententiã per eam suum dictũ firmando Sot. laudat) statim in quæstione sequenti, quę quarta est, expresse id quod gl. & cõmunis, tenet: immo, & in illa ipsa qu. 3. vbi ponit sententiam, qua se iuuat Sotus, concordat cõmuni in illis verbis: *Oculus sinister, seu spes secundaria, potest dirigi circa aliquam remunerationem*, quin & si satis perpendatur, significat nunquam de hoc D. Tho. dubitasse. *Tertio*, quod id satis probant ca. *si officia* 59. dis. & c. *quid prodest*, 6. d. cum suis gloss. per quæ communis id affirmat, quatenus significant id quod eorum gloss. expresse habent, scilicet licere seruire Ecclesiæ, & Prælato cum spe minus principali, siue secundaria obtinendi aliquod beneficium, licet non cum principali, & primaria.

c Lib 6.q.1. de iust. & iur. d In d.c consuluit, de vsur.

e Vbi supra.

f Thom.3.q. 3.de vsuris.

20 *Quarto*, quod quã plurima sunt, quæ quãuis non possint esse fines principales, & primarij operis; possunt tamen esse minus principales & secundarij: verbi gratia, non licet dicere missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas; minus tamẽ principaliter sic, iuxta glos. sing. *g* Nõ licet item amare Deum principaliter propter aliud: quia est vltimus finis, & ideo propter seipsum tantũ amabilis, vt post Th. diximus alibi *i*. Nec consequenter licet ei seruire principaliter propter aliud: quia id esset facere de vltimo fine mediũ. Licet tamen amare Deum minus principaliter propter aliud, vt seruire illi minus principaliter propter remunerationem, iuxta illud *k*: *Inclinaui cor meũ ad custodiendas iustificationes tuas in æternum propter retributionẽ*. Adeo quod Cõc. Trid. *l* anathematizat eum, qui dixerit peccare iustũ, qui Deo intuitu præmij seruit: quoniam tam merces temporaria, quam æterna assumi potest in finem minus principalem, & secundarium, modo in principalem, & primarium, vltimumque finem præfigatur ipse Deus, solus dignissimus qui suo ipsius solius intuitu ametur, & colatur. *Quinto*, quod pulchra, & firme fulta conclusio Adriani *m* (quem sequimur) habet omnem actum cuiuscũq; virtutis, cu-

g Recept.c.1. de cleric.non resid.lib.6. & 2.2.q.17. art.1.

i In c.cũ minister, 23.q.5 num 4.

k Psal.118

l Sess.6.c.31.

m Quolibeto 2. col.4 in repetitione, c. inter verba concl.5.nu. 22.& 31.

ius totus finis, aut partialis principalis est bonū aliquod tēporariū, esse vitiosum; & nuper id probauimus *n*. Et patet, paucos esse collatione aliorum, qui ex suis honestis actionibus aliquod bonum temporarium honoris, famę, glorię, salutis, rei familiaris, victus sui, aut aliorum, in minus principalem nō præstituāt: quos nemo Catholicorum peccare dicit. Noto etiā, quod nullum, nec principale, nec minus principale lucrum, tanquam iure debitum ex mutuo expectari potest; sed hic tanquam antidorale, & remuneratorium, de gratia, & non de iustitia debitum. Vnde & cum communi asserimus, quod tam principaliter, quam secundario, lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo sperare possumus.

n In c. cum ministeri. 23. q. 5. num. 39.

SVMMARIVM.

21 *Vsura mentalis vt desinit esse vsura.*
22 *Vsura non est lucrum ex amicitia principaliter speratum.*
23 *Spes principalis non omnis illa, sine qua non mutuaretur.*
24 *Vsura est acceptum sine libera dantis voluntate.*
25 *Sed non receptum pro solutione debiti, aut pro labore numerandi, aut mittendi.*

21 VN *decimo* noto ex prædictis, quod qui posteaquam principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, illam intentionem mutat in intētionem minus principalem accipiendi, & postea gratis datum accipit, peccat quidē mutuando, sed non peccat accipiendo, neque acceptum tenetur restituere; quia nō recipit principaliter eo quod mutuat, vt rite dicit Richard. *a* quem sequitur Ange. *b* adijciendo quod licitum est mutuare etiam principaliter, sicut dictum est, ad cōparandum amicitiam, & gratiam mutuatarij: quia huiusmodi gratia nō est sua natura pecunia æstimabilis, etiam expectando aliquod lucrum pecunia æstimabile principaliter ex illa amicitia: vt docet Th. & pulchre declarat Caiet. ibid. in opusculis *d*, & Soto. *e* Qua quidē conclusione, & alijs præcedentibus, scio quosdam frequēter consolatos esse, & alios quotidie consolari posse; ideoque omnia esse memoranda maxime Confessariis.

a In 4. dist. 15. art. 5.
b Verb. vsura 2, 1. parag. 2. adijciendo in parag. 2.
c Thom. 2. 2. q. 8. a. 2. ad 3.
d Ibid. tom. 3. q. 5. & 4. de vsur.
e lib. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur.

22 *Ex quibus colligitur*, non esse peccatum expectare lucrum aliquod ex mutuo mediante amicitia, & gratitudine tamquam quid gratuitum ex libera eius, qui recipit voluntate, prouētum.

23 *Colligitur* itē, quod nō est vsurarius, qui mutuat cū spe, quod aliquid plus sibi reddetur quā dedit, si eo animo id faciat, quod nō desineret id facere, quāuis nihilo plus, quam mutauit, sibi reddēdū foret; cū talis spes secūdaria sit, & nō principalis. Sed nec etiā, qui cū tali spe lucri mutuat, quod sine illa nō mutuaret, si modo finis principalis mutuādi nō esset illa spes, sed amicitia, vel amor Dei, vel virtus; & lucrū, minus principalis. Tū quia merces tā tēporaria, quā æterna, assumi potest in finē minō principalē, tā amoris, quā obsequij Dei. Tū quia, vt aliquis finis sit principalis actus, nō sufficit vt sit causa sine qua nō fieret actus

actus: sed oportet quod pluris, vel tanti æstimetur, ac alius finis, propter quē ille fit: vt late probamus alibi *f*: & tāgitur supra nu. 20. Exemplo sint illi, qui principaliter celebrant, aut ad diuina officia vadunt propter Deum, & minus principaliter propter pitantias, vt vulgo dicunt, & distributiones, sine quarum tamē lucrandarum spe secundaria non celebrarent, vel non irent.

f In d. e. cum minister.

24 Nec etiam peccat mutuans, qui non mutuat principaliter ob lucrum, accipiendo à mutuatario aliquid bona fide, existimans id sibi amāter, & gratis ab eo dari; licet mutuatarius id nō sibi det tam ob gratitudinem, quam ob timorem, ne, nisi det, pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuū denegetur: quāuis si postea id resciret, teneretur ad restitutionē illius, vt recte ait S. Anto. *g* & consonat ei id, quod ait Sylu. *h* & Caiet. *i* Contra vero, si dum sibi dabatur, existimabat non dari libera voluntate, sed coacta, peccaret accipiendo, etiamsi à principio sola charitate mutuasset, vt ait Laurentius, & Sylue. *k* Si quis autem roget quomodo mutuans scire potest, an mutuatarius libera volūtate, an coacta moueatur ad dādū illud plus: Respondeo, quod ex qualitate rei datæ in lucrum, & ex iactura, vel lucro quod mutuatarius fecit, & ex conditione naturali, & virtute liberalitatis mutuatarij, probus pœnitens, & prudens confessarius id conijcere potest: animus enim ex coniecturis cōijcitur.

g 2. par. tit. 1. c. 7. parag. 6.
h Verb. vsura, 6. q. 3. & 4.
i 2. 2. q. 78. a. 2
k Laur. in c. salubriter, de vsur. & Sylu. vbi supra.
l 4. cum qui de renunt. l. 6. l. dolum, C. de dolo, & ea. etsi quæstiones, de simo.

25 Colligitur etiam, quod qui debitori suo, à quo debitum recuperare commode non potest, mutuat pecuniam, vt sibi hac via alterum tantum, quantum ei debet, refundat; nō peccat, nihil quippe ab eo accipit ob mutuum principaliter, sed vt sibi debitum recuperet, vt ait Maior *m*. Adijcimus tamen, cauendum esse debitori, per chirographum, vel alium modum, per quem de solutione constet: ne postea ipse, vel eius hęredes iterum illud petant, vel accipiant sponte solutum, per ea quæ diximus in simili in Manual. Confess. *n* Neque etiam peccat, qui accipit aliquid in iustam mercedem laboris numerandi magnā summam à se, vel à suis familiaribus suscepti: quia non vi mutui, sed ob laborem numerandi accipit: neque qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe absenti, vt inquit Maior *o*.

m Maior in 4. dist. 15. q. 19. in princ.

n c. 17. n. 223.

o Vbi supra.

SVMMARIVM.

26 *Vsura est quidquid amplius accipitur ob solutionis dilationem, aut datur minus ob anticipationem, in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis.*

27 *Redituum venditores, & emptores in auctionibus, qui multum videntur peccare.*

28 *Fortuitorum casuum renuntiatio minuere deberet redituum pretium, quod apud paucos facit.*

29 *Carolus V. Imperator, & Rex Philip. secundus, & eorum consiliarij laude ob hoc dignissimi.*

Noto

26 NOto *duodecimo*, quod ex eodē textu, & prędictis colligitur, eum, qui emit, aut conducit aliquid minoris iusto pretio infimo, ob anticipatam solutionem, committere vsuram; & è contrario, eum, qui vendit, aut locat maioris iusto pretio summo, siue rigoroso, ob dilatā solutionē. Quia omnes prędicti accipiunt, aut volunt accipere aliquod lucrum pecunia æstimabile vltra sortem, principaliter ratione mutui palliati, & occulti: & ita tota definitio vsurę posita supra conuenit huic lucro, vt & ipsis tota definitio vsurariorum.* Idē eadem ratione Num. 8.
est dicendum de omnibus, qui per permutationem, vel quēcūque alium contractum innominatum, do, vt des, facio, vt facias &c. de quibus *in l. naturalis a*, volunt recipere, vel recipiunt aliquid maioris valoris, eo quod dederint, vel dent aliud minoris valoris aliquanto tēpore antequā recipiant rem maioris valoris. Et consequenter, qui in hyeme dant mercenarijs ante tēpora messis, vel putationis, vel fossionis vinearum aliqua, quæ nō sunt tanti valoris quanti operę, quę promittuntur præstādæ in illis, vsuram committunt: sicut è contrario omnes mercenarij, qui carius suas operas prestant tempore, quo illę sunt prestādę, eo quod solutio mercedis in hyemem sequentem est facienda. a ff. de pers. scrip. verb.

Quod non videntur satis animaduertere, qui militibus egentibus pannum, & vestes, corium, & calceos, immo, & aliquando panem, & vinum, & carnes maioris iusto pretio maximo, siue rigoroso vendunt (eo quod solutio differtur in tempus, quo eis stipendia sunt soluenda) quam venderent præsenti pecunia. Neque è contrario satis hoc perpendunt milites, qui prędicta minoris iusto pretio infimo, vel pio, eo quod longe postea sint ea recepturi.*

Colligitur item quod obnixe rogandus est Deus, vt de more pius inspiret verā pœnitentiam cum voluntate restituendi cōiunctam plurimis emptoribus, siue cōductoribus, qui reditum episcopatuum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, præsertim summorum Magistratuum illorum Hispaniæ ordinum militarium, & commendarum eorundem, Dominatuum, item ciuitatum, oppidorum, & vectigalium, & censuum regalium, & aliorum publicorum, vel priuatorum emunt, siue conducunt à necessitate oppressis multo minori iusto pretio infimo, ob solutionem anticipatā vnius anni, & minori ob duorum, & adhuc minori ob trium. Orandus item, vt idem inspiret his, qui è contrario vendunt, vel locant species, cinamomum, piper, & crocum, pannum, sericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia similia: boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora his, qui eis indigent, ad se sustentandum, vel ad quęrendum præsentem numeratam pecuniam, reuendēdo protinus ea minoris iusto pretio: Vendunt, inquam, vel locant maioris iusto pretio summo, vel rigoroso, propter dilatam solutionem. Colligitur etiam orādum esse Deum, vt parcat hominibus illis ecclesiasticis, & sæcularibus, presertim prædiuitibus, qui agros suos locant colonis suis pluris iusto pretio summo, vel rigoroso, eo quod

ampliāt terminum solutionis sibi debitorū, vel mutuāt à principio triticum ad serendum, & victū, vel pecunias ad emenda quędā alia in agrorum culturam necessaria, data eis ad soluendū dilatione longa. Quibus quidē actibus eos adeo fatigāt, vt cogāturmiserius viuere, quā si essent veri serui, & vera mancipia.

28 Orandus item, vt etiam parcat illis, qui reditus suos quam maximo possunt pretio locant, in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donatijs incremētorum, (quę Hispani vocant *Puias*) & dilationibus solutionum, & adigentes conductores facere renuntiationes iurium casuum fortuitorum maiores, & rigidiores, quam ante nostram ętatem Hispania viderit, nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur, superet iustum, an non, neque quod diminuit pretium iustum adiectio earum renuntiationum, cum prouentus illi minoris valeant cum onere præfatarum renuntiationum, quam sine illo: nulla item habita ratione, quod huiusmodi prouentus non tanti valent illi, qui eos Christiane colligit, & iuste vendit, quam illi, qui per fas, & nefas, quo iure, quamue iniuria eos colligit, & exigit, & postea vendit eosdem multis mendacijs, & simulationibus adhibitis, longisque dilationibus ad soluendum concessis, illisque durantibus frequenter vtendo gratis debitorum hospitiis, & non pauca munuscula coactapotius quam libera voluntate sibi oblata suscipiendo, pauperum sanguinem tanquam sanguisugę insensiliter exsugendo.

29 Noto *tertiodecimo* ex textu, & prędictis colligi, mille bonas precationes, siue benedictiones deberi Cęsareę Maiest. Caroli V. Imperatoris, & Regię Catholicæ eius filij Regis Philippi secundi dominorum nostrorum, ipsorumque proceribus, ob illam pragmaticam sanctionem, qua sanxerunt, nę quis emat, aut conducat reditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel alijs granis, ex quibus conficitur panis: quę non parua salus fuit suis regnis, nec paruum frenum multis vsuris palliatis, saltem paruis, quæ in tenuiorum oppressiones exercebantur.

SVMMARIVM.

30 *Vsura non est semper lucrum societatis salua sorte remanente, & quo modo id fieri potest per tres contractus, &c.*

31 *Intellectus nouus c. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem.*

31 *Vsurariam non esse consuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum salua sorte, qua ratione defendi videtur.*

32 *Consuetudo immemorialis habet vim constituti.*

33 *Mutuum non facit sola securitas pecuniæ datæ.*

34 *Dominium rei non facit transire in alium sola periculi receptio.*

35 *Dominus non omnis de suo vt libet disponit.*

36 *Obligatio debitoris non tollitur securitate adiecta.*

30 *Noto decimoquarto*, quod ex tex. & prędictis colligitur, magnę quęstionis esse, an aliqui possint inter se societatē ita cōtrahere, vt alter, salua sorte principali, aliquid vltra illam sine vsura capiat. Cui respondimus affirmatiue in Man. Conf. *a* quod ipsum Vlyssiponę antea consulueramus, monstrando in primis quendam modum ad id Maiestati Regiæ, à quibusdam iuris doctoribus oblatum, non fuisse vllatenus admittēdum. Quē modū collegimus à Ioā. Maio. *b* Sylu. & ex Caietan. *c* Qui tamen mercatoribus parum placuit, eo quod parū lucri sibi allaturus visus fuit, quāuis pro sua in religionē Christianam obseruantia ab alio abstinuissent. Modus autē prędictus, quē ipse Regię Maiestati obtuli, consistit in faciendo tres contractus, quorū primus sit societatis, quo alter cōferat pecuniā, & alter operā & industriam ad commune lucrum, & damnum. *Secundus*, quo qui operam & industriam confert, assecuret alteri sortē principalem, iusto in id pretio sibi ab eo constituto, aut altero tāto ex lucro remisso. *Tertius*, vt ad tollendas molestias, & suspiciones malas rationum reddēdarū. de lucris, & damnis earundē cōueniant, vt qui sortem assecurat, etiam assēcuret alteri lucrū certum, pro incerto, iusto etiam in id pretio constituto, aut altero tanto ex lucro remisso. Quem (inquam) modū dicimus esse licitum, cessante omni fraude vsuraria, & simulatione, & infamiæ periculo. Cuius iustitia efficaciter probatur, eo quod omnes fatentur, hos tres contractus iuste cum tribus diuersis hominibus fieri posse, & quod nullo textu, nec vlla ratione probari potest, cur cum vno, & eodem fieri non possint, cessāte omni fraude, & vsuraria, & dolosa simulatione, ita quod lucrū illud certum, quod pro dubio, sed verisimili assecuratur, speretur ex iusta negotiatione societatis, & nō alia illicita. Addimus preterea in dicto Manua. Conf. *d* secuti prędictum Ioan. Maior. *e* prędictos tres contractus vno, & eodem tēpore ita fieri posse, ac tribus diuersis, cum eadem ratio id persuadeat *f*: modo, vt diximus, fiant cessante omni fraude vsuraria, & iniusta simulatione. Addimus item, quod qua ratione fieri potest per tres cōtractus formales, & expressos; ita fieri potest per tres tacitos, & æquiualentes; quia regulariter eadem est virtus taciti, quæ expressi, & duorum æquipollentium *g*.

Post hęc scripta, cum prædictum Manual. Conf. latinitate donaremus, posuimus exemplum faciendi hoc per cōtractus tacitos, & æquipollentes, cum summa probationū, quas olim Vlyssiponæ adduxeramus, nēpe: Si quis negotiator publice protestaretur, se paratum ad accipiendam pecuniam à quocunq; volente illi conferre illam in societatē, cum pacto de assecuratione sortis ad rationem 4. pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim incerti lucri, ita quod ex lucro incerto verisimili duodecim, ex centū accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor pro certificando lucro 12. & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor: & postea alius sciēs hanc protestationem,

a c. 17. n. 256.

b In 4. dict. 15. q. 49. Syl. in verbo societas, qu. 2.

c In lib. 17. respon. resp. 11. quæ nunc habetur in opusculis suis tomo 1. tract. 31. respons. 11.

d Cap. 17. num. 255.

e Vide supra.

f Argumento l. illud, ad l. Aquil.

g l. cū quid ff. de reb. cred. & c. 2. de reser. & duorū æquipollent. l. fin ff. mand.

nem, confert ei centum, dicens: Ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti iuxta protestationem tuam.

g De donat. inter virum & vxorem.

31 Pro quo præter prædicta vrget ca. *per vestras* g. sic noue inductum. Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honesti onera matrimonij sustentet, & ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur: siquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri; & ita videtur noluisse, vt ad lucrum, & damnum mercatoris traderetur, quod erat eam periculo obijcere. Voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera sustentanda: at hæc duo fieri non possunt sine assecuratione capitalis, & sine redemptione lucri incerti pro certo: ergo Papa tacite voluit illa fieri. Vrget item, quod in multis Galliæ partibus, quãdo in ea prælegebamus, audiuimus, & nunc audimus in aliquot Italiæ partibus, & montibus idem seruari, quod ecclesiæ, & viduę, & pupilli more immemoriali antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor scuta secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur.

32 Quę plane consuetudo defendi nullo modo potest per intellectum quem Ioan. Andr. & nonnulli alij in d. c. *per tuas*, assignãt, scilicet, quod in fauorem ecclesiarum, viduarum, & pupillorum cũ illo lucro mutuari poterat: quia esset vsura, quę neque etiam ad redimendos captiuos admitti potest *h*. Vrget itẽ quod nullo alio modo defendi potest, quã dicẽdo, quod exordiũ cœpit ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate, & redemptione prædictis, & cõtinuata fuit vsque ad illud tẽpus. Ad quod conijciendum vrget etiam, quod vix tertiã partem lucri dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire posset, accipiebant, & accipiunt. Nã verisimile lucrũ centum ad minus erat 12. vel 15. & nõ recipiebant nisi quatuor pro centũ, quod significat, illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. * Vrget etiã, quod consuetudo immemorialis habet vim constituti: & per eã probatur titulus, vel priuilegiũ, quod allegatur pro eo. Et quod prędicta cõsuetudo erat immemorialis, vt potest allegari, quod habuit originẽ à modo contrahendi societatẽ, adiecta præfata duplici assecuratione. Præterea vrget etiã quod præfata regna cum primis omniũ semper floruerunt pietate, sanctitate, & eruditione: & quod in initio prefatę consuetudinis homines eorũ (vt par est credere) non erant peiores, sed multo meliores, quã nunc sumus, & ideo non permisissent cõsuetudinem huiusmodi vsurariã tanto tempore coalescere, nisi aliqua ratione iustificari potuisset. Obstare tamen ijs videtur *primo*, quod Caietan. quem pro nobis citamus *k*, videtur esse cõtrarius. *Secundo*, quod expresse dãnat contractum quẽdam societatis allatum ex Germania, quo quis dabat in societatẽ centum alicui mercatori, saluo capitali, eo pacto, vt sibi redderẽtur secura quinque in anno

h Cap. super eodem de vsuris.

i l. hoc iure, parag. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & est. & c. super quibusdam, parag. præterea, de verb. signifi.

k In dict. respons. 11.

pro sua

pro sua parte lucri ex eis quærendi. *Tertio*, quod etiam expresse asserit ipse, quod contractus societatis, quo saluo capitali reddantur quinque pro centum pro parte lucri, non potest iustificari per præfatos tres contractus subintellectos. Quia ex natura contractus ipsius societatis nō subintelliguntur. *Quarto*, quod etiam asserit non licere contrahere societatem cū aliquo mercatore, eo pacto, vt ipse teneatur assecurare capitale, & aliquam partem lucri. *Quinto*, quod ex hac opinione sequeretur, licere nobilibus mutuare ad vsuram quatuor pro centum, iuxtà l. *eos* l *Sexto*, quod ex eadem videtur aperiri via exercendi vsuras ad rationem quatuor, vel quinque pro centum. 1 C. de vsuris

Sed hęc nullatenus obstant. *Ad primum* enim respōdetur negando, quod Caiet. sit contrarius: quia immo in 2. ar. præfatæ respons. expresse dicit, quod licite potest fieri per tres contractus prędictos, vt in contractu societatis saluū maneat capitale.

Ad secundum respondetur, concedēdo id, quod ipse ait: nempe quod contractus simplex [illegible] societatem centum, saluo capitali, & quod quinque re[illegible]o parte lucri, est illicitus, si formaliter, vel æquipo[illegible] non fiant præfati tres contractus: sed non, si fiant illi, quod ipsemet concedit. Et quod nō dicimus nos valere, vel esse licitam, consuetudinem aliquarum partium Italiæ, & Galliæ, qua orphani, & viduæ dent mercatori centum in societatem, vt saluo capitali reddantur illis quatuor in anno: sed quod illa consuetudo potuit habere iustam originem à contractibus initis cum prædicta duplici assecuratione: & quod si posset satis constare hoc, & quod intentio eorum, qui eam introduxerunt vsque ad tempora nostra, fuit tacite, & æquipolienter facere id, quod à principio fiebat, posset iudicari licita, & quod ad coniciendum hoc multum faciunt præfatum c. *per vestras*, & alia supradicta.

Ad tertiū, concedimus etiā, quod non licet contrahere societatē eo pacto, vt alter teneatur as[illegible]re aliquod lucrū, & capitale, quod ipse ait: sed negamu[illegible]contracta prius tēpore, vel natura societate non possint [illegible]riusq; libera volūtate assecurationes illę fieri, quod nos asserimus, & ipse Caie. fatetur.

Ad quartū, cōcedimus, quod cōtractus societatis, vt, saluo capitali, aliquod certum lucrū reddatur conferenti pecuniam, nō potest iustificari per prædictos contractus subintellectos ex sola natura contractus, quia nō subintelliguntur ex sola illa: sed negamus quod non possit iustificari [illegible]per eos formaliter, siue expresse, vel æquipollenter, siue tac[illegible]litos, vt prædictū est.

Ad quintū, negamus ex hac opin[illegible]equi, quod liceat nobilibus mutuare ad vsuram 4. pro 100. sed solū licere nobilibus, & quibusq; alijs inire societatē cum pacto, quod capitale, & aliquod lucrum, sint salua & secura conferenti pecuniā, soluēdo pro assecuratione quod iustum fuerit, quod lōge diuersum est.

33 *Ad sextum*, negamus per hoc aperiri viam exercendi vsurā ad quatuor pro centū: quia vsura nō quæritur nisi ex mutuo

vero,

vero,vel palliato:& ex hac opinione solũ sequitur,quod potest
quęri lucrũ quatuor pro centum ex cõtractu societatis,& præ-
dictis assecurationibus,quæ sunt lõge diuersa:& à diuersis non
a l.Papinia-nus,ff.de mi-norib. fit illatio *a*. Intelligenda sunt autẽ hæc omnia, vt prædiximus,
cessante omni fraude,& simulatione,ita vt corã Deo formali-
ter,aut æquipollenter prædicti tres contractus fiant: quia nisi
b lib.6.q.6. art.1.de iust. & iure. cessantibus his,nec duo,ne quidem fieri posset. Postea-
quam hæc scripsimus pr ot.vir alioquin doctissimus *b*,
tria de hac re scripsit. *Prima* il interesse an huiusmodi cõ-
tractus eodẽ tempore,vel diuerso fiant.Quod recte dictũ vide-
tur,quoad Deum,& forum conscientiæ:licet multum interesse
c Arg.1.ad nostrum,de emptio.& vendit. c. Illo vos cum eis annot.de pignor. posset quoad homines,& forum exterius,ad peius præsumen-
dum,cum eodẽ tẽpore,quam cum diuersis fiunt *c*. *Secundũ*,lice-
re inire prædictos tres contractus cum tribus diuersis homini-
bus,immo etiãsi primus,scilicet societatis,& secundus,scilicet
lucri certi pro incerto,cum vno fierent,& tertius,scilicet securi-
tatis,cum alio,quod etiam cõmuniter approbatur.*Tertium*,non
esse licitum primum,scilicet societatis,& tertium,scilicet secu-
ritatis capitalis,cum eodem facere, neque eodem tempore,
neque diuersis,per nouam quandam,sed parum perpensam ra-
tionem;nempe quod pecuniam in societatẽ cõferre securitate
ã socio præstita,aut etiam collatã sic assecurare,re vera sit mu-
tuare,aut mutuum facere: quia conferens ita pecuniam,vel in-
cipiens sic collatam habere,eius dominium in recipientẽ trãs-
fert,cum eius periculo maneat,& consequenter pro suo libito
perinde illa vti possit,ac si mutuo data fuisset,negotiando, &
prędia,vel census emendo,aut alias distrahendo,eo quod si pe-
reat,eius damno pereat,& si seruetur,eius commodo seruetur.
Quod non contingit,quando cum vno fit primus contractus
societatis,& secundus lucri,tertius autem de securitate cum a-
lio:tunc enim is,cui pecunia traditur,non tenetur restituere,&
ei,qui ad id tenetur,pecunia non datur,& sic nullum mutuum
inuenitur. Quæ certe ratio etsi primo aspectu cuipiam tardo
veri speciem præ se ferre videatur,nullatenus tamẽ est firma.

34 *Primo* quidẽ,quod aperto iuri contrariũ est, dicere, domi-
niũ rei eo solo in aliũ trãsire,quod periculum in se recipiat.Tũ
d In c.1.de commodat. e iuxta l.1.C eod. quia expresse Grego.IX.*d* definit iuxta l. eid quod conceditur
alicui certi vsus gratia,cũ pacto,vt totum periculum sit penes
recipientem(etiamsi casu fortuito pereat)esse commodatum:
f In d.c.1.de commod. g In c.fin.de deposito, iuxta l.1.para.si conue. niat.ff eodẽ. & constat dominium rei commodatæ in commodatarium nõ
transire,secundum glo.ab omnibus recept.*f*.Tũ quod idẽ Gre-
gor.*g* iuxta l.definit,commodatum alicui custodiendum, cum
pacto,vt custodientis periculo maneat,esse depositum,& cõstat
depositi dominium non transire in depositarium *h*.Tum quia
h l.1.& l.li-cet,ff.depo-sitis. culpa,& mora regulariter transferunt periculum in debẽtem,
vt idem Grego.vtrobique præsupponit:& tamen noto notius
est,culpã,& moram non esse titulos transferendi dominij.

35 *Secundo*,quod etiã est iuri cõtrariũ dicere, quod quis possit
dispo-

disponere pro libito suo de omni re, quę suo periculo, vel commodo stat, aut perit: quia omne commodatum, & depositum cũ pacto, vt periculo cõmodatarij, & depositarij maneat, quoad restituatur, & omne aliud quo est penes aliquem, qui est in mora restituẽdi, manet, vel perit eius periculo: & tamẽ certi iuris est, nõ posse illos iuste eis vti in alios vsus, quã in quos acceperunt, vel habẽt: adeo quidẽ quod si in alios vsus vtãtur cõtra voluntatẽ cõmodantis, deponentis, vel alias tradẽtis, furti conueniri poterũt, & dupli, vel quadrupli damnari *a*. *Tertio*, quod etiã iuri repugnat dicere, quod socius, apud quẽ pecuniã cõstitui, ad restitutionẽ nõ teneatur, eo quod aliquis tertius securitatem pręstiterit: quia perinde tenetur ac si alius nullã securitatem pręstitisset. Nullo enim iure, nec vlla ratione probari potest eximi quẽ ab obligatione, eo quod alius illius debita assecuret: Nam nec fideiussio, neque pignora eam tollunt, aut diminuũt: quia hęc omnia adduntur ad augendam, & non ad diminuendã obligationem: & inducta ad augendum nõ operantur diminutionẽ, nec è contrario *b*: quia inducta in vnum finem non debẽt contrariũ operari *c*. *Quarto*, quia socius meus non potest vti pecunia, quam ego in certam negotiationẽ illi trado, in aliam: & ita non potest vti pecunia, quã ad mercaturã faciendam dedi, in emendos cẽsus, quãlibet salua mihi maneãt lucrum, & sors: id enim esset vti re mea in alios vsus, quã in quos eam tradidi: quod species furti, & peccatum est *d*. *Quinto*, quod etiam cõtra ius est dicere, quemlibet, in quem dominiũ rei trãsit, de ea pro sua voluntate disponere posse: id enim locũ non habet, quando cum aliqua reseruatione, & onere vtendi ea in certum finem, vel modum transijt: vt dominium rerum, quas primus maritus vxori suę dedit, transfertur in illã *e*, & vt dominium Primigeniorũ, & multarum aliarum rerum transit in eos, qui ad ea vocantur. Et consequenter quamuis pecunię dominium ad sociũ transferretur, quia tamen transfertur cum ea reseruatione, & onere, vt ea vtatur in talẽ negotiationem, aut in tractãdas merces, non potest in alias res, quam in destinatas expendi *f*.

36 Cum igitur dominium rerum in accipientem non transferatur eo solo, quod eas recipit, cum pacto, vt omne periculum casuum fortuitorũ ad se spectet, per primum argumentum, & hoc solum faciat assecuratio: cumque nemo eo solo, quod rem periculo suo recipiat, vti possit ea in alios vsus, quam in quos recipit, per secundum argumentum: cumque nemo, in quem transit rei alicuius dominium, reseruato aliquo iure, vel onere, possit ea iuste vti, nisi saluo illo iure, vel onere, per tertiũ argumentũ: cumq; deniq; securitas à tertio pręstita obligationẽ sortem restituendi socio nec adimat, nec diminuat, per quartũ argumentũ: perspicuum profecto est, prędictam Soti rationem quatuor de causis corruere, ideoque nihil concludere, & nostrã conclusionem manere firmam. Quam etiam cõfirmat ea cõsideratio, quę ex pręfatis infertur, quod socius tradens pecuniã

a parag. placuit, iust. de oblig. qua ex delict. nascun. l. qui vas. parag. vetare ff. eod. l. fin. parag. sed siquidem, C. de iure domin. impetran. auth. præsenti C. de fideius.

b l. legata inutiliter, ff. de adimendis leg. t. & c. fin. de verb. signif.

c C. ad nostrã de appell. l. 1. ff. eod.

d l. si conuenerit ff. pro socio, & argumento prædicti parag. placuit, & l. qui vas, paragrapho vetare, & clementi. quia contingit, de religio. domi. & eorum quæ ibi pulchre tradidit Cardin.

e l. fœminæ, C. de secund. nupt.

f l. 1. & l. legatum, ff. de administ. rer. ad ciuit. pert. l. legatum, de vsu. fruct. leg. & dicta Clem. quia contingit.

cum his conuentionibus, cogere potest socium negotiantē vt eam in illam solam negotiationem, in quam tradidit, impēdat, & etiam ab eius societate discedere, si contrarium faciat g, non obstante assecuratione, & lucri certi pro incerto vēditione: aut ei auferre suā pecuniā, & alteri dare, quatenus ius, & pacta patiuntur: quin & alia pacta addere potest, quibus societas clarissima efficiatur, & exprimere id quod iure tacite inest: scilicet se nolle, vt ea pecunia in alias negotiationes, quam in illas, aut illas, vtatur: nec aliud lucrum certum, vel incertum sperare, quam quod illa, vel illa negotiatione comparabitur: immo & addere pœnas contractui soluendas, si aliter, quam conuenerit, vel tacite iure intelligitur, negotietur. Quod non ideo asserimus, vt cupiamus homines ab antiquioribus modis lucrandi ad hos nouiores adducere: nec quod credamus, multos tā exiguo lucro contentos fore: sed quia vis veritatis, & iuris in id nos adigit: & quod magnopere desideramus auidos homines ad magna lucra illicitis modis faciēda, ad hęc parua modo licito quęrenda allicere, qui forte nulla via licite quęrenda proposita ab illis non discederent: & quidem credimus non esse hoc vsuræ tam finitimum, quam sunt census personales, quos prædictus Sotus concedit, quos tamen infra *h* impugnabimus.

g l. conuenerit, & l. ii socius, ff. pro socio.

h Notab. 22.

SVMMARIVM.

37 *Interesse quid, & quotuplex.*
38 *Interesse damni, & lucri quid.*
39 *Interesse ex mutuo capitur tribus casibus, secundum omnes.*
40 *Interesse extra rem regulariter non debetur.*
41 *Vsuram nec dispensatio, nec vis facit licitam.*
42 *Interesse, & vsura differunt iuxta leges Romanas,* & 43.
42 *Et ita non debetur interesse eo solo quod vsura debeatur.*
43 *Pecunia plus valet apud negotiatorem, quam apud alios, vt triticum seminale apud volentem seminare, & non habentem aliud simile.*
44 *Pretium rei non augetur per furtum, aut vim.*
45 *Vendere quis suum potest pretio quo sibi valet, quamuis alijs non tantundem valeat.*
45 *Pecuniæ duplex potentia ad lucrandum.*
45 *Virtuti magis, quam vitio fauendum.*
46 *Papæ commentanti non creditur vt legem ferenti.*
47 *Interesse damni, & lucri vt differunt.*
48 *Vendere vt licet spe lucri.*
49 *Amor an dicatur cogere vt timor.*

NOto *decimoquinto* ex text. & prędictis, licitum esse mutuanti accipere aliquid vltra sortem nomine interesse, tam lucri cessantis, quam damni emergentis.

37 Et quia multi percupierūt vt explicaremus quid in nostro Manu. Consil. *a* appelletur interesse, & quotuplex sit, & an vtrum-

trumque capi possit, & peti à mutuante, tam pro illo loco, quã pro isto: Dicimus, prętermissis subtilitatibus tam definitionis *intereße*, quam membrorum diuidentium, & subdiuidentiũ ipsum, de quibus late Bart. Bal. Salic. & alij nouiores *b*, (quibus ex parte materia obscuratur:) Dicimus, inquam, *primo*, id quod transtulimus in Manual. Confess. *c* quod interesse in genere est damnum emergens, & lucrũ cessans, eo quod aliquid fieri cessatur *d*. In qua definitione coniunctio *&* accipitur pro *vel*, & verbum *fieri* prout comprehendit *non fieri*, eo quod non facere, sit facere, vt ait l. *si mora*, & glo. recepta *e*: & ita in proposito interesse id dicitur, quod mutuans perdit de suis rebus, aut desinit lucrari eo quod mutuat, aut eo quod ad præstitutum diem non soluitur. Et sic duplex est interesse; alterum damni emergentis, alterum lucri cessantis, iuxta glos. *f*

a Cap 17. nu. 211.

b In l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter.

c Cap. 17. nu. 211.

d Secund. gl. in verbo possibile, C. de sent. quæ pro eo quod.

e ff. solut. mat. & glo. recep. ff. in princ. ff. de verb. oblig.

f Glos. & d. l. 1. cuius para. lib. 4. prob.

38 Exemplum damni emergentis: habeo pecunias quibus reficiam domum ne corruat, aut quibus ęstate volo triticum emere in totius anni alimenta, aut fœnum pecoribus, aut septa, siue aggeres aquæ molendinorum restituere, aut mea debita soluere, quas mutuo tibi; & quia eas ad prędictum diem non soluisti, domus concidit, triticum duplo carius emi, pecora fame interierunt, molendina non molunt, aut interesse debitoribus meis soluo, aut res meas vilius vendo, quo illis satisfaciam: damnum ex hoc mihi subsecutum dicitur interesse damni emergentis. Exemplum interesse lucri cessantis: sum mercator, habeo pecunias quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi mutuo, & die prędicto non restituis: lucrum quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

39 *Secundo* dicimus, quod inter omnes conuenit, vtrũq; horum contingens ob mutuum, peti posse in duobus casibus. Prior est cum culpa, aut mora in solutione prędicta præcessit. Posterior autem casus, cum ante, aut post moram contigit, mutuum tamen datum fuit per aliquã vim regis, ciuitatis, aut cuiusuis alius. *Tertio*, inter omnes etiam cõuenit interesse damni exigi posse, etiãsi nec vis, nec mora aliqua interueniat, modo mutuatarius admonitus fuisset tẽpore mutui, damni, quod euenire poterat, & fuisset contẽtus illud vnã cũ sorte mutuata soluere, vt expresse determinat D. Tho. *h* In quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiam à principio cõuenire de summa, quæ vltra sortem sibi repẽdenda est ex verisimili illo interesse dãni, aut lucri, vt late prędictus Sot. subscripsit *i*, quãuis magis quam alij hãc materiã restringere sit conatus. *Quarto*, quod solũ dubitatur de casu, in quo quis spõte, sine vi mutuat pecunias expositas negotiationi, autrerũ frugiferarũ emptioni, & cessat à negotiatione, ac frugiferorũ emptione, possit capere licite interesse lucri cessãtis cõtingẽtis ante moram, & culpam? Nã Inno. tenet quod non *k*, quẽ prędictus Sot. laudat, & sequitur, quamuis dicat se contrariam opinionẽ minime dãnare, & pro sua opinione adducit *primo* prędict. Inn. *l* qui hoc affirmat; deinde S. Th. *m* qui

g Gl. celeb. c. conquestus, de vsur. per c. dilecti, de form. compet. c. peruenit, & c. constitutus, de fideiuss. & l. 1. sub finem, C. de sen. quæ pro eo quod inter prob. opt. text. in l. 3. arag. ff. ff. de eo quod certo loco.

h 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum.

i Lib. 6. q. 1. art. 3. de iust. & iure.

k In c. fin. de vsur.

l In d. c. fin.

m 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum.

videtur ei ponere hãc differentiã inter intereſſe dãni, & intereſſe lucri, & Durand. & Scot. quos dicit eſſe ſecutos S. 2 hom. 40 *Tertio*, quod nullus tex. videtur reperiri, qui concedat hoc intereſſe lucri ceſſantis accipi ab eo qui culpa caruit, nec moram in ſolutione adhibuit.

Quarto, quod videtur ei nullũ antiquũ Doctorẽ aperte oppoſitũ tenuiſſe, & quod immo Scot. *a* & Durã. *b* D. Tho. ſequũtur. Pro contraria tamen ſententia, quæ receptior eſt, facit *primo*, quod vt etiã ille dicit, eam tenent Conrad. *c* Sylu. *d* Caie. *e* & Adri. *f* Addimus nos, quod etiam idẽ tenent Panor. *g* & ante illum Hoſt. & S. Anto. *h* & Ioã. And. *i* quatenus dicit, dictũ Hoſt. habere locum, quando debitor ſolutionem diſtulit: quia alias quiſque voluntatem negotiandi fingeret, & poſtea pecuniam ad intereſſe daret. Quę ratio ſolum includit, noſtræ opinioni locũ non eſſe, quando re vera, & coram Deo mutuans negotiari nõ vult, ſed fingit ſe velle, quod omnes fatemur, & conſequenter Ioan. And. fateri debet, aut nihil ſuã rationẽ valere, aut noſtram opinionem eſſe veram. & etiam Ioa. de Lignano grauiſſimus Doctor, & Lauren. de Rodul. *k* tenent idẽ quod Hoſt. & etiam S. Anto. *l* tres rationes ad id adducens, quamuis dicat melius eſſe, vt huiuſmodi contractus diſſuaderentur, quod nos etiã fatemur, niſi quando conſtaret maius obſequium Deo per eorum exercitiũ pręſtitum iri, quod toties vſu venit, quoties proximus liberaretur à magno damno mutuata ſibi pecunia iã mercaturę parata pro exiguo lucro intereſſe lucri ceſſantis.

41 Præcipuarũ rationũ quibus ad id mouemur, *prima* eſt, quod ipſemet Sot. fatetur, intereſſe damni vnius domus ex mutuatione prouenientis iuſte poſſe accipi. & conſtat id eſſe intereſſe, quod extra rem dicitur ſecundum Bart. & alios *m*, & quod tale non magis debetur quam intereſſe lucri ceſſantis *n*. Ergo ſi illud iuſte accipi poteſt abſque eo quod culpa, aut mora præcedat, poterit & hoc *o*. *Secunda*, quod idem Sotus fatetur, quod intereſſe lucri ceſſantis, culpa, & mora non præcedentibus, accipi poteſt ab eo, qui vi aliqua mutuat. At vis non poteſt vſuram licitam facere, cum illa iure naturali, & diuino prohibita ſit, vt dictũ eſt ſupra *p*, & ipſe latius probat: igitur ob interuentũ vis, huiuſmodi intereſſe lucri accipere non licebit, aut quamuis illa non interueniat licebit. *Tertia*, quod Alex. III. expreſſe determinauit *q* non poſſe diſpenſari ſuper prohibitione diuina vſuratũ, & quod vt nullatenus mentiri licet, ita nec ad vſuram dare; & conſequenter, quod ſicut nulla vi fieri poteſt, vt quis licite mentiatur, ita nulla vi fieri poteſt, vt ad vſuram licite detur. Cũ ergo Sotus fateatur nõ eſſe vſuram accipere intereſſe lucri ceſſantis ob mutuatas aliqua vi pecunias ad negotiandũ paratas, confiteri debet, quod nec accipere illud ob eaſdẽ ſponte mutuatas ſit vſura. *Quarta*, quod aliud eſt accipere intereſſe lucri ceſſantis, & aliud vſuram, vt ſingulariter, & aperte dicit Scæuola *r*, quatenus aſſerit, quod debitor ob non ſolutionem

a In 4. diſt. 15. q. 2.
b In 3. diſt. 37. q. 2.
c De contract. q. 30.
d Verb. vſura, q. 19.
e 2. 2. q. 62. art. 4.
f In 4. de reſtit. q. de vſur.
g In c. fina. de vſur.
h In c. ſalubriter, eo. tit.
i In d. c. fin.
k In d. c. ſalubriter.
l 2. part. tit. 5. c. 7 parag. 15.

m In l. 1. C. de eo quod intereſt.
n l. ſi heritis, parag. cum per venditorem, de actionem. empt.
o Arg. l. illud ad l. Aquil.
p Eod. Commentar. nu. 7.
q In c. ſuper eod. de vſur.

r In l. 3. parag. fi. de eo quod cer. loc.

tionem debiti interdum tenetur ad soluendum interesse lucri, quamuis summam vsurarum permissarum superet.

42 *Quinta*, quod idem Scæuola clare vbi supra significat, non omnes creditores licite posse recipere interesse lucri, eo quod debitores sua illis debita non soluant tempore præstituto. Quia mercatores accipere possunt, & alij non: & consequeter significat plus deberi mercatori ob pecuniam qua negotiatur, quã alteri qui non negotiatur. Cui consequens videtur, vnam, & eandem pecuniæ summam plus valere apud mercatorem paratum ad negotiandum cum ea quam apud alium, qui non est cum ea negotiaturus: & ideo si plus aliquid recipit quam alius, non recipit plus, quam habebat, & dedit.

43 *Sexta*, quod, vt proxime dictũ est, prefatus Scæuola significat, quod pecunia, quã habet mercator paratã ad statim negotiandum, plus valet quam altera tãta, quam habet alius nõ paratam ad negotiandũ: imo plus, quam altera tanta, quam ipsemet habet à negotiatione separatam, ob quod qui ei eam furaretur, plus restituere teneretur, quam si alteri furatus fuisset: vt & qui habet triticum seminale ad statim seminandum, aliud simile ad idẽ non habẽs, plus valet ei quam aliud tantundẽ alteri non seminaturo: & qui furaretur illud ei, teneretur restituere plus, quã si aliud tãtundẽ furaretur alij, qui seminare nolebat, aut eidẽ ipsi aliud simile ad serendũ habenti, iuxta omniũ mẽtẽ, quã late Caiet. *a* explicat. *Septima*, quod contra ius est dicere, quod ex sola culpa debitoris, aut mora solutionis interesse lucri cessãtis debeatur: est enim cõtra d. l. 3. ibi, *quod si merces solebat cõparare, puto & lucri habendam rationẽ*. Ex quibus verbis clare colligitur, quod licet leges Romanę vsuras cõstitutas solui iubeant propter solam solutionis moram in quibusdam cõtractibus *b*, nõ tamen iubet solui interesse lucri cessantis, nisi quando saltem cũ mora debitoris facultas, & volũtas propinqua, & verisimilitudo lucri faciendi in creditore concurrit *c*. Et cõmunis opinio *d*, contra gloss. *eius*, & alias ei similes tenet, nihil esse immutatum per illã legem, quoad hoc, vt soluatur interesse, quod ante illam solui non debebat. Et ita longe alia est ratio soluendi interesse lucri cessantis, à ratione soluendi vsuram: & consequenter non infertur illud esse illicitum, eo quod vsura sit illicita, cũ à separatis nõ fiat illatio *e*. *Octaua*, quod ex his omnibus sequitur, quod quãuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandũ inest, absolute considerata non augeat eius pretium, nec faciat valere pluris, quam sine illa; considerata tamen ea prout est personæ, quę illa scit, & vult vti, facit vt pluris valeat: vt facultas generandi, quæ inest tritico, absolute cõsiderata non efficit quod plus valeat; considerata tamen quod est eius qui illud iã satum habet, aut satui præparatum, aliud simile ad seminandum non habens, facit vt pluris valeat ad effectum vt vendere, & mutuare carius possit; & qui furto illud sustulerit, plus ei quam alteri restituere teneatur. Et ita, qui mercator mutuat aliquam pecuniam

a 2. 2. q. 78. art. 2.

b l. mora. pa. rag. in bonæ fidei, ff. de vsur. & l. vlt. ff. de peri. & commo. rei vend. l. fructus, C. de action. empt.

c Per d. l. 3. parag. fin.

d In d. l. 1. C. de sentent.

e l. Papinianus, ff. de minorib.

cuniam negotiationi paratam, accipiendo aliquod lucrum vltra similem quantitatem, quamuis accipiat plusquam valebat quantitas mutuata, considerando eam absolutè, non tamen capit plus quam mutuauit, considerando eam cum illa qualitate, quod erat parata à seipso ad negotiandum, & consequenter non accipit vsuram.

44 *Nona*, quod nullo iure, nec vlla ratione probari potest, quod pretiũ alicuius rei crescat, eo quod subtrahatur furto manifesto, aut non manifesto, vi, aut metu: quãuis enim ratione pœnę, aut iniurię reus cogi posset ad aliquid plus eo soluendũ in pœnam delicti commilli *f*; non tamen ideo quod pretiũ eius crescat, eo quod furto subtractum, aut vi, aut metu extortum fuerit. Vnde, qui sic deliquit, non tenetur restituere in foro conscientię amplius quidquã, quam simplex ablatum, sine aliquo incremẽto *g*, & honorem, si aliquem ademerit. Fatentur tamẽ omnes, quod si quis ab alio furto, aut vi, aut metu, auferret pecuniam ad negotiandum paratam, aut triticum sationi pręparatum, & non habenti aliud simile, tenetur plus restituere illi, etiam in foro conscientiæ, quã si abstulisset ab alio, qui non habuisset illa sic parata. Ergo necessario confitendum est, illam pecuniã, & illud triticũ plus valere illi, qui seminare, & negotiari vult, & potest, quam aliis id facere nolentibus: & consequenter si mutuat, potest accipere aliquid amplius ratione interesse pecuniæ.

f iuxta titulos, ff. de furtis, vi bono. rapto. quod metus causa, & inst. de obligatio. quæ ex delict. nascun. & de vi bono. rapto.

g Iuxta glos. sing. & recept. c. fraternitas, 22. q. 2.

45 *Decima*, quod licet, qui habet aliquid quod cõmuniter, nec sibi, nec alijs pluris quam decem valet, plus alteri vendere non possit (quamuis ementi multo pluris valeat) tamẽ si pluris sibi valeat, recte id vendere potest eo pretio quo sibi valet, accipiẽdo pro eo tanto plus, quanto sibi plus valet, iuxta S. Thom. *h* & Scotum *i* receptos. At vt dictum, & probatũ est, centum scuta plus valent mercatori illis negotiari volenti, aut alteri prædia fructifera occurrentia sibi emere cupienti, quam alijs, quibus id faciendi animus nõ est: ergo illud amplius sine vsura recipere poterit. *Vndecima*, quod hoc interesse non accipitur propter mutuatam pecuniã, neque etiam propter facultatem generalẽ, & absolutã, quæ ad lucrandum eidẽ inest, sed propter facultatem specialẽ lucrandi, quam habet, ob id quod est ad negotiãdũ parata: & consequenter non erit vsura illud percipere, argumento eorum quæ de vsurę definitione supra dicta fuerunt *k*: cũ non recipiat illud ratione mutui, sed ratione illius facultatis specialis maioris, quam habet apud illum, quam apud alios. *Duodecima*, quod virtuti potius, quam vitio fauendũ est *l*: mutuare autẽ coactè non est actus virtutis, mutuare vero ex amore, & charitate sic. Cũ ergo qui coactus aliqua vi mutuat, capere hoc interesse possit, etiam secundum Scotum, vt supradictum est; à fortiore poterit idem facere, qui ex amore, & charitate mutuat. *Decimatertia*, quod ipse Scotus vbi supra fatetur interesse lucri cessantis deberi à mutuatario, & posse à mutuante accipi, si cum tali pacto mutuum accepisset, quod elicit,

h 2. 2. qu. 77. art. 1.

i in 4. di. 15. qu. 1.

k Num. 5.

l Ca. 1. de postulat. prælat. c. quando 2. q. 5.

& quidem

& quidem recte, ex Thom. a

a 2.2.q. 78. art. 2. ad primum.

46 Non obstant illa argumenta quibus mouetur Sot. * Ad *primum* enim respondetur concedendo, quod Inno. IV. quem pro se adducit *b*, tenuit illam sententiam vt Doctor, cõminiscendo in illud cap. non autem vt Papa, statuendo illud: & ita non tenemur eam magis sequi quam alia, quæ in comminiscendo in alijs locis tenuit: Adeo quod Hostien. quem communis sequitur, discessit à quadam eius opinione, quam tenuit, interpretando vt Doctor illud c, à semetipso vt Papa constitutum.

b In c. fin. de vsur.

c In c. 1. de conces. præb. lib. 6.

47. Ad *secundum* respondetur concedendo, quod S. Tho. quem pro se citat *d*, ponit quidem differentiam inter interesse damni emergentis, & interesse lucri cessantis, quoad hoc, vt interesse lucri non accipiatur tanquã res iam quęsita, & perdita, vt interesse dãni recipitur, non autem quoad hoc, vt nihil recipi possit. Tum quia ratio, quã ille reddit, scilicet, quod nemo non potest vendere quod nõdum habet, & multis modis impediri potest, oppositum concludit. Concludit enim non posse recipi interesse lucri tamquam rem iam quęsitam, significando, quod potest recipi tamquam res sperata, quæ potest multis modis impediri. Tum quia ipsemet e dicit, quod qui alteri in semine sato nocet, aut in alia re, quę nondũ est adquisita, sed speratur adquiri, quamuis non teneatur restituere, quantum collecturus esset impedimentis cessantibus; ad iustam tamen, & probabilem quandam compensationem tenetur. Itaque dictum D. Th. nostræ conclusioni non aduersatur, quamuis eam moderetur, vt dicamus, quod qui mutuat, non tantum interesse debet accipere, quantum alius sui similis, & æqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimentis cessantibus, sed quantum meretur illa facultas, & spes lucri verisimilis, quam pecunia illa in mutuante habet, consideratis modis quibus impediri potest.

d In d. q. 78. art. 3. ad primam.

e 2.2 q. 62. art. 4.

48 Quemadmodũ qui habet prædium aliquod satum, non debet tanti vendere fructus speratos, quanti valerẽt, si essent collecti prospere, cessantibus impedimentis, sed quanti valet illa spes colligendi, consideratis modis, quibus eorum collectio prospera impediri potest.

Nec plus obstat, quod de Durando adducit *f*: quia idem ait, quod D. Thom. & per eadem verba. Nec quod de Scoto adducit *g*: quia licet alia pulchra in hac materia dicat, vbi ab eo citatur, sicut in alijs solidis solet; tamen hãc distinctionem D. Thomæ non adfert: immo expresse dicit *h*, quod qui habet pecuniam negotiationi expositam, eam mutuare potest, constituta pœna certę rei sibi soluendæ, nisi ab eo restituatur, vt se indemnem seruet: & ita sentit, eum posse damnum in mutuatione, & lucri cessatione acceptum recipere. *

f In 3. d. 37.

g In 4. dist. 15. q. 2.

h In eadem d. colum. 6.

Ad *tertium* respondeo, quod si prędictus Sotus satis meminisset prędictum l. 3. *i* & perpendisset præfatas duodecim rationes, non fuisset visum ei hanc sententiam firma ratione carere.

i para. fin. de eo, quod certo loco.

Ad *quartũ* respõdetur negando, quod nullus antiquorum Doctorum hãc sententiã tenuerit: quia supra citauimus Host. Ioã. And. Panor. S. Anto. & alios multos eam tenuisse: immo, & in octaua ratione mõstrauimus iurisconsul. Scæuolã eã sensisse *. Neque obstant etiã alia duo argumẽta omnibus alijs fortiora. Alterũ est, quod qui voluntate spontanea mutuat, non facit id coactus, & qui coact⁹ nõ mutuat, nõ videtur dicere posse, quod per alium impediatur lucrari, donec mora, aut culpa solutionis adsit: & consequenter, qui sine vi mutuat, non videtur posse accipere quidquam lucri, cum illud ei ante culpam, aut moram ab alio non impediatur. Alterum est illud, quod Caieta, *a* (licet nostram opinionem tueatur) adfert, scilicet, quod quamuis aliqua res, dum est in particulari potentia lucrandi, pluris valeat, quam alia eiusdem speciei, & bonitatis ab illa potentia separata, sed non si sponte ab illa extrahatur. Quemadmodum triticum seminatum, aut ad seminandum paratum, pluris valet, & vendi pluris potest, quam aliud eiusdem speciei, & bonitatis à tali potentia separatum: si tamen sponte ab illa potentia, quæ lucrum continet, separaretur, non posset pluris, quã aliud eiusdem bonitatis, vendi: & sic videtur, quod quamuis pecunia, quę negotiationi exposita est, aut eidẽ statim exponenda, pluris quam alia similis valeat, tamen simul ac sponte mutuo datur, sponte ab illa lucrandi potentia extrahitur, & ita non pluris, quam alia valet, neque ob eam plus quã ob aliã peti potest.

49 Ad hęc duo argumenta Caiet. respõdet multis verbis: quorũ summa est, quod qui amore, & charitate mutuat, quo proximum paruo damno à maiori liberet, nõ dicitur mutuare spõte, secundum mentem D. Thomę *b*, sed aliquo modo coactus. Pro quo facit, quod qui è naui seruãdi sui causa merces in mare iacit, etiã sponte *c*, non facit voluntate absolute spontanea, sed conditionaliter, vitãdi maioris mali gratia. Aduersus tamẽ hãc responsionẽ Caietani fortissime facit *primo*, quod iustũ, aut iniustum non consistit in bonitate, aut prauitate animorũ, & intentionũ, sed in rerum, & operum externorũ æqualitate, & inæqualitate, iuxta doctrinam Arist. *d* & D. Thomę recept. *e* *Secundo*, quod nihil refert an mutuatio fiat ob misericordiã, charitatem, amorem, aut odium, vel crudelitatẽ ad hoc, vt mutuum dicatur iustum, vel iniustum; vel ad hoc, vt iuste aliquid ratione illius desideretur, aut capiatur, ad inducendũ restituendi necessitatem, vel ad liberandum ab ea. *Tertio*, quod quamuis mutuatio possit esse bonũ opus charitatis, aut malum ei repugnãs, eo quod fiat animo iuuandi, vel lędendi proximum; non tamẽ ob hoc dicetur iusta, aut iniusta ad hoc vt necessitatem restituendi inducat, aut ab eadem liberet: quia vt in Manual. Confess. *f* diximus, sola peccata contra iustitiam specialem inducũt restituendi necessitatem. *Quarto*, quod videtur doctrina noua, & contraria l. vlt. C. *si quis testar. aliquem. prohibuer.* & conclusioni S. Thomæ *g*, quę fundatur in ea, quam in Manual. *h* ad aliud propo-

a 2.2.q.78. art.2.ad primum.

b 2.2.q.78. art.2.ad primum.

c l.1.& toto tit.ff.ad l. Rhod.de iac.

d 2.& 5.Ethicorum.

e 2.2.q.58. art.10.& q. 99.ar.2.

f c.2 n.4.5.

g 1.2.q.6. art.6.

h Cap.17 n. 21.& 26.

propositum accōmodauimus: puta, quod neque misericordia, vel pietas, neque amor, vel preces blandę sine mēdacio, & fraude adhibitę inducunt necessitatē, aut vim sufficiēntem ad hoc, vt quis dicatur coacte fecisse aliquid ad effectū, vt possit restitutionem petere, aut ab ea liberari. Quare ad prius argumentum respōdeo, concedendo quidem, quod qui mutuat motus charitate, & misericordia ad opitulandum proximo, nō dicitur mutuare compulsus coactione, quę restitutionē inducat, aut tollat: Cōcēdendo etiam, quod qui sponte mutuat, non dicitur impediri à lucro quęrendo per alium, ita vt ille teneatur ei restituere illud, eo solo quod impediuit eum: sed negādo, quod qui spōte à lucrādo cessat, vt subueniat alij, non possit iuste accipere tantum, quāti res mutuata sibi volebat, & quāti spes lucrandi iuste potest ęstimari. Nam & carpentarius, latomus, aut alius operarius, qui cessat à suo lucro, & officio, meis precib⁹, vt me comitetur aliquò proficiscētem, sponte quidem desistit à lucrando, sancte tamen à me exigere posset id, quod probabiliter lucrifecisset. Qui etiā sponte vicino modiū tritici seminalis ad seminādum parati mutuat, iuste exigere potest ab eo tātum, quantū sibi tēpore quo dedit, valebat: licet alijs non tantumdē valeret, per ea, quæ paulo ante diximus. Qui etiā sponte dat cuipiā triticum satum, iuste potest accipere pro eo tantū, quantum illud cum spe verisimilis fructus valet. Eadē igitur ratione nullam iniustitiam cōmittit, qui sponte omittit emere prędia, vel merces, vt pecunias, quas ad id paratas, aut expositas habet, mutuet alteri, petens lucrū quod illius causa omittit, aut quantū illa pecunia cū illa cōmoditate valet. Nec est vlla vi opus ad id excusandū, nec est vsura: quia nihil accipit vi mutui, sed ratione lucri, quod propter mutuatariū nō facit: & in effectu sunt duo cōtract⁹: alter mutui: alter facio, vt des, hoc est lucrari cesso, vt tibi mutuē, & illud rependas *i*: aut est venditio illius lucri verisimilis, iuxta mentē S. Th. *k* Ad posterius argumētum respōdeo, quod dictū Caiet. assumptū in eo, solum intelligitur de illo, qui suā pecuniā, quā habet ad lucrādū paratā, simpliciter ab illo fine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum, & postea tantū pro illa vult, quantum cū illa cōmoditate lucrandi valet. Nostra vero cōclusio intelligitur de illo, qui pecuniā cū lucrandi commoditate coniunctā dat alteri. Cōcludamus itaque licitum esse mutuanti aliquid amplius accipere, non solū ratione interesse damni emergētis, sed etiam lucri cessantis: neque solū ratione eius, quod moram, aut culpā in solutione cōmissam subsequitur, sed etiam eius quod ante euenit. Quę tamē cōclusio intelligēda est, dūmodo dolus, & fraus palliandi vsuras absit, & modo non tanquā res acquisita, sed tanquā res in spe posita, & quę impediri multis modis potest, ęstimetur, maxime si mutuetur cum pacto de resarciendo illud interesse. Nam etiam Sot *l* pro indubitato ponit, quod interesse lucri cessantis accipi, & peti potest, quando à principio mutuationis premissum fuit illud.

i Iuxt. li. naturalis. ff. de præscr. ver.
k 2.2. qu. 78. art. 2. ad 1.
l In dicta q. 1. art. 3. lib. 5.

SVMMARIVM.

51 *Interesse capi non potest secundum aliquos, nisi concurrant septem, quæ tamen omnia non sunt necessaria.*

52 *Interesse ante tempus, quo lucrifieret, capi non potest.*

51 NOto *decimosexto* ex prędictis, quod nō sunt necessarię tot conditiones ad iuste capiendum interesse lucri cessantis ex mutuo, quot Conradus *a*, & quidam alij alibi requirunt, sed aliquot sic. *Prima* enim est, vt hic lucrandi modus non tantum sibi placeat, quantū negotiationis: quod tener etiam Syl. *b* quę tamen non videtur necessaria. Tum quia nulla lege, vel ratione probatur, quod vnus modus lucrādi de se iustus fiat iniustus ex sola voluntate eque libenter vtendi eo, atque alio, quamuis ille esset melior. * Quod post hæc nostra scripta tradidit Sotus *c*. Et addidit, & quidem recte *d*, nihil referre an mutuans sit rogatus, & quæsit⁹ à mutuatario, an vltro mutuet, modo id quod ad iustitiam commutatiuam pertinet, seruetur. Nam vt supra dictum est, iustum, & iniustum non in bonitate, aut prauitate animorū, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum ęqualitate, & inæqualitate consistit secund. Aristotelem *e*, & D. Thom. receptum *f*. *Secunda conditio* est, quod interesse sit verum: quę necessaria est, iuxta mentem glossæ, & omnium *g*. Satis tamen est, vt tempore mutui lucrum pactum sit verisimile, quamuis postea non subsequatur, vt recte Medina dixit *h*.

52 Aduertendum tamen est, quod per Extrauag. Pij V. editam super cābijs, & relatam à nobis in Manua. Confess. i (& referendam, Deo propitio, in Commentario ca. vlt. *de vsuris*, in quo de cambijs agetur) vetitum est, ne post illam cāpsores possint ab initio conuenire de certo interesse: quam tamen ad mutuantes extra materiam cambiorum non extendi super eadem extrauagante annotauimus. *Tertia*, quod mutuatio, vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes: qualis nō est (secundū Caiet. & Medi. vbi supra) quando mutuās aliā pecuniam habet qua negotietur: quanto minus erit si mutuator non erat negotiaturus, nec frugifera empturus, etiamsi nō mutuasset *k*. Quod valde ponderandum est circa illos campsores, qui non negotiarentur, etiamsi non cambirent: attamen dicunt se pro interesse capere aliquid vltra sortem quam mutuāt. * Quę tamen limitatio Caiet. non procedit, si aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neque negotiationi cōmittere vellet, quod prudentiæ est. *Quarta* vt mutuāns non sit dādis vsuris assuetus. Quæ tamen nō procedit in foro conscientiæ, in quo veritas prędualet prędumptioni *l*, & fieri potest, vt quis in alijs vsurarius sit, & in hoc non. *Quinta*, vt non recipiat interesse, priusquam labatur tempus, intra quod illud verisimiliter lucri factum fuisset: quia subrogatū subire debet naturam, seu cōditionē eius, cui subrogatur *m*, & id quod accipitur pro interesse subrogatur ipsi interesse: quod tamen non percipitur ab initio mercium,

a In q. 30. de contract.

b Verb. vsura, q. 19.

c Lib. 6. q. 1. art. 2. de iust. & iure.

d Eod. lib. q. 1. artic. 3. de iust. & iure.

e 2. & 5. Ethicor.

f 2. 2. q. 58. artic. 10. & q. 59. art. 2.

g d. c. conquestus.

h In C. de restitut. fo. 132.

i c. 19. n. vlt.

k Arg. auth. multo magis C. de sacrosanct. eccles.

l cap. tua, de sponsal.

m l. eum qui parag. qui iniuriarum, ff. si quis cautio, &c. ecclesia vt lite pend. nihil inno.

merciũ; vel prędiorum emptorũ, sed postea tẽpore messis, vel vindemiæ, vel nundinarum, vel alio tempore, in quo merces venduntur. Per cõsiderationes tamen Medinę vbi supra, interesse lucri verisimilis à principio conuentum potest capi, etiamsi in fine dum recipit, constet nullum lucrum factũ fuisse *a. Sexta*, vt mutuatarius non egeat extreme. Quæ etiã nõ videtur necessaria; quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis; immo satisfacit mutuando, vt cum poterit, soluat, per ea quæ diximus in Manu. Cõf *b* & mutuare sine interesse, esset donare. *Septima*, vt mutuans ob hoc non incurrat infamiã vsurarij apud simplices, æstimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinẽ, cum omnis species mali fugiendi sit *c*. Quę cõditio quamuis ad euitandum peccatum scãdali necessaria sit, nõ tamen ad euitandã vsuram, & obligationem restituẽdi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per tradita in præfato Manu. Conf. *d* quale non est peccatũ scandali, quod est contra charitatem, secund. S. Thom. *e Octaua*, quod causa principalis mutuandi, sit subsidiũ necessitatis, vitæ, salutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen non est necessaria, licet sit honestissima, per dicta in prima cõditione. *Nona*, vt non capiat, neq; paciscatur totũ interesse, quod verisimiliter expectatur cessantibus impedimẽtis casualibus, sed solum tantum, quantum valet illa verisimiliter expectatio, cõsideratis impedimentis præfatis. Nam qui prędium satum vendit, non potest tanti vendere, quanti valet triticum, quod verisimiliter colligendum speratur, cessantibus prædictis impedimentis, sed quanti valet verisimiliter illa spes subiecta illis, quibus impediri potest, vt dictum est post S. Thom. *f*

a Arg. c. in ciuitate, de vsuris.
b Cap. 17. num. 60.
c 1. Thes. 5. & cap. cum ab omni de vita & hone. cler.
d C. 17. nu. 60.
e Thom. 2. 2. q. 43. in princip.
f in præced. notab.

Credimus tamen, quod qui mutuat pecunias negotiationi, aut rei frugiferę emendę destinatas, ea lege, vt ei soluatur pro interesse tantum, siue sit multum, siue parum, siue nihil, quantum, alij eiusdẽ artis altera tanta pecunia lucrifecerint, aut quãtum fructus rei frugiferę, quam emere volebat, impensis deductis, valebunt, deberet audiri: quia hoc interesse non tanquam iam lucrifactum, sed in spe lucri positum exigitur.

SVMMARIVM.

53 *Mutuans licite capit id quod soluit, quia non est ei solutum.*

54 *Mutuanti an liceat capere interesse non promissum.*

55 *Vsura non est capere quantum reddidisset prædium quod ob mutuum non fuit emptum, quamus non tantum fuisset mutuo datum, &c.*

56 *Vsura est lucrum, quod capit mercator pro interesse pecuniæ mutuatæ, qua non erat negotiaturus, nec frugifera empturus.*

53 NOto *decimoseptimo* ex textu, & prędictis, quod qui cogitur soluere interesse, vel vsuras creditori suo, eo quod mutuatarius non soluit ei mutuum stato die, licite potest ab eo recipere illud quod sic soluit, secundum Innoc. recept. quem commendat Iason: & etiam compensationem iacturę, quã fecit vendendo res suas minoris, quam valerent, aut emendo triticum, aut vinum maioris, eo quod stato die debitor ei non soluit,

uit, quia id nō accepit vi mutui, sed ratione interesse dāni emergentis, quod debetur, dummodo secundum aliquos cōcurrant duo; nempe quod monuerit debitorem dānum emersurum, & quod quęsierit mutuum gratuitum sufficiens ad vitādum illud, & non potuerit inuenire. Quorum tamen posterius non videtur necessarium, quoniā nulla lege, nec vlla efficaci ratione probatur, creditorem mutuantem teneri ad mutuum gratuitum quęrendū, quo liberet mutuatariū à damno quod ob non solutionem incurreret. Sed neque prius videtur necessariū. Tum quia interesse intrinsecum, siue intra rē, quale est incremētum pretij vini, tritici mutuati, sine alia vlla monitione, mora facta debetur *a*. Tum quia etiā interesse extrinsecum (quod appellat Bart. communiter receptus extra rem) *b* frequenter debetur sine alia promissione: vt cum in re quæ debetur, non inuenitur interesse intrinsecū, qualis est pecunia numerata *c*: licet quando in re debita potest considerari interesse intrinsecum, regulariter nō veniat extrinsecū *d*, vt sentit Alciat. *e* & tunc non sufficeret admonitio, quia requireretur solutionis promissio, saltem quoad exigendum, licet non quoad sponte oblatum accipiendum.

a Arg. l. vinū, ff. si certum petat, & l. 3. parag. fina. ff. de eo quod cer. loco.

b In l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod, num. 12.

c l. num. is, ff. de in. lit. iudi. can. & declarat. Bart. vbi supra nu. 21.

d Per l. si sterilis, parag. cum per venditorem, ff. de actio. empt. saltē in emptione, & venditione.

e In d. l. 1. C. de sent. quæ pro eo, &c. ea. vlt.

54 Noto *decimooctauo* ex textu, & prædictis, quod volens emere aliquod prædium, aut domum, quæ sibi aliquid annuatim redderet, pecuniam, qua id, vel eam empturus erat, mutuat alteri, præsertim promittenti recompensationem, potest accipere, & petere ab eo prouentum, quem ex illa, vel illo facturus erat, quoad pecunia reddita fuerit, secundum S. Anton. *f* quem communis sequitur. Tum quia is æquatur mercatori mutuanti pecunias ad emendas merces paratas. Tum quia illud accipit ratione interesse lucri cessantis, sicut mercator.

f In 1. part. tit. 1. cap. 7. parag. 15.

55 Tū quia qui vendit aliquod prędiū, & tradit illud emptori, qui non soluit, potest accipere loco interesse tantū, quātū reddidit illud, etiāsi pretiū soluendum deponeret *g*, vt est in l. 2. vbi glo. secuta Azon. & recepta per alios ait, id etiam iure canonico procedere. Quod tamen videri potest limitandum, saltē in foro conscientię, quando illę pecunię, pro quibus prędium dabatur, iustum illius pretiū essent. Quia si prædiū mille aureis valet, & propter necessitatē, aut alias rationes, (quæ donationē nō cōtineant) 500 illi dentur, nō posset accipere plus quā dimidium prouentus illius, per ea quæ ad aliud proposito *h* scripsimus. Siquidē in foro conscientię illa pecunia nisi dimidiū illius census emi nō poterat. Addimus tamē, quod si tu omnibus illis pecuniis non indiges, sed septingentis, quibus tamen à me mutuo tibi datis prædiū, aut merces, quas expediret, emere nō possē, & omnibus sic: & vt tibi mutuarem, à lucro cessaui, accipere potero interesse mille aureorum, vt recte Medina considerauit *i*.

g l. 2. C. de vsur.

h In cap. Nouit, de iudic. not. 6. à n. 2.

i In C. de rebus resti.

56 Noto *decimonono* ex textu, & prædictis, quod non possunt quidquā capere iuste ratione interesse lucri cessantis hi, qui nolunt, vel nō possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuāt ad interesse; nec quę illi mercatores, qui certa pecunię summa ne-

ma negotiantur,& non maiori,& aliā,quam habent,mutuāt ad interesse. Neq; hi,qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus, reliquas pro interesse mutuant. Neq; qui ab alijs sumūt grandes pecuniarū summas,quas alijs atque alijs ad interesse tribuant,nolētes illis negotiari,nec census,vel alia frugifera emere,quamuis alias ad negotiationem habeant. Quia clarū est,nullos prędatorū posse prętendere vllum interesse verum,vel verisimile lucri cessantis, sed solum fictum,& inane. An autē ratione cambij,vel alia iuita capere possint aliqui,dicetur *k* in commentario cap. fin. vbi de cambijs agitur. k De vsur.

SVMMARIVM.

57 *Mons pietatis,& alia similia qualia sint.*

58 *Mons pietatis approbatur per Concilium,& Papam Leonem ex certa scientia,& modo specialissimo.*

59 *Custodia rei commit ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat.*

60 *Mons pietatis non accipit à pauperibus propter mutuationem, sed propter custodiam.*

61 *Montes pietatis communiter instituti non desinunt esse liciti eo quod possent melius constitui.*

57 NOto *vigesimo* ex textu,& prędictis,quod nō sine magno colore visum est aliquibus vsurarium, id quod in montibus pietatis, & aliquot alijs similibus operibus exercetur ad subueniendū pauperibus in Italia,& alijs terris institutis:quod magnis viribus nititur probare Caieta. in Opusculo de monte Pietatis,quem sequitur Sot. *a* quia instituuntur hoc modo. Prę- a Lib.6.q.12. art.6.de iust. & iur.
latus aliquis,aut Dominus, aut opulētus homo,aut ciuitas donat,aut relinquit aliquam quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratę alicui loco,vel reipub.ea lege,vt mutuo dentur paupēribus,pignoribus acceptis,vt exiguum aliquod soluant singulis mensibus pro quantitate accepta,& pro tempore quo eam non soluerint pro victu,& salario ministrorum,qui sunt habituri curam custodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, seruandi, & restituendi pignora tempore opportuno. Ita quod aliquid amplius vltra sortem mutuo datam singulis mensibus capitur ad prædicta onera sustentanda. Quod, vt dixi,visum est vsurarium aliquibus, pręsertim Caietano, & Soto in locis prædictis.

58 *Primo* quidem,quia mutuans palam capit aliquid vltra sortem mutuo datam. *Secundo*,quia alioqui liceret cuilibet homini pio, & priuato deputare aliquā pecuniam,aut triticum ad mutuandum pauperibus,ea lege,vt caperet aliquid vltra sortē pro salario,labore,cura custodiendi,mutuandi,pignora capiendi,& restituendi ea tempore opportuno. Quia eadem in vtroq; ratio militat,quod tamen secundum omnes est falsum. *Tertio*,quòd non videntur pauperes teneri custodire magis pecuniā,aut triticum,

ticum, quod sibi de illo monte pietatis mutuo dandũ est, quam triticũ, & pecuniam præfati homines: quia non est suum *b*, nec est futurum suum, quoad vsq; mutuo acceperit. Quę licet simul cũ auctoritate Caiet. fuerint in causa, cui neq; in cathedra prælegendo, neque extra illam respõdendo super hoc contrariam sententiam asseruerim, nunc tamen eam assero. *Primo* quidem, quod Leo Papa decimus in Conc. Later. *c* (cuius tenorem etiam doctiss. Ioan. Medina refert fol. 113.) per bullã patentem approbauit prędictos mõtes, & declarauit eos esse licitos, & sanctos, affirmans idem fecisse suos Prædecessores Paulum II. Sixtũ IV. Innocent. VIII. & Iulium II. & nõ vtcumque, & in forma communi approbauit, vt aliqui censent, sed ex certa scientia. De quarum approbationum differentia late tradunt Panormit. & Dec. *d* & alij alibi. Neque vtcumq; approbauit, & declarauit ex certa scientia, sed recẽsendo argumẽta vtriusque partis, & laudando multum montium huiusmodi institutores, & concionatores qui eos persuaserunt, & Pontifices Maximos, qui magnas indulgentias eorum amplificatoribus concesserunt.

Secundo, quod respõsio, qua Caiet. præfato Cõcilio respondet, parum modesta videtur, & quale magnus ille, idemq; in Concilia œcumenica, & maximos Pontifices maxima obseruantia D. Tho. Aquinas non dedisset, & quę à Doct. s. Medina satis confutatur. Et ego minus auderem dicere id quod prędictus Sot. vbi supra dixit, nempe omnia illius Concilij minime recepta fuisse. Tũ quia significat prędictam approbationem parũ nos obligare. Tum quia licet illa responsio vtcumq; aliquid valere posset, quoad declarationes legum humanarũ, quas Conc. fecit, cuiusmodi est exemplũ, quod ibi ille ponit; nihil tamen valet quoad declarationes legum diuinarum, quę ob id quod non suscipiãtur, non desinunt esse veræ, nec obligare. Non enim quisquam dicere potest Concilium in ista declaratione errare potuisse, cũ hęc declaratio pertineat ad legem diuinam, & ad materiam definiẽdi, an aliquid sit peccatum mortiferum, nec ne: in qua Cõcilium non potest errare *e*, immo neq; Papa, quatenus est Papa, vt habet receptior sententia S. Thom. *f* Pro qua facit *g* cap. *hæc est*, & cap. *quoniam vetus* 24. q. 1. quæ latius retulimus alibi *h*.

59 *Tertio*, quod inter omnes, tam illos, quam nos conuenit, institum esse, vt ministri, quibus iniunctũ est onus custodiendi, mutuandi, & recuperandi mutuo datum aut recipiendi, seruãdi, restituendi pignora pauperibus, suam mercedẽ honestiã habeant, & hãc illos habere debere ab eo qui ad illud tenetur. Et diuersitas in eo cõsistit, quod Caiet. & eius sequaces dicunt, quod ipsi mõtes, aut ciuitates, quæ ipsos suscipiunt, eam soluere tenentur, & non pauperes. Nos autem dicimus, quod pauperes, ad quos emolumentũ illorum montium peruenit, tenentur, & non ipsi montes, aut ciuitates, in quibus ipsi constituuntur: quia id palã sensit Conc. *i* dum pro ratione suę decisionis subijcit illa verba: *Qui commodum sentit, onus quoque sentire debet.* Quæ est vna pars illius

b Arg. l. 1. & l. necessario, ff. de peric. & commod. rei vend. & l. incendium, Cod. si certũ per parag. is cui, inst. quibus mod. re contrah. oblig.

c Sess. 10.

d In rubri. & cap. 1. & cap. venerabilis, de confir. vtil. vel inut.

e Cap. maiores, 21. q. 1. cum aliis citatis ibidem à gloss.

f 2. 2. qu 11. art. 2.

g Cap. hæc est.

h Inc. Noui. de iud. not. 3 num 45. & seq.

i In d. sess. 10.

illius regulæ iuris lib.6. *Qui sentit onus, debet sentire commodum, & è contra.* Et patet prædictas pecunias, & præfatum triticum non esse data, vel relicta ciuitatibus, vel ciuibus ad commodū eorum, quatenus sunt tales, sed ad commodum pauperum: & si perirent, aut imminuerentur, illis solis perirent, aut diminuerentur, & non alijs: & secundum ius ad illum pertinet custodia rei, ad cuius commodum & vtilitatem custoditur, & cui perit, aut lucrifit. *k*

k l.1. & l. necessario, ff. de pericu. & cōmo.

Quarto, quia iustū & firmum esset legatum, aut donatio, quibus aliquid pauperibus cū aliquo onere relinqueretur, aut donaretur *l*: & consequenter iuste illis donari, & relinqui decem millia aureorum, cum onere, vt illa semper seruētur in arca, aut chirographis assecuratis iustis pignoribus, vt eis in vsus suos vtantur, accipientes mutuo pignoribus datis, & statis tēporibus soluendo, & nunc alijs, nunc vero alijs sint vsui & vtilitati. Et cum illorum solum commodis seruiant, ad illos solos etiā pertinebit illorum custodia: & consequenter illi debent cōtribuere, & conferre id, quod fuerit necessarium ad soluendam iustam mercedem ministris, qui datis idoneis fideiussoribus subierunt curam, & laborem custodiendi, & mutuandi pecuniam, vel triticum, chirographos, & pignora recipiendi, & custodiendi, solutiones recuperandi, & pignora restituendi. At nulla æquabilior, neque iustior contributio, & collatio, siue collecta fieri posse videtur, quam instituendo vt ab vnoquoque pro singulis mensibus, quibus mutuum durauerit, certum quid tribuatur, quod ita exiguum sit, vt verisimiliter non excedat iustam prędatorum ministrorum mercedem.

l Arg. l. id quod pauperib. C. de Episco. & cleri. & l. si quis ad declinandum, eodem tit.

60 Non obstant in contrariū adducta. Ad *primum* enim respondeo, quod pauperes mutuum accipientes nihil soluunt ratione mutui, sed ratione custodię, & administrationis montis, qui eorū cōmodis custoditur, & regitur. Nā & Sotus confitetur, posse quē accipere aliquid à mutuatarijs pro officio, & obligatione, qua teneretur ad mutuandum eis, quod ipsum ante illum dixit singulariter Scotus *m*. Ad *secundum* respondeo, magnū discrimē esse inter inter hominē pium, de quo in argumēto, & montem pietatis: quia illius pecunia sua est, & si nollet mutuare, nō posset ad id cogi: dominiū autē pecunię montis pietatis penes cōmunitatem pauperū est, aut penes aliā, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat. Per quod in effectu fit sua, & administrator montis habet officiū, & obligationem mutuandi, & ad id cogi potest. Ad *tertium* respondeo, negando custodiā illius montis ad alios quam ad pauperes principaliter pertinere, cū saltem principaliter sola ipsorum vtilitas in eo respiciatur, quod prędatum Concil. in prędata sessio. exprimit, illis verbis: *Cum pauperes commodum sentiant, etiam impensam, quæ parua est, sentire debent.*

m In 4. dist. 15. q. 2.

61 Quare nihil videmus quod in re tā sancta, & per tantū Conc. approbata, damnandū sit. Cōtra vero videmus multa laudanda, quorū laudib⁹ alij ad alia similia pia incitētur. Non obstat quod

melius

melius esset constituere aliquem reditum annuum, quo sine onere aliquo pauperibus mutuaretur. Tum quia hoc esse melius illo non arguit illud esse malum, cum bono vino detur melius, & virginitas, quæ melior est matrimonio o, nō arguit illud esse malum, cum sit vnum de septem sacramentis Ecclesię Christianæ, iuxta glossam redactā in canonem Cōcilij Tridentini p. Tum quia satis est, quod Concil. Lateranen. iudicauit prefatum modum constituendi montem esse bonum. Tum quia pecunia, qua cōstituendus esset annuus reditus in stipendium pro administratione adimeretur monti, & diminueret illum. Tum quia ex illa sola pecunia, qua præfatus reditus constaret, posset constitui mons alius paruus alicui populo satis aptus.

al. vbi autem non apparet ff. de verb. obligat.

o Cap. virginitas, 32. q. 1. p Iuxt. glos. celeb. cap. veniens, de trāsact., redactū in canonem in sessio. 24. Conc. Trid.

SVMMARIVM.

62 *Vsura non est accipere fructus pignoris pro soluenda dote dati, nouo ratione, sex aliis reiectis, etiamsi maritus non sit gener.*

63 *Bona omnia sunt communia inter maritū & vxorem in Lusitania.*

64 *Dotem qui promittit, & non soluit, videtur promittere emolumentum quod mediocriter ex illa quæri potest.*

65 *Vsura non est accipere certum quid pro dote promissa singulis annis.*

66 *Quod etiam vidua capere potest, &c. & talia statuta valent.*

62 NOto *vigesimoprimo* ex textu, & supradictis, quod gener licite potest percipere fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in cautionē dotis soluendę, vt est casus c. *salubriter, de vsuris a.* Quia non capit eos vi mutui veri, vel palliati, sed alia ratione, quæ à varijs varia redditur, vt *b* refert diligentissime doctissimus Doctor Didac. à Leiua, & Couar. qui iam pridem multis annis auditor noster fuit studiosissimus in hac Academia Salmanticensi, eo maiore hanc nostram diutinam peregrinationem honorans, quo id candidius in suis præclaris operibus testatur. Nunc autem in magnū suarum litterarum, & virtutum testimonium Episcopus factus est reuerendissimus, quique postea euectus in illustrissimum totius Castellæ Præsidem, cum omnium magno desiderio hanc miseram vitam, ante vnum circiter annum, in alteram, vt merito creditur, fœlicem commutauit. *Quæ tamen ratio satis iusta nobis adhuc non videtur inuenta. Nam illa qua est communis (scilicet quod illos accipit ratione damni emergentis, aut lucri cessantis) non conuenit. Tum quia non quadrat textui. Tum quia si conueniens esset, concluderet, nullum esse discrimen inter dotis, & alterius rei debitum, quod absurdum est. Tum quia quando certum esset, aut verisimile, maritum nullum damnum suarum facultatum passurum ob dotem non solutam, neque lucrum facturum ob illam solutam, prædictos fructus accipere non posset. Tum quia etiam quando ob id aliquod damnum paterētur,

a li. pater ff. de deli. mal. excentio.

b In cap. 1. li. 3. variārū resolutionum.

tur, vel aliquod lucrum verisimiliter faceret, nequiret capere fructus, nisi posita ratione inter illud damnum, vel lucrū, & valorem fructuum, & nisi damnum, vel lucrum exęquaret valorē fructuum: quod repugnat antiquissimę consuetudini, quę nunquam eiusmodi rationes, & calculum admisit, cum tamen consuetudo sit optima legum interpres *a*. Minus conuenit secunda ratio, quam reddit Ioan. ab Anania *b*, cui nonnulli consentiunt, scilicet, quod accipit eos ratione damni emergentis, quod patitur in sustentanda vxore: quia vxorem sustentare non est pati damnum, sed debitum officiū prestare. Nō satisfacit etiā tertia, eademq; noua ratio Medinę *c*, puta, quod socer videtur donare illos fructus pignoris: quia præfatum cap. *salubriter*, nulli donationi innititur. Non etiam satiat quarta, eademque nouissima Soti, quam reddidit *d*, nempe, quod maritus tenetur ad onera matrimonij sustētanda, quorum vnum est dotis custodia. Tum quia contextus non se fundat in custodia dotis.

a Ca. cum dilectus de consuetud.
b In d. c. salubriter. n. 8.
c In C. de restitutio. q. 1. de vsuris.
d Li. 6. q. 3. art. 2. de rub. & iure.

63 Tum quia sequeretur, quod in Lusitania, & in alijs terris, vbi omnia bona inter coniuges fiunt cōmunia, non haberet locum prędictum c. *salubriter*, quod contra omnem morem, & consuetudinem est. Tum quia nullus vnquam alius vsq; ad ipsum dixit, custodiā dotis esse onus matrimonij: quin potius ipsius custodia, & rectus eius vsus, sunt leuamē, & adiutorium, sicut & è cōtrario perditio eius, & sumptus, quos in alendo se, suaq; vxore, ac domo facit, sunt onera eius. Neq; etiam est idonea illa sexta doctissimi Fortunij, quam reddit *e*, quem olim secuti fuimus in hac ipsa Academia celeberrima, dum prælegeremus titu. de vsuris, & præfatum c. *salubriter*, nempe, quod pater tenetur ad alendam, & sustentandam filiam suam, & ita fructus pignoris videtur donare pro alimentis eius, donec dotem soluat. Non, inquā, hæc est idonea. Tum quia sequeretur, quod illi textui non esset locus, nisi in genero recipiēte pignus pro dote filię dotātis, quod etiam ipsemet fatetur, sed minus bene: quia is intellectus nimis restringit illum textum; semper enim seruatus est in omnibus frugiferis pignoribus pro soluenda dote acceptis, siue dētur pro dote filiæ, siue sororis, vel nęptis, siue cuiuslibet alius extraneæ, quod palam sentit lex Lusitana *f*. Tum quia ratio, quam textus insinuat, peręque omnes videtur includere.

e In illationē 6. de vsu. fin. vsuris.
f Li. 4. ti. 14. para. de pacto.

64 Quare videtur reddenda septima ratio, quæ nobis videtur conuenientissima, videlicet, quod attento, quod dos traditur in vxoris patrimonium ad sustentationem onerū matrimonij *g*, & quod intentionis dantis dotem est, vt illa seruetur, & non consumatur *h*, & quod oneribus matrimonij inseruiat *i*, attentis item alijs multis priuilegijs dotis, de quibus amplissime per Baldum *k*, qui eam dat, aut promittit, non solum illam dotē expresse promittit, sed etiam præsumitur tacite promittere pro prædictis oneribus tantum emolumentū, quantum ex dote illa soluta salua existēte potest facere, siue decerpere aliquis homo mediocri prudentia, & diligentia præditus, ab illo tempore,

g Pomponius, ff. familiercisc. h Vbi adhuc C. de iure dot. i ca. per vestras, de donat. inter virum & vxorem. k Nouel. de Dote.

quo illa est soluenda, & ab eo quo incipit maritus prædicta onera sustinere, vsque ad solutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri cessantis mariti; & ita dans, & accipiens dotē, dato, & accepto pignore frugifero pro securitate dotis promissæ, videntur tacite paciſci, vt omnes, & soli fructus illi pignoris capiantur pro solutione illius emolumenti tacite promissi. Ad quod nos mouent *primo* prædictæ attentiones & cōsiderationes, quę colliguntur ex dicto cap. *per vestras a*, & d. lib. *vbi adhuc b*. *Secundo*, quod qui promittit centum clericis alicuius Ecclesię, cum onere dicendi vnam missam in qualibet hebdomada, & quod illa maneant semper salua, & quod incipiant dicere missas à tempore promissionis, & non soluit illa statim, satis profectò videtur promittere se soluturū reditus illorū centum promissis, quę dicentur vsque ad illorum traditionem: qui enim promittit aliquid, videtur promittere id, sine quo promissum consistere non potest *c*. *Tertio*, quod huic nostræ sententiæ generalis cōsuetudo consentit, & quod context. d. c. *salubriter*, insinuat in illis verbis: *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustinenda*: illa enim verba videntur significare eum, qui aliquam dotem promittit, obligari ad soluendum tātum fructum, siue reditum pro illa dote, quousque soluatur ad sustentandum onera matrimonij, quantum aliquis homo mediocris prudentię, & diligentię ex illa dote, salua ea manente, colligere potest. Per hanc decidēdi rationem sine vllo scrupulo respondimus cōtra id quod antea tenuimus in d. c. *salubriter*, cū illud, vt dictum est, interpretaremur hic Salmanticę secuti Fortunium *d*: Nempe, quemlibet maritum, quamuis non sit gener eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, nō cōputando eos in dotem promissam, in quamlibet longum tempus solutio dotis differatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad prętens tempus: nisi contrarium expresse actum fuerit, scilicet, vt computentur in partem dotis fructus pignoris. Quia quælibet dispositio in dubio intelligitur facta secundum ius, & consuetudinem, iuxta cap. *cum dilectus e*, cum multis additis per Felin. *f* & per alios alibi.

65 Per eandem rationem decidendi concludimus, maritum posse paciſci cum eo qui dotem promisit, & non soluit, vt quoad vsq; soluatur in singulos annos ad sustentandum onera matrimonij, tantum, paulum plus, vel minus soluat, quantum aliquis mediocriter industri⁹ ex illa dote, ipsa salua, capere posset: quod Panor. *g* & alij multi relati à præfato D. Didaco, vbi supra, & etiam Sotus tenent, quamuis contrarium visum fuerit receptius Ioan. Lupo *h*. Per hanc eādem rationem defendi potest id quod insinuat Sotus *i*, puta maritum qui dotem recepit, & hęredes eius in causa diuortij, teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ de reditu dotis salua manente illa, dari possunt quoad vsque illi ea persoluatur, quia quemadmodum qui eam promisit, visus fuit in dubio ad id obligari, quoad

a Et fin. de diuor.
b Et l. pro oneribus, C. de iure dotium, & d. l. Pomponius.
c Arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & præterea, de offic. deleg.
d In præd.
e De consue. & c causam, quæ de rescri. c. cum M. de constit. l. fin. C de fideiuss.
f In d. c. cum M. & d. c. causam.
g Dic. salubriter.
h In repet. c. per vestras, not. 6.
i Li. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur.

quoad solueret: sic videtur, quod in dubio tacite qui eam recepit, visus est ad idem obligari quoad vsq; illā restituat ei: Quia correlatiuorum eadem est disciplina, quādo eadem ratio idem in vtroque suadet secundum ius *a*, & traditur late per doctores, præsertim per Felin. *b* Nec vxor vidua, vel separata peccat accipiendo illud incrementum dotis, ea salua; quia non recipit illud vt vsuram ex mutuo palliato, sed vt quoddam onus promissum à dotante pro conseruatione dotis acceptatum, tā contra se, quam pro se ab accipiente illam, quod onus tanquā reale comitatur illam quoad vsque desinat esse dos, argumento cap. *ex litteris*, & aliorum quę ad hoc supra citamus.

a l. vnico, C. de cupres. lib. 11.

b In suprascriptione procœmij Gregoriani.

66 Per hanc eandem rationem possunt defendi statuta illa terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quousque illam soluant; & maritus qui recepit eam, & hęredes eius, quousque illam restituant vxori viduæ, aut separatę, certum quid ex centum singulis annis soluant: quia sicut dictū est, non iubent illud solui vt vsuram mutui veri, aut palliati sed vt quoddam debitum certum subrogatum loco debiti incerti, quod pro conseruatione dotis tacite promisit, quicam dedit & etiam tacite repromisit eādem accipiens, iuxta supra dicta: quę omnia videntur esse memorabilia.

c De pignorib. & præfat. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. & l. vbi adhuc, & l. pro. nouer. C. de iure dot.

SVMMARIVM.

67 *Census perpetuus licite emitur.*
68 *Quamuis recenter constituatur.*
69 *Et an qui in vita, aut decem, aut plures annos.*
70 *Et etiam qui pro voluntate venditoris constitui possit.*
69 & 70. *Licet is similior vsuræ quam alij sit.*
71 *Bartholomæus à Carança laudatur.*
71 *Census redimibilis quot conditiones requirat.*
72 *Quæ omnes an probentur quibusdam extrauag.*
73 *Census realis in persona libera constitui nequit.*
74 *Nec personalis, nec ius pignoris.*
74 & 76. *Præsertim quod forum exterius.*
75 *Venditor nihil perdit re empta pereunte.*
76 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & in minori pretio quando præsumitur vsuraria.*
77 *Emptio animalium quæ non sunt, vt vsuraria.*
78 *Census realis pro rebus non necessarijs reipub. pernicioſa.*
78 *Et personalis pernicioſior, & seq*
79 *Homo liber non datur in pignus, neque in seruitutem ob debitum ciuile.*
80 *Et vt venditio eius valet.*
79 80. & 81. *Exhortatio ad personales census dissuadendos.*

67 NOto *vigesimosecundo*, quod ex textu, & prędictis colligitur, magnæ quæstionis esse, An, & quando emptio, & venditio census sit, & censeri debeat vsuraria: de qua sæpe in prælectionibus publicis, & consilijs, atque responsis ad interro-

interrogata datis locuti sumus,& tandē in Manual. Cōfes. Hispano *a* paulo latius scripsimus,quę in hoc Cōmen. dilatauimus. Pro quibus postea in eod. Manual. latinitate donato solū inseruimus extrauag. fœl. re. Pij V. infra relatam,remittendo nos ad hunc locum. Dicimus itaq; *primum*,censum esse ius quoddā recipiendi aliquam pensionem pecuniæ, aut alterius rei vtilis in annū,mensem, aut aliud tempus *b*. *Secundum*,quod antiqui dubitarunt,vt refert Innocent. *c* an licita esset emptio huiusmodi census, etiam perpetui, & antiqui, & irredimibilis: quia paria esse videntur mutuare centum in viginti annos,eo pacto,vt singulis annis mutuatarius reddat mutuanti quinque pro lucro,& emere cēsum annuum quinque pro centum. At illud palam est vsura, per definitionem vsuræ supra *d* datam: ergo & hoc *e*.

a In ca. 17. a n. 232.

b Arg. c. perueni, de cens. & c. præterea, de iur. patron.

c In c. in ciuitate, de vsur.

d Not. 5.

e Arg. l. illud, ff. ad l. Aquil.

Sed contrarium ipsemet tenet Innocent. recept. ibidem per omnes: quia census antiquus est res vendibilis, & consequēter iusto pretio emi potest *f*: similior tamē est vsurę, quam emptio alicuius prædij, secūdū Petr. Anch. in disput. illa solenni, quę incipit, *antiquis, & modernis temporibus*, quā late refert Ioā. Ananiag. 68 *Tertium*, quod aliqui dixerunt, quod non licet emere cēsum noue cōstituendū à cēsuario: quia nō videtur emi iustè antequā sit; & quia videtur verè fieri mutuū, & fingi vēditio cōtra tit. plus valere quod agitur. Sed cōmunis tenet contra. Tū quia nondū nata possūt vēdi *h*, & legari *i*, & stipulari *k*. Tū quia in dubio nemo præsumitur fingere, & peccare *l*. Tū quia qua ratione aliquis potest donare alteri reditū annuū duorū, vel triū aureorū super aliquo prædio suo, eadem poterit & vendere illū ei, vel alteri *m*, quę est ratio Conrad. *n* & aliorū. Quę tamen parum valet: quia in constitutione census per donationē non potest esse vlla fraudis vsurę suspicio, & in ea quæ fit per pecuniam sic: quod à præfatis non animaduertitur. Sed omissa ratione illa probant alia præmissa conclusionē cōmunem; quamuis emptio census noue constituendi similior sit vsuræ, quam emptio census antiqui.

f Inst. de empt. in princip. & parag. 1. g In d. c. in ciuit.

h l. nec emptio ff. de contrab. empti.

i l. cum Titius, ff. de trit. vino, oleo, leg.

k l. interdum, ff. de verb. oblig.

l Ca. 2. de reg. iur.

m Arg. c. dudum, l. 2. de elect.

n De contr. q. 79.

69 *Quartum*, quod licita etiā est emptio census in vitā emptoris, aut venditoris, aut vtriusque, cū pacto vt sua morte finiatur etiā obligatio restituendi pretium quo constitit, iuxta Innoc. & cōmunem *o*, & late Panor. disput. 5. Quamuis visum fuerit alicui Philip. Dec. *p* cōtrarium sensisse: sed si satis perpendatur, longe aliud est quod dicit; & multę aliæ coniecturæ occurrebant in casu ei proposito. Plus tamen obstat extrauag. illa noua fœl. recor. Pij V. infra relata num. 94. in cuius 16. gloss. hoc tangemus.

o In dic. in ciuitate.

p Cons. 123.

Quintum, licitam etiā esse emptionem census in certos annos, vt in sex, decem, quindecim, aut viginti: quod perspicuum est, quando pensio omnium illorū annorum non est maior, quam pretium quod pro illa accipitur; sed si maior sit, verbi gratia, si pro pensione decē in singulos annos centum aurei in quindecim annos darētur, suspicio maior inesset: semper tamen si precium fuit iustum, iuxta arbitrium boni viri, emptio licita foret, nec censeretur facta ad palliandas vsuras, vt declarauit Conrad. q

q Vbi supra, q. 79. & 80.

De

De hoc tamen idem videtur dicēdū, quod de proximo dictum est, per prēd. extrauag. Pij V. & glos. 18. illi adiectam. Hęc tamen emptio similior est vsuræ, quam aliæ prędictę.

70 *Sextum*, licitā esse emptionem census perpetui redimibilis, id est, quē venditor tollere, siue redimere pro sua volūtate potest. Quod duo Pontif. in duabus extrauag. suis declararunt, scilicet, Martinus V. *a* & Calixt. III. *b* Notandū tamen est prædictos Pōt. expresse nō declarasse omnem emptionem census, qui redimi potest, licitā esse, & pro tali habēdam: quia solū declarant tales esse, quę in suis extraua. referuntur, & cum certis modis, & cōditionibus erant factę. Quarum *prima* est, quod venditor certū prędium, in quo census cōstitueretur, [illegible] abat. *Secunda*, quod illud solū illius solutioni obligatū re[illegible]t, & non ipse, neq; alia sua bona. *Tertia*, quod pretium [illegible] soluebatur. *Quarta*, quod statim illud totū tradebatur. *Quinta*, quod vēditori optio dabatur, totum, aut partem, quādo, & quomodo melius sibi videretur, redimēdi. *Sexta*, quod venditor ad redimendū censum non obligabatur. *Septima*, quod prædicto prædio pereunte census periret. *Octaua*, quod prædium, in quo census cōstituebatur, redderet saltem tantum, quantum census venditus valeret.

a In extra. de emptio.
b In extran. 2. eiusdem tit.

71 Quas conditiones iam diu in hac Salmanticensi Academia præd. extrauag. prælegendo nos collegimus, sed postea celeberrimus Doctor Pater Bart, Caranza, magnū Dominicanorū decus, conterraneus noster, prefatas octo conditiones redegit in sex in summa Concil. pag. 618. in his quę sunt paruæ formæ, & in alijs quę sunt mediocris, pag. 387. vbi postquā de Martino V. & Calixto III. tractauit, retulit præfatas eorum extrauagantes.

Septimum, quod aliqui (de quibus nunc est Sotus *c*,) dicunt in illis non probari secundam, & septimam cōditionem prędictarum, scilicet, quod solum prædium super quo census constituitur, illius solutioni obligatum maneat, & quod illo perdito, etiā census perdatur: dicunt enim, contextum illarū extrauagantiū non habere, quod census nō possit à venditoribus exigi, si prędium censui addictum periret, sed solum habere, pretium pro censu datum exigi non posse: & quod si auctores earum sensissent, quod nec census exigi poterat, etiam id expressissent, qui tamen nostro iudicio male illas interpretantur.

c Li 6. q. 5. art. 1. de iust. & iure.

72 *Primo* quidem, quod non ideo id exprimere omisērūt, quod aliud sentirent, sed eo quod de illo non dubitarent: visum quippe fuit eis, quod sicut sublato cemēto paries ei nitēs corruit; sic pereūte prædio cui cēsus inhæret, ipse quoq; census perit: quia sublato fundamēto necesse est corruere fundatum *d*: & ideo solum dubitabatur, an qui pretia recepissent, ad eorum restitutionem tenerentur, cum census ob quos data fuerūt, pereuntibus prædijs perirent *e*: & ad hoc dubium Pontifices respondent, quod non. *Secundo*, quod præfatæ extrauagātes tamquam rem multum dubiam declararunt, quod venditores censuum, pereuntibus prædijs, super quibus fuerant impositi, non tenebantur

d Ca. cū Paulus, 1. q. 1.
e Arg. c. cum cessante causa cessat effectus, de appellat. & l. adigere, para. quāuis, ff. de iure patron.

bantur ad restituendū pretia pro eis accepta: at non fuisset res valde, neque vllatenus dubia, si pereuntibus prædijs remansissent obligati ad soluendum census, qui acceperūt pretia eorum: nā quamuis illa non perijssent, non tenebantur illi ad restituenda pretia nec ad redimendu census, vt ex illarum tenore constat.

Octauum, quod in prima, & secunda editione Manual. Confes. nobis, sicut & alijs multis, visum fuit, prędictas extrau. nō probare illicitas esse emptiones redimibiles censuū, quę fiūt absq; omnibus conditionibus, cum quibus factę fuerunt illę, de quibus ipsæ loquuntur; quia solum probant illas sufficere, vt illæ iustæ sint, non autem probare illas requiri, cum longe aliud sit aliquid requiri, & sufficere[g]. Propterea in prędictis editionib⁹ diximus, aliquas ex prædictis conditionibus non esse necessarias, & post hæc prędictus Sotus dixit[h] nullam prædictarū cōditionum esse necessariam præter illam iusti pretij, & illam, vt venditor ad redimendum censum non teneatur.

[g] Iuxta gloss. sing. c. statutum, in princ. verb. canonicis. de rescrip. l. 6.

[h] In summa, in l. 6. a. 1, de iust. & iur.

73 *Nonum*, quod [illegible] etiam meditatione visum est nobis primam octo prędic[illegible]onditionum esse necessariam. Tū quia prædictæ extrau[illegible]ę id significant. Tum quia in ea sumus sententia, vt cen[illegible]n persona libera constitui non possit, saltē sine vsuræ præsumptione, vt mox in dicto sequenti probauimus. Tum quia hic de censu reali, qui in bonis constituitur, disputamus. Tum quia accidens sine subiecto consistere non potest *i*: & census respectu prędiorum, in quibus constituitur, est tanquam accidens. Denique quia in nulla parte iuris agitur de censu reali, qui super re aliqua certa non esset cōstitutus.* Admonemus autem nunc Lectorem, prętat. D. Barthol. à Carāza, virum alioquin vigilantissimū, aut certe correctorem suæ summę, per nonnullam incogitantiam dixisse vbi supra, *primam* cōditionem esse, vt vendens designet, & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius emat. Tū quia non habent extrauag. prętatę, vt is qui vendit censum, vendat prædiū super quo ille imponitur. Tum quia alioquin vendens censum venderet etiam prędium, quod cōtra ius, & omnem morem est: alioquin enim census constitueretur super re, & prædio mentis, & non vendentis. Mens autem eius fuit dicere, quo[illegible]sens debet designare rem aliquam super quam impon[illegible]um, & alius emat illum illi rei impositum.

[i] l. si seruum, parag. 1. ff. de act. empt. Bald. in l. 2. C. de bono possess. contra tabul.

74 *Secunda* etiā conditio, scilicet, quod res illa sola, super qua cēsus imponitur, obligetur, ad id necessaria videtur. Tū quia prędictę extrauag. id significant, vt dictū est in sexto dicto. Tū quia si persona venditoris census, & alia bona ipsius ad eius solutionē obligata manerent, non cerneretur emptio census realis, de quo agimus, sed personalis, de quo nūc nō loquimur: aut esset cōstitutio pignoris, & obligatio securitatis pretij accepti, & solutionis census, quod vsura esset palliata: quia cōtra naturā est venditionis, & emptionis, vt venditor se & sua bona ad perpetuā securitatem rei venditę obliget; cum res empta perimens post traditionem

ditionem emptori pereat,& non venditori *a*.

a tit. ff. C. de peri. & commod. rei vēd.

75 Tum quia licet venditor census iuste se,suaq; obligare posset,ad assecurandum,quod prędium,super quo imponitur census,est suum, & potest super illo imponere illum censum,quia iure ad id tenetur ratione euictionis *b*;non tamē ex eo sequitur quod se debeat obligare ad soluendum censum illi prędio impositum,quamuis illud pereat,cum id iniustum sit:sicut venditor prædij tenetur quidem ad prestandam cautionem de illius euictione,non tamen tenetur prestare cautionem de soluendis fructibus eius,quamuis illud pereat, cum id iniustum sit,& repugnans omni rationi iuris diuini, & humani.

b tot. tit. ff. & C. de euictionibus & c. fin. de emptione.

76 *Tertia* conditio,scilicet,quod pretiū sit iustū,quāuis non sit necessaria ad hoc vt emptio census sine illo facta in foro conscientiæ dicatur vsuraria,si vere venditor habuit animū vēdendi censum,& emptor emendi eum, sed sic quoad hoc,vt nō sit iniusta inducens obligationem ad restituēdum, per ea quę late diximus *c*;&ad hoc,vt in foro exteriori non censeatur vsuraria: siquidē paruitas pretij,cum pacto de retrouendendo,presumptionem vsuræ interdum inducit, vt in Manual. Conf. *d* dictum est,præsertim in contractu emptionis, & vēditionis census,qui similior est aliquo modo contractibus vsurarijs,quam aliarum rerum emptiones;vt vbi supra *e* dictum est.

c In c. nouit. de iudic. nota. n. 70. & seq. d Cap. 17. n. 149.

e Eod. c. nu. 75. & 76.

Quarta,scilicet,vt totū pretium statim soluatur,etiam necessaria videtur,etiam in foro conscientiæ : quia emptor non debet credere , quod venditor spōte dat dilationem ad soluendū pretium, (licet ipse dicat) siquidem præsenti necessitate impulsus in suo prędio census constituit:quemadmodū nec credere debet,eum, qui mutuum accipit, sponte sibi vsuras promittere, quamuis id ille affirmet,iuxta omnes post S. Tho. *f* qui dicunt, eum per quandam vim necessitatis promittere. Necessaria etiam videtur in foro exteriori. Tum quia illa dilatio partis pretij data ab homine compulso necessitate ad vendendum censum, quādam similitudinem mutui vsurarij significare videtur,propter similitudinem maiorem quam habet emptio cēsus,quam aliarum rerum emptiones,per prædicta in sex prioribus dictis. Tum quia videtur minus iusto pretio dare,qui statim non soluit ei,qui necessitate ductus censum vendit *g*.

f 2. 2. qu. 78. art. 1. ad 7.

g Arg c. 1. 50. plus petitio. parag. plus autem Inst. de actionib. ℓ.

Quinta,vt scilicet in totū,vel in partes redimi possit,etiā necessaria dici potest, ad effectum,quod esset iniusta emptio census, nisi plus pro eo daretur,interueniēte pacto,ne per partes redimi possit, quam cum facultate redimendi per partes: immo & ad effectum ne vsuraria censeatur,nisi plus detur,cum pacto de non redimendo per partes, quam cum contrario : quia minus iusto pretio datur,propter quod,& facultatem redimendi,quæ ex pacto de retrouendendo descendit,posset fieri,vt interdum vsuraria putaretur , vt supra tactum est.

Sexta,scilicet, quod vendens non teneatur redimere, secundum omnes,est necessaria.

77 *Septima*,scilicet,quod perempta re censuaria pereat census,

ex secunda sequitur,& per eam probatur esse necessaria.

Octaua,scilicet,vt prędij reditus æquet,aut superet censum in eo cõstitutum,nonnullis nõ videtur necessaria. Tum quia magis emptori census,quã venditori fauet: siquidẽ venditor liberatur relinquẽdo prædiũ cum suo censu emptori, per secundã conditionẽ. Tum quia illa ex prędictis extrauag. non videtur colligi,neque nos,quando eas Salmanticę prelegebamus,eam collegimus:sed nõ est verum. Tum quia nemo emit cẽsum super prędio aliquo,quod sciat non reddere tantum. Tũ quia pro constituto habetur,vt diximus in Manua. Confess.*a*(secuti Angel.*b* & Maior.*c* & Sylvest.*d*)eũ,qui emit prędia,aut pecora,ab his qui nõ habẽt,aut plura quã habẽt,& ea eisdem locat, vsurarium esse:cui satis similis est is ,qui emit censum super prædio quod nõ est,aut nõ tantos prouentus affert, quantus est cẽsus.

a Cap.17.nu. 229.
b Verb.vsura 2.parag.7.
c In 4. d. 15. q.46.
d Verb. vsura 2.q.6.

Decimum,quod per dicta cõcludimus,tenendum esse , omnes prædictas octo cõditiones respectibus prędictis necessarias esse. *Primo*,per rationes ad earum probationes adductas. *Secundo*, quia sicut supra insinuatũ est eodẽ cõmẽtario *e*, omnis emptio census,etiã antiqui,aliquã similitudinem cum vsuraria habet, & multo maiorẽ emptio noui,qui per eã constituitur , quãuis sit perpetuus,& sine pacto facultatis redimendi,& tollendi,& longe maiorem emptio census, cum pacto facultatis tollendi, & adimendi;quæ adeo magna est,vt in prædictis extrauag. dicatur,quod etiam factæ cum prædictis conditionibus, quæ vsuræ pręsumptionem,& iniustitiam diminuunt,pro vsurarijs à multis habebantur,& pro talibus dissoluebantur, quousq; per eas declaratũ fuit,eas,quæ cum illis factæ essent,licitas esse, significando,reliquas non esse pro talibus habendas. *Tertio*,quia pactum,quod de retrouendendo appellatur,in qualibet cuiuscumque rei emptione adeo magnam vsurę suspicionem affert, vt ipsum, & defectus iusti pretij, pro vsuraria haberi eã faciat, iuxta glo. singul. commmuniter receptam *f*,secũd. Anton. Burgen.*g* & Decium *h*. Et constitutio noui census ad habendam per eam pecuniam sine prędictis conditionibus,videtur tantã, aut maiorem vsuræ suspicionem inducere , quam pretij paruitas. Ergo illa cum pacto facultatis redimendi (quod in effectu est de retrouendendo)pro vsuraria censeri debẽt , si fiat sine prædictis conditionibus,quæ hanc præsumptionem tollant.

e Num. 74.& 77.
f C. conquestus, de vsur. communiter recept.
g c.ad nostrã de emptio.
h Consil.167.

78 *Quarto*,quod quamuis hæc sententia necessario probari nõ posset contra eum,qui mordicus contrariam defenderet, tenẽda tamen est:quia neque contraria probari posset cõtra eũ qui hanc tueretur. Et hæc eo maiore fauore digna est, quo magis facilitatem dandi,& accipiendi censum reprimit, quoque magis cõuenit vtilitati animarũ, & conseruationi rerũ priuatarum,immo & publicarum. Sunt enim plurimi , qui sua bona huiusmodi censibus onerant ad quædam minime necessaria,& ad quædam superflua,immo & mala,qualia sunt profana,vana,& interdum noxia,vel turpia. Quo fit, vt dum nec cẽsus constitutos soluere possunt,nec licentiosè viuendi consue-

tudinem sustentare, facile fidem fallant, & decoquāt, & relictis vxoribus, & liberis, cū magno publicæ priuatæq; rei detrimento solū vertāt, & peregre in longinqua proficiscantur: quę materia delinquendi est amputanda *i*, & respub. fouenda *k*, etiam in his, quæ mediate tantū illā contingunt *l*. Confirmantur prędicta, eo quod Innoc. IV. grauissimus auctor, quamuis fuerit in primis eorum, qui dixerunt licitam esse hanc emptionem censuum nouorū; addit tamen omnes Christianos se ab illa debere abstinere: in quo nemo illi aduersatus est. Ex quibus omnibus iustum esse intelligitur statutum quoddam S. Mariæ Guadalupæ, cum eo quod in eius copioso Commentario dicitur.

79 *Vndecimum*, quod ex his sequitur, non esse tenendū id quod prędictus Sot. tenuit *a*, & Couar. *b* nempe licere alicui censum constituere super sua sola persona, sine designatione aliquorū bonorū: quod etiam ante tenuit Conrad. *c* Contra quos faciūt *primo* conclusio prędicta, & omnia eius fundamenta. *Secundo*, quod contrarium eius quod Sotus dicit, affirmant Innoc. Host. Ioann. Andr. Ancha. Ant. & Card. Panorm. & Ioan. Anania *d*, & rursus Panorm. *e* & Angel. *f* Barthol. Cassan. *g* Lauren. Rodul. *h* & S. Anto. *i* & fere omnes. *Tertio*, quia est inuentio noua, qua nunquam Respub. Romana, saltem posteaquam Christiana facta fuit, vsa est, nec passa, vt census, & pensio in persona liberai constituerentur, quomodo in prędio aliquo constituitur. Quare tanquā res insolens, & noua, malique exempli ablegāda est. *k Quarto*, quia eiusdem Reipub. Romanæ legibus cautum est, ne liber homo pignori detur *l*, neque in eo ius reale, quod ius pignoris dicitur, constituatur, adeo vt creditor, qui tale pignus accipit, pœnā incurrat *m*. Et certum est, ius census maius onus, quam ius pignoris esse: quia per pignus nihil aliud dat debitor, quā debiti securitatem, & per censum sic, vt colligitur ex l. 1. *n* & ob id, qui pecunias habet, mauult emere cēsum, quā eas pro pignore dare. *Quinto*, quod quamuis, secundum leges Reipub. seu veteris testamenti Hebræorū, poterat se debitor, filiosque suos in quandā seruitutem tradere, vt sacra scriptura significat *o*, licet non esset vera omnino seruitus, vt dicit S. Tho. *p* Quāuis item tempore, quo leges duodecim Tabularum institutæ fuerunt Romæ, quo tēpore adhuc Respub. inculta, & minus humana, & minus morata erat, debitor, qui, vnde solueret, nō habebat, se ad tempus creditori in seruitutē dabat, vt Bud. *q* & alij declarant: ex illa tamen duritia multa mala, & magnū periculum reipub. Romanæ euenisse narrat Titus Liuius *r*, qui lib. 7. scribit, iussum fuisse ne quis fœneraretur. Et alibi ait ob quandam crudelitatem, & turpitudinem, quam quidam creditor in adolescentem quendam suum debitorē exercuit, omnes debitores ab obligatione corporum senatum liberasse, fanciēdo, vt bona debitorū, & non corpora accipi possent. Et Solon videns, quod homines propter facilitatē constituendi ius pignoris in suis personis, inueniebāt qui sibi mutuo ad vsuras darent,

a l. c. ex parte, de consuet. l. conueniri, ff. de pact. dota, b c. si diligenti, de foro compet. l. 1. ff. solut. matrim.
a Li. 6. q. 5. ar. 1. de iust. & iure.
b Li. 3. c. 9. varia resol.
c De contract. q. 74. & 75.
d In c. Ciuitate, de vsuris.
e In disput. 5. col. penu.
f In summa verb. vsura, parag. 78.
g In catal. glor. mund. p. 12. consil. 99.
h c. salubriter, de vsur. 2. part. q. 12. 2. par. tit. 1. c. 8.
k c. ex parte, de consuet. & cap. quis nesciat, 11. dist.
l c. 2. de pignorib. l. ob æs alienum, C. de obligationib. & l. quæ respignori. C. oblig. possint.
m Auth. immo. C. de obligationi. & actionibus parag. quis vero, auth. nulli iudic. col. 9.
n Ex l. 1. ff. de pignorib. c. 2. de vsur. ad iunct. c. constitutus, de Religio. domib.
o Leui. c. 25. & 4. Reg. 4. p. 2. q. 105. ar. 4.
q In annot. ad Pandect. tit. de in diē addict.
r Li. 1. ab vrbe condit.

rent,& se illis onerabant,statuit,vt nemo pignori suum corpus
s Lib. de vitanda vsur. ob mutuũ acceptum dare posset,vt refert Plutar.s quanto magis sanxisset ne census constitueretur,cum sicut dictum est,census sit grauius onus pignore. *Sexto*,quia facultatem constituẽdi census in solis personis inducere,esset nos ipsos ad illam duritiam antiquam magnorum malorum fontem reducere.

80 *Septimo*,quod quamuis teneremus,posse aliquem se vendere, aut se alicui ad tempus, aut perpetuo in seruum tradere, eo quod licitum sit, secundum ius naturale, & diuinum, & non prohibitum humano:tamen non ideo licitũ esset in se manente libero ius census constituere,quia lex humana iusta vetat,ne in persona libera ius pignoris possit constitui,libera ea manente,& consequenter nec ius census, quod maius quam pignoris est.Neque dubium esse potest,quin interrogatus legislator,idẽ de censu, quod de pignore respondisset: & ita habendum pro
t Iuxta glos. sing.l.tale pactum,parag. qui prouocauit.ff. de pactis. lege *t. Octauo*,quod quamuis rationes partis aduersę probarẽt, hunc censum redimibilem in sola persona absque alia bonorum designatione coram Deo licite constitui posse, apud homines tamen censeretur constitui ad palliandas vsuras.Nam si alicuius prædij emptio cum pacto facultatis redimendi, dum
u c. significãte,& c.illo vos, de pign. libuerit,sępe vsuraria cẽsetur *u*:& si aliquot grauissimi doctores tenuerunt emptionem census noui, etiam perpetui, & super prędijs absque personæ obligatione constituti, vsurariam habendam esse:& si alij multi tenuerunt,saltem emptionem censuum redimibilium talem existimandam esse,etiamsi cum prędictis octo conditionibus hanc præsumptionem minuentibus fieret: & si adeo magnum dubium fuit, vt à duobus summis
x 1.& 2. de emptio. Pontificibus oportuisset resolui in prędatis extrauag.*x*quod esset licita illa, quæ cum prædictis conditionibus fieret: quis dicere audeat,censum in persona sola constitutum cum facultate redimendi,non esse censendum vsurarium? *Nono*,quod contraria opinio præcludit viam mutui gratuiti petitioni, eo quod quiuis pecunia egens erubescet petere gratuito ab alio, cum responderi ei possit,vt constituat iustum cẽsum pecunię,quam petit,quod per viam emptionis,& non mutui recipiat,cum supra suam personam tam facile illud constituere possit, quam facile potest eam solutioni eius obligare. Et ita quadamtenus ianuam charitati claudit,& cupiditati aperit:pauci enim gratis mutuarent,cum mallent in pretium census tradere,ostiumque vsuris palliatis aperire.*

81 Multa denique alia inconuenientia inferri ex contraria opinione mõstrabam hoc in loco sermone Hispano,quo à Christiana repub. exploderetur, & nemini arrideret:ob quę scio in prętorijs Hispaniæ tam sęcularibus,præsertim supremis,quam Ecclesiasticis decretum fuisse, huiusmodi censum personalem vere, vel pręsumptiue saltem vsurarium esse iudicandum. In quorum omnium locum subijcio extrauag. illius opinionis expultricem,quam fœl.rec.Pius V. post nostrum in vrbem appul-

sum

sum edidit, auditis satis, & perpensis, quæ nos in hoc 22. notabiliter scripsimus, suggerente illa ei eruditissimo probatissimoque viro Doctore Cornejo, siue Cornelio Lusitano, vtriusque signaturæ Referendario (qui noster olim fuit auditor ardētissimus) & ob id minerualibus insignibus magno cum gaudio à nobis ibidem donatus: quem tandem egregiam laudem in Vrbe meritum, ad præmia æterna, vt pie creditur, à summo Rege gloriæ Christo vocatum, non sine magno, sed pio dolore in eadem extulimus.

SVMMARIVM.

82 *Extrauagans Pij V. de modo constituendi census.*
83 *Censu in constituendo seruanda octo etiam olim seruata.*
83 *Immo & alia totidem.*
84 *Censum super censu poni posse.*
85 *Census pretij solutio præsens vt fraudatur.*
86 *Et quod non sufficiat testatio Notarij de confessione receptionū.*
86 *Solutio anticipata vt valet hic minus.*
86 *Compensationi cur non est hic locus.*
87 *Fortuiti casus renunciatio in hoc casu non valet: & optatur, ne etiam in alijs contra ius ordinarium renuntiaretur.*
89 *Laudemium ob rem censuariam venditam vt debetur.*
90 *Census pretium nequit esse debitum, nec debendum.*
91 *Census contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.*
92 *Censum redimendi facultatem consuetudo nec immemorialis tollit.*
93 *Præsumptio immemorialis vt fortior centenaria.*
94 *Formam contra vel præter datam facta non valent.*
94 *Census qui contra formam extrauag. constituti valent.*
94 *Census perpetuos quales non includit hæc extrauagans.*

PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

82 *CVM onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præ se ferunt, non potuimus, animarum, prout tenemur, saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, leth feroque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sua natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum, nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro,*

tegro, iustoque pretio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam: quia volumus rem ipsam semper, & libere, aut sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte affecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui, non obstante etiam longissimi temporis, ac immemorabilis, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis, directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra: & non obstantibus his, de quibus supra: idque obseruari mandamus, etiam quod pluries, aut pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ab inuito, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita, illis propterea non obstantibus, quidquid vel expresse, vel tacite, contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam, quod in creato quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum, numquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos

gulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus, &c. Datum Romæ, anno 1568. 14. Kalend. Februarij.

83 QVoniam quidem in Manual. Confess. *a* diximus, nos huic extrauaganti hoc in loco addituros esse aliqua: quoniam item quidam amici illustrissimi ordinis Societatis IESV, viri egregia pietate, & eruditione attulerunt ad me multa circa prefatam extrauagantem dubia, quę sibi, & alijs sui ordinis post eam editam occurrerunt, paulo maiorem, quam putaram, commentarium in eam faciam. Addendo *primo* octodecim gloss. Deinde quęrendo, & breuiter decidendo multa, quę ad hanc extrauagantem propius attinent.

a Ca. 17. nu. 234.

Prima igitur glossa fuerit, quod per eam probatur, seruandas esse in cuiuscunque census constitutione omnes octo conditiones, quas supra *b* diximus seruatas fuisse in constitutionibus censuum, de quorum iustitia, vel iniustitia interrogati responderunt Martinus V. & Calixtus III. *c*

b A num. 71.
c In prælatis suis extrauag. 1. & 2. de emptio.

Prima quidem, quod census debet constitui super re certa probatur in illis verbis, *nisi in re immobili, &c. Secunda*, quod illa sola res remaneat illi censui subiecta, ibi, *rem censui suppositam. Tertia*, quod pretium iustū detur, ibi, *iustoque pretio. Quarta*, quod totum pretium simul soluatur, ibi, *non prius, &c. Quinta*, quod venditor poterat redimere totum, vel partem, ibi, *extingui posse. Sexta* quod venditor non obligetur ad redimendum, ibi, *ab inuito. Septima*, quod re censuali pereunte census pereat, ibi, *re in totum, vel in parte perempta. Octaua*, quod res censualis reddat tantum, quantus est census, ibi, *frugifera*. Quamuis enim non dicatur expresse quantę frugis debeat esse, satis tamen significatur, quod debeat esse tantæ, quantus est census; alioqui non satis apte diceretur, *frugifera*, iuxta materiam subiectam, iuxta quam verba sunt intelligenda *d*.

d l. si vero, parag. 1. ff. locati, & c. intelligētis, de verbor sign.

Gloss. 2. quod hæc extrauag. probat, quod non solum non potest constitui census super sola persona constituentis, iuxta conditionem primam, vt supra *e* contra Sotum probauimus: sed neque super aliqua alia re corporali, vel spirituali, nisi sit res immobilis, aut quæ pro immobili habeatur, sitque frugifera, & finibus certis designata, quod colligitur ex illis verbis, *statuimus, &c.*

e Eod. n. 73.

84 Ex quo infertur, posse censum constitui super annuo reditu; quia licet ille non sit proprie res immobilis, habetur tamen pro re immobili *f*, & consequenter posset constitui census super censu maiore, vel equali iam antea constituto: per quod resoluitur vnum de prædictorum Patrum dubijs.

f Per tex. iuris optimum Clem. exiui parag. cumque annui reditus, de verb. signi. cui concordat c. 1. adiuncta glo. recepta in verbo iura, de reb. eccle. non alien. l. 6.

85 Glos. 3. quod hęc extrau. addit duas alias nouas cōditiones ad census constitutionē requisitas vltra prędictas octo: nempe, quod pretium census soluatur in pecunia numerata, & coram Notario, & testibus, qui videant illam realiter tradi: quæ forma

nouissima

nouissima est; cui tamen audio fieri fraudem duobus modis. Altero, monstrando quandam quantitatem pecuniæ, quam nō numeratam tradit venditori census, qui confitetur recipere integrum pretium census à se constituti, per quod non videtur fieri satis contextui huius extravagantis, quę sic habet: *Rursum, nisi vere in pecunia numerata præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoq; pretio.* Per quæ significatur, quod Notarius, & testes debent videre solui pretium integrum in pecunia numerata: ad quod non videtur sufficere ostensio, & traditio partis pecunię, etiam cum confessione vendentis censum, quod recipit totam, arg. lib. 1. *& vltima f.* quatenus probat, maius esse probare solutionem factam numerando pecuniam realiter, quam probare, quod pars fuit cōfessa eam recepisse. Videtur etiam quod non potest pars remittere, saltem in præiudicium Fisci, ne teneatur emptor soluere totum pretium in numerata pecunia ad numeratum, vt vocant per versiculū: *Et ita.* Altero modo fit, quod emens mōstrat totum pretium, & tradit illud totum numerando, ita quod Notarius, & testes possunt ferre testimonium de numeratione totius pretij, sed postea per conuentionem antea secreto initā illico in absentia eorum restituit vendens partem pecunię, quā prius ab emente receperat, & debebat. Harum autem cautelarum prior videtur parum tuta in foro exteriori, eo quod non probatur per eam realis numeratio totius pretij, quam extrauagans requirit. Altera verò tutior est, nisi probari posset, quod ante traditionem totius pretij fuit conuentum, vt accipiens illud, redderet statim illam partem, quæ debebatur emptori census: quoniam qui sic soluit, vt statim reddatur ei solutum, non liberatur *g*.

f C. de dote cauta non num.

g l. qui sic soluit, ff. de solut.

Est tamen quęstio quotidiana, & magni ponderis, An pręsupposito, quod vēdens censum, debet emptori centum antea ob aliquas causas recepta, & postea recipit illa centum in partem pretij per alteram præfatarū cautelarum, an emens tuto in foro conscientiæ possit percipere censum ita cōstitutum, & solutum? Et videtur quod sic. Tum quia vere corā Deo totum pretium soluit. Tum quia magis prodest vendenti censum, qui antequam constituat illum temporibus opportunis, tradit partem pretij eius, & expectat solutionem aliquādo sesqui anno, & aliquando anno, vel biennio sine vllo lucro, quā qui soluit totum in ipsa constitutione census, incipiendo statim lucrari *h*. Tum quia lex fundata in præsumptione nō habet locum in foro cōscientiæ, quando veritas est contraria *i*. At is rigor soluendi totū pretium in constitutione census in pecunia videtur inductus à Pio ad præcludendam viam malis dolis, & cautelis, quibus ementes census male soluebāt pretium in pannis, & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos, vel malos. Et ita nō videtur includere quoad foru[illegible] conscientiæ illos, qui bona fide vtilius, vel

h Arg. c. 1. de plusquam. & c. si quis agens, Instit. de actio.

i Cap. is qui c. tua cum eis annotatis, de sponsa.

æque

æque vtiliter anticipauerunt solutionem totius, vel partis census, ac si in ipsa constitutione soluerent.

86 Glos. 4 quod hic est casus, in quo qui dat ante tempus, non videtur dare plus, immo minus, cum tamen regula contrarium habeat *a*. Est item casus, in quo non fit cõpensatio etiam de liquido ad liquidum cõtra regulam l. *vult*: *b* licet enim Ioan. cõstiturus, & venditurus censum Petro debeat ei mille quingẽta, non potest tamen Petrus pacisci cum Ioanne, vt illa quæ debet, vel eorũ aliquã partẽ accipiat in solutionem alicuius partis mille quingentorum sibi pro censu soluẽdorum. Ratio harum fallentiarũ videtur esse præclusio viæ fraudis vsurariæ supra tactę, sicut & ratio, quæ contra petentem depositum non admittitur, compensatio est exuberantia illa bonæ fidei, quę seruãda est in depositi redditione *c*, & per alia iura per eius glos. citata.

a Iur. prædictum c. primum, de plus petit. & parag. si quis agens, inst. de actio.
b C. de compensat.
c Iurt. c fi. de depos.

87 Glos. 5. quod alia conditio, & ita vndecima requiritur in cẽsuum constitutione, ne scilicet derogetur vlli exceptioni casus fortuiti, nisi ei qui naturæ contractus conueniat. Et consequenter nota casum, in quo renunciatio casuum fortuitorum non valet contra regulam legis, sed & si *d* quatenus probat, secundum communem intelligẽdi modum, quod licet generalis renunciatio non obstet excipienti de casu fortuito; nocet tamen specialis, immo & generalis, quoad casus similes, alijs specialiter renunciatis *e*. Quod vtinã omnes Monarchę in suis monarchijs idem statuerent, etiam in alijs materijs: quandoquidem quamplurimi partim ignorantia, partim incogitantia, partim desiderio adipiscendi aliquid, & timore ne illud alias eis negetur, faciunt renunciationes à iure exorbitãtissimas, & Notariorum stylo ad formam obligationum Camerę, (quæ tot sacris canonibus, & legibus derogat) ampliatissimas, & postea per eas omnia sua bona, quibus se, suosque sustentabant, perdunt, decoquunt, & fugiunt, aut carceribus inclusi fame pereunt. Quibus renunciationibus, nullis, quod sciam, legibus, tam obuiatũ est, quam Lusitanis.

d parag. quæsitum, ff. si quis cautio.
e Argumento, c. qui ad agẽdum de procurat. lib. 6.

88 Glos. 6. quod duodecima cõditio æquissima seruanda est in constitutione census: nẽpe, quod eum constituens, non se obliget ad non alienandum rem censui subiectam. Propter quam memini pridem respondere cuidam viro doctissimo, qui multos census emerat, & suspicabatur eorum instrumenta non satis licite dictata, vt faceret tolli, vel remitti aliquot cõditiones, quas tabellio instrumento inseruerat: quarum vna grauissima erat, quod dominus prędij censui suppositi non posset illud vẽdere, immo caderet illud in commissum, si venderet illud sine consensu ipsius: quod profecto nullatenus contractui censuali conueniebat, sed solum contractui emphyteutico, cuius natura longe aliena est à contractu censuali, per ea quę habentur *f* in l. 1. & 2. g. & in cap. *cum dilectus*, & alibi sæpe.

f C. de iur. emphyt.

89 Glos. 7. quod aliqui parum caute colligunt ex hac extrauaganti, quod ex nulla venditione rei censui suppositæ debetur laude-

g De relig. dom.

laudemiũ, quod ad summũ est quinquagesima pars pretij g. Nõ enim fuit intẽtio legislatoris liberare à laudemio prædia, quod alia ratione, quã cẽsuum in eis positorũ debetur; sed quod dominus rei censuariæ potest vendere illã nõ soluendo laudemiũ ei, qui habet censum in ea, nisi alia ratione teneatur ei. Constitutio enim Principis intelligenda est sine præiudicio tertij h.

Gloss. 8. quod hæc extrauagans inducit multa specialia in solutione census. *Primum*, quod propter moram soluendi illum non incurritur vlla pœna amissionis rei censuariæ, vel partis eius, etiamsi conuentio de illa incurrenda præcederet, cõtra regulam i cap. *suam*, & l. *stipulatio* k. *Secundum*, quod non incurritur etiam obligatio ad interesse lucri cessantis, etiãsi conuentio de illa incurrenda præcederet, contra regulam l lib. 3. & ca. *conquestus* iuncta glossa de vsur.

An autem idem sit dicendũm de obligatione damni emergẽtis. Et videtur quod non. Tũ quia de illo nullam facit mentionem. Tũ quia non obstant illa verba, quibus annullantur conuentiones de soluendis certis expẽsis, & certis salarijs, & expẽsis iuramento eius qui fecit liquidandis. Quoniam solũ videtur respicere conuentiones illas duras, quę solebant imponi ab ementibus census, vt si die præstituto nõ soluerit, censuarius teneretur ad soluendum certum, idemque nimium salarium, & certas, easdemque nimias expensas nuntio mittendo ad recipiendum censum: quia illæ nimiæ coram Deo non debentur. Tum quia iure naturali debentur creditori à moroso debitore impensæ moderatæ, & salariũ iustũ, iuxta illud Pauli m: *Reddite omnibus debita*: & infra: *Nemini quidquam debeatis*: & iuxta illud m: *Dignus est mercenarius mercede sua*. Et, Qui causam damni dat, dãnum dedisse videtur o. In quibus fundatur damni emergentis obligatio. Quare iuste potest petere emptor census non solum illum, sed etiam damna quæ passus est propter morã soluendi, mittendo nuntios, faciendo impensas moderatas, non quidem ratione cõuentionis de soluendo tantũ, aut tantum pro salario, & impensis, sed ratione legis naturalis diuinæ, & humanæ, qua præcipimur soluere proximis debita iusta, & damna eis à nobis iniuste illata, aut quorum fuimus causa.

90 Glos. 9. quod etiam alia conditio (quę erit 14.) necessaria est ad constituendum censum, nempe quod non constituantur pro censibus iam decursis, & debitis, vel decurrendis, ob quos nec augeri potest cẽsus antea positus, nec imponi nouus super eadẽ re, & neq; super alia emptori priori cẽsus: licet dici, posset hanc conditionẽ contineri sub illa, quę requirit, vt totum pretiũ soluatur tempore constitutionis census, & quod nullum debitum accipiatur in solutione totius pretij, vel partis eius. Et aduertẽdum, quod non probatur hic illud, quod aliqui putarunt, nẽpe quod constituens censum in aliqua re, non potest augere illum censum, vel ponere nouum emptori prioris: quia solum statuitur vt non possit id fieri pro censibus decursis, vel decurrendis.

Quare

g Iust. l. 3. C. de iur. emphyt.

h c. super eo, de offi. deleg. & l. a. para. si quis à principe ff. ne quid in loco pub. fiat.

i De pœnis, l. ista. par. alteri, de ver. oblig.

l ff. de eo quod certo loco.

m Ad Rom. 13. & Luc. 10.

o c. fin. de iniur. l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil.

quare ob pecuniam noue dandam recte potest augeri, vel nouus imponi.

Glos. 10. quod etiam est alia conditio (quæ erit 15.) in constitutione census necessaria: nempe, quod constituës non se obliget ad subeunda alia onera, quę alias iure subire nō debet, præterquam ad soluendum censum, puta, vt suscipiat hospitio familiares eius, cui debetur census, donec ille redimatur: pro quo faciunt per contrarium tres leges *a*.

a tituli, C. siue censu vel reliq. fundū comparari non posse.

91 Glos. 11. quod census creati, & creandi post hanc extrauagantem, possunt redimi in totum, & pro parte; & quod non solum pereunt perempta re, cui sunt impositi, sed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ: & quod paria sunt, rem perire, vel infrugiferam fieri: quia ita perit census ob hoc, vt ob illud: quæ nusquam alibi sic declarata sunt. Et ex his *b* colligitur vna grandis differentia inter censum emphyteuticum, & inter alios census annuos alio modo comparatos.

b Adiuncta, l. 1. C. de iur. emph.

92 Glos. 12. quod hic fit declaratio vtilissima debentibus cēsum: nempe, quod facultas redimendi, quandocumque volent, facta præfata denuntiatione, non potest tolli ab eis pacto, nec præscriptione etiam immemoriali, nec cētum annorum: per quam declarationem cessat illa grandis difficultas, An facultas redimendi censum vlla temporis prescriptione tollatur.

93 Glos. 13. quod alia est immemorialis prescriptio, & alia cētū annorū: quod est verū secundū omnes *c*. Nota etiam, quod cō- textus significat præscriptionem centum annorū esse maioris virtutis, quā immemorialē: dictio enim *immo*, est implicatiua *d*, sicut & dictio *etiam*, & implicat casum dubitatiorem *e*. Et ita dū textus ait, *non obstante præscriptione immemoriali, immo nec centum annorum*, significat hāc esse maioris virtutis quam immemorialē. Sed contrarium est verius. Maioris [illegible]pe virtutis est immemorialis, quam centum annorū: quia [illegible]non prodest sine titulo ad præscribendum ea, in quibus [illegible]ptio iuris est contra prescribentē: illa vero sic, per textum, [illegible]a glos. & eis annotatis *f*: quia habet vim tituli *g*, quam non [illegible]bet spacium centum annorum, secundum omnes, in dictis [illegible]cis. Ideoq; dicendū est, verbum illud *immo* huius extrauagantis, implicare quidem aliū casum; & ita probare id quod prænotatum est: nempe, aliam esse prescriptionem immemorialem, & aliam centenariam: sed non implicare casum vere dubitatiorem; sed qui posset apparere dubitatior alicui, qui crederet prescriptionem centenariam esse maioris virtutis, quam immemorialē, eo quod opinio glos. Panormit. & communis *h*, habet, quod probata præscriptione immemoriali, non est probata centenaria. Cōtra quam tamen præfatus Couarr. validis argumentis tenet, secutus Card. *k*

c In c. cum nobis, de præscriptio, & in c. 1. l. cod. tit.

d Iuxt. glos. receptam in l. iurisgentiū, parag. quinimmo, ff. de pact.

e Iux. l. etiam ff. de minor.

f In c. 1. de præscrip. l. 6. g. c. super quibusdam, parag. præterea de verb. signif. & l. h c. iure, parag. ductus aquæ, ff. de aquæ, quot. & æsti.

h In c. cum nobis, de præscrip.

i In c. possess. reg. iur. l. 6. 2. part. parag. 3. n. 9.

k In c. si diligenti cod. tit.

Circa quod videntur tria dicēda. *Primum*, quod procul dubio immemorialis est maioris virtutis, quam centenaria, vt prædictum est. *Secundum*, quod ex præfata communi opinione non infertur contrarium huius, vt palam est. *Tertium*, quod, mea senten-

ſentētia, facile conciliari poſſunt præfata cōmunis opinio, & cōtraria Card. & Couarr. dicēdo, quod illa intelligatur de vera probatione, hęc vero de præſumpta: inter quas, quoad hāc materiā pręſcriptionis, eſt illa magna differētia, quod pręſcriptio immemorialis iudicāda eſt inualida, ſi probetur vere cum illa mala fide fuiſſe cōtinuata; non autem, ſi ſolum pręſumptiue fuerit mala fide probata, vt colligitur ex citatis per præfatum Couarr. *l*

l c. part. parag. 8.

Gloſſ. 14. quod nullo pacto ſtatui poteſt, vt pretium à conſtituente cenſum inuito repeti poſſit ob pœnam, vel aliam cauſam, niſi quando denunciauit velle ſe redimere; quia tunc intra annum cogi poteſt ad reddendum pretium, vt prædictum eſt. *m* * Ex quib[illegible] [illegible]nfertur, quod opinio illa Innoc. *n* ſcilicet, quod poteſt co[illegible] [illegible]i cenſus redimibilis, ita vt conſtituens teneatur redimere [illegible] poſt tres, vel quinque, vel decem annos, non eſt tenenda, [illegible]nuatum eſt ſupra *o*.

m Num. 91.
n In c. in Ciuitate de vſur.
o Nu. 76.

49 Gloſſ. 15. quod conſtitutio cenſus facta ſub alia forma, quam contenta in hac extrauaganti, cenſenda eſt fœneratitia. Pro quo facit principium c. *prudentiam p*, quatenus habet, non ſolum facta contra formā eſſe nulla, ſed etiam facta citra formam: quod ibi Panorm. Felin. & alij vtiliter declarant. Aduertendum tamen, quod contextus loquitur de contractibus tantum, & ita non videtur damnare conſtitutiones cenſuum, etiam irredimibilium, per viam legati, fidei commiſſi, vel aliam vltimam voluntatem, in alia forma, quam iſta factas *q*, immo nec factas per omnes contractus: quia non includit factas per donationes, & alios contractus gratuitos; quamuis donatio inter viuos ſit cōtractus, ſecundum omnes, etiam nominatus, ſecundū verius loquentes *a*. Id ipſum videtur dicendum de conſtitutione cenſus per viam dotis, vel ſponſalitię largitatis, ſeu donationis propter nuptias, vel donationis alicuius Eccleſię, vel capellæ, ad aliqua diuina officia facienda, licet non ſint contractus gratuiti *b*. Immo videntur excludi omnes conſtitutiones cenſuum, quę non fiunt per emptionem, & venditionem, vel alium contractum ſibi æquipollentem, per quem quis conſtituit alteri cenſum in re ſua ob aliquod pretium. Tum quia ſolum diſponit de ijs quæ pretio accepto conſtituuntur, vt colligitur ex verſ. *Rurſum*. Tum quia ratio pręſumptionis fraudis vſurarum, in qua fundatur, ceſſat in illis, & conſequenter ipſa ceſſabit *c*.

p De offic. deleg.
q Arg. l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne de præſumpt.
a Poſt. gl. in l. legitima, ff. de pact. & in l. ſi quis argentū, parag. fin. C. de donat.
b Arg. l. pro oneribus, C. de iure dotium, c. per veſtras, de donat. inter virum & vxorem, & c. 1. de cenſibus, & c. ſignificatum, de præbend.
c Arg. c. cum ceſſante de appellat. & l. adigere parag. quamuis, ff. de iure patro.

Gloſſ. 16. quod hæc extrauagans non ſolum videtur includere cenſus redimibiles poſt eam cōſtituendos, ſed etiam irredimibiles. Tum quod generaliter ſine vlla diſtinctione de omni cēſus cōſtitutione, & venditione loquitur: & ita generatim eſt intelligenda *d*. Tum quod etiā cenſus irredimibilis poteſt in fraudem vſurarum conſtitui, & vendi: & ita ratio edendi hanc extrauagant. videtur habere locum in illo, & conſequenter ipſa. *e* Dixi, *poſt eam conſtituendos*; quia conſtitutos antea non includit, etiamſi ſint redimibiles, vt habet finis eius. Hanc autē ampliationem, ſiue declarationem reſtringo ad cēſus irredimibiles tē-

d Argum. l. de pretio, ff. de publicis, in rem actio. & c. ſolitæ, ſub finem, de maior. tra. & obedient.
e Arg. l. illud, ad l. Aquil.

porales,

porales,vel perpetuos,qui eodem fere pretio,quo redimibiles, constituuntur,qui tamẽ vix iuste possunt sic constitui:& ita nũquam, vel rarissime huic extrauaganti erit locus in censu perpetuo irredimibili iuste cõstituto.Non enim videtur hęc extrauag.includere illos perpetuos irredimibiles, qui longe maiore pretio,& quasi duplo,quam redimibiles constituuntur,eo quod nulla penitus facultas redimendi fiat venditori: quoniam in illis videtur cessare ratio præsumendi mutuum vsurarium, cum esset facultas redimendi, & paruitas pretij, quod illa facultas minuit.*f* Hactenus de glossis. Nunc autem de quæstionibus.

f Arg.c.cum cessante causa,cum concord.de appellatio.

SVMMARIVM.

95 *Census qualis contra formam imponitur per sententiam.*
96 *Census per sententiam creatus an pro parte redimatur.*
97 *Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem.*
98 *Obligatio dandi natura, & effectu diuidua.*
99 *Solutio partis debiti quæ incommoda.*
100 *Census an solius pecuniæ numeratæ liceat.*

95 PRima *quæstio* est,Vtrum census annuus possit constitui per sententiam iudicis condemnantem alteram partẽ ad soluendum mille,vel censum annuum,donec illa soluantur.Et pro parte affirmante facit *primo*,quod huiusmodi sententię frequẽter in Hispania feruntur, & exequuntur, quo verbo nunc vtimur in passiua significatione,sicut Vlpianus *a*.

Secundo,quod licita est obligatio, qua quis obligatur ad aliquid faciendum sub pœna tam iure canonico *b*,quam ciuili *c*,& non solum per contractum, vt in dictis legibus, sed etiam per vltimam voluntatem *d*. Et quod etiam per sententiam arbitri id fieri possit,est casus in d.c.*dilecti*,& alijs iuribus allegatis ibidem: & etiam per sententiam iudicis de iure canonico, casus est in d. c. *suam*.

96 *Tertio*,quod debitor non solum tenetur soluere sortem,sed etiã interesse quod passus est creditor *e*. Ergo iudex potest condemnare debitorem ad soluendũ debitum, & interesse.At per sententiã prętatam iudex illud prętendit. Ergo potest id facere.

Quarto,quod cui licet quod est plus,licet quod est minus *f*. At minus, & vtilius debitori est, quod condemnetur alternatiue ad soluendum mille,vel censum eorum donec illa soluerit,quã simpliciter ad soluendum mille. Ergo si potest condemnari simpliciter ad soluendum mille, poterit etiam condemnari ad soluendum mille, vel censum eorum eorum, donec illa soluat.

Pro parte autem negante facit *primo*,quod census non potest constitui licite alio modo,quam quo prædicta extrauagans determinat, & hic modus constituendi per sententiam est longe alius ab eo.

Secundo,quod per contrariam opinionem daretur via facilis ad constituendas vsuras: qui enim vellet mutuare centum, mille,

a In l.ea pro tribunali, iũcta glo.verbo exequentur, ff.de re iud.
b Ca.dilecti, de arbit. & c. suam,de pœn.
c l.qui fidem ff.de transact. & l.cum proponas,C.de dolo.
d l.1.C.de his quæ pœ.nom. & in parag. fin intitu.de legat.
e l.1.Cod. de sent.quæ pro eo quod interes proser.
f Ca.cui plus cum ibi cit. de reg.iur.li. 6.

vel plura sub vsuris, & qui vellet ea sic mutuari, facile possent conuenire, vt mutuaturus tradat illa mutuatario, & vocet eum ad iudicium, ad soluendum illa ei, & mutuatarius confiteatur se debere illa, sed non posse soluere, & quod est contentus vt cõdemnetur ad soluendum ea, vel censum eorum annuum, donec ea soluerit.

Tertio, quod non licet dare alteri aliquid consistens in numero, põdere, vel mensura, siue mutuare cum pacto pœnali, quod si non soluerit ad certũ terminum, soluat aliquã pœnam: id est enim dare tacite ad vsuram, vt sentiunt Bart. & Salic. *h* & ante ipsos Innoc. communiter receptus *i*, & latius Ludo. Roman. *k*

h In l. cum proponas, C. de dolo. *i* In d. c. suã. *k* In con. 510. n. 13.

Pro concordia ab vtraque parte allegatorum, videtur distinguendum, an lis fuerit mota super rebus consistentibus in numero, pondere, & mensura, an super alijs: quod priore casu nõ valet, posteriore vero sic. Ratio diuersitatis colligitur ex ipsismet argumentis supra formatis: nempe, quod pœna pecuniaria imposita contra debitorem rerum mutuabilium præsumitur imposita in fraudem vsurarum: imposita autem super alijs minime, nisi saltem fuerit imposita à consueto fœnerari *l*. Vnde ad argumentum primum pro parte negante formatum respondetur, quod hæc extrauagans non habet locum, nisi in constitutione census per contractum, vt in glos. 1. §. dictum est: & quæstio mouetur super censu per sententiam constituto.

l Iuxt. glos. in l. pœnam, ff. de vsur.

Nec obstat, quod per sententiam quasi cõtrahitur *m*, & quod à contractu ad sententiam arguitur *n*. Tum quia id regulariter non videtur verum *o*, nec in vllo casu, in quo ratio diuersa diuersum suadet: & in proposito nostro est diuersa ratio: quia in constitutione census per contractum præsumi potest fraus vsuraria, quæ in sententia iudicis non præsumitur, nisi cum ferret illam super rebus mutuabilibus, qualem diximus non debere censeri validam, saltem in foro exteriori.

m l. 3. parag. idem scribit, ff. de pecul. n. l. si procurator, ff. de procur. *o* l. inter stipulantem, 1. ff. de verb. oblig.

Per quod ipsum respondetur ad alia duo argumenta pro parte negante facta. Ad argumenta vero pro parte affirmante facta respondetur, illa solum probare censum posse constitui per sententiam latam super alijs rebus, quam mutuabilibus, quod nostra concordia concedit.

Quæ tamen distinctio, & concordia videtur seruanda in foro exteriori, nõ autem in foro cõscientiæ: quia si vere coram Deo, iudicis, & partis victricis animus fuit, vt altera pars condẽnaretur in aliqua summa, & obligare illam ad soluẽdum censum annuum pro vsu illius pecuniæ, in qua eum cõdemnauit, in neutro foro esset seruanda sententia corã Deo, & in foro conscientiæ: si autem fuit animus condemnandi debitorem in illa summa, & ad soluendum annuum censum, donec eam soluat, tanquã interesse, vel pœnam contumaciæ, in vtroque foro valebit, si in vtroq; casu interesse, vel contumacia inueniatur, per illam rationẽ firmam, quod lex, vel dispositio fundata super præsumptione non habet locũ, quando rei veritas habet contrarium *p*.

p Ca. his qui fidem, &c. tua dispõ. l. cum quis annotatis.

Neque

Neque obstat dictum Innoc. *a* quatenus habet, adiectionem pœnæ non censeri in fraudem vsurarum factam, nisi cum creditor erat assuetus fœnerari: quia id est verum in alijs contractibus quam mutuo: in mutuo enim semper præsumitur adiecta in fraudem vsurarum *b*.

a In c. suam, de pœn.
b Iux. gloss. in l. rogasti, parag. si tibi, ff. si cert. per. communiter recep. à Bar. & alijs.

97 *Secunda quæstio*, An condemnatus soluere mille, vel censum eorum, donec illa soluerit, super alijs rebus quam mutuabilibus, (super quibus talem condemnationem fieri posse in prima quęstione dictum est) possit soluere particulatim, & cogere creditorem ad recipiendam solutionem particulatim.

Pro cuius parte negante facit *primo* l. *tutor c*, quatenus habet, debitorē centum per obligationem, & cōsignationē quinquaginta non liberari à solutione vsurarum, quas debet pro centū.

c parag. Iulianus, ff. de vsur.

Secundo facit l. *plane d*, quatenus habet, particularem solutionem incommoditatem afferre.

d ff. famil. erciſc.

Tertio, quod creditor non potest petere partem summę debitæ coram iudice, qui de tota summa cognoscere potest, debitore id opponente, vt tradit Bart. communiter receptus *e*, qui habet commodantem duas res, posse petere vnam ex illis separatam à commodatario: commodantem autem vnam, non posse petere partem eius.

e In l. incommodari, paragrapho, duabus, ff. comm.

Quarto, quod communis opinio tenet hanc conclusionem cum glo. *f*

f l. quidam existimauerunt, ff. de reu. cred.

Pro parte vero affirmante vrget *primo* hęc extrauagans, quę determinat quemlibet censuariū posse soluere particulatim pecuniam in pretium census acceptam, ad liberandum se à solutione census pro rata. Nec obstat, quod iuxta vltimam glossam, huic extrauaganti non est locus in censibus, qui per alium modum, quam per emptionem, & venditionem aut alium contractum ei non æquipollentem constituitur. Quia id verum est, quatenus continet formam contrahendi censum, non autem quatenus continet formā dissoluendi & tollendi illum, propter rationem diuersitatis; eo quod in sublatione census non timetur fraus vsuraria, sicut in eius constitutione: & ita hæc extrauagans videtur niti iure humano antiquo, & communi, quatenus disponit posse redimi censum per partes, præsupponendo quod debitum quantitatis potest solui per partes.

Secundo vrget prędicta l. *quidam existimauerūt*, quatenus sine vlla restrictione generaliter habet, Prętorem humanius facturum, si coëgerit creditorem ad accipiendā debiti partem, quę offertur ei. Nec obstat responsio glossę, & communis, quæ restringit legem illam ad debitorem, qui confitetur partē debiti, partem vero negat: quoniā ex nullis verbis legis, nec alius totius iuris, colligitur illa limitatio: cum nulla talia sint, quę de tali confessione, vel negatione loquātur. *Tertio* facit, quod debitor Reipublicæ potest soluere particulatim ei debitū, iuxta l. vltim. *g* quę habet, Receptores Reipublicę, confitendo se recepisse partē rei debitæ Reipublicæ, adeo liberare debitorem quoad illam, vt

g C. de apoch. publ. l. 10.

exceptio non numeratæ pecuniæ nequeat ei opponi. Ad idem est casus in l. *placuit* a, quatenus habet, Rationales, siue Receptores publicos teneri ad recipiendam debiti solutionem tributorum Reipublicę debitorum particulariter factam, modo tribus vicibus soluatur totum. Ergo à fortiori debitor priuatæ personæ poterit id facere *b*.

a C. de collat. fund. patrim.

b Arg. auth. multomagis, C. de iacrosan. eccle. &c. cum in cunctis, de elect. c l. 2. parag & harum, ff. de ver. oblig. d Ibi nu. 2. e parag. qui decem, ff. de solut.

98 *Quarto* vrget, quod obligatio de dando quantitatē est diuidua natura, & effectu; ita quod præstatio partis liberet debitorem à solutione illius quoad illam partem *c*, ex quo Bar. *d* communiter receptus id colligit: & obligatio, de qua loquimur, est de dando quantitatem: ergo est diuidua.

Quinto vrget l. *stipulatus sum e*, vbi sine vlla exceptione habentur hęc verba: *Qui decem debet, partem soluendo liberatur.*

Sexto, quod nihil obstat his duobus proximis argumentis dicere, quod illa procedunt in solutione partis facta creditori eo volente. Tum quia nulla est lex, neque canon, qui hoc sic limitet. Tum quia præfatus §. *& harum*, ponit differentiam inter obligationem de dando quantitatem, & de dando hominem: & ait Iurisconsultus, quod hæc est indiuidua effectu, id est quod non liberat solutio partis quoad partem, illa vero sic. At constat quod etiam debitor generis liberatur quoad partem, soluendo partem volente id creditore *f* ibi: *Satisfacere alicui dicimur, cum eius desideriam adimplemus.* Ergo in obligatione dandi quantitatem solutio partis, etiam nolente creditore, liberat quoad partem. Equidem hoc argumentum adiunctum duobus proximis irrefragabiliter probat hanc conclusionem, quam exerte affirmauit eruditissimus Alciatus *g*, faciens regulam, quod regulariter potest cogi creditor ad capiendam solutionem partis oblatæ, nisi cum nimis minutatim offertur.

f Arg. l. satisfactio, ff. de solut. & l. item, parag. omnis, ff. de pignor. action. & l. 2. ff. qui satisda. cogan. ibi.

g In d. l. quidā existimauerunt, n. 22.

Septimo, facit ratio, qua tam Paul. Iurisconsultus *h*, quam comminiscentes in illum, ponunt differentiam inter stipulationem dandi quantitatem ab vna parte, & inter stipulationē facti, vel dādi hominem ex altera, quoad hoc, vt illa dicatur regulariter diuidua, hęc autem regulariter indiuidua. Est enim illa ratio, quod raro contingit, vt solutio partis quantitatis quoad illā sit notabiliter incōmodior, quam solutio totius quantitatis quoad totam quantitatem. Per quam rationem tollitur consideratio illa magnę incommoditatis, qua se munit contraria opinio ad dicendum, quod particularis solutio multas incommoditates adfert: quia id non est regulariter verum, cū debetur quantitas.

h In d. parag. & harum.

Octauo, facit consideratio Philippi Decij, & Alciati *i*, scilicet quod ratio illius legis, nempe, vt diminuantur lites, ęque habet locum in debitore confitente totum debitum, ac in confitente partem tantum: quoniam per acceptionē partis oblatæ in vtroque casu minuitur lis quoad illam partem. Cū ergo omnes fateantur cogendum esse creditorem recipere partem cōfessam, quando alia pars negatur, etiam cogetur quando nihil negatur: præsertim, quod absurdum videtur, vt melioris conditionis sit negans, & contumax, quam confitens & obediens; cum

i In d. l. quidam existimauerunt.

magis fauendum sit obedientię, quam contumacię *k*.

k c. quanto, 2. q. 4. c. 1. parag. nos igitur de post præbit. l iuxta l. 2. C. de hæred. actio.

Nono, facit illud argumentum Alciati: quod nisi hanc partem teneamus, cogemur dicere legem 12. Tabularum, quæ debitum defuncti diuidit inter heredes proportionibus hęreditarijs *l*, fuisse iniquam creditoribus: nam per illam hæredes possunt pro parte debitum soluere, quod tamen non potuisset defunctus facere, secundum contrariam opinionem; & tamen tam ipsa, quam nostra, confiteri cogitur conditionem creditoris non debere fieri peiorem ex persona hęredum *m*.

m l. 2. parag. ex his, ff. de verb. oblig.

99 *Decimo* facit, quod licet omnes hæredes debitoris teneantur defędere se per vnũ procuratorẽ, ne conditio creditoris fiat peior per multiplicationem personarum hæredum: hęredes tamẽ creditoris non tenentur petere suas partes debiti per vnũ *n*: cuius ratio nulla alia dari potest, quam quod solutio partis debitę quantitatis non inducit incommoditatem saltem notabilem creditori.

n l. iã tãmen, ff. iudicat solui.

Ad *primum* oppositorum, quod est contrarię opinionis Achilles *o* respondet Philipp. Decius *p*, secutus Fulgosium, qui sequitur tertiam solutionem glossę illius legis: videlicet, quod loquitur in debito vsurario, siue quod debetur sub vsuris. Ratio specialitatis est, quod vsuræ sunt quasi pœna, quæ non excusatur per solutionem partis *q*; & quasi debitum sub conditione, & quodam euentu, quod non tollitur, nisi conditione in totum adimplera, & euentu in totum secuto *r*.

o Scil. in l. tutor parag. Lucius, ff. de vsur. p In d. l. quidem existimauerunt. q l. in executione, parag. pro parte, ff. de verbor. obligat. r l. cui fundus, ff. de condit. & demonstrat.

Ad *secundum* respondent Decius, & Alciatus, quod particularis resolutio tunc est incommoda notabiliter, quando multiplicantur personæ, à quibus exigendum est debitũ: & ideo boni iudicis est, vt in iudicio familię erciscundæ debita, & nomina defuncti diuidat inter hæredes, vt quædam illorum integra adiudicet vni hæredi, & quędam alij; sic vt nõ cogantur omnes hæredes petere suas portiones ab omnibus creditoribus: quod esset valde graue, quodque nullatenus contingit in proposita quæstione.

Ad *tertium* respondetur, quod ille parag. *duabus*, loquitur de toto speciei, & eius parte integrali, non autem de toto quantitatis, & eius parte quantitatiua: & ita dictum Barto. de creditore quantitatis, quod non potest petere partem eius, non probatur ibi, & contra eum tenent multi Doctores, quos additio ipsius ibi citat, & etiam Iason, quem illa non citat *s*, significat cõmuniter teneri contra Barto. quod creditor petens quinquaginta à debitore, probando quod debentur centum, debet obtinere sententiam in quinquaginta.

s In l. scire debemus, de verbor. obligat. n. 12. t. l. 1. parag. sed neque, C. devet iur. enucl. & arg. c. capellanus, de feriis, & c. Nicæna. 3. di.

Ad *quartum* respondetur, quod communis opinio ideo tenuit partem contrariã, quia non satis perpendit prędicta, quę efficaciter illam reprobant: & quoties vnus melius, quam multitudo sentit, eius est sentẽtia sequenda *t*, licet regulariter sit tenenda cõmunis, secundum Ioan. Andr. *u* quem & alias citat, & sequitur ibidem Feli. *x* Et non vnus tantum, sed multi, & in his De eius,

t In c. 1. de Constit. x Num. 54.

cius, & Andr. Alciat. qui pro suo acumine, & profunda eruditione multis æquipollent, eam defendūt. Et mea sententia, quam etiam in Manuali Confess. a inseruimus, quoties vtraque opinio classicos auctores habet pro se, parum est tribuendum numero, & multum rationibus, & fundamentis.

a c.17.nu. 166.

100 *Tertia quæstio*, An per hanc extrauagantem vetetur constitui census in alia re, quam in pecunia numerata. Ad quam quęstionem respōdeo, quod non. Tum quia ex nulla eius parte potest id colligi. Tū quia hoc tenet Innoc. cōmuniter receptus *b*. Et ita non solum potest constitui, & emi annuus census pecunię numeratę, sed etiā vini, frumenti, & cuiuscumq; alius rei: quamuis in nonnullis Regnis Hispanię ante aliquot annos statutū fuerit, vt non constitueretur nisi in pecunia numerata: immo & legibus cautum fuit quātum deberet esse pretium eius. Vnde in Aragonia debent solui 20. pro vno, siue ad rationem 5. pro 100. & in Regno Nauarræ ad rationem 6. pro 100. & in regno Castellę ad rationem 7. pro 96. immo & census antea constituros in alijs rebus redegerunt in census pecunię numeratæ ad rationem prędictā. Pius autem V. in hac extrauaganti neque determinauit vt census constituatur in sola pecunia numerata, neque quantum pretium debeat pro eo solui. Vnde quamuis in Vrbe communiter soluatur ad rationem 7. pro centum: audiui tamen aliquos soluere, aut soluisse octo pro centum. Audio itē Regem Catholicum Philippum II. nunc in Regno Neapolitano erigere montem, in quo soluuntur nouem annua pro centum. Scio etiam in aliquibus partibus Galliæ cōstitui census ad rationem 10. pro 100. nec mirum: quia pretia rerū pro varietate gentis, terrarum, & temporum, & pro copia, vel penuria ementiū, vel vendentium aut mercium, vel pecuniæ numeratæ variantur, iuxt. l. *pretia rerū ff. ad leg. Falci.* & annot. ei per Doctores, & tacta etiam per nos in Manuali Confess. *c* Et apud omnes cōstat, censum esse mercem quandā emibilem, & vendibilem.

b In c. in Ciuitate, de vsur.

c Ca.23.nu. 186.

SVMMARIVM.

101 *Ius diuinum, an humanum contineat hæc extrauagans.*
101 *Ius quod est naturale, vel diuinum, & quod humanum.*
102 *Census constituendi forma Papæ an vbique sit seruanda.*
102 *Lex quæ Papæ ligat Reges omnes, & eis subditos.*
103 *Ius contentum in hac extrauaganti esse variæ speciei.*
104 *Extrauagantem hanc qua parte consuetudo, aut non vsus tollet.*

101 QVarta *quæstio* (cuius decisione prædicta extrauagans recte intelligi, & in praxim deduci possit) fuerit, An hæc extrauagans sit naturalis, & diuini iuris declaratoria, an humani tantum inductoria. Quod enim sit iuris naturalis, & diuini declaratoria, facit procœmium eius, quatenus habet, auctorem eius motum fuisse ad tollendos contractus censuales, qui

qui fiebant in diuinarum legum contemptum, cum magno animarum periculo: & quatenus postea sub finem indicat, omnes contractus censuales sub alia forma, quam ab ea præscripta, esse fœneratitios, & consequenter contra naturale diuinumque ius factos; cum omne fœnus vtroque illo iure damnetur, vt copiose probatum est supra *e*.

e Not. 7. n. 2.

Quod autē humani tantū iuris sit inductoria, facit, quod sub finem declarat non extendi eam ad præterita: & constat constitutionem iuris naturalis, vel diuini declaratoriam, extendi ad præterita, vt tradit Panorm. *f* & Felin. *g* & probatur ea firma ratione, quod omnis constitutio declaratoria iuris antiqui extenditur ad præterita *h*: & palam est ius naturale esse antiquius, cum ab exordio rationalis creaturę cœperit esse *i*, & etiam diuinum positiuum antiquius omni Pontificio humano *k*.

f In c. fin. de præscrip.
g In c. fin. de consti. fal. 2.
h c. ex antiquis, 54. dist. cum et sanper Dominicum, & in Auth. de æqualit. dotis, collat. 2. parag. 5.
i 5. d. in prin.
k c. sunt quidam 25. q. 1.

Pro resolutione igitur huius quæstionis dicēdum *primo*, multa in ea contineri quæ sunt iuris naturalis, & diuini, & multa quę iuris humani. Nam iuris naturalis & diuini est, contractum fœneratitium esse reprobum, per dicta supra *l*, quod ex hac cōstitutione colligitur. Eiusdem iuris videtur etiam esse, quod census non constituatur in re quæ non sit frugifera, cum contra naturam rei sit censum (qui est quidam fructus) capi de re infrugifera. Nam eadem ratione Doctores concludunt vsuram esse contra ius naturale, cum illa sit quidam fructus, & capiatur ex pecunia, quæ est res infrugifera.

l Not. 7.

Eiusdem iuris videtur etiam esse, quod census non constituatur, nisi in re immobili; cum res mobilis sine sui totius, vel partis consumptione nō possit reddere fructum: & census est quidam fructus, qui de aliqua re sine ipsius peremptione colligitur. Iuris autem humani est, quod pretium soluatur in sola pecunia numerata, & coram Notario, & testibus, & quod anticipata solutio non sufficiat, & quod venditio rei censuariæ, cum contigerit fieri, ante bimestre denunciētur censuario, & quod ille præferatur alijs emptoribus, & multa id genus alia, quæ ex solo iure naturali, & diuino non possunt per bonam consequētiam educi: & quæcunque non sunt talia, quamlibet rationabilia sint, non censentur esse iuris naturalis, & diuini, sed humani *m*, vbi hoc latius resoluimus. Ex quibus infertur, quod iuris humani est illa grandis particula, *contractusq; sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus*. Tum quia non extenditur ad prius celebratos, ad quos extendenda erat, si tota forma cōtrahendi per eam inducta esset iuris naturalis, & diuini, per prædicta. Tum quia solo iure naturali & diuino attento posset cōstitui iuste coram Deo census, soluto pretio eius in alia re, quam pecunia numerata, si illa coram ipsius diuina maiestate esset æque vtilis, aut vtilior venditori, quam pecunia numerata.

m Arg. c. ius naturale, 1. d.

102 *Quinta quæstio*, An prędicta extrauagans sit seruanda etiam in Regnis, quoad temporalia, temporali dominio Ecclesiæ non subiectis? Et quidem pro parte negante facit cap. *nouit n*, cum multis alijs à nobis *o* citatis, quatenus probant

n De iud. o In eius 3. not.

Maximis Pontificibus non esse mentem turbandi iurisdictionem Regum quoad temporale dominium sibi non subiectorum, & quod leges Pontificum Maximorum, quę non continent leges naturales, neque diuinas, non debent necessario seruari extra statum, & forum Ecclesiasticum *a*.

a Iuxta c.2.de arbitr.li.6.adiuncta sua glo.& glo. c. cum contingat,de iureiuran.cum eis annotatis.

Pro parte vero affirmante facit idem c.*nouit*,quatenus multis modis à nobis in eius 6. notabili inductum probat,ad Pontificem Maximum pertinere declarationem dubiorum de peccatis,an sint peccata,& an sint lethalia,nec ne?

Omissa tamē(quę altior fieri posset)disputatione,resoluēdo eā breuiter,dico *primo*,proculdubio eam esse seruandā in omnib⁹ Regnis,quę non sunt de temporali dominio Ecclesię quatenus est iuris naturalis & diuini declaratoria: quia quatenus talis nihil noui inducit,sed solum quid actū sit monet *b*: & constat ius naturale & diuinum esse vbiqueseruandum *c*:& consequenter, quatenus expresse vel tacite decreuit,peccatū vsurę esse contra ius naturale & diuinum:ita quod vbique gentium credendum est esse peccatū vsurarium,vel aliud,id quod in hac extrauagāti declaratur esse tale,solo iure naturali, vel diuino attento.

b l.hæredes palam,parag. 2.ff. de testā.
c c. quod iuxe,& di.

Secūdo,quod dubitari potest de ijs,quę præter ius naturale & diuinū noue inducit, propter rationes in principio quæstionis pro vtraq; parte insinuatas: & quod videtur resoluendū etiam seruanda illa,quæ inducuntur ad præsumendum contractū censualem esse vsuariū. Tum quia leges Pōtificū Maximorū latæ circa ea,in quib⁹ vertitur periculū animę,etiāsi nō cōtineant leges naturales,neq; diuinas,debēt seruari apud omnes Christianos in vtroq; foro,& vbique gentiū,iuxta glossam celebrem,& receptā *d*,pro qua est illud capitulum,& c.*fin.* de præscript.& c. *cum contingat e*,& communis opinio in illis omnibus ca.*f* & hęc extrauagans lata est circa ea,in quibus vertitur periculū animę, vt palam est.Tū quia lex Papę lata circa spiritualia,seruanda est in vtroq; foro *g*:quales sunt latæ circa matrimonium *h*,etiamsi solū inducat modum præsumendi matrimonium,iuxta c.*is qui i*, quod vbiq; seruatum fuit vsque ad Cōc. Trid. Tū quia in vtroque foro videtur seruandum id quod prefatus Pius V. in extrauaganti, cuius caput est, *Intolerabilu*, relata à nobis in Manual. Cōfessar.*k* statuit:scilicet,quod ad probandam cōfidentiam illicitam,& simoniacā,sufficiant testes singulares,& quædam alię præsumptiones,quæ nec iure naturali,neque diuino ante illius cōstitutionem sufficiebant. Tum quia glossa prafati ca.2.de arbitris,& ei similes,quæ probāt leges canonicas in foro canonico esse obseruandas,& leges ciuiles in foro ciuili, intelligenda sunt,quādo lex canonica nō fertur circa spirituale,neq; circa ea in quibus vertitur periculū animæ, nec spectantia ad religionē Christianam,sed fertur circa alia profana vtriq; foro subiecta. At hęc extrauagans lata est circa spirituale dubium,scilicet,An cōstitutio census sit peccatū,cuius decisio reseruatur Papæ *l*,& tangit periculum animarum,vt palam est.Neq; obstat glos. celebris

d In c.2.de reg.iur.l.6.
e De iureiur. & c.penult.& vlt.desecund. nupt.
f Et in c.cum sitgenerale,de foro comper.
g c. vt inquisitionis,parag.fin.& c. penult vlt.de hæret. l.6. h 2.penult. vlt. de secun. nupt.
i De sponsa. & c 23.n.119.
l dic,nouit.

lebris m, quatenus habet illi clementinę (quæ inducit formam super vsuris repetendis) nō esse locū in foro seculari, in quo illæ repeterentur: quia illa clementina non declarat hunc, vel illum cōtractum esse vsurarium, vel præsumendū vsurariū, sed solum inducit formā procedendi super vsuris, quę nihil attinet ad peccatū. Nos autem agim⁹ de cōstitutione, quæ declarat cōtractus aliquos censuarios esse vere peccata, vel prę sumenda esse talia.

m Clem. dispēdiosam, de iudi. in ver. viur.

Tertio, quod his videtur esse consequens, quod non ligat eos, qui Regibus laicis subijciuntur illa clausula, quod censuarius præferatur in emptione rei sibi per censum subiectæ; nec illa, quod redempturus censum, debet ante bimestre denunciare illam redimendi voluntatem censuario: quia per illas clausulas non declaratur aliquid esse peccatum, nec prę sumi esse tale, sed quod contenta in illis visa sunt iusta, & æqua eius latori.

Quarto, quod nemo est iudicandus vsurarius in foro conscientiæ propter præsumptiones per hanc extrauagantem inductas, si contrarium coram Deo est verum: quia nulla lex fundata super præsumptione ligat aliquem in foro conscientiæ, seu Dei, si contrarium eius, quod præsumitur, est coram Deo verum n.

n Ca. tua, de spon. & c. humanæ aures, 22. q. 5. & c. is qui, cum eis annotat. de spons.

203 *Sexta quæstio*, An omnia contenta in hac extrauaganti sint iuris eiusdē speciei? Ad quod respōdeo, quod non. Quędā enim sunt in ea expressa, prę suppositā, vel insinuata, quæ sūt iuris naturalis, & diuini, quę certum est ligare omnes etiam laicos Regnorum non subiectorū quoad tēporale dominiū Papę, vt primum dictum quę stionis proximę habet. Quædā vero sunt, quæ nō sunt iuris naturalis, neq; diuini, sed humani noui, per extrauagātes 1. & 2 o & per hanc clari⁹ noue inductā, ad præsumendū aliquos cōtractus censuales esse vsurarios: quę probabiliter dici potest ligare vniuersos etiam laicos, etiā quoad tēporalia Papæ minime subiectos. Quædā tandem sunt, quę nec continent ius naturale diuinum, neq; modum prę sumendi censum esse vsurarium, sed æqua, & digna, quæ in eo seruentur: qualis est prælatio, quę datur censuario in emptione rei cēsui subiectæ: qualis item denūciatio, quam redemptur⁹ censum debet facere ante bimestre: & illa, qua tenetur denuncians, velit, nolit, redimere censum infra annum post denunciationem. Hæc enim non declarant aliquid esse peccatum, nec præsumi esse tale: nisi dicas mentem Pij fuisse, vt census prę sumatur vsurarius, si hęc omnia non seruentur: quod tamen nō videtur rationabile, cum census ante decem annos contractus seruatis seruandis, & toto illo tēpore iudicatus iustus, nulla ratione possit iudicari vsurarius, eo solo, quod redempturus illū non denuntiauerit ante bimestre, vel post denuntiationem ante annum lapsum non redemerit.

o De emptio.

104 *Septima quæstio*, an hęc extrauagās possit in totū, vel partem tolli per contrarium vsum, vel non vsum eius, sicut & alię leges eneruantur, ac tolluntur per c. *in istis* p, & per glossam solemnē q, & per late deducta ibi per Felinū. Ad quam quidem quæstionem respōdeo *primo*, quod non potest tolli, quatenus est solum decla-

p parag. leges, 4. d. & per glos. solemnē c. 1. de treug. & pac. & per late deducta ibi per Felin. q Ca. 1. de treug. & pac.

declaratoria iuris naturalis,& diuini;siue quoad ea quæ expreſſe,vel tacite definit eſſe iura naturalia,vel diuina *q*.

q C. quo inre.2.d.& c.fin. de conſue. 1. d.parag. leges,& d.c.fin. de conſuetud.

Secundo,quod poteſt tolli per contrarium vſum,vel non vſum eius quoad alia omnia noue inducta, etiam quoad præſumendam vſurariam prauitatem: quia illa ſunt iura humana;& omnia iura humana per non vſum,vel conſuetudinem contrariam tolli poſſunt,ſaltem Papa ſciente,& non contradicente *r*.

Tertio,quod iuſte poſſet omitti eius obſeruantia extra terras Papæ ſubiectas,quoad ea,quæ non ſunt iuris naturalis, nec diuini,neque humani inducti ad preſumendam vſurariam prauitatem,ſed ſolum tangunt iuſtitiam,vel iniuſtitiam conſtitutionis cenſus:quoniam illa non tangunt ſpiritualia,nec continent vitationem periculi animarum pluſquam alię leges factę ſuper emptione,& venditione aliarum merciũ:quia cenſus eſt merx, & res temporalis, & de ſe profana; & conſtitutio eius non eſt res magis ſpiritualis,quam emptio, & venditio aliarum mercium, cum vere ſit venditio ex parte conſtituentis, & emptio ex parte illius cui cõſtituitur,ſecundum omnes. Et ita lex ſuper iuſtitia,vel iniuſtitia illius lata,eſt lata ſuper materia temporali, & communi, tam iuriſdictioni Regum,quam Papæ: & conſequenter ſicut lex lata ab vno Rege ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia eius, ſi non continet ius naturale, vel diuinum, non ligabit alios ſibi non ſubditos;ſic lex Papæ facta ſuper ea,ſi non continet ius naturale,vel diuinum,vel non inducit præſumptionem, qua præſumatur tale,non ligabit Reges, & Regna temporalia Eccleſiæ dominio non ſubiecta.

SVMMARIVM.

105 *Cenſus debitor ſatisfacit credendo in dubio, quod debet illum ex contractu cenſitico, & non emphyteutico.*
105 *Obligatio cenſitici mitior quam emphyteutici.*
106 *Contractus cenſiticus vt differt ab emphyteutico.*
106 *Pœna exacta ob non ſolutionem cenſus an reſtituenda.*
107 *Cenſus an vendi poſſit maioris,vel minoris,quam ſit creatus.*
107 *Pretium cenſus per quæ creſcit,& decreſcit.*
107 *Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.*
108 *Frugifera eſt res apta fructum ferre, licet non ferat.*
109 *Cenſus vnus ſuper pluribus rebus conſtitui poteſt.*

105 *Octaua quæſtio*, An qui ſoluit aliquē cenſum ob aliquod prædiũ,& neſcit,an eum debeat ex contractu emphyteutico,an cēſuali,vtrũ eorum potius in foro cõſcientiæ credere debeat,cũ plurimum referat,vtrum illorũ credat. Nã ſi credat,cēſum illum ſe debere ex cõtractu emphyteutico,tenebitur credere ſe perdidiſſe prædium nõ ſoluendo cenſum intra duos annos,ſi debet Eccleſiæ *a*,vel intra tres,ſi debet perſonę laicę *b*. Ad quod dubiũ videtur dicendum *primo*,quod eodem modo videtur reſoluẽdum,quoad forum exterius,ac quoad interius,cũ non

a Ca. potuit, de locat. b l.2.Cod. de iur. emphyteu.

non agatur de interpretanda lege fundata in præsumptione *c*.

Secundo, quòd non tenetur credere in dubio se debere illū ex cōtractu emphyteutico, sed satis est credere, se debere illum ex contractu censitico, arg. ca. *ex parte d*, & notatorum ibi per Panor. *e* & l. *semper in stipulationibus f*, cum alijs similibus, quatenus probant, obscura, & dubia ita interpretanda esse, vt quam minimam obligationem inducant, & prædictum ca. *ex parte*, probat de censu debito ex voto: quod votum soluendi sextarium frumenti est intelligendum de sextario minore, si duo sint sextaria. Et constat mitiorem esse obligationem debendi censum ex contractu censitico, quam ex emphyteutico, cum, vt supra tactum est, debens ex illo non perdit prædium non soluendo censum *g*, debens autem ex emphyteutico sic *h*.

c Iurt. not. in c. is qui, & ea tua, de sponsali.
d de consi.
e In 4. notab.
f ff. de Verb. obligat. & ff. de reg. iur. & c. in obscuris, de reg. iur. l. 6.
g C. cum dilectus, cum gl. & Innoc. recep. de religios. domi.
h Di. c. potuit de locat. & d. l. 2. C. de iur. emphyteut.

106 *Nona quæstio*, An liceat post prædictam extrauagantem tradere alicui prædium valoris mille ducatorum, reseruato sibi annuo censu, adiecta pœna, vt cessante illo soluere per triennium, possit recipere prędium traditum? Ad quod respōdeo quod sic. Tū quia extrauagans disponit de censu quem quis imponit, & vendit super re sua, & non de illo, qui tradit rem suam alteri vt sibi aliquid annuū soluat: & à diuersis non fit illatio *i*. Tum quia non fuit intentio Pij V. prohibere locationes ad longum tempus, nec consequenter contractus emphyteuticos, vt supra dictum est: & prætata traditio dicenda est locatio ad lōgum tempus, vel certe contractus emphyteuticus, qui similis est illi *k*, vt colligitur ex differentijs, quas ponit glos. *l* & tradunt Doctores, maxime Iason super illa. Tum quia, vt contractus dicatur emphyteuticus, vel locatio ad longum tempus, nō est necessarium vt id expresse dicatur, sed satis est vt colligatur tacite ex his quę aguntur, adeo quod aliquando cōtingit, vt in instrumēto dicatur dari aliquid in emphyteusim, attamen cōtractus nō sint emphyteuticus, sed censiticus, vt post Imolēsem *m* tradit. Iaſ. *n* ponens exemplum de illo, qui diceret tradere se aliquod prædiū in emphyteusim pro certo annuo censu, ita quod omne ius, quod haberet in eo, transferret in illum. Cū enim per contractū emphyteuticum non transferatur dominium directū, sed tantum vtile, secūdum omnes: cumq; simul ac quis transfert omne ius, quod habet in re, videatur transferre dominium directū; videtur nolle facere contractum emphyteuticum, sed censiticū, vel tradere pro annuo censu, ne dispositio secum pugnet *o*. Tum deniq; quod prædicta extrauagans nihil disponit de censu prędeseruato in traditione alicuius iuris, vel aliquorum iurium, de quo est text. cum glos. solemni *p*; sed tantum de nouè constituto, vel constituendo super re, quæ retinetur à vendente illam: & non est eadem ratio de vtroque: quia in illo nulla cadit fraudis vsurarum suspicio, in hoc autem magna, vt palam est.

i l. Papinianus, ff. de minor.
k parag. adeo. Instit. de loca.
l In l. 1. C. de iur. emphyt.
m In c. ad audientiam, de reb. Eccles. non alien.
n In d. l. 1. n. 48. & seq.
o Contra l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. c. solicitudinem, de appellat.
p In d. c. cum dilectus, de relig. domi.

Decima quæstio, An qui exigit pœnam ob non solutum censum per nouam constitutionem debitum, tēpore prędefinito, teneatur restituere illam in foro conscientię? Respondeo, quod sic, si fuit

o In glos.2. si fuit constitutus post præfatã extrauagantẽ, per dicta supra o. Si autem fuit ante illam constitutus, distinguendum est, an sit talis, & tam moderata, & tam absque mente fœnerandi facta, vt iuste potuisset poni quoad forum conscientiæ, an non. Priore casu non tenebitur restituere, posteriore vero sic p.

p Arg.l.si pacto quo pœnã C.de pact. & l.nudam, C.de contra. vel commit. stipular. i. stipulatio ista, parag.alteri, ff.de verb. oblig. parag. alteri, institu. de inutil. stipulat. c suam de pœnis c.fi sæculi leges, & sequenti, 23.q.2.

107 *Vndecima quæstio*, An liceat ei, cui debetur census, vendere illum in certum tẽpus, vel ad vitã ipsius, vel emptoris? Respõdeo, quod non, per dicta supra q. An autem vendere possit cẽsum ipsum simpliciter? Respondeo, quod sic, modo eodẽ pretio vendat, & nõ maiori, neque minori, quam fuit emptus, vt hæc extrauagans exprimit. Quod quia videtur statutum fuisse ad euitandam fraudem vsurarum, fit, vt arbitrer licere in foro conscientiæ habenti censum septem aureorum emptum centũ aureis, si egeret, & non inueniret qui vellet totidẽ emere, sed aliquanto minoris, posse vendere minoris, saltem quoad forũ conscientiæ, modo nulla fraus vsurarum interueniat, sed solum diminutio valoris, aut ex eo quod vẽditor quærit, & rogat emptorem, & merces vltroneæ vilescunt; aut quia multi sunt venditores talium censuum, & pauci emptores, propter quæ valor rerum vendendarũ minui solet, vt diximus in Manuali Confessar r. Arbitror etiam quod è contrario, si multum rogaretur is cui debetur census, vt venderet illum, & ille nollet, & adessent multi emptores, & pauci venditores, posset vendere aliquanto maioris quam centum, saltem quoad forum conscientiæ. Tum quia iustum pretium censuum non videtur in pretio indiuisibili constitutum, sicut nec cæterarum mercium, vt diximus supra s, & latius post alios in d. Manua. t & videtur licere intra illam latitudinem pluris, vel minoris vendere, aut emere. Tum quia multitudo volentium vendere, & raritas volentium emere potest minuere pretium, & contra multitudo volentiũ emere, & raritas volentium vendere potest illud augere, secundum omnes. Tum quia passim videmus in Vrbe eos, qui habẽt census emptos in montibus pietatis, & alijs, vendere maiore pretio eo, quo emerunt, si rogantur à multis vendere; & contra minoris quam emerunt, si quærunt, & rogant emptores, & multi inueniuntur venditores, & rari emptores. Dixi supra bis, *saltem quoad forum conscientiæ*; quia non tam facile potest id asseri quoad forum exterius ob hanc extrauag. quæ expresse vetat illum vendi carius, vel vilius, quam sit constitutus: nihilominus tamen ex bono, & æquo idem posset dici quoad forum exterius, limitando eandem extrauagantem per rationes præmissas, ne procedat quando pretium census creuit, vel decreuit post illius constitutionem; sed solum quando pretium non fuit auctum, nec diminutum. Quod quia quotidianum est, memorabile esse duco maxime confessarijs.

q In glo.14.

r C.23.n.78.

s Nor.4.n.5.

t Ca.23.n.79.

Duodecima quæst. An super censu, vel alio iure capiendi aliquos reditus, valeat constitui nouus census? Respondeo posse, vt dictum fuit in prima glos. Quoniam annuus reditus pro re immobili

mobili habetur, per text. sing. a ibidem citatum.

a In Clem. exiui, parag. cunque annui reditus, de verb. signif.

108 *Quæstio decimatertia*, An quælibet res immobilis, quæ pro pretio æquante censum ad humanos vsus locari valet, censeatur fructifera, licet locari nunquam soleat: quales sunt aliquot turres non consuetæ locari. Respondeo, quod sic. Tum quia non solum prædium quod actu fert fructum, dicitur fructiferū, sed etiam id quod de se aptum natum est ferre illum *b*. Tum quia modus loquendi pene omnium (qui seruandus est) c id habet. Tum quia spolians tenetur restituere fructus quos spoliatus percipere potuit, licet actu non perceperit *d*.

b Arg. c. quid per nouale, de verb. sign. & l. sylua cædua, ff. de verbor. sign.

c l. Ibeo, ff de supel. leg. & l. librorum, parag. quod tamen Cassius, de legat. 3.

d Text. & ibi glo. recep. in c. grauis, de restitut. spoliatorum.

Quæstio decimaquarta, An vendens censum possit partem pretij pro eo accepti dare alicui ea lege, vt partem census, quæ illi respondet, soluat eius emptori? Respondeo quod non. Quia id effectu est mutuare pecuniam vt aliquid lucretur, & ita ad vsuram dare: quod omni iure vetitum est, iuxta dicta in nota. 6. num. 8.

109 *Quæstio decimaquinta*, An liceat emere censum constitutum super diuersis prędijs separatis, expressis tamen finibus eorum? Respondeo, quod sic. Tum quia hæc extrauagans (quatenus ait, quod census non potest constitui nisi super re immobili) non intendit excludere pluralitatem rerum immobilium, sed res mobiles. Tum quia dispositio loquèns de vno, habet locū in pluribus, quando eadem ratio militat in illis, vt colligitur ex tex. e vbi hoc adnotat Dominicus communiter receptus. Tum quia à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus dictat nouum *f*: & ante hanc extrauag. licebat constituere vnū censum super pluribus rebus, & hæc non vetat illud.

e Adiunct. glo. prima communiter recepta, c. si compromissarius, de elect. l. 6. f l. præcipimus, C. de appellat.

SVMMARIVM.

110 *Censuarius potest pluribus vendere rem censualem.*
110 *Census totus soluendus à possessore partis rei censuariæ.*
111 *Censuarius non tenetur pacto redimendi censum casu quo partem rei alienet.*
111 *Census ante hanc extrauagantem creatus an pereat parte rei perempta.*
112 *Censuarius an possit obligari in forma Cameræ.*
112 *Censuarius vendita re censuali liberatur.*
113 *Prædium non fit ex parte infrugiferum eo quod reddat minus.*
113 *Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum.*
113 *Census non perit re factæ sterili.*
114 *Censuarius detinens rem vt tenetur.*
114 *Censum ponens super re aliena vt tenetur.*

110 QVæstio decimasexta, An liceat diuidere rem super quam est constitutus census, & vendere diuersis diuersas partes? Respondeo quod sic: quoniam hæc extrauagans vetat, vt nec per pactum libertas alienandi rem censuariam,

quam

quã habet constituens,& vendens censum, tollatur, vel restringatur. Cum ergo ante constitutum censum posset diuidere rem censui subiectam in diuersas partes, & eas, vel aliquas earum diuersis vendere, poterit idem facere post illum constitutum.

Quæstio decimaseptima, An venditor, qui vendit aliquas partes fundi censualis, ipse solus teneatur soluere totum censum, an etiam illi qui eas emerunt? Respondeo, quod is, cui debetur census, poterit illum totum petere à quolibet illorum. Tum quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione *a*. Ergo eadem immo fortiori ratione, non debet fieri peior ex venditione partium fundi vectigalis. Tũ quia per fundi vectigalis diuisionem non diuiditur vectigal in præiudicium illius, cui debetur, immo potest petere à quolibet possessore illius, vel partis eius *b*. Tum quia glo. illius l. recepta, habet, mortuo emphyteuta, relictis duobus hæredibus, neutrum illorum soluendo partem pensionis, quæ illum contingit, liberari à pœna caducitatis, siue perditionis partis emphyteusis in quam successit, immo, altero illorum non soluente suam partem, totam emphyteusim perdi ab vtroque, vt late post multos alios à se citatos tradidit Iason *c*.

a l. 1 parag. eæ his, ff. de verb. oblig. & l. plane, ff. famil. ercis.

b In communi diuidundo, ff. de commun. diu.

c In l. 2. n. 57. C. de iure emphyteu.

111 *Quæstio decimaoctaua*, An ab initio constituti census liceat paciſci, quod casu, quo venditor census vendiderit fundum, vel partem eius, teneatur redimere censum? Respondeo, quod non. Quia hæc extrauag. *d* etiam vetat, ne in venditione census possit apponi pactum, per quod à vendente censum inuito pretium possit exigi: cui consequens est, non posse apponi pactum, quo vendens redimere cogatur.

d In vers. pactum

Quæstio decimanona, An quicunque census etiam ante hanc constitutionem creatus super re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta, in totum, vel pro parte cesset? Respõdeo, quod census ante hanc constitutionem creatus non perditur in totum, nec in partem, ex eo solo quod pars prędij vectigalis censui suppositi perdatur. Quia id nullo iure videtur caueri, nec vlla efficaci ratione probari, cum is qui debet illum, relicta parte, quæ supereſt censuario, cui debetur census, liberetur. Nam, vt probatum fuit *e*, census etiam ante hanc extrauag. nõ poterat constitui in persona, sed tantum in re ipsa, qua perempta, vel derelicta liberaretur venditor.

e Notabil. 22.

Quæstio vigesima, An census super certis definitisque rebus cõstitutus, & super omnibus vendẽtis facultatibus, pereat in parte, parte illorum perempta? Respõdetur quod nõ, si census fuit creatus ante hanc extrauag. per responsum ad quæstio. præceden. Et quod post hanc extrauagantem non potest creari cẽsus super omnibus bonis indesignatis, sed tantum super designatis suis finibus: & de tali idem dicendum est, quod dictum est supra *f* de censu super duabus rebus designatis constituto.

f quæst. 17.

112 *Quæstio vigesimaprima*, Vtrum hanc extrauagantem transgrediatur, qui vendit censum obligando se ad solutionem in

forma

forma Camerę? Respondeo quod sic. Tum quia constituit, & vendit censum in alia forma quam posita in illa. Tum quia obligat se ad pœnas, & incommoda, quę incurrūtur per obligationem in forma Camerę: & hęc extrauagās irritat omnia pacta, & conuentiones, ad quę venditor iure cōmuni nō tenetur.

113 *Quæstio vigesima secunda*, An res censui supposita desinat esse in parte frugifera eo solo, quod nō reddit tantum, quantum tempore constitutionis, & venditionis eius reddebat? Respondeo, quod nō. Tum quia nullo iure videtur probari quod aliquod prędium dicatur in totum, vel in partem peremptum eo solo, quod desinat ferre tantum fructus, quantum antea ferebat: & ita non est dicendum *a*. Tū quia non obstat dicere quod de equipollentibus idē est censendum *b*: & quod paria, & equipollentia videntur, partem prędij perimi, & partem fructuum nō ferre. Non, inquā, hoc obstat: quia negari potest illa esse paria, & equipollentia simpliciter, licet secundū quid sint talia.

a Arg. c. consuluisti, 2. quæst. 4.

b l. fi. ff. mandat. c. licet ex quadam, de testib.

Quæstio vigesimatertia, An propter sterilitatem fundi multorum annorum extinguatur census? Respondeo quod non: quia nullo iure id cauetur.

214 *Quæstio vigesimaquarta*, An casu, quo molendinum, super quo est cōstitutus cēsus, destrueretur à domino, eo quod aqua mutauerat cursū, & ędificauit aliud ex materia prioris molendini, an census debeatur ex secūdo molēdino. Respōdeo, quod secundū molendinum non erit subiectum censui: quia nō fuit impositum illi: & certum est illud esse aliud à priori. Tum quia nauis constructa ex materia alterius nauis penitus dissolutę, est alia à priori *c*. Tum quia etiā domus, si vsque ad arcā destruatur, licet ex eadem materia restituatur etiam in eodē loco, alia domus dicitur *d*. Tum quia ædificium constructum in vno loco ex materia ædificij destructi in altero, non solū est aliud ab eo, sed etiam frequenter est alterius domini, vt colligitur ex parag. *cum in suo e. Secundo* dico, quod censuarius, quia destruxit molendinum, tenebitur ei cui debebatur census constitutus in eo, actione de dolo, vel alia *f*, aut ad minus cogetur reddere pretium quod pro censu accepit, aut constituere illum super nouum molendinum, vel aliam rem suam immobilem.

c l. inter stipulantem, parag. fi. in fi. verf. & nauis, ff. de verbo. oblig.

d l. quid tamen, parag. 1. ff. quib. mod. vsusfr. amit. & d. parag. sacram.

e Inst. de rerū diuisione.

f fluxit text. in hoc aptum in l. repetita adiuncta magnā glo. ff. quib. mod. vsusfr. amit. & c. fi. cum eō adnot. de iurijs. g c. 2. de cō. stit. hc. sedes, de reserip. l. itaque sulio, ff. de furtis. i l. fulianus ff. de actio. empt.

Quæstio vigesimaquinta, An qui emit censum super aliqua re nō libera, vel super qua non poterat venditor eum constituere, quod tamen emptor ignorabat, possit emptor exigere illum absque peccato? Respondeo, quod sic, pro tempore quo id probabiliter ignorauit. Tum quia sic ignorans debet excusari à damno *g*, & sua fraus, & dolus nemini debent prodesse *h*. Et consequenter, emptor prędictus innocens non debet perdere censum, nec venditor dolosus excusari ab eo soluendo. Tum quia venditor celans vitia, & defectus rei venditæ, tenetur emptori ad interesse *i*.

Quæstio vigesimasexta, An in casu precedentis quæstionis possit emptor compellere venditorem ad restituendum pretium?

Respondeo quod sic. Tum quia datum ob causam, ea non secuta redire debet ad dantem *k*: & prefatus emptor dedit pretium ob censum super re libera constituendum, quod non fuit secutum. Tum quia venditor prędij seruituti subiecti tenetur emptori id ignoranti exempto actione *l*, & ad interesse, si sciēs vitium celauerit, aut ad quantum minoris, si ignorauit, iuxta distinctionem positam in l. *Iulianus m*.

k Toto ti. de condicio. caus. dat. caus. non secu. & C. de condi. ob caus. l 1. ff. de action. empt. m Inst. eo.

Quæstio vigesimaseptima, An ab initio constitutionis census possit fieri pactio, vt vendens teneatur soluere censum, donec pretium reddat, casu quo res nō esset libera, vel esset alij censui subiecta. Respondeo quod non. Tū quia cēsus cum huiusmodi pacto constitutus videtur esse contra formam prefatę extrauagantis. Tum quia aperiretur magnum ostium exercendis vsuris: nā volentes sub eis mutuare, constituere possent census super alienis prędijs, & volentes mutuare sub vsuris, emerent illos cum huiusmodi pacto, per quod secure acciperent vsurā nomine census: & huiusmodi ostiū nullatenus est aperiendū *n*. Tū quia non obstat, quod ex pretio eius, quod iure inest, nihil nocet *o*, si tantum eo modo quo inest exprimatur *p*: & quod contentum in ipso pacto videtur tacite inesse, per allegata in quæstione precedenti. Non, inquam, hoc obstat: quia licet tacite iure insit quod constituens, & vēdens censum super re aliena, vel non libera, teneatur reddere pretium. & ad interesse, vt prędictum est; non tamē iure inest vt teneatur soluere censum male constitutum, donec reddatur pretium: quia hoc esset vere, vel præsumptiue vsurarium arg. eorum quę supra dicta sunt.

n Arg. l. conuenire, ff. de pact. dotal. lib. & cap. ex parte conuet.

o l. 3. ff. de legat. 2. c. significasti, de electio.

p Iuxta glo. & trad. ibi vtiliter a Felin. in c. ad audientiam, 2. de rescrip.

SVMMARIVM.

115 *Census in re aliena, vel non libera creatus, an deberi, & exigi possit.*
116 *Census positus in alia re, quam pecunia numerata, an ad eam reduci debeat.*
116 *Census creatus alio pretio, quam nummis, vt licitus.*
117 *Census cum quo pacto perimendi constitui possit.*
117 *Census an valeat cum pacto repetendi pretium, recipiendo in partem solutionis eius census antea solutos.*
118 *Census redimi potest etiam sine numerata pecunia.*
119 *Census pro redemptione quale amplius liceat accipere.*
120 *Census vt redimitur per compensationem.*

115 *Qvæstio vigesimaoctaua*, An iuste possit accipere censum emptor, qui nouit, rem, super qua constituitur sibi cēsus, esse alienam, vel non liberam, & simulat se id ignorare, vt possit, quando voluerit, cogere venditorem ad reddendum sibi pretium, ea ratione quod eum constituit super re, quæ non erat sua, vel non erat libera, & apta ad constituendum illum. Respondetur, quod non. Tum quia illa simulatio dolosa non

non debet ei prodesse *a*. Tum quia simulatio dolosa est peccatum, vt probat S. Tho. recep. *b* Quibus est consequens, nō posse ipsum bona conscientia recipere censum illum sic impositū, & quod si reciperet, teneretur eum restituere, vel computare in partem solutionis pretij quod pro eo dedit, & hoc in foro interiori conscientię: in foro autem exteriori, si non confiteatur, nec probetur, obtineret: quia in illo foro de non existentibus, & non apparentibus idem iudicatur *c*: sed si probaretur, posset puniri pœna vsurariorum, vltra id ad quod in foro conscientię obligatur, eo quod vsuram palliatam admisit, per supra dicta *d*.

a Arg. ff. contra tenentem, c. vltim. in fi. g. 10. 22. q. 2. & arg. tot. C. plus valere quod agitur, quam quod simul concipi.

b 2. 2. q. 62. art. 1.

c l. duo fuerunt. ff. de test. tut. & glo. c. 1. sacerdos. de offitio ord. d In notab. 2. nu. 4.

116 *Quæstio vigesimanona*, An census constitutus in alia re, quā in numerata pecunia, puta in tot modijs frumenti, vel tot amphoris vini, vel cadis olei, debeat reduci ad pecuniam numeratam, quę iuste respondeat pretio pro eo dato, si pretium frumēti, vini, vel olei adeo creuerit, vt excedat pretium pro eo datum, licet eum daretur esset iustum. Ad quam quæstionē respondeo *primo*, quod pro parte negante facit: quia nō debet augeri, vel minui pretium rei venditę, quod erat iustum tempore venditionis, eo quod pretiū illius postea creuerit; alioquin omnium fere rerum immobilium venditionum pretia essent augenda, cū fere vbique longe maiori pecunia numerata valeant hodie, quam tempore vēditionis valebant: quod esset absurdū, & ita nō dicendum *e*. *Secundo*, quia iustitia pretij ad mercem est assumenda secundum tempus venditionis, & non secundum tēpus futurum, vel pręteritum, iuxta l. *pretia rerum f*. *Tertio*, quod si pretium frumenti, vini, vel olei esset valde diminutum, non propterea vendens esset cogendus ad restituendum aliquid de pretio, quod erat iustum tēpore venditionis, accepto. Ergo nec ementi census debet diminui quantitas eius, quod fuerit auctum pretium eius: quia quod operatur oppositum in oppositō, operatur propositum in proposito *g*.

e l. nā quod absurdum ff. de bonis liber. f. ff. ad legem pa.

Pro parte autē affirmante facit *primo*, quod in multis Hispanię regnis, vt prędictum est in quęst. 3. facta est prædicta reductio. *Secundo*, quod cū emitur cēsus alterius rei, quā numeratę pecunię, maior respectus habetur ad pretiū eius, quā ad ipsam rē; & ita magis videtur poni census in numerata pecunia, quā in ipsa re quę illa ęstimatur: sicut cum datur aliqua species æstimata in dotem, videtur potius data pecunia, qua æstimatur, quā ipsa *h*.

g l. & si contra tabulas, ff. de vulg. & c. sciendum, 8. q. 1.

h l. æstima. ff. rag. ff. solut. matrimo.

Pro resolutione huius quæstionis, & concordia pro vtraque parte citatorum dico *primo*, quod iuste potest statui à legislatore non recognoscente superiorem, vt prędicta reductio fieret, ob rationem secundam pro parte affirmante formatam. Dico *secundo*, quod antequam præfata reductio fieret per legem, soluendus esset census in ea re, in qua constituta est, siue pretium eius sit auctum, vel diminutum, siue non, propter rationes pro parte negante adductas.

117 *Quæstio trigesima*, An tutus sit in conscientia emptor census, si vere iustum pretiū soluit, sed non in præsentia Notarij, & testium

testium, nec in pecunia numerata, sed per liquidi, & iusti pretij recompensationem, vel sine fraude in mercibus, quas venditor census emere volebat, & quæ pro iusto pretio taxatæ fuerunt. Respondeo, quod sic, vt dixi supra *a*.

a Tu gl. 3. nu. 29.

Quæstio trigesimaprima, Quid si non pro iusto pretio fuerunt æstimatæ, & partem pretij in mercibus, partem in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor census teneatur ad damnum emergens, & lucrum cessans; an tantum ad supplendum iustum pretium? Respondeo, quod præfatus emptor tenebitur ad supplendum iustum pretium, & insuper ad totum interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis. Tum quia tenetur offerre, & soluere totum pretium *b*. Tum quia venditor tenetur soluere interesse emptori *c*.

b l. Iulianus, parag. offerri, ff. de actio. empt.

c Per principium præcitata l. Iulianus, & l. si sterilis parag. cum per venditorem, ff. de action. empt.

118 *Quæstio trigesimasecunda*, An possit dari iusta venditio cum pacto exigendi pretium à venditore aliquò casu? Respondeo quod non, nisi sit casus, in quo iure communi pretiũ exigi possit: vt quia fuit ignorãter emptus super re nõ libera, vel inepta censui soluendo, vel quando venditor denunciauit emptori, se velle censum redimere: Tunc enim intra vnum annum potest cogi ad redimendum, vt habet hæc extrauag. vers. *cum vero*.

Quæstio trigesimatertia, An per adiectionem pacti, de quo in quæstione præcedenti, emptio census fieret, aut pręsumeretur vsuraria? Respondeo, quod sic, per eandem extrauag. vers. *contractusque in alia forma*.

Quæst. 34. An à principio possit fieri pactum, vt emptor pretium repetat quandocumque volet, computatis in eo omnibus censibus antea receptis? Respondeo, quod non. Tum per eandem extrauag. vers. *contractusque sub alia*. Tum quia per huiusmodi pactum aperiretur via fraudandi leges vetantes vsuras, quod non est faciendum *d*.

d Arg. ca. ex parte de consuetud.

Quæstio trigesimaquinta, An clausula huius extrauag. quod census redimatur eodem pretio, quo fuit constitutus, restringatur ad solum censum redimibilem tantum? Respondeo, quod non. Quoniam, vt hæc extrauagans videtur habere locum in censu perpetuo irredimibili post eam constituendo, vt diximus in glo. 10. ita pars illa eius de non vendendo, vel emendo carius, vel vilius, habebit locum in eodem: sed sicut ipsa non includit census redimibiles ante ipsam constitutos, ita etiam à fortiori non includet irredimibiles ante illam constitutos.

e l. satisfactio ff. de solutio. adiunct. l. qui satisdare cogan. l. & rem. parag. omnis ff. de pignor. actio.

f Omnis definitio, ff. de regu. iur.

g Eod. tit. l. 6.

119 *Quæstio trigesimasexta*, An venditori census liceat pretium redemptionis, siue cassationis soluere in alijs rebus, quã pecunia numerata? Respõdeo, quod sic. Tum quia regulariter quoties fit cõtentus debitor de pretio sibi debito, cẽsetur sibi solutũ *e*: & is casus nõ videtur exceptus ab illa regula, & ita manet sub ea, arg. glo. solemnis, *f* quæ habet similem in rub. *g* Tũ quia hæc extrauagans exorbitat à iure cõmuni, quatenus statuit, vt pretium census non possit solui eius venditori etiam volenti, nisi in pecunia numerata, & ita est restringenda *h*: & consequẽter

h c quæ à iure de reg. iur lib. 6.

ter, cum solum statuat de pretio soluendo venditori pretium census constituenti, non debet extendi ad pretium soluendum emptori pro eo redimendo, siue cassando. Tum quia mens, & ratio auctoris extrauag. fuerunt obuiare fraudibus vsurarum, & iuuare constituentes census, ne vrgente necessitate acciperent pro pretio, vel parte pretij aliqua sibi parum cōmoda, vel maioris, quam iustum esset, æstimata. Quæ mens, & ratio cessant in pretio soluendo emptori pro redemptione, siue cassatione illius, & ita ipsa extrauag. cessabit in illo *i*.

i Arg. l. adigere. parag. quamuis, ff. de iure patron. & c. cum cessante, de appella.

120 *Quæstio trigesima septima*, An liceat accipere pro eius redemptione, siue cassatione, aliquid vltra id quod datū fuit, si solutio fuit in pluribus terminis, puta soluendo illud intra spaciū triū, vel quatuor annorum? Respondeo, quod non, si illud plus accipiatur tanquā pretium, vel pars pretij; sed sic, si accipiatur tāquam solutio alicuius partis census iam decursi. Verbi gratia: emit quis in Aragonia censum 15. scutorum trecentis scutis, iuxta legem illius Regni, qua statuitur, vt iustum pretium census vnius anni sint viginti, & venditor vult redimere, vel cassare totum censum vnica solutione: non potest emptor quidquā amplius quam trecenta scuta accipere, immo, nec si pluribus solutionibus ex interuallo etiam magno factis redimat, potest capere aliquid amplius, tamquam pretium, sed sic tamquam solutionem census decursi. Si enim venditor tribus annis redimat censum illorū quindecim, poterit vltra 300. capere quindecim, pro censu quidem sequentis anni primam solutionem decem, & pro censu anni sequentis secundam solutionē quinque. Per solutionem enim tertiæ partis pretij non redimitur nisi tertia pars census, nec per solutionem duarum partium pretij, nisi duæ partes census. Et ita soluta prima tertiæ partis pretij, currūt duę partes census, & solutis duabus partibus pretij, currit tertia pars census, vt palam est rem satis perpendenti.

Quæstio trigesima octaua, An census redimi possit per compensationem debiti liquidi? Ad quod respondeo, quod sic, eo modo quo dicitur in quęstione seq. Tum quia omnis actio ipso iure tollitur per compensationem debiti liquidi *k*. Tum quia debitor census poterit proponere coram iudice competenti, quod is, cui debet census, debet sibi liquide tantum, quantum fuit pretium acceptum, & petere ab eo, vt iubeat ei habere censum pro redempto. Posset item extraiudicialiter conuenire censuarium, & monere, vt ex tunc habeat cēsum pro redempto, protestans se non esse obligatum ad soluendū illum amplius, nec velle vt duret vltra; immo velle, vt extinguatur per compensationem *l*: & quod cursus vsurarum cessat, quoad concurrētem quantitatem, à tempore quo cœpit vsurarius illam debere *m*.

k l. fin. C de compens.

l Arg. l. vlt. cum ei annotatis, ff. de compens. m l. cum alter, ff. de cōpens.

SVMMARIVM.

121 *Censum soluere vtilius interdum est, quam compensare,*

122 *Censuario quouis tempori fit denuntiatio redemptionis.*

122 *Census an totus soluendus cum redimitur ante terminum.*
123 *Censuarij prælationi vt possit præiudicari.*
123 *Censuarij prælatio an obsit cognatis, vel socijs.*
124 *Census centum pro mille donatus ad vitam an valeat.*

121 *Quæstio trigesimanona*, An cõpẽsatio ista fiat ipso facto, vt censuarius nõ possit accipere quidquã ratione census, tempore quo incipit debere liquido tantum ei, qui debet censum, quantum dedit pro illo, eo quod videatur ipso facto extinctus. Et pro parte quidem affirmante facit, quod compẽsatio fit ipso iure *n*. Sed contrarium puto verius, Tum quia, secundum Azonem in summa *o*, compensatio quidem fit ipso iure, sed parte opponente illam *p*. Tum quia in nostro casu nõ concurrit debitum vnius partis cum debito alterius. Quia qui vendidit censum, obligatur quidem soluere illum censuario tempore ad id statuto, sed non debet ei pretium eius, nisi redemerit, & ita donec declaret, & moneat censuarium, quod vult redimere censum, & quod id, quod sibi debet, accipiat in compẽsationẽ pretij redemptionis, nõ videtur redemptus census. Tum quia multis de causis conuenire potest debenti censum, vt soluatur sibi quod debet ei censuarius, quam redimere censum: per quas rationes soluuntur in contrarium adducta.

n l. fin. C. de compens. o tit. de compens. nu 7. p Arg. parag. compensationes, inst. de actio.

122 *Quæstio quadragesima*, An denuntiatio facienda per debitorem censuario ante bimestre, quod vult redimere censũ, possit fieri qualibet parte anni? Respondeo quod sic. Tũ quia hęc extrauagans nullum tempus ad id prefigit. Tum quia per illa verba, quibus statuit eam fieri posse, *cum census extinguẽdus erit*, significat eam fieri posse quocũq; tẽpore census extingui potest. At ex ead. extrauag. colligitur id quolibet tẽpore fieri posse. Tũ quia subijcit, quod si post denuntiationẽ non redemerit in fine bimestris, nec coactus fuerit redimere intra annũ, poterit quãdocumq; redimi, pręuia tamen denũtiatione prædicta.

Quæst. 41. An si redemptio fiat ante finem anni, quãdo debet solui census, sit soluendus totus census illius anni, an pro rata temporis? Respondeo, quod tantum pro rata temporis. Quoniam alioquin non posset libere quandocumque vellet redimere, cum incepto anno non possit id sine pœna, vel dãno facere: & is dicitur libere aliquid facere, qui sine vllo damno potest *q*: vbi hoc annotauerunt Dõminic. & Franc. & facit glos. *r*

q c. 1. de reg. lib. 6. r In clem. dudum, verbo, libere, de sepult.

123 *Quæst.* 42. An prælationi, quam per hanc extrauag. habet censuarius in emptione rei censui subiectę, prejudicare possit is, qui debet censum redimendo prius illum, & postea vẽdẽdo cui placuerit? Respõdeo, quod sic. Quia censuario nõ datur ius prælationis, nisi pro tempore quo est censuarius, & simul ac redimitur census, desinit esse talis: & redemptio potest fieri quocunque tempore, per eandem extrauag. vt prædictum est.

Quæst. 43. An cognato, vel socio habẽte ius prælationis in re cognati, vel cõmuni socij, censuarius sit pręferendus? Respondeo, quod

deo quod non. Tum quia princeps concedendo vni gratiam, non videtur velle prejudicare alij *a*: & ita prefatus Pius V. concedendo censuario gratiam, vt preferatur in emptione rei sibi censualis alijs emptoribus, non censetur præiudicare cognatis, vel socijs venditoris, qui cõsuetudine, vel statuto aliquo habent ius prælationis in emptione rerum sui cognati, vel socij. Tum quia alioqui pateret via facilis fraudandi eos suo iure æquissimo prælationis, cum facillime posset venditor cognatus, vel socius constituere aliquantulum census alteri emptori super re quam vellet transferre in eum per venditionem. Cui rei, quia est vna de malitijs hominum, obuiandum est *b*.

a l. 2. parag. & quis a principe, ff. ne quid in loco pub. & c. super eo, de offic. deleg.

b l. in fundo, ff. de reiuend. c. sedes rescript.

124 *Quæst.* 44. An sit licitus contractus, quem nuper fecerunt duo: quorũ alter donauit irreuocabiliter alteri mille obliganti se ad donandũ, vel dandum donatori centum quolibet anno, dum viueret, ita quod post mortem eius nihil deberetur sibi, nec hęredibus eius? Respondeo, quod pro parte negante facit hæc extrauag. quatenus habet, nullum censum posse constitui, & vendi, nisi seruata forma in ea scripta: quę tamen in hoc casu non fuit seruata. Pars vero affirmans est tenenda. Tum quod est licita donatio sub modo iusto facta *c*: & prefata donatio est eiusmodi, nullum enim continet modum iniustum. Tum quod subitio periculi est iusta causa accipiendi aliquid vltra id quod datur: *d* & in casu proposito donator subijt periculum perdendi omnia mille, vel magnam partem illorum quæ donat: nam si paucis, vel nullis annis vixerit, longe minus quam donauit, vel nihil accipiet. Tum quod is contractus nullatenus est mutuatio, etiamsi non sit vera donatio, sed donatio sub modo, aut contractos innominatus, do, vt des, vt diximus in Manual. Cõfess. *e* Tum quod, vt ibidem diximus, licitum est donare alteri aliquid cum pacto, quod si vixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil. Tum denique quod non obstat hæc extrauag. pro parte negante adducta: quia loquitur de censu constituto per viam emptionis, vel alterius contractus ei æquipollentis, vt diximus super ea *f*. In casu autem proposito agitur de censu constituto per viam donationis sub modo factæ, & ita non videtur ad ipsum extendi, cum quisque possit rei suæ traditioni modum imponere *g*.

c Toto tit. de donat. quæ sub modo. *d* l. 1. & 2. c. de naut. fœnor. & not. in consi. de vsur. & tradit. Dec. in cons. 123.

e Cap. 17. n. 222.

f In glo. 11. *g* l. in traditionibus, ff. de pactis, c. verum, de conditio. apposit.

SVMMARIVM.

125 *Census non imponitur hodie super omnibus bonis, etiam aliquo designato.*
126 *Censum vt imponit quis in re aliena, vel sua & aliena.*
127 *Census venditor regalia iura soluere debet.*
128 *Census emptor vane sit procurator ad exigendum.*
129 *Censui soluendo finis semestris potest statui.*
130 *Census venditor obligari potest pro euictione.*
131 *Venditor census non potest obligari ad pœnam dupli.*
132 *Venditor census vane constituit se possessorem precario.*

133 *Venditor census non potest dare facultatem capiendi possessionem, nec renuntiare foro, nec dare contractui paratam executionem.*
134 *Census instrumento quale, &c. non inseritur.*
135 *Censui emendo an vllum pretium præfixum.*

125 QVoniã post hęc scripta breui respondimus tredecim quęstionibus resultãtibus ex duobus cõtractibus duorum censuum in Regno Neapolitano cuidam honorabili viro constitutorum, in gratiam & obsequium admodum Illust. Reuerendiss. Domini Petri à Lunell. Caieta. Episcopi, multis nominibus mihi suspiciendi, hæc quadragesimaquinta quæstio continebit quinque prima responsa in summã redacta. *Primum* erit, quod non potuerunt prędicti cẽsus constitui post hãc extrauagantẽ super omnibus bonis, nullo immobili specialiter suis finibus designato, vt supra diximus. *Secundũ*, quod impositio census ante hãc extrauagantẽ facta super omnibus bonis vẽdentis licuit, si tamen imponens bona capacia tanti census habuit. Quoniã nullo iure antiquiore illa videtur statutum, ne quis posset vẽdere cẽsum generaliter super omnibus bonis suis.

126 *Tertium*, quod duo possunt imponere vnũ census super duabus rebus immobilibus suis terminis designatis, quarũ vna sit vnius imponẽtis, & altera alterius. Nullo enim iure antiquo neque nouo huius extrauag. videtur hoc prohibitum: & ita nec dicendum *a*. *Quartum*, quod quis potest vendere, & imponere censum super re immobili aliena, consentiente domino: quia venditio rei alienę valet *b*: & si fiat consentiente domino, est efficax, quia non potest illi contrauenire *c*: & quia dominus fundi, qui potest censum imponere, potest alteri imponenti cõsentire, per reg. qui potest alienare, potest alienanti consentire *d*: licet aliud sit vendere, & aliud vendenti consentire *e*.

127 *Quintum*, quod venditor census, & non emptor, tenetur soluere iura regalia, quę ratione prædij censuarij Fisco debentur. Tum quia dominus prędij vendens super eo censum, non potest præiudicare Fisco, neque alieri tertio *f*. Tum quia non valet pactum factum inter venditorem, & emptorem, ne possessor prædij venditi teneatur soluere iura fiscalia *g*.

128 *Quæst.* 46. continebit sextum, & alia quatuor de prędictis tredecim responsis. *Sextum*, quod superuacanea, & inanis est constitutio, qua venditor census constituit emptorem procuratorem in rem propriam ad illum recipiendum, vel exigẽdum. Tum quia emptor est dominus census, & non venditor, post traditionem illius sufficientem *h*: & ita non indiget mandato procuratorio venditoris ad recipiendum, vel exigendum illũ, neque illud ei quidquam prodest. Tum quia etiam nihil prodest emptori ad cogendum venditorem ad tradendum ei censum venditũ: quoniã non debet eum ad id cogere nomine vẽditoris, sed suo proprio, quia vendit illum, & pretiũ soluit *i*.

129 *Septimum*, quod iuste potest conueniri, vt dimidium census

soluatur

a Arg. c. legatur, 24. q. 2. & parag. consideremus, auth. de triẽt. & semiss. col. 3.
b l. rem alienam, ff. de contrah. empt
c c. quod semel, de regiur. lib. 6. d ff. de reg. iur.
e l. aliud ff eod. & tradita ibi per Dec.
f Arg. l. 1. & tot. tit. C. de reb. alien. non alienan. g l. 2. C. sine censu, & reliq.
h iuxta l. traditionibus de noũ. C. l. auxm l. Iulianus, parag. asserret ff. de pecu.

soluatur in fine semestris,& alterū in fine anni; vel quod tertia pars in fine cuiusque quadrimestris. *Primum*, quia nullo iure antiquo, nec nouo huius extrauagantis statuitur contrariū. Deinde, quia iure communi pensio alicuius rei cōductę debet solui in termino à partibus statuto, si quem expresse statuerunt *k*. Et ideo constitutio temporis ad soluendum censum nihil aliud esse videtur, quam sublatio dubij, quod iura permittunt & approbant: & sic est quędam expressio eius quod quadamtenus tacite inest, quę quidem expressio nihil nocet *l*.

k Iuxta glo. communiter receptam in l. eadem C. de de locat. l. c. 3. de leg. 1. c. significasti de elect.

130 *Octauum*, quod promissio, qua venditor census se obligat ad defendendum censum venditum emptori, & de euictione, videtur permissa etiam post hanc extrauagantem. Tum quia non videtur illa tollere ea quę sunt naturalia contractus emptionis, & venditionis, qualia sunt obligatio, & cautio de euictione rei venditæ *m*. Tum quia eorum, quæ tacite insunt, expressio nihil nocet, vt dictum est: & per iura prędicta tacite inest venditioni prędicta obligatio, vt etiam diximus *n*.

m Iuxta l. si fundus, & tot. tit. ff. de euictionib. & l. pacta conuenta, iun. & gl. ff. de cōtrah. empt. n Sup. q. 25. & seq.

131 *Nonum*, quod promissio de soluendo censum sub pœna dupli non potest fieri post hanc extrauagantem, quamuis ante illam fieri potuisset. Hæc enim extrauagans prohibet fieri omnia huiusmodi pacta pœnalia, quæ tamen ante illam non videbantur prohibita.

132 *Decimum*, quod clausula, qua venditor census constituit se possessorem nomine precarij, videtur esse inepta, & tam iure antiquo, quam nouo reprobanda. Quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minus possidet eam post venditū censum, quam antea; & censum quem vendidit, nullo modo possidet ipse, sed emptor, vt palam est.

133 *Quæst.* 47. continebit vndecimum, & reliqua duo responsa de prædictis tredecim, in summam, vt diximus, redacta. *Vndecimum*, quod clausula, qua venditor census facit copiā emptori eius capiendi auctoritate propria rem censuariam ob cessationem solutionis pensionis, est iniqua, & omni iuri, non solum nouo huius extrauagantis, sed etiam antiquo contraria. Tum quia sequeretur, quod propter cessationem à soluēdo censum vnius aurei perderetur fundus valoris mille aureorum, & ita perderetur, vt emptor census posset illum auctoritate propria capere. Tum ob alia quę de pactis, quibus datur facultas auctoritate propria rem aliquam capiendi, multis in locis traduntur.

134 *Duodecimum*, quod clausula illa, *Cum omnibus alijs clausulis*, &c. non potest apponi post hanc extrauagantem, si consuetudo notariorum publicorum illius Regni habet, quod ratione illius clausulæ possint in instrumento apponi aliquę obligationes, vel renuntiationes contrariæ huic extrauaganti, vt ex ea colligitur.

135 *Decimumtertiū*, quod licet videri posset alicui præfatos cēsus iudicari posse iniuste impositos ratione pretij, quia imponuntur ad rationem 10. pro 100. non tamen est firmum. Tum

quia, vt nos supra scripsimus, nullo iure nouo, neque antiquo videtur expresse statutum, quod pretium dicatur iustum census constituendi. Tum quia pro varietate regionum, vt supra etiam admonuimus, num. 101. varium soluitur. In Aragonia enim soluitur ad rationem 5. pro 100. in Nauarra ad rationem 6. pro 100. in Castella ad rationem 7. & aliquantulum plus pro 100. & in aliquot partibus Gallię ad rationem 10. pro 100. quod etiam in Germania solitum fuisse, significant extrauag. Martini, & Calixti, positæ in tit. de empt. inter extra. communes, quatenus probant, licitos fuisse quosdam census impositos ad rationem 10. pro 100. Et quod etiam in Vrbe vidimus aliquos impositos ad rationem 9. pro 100. & 8. pro 100. quamuis nunc vt plurimum imponantur ad rationem septem pro centum.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VERBO-
RVM BREVITER COLLECTVS.

A

AMOR an dicatur cogere vt timor, fol.26.num.40.

B

Bartholomæus à Caranza laudatus,34. num.71.

Bona omnia sunt communia inter virum, & vxorem in Lusitania, 35.63

C

Carolus V. Imperator, & Rex Philippus II. & eorum consiliarij laude ob hoc dignissimi, 14.n.29

Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit auctor, 6.10.& 11.

Censuariam rem vendi potius emptori, quam alij subdurum. 51.91.& 92

Censuarius potest pluribus vendere rem censualem, 65.& 66.110

Censuarius non tenetur pacto redimendi censum casu, quo partem rei alienet, 66.111

Censuarius an possit obligari in forma Cameræ, ibid.& 67.112

Censuarius vendita re censuali liberatur, 67.112

Censuarius detinens rem vt tenetur, ibidem,114.

Censuarij prælationi vt potest præiudicari, 42.118

Censuarij prælatio an obsit cognatis, vel socijs, 72.123

Censuario quonis tempore sit denuntiatio redemptionis, 74.126

Census perpetuus licite emitur, quamuis recenter constituatur, 37.38.67

Census redimibilis quot conditiones requirat, 39.71

Census realis in persona constitui nequit, nec personalis, nec pignoris, præsertim quoad forum exterius, 40. 73.& 74.

Census realis pro rebus non necessarijs reipub. pernitiosus, 42.78

Census vt non potest poni super omnibus bonis, 49.86

Census qualis contra formam imponitur per sententiam, 53.95

Census per sententiam creatus an pro parte redimatur, ibid.96

Census an solius pecuniæ numeratæ liceat, 58.100

Census an vendi possit pluris, vel minoris, quam sit creatus, 64.107

Census super censu constitui potest, ibidem,107.

Census vnus super pluribus constitui potest, 65.109

Census totus soluendus à possessore partis rei censuariæ, ibid.& 66.111

Census ante hanc extrauagantem creatus an pereat parte rei perempta, 66.111.

Census an perit re facta sterili, 67.113

Census in re aliena, vel non libera creatus an deberi, & exigi possit, fol.68.115.

Census positus in re aliena, quam pecunia numerata, an ad eam reduci debeat, ibid.115

Census creatus ab alio pretio, quam nummis, vt licitus, 69.116

Census cum quo pacto perimendi constitui possit, 68.117

Census an valeat cum pacto repetendi pretium, recipiendo in partem solutionis eius census antea solutus, 69.70.117.

Census redimi potest etiam sine numerata pecunia, 70.118
Census vt redimitur per compensationem, 71.120
Census pretij solutio præsens vt fraudatur, 47.& 48 85
Census pretium nequit esse debitum, nec debendum, 50.90
Census contractus, & emphyteuticus hoc differunt, 51.91
Census constituendi forma Papæ an vbique sic seruanda, 59.& 60.102
Census debitor satisfacit credendo in dubio, quod debet illam ex contractu censitico,& non emphyteutico, 62. num.105.
Census an totus soluendus cum redimitur ante terminum, 71.122
Census centum pro mille donatus ad vitam an valeat, ibidem,124
Census non potest poni hodie simul super vna re designata, & generaliter super omnibus alijs bonis non designatis, 46.129
Census non imponitur hodie super omnibus bonis etiam aliquo designato, 73.125.
Census pro redemptione quale amplius liceat accipere, 63.119
Census venditor regalia iura soluere debet, 74.127
Census emptor vane sit procurator ad agendum, ibidem,128
Census venditor obligari potest pro euictione, ibidem,75.130
Census instrumento quale, &c. non inseritur, ibid.134
Censui soluendo finis semestris potest statui, ibid.129
Censui emendo an vllum pretium præfixum, ibidem,135
Censum super censu poni posse, 47.84
Censum redimendi facultatem nec immemorialis tollit, 51.92
Censum ponens super re aliena vt tenetur, 67.114.
Censum soluere vtilius interdum est, quam compensare, 71.121
Censum vt imponit quis in re aliena, vel sua,& aliena, 75.126
Censo in constituendo seruanda octo etiã olim seruata, 47.83
Census qui contra extrauagantem constituti valent, 52.94
Census perpetuos quales non includit hec extrauagans, ibid.94
Compensationis cur non est hic locus, fol.49.86.
Consuetudo immemorialis habet vim constituti, 16.32
Contractus censiticus vt differt ab emphyteutico, 63.& 64.106
Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem, 55.97
Creditum duplex, & vtrumque gratuitum, 4.3
Custodia rei conuenit ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat, 32.59

D

Doctor Sotus laudatur, fol.2.n.2
Doctor Montemsior laudatus. 14.29
Dominium rei non facit transire in alium sola periculi receptio, 17.4
Dominus non omnis de suo vt libet,disponit, 18.& 19.35
Dotem qui promittit, & non soluit,videtur promittere emolumentum quod mediocriter ex illa queri potest, 35.nu.64.

E

Emptio cum pacto de retrouendendo,& in minori pretio quando præsumitur vsuraria, 41.76
Emptio animalium quæ non sunt, vt vsuraria, 42.77
Exhortatio ad personales census dissuadendos, 45.82
Extrauagans Pij V. de modo constituendi census, ibid.82
Extrauagantem hanc qua parte consuetudo, aut non vsus tollet,61.& 62. num.104.

Finis

F

Finis minus principalis esse potest id quod nequit esse principalis, 8.20
Formam contra, vel præter datam facta non valent, 52.94
Fortuiti casus renuntiatio in hoc casu non valet, & optatur ne etiam in alijs contra ius ordinarium renuntiaretur, 49.87
Fortuitorum casuum renuntiatio minuere deberet redditum pretium, quod apud paucos facis, 14.28
Frugifera est res apta fructum ferre, licet non ferat, 65.108

H

Homo liber non datur in pignus, neque in seruitutem ob debitum ciuile, 43. *num.79.*

I

Intellectus nouus capituli, per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem, fol.16.n.31
Interest quid, & quetuplex, 20. & 21. *num.37.*
Interesse damni, & lucri quid, 21.38
Interesse ex mutuo capitur tribus casibus, secundum omnes, ibid.39
Interesse extra rem regulariter non debetur, 22.40
Interesse, & vsura differunt iuxta leges Romanas, 23.42
Interesse damni, & lucri vt differunt, fol.25.n.47.
Interesse capi non potest, secundum aliquos, nisi concurrant septem: quæ tamen omnia non sunt necessaria, fol. 28.num.51.
Interesse ante tempus, quo lucrifieret, capi non potest. ibid.52
Ius diuinum, an humanum contineat hac extrauagans, 98.101
Ius quod est naturale, vel diuinum, & quod humanum, 59.101
Ius contentum in hac extrauaganti esse variæ speciei, 61.103

L

Laudemium ab rem censuariam venditam vt debetur, fol.50.89
Lex de non emendo reditus granorum sancta vt fraudatur, 12.31
Lex quæ Papæ ligat Reges omnes, & eis subditos, 59.& 60.102

M

Mons Pietatis, & alia similia qualia sint, fol.31.n.57
Mons Pietatis approbatur per Concilium, & Papam Leonē ex certa sciētia, & modo specialissimo, ibid.58
Mons Pietatis non accipit à pauperibus propter mutuationem, sed propter custodiam, 33.60
Montes Pietatis communiter instituti non desinunt esse liciti, eo quod possent melius institui, ibid.& 34.61
Mutuans licite capit id quod soluitur, quia non est ei solutum, 29.53
Mutuanti an liceat capere interesse non promissum, 30.54
Mutuum non facit sola securitas pecuniæ datæ, 19.35

O

Obligatio dandi natura, & effectu diuisa, 56.98
Obligatio debiteris non tollitur securitate adiecta, 19.36
Obligatio censitici mitior, quam emphyteutici, 63.105

P

Papæ commentanti non creditur, vt legem ferenti, 24.46
Peccatum mentale vsuræ vt differt ab vsura mentali, 7.13
Peccatum vsuræ quid, 5.6
Pecunia plus valet apud negotiatorem quam apud alios, vt triticum seminale apud volentem seminare, & non habentem aliud simile, 23.43
Pecuniæ duplex potentia ad lucrandum, 24.45.

Pœnæ

Pœna exacta ob non solutionem census an restituenda, 38.106
Pretium rei iustum non consistit in indiuisibili, immo habet latitudinẽ summi, infimi, & medij. 4.5
Pretium rei non augetur per furtum, aut vim, 24.44
Præscriptio immemorialis vt fortior centenaria, 51.93
Pretium census per quæ crescit, & decrescit, 63.107
Prædium non fit ex parte infrugiferum, eo quod reddat minus, 67.113
Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum, ibid.113

R

Redituum venditores, & emptores in auctionibus qui multum videntur peccare, 13.fol.nu.27

S

Sanctus Thomas intellectu angelico donatus, 6.fol.n.9
Spes principalis non omnis illa sine qua non mutuaretur, 11.23
Simonia mentalis ad restitutionem non obligat, fol.6.n.13
Solutio anticipata vt valet hic minus, 49.86.
Solutio partis debiti quæ incommoda, 34.99.57.

V

Vendere quis suum potest pretio quo sibi valet, quamuis alijs non tantundem valeat, fol.24.n.45
Vendere vt licet spe lucri, 15.48
Venditor nihil perdit re empta pereunte, 41.75
Venditor census non potest obligari ad pœnam dupli, 48.136
Venditor census vane constituit se possessorem precario, 48.137
Venditor census non potest dare facultatem capiendi possessionem, nec renunciare foro, nec dare contractui paratam executionem, 48.138
Virtuti magis, quam vitio fauendum, 24.45.
Vsurarius est, qui plus, quam dedit, ex mutuo sperat, 3.1
Vsurarij sunt quidam creditores in ædes debitorum diuersantes, 3.1
Vsuræ verbum quid significet, ibid.2
Vsura quid, cum sua definitione exacta, 4.6
Vsura aperta in cuiusmodi credito reperiatur, 3.3
Vsura palliata inueniri potest in omni contractu, in quo solutio anticipatur, vel differtur, cum exemplis, 4.4
Vsura non est lucrum spirituale, aut quasi spirituale amicitiæ, &c. 5.6
Vsuram esse illicitam, & peccatum mortale est de fide, 5.7
Vsura prohibita etiam in noua lege, etiam in specie, etiam mentalis, 5.8
Vsura realis, & mentalis, & cur ita dicantur, 7.12
Vsura nunc magis, quam vnquam antea verbis execrata, vt vero magis quam vnquam opere exerceatur palliata, 8.14
Vsuræ quæ definitio aptior, ibid.15
Vsura etiam mortifera, capere quidquam pro bono opere mutuandi, licet non capiatur pro vsu rei mutuatæ, 7.6
Vsura simoniaca mutuare ob beneficium, ibid.17
Vsura vt inuenitur sine pacto, & voluntate paciscendi, ibid.18
Vsura non est mutuare cum intentione minus principali lucri, contra quosdam: mutuare autem cum intentione principali lucri sic, contra alios, 10.19.
Vsura mentalis vt desinit esse vsura, 11.21.
Vsura non est lucrum ex amicitia principaliter speratum, ibid.22
Vsura est acceptum sine libera dantis voluntate, 12.24
Vsura est quidquid amplius accipitur ob solutionis dilationem, aut datur minus

minus ob anticipationem in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis, 13.26
Vsura non est semper lucrum societatis, salua sorte remanente: & quomodo id fieri potest per tres contractus, &c. 15.30
Vsurariam non esse consuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum, salua sorte, qua ratione defendi videtur, 17.32
Vsuram nec dispensatio, nec vis facit licitam, 22.41
Vsura non est capere quantum reddidisset prædium, quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tantum fuisset datum, &c. 30.55
Vsura est lucrum quod capit mercator pro interesse pecuniæ mutuatæ, qua non erat negotiaturus, nec frugifera empturus, ibid.56
Vsura non est accipere fructus pignoris pro soluenda dote dati, noua ratione, sex alijs reiectis, etiamsi maritus non sit gener, 34.62
Vsura non est accipere certum quid pro dote promissa singulis annis, 36.65

FINIS.

Hoc Enchiridion, siue Manuale Confessariorum, & Pœnitentium, Authore doctissimo, & vere absolutissimo D. Martino ab Azpilcueta, Doctore Nauarro, quartò ab ipso nonagenario reuisum, & auctum, nunc sæpius typis excusum, ac omnium pene manibus tritum, & approbatum, & à compluribus adhuc desideratum, vti vtilissimum, ac perneccessarium, iterum, & sæpius imprimi poterit. Datum Antuerpiæ Idib. Nouemb. An. M. D. XCIX.

Siluester Pardo S. Theol. licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ Ant. Canonicus, librorumque Censor.

IVRIS QVORVMDAM VOCABVLORVM, QVÆ IN HOC DOCTORIS NAVARRI *Manuali se offerunt Lectori, breuis explicatio.*

PRÆLVDIO VII. Numero 6. *Qua diuidit stipulationem, &c.* Stipulatio est firma verborum conceptio, qua quis aliquid se facturum, dicturumve promittit alteri, super hoc ipsum interroganti. Verbi gratia, interroganti, Promittisne te mihi daturum 20. aureos nummos? alter respondebat, Promitto; alioqui non erat rata promissio. Porro Stipulationem Iurisconsulti varie diuidunt: sed ista, qua Stipulationum aliæ in dando, aliæ in faciendo consistunt, sumitur à causa materiali. Nihil enim est aliud, circa quod versetur Stipulatio velut materiam, præterquam aut datio rerum, aut præstatio factorum.

CAPITE IX. Numero 6. *Cuius rei exemplum.* Satis obscure proponitur istud exemplum hoc loco: sed clarius ab eodem Nauarro in C. Placuit de Pœnit. dist. 6. num. 105. his verbis explicatur. *Sunt duo sacerdotes, quorum alter est meus Parochus, alter vero* (alienus, sed) *Parocho* (meo) *satis vel fama, vel consuetudine notus, & ita est illi affectus* (meus Parochus) *vt tantum vel plus ei placeat, saltem tacitè, vt illi alieno confitear quàm sibi. Ergo si ego tali* (alieno) *confessus fuero, tenebit confessio, non propter ratificationem futuram, sed præsentem.* Quę parenthesi includuntur, addidimus ad maiorem perspicuitatem.

CAPITE XII. Numero 10. *Nec actionem de dolo.* Actio de dolo competit mihi, quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum; vel si quis aduersus me versetur dolosè consulendo, vel malitiosè negotia mea administrando, nec supereſt aliqua ciuilis actio qua possim experiri. Hæc autem actio non datur, nisi damnum duos aureos excedat, vt aiunt Iurisconsulti. Vnde Nauarrus hic dicit, ob exiguum furtum actionem de dolo non dari.

EODEM CAP. Numero 25. *Quoniam omne votum tacitè, vel expressè* Votum omne Deo fieri tacitè, vel expressè, ita intelligendum est, si omne votum ad latriæ cultum pertinere arbitremur. Sed si votum ad religionis cultum pertinere asseramus, etiam proprie vota Sanctis fieri non est absurdum, vt in lib. 3. de cultu Sanctorum ca. 9. probat Cardinalis Bellarminus, quem tu vide.

IBIDEM Numer. 70. *Ex rebus castrensibus.* Quod hic res castrenses vocat, inferius cap. 17. numer. 141. & seqq. peculium castrense, vel quasi castrense nominat, quæ vox in iure satis vsitata est. Quid autem sit peculium castrense, & quid peculium quasi castrense, inferius loco citato explicabitur.

CAPITE XVII. Numero 8. *Tenetur emptori de euictione.* Euictio est eius rei, quam aduersarius legitimo iure acquisierat, per iudicem recuperatio. Quare si emptori aliquis rem venditam per iudicis sententiam abstulerit, venditor etiam bonæ fidei tenetur emptori de euictione, id est, tenetur præstare rem venditam, & emptorem ab omni damno immunem reddere. Vnde actionem de euictione habet emptor in venditorem bonæ fidei, à qua hic liberatur cedendo emptori actionem de euictione, quam ipse venditor secundus aduersus venditorem primum habet, & qua secundus venditor dicitur factus locupletior, eo quod acquisiuit ius euictionis, quod antea non habebat.

EODEM CAP. Numero 17. *Et tabernarius, & institor tabernæ.* Tabernarios etiam Cicero accepit pro eis, qui negociationes in tabernis exercent. Nam licet tabernæ nomine veniat omne aptum ad habitãdum ædificium l. taberna. ff. de verb. signif. proprie tamen taberna dicitur locus ædificio tectus, in quo & merces vendi, & opera quæcumque fabricari solent. Institor autem appellatur, qui negotio gerendo instat, siue tabernæ, siue alicui alij negociationi sit præpositus. Exercitor autem ab Institore in hoc tantum differt, quod hic terrestri negociationi, ille maritimæ sit præpositus.

IBIDEM. Numero 31. *Condictio sine causa.* Condictio semper est dicta actio in personam. Condictio vero sine causa competit, quando aliquid primo est ex iusta causa apud alterum, sed postea per aliquem effectum esse non debet. Conditio vero indebiti competit ei, qui per errorem indebitam pecuniam soluit alicui, credens se illi teneri cum non teneatur: vel cum à procuratore suo soluta esset, ignorante ipso. Vendicatio rei est in rem actio, quæ & designanda est, & vtrum tota an pars, & quota petatur, expressim dicendum est.

CAP. XVII. Numero 69. *Et acquiritur aliqua actio, vel officium Iudicis.* Duplex officium Iudicis Iurisconsulti agnoscunt;

cunt; Mercenarium, & Nobile. Illud est, quod legum formulis & actionibus inseruit, id est, quod nihil aliud potest statuere, quam quod legibus præscribitur statuendum in actione proposita, cuius propriam naturam sequi Iudex tenetur. Hoc officium insinuat Nauarrus his verbis: *Et acquiritur aliqua actio.* Nam cui est in rem aliquam actio, ille Iudicis officium implorat Mercenarium, & Iudex ex legum, & iudiciorum formulis iudicare tenetur. Officium autem Nobile est, quo potest Iudex, propter maiorem sibi concessam potestatem, extra formulas actionum, id est, extraordinario iudicio, vel sine actione à iure proposita, quod æquum videbitur extra ordinem statuere. Et hoc officium Iudicis Nobile, seu Extraordinarium, illud est quod hic absolute *Officium Iudicis* appellatur.

CAPITE XVII. Numero 79. *Debitor in genere, non liberatur speciei peremptione.* Genus & Speciem Iurisconsulti aliter sumunt quam Dialectici: nam Iurisconsultorum Genus est Species Dialecticorum, videlicet, homo, famulus, vestis, amphora vini; illorum autem Species, Dialecticis est Individuum, vt Titius, hęc vestis, &c. Debitor ergo in genere non liberatur speciei peremptione, id est, qui rem aliquam debet in specie, puta hominem, vestem, &c. semper manet ad soluendum, etiamsi res ipsa singularis, quam ille iam ad soluendum paratam, & destinatam habebat, sibi perierit.

CAPITE XVII. Numero 106. *Aut est ei bonis interdictum.* Bonis interdici dicitur, cui administratio suorum bonorum prohibita est, eo quod neque modum, neque finem expensarum faceret.

CAPITE XVII. Numero 113. *Obligatio gratitudinis, quam antidoralem appellant*: Antidórum vox Græca est, idem significans quod remuneratio, seu doni redditio. Obligatio autem antidoralis est, quæ ex naturali principio oritur, nempe, vt benefacienti benefaciamus. Hæc autem non parit actionem, quoniam non licet vocare aliquem in ius simpliciter, eo quod beneficium ab alio sibi collatum non compensauerit. Petere autem, apud Iurisconsultos pro simplici interpellatione sumitur. Itaque hęc obligatio non parit ius petendi, quoniam non licet etiam priuatim, pro beneficio benefactorem interpellare.

CAPITE XVII. Numero 141. *Aut peculiorum filij.* Peculium dumtaxat est eorum, qui in aliena sunt potestate, vnde paterfamilias habere non potest, quemadmodum nec seruus, bona. Est autem peculium quod filius seruusue, permissu Patris aut Domini, separatum à rationibus paternis domesticisque habet, deducto inde, si quid Patri Dominoue debetur; quasi pusillum patrimonium, vel pusilla pecu-

nia. Eius hic quatuor ſpecies Nauarrus numerat: ſed à Gloſſa in rubrica, ff de peculio, octo numerantur; quibus & Nauarrus in 1. lib. de Regul. numero 14. addit nonum: nempe, monaſticum, ex C. Monachi de ſtatu Monach.

EODEM CAP. Numer. 143: *Cum in bonis fratris ſui*. Sic emendamus ex Authentica quæ ſic habet: *Item hæreditas fratris ſororiſve, ad quam vna cum patre admittitur*; & non vt antea legebatur, *Et cum in bonis filij ſui cum fratre ſuccedit*. Definitioni autem peculij profectitij, quæ numero 144. ſubiungitur, illud attexendum videtur: & concedi ita ſolet à patre filio, vt is in eius poteſtate adhuc ſitus, adminiſtrandorum bonorum, & negotiandi exerceret induſtriam.

EODEM CAP. Num. 170. *Pro derelicta autem* De his, quæ pro derelictis habentur, eſt titulus in iure, & ſæpe eorum iura meminerunt. Pro derelictis autem habentur illa, quæ Dominus ea mente abijcit, vt in numero rerum ſuarum eſſe nolit, nec eorum Dominium ad ſe pertinere velit.

CAPITE XVII. Numero 174. *Dominium autem directum*. Dominium dicitur facultas, qua poſſumus in aliqua re quippiam, ſicut poteſtas in ſeruorum perſona dicitur Dominium. Hoc autem Dominium in ſolidum, apud plures eſſe iura non permittunt, l. Si non certo §. ſi vt duobus ff commodati. Cum tamen accidit, vt quis in rem aliquam ius quoddam ſemiplenum habeat, quia videlicet proprietas rei ſine vſufructu ad eum pertineat, is dicitur à recentioribus habere directum Dominium, quia illi competit actio in rem directa: cum vero quis rei vſufructum ſine proprietate poſſidet, Dominium vtile habere dicitur, quia illi actio in rem vtilis competit.

CAPITE XVII. Numero 192. *In emphyteuſim temporariam*. Quoniam de emphyteuſi, & emphyteuta ſæpe Nauarrus meminit, non alienum erit breuiter hic vocem hanc explicare. Emphyteuſis Græca vox eſt ab ἐμφυτεύω, id eſt, inſero deducta, & tunc fuit inuenta, cum agri magna ex parte ob Barbarorum incurſiones inculti remanebant. Tunc enim inſtitutum eſt vt illi agri in perpetuum, vel certe in longiſſimum tempus ea lege locarentur, vt quamdiu merces ſolueretur, tamdiu, vel certe vſque ad longiſſimum illud tempus retinerentur. Eſt ergo Emphyteuſis genus locationis, qua inculti ac deſerti agri, colono alicui ea lege in perpetuum, vel ad longum tempus locantur, vt quamdiu præſtituta merces ſoluitur, nunquam ad Dominum reuertantur, & niſi quid aliud interuenerit, totius rei interitus ad Dominum pertinet, partis vero ad ipſum colonum.

CAPITE XVII. Numero 202. *Superindicta extraordinaria*. Superindictum munus extraordinarium, eſt vltra debitam & ſolitam collationem indictum, lib. 10. C. de indictionibus.

&

& eodem lib. C. de superindict. Hoc autem tributi sublatum erat à Cæsaribus, quod speciem quandam tyrannidis referret, vt notatur in legibus supradictis.

CAP. XVII Num. 208. *In pecunia traiectitia.* Pecunia traiectitia, quæ & nautica dicitur, & maritima, illa est quę periculo creditoris in nauē recepta, traijcienda cōmittitur, & trans mare vehitur, quę si eadem loco consumatur, non erit traiectitia.

EODEM CAPITE, Numero 217. *Cum pacto legis commissoriæ.* Lex commissoria est pactum in pura venditione, ea conditione factum, vt si ad præstitutum diem pecunia soluta non sit, res vendita sit inempta: in pignoribus autem, vt si finito tempore non soluatur debitum, res sit vendita. Hoc pactum legis commissoriæ in emptionibus probatum est; at in pignorum constitutione reprobarum vt impium. l. fin. de pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda, C. lib. 8.

IBIDEM Numero 238. *Vt pacto nudo tollatur.* Etsi pacta nuda varie Iurisconsulti explicant, satis tamen est hîc intelligere, Pactum nudum esse simplicem conuentionem. Actio igitur iniuriarum pacto nudo tollitur; quia si inter iniuria affectum, & eum qui affecit fiat conuentio, nunquam eam rem in iudicium adducendam, sufficit. Quod subijcitur deinde, *Quod non videtur tam quærere, &c.* hunc sensum habet. Cui iniuria ob mutuum remittitur, ex ea re ditior, & locupletior non euadit, quod tamen Cap. Quoniam, ad faciendam vsurariam prauitatē putat esse necessariū; sed se liberat à damno pœnæ, quæ ei erat in iniuriæ compensationem infligēda.

CAP. XVII. Numero 267. *Ante excussionem principalium.* Excutere aliquem in iure, est facultates eius discutere, & inquirere an sit soluendo. Vnde excussio principalium, est diligens inquisitio ac detentio bonorum, quę vsurarij habent, per iudicem, vsque ad vltimum quasi quadrantem facta, vt ea soluantur quæ per vsuras contraxerunt.

CAP. XVII. Numero 284. *Inducendo præsumptionem iuris, & de iure.* Præsumptio apud Iuris Ciuilis Doctores est sentētia præassumpta, pręueniens rei dubię veram cognitionem, antequam de ea liquido constet. Est ea duplex, alia iuris tantum, alia iuris, & de iure simul. Iuris tantum est, quando ius in aliquo facto certum aliquid pręsumit, sed pro præsumptione non firmat aut statuit pro ea. Iuris autē, & de iure simul est, quando ius certum aliquid pręsumit, & vltra præsumptionem illud firmat, & de eo statuit.

CAP. XVII. Num. 294. *Quia licet contractus nominati.* Contractus nominati dicuntur, quibus certum nomen linguæ Latinæ consuetudo imposuit, vt venditio, emptio, locatio, conductio, & huiusmodi. Innominati sunt, quibus ex consuetudine linguæ Latinę nullum est nomen proprium impositū,

idque quod vnius nominis negotium tantum non tractent, sed ad multa vnica appellatione extendantur, nulla data, vel prodita vulgari, vel singulari pro iudicio actione. Horum innominatorum contractuum quatuor sunt species. Do vt des. Do vt facias. Facio vt des. Facio vt facias.

CAPITE XVIII. Numero 7. *Actori actio detur.* Cui aliquid metu aut dolo promissum est, rem quidem sibi promissam iudicio persequi licet, sed reus vti exceptione etiam potest, qua se à promissione præstanda liberat. Est enim exceptio in iure exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum quod in intentionem condemnationemve deductum est. Hæc autem exceptio vocatur, vel doli mali, vel metus causa.

CAP. XVIII. Numer. 35. *Libellum famosum.* Libellus famosus est charta proiecta, quę habet in se criminationes contra quempiam, probitatis laude alioqui insignem virum. Extat de famosis libellis Titulus 36. libri 9. Cod.

CAP. XX. Num. 16. *Contra ministrum mixtum vsurarij.* Nusquam, quod recordor, meminit Nauarrus in hoc opere ministri mixti, sed bene nudi. Cumque iuxta Bartolum minister nudus dicatur, qui facit aliquid iussus à Domino, nullum ex gesto negotio commodum percipiens, an erit minister mixtus vsurarij, qui partim in Domini, partim in sui vtilitatem pecuniam ad vsuram dedit?

CAP. XXII. Num. 64. *Implementum conditionis non retrahitur ad tempus dispositionis.* Clarius sic dixeris. Conditio non intelligitur impleta eo tempore quo dispositio facta est, etiam euenerit, vt postea alio tempore conditio impleatur.

CAP. XXIII. Numero 55. *Quousque contrarium à S. S. Apostolica.* Maximi momenti est hęc quæstio, & commentarius Nauarri in Cap. fraternitas magna ex parte perijt. Legendus Cardinalis Bellarminus to. 2. contro. 2. gener. lib. 3. cap. 11.

CAPITE XXIII. Nume. 64. *Pœnam commissi.* Pœna commissi, seu delicti in iure dicitur, quæ debetur ob aliquid quod factum, aut non factum est.

CAP. XXIII. Numero 65. *In foro conscientiæ laudemium.* Est laudemium (quod alij laudimium, alij laudeminium dicunt) quinquagesima pars pretij venditionis, quam emphyteuta soluit Domino emphyteusis potestate ei facta vendedi emphyteusim cuicumque voluerit.

CAP. XXIII. Num. 97. *Vel licitator.* Licitator is est, qui in auctione publica pro re venali pretium offert. At hoc loco pro eo sumitur, qui rem venalem per vrbem circumfert, vt iussu Domini eam pretio à Domino constituto distrahat.

CAP. XXIII. Num. 100. *Quod habet per regressum, &c.* Is ad beneficium habet ius regressus, qui beneficium quod habuit

buit ea conditione alteri resignauit, vt si hic ante resignantē morereiur, beneficium regrederetur ad resignantem. Ius vero accessus habet ille, cui adhuc puero beneficium est collatum, & ob ætatis inidoneitatem alteri confertur ea conditione, vt cum puer adoleuerit, & idoneus ad habendum beneficium fuerit, possit ad illud promoueri & accedere. Ceterum hi regressus & accessus merito sublati sunt per Tridenti. Concil. sess. 25. cap. 7. in decreto de reformatione.

CAP. XXIII. Num. 104. *Post intimationem executorialium.* Literę executoriales sunt, Pontificis Max. scripta, quibus mandat Ordinarijs, vel alijs, vt id quod antea ab ipso prędscriptum fuerat, exequantur.

CAP. XXV. Numero 13. *Procedendo sine libello, &c.* Libellus est scriptum continens nomen Actoris, & Rei, Rem quæ petitur, & Causam petendi. Vnde Hostiensis.

Quis, Quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,
Recte compositus quisque libellus habet.

De libelli oblatione est titulus in iure Canonico 2. quæst. 8. per totam. Contestatio litis est eius rei, de qua controuertitur, apud iudicem ex vtraque parte facta narratio, testibus præsentibus.

CAP. XXV. Num. 31. *Non renunciata lite.* Tunc lis renunciata dicitur, cum Actor nihil iuris amplius se in foro prosequi velle contestatur.

CAP. XXV. Num. 47. *Ascendentes contra descendentes.* Ascendentes sunt hic propinquitate sanguinis iuncti, qui ex se ad quartum vsque gradum aliquos procrearunt; & descendentes illi sunt, qui ab his ad quartum vsque gradum sunt procreati. Pater ergo & Auus sunt Ascendentes, filius & nepos descendentes, vt patet in arbore consanguinitatis.

CAP. XXV. Num. 110. *Facultas postulandi.* Postulare, cum ad publica iudicia refertur, proprie significat petere à Prætore, vt sibi liceat lege aliqua publicorum iudiciorum quempiam interrogare, vtrum in eam legē commiserit nec ne: vt si fateatur, ei lis ęstimetur; si neget, eius nomen inter reos referatur.

CAP. XXVII. Num. 13. *Sapit hæresim Anglicanam.* Hæresis Anglicana est, qua illi Principem politicum, siue sit vir, siue mulier, caput Ecclesię Anglicanę tam in spiritualibus, quàm in temporalibus profitentur & iurant, & Romanum Pontificem, Christi in terris Vicarium, iure diuino nullam in eorum insulam potestatem habere affirmant. Ortum habuit ab Hērico VIII. Rege.

CAP. XXVII. Num. 21. *Afferentem infamiam iuris.* Infamia duplex, vna Iuris, quę aliquo iure, siue Pontificio, siue Ciuili incurritur: altera facti, quando quis absque iuris dispositione

inter

inter bonos & graues viros, per se opprobrio & ignominia notatur. Vide lib. 3. ff. tit. 2. de his qui notantur infamia, & lib. 2. C. tit. 12. ex quibus causis infamia irrogatur.

CAP. XXVII. Num. 122. *Vt intercedat grauamen spolij.* Spoliare dicitur pro exuere bonis. lib. 24. ff. tit. 1. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. vnde Spolia sunt bona iniustè per vim alicui detracta: & grauamen spolij, est vis adhibita in spoliando alterum suis bonis.

CAP. XXVII. Num. 125. *Neque cum Conseruator.* Conseruator est iudex aliquis delegatus à Pont. Max. datus ad defendendum aliquem à manifestis iniurijs, iudiciali ordine non vtens, vt ait Ioan. Andreas: de quo Conseruatore solo hic agitur.

CAP. XXVII. Num 137. *Sequestra poni.* Sequestrum species depositi est, quo rei alicuius possessio, de qua est lis & controuersia, vel ex partium consensu, vel Iudicis arbitrio apud alium collocatur, vt in tuto sit donec lis finiatur. Hæc autem impediunt, qui prohibēt ne is, apud quem collocata sunt, ea colligat solo nata; infringunt, qui ea separata vi capiunt.

CAP. XXVII. Num. 212. *Cum condemnatione talionis.* Talio pœnæ genus est, quo damnum illatum simili damno pēsabatur: veluti si oculus eruatur ei, qui oculum excusserit alteri.

CAP. XXVII. Num. 250. *Sicuti etiam erro, & abigeus.* Erronem, pusillum fugitiuum vocant Iurisconsulti, & qui non ita fugit, vt non amplius reuertatur, sed frequēter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad Dominum reuertitur. Abigeus autem propriè est, qui pecora ex pascuis & armentis subtrahit, & quodammodo deprædatur.

CAP. XXVII. Num. 259. *Iudices quos vocant Chartularios.* Sic vocabantur qui habebant potestatē iudicandi illos, qui corā ipsis eligebant iudicari, & quos illi poterant eligere sine consensu propriorum iudicum. Receptum enim est, licere cuique subijcere se, & submittere iurisdictioni non suę, & renunciare proprio foro, si inde præiudicium non fiat generale alicui ordini, vel dignitati. Hos autem iudices, litigantes in charta aliqua ipsi scribebant.

CAP. XXVII. Num. 277. *Non potest absoluere cum reincidentia.* Confessarius qui ad certum tempus, vel actum, ab excommunicatione absolueret, cum reincidentia absolueret; eo quod transacto illo tempore, vel actu, ad quæ excommunicatio tollitur, rursus pœnitens in excommunicationem incideret, quod hoc loco putatur absurdum.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



PLATINA

Martini Navar

Th
2268

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN